

QVARTVS TOMVS

OPERVM VENERABI-

lis Bedæ, Commentariis in Vetus Testamen-
tum doctissimis assignatus, eorun-
dem autem ordo pagina uer-
sa docetur.

BASILEAE.

QVARTVS TOMVS

OPERVM VENERABI-

lis Bedæ, Commentariis in Vetus Testamen-
tum doctissimis assignatus, eorun-
dem autem ordo pagina uer-
sa docetur.

BASILEAE.

QVARTI TOMI

ELENCHVS.

Hexameron.	* A pag. 1
In Genesim expositio.	A pag. 1
In Exodum explanatio.	97
In Leuiticum explanatio.	144
In Librum Numeri explanatio.	170
In Deuteronomium explanatio.	192
In Samuelem prophetam allegorica expositio libri quatuor.	208
In Libros Regum, questiones.	441
In Esram & Neemiam prophetam allegorica expositio, libri tres.	462
In Librum Tobiae expositio allegorica.	588
In Iobum expositio, libri tres.	602
In Parabolas Salomonis expositio, libri tres.	869
In Cantica canticorum expositio, libri septem.	884
De tabernaculo & uasis eius ac uestibus sacerdotum, libri duo.	1166

Venerabilis Bedæ presbyteri Hexameron, siue de sex dierum creatione, libellus.

DILECTISSIMO AC REVERENDISSIMO ABBATI
Accæ, humilimus famulorum Christi
Beda S.



DE PRINCIPIO libri Genesim in quo mundi huius creatio descripta est, multi multa dixerunt, multa posteris ingenij sui monumenta reliquere, sed præcipue quatum nostra pulchritudo ediscere potuit, Basiliius Casariensis, quem Eustathius interpres de græco fecit esse latinum. Ambrosius Mediolanensis, Augustinus Hipponensis episcopus: quorum primus libris nouem, secundus uestigia eius sequens libris sex, tertius libris XII. & rursus alijs duobus specialiter aduersum Manichæos de scriptis proluxa legentibus, doctrinæ salutaris fluentia manarunt, eius completo in eis pmissio ueritatis quo dicebat, Qui credit in me, sicut ait scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ uiuæ. E quibus Augustinus etiam in libris Confessionum suarum, in libris quoque quos contra aduersarij legis & prophetarum eximie composuit. Sed & in alijs sparsim opusculis suis nonnullam eiusdem primordialis creaturæ memoriam, cū expositione congrua fecit. Verum quia hæc tam copiosa, tam sunt alta ut uix, nisi à locupletioribus tot uolumina acquiri, uix tam profunda nisi ab eruditioribus ualeant perscrutari: placuit uestre sanctitati id nobis officij iniungere, ut de omnibus uelut de amoenissimis late florentis paradisi cæpis, que infirmorum uiderentur necessitati sufficere decerperemus. Nec segnior in exequendo, quæ iubere es dignatus extitit, quin potius statim perspectis patrum uoluminibus collegi ex his, ac duobus in libellis distinxit, que rudem adhuc possent instruere lectorem, quibus eruditus ad altiore disceret, fortioremq; maiorum ascendere lectionem. In quo opere sensum per omnia memoratorum, aliorumque æque catholicorum patrum, nunc ipsis eorum, nunc breuiandi causa meis sermonibus: nunc tacitis eorum uocabulis, nunc commemoratis prout opportunitas locorum dictabat ponere studebam. Produxique opus usque dum eiectus Adam de paradiso uoluptatis, exilium uite temporalis intrauit: aliqua etiã de sequentibus sacre historie si Deus uoluerit, auxilio uestre intercessionis committente scripturus, dum primo librum sancti Esdræ prophetæ ac sacerdotis, in quo Christi &

ecclesiæ sacramenta sub figura soluta longe captiuitatis restaurati templi reedificatæ sanctæ ciuitatis, reductorum in Hierosolymam uasorum quæ abducta rescripte legis Dei quæ incensa fuerat, castigati ab uxoribus alienis populi & uno corde atq; anima in Dei seruitium conuersi, ut propheta simul & historicus conscripsit, parumper perscrutatus fuero, & aliqua ex his que commemorauit sacramentis, apertiora studiosis Deo fauente reddidero. Bene uale semper amantissime antistes, nostri memor in Domino.

Hexameron.



IN principio creauit Deus cælum & terram: creationem mundi insinuans scriptura diuina, apte primo statim uerbo æternitatem atque omnipotentiam Dei creatoris ostendit. Quem enim in principio temporum mundum creasse perhibet, ipsum profecto ante tempora æternaliter extitisse designat: & que ipso conditionis initio cælum & terram creasse narrat, tanta celeritate operationis omnipotentem esse declarat, cui uoluisse fecisse est. Nã humana fragilitas cum aliquid operatur: uerbi gratia, cum domum edificamus, in principio operis materiam preparamus, & post hoc principium fodimus in altum, deinde immittimus lapides in fundamentum, deinde parietes atque gescantibus lapidum ordinibus apponimus, sicque paulatim ad perfectionem operis propositi perficendo perueniamus. Deus autem omnipotens, cuius manus est ad explendum opus suum nõ eguit mora temporum, quia scriptum est: Omnia quæcumque uoluit fecit. Vnde bene dictum est, quia in principio creauit Deus cælum & terram: ut aperte detur intelligi, quia utrumque simul ab eo factum est, quamuis utrumque simul ab homine dici non possit. Denique dicit propheta, Initio tu Domine terram fundasti. Hic autem Dominus cælum & terram in principio creasse narratur, unde liquido colligitur, quia factura est utriusque elementi pariter expleta, & hoc tanta uelocitate diuine uirtutis, ut nec dum primum mundi nascentis momentum esset transcensum, potest autem nõ improbabiler intelligi, in principio fecisse Deum cælum & terram in unigenito filio suo, qui interrogantibus se Iudæis, quod eum credere deberent. Respondit: Principium qui & loquor uobis. Quia in ipso, ut ait Apostolus, condita sunt omnia in cælis & in terra. Sed diligenter intuendum, ut ita quisque sensibus allegoricis studium impedit, quatenus apertam historie fidem allegorizando non derelinquat. Quod autem uel quale sit cælum, quod in principio cum terra factum est, sequentibus uerbis insinuatur cum dicitur: Terra autem erat inanis & uacua, & tenebre erant super faciem abyssi. Vt quid enim hæc de terra prætermisso cælo intulit, nisi quia nil tale de cælo intelligi uoluit.

uoluit. ipsum est enim cœlū superius, quod ab omni huius mundi uolubili statu secretū diuina gloria præscientiæ manet semper quietum. Nam de nostro cœlo, in quo sunt posita lumina, huius seculo necessaria in sequentibus scriptura, quomodo uel quando sit factū declarat. non ergo superius illud cœlū, quod mortalium omnium est inaccessibile conspectibus, inane creatum est & uacuum, ut terra quæ nil in prima sua creatione uirentium germinū uel uiuentium produxit animantium: quia nimirum suis incolis mox creatum, hoc est beatissimis angelorum agminibus impletum est, quos in principio cū cœlo & terra cōditos esse: ac mox cōditionē suā simul & totius creaturæ primordialis ad laudē creatoris retulisse restatur ipse conditor, qui loquens ad sanctū famulū suū loquitur, Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ: & paulo post: Cum me laudaret simul astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei. astra uidelicet matutina eisdem angelos, quos & filios Dei nuncupās ad distinctionem nimirum hominum sanctorum, qui postmodum creandi ac uelut astra uespertina post cōfessionē diuinæ laudationis per mortē erant carnis occasuri, e quibus uidelicet astris matutinis ob dispectum gloria Dei laudationis audire meruit: Quomodo cecidisti de cœlo lucifer, qui mane oriebaris: corruisti in terrā qui uulnerabas gentes. qui dicebas in corde tuo: In cœlū ascēdā, super sidera Dei exaltabo solium meum. In cuius expositione sententiæ sanctus Hieronymus meminit etiā superioris cœli, ita scribens: Vel antequam de cœlo corruerit ista dicebat, uel postquam de cœlo corruit, si adhuc in cœlo positus, quomodo dicit, Ascēdā in cœlū. Sed quia legimus, Cœlū cœli Dño: cum esset in cœlo. i. in firmamento. In cœlū ubi solū Domini est, cupiebat ascendere, nō humilitate, sed superbia. Sin aut postquā de cœlo corruit, ista loquitur: uerba arrogantia debemus intelligere, quia nec precipitatus quiescat sed adhuc libi grandia re, pmittat, nō ut inter astra, sed super astra Dei sit. Merito itaq; cœlum cœli nō inane uel uacuum esse memoratur, sed nec tenebris in eo uel abisso locus remanere phibetur ullus, q̄ Dominus Deus illuminat, & cuius lucerna est agnus: & merito inanis erat ac uacua terra, cū adhuc tota abisso. i. immensa profunditate tegebatur aquarum: merito tenebræ sup facie erāt abissi, cū nec dū lux, quæ has fugaret creata est. Nō aut audiēdi sunt qui reprehēdentes Deū, dicunt tenebras eū anteq̄ lucē creasse: quia nō Deus tenebras in aqua uel in aere fecit ullas, sed ordine distincto prouidentia sue, prius aquas cū cœlo creauit ac terra, & has postmodū cū uoluit, lucis gratia uenusta uit: q̄ eū usq; modo & in aqua ipsa & in aere p̄ quotidianū solis occasum ac discessū facere uisidemus. Neq; enim aquas nisi à Deo factas credere fas est, quod & si hic scriptura palā nō dicit, palā tamen significat. cū has à Deo illustratas atq; ad iussum eius ordinatas inlinuat, sed et psalmus dicit aperte: Et aquæ quæ super cœlos

sunt, laudēt nomen Dñi: quia ipse dixit, & facta sunt. Vbi notandū, q̄ cū cœlo in principio mundi huius elemēta, aqua uidelicet & terra nominatim facta memoratur, quibus tñ duo reliqua fuisse constat indita, ignē uidelicet in ferro & lapidib. q̄ terræ uiscere iā tū cōdita latebāt: aerē uerò in ipsa terra, cui esse permixtus, ex eo cognoscitur, q̄ cū fuerit humectata, & tēperie solis acceperit, mox uapores exhalat largissimos. Ignē quoq; ardentē terrē interiorib. insitū, calidi aquarū fontes pducunt, quæ cū p̄ certa q̄dam metalla in pfundo aquarū transcurrūt, nō solū calidæ, sed & feruentes super facie telluris emanant. Nō enim hec, ut quidā disputāt, infortiter inuicē mixta, sed terra ipsis quib. & nūc est finibus undiq; uersum circūscripta: talis nūc erat tota, qualis adhuc sub imo maris pfundo ex parte remanet. Quod aut uniuersam eius superficiē in tantā tegebāt altitudinem, ut ad illū usq; locū pertingerent, ubi nunc usq; sup firmamentū cœli ex parte residēt, nomen Dei creatoris, cœli cœlorū laudare nō desinunt. Adhęc tantū informis est illa materies, de qua mundū esse factū testatur scriptura, q̄ in Dei laudibus dicit: Qui fecisti mūdū de materia informi. Nā cuncta quæ cū aqua & terra uidere solemus in mundo uel de ipsis exordiu naturæ uel sumpserit de nihilo: ipsa aut terra & ipse aquæ p̄pterea nomen sortitæ sunt materia informis, quia priusquā in lucem uenirent, unde formositate haberent nō erat. Quid aut incōueniens, si mūdā materia fuerāt tenebrosa primordia, ut accedente luce melius q̄ factum est redderetur: & tanq; proficiētis hominis q̄ postea futurū erat, hoc modo significaretur affectio, & exponente Apostolo ac dicēte: Quoniā Deus qui dixit de tenebris lumen splendescere, qui illuxit in cordibus nostris. Vnde alibi dicit, Fuisit aliquādo tenebræ, nunc aut lux in Dño: illo uidelicet qui cū tenebræ essent super facie abissi, dixit, Fiat lux, & facta est lux, & spiritus Dei ferebatur super aquas. Nō est opinandū pueriliter, q̄ spiritus creator, de q̄ scriptū est, Quia spiritus Dñi repleuit orbē terrarū: positioe loci huius q̄ erāt creāda, superferretur: sed intelligendū potius, quia uirtute diuina præcellerat creatoris, habens in ppria potestate, quādo aquarū illustraret abyssum, quādo in locū eas secerneret unū, ut appareret arida: quando & quomodo creaturas cæteras pro suo nutu disponderet, in similitudinē uidelicet fabri, cuius uoluntas his q̄ fabricādæ sunt rebus solet supferri. Quod ipsum quoq; ad distinctionē superioris cœli pertinet, in quo mox, perfectē oīa disposita spiritus sancti præsentia illustrabat: nō aut ut inferioribus, hoc est, huius mūdī creaturis bonę primordiacōditionis ex tempore ad perfectum deducere intendebat. Nā & ideo Moyses superioris mūdī tā breuiter fecit mentionē, q̄ de mundo hoc in q̄ homo factus est, ad instructionē generis humani sermonem facere instituerat, sufficere credens si omnē creaturę spiritualis & inuisibilis statū atq; ornatū, uno cœli nomine, q̄ in principio factum

factum dixit, cōprehēderet. Corporalem uerò, inuisibilem & corruptibilem creaturā, latius ex ordine describeret. i. tacitis eis quæ altiora quælitu & fortiora scrutati sunt hominū, illa potius quæ essent à Deo præcepta siue promissa hominibus cogitanda proponeret. Vnde etiā cōsulte de casu præuaricatoris angeli & sociorū eius penitus reticuit: quia hoc nimirum ad statū inuisibilis illius ac spiritualis creaturæ, cuius superioris & inuisibilis creaturæ sanctus Basilius in libro Hexamerō secundo, ita meminit: Arbitramur enim, quia si fuit quippiā ante institutionē sensibilis huius & corruptibilis mundi, profectō in luce fuit. Neq; enim dignitas angelorum nec omnium cœlestium militū, uel si quid est, pertinebat nominatū aut incōpellabile aut aliqua rationabilis iustus, uel ministrator spiritus, uel degere posset in tenebris. sed in luce & lætitia decentem sibi habitū possidebat. Et bene autē cum in principio Deum, id est, in filio patrem fecisse cœlum & terram prædiceret, etiam sancti spiritus intulit mentionem addendo, Et spiritus Dei ferebatur super aquas, ut uidelicet totius simul trinitatis in creatione mundi uirtutē cooperatam esse signaret. Et dixit Deus, Fiat lux, & facta est lux. Cōgruit operib. Dei, ut mūdī ornatum à luce incipiat: qui cum ipse sit lux uera, lucemq; habitat inaccessibilem, cuius beatissima uisioe mox creati in cœlis cœlorum angelū iam perfrui ceperant: apte huic quoq; seculo ornando primam materialis gratiā lucis donauit, ut esset unde cætera quæ crearet apparerent. Quod aut dixisse Deus, siue ut lux fieret, siue ut alia quæq; perhibetur: non nostro more per sonū uocis corporeū fecisse credendus est, sed altius intelligēdum dixisse Deum ut fieret creatura, quia per uerbum suū omnia, id est, per unigenitum filiu fecit. De quo manifestius Euangelista Ioannes: In principio inquit, erat uerbum & uerbu erat apud Deū, & Deus erat uerbu. hoc erat in principio apud Deū, omnia per ipsum facta sunt. Quod aut ait Ioannes, oīa facta per uerbum Dei: hoc est, q̄ Moyses ait, quia dixit, Fiat lux: dixit fiat firmamentum, dixit fiat & cætera creatura. hoc quod psalmus adiuncta & spiritus sancti persona dicit Verbo Dñi cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Si aut queritur quib. in locis iubente Deo facta sit lux, cū adhuc abyssus omnem terræ amplitudinē contegeret. Patet profectō, quia in superioribus eiusdem terræ partibus, quas & nunc diurna solis lux illustrare consueuit, tunc principalis illa lux emicuit. Nec mirandum nobis diuina operatione lucem in aquis posse resplendere, cum & hominum operatione cōstet eas sæpius illustrari, nautarum uidelicet, qui in profundo maris dimeri emisso ex ore oleo per spicuum sibi hoc ac lucidum reddunt. Si enim homo talia per oleum sui oris potest, quantam Deus per spiritum oris sui lucem creare posse credendus est, præsertim cum multo rariores quam modo in terris uidere solemus: aquæ in principio fuissent factæ credendæ sint, prius q̄

in locum essent unum, ut apparerent, cōgregata. Et uidit Deus lucē q̄ esset bona. Nō uelut in cognitā antea repente lucem uidens laudauit, quia bonū didicit: sed eam q̄ laudabilem se facturum nouerat, iam factam hominib. laude dignā ac mirandā esse declarauit. Verū quia non totas mundi tenebras luce dispulit infusa (hoc enim superni est seculi fixa ac perpetua luce p̄frui) sed ab una illū parte illustrans aliā reliquit obscuram, recte subditur: Et diuisit lucem ac tenebras. Diuisit nāq; eas non solū qualitatis, sed & locorū distantia, lucem uidelicet in superiorē orbis parte diffundēdo, in qua humana erat cōuersatio futura: inferiora uerò eius priscis in tenebris remanere sinendo. Appellauitq; lucem diem, & tenebras noctem. appellauit autē dictū est, appellari fecit: quia sic distinxit oīa & ornauit, ut & dies cerni possēt, & nomē acciperet. Sic enim dicimus, Ille paterfamilias ædificauit istā domum, i. ædificari fecit, & multa talia per oēs libros diuinarum scripturarū inueniuntur, hoc ad intellectum nostrū dictum est. Quia enim lingua appellauit Deus lucē diem, & tenebras noctem. Vtrū hebræa an græca an latina, an alia aliqua, etiam sic omnia quæ uocauit, quæri potest qua lingua uocauerit. Sed apud Deū purus intellectus est sine si repitū, & diuersitate linguarū, factumq; est uespere & mane dies unus. Factū est uespere occidēte paulatim luce. Post expletū spaciū diurnę lōgitudinis, atq; inferiores mundi partes subeunte, q̄ nunc usitato solis circuiū noctibus agi solet: factum est & mane redeūte eadem paulatim supra terras, atq; alium diem inītiante, & hucusq; dies expletus est unus, xx. scilicet & 1111. horarū, cuius cōmendatione uerbi scriptura uigilāter admonet, ut lucem quæ facta est, inferiora orbis occasu suo illustrasse discamus. Nā si nō hoc faceret, sed magis facto uespere paulatim tota periret, ac rursū paulatim mane recreata resurgeret. non iam in mane diei sequentis, sed potius in uespera primū unū diceret esse diem perfectū, unde sunt uespera & mane, q̄ noctem ac diē factā dicere maluit: ut inlinuaret iter primarię lucis actū esse circuiū, q̄ nūc circuiū solis die noctuq; geri cōstat: præter hoc solū modo q̄ post creata sidera, nox quoq; tamētū minore q̄ dies luce perfunditur, triduo autē illo primo tenebrosa, prorsus & obscura manebat. decebat nāq; omnimodis ut dies incipiēs à luce, in mane diei sequentis eilet protelatus: quatenus intimarētur opera eius qui est lux uera, & in q̄ tenebræ nō sunt ulle, à luce inchoare, & in lucē cūcta esse cōpleta. Dixit quoq; Deus: Fiat firmamentū in medio aquarū, & diuidat aquas ab ags, & fecit Deus firmamentū, diuisitq; aquas q̄ erāt sub firmamento, ab his quæ erāt super firmamentū, & factū est ita. Vocauitq; Deus firmamentū cœlū, & factū est uespere & mane dies secundus. hic nostri cœli, in q̄ fixa sunt sidera, creatio describitur, q̄ in medio cōstat firmamentū esse aquarū. Nā suppositas ei esse aquas, & ipsi in aere terrisq; uidemus; superpolitā aut nō solum

huius scripturæ autoritate, sed & pphetę uer-
bis edocemur, q̄ ait: Extendēs cœlū sicut pellē,
qui regis in aq̄s superiora eius. In medio ergo
aquarum firmatū esse cōstat sidereū cœlū, neq̄
aliquid prohibet ut de aquis factum esse cre-
datur: qui enim cristallini lapidis quanta firmi-
tas, quę sit p̄spicuitas ac puritas nouimus, quę
de aquarū cōcretionē certū est procreatū: quid
obstat credi q̄ idē dispositō naturarū in firma-
mentū cœli substantiā solidarit aquarū. Si quę
uerō mouet, quomodo aquarū natura fluitare
semp, atq̄ ad ima delabi sup̄ cœlū cōsistere pos-
sint, cuius rotunda uidetur esse figura: memine-
rit scripturę dicētis de Deo. Qui ligat aquas in
nubibus suis ut nō erūpant pariter deorsum: &
intelligat, quia q̄ infra cœlū ligat aquas ad tem-
pus cū uult, ut nō pariter decidāt, nullo firmio-
ris substantię crepidine sustētatas, sed uaporibus
solūmodo nubīū retētatas: ipse etiā potuit aquas
super rotundā cœli spherā, ne unquā delabant,
nō uaporali tenuitate, sed soliditate suspende-
re glaciali. Sed & si liquētes ibi aquas sistere uo-
luit, nunquid maioris hoc miraculi est, q̄ quod
ipsam terrā molē, ut scriptura dicit, appēdit in
nihilō. Nam & undę siue rubri maris seu fluuii
Iordanis, cum ad transitū Iſraheliticę plebis in
altum erectę murorum instar figuntur, nonne
euidens dant indicium, q̄ etiā supra rotundita-
tē cœli uolubilem, fixa possint ratiōe manere.
sanē quales ibi aquę sint, esse tamen eas ibi q̄
scriptura sancta dixit, nulli dubitandum reliq̄t.
Quid sit autē dicere Dei, Fiat hæc uel illa crea-
tura, iam supra dictū est. Dixit enim ut fieret,
cum in cōterno sibi uerbo unigenito uideli-
cet filio cuncta creanda disposuit. Cum ergo au-
diuimus, dixit Deus, Fiat firmamentum in me-
dio aquarum, & diuidat aquas ab aquis: intelli-
gamus quod in uerbo Dei erat ut fieret, in quo
faciendū intus, ante omne tempus prauidit,
quicquid foras Deus ex tēpore fecit. Cū uerō
audiuimus, Et fecit Deus firmamentum, & di-
uisit aquas, quę erāt sub firmamento, ab his q̄
erāt super firmamentū, & factum est ita: intelli-
gamus factam cœli aquarumq̄ creationem ac
dispositionem non excessisse p̄scriptos sibi
in uerbo Dei terminos, iuxta illud psalmistę:
Præceptum posuit, & non prateribit. Quod æ-
quę creaturę sequentibus quatuor diebus fa-
ctę referantur, intelligendū est: ubi uerō adiun-
ctum audiuimus, Et uidit Deus quod esset bo-
nū, intelligamus in benignitate spirit̄ eius nō
quasi cognitū postea q̄ factum est, placuisse: sed
potius in ea bonitate placuisse, ut maneret, ubi
placebat ut fieret. Notādū enim, q̄ huius uerbi
adiectio hoc in loco in Hebraica ueritate non
habetur. Et mirū quare inter omnia quę creaf-
se Deus legitur, hic solūmodo. i. in secūdi diei
operibus, probatio diuinę uisionis minime ad-
datur, quę tamē ipsa cū ceteris quę fecit, Deo
bona uisā esse demonstratur: cū in sequētib̄ dici-
tur, Viditq̄ Deus cuncta q̄ fecit, & erant ualde
bona. Nisi fortē sicut quidā patrū exponunt, in-
telligere nos in hoc scriptura uoluit, nō esse bo-

num duplicem numerū, quib̄ unitate diuidat:
& p̄figurat cœdera nuptiarum, unde & in ar-
ca Noe omnia animalia quęcunq̄ bina ingre-
diuntur, immunda sunt, & impar numerus esse
mundus ostēditur. De his sanē quę hactenus ex-
posita sunt, id etiā de creatione diei primi & se-
cundi, in historia sancti Clemētis ita refertur, di-
xisse Apostolū Petrū: In principio cū fecisset
Deus cœlū & terrā, tanq̄ domū unā, ipsaq̄ ex
corporib. mundi reddita est umbra his q̄ intrin-
secus clausa fuerāt, tenebras ex se dedit. Sed cū
uoluntas Dei introduxisset lucem, tenebrę illę
quę ex umbra corporum factę fuerant, conti-
nuō deuoratae sunt, tū deinde lux in diem, tene-
brę deputantur in noctē: iam uerō aquę quę
erant intra mundum, in medio primi illius cœ-
li terreq̄ spacio, quali gelu concreta, & cristal-
lo solidata distenditur: & huiusmodi firmamē-
to uelut intercluditur mediā cœli ac terrę spa-
cia, idq̄ firmamētum cœli cōditō appellauit,
antiquioris illius uocabulo nūcupatū, & ita to-
tius mundi machinā, cum una domus esset, in
duas diuisit regiones. Diuisionis autē hæc fuit
causa, ut superna regio angelis habitaculum,
inferior uerō pręberet hominib. hæc nostro ope-
ri paucis inserere libuit, ut quantū hoc patrum
sensui concordet, lector agnoscat. Dixit uerō
Deus: Congregentur aquę quę sub cœlo sunt
in locum unum, & appareat arida, factumq̄ est
ita. Subducuntur aquę quę inter cœlum & ter-
ram uniuersa compleuerant, & unum congre-
gantur in locum: ut & lux, quę p̄terito biduo
aquas clara lustrabat, clarior puro in aere sp̄s
desceret: & terra quę latebat appareret, quęq̄
contecta aquis limosa manebat, & inuolida, ha-
rum abscessu redderet arida, & suscipiēdis ger-
minibus apta. Si quis uerō qualiter ubi cōgre-
gatae sint aquę, quę omnes terrę partes ad cœ-
lum usque cooperuerant: sciat fieri potuisse, ut
terra ipsa longe lateq̄ iussu creatoris subsidens
alias partes pręberet concauas, quibus conflu-
entes aquę reciperentur, ut appareret arida
ex his partibus, unde humor abscederet ut arida.
Potest etiam non absurde credi rariores, si-
cut & supra commemorauimus, primarias fu-
isse aquas, quę uelut nebulas terras tegerent.
Congregatione autem esse spissatas, quę da-
tis sibi locis capi possent, apparente arida in
reliquis. Bene autem cum multa constet esse
maria, in locum tamen unum congregatas di-
cit aquas: quia uidelicet cuncta hæc iniungen-
da, atque continua oceano ac mari iunguntur
magno: sed & qui lacus in semetipsis uidentur
esse circumscripti, & hos ferunt occultis qui-
busdam perforatos cauernis, in mare suos e-
uoluere meatus. Nam & fossiles puteorum
hoc probant, quia tellus omnis per inuisibi-
les uenas aquis est repleta manantibus, qui
attrahunt ex mare principium. Et uocauit
Deus aridam terram, congregationes quę a-
quarum appellauit maria. Prius quidem ad
distinctionem aquarum totam hanc solidior-
rem mundi partem appellauit terram cum
diceret,

diceret. In principio creauit Deus cœlū & ter-
ram, terra autem erat inanis & uacua: at nunc
postquam formari iam mundus incipit, & aq̄s
suum in locum recedentibus terrę facies appa-
reret, ad distinctionem partis eius adhuc aquis
premebatur, cætera portio quam aridam esse
licebat, terrę nomen accepit: inde dicta latinē,
quod animantium pedibus teratur. Congrega-
tiones aquarum appellantur maria, uidelicet
proxima sui parte. Nam & apud Hebręos cun-
ctas aquarū congregationes siue falsę seu sint
dulces, appellari dicunt maria. Et apte qui
prius propter cōtinuationem omnium quę in
terris sunt aquarum, in locum unum eas dixit
congregatas: nunc & earum congregationes
pluraliter nominat, & hæc appellari maria plu-
raliter dicit, propter uidelicet multitudine earū-
dem sinus qui diuersa pro regionum uocabur-
lis & ipsa nomina sortiuntur. Et uidit Deus
quod esset bonum. Nec dum terra germina-
bat, nec dum uel ipsa uel aquę animalia uitā
produxerunt, & tamen uidere dicitur Deus
quod esset bonum cedentibus aquis apparuit
se aridam: quia uidelicet aquę æstimator uni-
uersitatis prauidens, quę futura sunt, quali per-
fecta iam laudat, quę adhuc in primi operis ex-
ordio sunt, nec mirum apud quem rerum perfe-
ctio consummatione operis, sed in suę est prę-
destinatione uoluntatis. Et ait: Germinet ter-
ra herbam uirentem & facientem semen, & li-
gnum pomiferum faciēs fructum iuxta genus
suum, cuius semen in semetipso sit super terrā,
& factum est ita. Et protulit terra herbam ui-
rentem & afferētem semen iuxta genus suum,
lignumq̄ faciēs fructū, & habēs unum quodq̄
sementem secundū speciem suam: & uidit De-
us quod esset bonū, factumq̄ est uespere & ma-
ne dies tertius. Patet ex his Dei uerbis, quia uer-
no tēpore mundi est perfectus ornatus. In hoc
enim solent herbę uirentes apparere in terra,
& ligna pomis onustari: simulq̄ notandum, q̄
non prima herbarū arborumq̄ germina de se-
mine, sed prodire de terra. Nam ad unā condi-
tionis iussione terra quę arida parebat, repen-
tē herbis compta, & nemoribus est uestita flo-
rentibus, atq̄ hac cōtinuo sui quęq̄ generis po-
ma ex sese, ac semina producerunt. Oportebat
enim ut forma quę rerum ad imperium Domi-
ni primo perfecta procedere, quomodo & ho-
mo ipse propter quem omnia facta sunt in ter-
ra perfecte, hoc est, iuuenilis ætatis plasmatus
esse credendus est. Dixit autem Deus, Fiant lu-
minaria in firmamento cœli: decente satis ordi-
ne mundus ex materia informi congruam pro-
cedit ad formam. Postquam enim ante omnem
huius seculi diem cœlum & terrā & aquam De-
us creauit, hoc est, superiorem illum & spirita-
lem cum suis incolis mundum, & informem to-
tius huius mundi materiā, iuxta hoc quod scri-
ptum est: Qui uiuit in æternum, creauit omnia
simul. Primo huius seculi die lucem fecit, quę ce-
teras creaturas speciei capaces redderet. Secū-
do firmamentum cœli, superiorē uidelicet huius

iusmodi partē, in aquarū medio solidauit. Ter-
tio in inferioribus mare terrasq̄ suis discrete
finibus, aeremq̄ suis in locis cedente aqua dif-
fidit. Oportuit ergo ut eodem quo creata sunt
ordine profecto caperent elementa amplioris
ornatus, id est, quarto die cœlū luminariibus in
signiretur. Quinto aer & mare, sexto terra suis
implerentur animantibus. Nāq̄ die tertio ter-
ra herbis est, arboribusq̄ uestita. Non ad orna-
tum eius, sed ad ipsam ut ita dixerim, figurę ei-
us superficiē pertinet. Dixit ergo Deus, Fiant
luminaria in firmamento cœli, ut diuidant diē
ac noctem: ea uidelicet diuisione, quę in sequē-
tibus explicatur apertius, ut sol quidem diē,
luna uerō & stellę illustrent noctem. hoc enim
factis sideribus ad augmentum primarię lucis
accessit, ut etiā nox luminosa procederet, uel
lunę utiq̄ splendore, uel stellarum uel utroq̄
radiata, quę eatenus nil pręter tenebras noue-
rat antiquas. Nam & si nobis sapissimē nox, te-
nebrosa uidetur, & cæca, obscurato uidelicet
nebulosis turbiniib. aer, qui terrę proximus est:
superiora tamen illa spacia, quę ætheris nomi-
ne cęsentur, & à turbulento hoc aere usq̄ ad si-
dereum pertingunt cœlum, semper obsiderum
circuentium reddunt lucida fulgorem. Sed &
hoc diuini muneris exorra sidera cum addita-
mēto lucis mundo attulerunt, ut distinctio quo-
temporum labentium per ea possit dinosci, un-
de sequitur: Et sint in signa & tempora, & dies
& annos: quia nimirum prius quàm sidera fie-
rent, non erat quibus ordo temporū adnotare-
tur indicijs. nonerat unde meridiana hora di-
nosceretur, antequam sol medium cœli conscē-
deret igneus orbem, non unde cæterę diei no-
ctisq̄ signarentur horę, donec astra polū æqua-
li inter se sorte die noctisq̄ diuiderēt. Sunt ergo
luminaria in signa & tēpora, & dies & annos:
non quod à conditione eorum tempore cepe-
rint, quę cœpisse constat à principio, quo fecit
Deus cœlum & terram, uel dies & anni qui o-
riginem sumpsisse noscuntur, & quod dixit De-
us, Fiat lux, & facta est lux: sed quia per ortus
eorum siue transitus temporum ordo dierumq̄
annorumq̄ signatur. Nam totum illud tridū
superius in discreto cursu sui processu transie-
rat, nullam penitus dimensionem habens ho-
rarum, utpote quia lumine primario adhuc ge-
neraliter omnia replente, nullūq̄ caput haben-
te, quod nunc de sole accipit, nusquam radij ar-
dentiores illuxerant. Nulla sub caute uel ar-
bore quasi remotior umbra frigebat, sed & ex
accepta adnotatione tempore sunt luminaria
in signa huius uitę uisibus necessaria, quę uel
nautę in gubernando uel in desertis Aethiopię
harenosis, quiq̄ uisantes obseruant: ubi cum le-
uissimō uenti impulsu cuncta, mox quę inuen-
ta fuerint, itinerantium uestigia cōplanantur.
Ideoq̄ non minus illis in regionibus euntes,
quam qui in mari nauigāt nocte dieq̄ signis e-
gent siderum. Sunt item in signa, quia nonnun-
quam aeris quoq̄ qualitas, quę sit uentura ho-
rum contemplatione prauidemus, ut luceant
in firma-

in firmamento cœli, & illuminent terram, & factum est ita. Semper quidem in firmamento cœli luminaria lucēt, ut diximus, & proxima eis loca claro lumine perfundunt, sed temporibus opportunis illuminant terram. Namque aliquotiens nubilosus obliquit aer, ne uel luna cum parua est, uel stellarum lumen terris appareat: sed exortus sol lunam stellasque maiore lumine, ne tetram illuminent impedit: unde & nomen latine accepit, quod solus obtulis una stellis cum luna per diem super terras fulgeat. Fecit quoque Deus duo magna luminaria. Luminaria magna possumus accipere, non tam aliorum comparatione, quam suo munere, ut cœlum magnum & mare magnum. Nam & magnus sol qui complet orbem terræ suo calore, uel luna suo lumine quæ in quacunque parte fuerint cœli illuminent omnia, & æquæ spectantur à cunctis. exemplum magnitudinis eorum euident, quod omnibus hominibus orbis ipsorum idem uidentur. Nam si longe positus minor uideretur, & propius constitutus maior refulgeret, proderet exiguïtatis indicium. Luminare maius ut præesset diei, & luminare minus ut præesset nocti: & stellas, & posuit eas in firmamento cœli. Luminare maius est sol, non solum forma sui qualiscunque est corporis, sed etiã magnitudine luminis, qua & ipsum luminare minus & stellas illustrare creditur. maius est & uirtute ardoris, qua mundum calefacit exortum cum præteritis ante eius creationem diebus nil omnino calor habuisset: quod autem equalis uniusque magnitudinis luna cum sole cernitur, ex eo fieri dicunt, quod ille multo longinquior à terris atque altior quàm luna incedat: ideoque magnitudo eius quanta sit, nequaquam à nobis qui in terris degimus, ualeat dinosci. Omnia enim longius posita solent breuiora uideri. Et luminare, inquit, minus ut præesset nocti, & stellas, & posuit eas in firmamento cœli: quia etsi lunam omni mense si aliquotiens & stellas maiores in die uideri contingat, nequaquam eas diei, sed nocti solummodo lucis solatium aliquid afferre certissimum est, ut luceret super terram, & præesset diei ac nocti, & diuiderent lucem ac tenebras. hæc & de luminariibus magnis & de stellis intelligi possunt, ea tantum distinctione, ut quod dictum est, & præesset diei: ad solem specialiter, quod subiunctum, & nocti ad lunam & stellas pertineat. quod uerò subinfertur, Et diuiderent lucem ac tenebras: omnibus æquæ sideribus conueniat, quæ ubicunque incedunt, lucem secum circumferunt: ubi autem absunt, tenebrosa relinquunt cuncta. Sin autem quærat aliquis, quale poterit esse lumen diurnum ante creationem siderum, nõ ab re est credi quod tale fuerit, quale uidemus quotidiè mane proximante scilicet solis ortu: sed nec dum terris apparente, quando lucet quidem obtulis stellarum radijs dies, sed minime adhuc dicitur sol oritur, resulget. Vnde nulla tunc esse discretio temporum præter diei solum & noctis poterat, meritoque factis sideribus dictum est: Et sunt in signa & tempora

& dies & annos. cœperunt namque discerni temporum uices, ex quo sol die quarto mundi nascens à medio procedens orientis, æquinoctium uernale suo cōsecrauit exortu, & quotidianis profectibus ad alta cœli culmina scandendo: rursumque à solstitiali uertice ad infima paulatim descendendo, nec mora ab infimis heremisque locis, æquinoctialis gyros repetendo discretis temporibus quatuor notissimis, diebus que præfinitis anni spacium compleuit. Sed & luna uespere plena apparet in celebrationem paschæ seruanda erant tempora, primo suo præfixit ascensu. Ipsa est enim hora, quam non solum antiquus ille populus Dei, sed & nos hodie primam in agendo pascha seruamus, cum æquinoctij die transenso plena uespere luna: hoc est, quarta decima in faciē cœli prouiderit. Nam mox post hæc ut Dominicus dies aduenit, aptum hoc celebrandæ resurrectionis dominicæ tempus instabit. Completo ad literam quoque propheta uerbo, qui dixit, Fecit lunam in tempore, sol cognouit occasum suum. Stellæ quoque excepto eo quod supra diximus, quia uel sua specie quæ sit futura qualitas aeris, uel suo cursu quæ sit uigilia noctis ostendunt. Sunt in signa & tempora, quia hæc in cœlum uententes æstiuæ tempora, illæ designant hyberna. sunt & in dies: quia istæ uernis diebus solem, illæ comitantur autumnalibus: sunt & in annos, quia quæ nunc uerbi gratia in æquinoctio uerno matutina oriuntur, ipsæ omnibus annis in eodem æquinoctio in cœli faciem ueniunt: quæ nunc in solstitio uespere uel mane, hæc semper in illo eisdem horis oriuntur. Sed & quædam sunt stellæ, quas planetas, id est, errantes uocant astrologi, quæ maiores annos suo circuitu faciunt, quo ad eundem cœli locum redeunt. Nam stella quæ Saturni dicitur, triginta annis: quæ Iouis duodecim annis: quæ Martis, duobus annis fertur solaribus circuitu cœli expleto ad eadem loca siderum, quibus fuerant antea redire. Lunam quoque cum duodecies spacium sui cursus peregerit, annum facit communem, id est, dierum trecentorum quinquaginta quatuor, & ut anno solari possit concordare circuitus. tertio quoque uel secundo anno tertium decimum addit mensem, quem embolismum uocant annu calculatores, & fit dierum trecentorum octoginta quatuor. Et uidit Deus quod esset bonum: necessario sancta scriptura multotiens repetit, quod uidit Deus bona esse quæ fecit, ut hinc in formaretur pietas fidelium: non pro humano sensu, qui sæpe etiam bonis rebus offenditur, quorum causas atque ordinem nescit, de creatura uisibili atque inuisibili iudicare, sed laudanti Deo crederet, & cedere. Tanto quisque facilius aliquid proficiendo cognoscit, quanto religiosus antequam cognosceret Deo credidit. Vidit ergo Deus quod essent bona quæ fecit: quo modo quæ faciēda placebāt, ut fierent facta placuerant, ut manerent, quantum cuique rei existēdi siue manendi à tanto fabricatore fuerat constituenta mensura. Factum est uespere & mane dies

ne dies quartus: hæc est uespere illa memoranda, in qua populus Dei in Aegypto in celebrationem paschæ obtulit agnum mane. Quod primum post excursum longe seruitutis iugum cepto libertatis itinere uidit. Scriptum est dicente Domino ad Moysen: Mensis iste uobis principium mensium primus erit in mensibus anni. Decima die mensis huius tollat unusquisque agnum per familias & domos suas. Et seruabitur eum usque ad quartum decimum diē mensis huius immobilitatem eum uniuersa multitudo filiorum Israel, ad uesperam, &c. Qua etiam uespere ad cōsummanda paschæ legalis sacramenta, Dominus noster posterum agni typici mysteria nobis sui corporis & sanguinis ad celebranda inuiauit: quo lucefcente mane quasi agnus immaculatus suo nos sanguine redimens, à demoniacæ dominationis seruitute liberauit. Quæ uidelicet luna plenissima dies in creatione quidem mundi processit quarta, at in tempore Dominicæ passionis altioris gratia sacramenti, in quinta sabbati incidit: ut uidelicet Dominus sexta sabbati crucifixus sabbato ipso in sepulchro quiescere, ac primam sabbati sua resurrectione consecraret, & nobis quoque in ea in qua & lux facta est, resurgendi à mortuis ad lucem perpetuam intrandi fidem spemque donaret. Dixit etiam Deus: Producant aquæ reptile animæ uiuentis, & uolabile super terram sub firmamento cœli. Post ornatum quarta die cœli faciem luminariibus ornatur, consequenter quinta inferioris mundi partes, aquæ uidelicet & aeris quæ spiritu uitæ mouentur: quia & hæc elementa quadam quasi cognatione & sibi ad inuicem & cœlo copulantur. Sibi quidem, quia natura aquarum aeris qualitate proxima est, unde exhalationibus earum pinguescere probatur, ita ut nebula contrahat, & possit uolatus auium sustinere testante scriptura: Quia ubi, to aer cogetur in nubes, & uentus transiens sugabit eas. Denique per noctes etiam serenas rotrat, cuius roris guttae mane in herbis inueniuntur: cœlo autem inunguntur hoc modo, quia à Deo uicinus est ei. Aer iste ut & ipse nonnunquam eius nomen accepit, sicut uolatilium cœli cognominat scriptura, quæ uolare cōstat in aere: & Dominus ipse turbis quæ tempore aduentus sui de uirtutū ostensione non cognouerant, loquitur dicens, Cum uideritis nubem orientem ab occasu statim dicitis, nimbus uenit, & ita sit: & cum austrum flantem, dicitis quia uentus erit, & sit hypocrita faciē terræ & cœli notis probare, hoc autem tempore quomodo non probatis? Vbi certum est, quia faciem cœli nõ altam quam uariantem humi statum aeris appellat. Dixit ergo Deus, Producant aquæ reptile animæ uiuentis, & uolabile super terram sub firmamento cœli. Et ne forte quæ sunt aquarum animantia, quæ non reptando, sed nando uel pedibus ambulando incedunt: sunt inter uolatilium quæ ita pennas habent, ut omni usu uolandi careant, putaret quisque ali quod genus uolatilium siue aquatiliū animantium in hoc Do

mini uerbo esse prætermittum, uigilanter adiungitur: Creauitque Deus cete grandia, & omnem animam uiuentem atque motabilem, quam produxerant aquæ in species suas, & omne uolatile secundum genus suum. Nullum igitur genus exceptum est, ubi cum cetis gradibus creata est omnis anima uiuens, eorum quæ produxerant aquæ in species diuersas: hoc est, in reptilium & natatiliū, & uolatilium. Sed & eorum quæ nulla arte incessui fixa cautibus inhærent, ut sunt plurima cōcharum genera. Quod autem dictum, Et uolabile super terram sub firmamento cœli: nil rationi ueritatis obliquit, quia nimirum & si immenso interiacenti spatio, sub sidereo tamen cœlo uolant aues quæ super terram uolant: quomodo tam nos homines in terra positi sub cœlo ac sole esse constituti ueritate & recte dicimur, attestate scriptura quæ ait, Qui erant in Hierusalem habitantes Iudei, uiri religiosi, ex omni natione quæ sub cœlo est. Et quid habet amplius homo de uniuerso labore suo, quo laborat sub sole. sanè iuxta aliam translationem mouet nonnullos quod dictum est, Et uolatilium uolantia secundum firmamentum: id est, iuxta firmamentum cœli. Sed intelligendum est, quod ideo dictum sit uolare aues secundum firmamentum cœli, quia hoc nomine etiã æthera indicentur. Hoc est, superius illud aeris spacium, quod à turbulento hoc & caliginoso loco in quo aues uolant, usque ad astra pertingit, & esse tranquillum prorsus ac luce plenum, non im merito creditur. Nam & errantia sidera septem, quæ in hoc ætheris spacio uaga ferri perhibentur, scriptura in firmamento cœli esse postea dixit. Ideoque aues recte dicuntur secus firmamentum cœli uolare, quia uicina sunt, ut dixerim, ætheri turbulenta hæc aeris spacia, quæ uolatus autem sustinent. Nec mirandum, si æther firmamentum cœli nominetur, cum aer appellatur cœlum, ut supra docuimus. Nec prætereundum, quod creatus dicitur Deus omnem animam uiuentem, additum est, Atque mobile: ad distinctionem uidelicet hominis, quæ facturus erat ad imaginem & similitudinem suam, ita ut si eius præcepta seruaret, perpetua uiueret incommutabilitate beatus. Nam animantia cætera, ita sunt prima mox conditio ne facta, ut uel alia alijs in alimoniam cederent, uel ipsa suo senio deficientia perirent. Et uidit Deus quod esset bonum, benedixit que eis dicens: Crescite & multiplicamini & replete aquas maris, auesque multiplicentur super terram. Et factum est uespere & mane dies quintus. Quod dixit, Crescite & multiplicamini & replete aquas maris, ad utrumque genus animantium, de aquis factorum: hoc est, ut ad pisces pertinet, & ad aues. Quia sicut pisces omnes non nisi in aquis uiuere possunt, ita sunt pleraque aues quæ & si in terris aliquando requiescunt fetusque propagant, nõ tamē de terra, sed de mari uescuntur, marinisque sedibus libentius que utuntur terrestribus, quod uerò subiungit, Auesque multiplicentur super terram: ad utrumque genus auium, hoc est, & earum quæ de aquis, & earum quæ uescuntur de terra

respicit: quia uidelicet etiam ille que sine aquis uiuere nesciunt aues, ita ut multo sæpe anni tē pore sub profundo aquarum, quomodo pisces lateant, nonnunquam egredi super terram solent, maxime cum foetant & nutriūt pullos. Dixit quoque Deus: Producat terra animā uiuentē in genere suo, iumenta & reptilia & bestias terræ secundum species suas. factum est ita. Post radiatum sideribus cœlum, post impletum uolatilibus aerem, qui ob uicinam cœli nomen meruit. Post locupletatas suis animantibus aquas, quæ & ipsæ aeri sunt magna naturæ uicinitate coniunctæ. Vnde & de illis sumpsit animantia, de illis imbres, niues, grādines & cætera sumit huiuscemodi: consequens erat, etiam terram suis animantibus, hoc est, ex se genitis impleri. Nam & ipse præcipuam habet cognationem cum aquis, utpote qui sine harum succo & irrigatione non solum fructificare, sed & nec ipsa consistere possit. Petro attestante qui ait: Quia cœli erāt prius, & terra de aqua, & per aquam consistens Dei uerbo. Iubet ergo producere Deus terram iumenta & reptilia & bestias terræ: quia uerò nomine bestiarū omne quicquid ore uel unguibus sœuit, exceptis serpentibus, constat esse comprehensum: nomine autem reptilium terræ etiam serpentes continentur, nomine uerò iumentorum, ea quæ in usu sunt hominibus animalia designantur. Vbi ergo conditio describitur cæterorum quadrupedum, uerbi gratia, ceruorum, caprearum, bubalorum & aprorum cæterorumque huiusmodi, nisi forte ob serocitatem indomitæ mentis inter bestias esse adnumerata dixerimus: iuxta antiquam sane translationem, in qua scriptum est. Eiecit terra animam uiuam secundum genus quadrupedia, & reptilia & bestias terræ: nil omnino quaestio nis est, quia uidelicet nomine quadrupedū cuncta comprehensa sunt, quæ exceptis bestiis & reptilibus terra produxit, siue quæ sub cura humana, siue quæ sunt fera & agrestia. Et fecit Deus bestias terre iuxta species suas, & iumenta & omne reptile terræ in genere suo. Notanda transmutatio uerborum quæ supra dictum est, quod producere iusserit Deus terræ & iumenta & reptilia. & bestias terræ: nunc autem mutato ordine fecisse dicitur Deus bestias terræ, & iumenta & omne reptile terræ: & intelligēdū, quia dicto citius omne quod uoluit, fuit: nilque differt, quod loquela humana prius in creaturarū ordine nominet, quas diuina potentia condidit simul cunctas. Cum autem sequitur: Et uideat Deus quod esset bonum. Queritur meritō, quare non etiā hic addatur illud quod dictum est de eis, Quæ aque produxerant de animantibus. Benedixitque, eis dicens: Crescite & multiplicamini & replete terram, an forte quod de prima creatura animæ uiuentis dictum à Deo commendauerit, etiam de secunda nobis subintelligendum reliquit maxime, quia in huius diei operibus plura erat alia subiuncturus. Porro de homine factio hoc necessario iterare curauit dicens: Benedixitque illis Deus & ait, Crescite &

multiplicamini, & replete terram. Ne quis honorabili connubio inesse peccatū totumque forditati ac fornicationi putaret esse comparandum. Facta autem atque ornata habitatione mundana, supererat ut ipse etiam propter quæ omnia parabantur, habitator ac dominus rerum homo crearetur. Sequitur. Et ait, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrā. Nunc apparet euidentius, quare de creatis herbis & arboribus, piscibus & uolatilibus, terrestribus quoque animantibus dictum sit, ut fierent singula iuxta genus & species suas. Præiudicat enim futura eius creatio, qui non solum suo genere similitudine congrueret & specie, sed etiā ad imaginem sui creatoris ac similitudinem fieret. Cuius nobilitati creatōis etiam hoc testimonium dat, quod non sicut in cæteris creaturis, dixit Deus, Fiat homo, & factus est homo: uel Producat terra hominem, & produxit terra hominem: sed prius quam fieret, Faciamus dicitur, ut uidelicet quia rationalis creatura cōdebat, quasi cū consilio uideretur facta. Quasi per studiū de terra plasmatur, & inspiratione conditoris in uirtute spiritus uitalis erigitur, ut scilicet non per iusionis uocem, sed per dignitatem operationis existeret, quia ad conditoris imaginem fiebat. Cum autem dicitur, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: unitas sanctæ trinitatis aperte cōmendatur. siquidem ea indiuidua trinitas in præcedente rerum formatione mysticè erat insinuatā, quādo dicebatur: Et dixit Deus, Fiat. & Fecit Deus. & uidit Deus quod esset bonum. Nunc autem manifestius hoc ipsa insinuat cum dicitur: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. & recte, quia donec is qui doceretur non erat, in profundo fuit abdita prædicatio deitatis: ubi uerò cœpit hominis expectatio, reuelatur fides & euidenter dogma ueritatis emicuit. Ideo enim quod dicit, Faciamus, una ostenditur trium personarum operatio: in eo uerò quod sequitur, Ad imaginem & similitudinem nostrā, una & æqualis substantia in eisdem trinitatis dicitur. Quomodo enim una esset imago & similitudo, si minor patre filius, si minor esset filio spiritus sanctus, si non consubstantialis eiusdem potestatis esset gloria totius trinitatis? aut quomodo diceretur, Faciamus, si trium in una deitate personarū cooperatrix uirtus non esset? Neque enim angelis à Deo dici poterat, Faciamus ad imaginem & similitudinem nostrā: quia nulla proferus ratio sinit, ut Dei & angelorū unam esse eandemque imaginem siue similitudinem credamus. In quo autem sit homo factus ad imaginem & similitudinem Dei, testatur Apostolus, cum nos solerter admonet, ut hanc quam in primo parente perdidimus, per gratiam eiusdem conditoris recuperemus in nobis. Renouamini inquit, spiritu mentis uestræ, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est, in iusticia & sanctitate ueritatis. Creatus est ergo Adam nouus homo de terra secundum Deum, ut esset iustus, sanctus

sanctus & uerus, subditus, & humiliter adherens gratiæ sui conditoris, qui eternaliter ac perfecte iustus, sanctus & uerus existit. Qui quoniam pulcherriam hanc nouitatem in se diuinæ imaginis peccando corrupit, corruptamque ex se profaptam generis humani procreauit. Vnde uenit secundus Adam, id est, Dominus ipse & conditor noster, natus ex uirgine, creatus incorruptibiliter atque incommutabiliter ad imaginem Dei, id est, immunis omnis delicti, & plenus omnibus gratiæ & ueritatis, ut imaginem in nobis suam ac similitudinem exemplis suis restauraret, & donis. Ipse est enim nouus homo ueraciter secundum Deum creatus: quia nimirum ita ueram de Adam carnis substantiam sumpsit, ut nil de illo uicij sordentis traheret. cuius exempla pro captu nostro sequi, cuius adherere donis, cuius obtemperare mandatis, hoc est, imaginem Dei quam in ueteri homine perdidimus, recuperare in nouo. Non ergo secundum corpus, sed secundum intellectum mentis ad imaginem Dei creatus est homo. Quamquam & in ipso corpore habeat quandam proprietatem que hoc indicet, quod erecta statura est factus: ut hoc ipso admodum neretur, non sibi esse terrena sectada uelut pecora, quorum uoluptas ois ex terra est, unde in aliu cuncta prona atque prostrata sunt, iuxta quod quidam poetarum pulcherrime ac uerissimè dixit.

Pronaque cum spectet animalia cætera terræ, Os homini sublime dedit, cœlumque uidere, Iussit & erectos ad sidera tollere uultus: Congruit ergo & corpus eius animæ rationali, non secundum linamenta figuramque membrorum, sed potius secundum id quod in cœlum erectum est, ad intuenda quæ in corpore ipsius mundi superna sunt. Sicut anima rationalis in ea debet erigi, quæ in spiritalibus natura maxime excellunt, ut quæ sursum sunt sapiant, non quæ super terram. Bene autem additur, Et prælit piscibus maris, & bestiis uniuersaque terræ, omnique reptili quod mouetur in terra: quia nimirum in hoc maxime factus est homo ad imaginem Dei, in quo irrationabilibus animantibus antecellit. Capax uidelicet rationis conditus, per quem & creata quæque in mundo recte gubernare, & eius qui cuncta creauit, posset agnitione perfrui in quo honore positus, si non intellexerit ut bene agat, eisdem animantibus insensatis, quibus prælatus est comparabitur. Sicut & psalmista testatur. Et creauit Deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem Dei creauit illum. Quod prius dixerat, Ad imaginem suam: confirmationis gratia geminauit addendo. Ad imaginem Dei creauit illum: ut diligentius inculcari nobis, quales à Deo facti sumus, & spem recipiendæ Dei imaginis acutius nostris mentibus infigeret. Ne qui imagine Dei ambulamus, uanè cōurbemur, thesaurizantes in incerto diuitiarum, sed expectemus potius Deum. Sitientes quādo ueniamus & pareamus ante faciem eius, certi quia cū apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicut est. Quod autem dicitur, Ad imaginem Dei creauit illum, cum superius

dictum sit, Faciamus ad imaginem nostrā: significat, quod non id agat illa pluralitas personarum, ut plures Deos credamus: sed patrem & filium & spiritum sanctum, propter quā trinitatem dictum est. Ad imaginem nostrā, unum Deum accipiamus, propter quod dictum est, Ad imaginem Dei masculinum & foeminam creauit eos. Plenius in sequentibus, unde & quomodo protoplastos fecerit Deus exponitur. Sed nunc breuitatis causa tunc creati referuntur, ut sexti diei operatio, ac septimi dedicatio cum cæteris explicetur, ac sic ex tempore liberius & hoc & alia prætermissa querant, relatu digna dicantur. Masculinum autem unum, & foeminam in primis creauit Deus unum, non ut animantia cætera quæ in singulis generibus non singula, sed plura creauit: ut per hæc humanum genus arctiore ad inuicem copula charitatis constringeret, quod se ex uno totum parente ortum esse meminisset. Cuius causa uerionis scriptura sacra cum dixisset, Et creauit Deus hominem, ad imaginem Dei creauit illum: statimque subiungeret, Masculinum & foeminam creauit eos. noluit addere, Ad imaginem Dei creauit eos. Et foemina enim ad imaginem Dei creata est, secundum id quod & ipsa habebat mentem rationalem: sed addendum hoc de illa non putauit scriptura, quod propter unitatem conjunctionis etiam in illa intelligendum religit, immo in omni quod de eis ortum est genere humano intelligendum esse significauit. Omnis enim homo etiā nunc in quantum ratione utitur, imaginem in se Dei habet. Vnde dicit Ioannes: Erat enim lux uera quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Ipsum est enim lumen de quo psalmista gloriatur Domino dicens: Signatum est super nos lumen uultus tui Domine. Et quidem apte hoc in loco masculinum & foemina creati esse commemorantur. Tametsi modus eiusdem creatōis necdum referatur, ut uidelicet habeat locum congruum sermo diuine benedictionis. De quo sequitur. Benedixitque illis, & ait, Crescite & multiplicamini & replete terram, & subijcite eam. Hæc etenim multiplicatio hominum, non nisi per conjunctionem erat maris & foeminae perficienda. Si autem benedictione Dei crescit & multiplicatur genus humanum, quanta sunt maledictione digni, qui prohibet nubere, & dispositionem celestis decreti quasi à diabolo reperti condemnant. Non ergo damnandæ sunt nuptiæ, quas ad propagationem generis humani, terramque replendam, superna gratia benedictionis instituit: sed magis honoranda maiore est digna benedictione uirginitas, que postquam impleta est terra hominibus, casta mente simul & corpore agnū quocumque ierit: id est, Dominum Iesum in cœlestibus sequi, & canticum nouum quod nemo alius potest ei cātare, desiderat. Deus namque ac Dominus noster qui in primordio mundi nascentis, foeminam ex uirili latere formauit, ut mutua illorum cōiunctione terram esse implendam doceret: ipse in fine seculi assumptus uirum de carne uirginis, totius cōtationis expertem, tota diuinitatis plenitudine perfectum,

perfectum, ut uirginitatis se gloriam potius quam nuptias diligere probaret. Et dominam in piscibus maris, & uolatilibus cœli, & uniuersis animantibus super terram. Merito queritur, in qua utilitate homo dominatum in pisces & uolucres & animantia terræ cuncta perceperit, uel quos ad usus, quæ uel solatia sint hæc creati hominis, si nunquam peccaret. Cui sicut sequentia scripturæ huius declarant, non hæc ad escam se habere solent, & arborum sunt fructus in prima conditione cœlestis: nisi forte dicitur est, quia peccaturus præciebat Deus hominem, & mortalē peccatō futurū, quem immortalē ipse creauit. Ideoq; ea illi solatia primordially instituit, quibus suā fragilitatē mortalis possit tueri, uel alimentū uidelicet ex his, uel indumentum uel laborum uel itineris habens adiuuentum. Nec qualitu dignum est, quare non etiam nunc cunctis homo dominetur animantibus: postquam enim ipse suo cōditori subiectus esse noluit, prædidit dominū eorū, quæ suo cōditori iuri subiecerat. Deniq; in testimoniū primæ creationis legitur uiris sanctis atq; humiliter Deo seruientibus, & aues obsequium prebuisse, & rictus bestiarum cessasse, & uenenum nocere non potuisse serpentium. Dixitq; Deus: Ecce dedi uobis omnē herbā afferentem semen super terram, & uniuersa ligna quæ habent in semetipsis sementē generis sui, ut sint uobis in escā, & cunctis animantibus terræ: omnīq; uolucris, & uniuersis quæ mouentur in terra, & in quibus est anima uiuens, ut habeant ad uescendum. Iam hic patet, quod ante reatū hominis nil noxium terra protulit, nullam herbā uenenatā, nullā arbore sterile: cum manifeste dicitur sit, quod omnis herba & uniuersa ligna data sint hominibus ac uolatilibus, terrę quoq; animantibus cunctis in escā. Patet quia nec ipsæ aues raptu infirmorū alitū uiuebant, nec lupo insidias explorabat ouilia circum, nec serpenti puluis panis eius erat: sed uniuersa concorditer herbis uiuentibus, ac fructibus uescabantur arborū. Sanē inter hæc nō prætereunda nascitur questio, quomodo & immortalis sit factus homo præ alijs animalibus, & nihilominus acceperit cōmunitē terrenam cum illis alimoniam. In qua intuentum nobis est, quia alia est immortalitas carnis, quam in prima conditione in Adā accepimus: alia quam nos in resurrectione per Christum accepturos esse speramus: ita quippe immortalis factus est ille, ut possit non mori, si non peccaret. Sin autē peccaret, moreretur, ita uerō immortales erūt filij resurrectionis, cū erunt equales angelis Dei, ut nec mori ultra, nec peccare possint. Ideoq; caro nostra post resurrectionē nulla eget refectione ciborū, quia ei nulla suppetit fame uel lassitudine uel alia qualibet infirmitate defectio. Caro autē Adæ ante peccatum ita est immortalis creata, ut admniculis adiuta temporalis alimonia mortis expers, ac doloris existeret, donec corporalibus incrementis ad illā usq; perductus ætatē, quæ cōditori placeret: tum creata progenie multa huiusmodi iam iubete ipso,

sumeret etiam de ligno uitæ, ex quo perfectus immortalis effectus, sunt entacula cibi corporalis ulterius nulla requireret. Sic ergo immortalis & incorruptibilis est condita caro primorum hominū, ut eandē suam immortalitatē atq; incorruptibilitatē per obseruatiā mādatorū Dei custodirēt: in quibus mādatis erat ut de lignis paradisi cōcelsis uescerentur, ut interditi autē se esu temperarēt, per horum edulitū inditē sibi immortalitatis dona cōseruarēt, in illius tactu ruīnam mortis inuenirent. Sic uerō incorruptibilis & immortalis in fine erit caro nostra, ad similitudinē angelicę sublimitatis, ut in eodem semper statu permaneat: neq; cibis corporalibus, quippe qui in uita spiritali nulli erunt, egere possint. Nam quod angeli cum patriarchis manducasse leguntur, non indigentia causa, sed benignitatis agebant, ut uidelicet hæc agendo dulcius hominibus quibus apparebāt, cōgruerēt. Dñs quoq; post resurrectionem mādauit cū discipulis, ut ueram post mortem recepisse carnem monstraret. Et factum est ita, id est, ut dominaretur homo cunctis quę in terra uel aquis creata sunt, & ut facultatem potestatemq; edendi de fructibus terræ cum uolatilibus cœli animantibus perciperet. Viditq; Deus cuncta quę fecit, & erant ualde bona: quia de singulis Dei operibus singillatim fuerat dictum, quod uiderat ea esse bona. Recte in conclusione perfectis omnibus positū est cum additamento, Quia uidit cūcta quę fecit, & erāt ualde bona. Sed queritur merito, quare de homine factio non sit adiunctū singillatim. Et uidit Deus quod esset bonū: sed ipsius magis factura inter cætera uniuersaliter laudanda referuatur. an quia præciebat Deus hominē peccaturū, nec in suæ imaginis perfectione mansurum non singillatim, sed cū ceteris eum dicere uoluit bonum, uelut intimas quod esset futurum. Homo igitur ante peccatum & in suo utique genere bonus erat, sed scriptura prætermisit hoc dicere, ut potius illud diceret quod futurū aliquid prænunderet. Deus enim naturarum optimus cōditor, peccantū uerō iustissimus ordinator est. ut etiā si qua singillatim sunt delinquendo deformia, semper tamen uniuersitas cum eis pulchra sit. Et factū est uespere & mane dies sextus: igitur perfecti sunt cœli & terra & oīs ornatus eorum. Senarium numerum cōstat esse perfectum, quia primus suis partibus impletur, sexta uidelicet quod est unū, & tertia quæ sunt duo, & dimidia quæ sunt tria. Vnum enim & duo & tria faciunt sex, quale in monadibus numeris nusquam præter hic inueniuntur: sed neq; in decadibus, præter uicesimū & octauum numerū. Sex ergo diebus perfecit Deus omnē ornatum cœli & terræ, ut qui omnia in mensura & numero & pondere constituit: ipso etiam numero in quo operaretur, sua opera diceret esse perfecta. Compleuitq; Deus die septimo opus suum quod fecerat: in alia translatione dicitur, Quia cōsumauit Deus in die sexto opera sua, quæ fecit. Quod nihil omnino questio nis affert, quia manifesta descriptione quę in eo sunt

sunt facta, declarantur. Sed merito queritur, quomodo nostra editio, quæ de Hebraica ueritate fonte descendit, cōpleuisse Deum in die septimo dicat opus suum, quod fecerat: in quo nil nouū creasse commemoratur, nisi forte ipsum diem septimū tūc eum fecisse, atq; in eius factura opus suū cōpleuisse dixerimus. Quod eo facto mensurā numerūq; cōsummauerit dierū, quorū circūcūto omnia hinc secula ad finē usq; pcurrent. Nā in reuelatiōe temporum octauus idem qui & primus cōputatur dies. Cōpleuit igitur die septimo Deus opus suū quod fecerat, quia dierū quę fecerat, summā in eo terminauit, addito ipso septimo, quæ sabbatū dicitur & esse uoluit, eo quod eam mystica præ cæteris benedictione & sanctificatione donaret, ut sequenti docet. Vnde etiā cōsumationis seculi, quia post septimā sabbati uertura est, octaua in scripturis nūcupat, uidelicet quia septē soli præcesserint. Dicitur enim est in titulo psalmi in finem in hymnis pro octaua psalmus David: quod de die iudicij scriptū totus sequentis psalmi textus docet, in quo iram uenturi iudicis timens, propheta exclamat: Domine ne in ira tua arguas me, neq; in furore tuo corripias me, &c. Sed & dies Dominica resurrectionis cū post tot dierum milia uertura esset, octaua tamen & ipsa dicta est in titulo alterius psalmi: quia nimirum septimā sequebatur, ut septimanæ sequentis prima existeret: id est, eadē ipsa in qua in principio dixit Deus Fiat lux, & facta est lux. Quæ quidē psalmum de resurrectione dominice scriptū probat ipse qui in eo loquitur dicens: Propter miseriam inopum & gemitum pauperū nunc exurgā dicit dñs. Potest autē recte accipi cōpleuisse Deum die septimo opus suum quod fecerat, etiam in eo quod ipsum diem benedixit & sanctificauit. Neq; enim nullum opus est, benedictio & sanctificatio. Neq; Salomon nil operis fecisse dicitur est, cū templū quod fecerat, de dicitur: immo exitum Dei opus est, cū ea quę fecit, benedictione ac sanctificatione æterna glorificat. Deniq; de hoc opere quæ in æterno die sabbati facit, dicit ipse in parabola fidelium seruorum: Amen dico uobis, quia præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Qui enim præcingit se, qui discubitus præparat: qui transit, qui ministrat utiq; operatur. Sed his tamen uerbis omnibus nil aliud intimatur, quam quod sanctos suos Dñs in æternum benedicit & sanctificat. uisione suę glorię post opera bona quæ donauit, remunerat. Et requieuit die septimo ab uniuerso opere suo quod pararat: nō quasi lassus ex nimio labore Deus instar humanæ fragilitatis cōpleta mundi fabricare qui uult: sed requieuisse ab uniuerso opere suo dicitur, quia nouam creaturam ultra instituire cessauit. Solet namq; scriptura sæpe nomine requie, cessationem operis siue sermonis indicare. Sicut in Apocalypsi de sanctis animalibus: Et requiem inquit, nō habebāt die ac nocte dicitur, Sanctus Sanctus Sanctus Domine Deus omnipotens, pro eo ut diceret, Nō cessabant hæc semper decantare. Nā maxima

& unica sanctis est requies in cœlo, laudē summa trinitatis, quæ Deus est, indefessa uoce dicere. Potest uerō altius intelligere quæ uult Deū ab omnibus operibus, non eū opus habuisse ullis operibus, suis in quibus requiesceret, quippe cuius requies in se ipso sine initio ac termino semper uera est: sed sola bonitatis suæ causa fecisse opera, quæ in ipso requiescerent. Quod ecōtrario facilius intelligitur, cū meminimus humanā indigentiam, pro hoc maxime laboribus, quotidianis insistere, ut in operibus suis requie percipere possit, dicente ei Dño: In sudore uultus tui uesceris pane tuo. Deus autem qui ante creationem mundi æternaliter in se ipso perfectam habet requiē, ipse etiā creato mundo nō in operibus quæ fecit, sed ab omnibus quæ fecit operibus requieuit, utpote nil habens necessitatis in creaturis requiescere suis: quin potius creaturis rationabilibus, ipse requie præstet, cū in se ipso perfecte semper requiescat, eoq; bono beatus sit, quod ipse sibi est. Et benedixit die VII. & sanctificauit illū: illa uidelicet benedictione & sanctificatione, quæ populo suo in lege plenius intimat dicens, Memoro ut diem sabbati sanctifices, sex diebus operaberis, & facies oīa opera tua: septimo autē sabbati Dñi Dei tui, nō facies omne opus. & paulo post: Sex enim diebus fecit Dñs cœlū & terrā, mare & oīa quæ in eis sunt, & requieuit die septimo: idcirco benedixit Dñs diem septimū, & sanctificauit illū, quæ perfectio benedictio & sanctificatio diei septimi in typū maioris benedictionis ac sanctificationis facta est. Nā sicut per crebras, immo quotidianas in lege uictimas, sanguis dominicę passionis, qui semel erat, pro salute mundi effundendus signabatur: ita etiā per requiē diei septimi, quæ post opera sex dierum semper celebrari solebat, præfigurabatur magnus ille dies sabbati, in quo Dñs semel in sepulchro erat, regeturus, cōpletus ac perfectus in die sexto omnibus operibus suis, qui bus mundū, quæ die sex, perfecerat, ita perditū restaurabat: in quo etiā die quasi antiqui recolēs operis aperto sermone declarauit saluationē se iam mundi perfecisse. Cū enim accepisset acetū, dixit: Cōsummatū est, & inclinato capite tradidit spiritum. Sed & hoc sanctificatio ac benedictio septimi diei, & requies in illa Dei post opera sua ualde bona designauit. Quod nos singulis post opera bona quę in nobis ipse operatur & uelle perficere, ad requiē tendimus utq; cœlestis, in qua æterna eius sanctificatione & benedictione pfruamur. Vnde bene idē dies VII. uesperā habuisse nō scribitur, quia nimirum pperuā nostrā in illo requiē signat. Et benedixit, inquit, diei VII. & sanctificauit illū: quia in ipso cessauerat ab omni opere suo, quod creauit Deus ut faceret. i. cōpleto mundi ornatu, cessauerat ab instituendis ultra nouis rerū generibus. Neq; huic sententię contrarium debet istud æstimari, quod in Euangelio dicit: Ipse pater meus usq; modo operatur, & ego operor. Respondens uidelicet eis quod propter requiē Dei scripturæ huius auctoritate antiquus cōmendatā, sabbatū ab eo non seruari

seruari querebantur. Cessauerat enim septimo die à condendis generibus creature: quia ultra iam non condidit aliqua genera noua. Dein ceptus autem usq; nunc operatur, eorundem generū administrationē, quæ tunc instituta sunt: non ut ipso saltim die septimo potētia eius cœli & terræ, omniumq; rerum quas condiderat, gubernatione cessaret, alioquin continuo delaberentur. Huc usq; de primordio mundi nascētis iuxta sensum literæ dixisse sufficiat, libet autē paucis intimare, ut etiam sex illorum siue septē dierum in quibus factus est, totidē eius ætatib. conueniat. Primus namq; dies, in quo dixit Deus, Fiat lux, & facta est lux: primæ ætati congruit, in cuius initio mūdus idem factus. Et homo in delicijs paradisi uoluptatis positus est, ubi præsentē gratia sui cōditoris malorum omnium liber ac nescius frueretur. Sed hic dies ad uesperam iam cœpit declinare, cum protoplasti peccādo felicitatē patriæ cœlestis perdidissent, atq; in hanc conuallē lachrymarū dimersi sunt. Quod etiam significatum est hora temporis illius, cum Adam post culpam præuaricationis, audiuit Dominum deambulātem in paradiso, ad auram post meridiem. Deambulauit quippe Dominus, ut se ab homine in cuius corde quietus manserat, recessisse signaret: & hoc ad aurā post meridiem, ut lucem in se homo diuinæ cognitionis, seruioremq; dilectionis minoratā esse cognosceret. Plena autē uespera diei huius aduenit, cum crebrescentibus uicijs humani generis corrupta est omnis terra coram Deo, & iniquitate repleta, à Deo deleri diluuiō omnis caro præter quos clauferat arca, mereretur. Secundo die factum firmamentum in medio aquarū: & secunda ætate seculi, arca, in qua reliquæ generis humani, & semen ut ita dixerim, sequentium seruabatur ætatum, posita est in medio aquarum, quas certatim hinc rupti sunt fontes oēs abyssi, inde aperte cœli cataractę fundebāt. Sed & hic inclinatus est ad uesperam dies, cum se nationes oblitæ proxime uel iræ uel misericordię Dei contulissent ad edificandā superbę turrem. Plenam uerò accepit uesperam, quando cum cōfusione linguarū humani generis est discissa societas. Tertia die confluentibus in loca sua aquis arida apparuit terra, & mox herbis uirentib. ac frondentibus est uestita nemoribus: & ætatis initio terræ separatis in loca sua gentibus idolatris, quarum error instabilis, & uanis simulacrorum doctrinis, tanquam uentis omnibus mobilis, maris nomine bene significatur semen patriarcharū, ab eorum societate directum est, ac spiritali fruge fecundatum, dicente Domino ad Abraham: Exi de terra tua & de cognatione tua, & de domo patris tui in terrāq; mōstrauero tibi: faciamq; te crescere in gentem magnam, & benedicā tibi, & c. usq; dū ait: In te benedicentur uniuersę cognationes terrę. In qua uidelicet gente discreti ordines fidelium quasi herbę uirentes & arbores pomiferę, ex una eademq; terra prodebant, suscipiētes imbrem cœlestem diuinorum eloquiorum.

Verum hic quoq; ad uesperam uergerē cœpit dies, cum eadē gens Israelitica & fidem patriarcharum, & cerimonias datæ sibi legis exterarum gentium est polluta sceleribus & seruitio depressa est. Superuenit iam uespera, quando ipsa gens una cum rege, quæ sibi neglecto Deo elegerat, alienigenarum est gladio maxima ex parte deleta. Quarto die luminaria cœlum ac cepit, & quarta ætate præfectus Dei populus noua est factus claritate conspicuus, per imperium Dauid & Salomonis, aliorum quoq; regū Deo authore regnātium. Per nobilissimum illum quod Salomon Deo cōdidit templum: per insignia prophetarum, quæ cunctis regum eorundem non destiterunt florere tēporibus. Per que illud maxime, quod primo ac pereminentissimo regum sibi placentiū iurauit Dominus dicens: De fructu uentris tui ponam super sedē tuam. Verum & hic ad uesperam dies inclinari cœpit, cum postmodum & reges, id est, & populi templi legesq; Dei spernentes, uastati ac dilacerati sunt ab hostibus. Grauisissima uerò ei non solum uespera, sed & nox succedit, cum totum illud regnum euersum, templum incēsum, populus est in Babyloniā captiuus omnis ab ductus. Quinto die produxerunt aquæ reptilia animarum uiuentium, & uolantia uolantia super terram sub firmamento cœli: & quinta ætate creuerunt filij trāsmigrationis, & multiplicati sunt in Babylone, quę sæpè aquarum nomine designatur. quorum plurimi idem quasi in aquis pisces residere, è quibus tamen erant nō nulliq; uelut ceti magni dominari magnis fluctibus seculi, quā seruire studuerunt: quia nullo terrore ad idolatriam deprauari poterunt. Alij soluta captiuitate quasi acceptis pennis libertatis ad terrā Israel reuersi sunt, & instar uolatilium tota intentione cœlestia petebant: ita ut etiam templum ac ciuitatem Dei reedificarent, legem quoq; eius summa instantia restaurarentur. Sed appropriabat uespera, cum postmodum inter alias scelerum tenebras, etiā domesticis contra se inuicem delidere consilijs, patriæq; siue Romanis ipsi fuere proditores: quæ & aduenit, cum eos non solum tributarios effici, sed etiam alienigenæ regis cōtigisset imperio subdi.

Sexto die terra iumenta, bestias & reptilia produxit. q̄ etiā die creauit Deus hominē primum Adam ad imaginem suam, ac de latere eius dormientis foeminam creauit Euam: Sexta ætate seculi inter multos reprobos, qui merito serpentibus comparari poterant ac bestijs, propter seuiam scilicet: & quia toto animo terrestribus inherere curis uel illecebris nati sunt, & sancti in plebe Dei per plures qui ad similitudinem mundorum animalium uerbum Dei ruminare, unguam discretionis in uia tenere, bonæ operationis iugum diuinæ legis portare, & de uelleribus opus suū calefacere nouerunt. Quorum in Euangelio utrorumq; mentio est: donec, inter quos secundus Adam, mediator uidelicet hominum, in quo tota plenitudo erat imaginis

imaginis Dei in mundo apparuit, & de latere eius in cruce dormientis exiuit sanguis & aqua, de quibus sacramentis nascitur ac nutritur ecclesia, quæ est mater omnium per orbē uera uita uiuentium, quod Euæ nomē sonat. Vnde de eisdem sacramētis dicit ipse Dominus: Qui māducat carnem meam, & bibit sanguinem meū, habet uitam æternam. Cuius diei uesperam iā nunc appropinquare cernimus, cum abundantē per omnia iniquitate refrigescit charitas multorum. adueniet autem multo tenebrosior ceteris, cum apparente homine peccati filio iniquitatis, qui extollitur & eleuatur super omne q̄ dicitur Deus, aut quod colitur, tanta fuerit tribulatio ut in errorem inducantur si fieri potest etiam electi. Subsequēte statim hora uniuersalis iudicij, de qua scriptum est: Veruntamen filius hominis ueniens putas inueniet fidē in terra? Septimo die requieuit Deus ab omnibus operibus suis, & sanctificauit illum: & septima est ætas perpetuæ quietis in alia uita, in qua requiescit Deus cum sanctis suis in æternū. Post opera bona, quę operatur in eis per sex huius seculi ætates. hæc autē ætas summa pacis & quie

tis in Deo quidē est, & erit sempiterna: sed hominibus tunc cepit, quādo protomartyr Abel corpore quidem sedem sepulchri, anima uerò gaudium uite perennis intrauit, ubi uidit requiescentem pauperem diues ille, cum apud interos ipse torqueretur. Perseuerabit hic autem sabbatissimus animarum sanctarum usq; ad finē seculi, & cum ultima ætas seculi post uesperam suam, de qua præfati sumus, finem interfecto per Dominum Iesum Antichristo perceperit, tunc & ipse sabbatissimus maiori benedictione ac sanctificatione resurgentibus ad uitam perpetuam corporibus donabitur. Et ideo benedicti ei septimo uespera successisse nō legitur, quia tristitiam, qua terminetur septima ætas, nullam habebit: quā potius ampliora læticia, ut diximus, octaua ætas perficitur, illius uidelicet, quę per gloriam resurrectionis tunc incipiens, cum hæc tota uita transierit, nullo unquam fine, nulla rerum uicissitudine à cōtemplando Dei uultu transmutabitur.

HEXAMERI FINIS.

EXPOSITIO

EXPOSITIO VENERABILIS BEDAE IN PRIMUM

Librum Moysi, qui dicitur Hebraice Bere- sith, Graece autem Genesis.

CAPVT PRIMVM.



In principio creauit Deus caelum & terram. Utique non in principio temporis: Deus enim fecit tempora. Et ideo antequam Deus faceret tempora, non erant tempora. Non ergo possumus dicere, quomodo Deus nondum aliquid fecerat. Principium igitur Christus est, qui in Euangelio dicit: Ego sum principium, qui & loquor uobis. Propterea autem commemoratio filij hic non ita fit, quia uerbum est, sed tantum quia principium est. Exordium quippe creaturae insinuat adhuc imperfectae. Fit autem filij commemoratio, quia uerbum est, in eo quod scriptum est, dixit Deus, Fiat: quia perfectio creaturae ibi insinuat. Quod ergo dictum est, In principio creauit Deus caelum & terram: materiam totius creaturae ostendit, rationalis & corporalis, id est, angelorum et huius mundi. Vtrumque igitur fecit Deus, materiam & formam: sicut uox & uerbum simul fit, quamuis uox prior sit origine. Denique scriptura ait, Qui fecisti mundum de materia informi. Sed materia facta est de nihilo: mundi uero species de informi materia. Proinde duas res ante omnem diem & ante omne tempus condidit Deus, angelicam uidelicet creaturam, & informem materiam: quamuis enim omnia simul facta sunt. Qui enim, inquit Salomon, uiuit in aeternum, creauit omnia simul: sed tantum, ut praediximus, originem materiae informis formatam speciem, sicut uox uerbum antecedit. Itaque non omnia ex nihilo fecit Deus: sed quaedam ex nihilo, quaedam ex aliquo condidit Deus. De nihilo mundum & angelos & animam: ex aliquo, hominem & pecora, & ceteras creaturas. Haec iuxta historiam. Spiritually autem in hoc principio Christo fecit Deus caelum & terram, id est spirituales & qui caelestia meditantur, & carnales qui terrena sapiunt. Sciendum est autem, quod apud Hebraeos liber iste Beresith uocatur, ut uoluminibus, ex principijs eorum nomina imponuntur. Paulisper ad exordium redeamus. Alij personam, locum & tempus huius sententiae inquirunt, & ita dicunt, quod spiritus per Moysen primo hanc loquutus sit. Prophetiae autem generatae sunt. Prophetia de praeterito, ut in principio creauit Deus caelum & terram, & reliqua. De praesenti, ut sedens Christus ad dexteram Dei patris. Dicitur de futuro, Inde uenturus est iudicare uiuos & mortuos: et reliqua. In principio creauit. Alij ducunt hoc principium ad principium creationis omnium, dum nihil ante haec duo creatum est. Vel in principio temporis, quia tempus, donec caelum & terra facta sunt, non reputabatur. Vel in principio principatus, dum caelum & terra in omnibus principatum tenent: sed sicut supra diximus, magis hoc de filio sentiendum est, multis confirmantibus testimonijs, e quibus hoc est secundum Apostolum: Quonia ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Et Propheta dicit: In initio terram tu fundasti Domine, & opera manuum tuarum sunt caeli. Ioannes quoque ex persona Christi dicit, Ego sum alpha & omega. & In principio erat uerbum. Multa quoque testimonia de hac dictione dicta sunt in scripturis, quae est, In principio: & reliqua. E quibus est in Propheta: Contemram caput illius in mari primo, usque secundo. De hac etiam alius propheta dicit: Congregas sicut in utre aquas maris. Et alibi: In capite libri scriptum est de me. de hac & Salomoni dixit, Omnes torrentes in mare, usque ab eis. Et hic commemorandum est quod dicitur, Ego sum primus & nouissimus. Vtrumque hoc in lege & in Apocalypsi continetur, ut dicitur Apocalypsis Iesu Christi, quae & Deus dedit ei. Creauit, quasi diceret, machinauit. Proprie enim creare absque materia dicitur: facere autem, de materia. Hic primo Deus inscriptione reperitur a Moysen dictus: sed a serpente prius dictus est, ut, Scit enim Deus: & reliqua. Coelum dicitur eo quod celat arcana: uel a celsitudine, uel a caelatura. Terra autem, eo quod teritur. Quomodo autem caelum et terram creauit, alius demonstrat dicens: In principio creauit Deus caelum & terram, tanquam duplicem domum interiecto firmamento. Et alibi, Extendens caelum sicut pellem. Et, Extendens caelum sicut uestimentum, quasi cameram. De terra autem dicitur, quia fundata sit, ut, Fundasti terram. Et in hoc caelum & terra differentiam habent, cum alterum extenditur, alterum uero fundatur. Et haec alibi mutato ordine scripta reperimus, ut, In initio terram tu fundasti Domine, & opera manuum tuarum sunt caeli. Ex quo intelligitur, quia simul facta sunt. Quum autem hic caelum singulariter dictum sit, in multis scripturae locis pluraliter caeli reperiuntur: ut est, Caeli enarrant gloriam Dei. &, Qui fecit caelos in intellectu. & Benedicite Deum caeli Domini. & Laudate eum caeli caelorum. Coelum hic synecdochice dicitur, id est, pars pro toto. Caeli hic proprie dicuntur, quia multi sunt: ut, Scindit auricolor caeli septemplex aether. quorum haec sunt nomina, aer, aether, olympus, spacium igneum, firmamentum, caelum angelorum, & caelum Trinitatis. Hieronymus autem primo dicit caelum trinitatis, secundo angelorum, tertio firmamentum. Huic autem sententiae, quae est, In principio creauit Deus caelum & terram: contrarium hoc uidetur, quod dicitur, Quando feci caelum & terram, laudauerunt me angeli. Sed tamen non est contrarium, quia simul facta sunt omnia. Coelum autem & terra initium habent, & finem apud nos: apud Deum sine initio habentur, id est, in praesentia ipsius, more hominis arcam facientis. Multae autem haereses in hac sententia praecauentur. Quia alij dicebant, caelum & terram sine principio fuisse, & non Deum: sed deos illa fecisse, & Deum antea

Principium uerum quid.

Creatura unde.

Moralis expositio.

Autor huius lib. quis sit. Prophetiae generatae.

non Deum: sed deos illa fecisse, & Deum antea

Differentia inter creare et facere.

Coelum unde dicitur. Terra quare dicitur.

non fuisse. & hæreses in hoc versiculo soluntur. Hieronymus uerò, de quibus hoc uolumen sic reuelat, dicens: Videlicet manifestissima est Genesis, in qua de creatura mundi, de exordio generis humani, de diuisione terræ, de confusione linguarum, genteque usque Aegyptum scribitur Hebraeorum. Alij autem dicunt, in eo quod dicit, cœlum & terram, animam & corpus, uel nouum & uetus testamentum spiritualiter posse intelligi.

Terra autem erat inanis & uacua, et tenebræ super abyssum. Quibus uerbis uidetur significare infirmitatem materiæ corporalis. Terra enim & aqua operantibus tractabiliora sunt cæteris. Abyssus illa nimirum est, in qua diabolus & angeli eius, qui in Euangelio designantur, quum dicitur: Et rogabant illum dæmonia, ne iuberet ea ire in abyssum. Inanis autem erat terra, quando non fuit qui habitaret, & incomposita, non dum à mari distincta. Spiritualiter autem terra, id est caro nostra, erat inanis & uacua, prius quam doctrinæ acciperet formam. Et tenebræ super abyssum: quia ignorantia profunda obscuritate caro nostra tegebatur.

Et spiritus Dei ferebatur super aquas. Superferebatur utique spiritus Dei non corporalibus locis, sed excellentia potestatis: quia subiacebat uoluntati creatoris, quidquid formandum, perficiendumque inchoauerat. Hic sanè commemorata est Trinitas, dicente scriptura: In principio, id est, in filio fecit Deus, id est, Deus pater. Quod autem non statim post commemorationem patris & filij spiritus sanctus ponitur, sed interponitur terra & tenebræ & abyssus & aqua: illud in causa est, quia sic debuit spiritus Dei dominari, id est, uoluntas Dei, ut essent alia, quibus superferretur: non loco, sed potestate: & quæ subiacerent uoluntati creatoris. Non autem aqua sic appellata est loco hoc, ut hæc à nobis intelligatur, quam uidemus & tangimus. Quomodo nec terra, qualis ista quæ iam uideri & tractari potest: sed cœli & terræ nomine uniuersa creatura significata est, quam fecit & condidit Deus. Ideo autem nominibus uisibilibus rerum hæc appellata sunt, propter infirmitatem paruulorum, qui inuisibilia comprehendere non possunt. Non absurdè autem aqua dicta est ista materia infirmis, cui superferebatur spiritus Dei: quia omnia quæ in terra nascuntur, siue animalia, siue arbores, siue herbae, ab humore incipiunt formari atque nutriri. Spiritus Dei ferebatur super aquas, utique super cor nostrum fluidum & tenebrosum, superferebatur spiritus Dei. Cuius flatu omnes uiuificamur, & in quo subsistentes requiescimus. Ideo quod superferebatur spiritus Dei, & non inferunt uel sufferunt, hæresim præcauet, ne non Deus maior omnibus creaturis diceretur. Spiritualiter terra, Ecclesia intelligi potest: quæ erat inanis, id est, sine operibus bonis: & uacua, id est, sine præmijs. Per tenebras, tenebræ ignorantia & peccati. Per faciè abyssi, multitudo hominum: & per spiritum Dei, spiritus prophetia, qui superferebatur super aquas, hoc est, prophetas. Hoc

Abyssus que sit.

Aqua que.

quoque quod dicit, Spiritus Dei superferebatur super aquas: figurat spiritum sanctum descensurum super Christum de aqua baptismi in specie columbæ. Hæc quoque sententia in principio usque super aquas, tres leges significat: id est, naturæ, & literæ, & noui testamenti.

Dixit Deus, Fiat lux: & facta est lux. Quomodo dixit Deus, per quæ uocem, aut cui dixit ante omne tempus? Dixit autem uerbo sibi cœterno & incommutabili, non corporali sono uocis, sed in ternis æternisque rationibus. Spiritualis autem facta est lux, cum dixit, Fiat lux: id est, angeli et uirtutes cœlestes, de quibus dicitur, Prior omnium creata est sapientia. Hæc autem ipsa spiritualis creatura cœlum appellata est, cum dictum est: In principio creauit Dominus cœlum & terram. Ut quod dixit Deus, Fiat lux, & facta est lux: eandem ad se reuocando creaturam, cœuersione illius facta esse, atque illuminata intelligat. Dixit Deus, Fiat lux: id est, credulitatis illuminatio in nobis appareat. Alij dicunt, illud quod dixit, Fiat lux: ad lucem pallidam pertinere, & uerbum Dixit ad filium, & fiat. Deus uerò, ad patrem. Aliter per lucem testamentum nouum, uel sensus spiritualis intelligit, qui à tenebris, id est, à ueteri Testamento, uel à litera diuiditur. Aliter per lucem anima ostenditur, quæ carne præfator est. Per tenebras autem, caro cum suis uitijs: ut Apostolus ait, Scio quod non est bonum in carne mea.

Et uidit Deus lucem, quia esset bona. Id est, beneplacuit ei. Et diuisit Deus inter lucem & tenebras, & reliqua. Diuisio quidem lucis à tenebris, distinctio formata rei ab infirmo. Appellatio autem diei & noctis, distinctionis insinuatio est. Non autem dicitur, Fecit tenebras: quia tenebræ nulla creatura est, sed absentia lucis tenebræ nominantur. Quod autem dicitur, Vocauit lucem diem, & tenebras uocauit noctem, quia lingua uocauit: Vocauit autem dictum est, quia uocari fecit. Quia sic distincta omnia, ut discerni possent, & nomina accipere. Vespera autem in toto illo triduo, antequam luminaria essent, consummati operis terminus non absurdè fortasse intelligitur. Mane autem, futuræ operationis significatio. Dies unus. Fortassis hic diei nomen, totius temporis nomen est, & omnia uolumina seculorum hoc uocabulo includit. Ideoque non dictus dies primus, sed dies unus. Allegoricè autem diuisit Deus inter lucem & tenebras, hoc est, inter peccatores recedentes à ueritate, & iustos manentes in eadem luce. Quod non dicitur fecisse tenebras, ostendit se non operatorem esse malorum, sed ordinatorem meritorum. Vespera peccatum rationalis creaturæ, mane renouatio illius significat.

Et dixit Deus, Fiat firmamentum in medio aquarum. Vtrum nunc illud cœlum fiat, quod excedit omnia aeris spacia, & in quo constituentur quarto die luminaria, an ipse aer uocetur firmamentum, merito queri potest. Multi enim asserunt, aquarum naturam super sidereum cœlum esse non posse: eo quod sic habeant ordinatum pondus suum, ut uel super terram fluerent, uel in aere terris pro-

Lux spiritualis.

Vespera.

Dies.

Quid sit firmamentum.

ximo uaporaliter circumferantur. Quidam his consentiens, ostendit hunc aerem cœlum appellari: sicut communi sermone dicimus serenum cœlum, nebulosum cœlum. Et scriptura aues cœli uocat, cum aues in aere manifestum sit uolare. Firmamentum uerò appellari, quia interuallum illius diuidit inter quosdam uapores aquarum, & istas aquas uisibiles quæ in terra fluitant. Nos uerò quomodo, uel quæ aque ibi sint, esse has super summum cœlum minimè dubitemus. Maior est quippe scripturæ huius auctoritas, quam omnis humani ingenij capacitas. Cum sciamus autem, quod non toties dixit Dominus, fiat illa uel illa creatura, quoties in hoc libro repetitur, dixit Deus, Fiat. Vnum quippe genuit uerbum, in quo dixit omnia, antequam essent. Sed scriptura quasi paruulis loquitur, dum insinuat uniuersumque generis æternam rationem uerbo creatam Dei. Cum autem audiuimus, dixit Deus, fiat: intelligimus, quod in uerbo erat ut fieret. Quum uerò audiuimus, & sic factum: intelligimus factam creaturam, & non excessisse terminos prescriptos in uerbo Dei. Quum uerò audiuimus, Et uidit Deus quia bonum est: intelligimus in benignitate spiritus placuisse, ut maneret factum, quod placebat ut fieret. Quum autem addidit, Et fecit Deus: cur in creatione lucis non dictum est, Et fecit Deus: quia primo die, quo facta est lux, conditio spiritualis creaturæ intimatur. In qua natura intelliguntur sancti angeli et uirtutes. Et propterea non repetunt, quia non primò recognouit creatura spiritualis, cōformationē cognouit: hoc est, in lustratione ueritatis, ad quam cōuersa formata est. Cætera uerò ita creantur, ut prius fiant in cognitione rationalis creaturæ, ac deinde in genere suo. Et ideo dicit, factum est ita: hoc est, in cognitione spiritualis creaturæ, ac deinde repetitur, Et fecit Deus: hoc est, in suo genere. Differere autem de cœli figura, utrum desuper operari terram, an undique circumdet uelut sphaera, ad opus hoc non pertinet. Allegoricè autem, fecit Deus firmamentum in medio aquarum, et diuisit inter aquam & aquam: id est, soliditatem sanctorum scripturarum. Et discreuit super hoc firmamentum aquas, uirtutes cœlestes, de quibus dicitur: Aquæ quæ super, usque, Domini: quia scriptura non indigent semper Deum uidentes. Et hoc posuit firmamentum super inferiores populos, qui scripturæ intelligentiam habent. Non incongruè quoque & homo noster interior cœlum appellatur, sicut in Euangelio: Fiat uoluntas tua, sicut in cœlo et in terra. Quod firmamentum appellatur propter æternitatem, quodque debet discernere inter spiritualia & carnalia, quasi inter aquam & aquam. Alij dicunt, etiam firmamentum pro omnibus cœlis dici. In medio aquarum, qui super firmamentum aquæ sunt, ut angelis diuinitate temperet, ut angeli sustinerent uultum Dei, ut Origenes dicit. Aliter per firmamentum Ecclesia in medio aquarum, id est, inter duas leges intelligitur: uel inter sanctam doctrinam & hæresim, quæ aquas ab aquis diuidit, id est, nouum

à ueteri, uel sanctam doctrinam ab hæresi. Diuisitque usque sub firmamento, id est, uetus & hæreses sub Ecclesia sunt. Nouum autem, & sancta doctrina super Ecclesiam sunt. Vocauitque firmamentum cœlum, id est, Ecclesiam à celsitudine. Per firmamentum quoque sensus prudentiæ perfectus demonstratur: qui & ipse sensus à celsitudine cœlum dicitur, ut diuidat aquas ab aquis: id est, actualem & theoreticam discernat. Actualem sub se, theoreticam uerò supra se.

Et factum est uespere & mane dies secundus. Ita hæc que repetuntur, sicut superius intelligenda sunt.

Dixit uerò Deus, Congregentur aquæ quæ sub cœlo sunt, & reliqua. Quidam dicunt, si totum plenum fuit aquis, quomodo potuerunt aque in unum congregari? Sed iam supradictum est, nomine aquarum materiam apellatam, unde erat Deus omnia formaturus. Ipsa autem congregatio aquarum in unum, ipsa confirmatio est in illam formam quam uidemus. Appareat arida, ut illa materies acciperet uisibilem formam, quam nunc habet terra quam uidemus. Allegoricè autem collegit in unum aquas inferiores, hoc est, infideles homines, qui tempestate cogitationum carnalium quatuntur. Segregauit ab illis aridam, populum scilicet fontem uitæ sitientem. Possimus quoque aquas istas peccata intelligere, quæ sub cœlo sunt, hoc est, subiacent rationi nostræ. Quæ si separata fuerint, tunc arida nostra non erit arida, sed fructifera. Congregatio aquarum maria dicitur, id est, pro magnitudine: quia mare quasi magnum intelligitur, uel de amaritudine dicitur mare. Et idcirco congregatio aquarum maria appellat, quia omnis aqua magna, apud Hebræos mare uocatur. Congregentur aque in locum suum, id est, peccatores & hæretici in infernum, quia pro amaritudine peccatorum maria dicitur. Et appareat arida, hoc est, Ecclesia.

Et dixit Deus: Germinet terra herbam pabuli, & reliqua, usque dies tertius. Quoniam distincta est creatura herbarum atque lignorum à specie terræ et aque seorsum. De illis dicitur, ut exiret de terra seorsum illis reddita et solida. Et factum est sic. Et uidit Deus, quia bona sunt: tamen quia fixa radicibus connectuntur terris, ad eundem diem uoluit pertinere. Hic autem solent hæretici dicere: Si Deus iussit nasci herbas & ligna, quis iussit spinosa uel infructuosa ligna? Certè ante peccatum hominis, non est scriptum quod terra protulerit illa uenenosa uel infructuosa. Ergo maledicta terra per peccatum hominis, spinas & tribulos germinat. Non ut ipsam poenam sentiret terra germitans propter crimen humanum, sed ut in hoc semper haberent homines poenam: herbe autem uenenosæ ad poenam uel ad exercitationem mortalium creatæ sunt. Spiritualiter autem, postquam coarctet Deus superbos intra fines debitos, germinat populus fidelis fructus diuersos bonorum operum secundum genus. Diligens proximum subsidijs carnalibus, habens in se semen secundum similitudinem, ex sua infirmitate compatiatur infirmis, producēs

Mare unde dicitur.

Spinas & tribulos quare terra producat.

lignum forte robore, fructiferum, beneficū. Po-
est & unusquisq; in se germinare herbas utiles
& ligna fructifera, cum uirtutes varias habuerit.
Et dixit Deus: Fiant duo luminaria in firmamento caeli,
ut luceant super terram. & reliqua, usque dies quar-
tus. Quid sibi uult, quod prius terra germina-
ret, quam in caelo fierent luminaria? Suprà di-
ctum est, quia lucis nomine spiritalis creatura
dicta est prima die formari. Ac die secunda pars
mundi huius sublimior, id est caelum formatur.
Tertia die terra cum herbis & lignis, quia et si
mouentur ligna & herbae per incrementum, ra-
dicibus tamen fixa sunt terris: ac per hoc nō ter-
ra prius recepit ornamentum, sed caelum. Pri-
ma enim dies deputatur spiritali creatura: se-
cunda & tertia mundo istī uisibili, propter duo
maxima elementa, id est caelum & terram: quar-
ta uerō die in caelo luminaria: & sicut prius coe-
lum factum, ita prius ornatur. Illud autem quod
dictum est, Ut sint in signa, & in tempora, & in
dies, & annos: quā obscure positū quarta die
tempora coepisse, quasi superius triduum sine
tempore potuerit pertransire. Aut quasi potuis-
set esse tempus ante sidera, quum dies, & hora,
& anni, & menses sideribus distinguantur. Sed
suprà diximus, quia noctem propter consum-
matum opus, & diem propter aliud opus in-
choandū uocet: incertum est, utrum ad omnia si-
dera pertinet quod dictum est, Sint in signa &
tempora, & in dies, & in annos: an signa & tem-
pora ad caetera, dies uerō & anni ad solem tan-
tum. Multi autem, qualis luna sit facta, loqua-
simē inquirunt, utrum plena, an prima creata sit,
quod ad hoc opusculum non pertinet. Spiritua-
liter autem sunt in firmamento luminaria, scilicet
sancti doctores in scriptura proficientes, &
inferioribus lumen scientiē demonstrantes. Di-
uersitas autem siderum, diuersitas est gratia-
rum. Possimus quoque & de nobis ipsis habere
luminaria. Studeamus nos effici caelum, habebi-
mus in nobis luminaria, Christum & Ecclesiam
illius. Ipse est enim lux mundi, qui & Ecclesiam
illuminat, sicut luna de sole dicitur percipere lu-
men, ut per ipsum possit illuminari: sic Ecclesia
suscepto Christi lumine illuminat ignorantiae te-
nebris excacatos. Diuidunt autem ista sidera
inter diem & noctem: id est, doctores diuidunt
inter lucem perfectorum; & tenebras prauo-
rum: ut sint in signa, uirtutum scilicet: sint etiam
in tempora & in annos. uiuunt enim proprijs
temporibus, & transeunt: uerbum autem Domi-
ni manet in aeternum. Et unusquisque nostrum
diuidit inter uitia & uirtutes per illuminationē
Christi & Ecclesiae, & uariarum gratiarū, uelut
stellarum. Luminare autem maius in principiu
Dei. Si enim coeperimus proficere per Ecclesiae
illuminationem, quae paruulos nutrit, uelut luna
temperat noctem, & filij Dei uocari meruimus:
tunc a Christo illuminabimur quidē, id est, per-
fectos illuminat. Alij dicunt solem nomen forti-
ri, eo quod solus lucet in die, uel de solennitate
lucis. Luna uerō lucefcendo, uel quasi lux nata.

Sol de natura angelorum factus esse dicitur. Lu-
na autem de luce pallida, & stella. Siderum ue-
rō beneficia sunt ut luceant, & ab ipsis animae a-
nimalium creatur. Animae autem hominum a
diuinitate ut cunq; procreantur. Et ideo de his
dicitur, Nōne animae hominum ascendunt in
caelum? De illis uerō dicitur, Nōne animae tur-
mentorū descendūt deorsum? Idcirco autem
luminaria in firmamento caeli posita sunt, quia
alij caeli illa sustinere non potuerunt: ut sint in
signa, id est navigationibus, uel uindictae, uel di-
cta significant aliquid. Et in tempora, id est cir-
culi, uel horologi. Et in dies, id est, ad ostenden-
dam longitudinem uel breuitatem diei. Et in an-
nos, id est, ut dicitur annus solis uel lunae. Lumi-
nare maius, et reliqua. Hoc luminare quatuor re-
bus maius dicitur quā luna, id est magnitudi-
ne, in excessu longum: nec non splendore & tē-
pore. Sidera autem ab angelis uehi dicuntur:
quorum ministratio est sidera uehere, ut alius
tractauit de Apostoli testimonio, quo dicitur,
Non ne angeli ministri sunt? Sidera autem non
uideri a nobis dicuntur, sed eorum splendor, so-
lisq; positio in modum tabulae dicitur. Luna au-
tem non crescere nec minui, sed in modum sphae-
rae semel uerti, uelut superius diximus, a sole
accensa, & post decrefcens, donec iterum accen-
datur. Et diuidant diem & noctem: id est, sancti
doctores diuidant, quae cunq; superius per diem
& noctem significata diximus.
Et dixit Deus: Educant aquae reptilia animarum uiuarum
et uolatilia sub firmamento caeli. & reliqua, usque dies
quintus. Nunc in inferiore parte mū di illa quae
spiritu uitae mouentur sunt, & proximum ex a-
quis producunt, quia aeris qualitate proximum
elementum est. Huic autem caelo in quo sunt lu-
minaria, ita uicinus est, ut ipse caeli nomen acce-
perit. Et hic aer non solum caelum, sed etiam coe-
li, sicut dicuntur & terrae: nec aliud significatur,
quā illa quae singulariter dicitur terra. Dicimus
enim orbem terrarum, & orbem terrae. Quando
autem dicuntur caeli coelorum, intelligūtur coe-
li siderei istorum aerum, tāquam superiores in-
feriorum. Hos autem aereos coelos in diluui-
o perisse, in quadā epistola, quae Petri esse dicitur,
legimus: quod nescio quemadmodum possit
intelligi, nisi in aquarū natura pinguiore huius
aeris qualitate conuersa. Alioquin non perie-
runt, sed sublimius erecti sunt, quum locum illo-
rum aqua occupauit. Sed facilius illos secūdam
Epistolae auctoritatem perisse credimus. Quae-
ritur, quare uolatilia quae in aere uolitant, aquae
producat: Sed sciendum est, aerem nebulosum
& humidum cum aquis deputari. Concrefcit e-
nim, & crassus efficitur exhalationibus maris &
terrae, & pinguescit quodammodo, ut uolatus
auium portare possit. Et ideo per noctes etiam
serenas rorat: cuius guttae roris mane in herbis
inueniuntur. Non arbitrandum est autem, in hac
scriptura praetermissum esse aerem, quum qua-
tuor elementis constat mundus, id est caelo, ae-
re, aqua, terra. Sed summa pars aeris, quae nō re-
cipit

Luna.

Aerij caeli perierunt in diluui.

Aqua quae producant uolatilia caeli.

cipit exhalationes humidas, caelo deputatur. I-
ma autem pars aeris, in qua uentus & pluuiae
sunt, cum terra deputatur, quae pars uidelicet nō
nisi ex aquis accipit animalia. Et ideo scriptum
est: Producant aquae reptilia, & aues, non in fir-
mamento caeli, sicut huminaria: sed sub firma-
mento, id est in aere, ut quae uaporaliter exten-
tae auius, uolatilibus fluxae animalibus deputen-
tur. Reptilia animarum uiuarum, quasi diceret,
in animabus uiuis. Dracones etiam sine pedi-
bus, & in speluncis requiescere, & in aerem su-
stolli perhibentur. Aer autem a confinio lumi-
nosi caeli, usque ad aquarum fluida, & usque ad
terram peruenit. Qui commotus uentis, & ue-
hementius concitatus, etiam ignes & tonitrua,
& contrahit nebulam, & conspirat pluuiam, &
congelantibus nebulis niuem, & conturbulen-
tius congelantibus densioribus nubibus, gran-
dinem: & distentus serenum facit, occultis impe-
rijs & opere Dei. Allegoricē autem producunt
quae reptilia animarum uiuarum, homines scilicet
renouatos in uitam per baptismi sacramen-
tum. Facta sunt & uolatilia sanctae animae, ad su-
perna uolantes. Possimus & aliter locum istum
intelligere, si mens nostra illuminata fuerit a sole
nostro Christo. Iubetur postmodum ex his quae
in ea sunt, aquis producere reptilia & uolatilia,
id est cogitationes bonas uel malas, proferre in
medium: ut discretio fiat bonorum a malis, quae
utique utraque ex corde procedunt, quasi ex a-
quis, ut cogitationes quae reptant super terrā, a
nobis separemus: sublimiores autem cogitatio-
nes, uelut uolatilia, ad excelsa sinamus uolare.
Ut reptilia multiplicent in aquis, id est in secula-
ribus: uolatilia super terram, sub se utiq; habentes
terrena, producant aquae reptilia. Omne
quod super uentem reptat, uel cuius pedes bre-
ues sunt, reptile est. Et omne quod uolat, uolati-
le dicitur: excepto corpore diaboli, quod non
necessariē, sed plaga peccati factum est. Cresci-
te, in effusione seminis: & multiplicamini, par-
turiendo: & replete aquas maris, uiuendo in il-
lis. Per aquas doctores intelligi possunt, qui re-
ptilia & uolatilia producunt, id est, peccatores
& sanctos. Per cetera etiam grandia, magna pecca-
ta, quae Deus creare dicitur, sed dimittendo, &
non uolendo. Sed si per reptilia peccatores in-
telligunt, quomodo boni Domino uidentur? cer-
te quia per ipsos sancti probantur. Benedixitq;
illis, id est sanctis doctoribus, qui iubentur cre-
fcere in lege naturae, & multiplicare in lege li-
terae. Aquas uerō replere, id est in lege noui Te-
stamenti: auesq; multiplicare, id est sanctos in
bonis operibus uel praemijs super terram, id est
Ecclesiam, uel terram uiuentium, quibus Deus
benedicit, & crescere uiuentur, in spe, multipli-
cari in fide: replere uerō aquas maris, id est, ani-
mas charitate.

Aer.

Reptile. Volatile.

Et dixit Deus, Educatur terra animam uiuam secundum genus suum: & reliqua, usque bona sunt. Triplici modo creata sunt animalia: aut enim utilia sunt nobis, aut perniciosa, aut superflua. De perniciosis,

uel punimur, uel exercemur, aut terremur. De su-
perfluis nec nocemur, nec adiuuamur: de utili-
bus adiuuamur. Vsurpa ergo utilia, caue perni-
ciosa, relinque superflua. In omnibus tamen mē-
suram et numerum et ordinem uide, et artificem
quere. Consequens autem, ut alteram partem,
quae proprie terra dicitur, ornaret animalibus,
siue iumentis, ut equi & boues, & oues, & caetera,
siue reptilibus, ut sunt serpētes, & si qua sunt
alia: siue bestijs, ut sunt leones, & ursi, & caetera.
Quicquid autem creatum unguis sequit, non in-
congrue bestia dicitur. Quaritur autem, cur so-
la animalia aquarum benedici meruerunt, sicut
homines, & fortasse in uno creaturae genere di-
cendum fuit, ut in caeteris consequenter intelli-
geretur, quae generationibus crescunt. Necessa-
rium autē fuit hoc in homine repetere, ne quis
quam diceret, in officio gignendi illum esse pec-
catorem, sicut est in libidine, siue in fornicatio-
ne. De generationibus quoque perniciosorum
queri solet animalium, utrum post peccatum pri-
mi hominis ad uindictam creata sunt, an potius
quam iam creata essent innoxia, non nisi postea
peccatoribus nocere potuerunt, uel coeperunt.
Neque hoc mirum, quando quidem temporibus
huius uitae laboriosae nemo tam iustus est,
qui perfectum se audeat dicere. Ad puniendum
igitur, uel ad exercendum probandumq; nos,
creata sunt. Potuerunt ergo ista etiam creatura
nihil nocere, si causa non extitisset puniendorum
uel probandorum hominum. Si autem dicat ali-
quis, cur sibi inuicem nocent? & dicimus, quia
fortasse alia alijs data sunt, ut illis uelceretur. Se-
cundū mysticos intellectus producit terra ani-
mam uiuam, quoniam sancta Ecclesia abstinentes
ab operibus mortuis, uita uirtutū germina par-
turit, secundum genus scilicet suum, id est, uitam
imitando sanctorum. Producit quoque bestias,
homines in potētia rerum, siue ferocitate super-
bie: producit et pecora, fideles simpliciter uiuen-
tes. Serpentes quoque innoxios, sanctos scilicet
ueros, astutiae uiuacitate bonum a malo di-
scernentes. Prudentes enim, inquit, sicut serpen-
tes. Nec mirum, si Ecclesia, id est, terra dicitur
producere animā uiuam, uiuentis scilicet Deo,
& bestias, & pecora, & serpentes, cum iuxta E-
uangeliū ex omni genere piscium congregat.
Sicut autem superius diximus, per aues & ani-
mantia, ex aquis producta, omnes animi nostri
motus posse intelligi, qui producuntur de pro-
fundo cordis, uelut ex aquis: sic possimus per
animantia ex terra producta, exterioris hominis
nostri motus intelligere, in quibus nihil uolati-
le indicat. Scio enim, quod nō inhabitat in me,
hoc est, in carne mea bonum. Nunc autem ui-
deamus illa quae sequuntur.

Viua animalia.

Quare animalia aquarum sola benedicta sunt.

Et dixit Deus, Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram: & reliqua, usque dies sextus. Cum in alijs operibus Deus fiat, hic, Faciamus hominem, insinuans pluralitatem personarum, propter patrem & filium & spiritum sanctum: & tamē diuinitatis unitatem intelligendam sta-
A 3 tim ad.

tim admonet dicens, Et fecit Deus hominē. & quod dicitur, Ad imaginē Dei, non quasi pater ad imaginem filij, aut filius ad imaginem patris. Alioquin non uerē dictum est ad imaginem nostram, sed ita dictum est ad imaginē Dei: tanquā diceret, Fecit Deus hominē ad imaginē suam: homo autem ad imaginem Dei factus dicitur secundū interiorē hominē, ubi est ratio & intellectus: non propter corpus, sed illam potestatem Dei, qua omnibus animantibus imperat. Ideo autē hic nō dicit, Et factum est sic: sed tantū, Et fecit Deus hominē: quia & ipsa creatura intellectualis est, sicut illa lux quae prima facta est. Quod uerō in creaturis irrationalibus factū est sic, significat in creatura spiritali facta uerbi Dei cognitio, ac deinde, Et fecit Deus: ipsius irrationalis creaturę genus fieri demonstrat. Nonnulli autem suspicati sunt, nunc interiorē hominē factum: dum autem ait postea, Et finxit Deus hominē de limo terrę, corpus esse fictum: nec at-
20 tenderunt, masculinum & foeminam non nisi per corpus fieri potuisse. Quomodo autem communiter acceperit homo cum alijs animantibus, omnis arbor & fructus lignorum, cum ante peccatū sit ipse immortalis, difficile est dicere. Nam quod dictum est, Crescite & multiplicamini, quanquam præter concubitum maris & foeminae non posse fieri uideatur: potest tamen dici alium modū esse potuisse in corporibus immortalibus, ut solo pię caritatis affectu filij nascerentur, nec mortuis parentibus successuri, nec ipsi morituri, donec uniuersa terra immortalibus hominibus impleretur. Ciborum tamen indigentiam nullus audebit dicere esse posse, nisi in mortalibus corporibus. quod dicit, Et sic est factū, & cedēdas herbas in escā hominibus & animalibus intulit, quod ab illo loco inchoauerat ubi ait, Ecce dedi uobis. & reliqua. Quod non sigillatim de homine dicit, Et uidit Deus, quod esset bonum: sed post hominem factum datam
40 illi potestatem uel dominādī, subintulit de omnibus, Et uidit Deus omnia quę fecit, & ecce bona ualde. Merito quæratur, an quia præciterit Deus hominē peccaturū, non sigillatim, sed cum ceteris, illum uoluit dicere bonum, uelut intinans quid esset futurus. Dicuntur autem singula bona, uniuersa uerō ualde bona, quia & corpus & corporis membra etiam singula pulchra sunt: multo tamen sunt in uniuersū corporis compage pulchriora. Alij uerō inquirunt in quibus interior homo imaginem Dei, & similitudinem teneat, id est, in æternitate & in moribus, secundum Origenem. Secundum uerō Faustiniū, sex modis homo noster interior ad similitudinem Dei factus est. Immobile enim, citus, inuisibilis, incorporeus, subtilis, æternus. Creauit Deus hominē, usque illum. In hoc quidem ostenditur, quod animæ uiri foeminaeque creatę sunt: & in hoc præcauerunt hæretici, qui sic non putant. Idcirco uerō Adam usque ad diem sextum non est formatus, quia donec omnia essent
60 creata, cōgruum fuit illum non formari, & qua-

Bonus homo
quare dicitur.

Homo imago
Dei.

si illi sua domus esset parata. Spiritualiter uerō per terram Ecclesiam significare dicitur, ut superius dictum est. Per iumenta autem populus Iudaicus, & per reptilia gentilis. Per pisces uerō hæretici & philosophi seculares, quibus homo præest, id est Christus. Aliter si in bonam partem, per pisces boni doctores: per uolatilia sancti intelliguntur, quibus dominatur homo Christus & Ecclesia: ut est hic, Dominamini. & reliqua. In eo autem, quod dicit, omnem herbam: significat populum Iudæorum dandum esse Apostolis in fidē: et per ligna gentiles. Spiritualiter autem fecit Deus hominē ad imaginem suam, perfectum scilicet uirum, qui non quemlibet sanctorum, sed ipsam ueritatem imitando operatur iustitiam. Passus enim pro nobis Christus, reliquit nobis exemplum, ut sequamur uestigia eius. Ipse etiam accepit potestatem piscium & uolatiliū, & omnium iumentorum: quia spiritalis homo diiudicat omnia, ipse autem a nemine iudicatur. Quod autem sequitur, Masculinum & foeminam fecit Deus: spiritaliter in Ecclesia & obediētes ostendit, quod sequitur, Crescite & multiplicamini, siue linguis, siue in spiritalibus intelligentiæ gradibus, ut dominantur rationis intellectu omnium carnalium perturbationum. Omnis autem herba, & omne lignū quod datur in escam hominibus, fideles sunt, de oblationibus suis cōmunicantes. Unde & Apostolus ait, Si nos uobis spiritalia seminauimus: & hæc sunt fructifera ligna. Dixit Deus, Faciamus hominē. & reliqua. Consequenter secundum illa quę superius exposuimus, talem hominē, quale descripsimus, uult principatum gerere prædictarum bestiarum & uolucrum & reliquorum, qualiter intelligi debeāt, per allegoriā exposuimus, quum diximus aquam iuberi, id est mentem illius sensum producere, ut dominetur illis, & non illa dominantur ei. Masculinum & foeminam fecit illos. Homo interior ex spiritu & anima constat. Spiritus masculinus dicitur, foemina potest anima nuncupari. Hæc si concordiam inter se habeant, possunt generare filios sensus bonos & utiles, per quos impleat terram, carnem scilicet. Quod autem sequitur, Ecce dedi uobis omne forē, de affectibus carnalibus intelligi potest. Verbi gratia: Si iracundiā ad correptionem uitamur, quæ nobis cum ceteris animalibus communis est, fructibus terrę utiliter uescimur. Hoc & de concupiscentia & ceteris motibus intelligi potest.

CAPVT II.

Igitur perfecti sunt celi & terra: & reliqua usque dicit, Creauit Deus ut faceret. Senarius numerus perfectus est, quia partibus suis completur. Vnum enim sexta pars illius, duo tertia, tria dimidia: si numeras unum & duo & tria, ipsa summa sex facit. Idcirco perfectus dicit. Non enim ita ceteris inueniuntur. Propterea in hoc numero perfecit Deus opera sua. Nec quisquam ita demēs est, qui audeat dicere, nō potuisse Deum
uno die

uno die cuncta facere, si uelit. Quod autē dicit, Requieuit Deus die septimo ab omnibus operibus suis: quid aliud significat, nisi requiem sanctam, quam nobis daturus est ab operibus nostris, si bonum fecerimus? Secundum istam figuram loquutionis dicit Apostolus: Ipse enim Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Non enim Spiritus sanctus gemit, sed ipse nos gemere facit. Pronūciauit autem Deus, requieicens ab omnibus operibus suis septimo die, illum diem quo erat Christus in sepultura quieturus. Ipse quippe die sabbati requieuit in sepulchro, postquam sexta die consummauit opera sua. Quod autē in Euangelio dicitur, Pater meus usque modo operatur, & ego operor: non est contrariū huic loco, in quo Deus ab omnibus operibus requieuisse dicitur. Requieuit enim Deus a condendis generibus creaturę, quia ultra iam non cōdidit alia genera noua. Deinceps autem nunc usque ad ultima operatur eorundem generum administrationem, quæ tunc instituta sunt. Vespera finis præcedētis diei est. Mane initium sequētis: sicut nox non sequētis diei, sed præcedētis est. Et ideo sexto die completo, post illius uesperum factum est mane: non quod significatur initium condendę alterius creaturę, sed quod significaretur initium manēdi & quiescendi totius, quod dictum est in illius quiete qui cōdidit. Et ideo septimus dies coepit a mane, & in nullo uespero terminatur. Non improbabili-
30 ter autem uesperam & mane cognitionem creaturę in semetipsa, quam cognitionem scilicet spiritalis creatura habet, & laudem conditoris propter creaturam factam intelligimus. Benedicti autem diem septimum: illum utique diem, qui uesperam non habet. Spiritualiter post istorum sex dierum, opera bona, ualde homo quietem sperat mentis, constitutus in spiritali paradiso, quo significatur uita beata. Hactenus opera sex dierum, secundum historiam quomodo narrata sunt, & qualiter in Ecclesia intelliguntur, explicata sunt. Deinde quid in figura seculi significant, subiiciendum est. Sex diebus consummauit Deus omnia opera sua, septimo die requieuit. Sex ætatibus humanum genus in hoc mundo per successiones temporum, Dei opera insinuant: quarum prima est ab Adam usque ad Noe: secunda, a Noe usque ad Abraham: tertia, ab Abraham usque ad Dauid: quarta, a Dauid usque ad
50 transmigrationem Babylonie: quinta deinde usque ad aduentum Domini: sexta, quæ nunc agitur, quousque mundus finiatur: septima uerō intelligitur in requiem sanctorum, quæ scilicet uesperam non habet, quia illam nullus terminus claudit. Pergamus ergo per has mundi ætates, & earum differentias distinguamus. Primò enim factus seculo tanquam lux homo in paradiso, in qua ætate filios Dei in lucis nomine diuisit Deus a filijs hominū, quasi a tenebris. Fitque huius diei uespera diluuium. Secundo seculo factum est, quasi firmamentum inter aquam & aquam, arca utique illa quæ natiuitatem
60

Vespera.
Mane.
Nox.

Sex ætates.

& maria. Huius uespera fit confusio linguarum. Tertium seculum factum est, quando separauit populum suum a gentibus, per Abraham, discerens illum quasi aridam ab aquis: & profert germen herbarum atque lignorum, id est, sanctos, & fructum sanctarum scripturarum. Huius uespera fuit peccatum in malitia pessimi regis Saul. Quartum seculum coepit a Dauid, quomodo constituit Deus luminaria in firmamento cœli, splendorem regni tanquam solis excellentiam, & tanquam lunę speciem obtemperantem synagogam & stellas principes illius: ætatis huius uespera fuit in peccatis regum, quibus gens illa meruit captiuari in Babyloniam. Quinto seculo, id est in transmigratione Babylonie facta sunt, quasi animalia in aquis, & uolatilia cœli. Quia tunc Iudæi inter gentes tanquam in mari uiuere coeperunt, nec habuerunt stabilem locum, tanquam aures uolantes. Huius diei uespera fuit multiplicatio peccatorū in populo Iudæorum: qui sic excæcati sunt, ut etiam Dominum Iesum nō possent agnoscere. Iam sextum seculum fuit in aduentum Christi. Nam sicut in illa sexta die primus homo Adam de limo terrę, ad similitudinem Dei formatus est: sic in illa sexta ætate seculi secundus Adam, id est Christus in carne de Maria uirgine natus est. Et sicut in illa sex: a die serpentium & ferarum genera terra produxit, ita & in hac ætate mundi gentes appetentes uitam æternā lex genuit. Quem utique sensum uas Petro ostēsum manifestat. Et sicut in illa die creatur masculus & foemina, ita in illa seculi ætate manifestatur Christus & Ecclesia. De huius diei uespera dicitur: Putas ne, filius hominis ueniēs inueniet fidem super terram? Post istam uesperam fit mane, quando ipse Dominus in claritate uenturus est. Tunc sancti requiescunt cum Christo ab omnibus operibus. Speranda enim est post opera bona ualde, requies in die septimo, qui uesperum non habet. Sequitur recapitulatio conditę creaturę.

Iste generationes celi & terra, & reliqua, usque super faciem terrę. Nunc uno die cœlum & terram dicit esse facta, cum superius non uno die facta esse commemorat, sed unum diem a Deo factum esse commemorat: id est quam creaturam spirituales diximus, in cognitione facta sunt cetera. Longē enim aliter notę sunt angelis creaturę Dei, aliter nobis. Illis enim primordially, sicut primitus creati sunt. Nos autem secundum rerum omnium administrationem per diuisiones temporum, qua Deus nunc usque operatur, & fortasse unus iste dies omne tempus significari, bene intelligitur. Fecit enim Deus omne tempus simul cum omnibus temporalibus creaturis. Quod autem nominato cœlo & terra condidit uirgultum agri, & tacuit cetera quæ sunt in cœlo & in terra. Per uirgultum agri, nascētia terrę comprehendit, quæ antequam orientur, super terram causaliter creata sunt, cum creauit Deus omnia simul. Quod autem sequitur: Non-

dum enim pluerat Dominus super terram, & homo non erat, qui operaretur terram: tanquam diceret, non sic illa fecit Deus, quemadmodum nunc alia, cum pluit. Alia commemorantur homines sine pluuia, & sine opere humano: nunc dicunt esse facta, ut potentia uerbi sui simul omnia Deus fecisse intelligatur. Quid autem significat mystice, quod caelo nominato, & terra, adiecit uirgultum & herbam regionis, & tacuit terram: nisi quia per uirgultum agri inuisibilem, creaturam demonstrari intelligit, sicut est anima: Di-

Virgultum agri.

ctum autem uirgultum agri, propter uigorem uitae: herba, propter eandem uitam marcescentem. Deinde quod addit, Antequam oriretur in terra: intelligitur anima antequam peccaret. Terrenis enim cupiditatibus sordidata, tanquam orta, uel super terram nata esse dicitur recte. Vnde & adiecit: Nondum pluerat Dominus super terram, quasi aperte diceret: Antequam peccaret anima, nondum nubibus scripturam pluuiam doctrinae ad irrigandam animam concesserat. Quod uero subiunxit, Et homo non erat qui operaretur terram: quia nullus homo operatus est in uirgine, de qua natus est Christus. Ipse enim lapis sine manibus de monte abscissus. Fons autem ascendebat, & reliqua. Hic iam, quantum arbitror, intimantur illa quae fiunt intervallo temporum ex illa prima conditione, ubi facta sunt simul omnia: & coepit recte ab elemento, ex quo cuncta genera nascuntur, uel animalium, uel herbarum atque lignorum. Quis sit iste fons, merito quaeritur. Si enim plana quaeque irrigabat, quomodo dicitur uniuersam superficiem terrae irrigasse? Si autem omnem terram irrigabat, erat inundatio diluuij, & nondum diuisa erat terra ab aqua. Credibile autem est, quia non dixit, Unus fons, sed Fons, pro plurali numero potuisse singularem: ut sic intelligam fontes per omnem terram loca propria irrigantes, sicut dicta est rana & locusta in decem plagis Aegypti, cum esset innumerabilis numerus illarum. Cum ergo aliter se habeant omnium creaturarum rationes, uerbo Dei incommutabiles, aliter ista quae usque nunc operatur. Horum trium hoc quod extremum posui, utcumque notum est: duo illa remota sunt a sensibus nostris. Ergo illa omnia primitus fuerunt, non mole corporis, aut magnitudine, sed uel potentiae causalis. Virgultum autem agri, quid significet spiritualiter, superius expositum est, cum produceret terra herbam pabuli. Fons autem sapientia est, quae irrigat omnem Ecclesiam. Aliter autem, terra uirgo Maria est: de qua scriptum est, Aperiat terra, & germinet Saluatorem: quam irrigauit spiritus sanctus, qui fontis & aquae nomine in Euangelio significatur.

Fons irrigans terram qui sit.

Formauit igitur Deus hominem de limo terrae, & inspirauit in faciem eius spiraculum uitae, & factus est homo in animam uiuentem. In ipso etiam corpore habet hominem quaedam proprietatem, quod directa statura sit: ut hoc admoneretur, non sibi terrena esse se-

stantia, uelut pecoribus. Sed quomodo enim fecit, utrum repente in aetate perfecta, hoc est, uirili: an sicut usque nunc format in utero matrum? Si omnium futurorum causae modo sunt insitatae, quomodo creauit Deus omnia simul? Non aliter Adam factus est, cum de limo terrae formatus est, sicut iam credibilis est, nisi perfecta aetatis & uirilitalis, quae erat in illis causis, ubi Deus hominem in sex dierum operibus fecit. Solet igitur quaeri, utrum animale corpus prius homini formatum est e limo terrae, quae uel quod habemus nunc: an spirituale, quale resurgentes habebimus? Non obscura est de hac re Apostoli sententia, dicentis: Non prius quod spirituale, sed quod animale, deinde quod spirituale. Hic

Homo quomodo in anima uiua creatur.

occurrit quaestio, Quomodo renouamur, si ad hoc in Christo non renouamur, quod prius in Adam eramus? Vnde ergo profertur filio redeuntis stola prima, si non immortalitatem recipit, quam perdidit in Adam? Si autem non peccasset Adam, nec corpore moreretur. Quomodo ergo non immortale, si animale renouabitur a uetustate peccati? Non in pristinum corpus animale, in quo fuit Adam: sed in corpus spirituale, cum erimus aequales angelis. Renouabimur autem spiritu mentis nostrae, secundum imaginem illius qui creauit nos, quam peccando Adam perdidit. Renouabimur autem etiam carne, cum corruptibile hoc induerit incorruptibilitatem: ut sit spirituale corpus, in quod nondum mutamur, sed mutatus fuisset Adam, nisi mortem corporis peccando meruisset. Illud quippe secundum aliam causam, & ante peccatum mortale, dici potuit mori: & immortale, quia potuit non mori. Aliud est enim non posterior: aliud, posse non mori. Secundum, quemadmodum prius homo creatus est immortalis, quod illi praestabat de ligno uitae. Separata est, cum peccasset, ut possit mori: qui nisi peccasset, posset non mori. Mortalis ergo erat conditione corporis, animalis immortalis beneficio conditoris. De anima autem quam Dominus insufflando fecit, nihil confirmo, nisi quia ex Deo est: ut non sit substantia Dei, & sit incorporea, non sit corpus, sed spiritus, non de substantia Dei genitus: nec procedens, sed factus a Deo. Et ita sit factus, ut illius natura non sit alia creatura, in quam posset conueri. Hac per hoc de nihilo, & quod sit immortalis secundum quendam uitae modum, quem non possit amittere. Secundum quandam uero mutabilitatem, qua possit uel deterior uel inferior fieri, non immerito mortalis dicitur: quoniam ueram immortalitatem solus habet ille, de quo dicitur: Qui solus habet immortalitatem, et lucem habitat inaccessibilem. Mystice autem formauit Deus hominem de limo terrae: formatus est Christus ex semine Dauid secundum carnem, tanquam de limo terrae. Et inspirauit in faciem illius spiraculum uitae: utique infusus est spiritus sancti, qui operatus est hominem Christum. Et factus est homo in animam uiuentem: ut qui perfectus erat Deus, perfectus crederet & homo, Alij uero inquirunt, de qua terra

Renouatio qualis est.

Mortales qualenus.

60

Adam

Adam formatus sit, si fuerat Paradisus specialis utique de communi, quod demonstratur, ubi dicit: Terra es, & in terram ibis. Et in faciem illius idcirco inspirare Dominum dicit, quia pars spiritalis est corporis caput, quod in hominibus primo nascitur, & principales habet sensus per diuisiones in cerebro. Cuius prima pars, uisum, auditum, gustum, odoratumque habet: secunda uero intellectum: tertia tactum, qui per omne corpus effunditur. Hi etiam dicunt, Faciamus uisum nostram ad formationem uero corporum, quod dicitur, Masculum & foeminam fecit illos. Quod uero dicitur hic, formauit ad ipsius formationem, in membra pertinere: spirauit uero, ad animam indubitauer. Corpus uero filij a corpore patris trahit corpulentiam & uim occultam, hoc est peccati: ab anima uero immortalitatem & prudentiam.

Paradisus quae.

Plantauerat autem Dominus Deus Paradisum uoluptatis, sicut a principio: & reliqua, usque ad illum locum, ubi ait, In quocumque die comederis ex eo, morte morieris. Non ignoro, de Paradiso multos multa dixisse. Alij enim Paradisum corporaliter tantum intelligunt, alij spiritualiter, alij uero utroque modo. Consequens autem est, ut homo in Paradiso corporali intelligatur collocatus, & Paradisus locus quidam intelligatur, terra scilicet ubi habitaret homo, terrenus locus amoenissimus, fructuosus nemo-ribus occupatus, idemque magnus, & magno fonte secundus. Plantauerat ergo Dominus Paradisum in delicijs, hoc est in Eden. Quod autem sequitur, Produxit de humo omne lignum, & reliqua: sciendum est, quod cum istidem generibus sunt illa ligna instituta in Paradiso, quae iam terra tertia die produxit causaliter, ut etiam nunc per tempora talia terra gignat. Verba autem Dei die sexto dicentis, non sonabili uoce prolata sunt, sed sicut in uerbo eius creandi potentia. Dicit autem hominibus, quod sine temporalibus, sonis Deus dixerit, non nisi per temporales sonos potuit. Furum enim erat, ut homo istidem ueretur ad escam. Quod autem sequitur, lignum etiam uitae in medio Paradisi, lignumque scientiae boni & mali: considerandum est diligentius. fortasse enim cogat nos in allegoriam declinare, ut non ligna sint, sed aliud ligni nomine significant. Sed cum sit Hierusalem aeterna in caelis, et alia Hierusalem in terra est: ergo & lignum uitae, in quo erat sacramentum, & in caeteris lignis alimentum. Sacramentum autem quid aliud, nisi sapientiae: de qua dicitur: Lignum uitae est amplectentibus illam. Lignum etiam scientiae boni & mali, non est dubitandum, quod esset lignum uisibile, in quo utique non suspicor aliquid noxium inesse, cum fecerit Deus omnia bona ualde: sed malum est homini transgressione praeccepti. Oportebat autem ut homo positus sub Deo alicunde prohiberetur, ut illi promerendi dominum suum uirtus esset in ipsa obedientia. Quatuor autem flumina Paradisi ex uno fonte procedentia, ex hoc colligimus, notissima sint, & uniuersis fere gentibus diffamata. Credendumque est, ex illo loco Paradisi a-

Sacramentum quid.

Quatuor flumina paradisi.

gnitione hominum remotissimo, quatuor haec flumina emergere: sicut fidelissima testatur scriptura, quae etiam per multum spacium ire, & post tractus regionum proximarum alijs locis erupisse, ubi tanquam in suis fontibus noti esse perhibentur. Haec autem quatuor flumina, quatuor uirtutes significant, prudentiam, fortitudinem, temperantiam, iustitiam. Prudentia ipsa est contemplatio ueritatis ab omni ore humano aliena: sicut Physon oris mutatio interpretatur, quae loquens parturis magis, quam parisi, quam sonae Eulath, quae interpretatur parturiens. Habet autem disciplinam uiuendi, quae aliena est ab omni sorde, uelut aurum purum. Carbunculum, ueritatem, quam nulla fallitas uincit: sicut carbunculi fulgor nocte non uincitur. Prasinum, uitam aeternam, quae uiriditate lapidis propter uigorem uitae significatur. Fluuuius autem qui circuit omnem terram Aethiopijs calidam feruentemque, significat fortitudinem calore actionis alacrem atque impigram. Tertius Tigris uadit contra Assyrios, & significat temperantiam, quae resistit libidini. Vnde plerumque in scripturis Assyrij aduersariorum loco ponuntur. Quartus non est dicitur quod uadat, aut quam terram circumueat. Iustitia enim ad uniuersas animae partes pertinet. Dicitur autem Physon ipse esse Ganges, Gyon autem Nilus. Tigris & Eufrates nunc eadem nomina tenent. Eufrates autem fluuius Mesopotamiae. Tigris autem hoc nomine uocatur, propter uelocitatem instar bestiae nimia pernicitate discurrentis. In eo quod dicitur, Plantauerat Deus Paradisum uoluptatis a principio: quidam dicunt posse intelligi, quod ante quam caelum & terram faceret, Paradisum uoluptatis plantaret, quod in illo esset uoluntas Dei. Quod autem dicit, Pulchrum uisum, ad animam pertinet: corpori uero, & ad uescendum strauit. Per fluuium uero, migrationem de Paradiso significari dicunt, quod migrasset Adam in communem terram. Per fluuium, unitas Deitatis. Per quatuor capita, quatuor Evangelia, in quibus narratur. Eufrates historialiter. Idcirco non assignatur cuilibet regioni specialiter, quia Hebraeis propinquus est, per quem significatur Euangelium Ioannis, pertinet ad theoriam, ad quam Ecclesia propinqua est. Alia autem Evangelia suas habent proprietates. Per lignum uitae, doctrina spiritalis potest intelligi. In Paradiso, id est, in Ecclesia. Per fluuium, baptismum. Per quatuor capita, quatuor uirtutes, ut praediximus. Aliter Paradisus significat corpus: lignum uitae, sensum prudentiae: & fluuius doctrinam, quae ducitur in hominem quatuor constantem, quasi quatuor in capita, id est frigidum & calidum, humidum & aridum. Quod autem dicit, Ut operaretur terram, & custodiret illam, non seruuili labore, sed honesta animi uoluntate. Possimus autem intelligere, ut operaretur terram, Paradisum, & custodiret semetipsum. Custodiri non aduersus improbos homines, quia nulli erant, sed fortasse aduersus bestias. Sed quomodo istud? nunquid bestiae in hominem tunc saueiebant,

60

uiebant, quod nisi peccando non fieret. Est & alius in his uerbis sensus, ut ipsum hominem operaretur Deus, & custodiret, sicut enim homo operaretur terram, non ut illam faciat esse terram, sed ut culta & fructuosam: sic Deus hominem quem creauit ut homo esset, operatur ut iustus sit. Allegoricè autem, plantauerat Dominus Deus paradysum, Ecclesiam utique: sicut de illa dicitur, Ortus conclusus soror mea. A principio, quia Ecclesia à Christo cõdita est. Fluminis de paradiso Christus irrigans, de quo dicitur: Dominus Deus no ster, fluuius gloriosus, exiliens in terram sitiẽtem. Quatuor paradisi flumina, quatuor Euangeliste. Ligna fructifera, omnes sancti sunt. Lignum uitæ Christus est: cui si porrexerit manum, uiuit in æternum. Physon interpretatur os pupuli, siue oris mutatio. Aethiopia significat tenebras siue caliginem. Euilath, dolens uel parturiens. Geon, peccus siue præputium. Asirios dirigen tes possumus dicere. Tigris uelocitas. Eufrates fertilis interpretatur. Lignum scientiæ boni & mali, proprium est uoluntatis arbitrium, in medium nostrum positum, ad dinoscendum bonum uel malum: de quo si quis relicta gratia Dei gustauerit, morietur. Tulit Deus hominem, & posuit illum in paradiso. Assumpsit Deus carnem, & factus est Ecclesiæ caput, ut operaretur et custodiret: id est, uoluntate patris, ut ex omnibus gentibus Ecclesiam adimpleret. Iuxta illud: Quos de disti mihi, custodiui.

Dixit quoque Deus, Non est bonum esse hominem solum. & reliqua, usque, Et erunt duo in carne una. Quod in ista recapitulatione omnes bestias terræ, & uniuersa uolatilia cœli de humo fecisse Deus dicitur, terram uniuersaliter cum aquis appellat. Quod autem dicitur, Non est bonum hominem esse solum: difficile est inuestigare, quomodo Deus dixerit, utrum temporaliter uocibus editis & syllabis, an ipsa ratio commemorata est, quæ in uerbo Dei principaliter erat, an forte in mente ipsius hominis, ut est illud in Psalmo, Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. An aliqua de hæc ipsi homini de ipso homine per angelum est facta reuelatio, an per corporalem creaturam uox ipsa sonuerit. Si autem queritur, ad quam rem fieri oportuerit hoc adiutorium, nihil aliud probabile occurrit, quam filios procreandos. Hoc enim in prima cõditione dictum erat, Masculum & foeminam fecit illos, & benedixit eos, dicens, Crescite: & reliqua. Nunc autem uidentur, quod adductæ sunt ad Adam omnes bestia agris, & uolatilia cœli, ut illis nomina imponeret, atque ita uelut necessitas operaretur. Creandi enim foeminam ex illius latere, cum inter illa animalia simile adiutorium non fuisset inuentum: uidetur enim mihi propter aliquam significationem prophetica factum. Quare quoque pisces hoc nominantur: sed credendum est, paulatim cognitis piscium generibus nomina imposita. Quod autem mulier de latere uiri facta, fortasse propter ipsius coniunctionis uim commendatam. Sed quare dormienti, quare os non

foemina quare creata est.

caro detracta est, quare costa, quare carne locus illius repletus est, non altera costa. Cur non fecit sed edificauit: Non est utique dubium, hæc quidem ita facta esse: sed tamen ob aliquid significanti, hoc est, in Christo & in Ecclesia. Quomodo animalia ducta sunt ad Adam: queritur. Iusio Dei non solum ad homines, nec solum ad aues & pecora uenit per angelicum ministerium, sed etiam ad illa quæ in aquis sunt: sicut ad cetum, qui glutituit Ionam. Si autem donauit Deus homini mansueta facere etiam fera animalia, quanto magis angeli hoc possunt, quod dixi. Angeli autem omnino nullam possunt condere uel creare naturam. Solus enim creator est Deus, id est, ipsa Trinitas. Quomodo autem soporatus sit Adam, costa illius sine ullo doloris sensu à corporis copage detracta sit: hæc fortasse dicuntur potuisse per angelos fieri. Formare autem uel edificare costam in muliere nullus potuit, nisi Deus, quo uniuersa natura subsistit. Quod sequitur, Os de osibus meis, & reliqua: cum uerba sint primi hominis, Dominus tamen in Euangelio dominum dixisse declarat. Dicit enim, Non legistis: quia qui fecit ab initio masculum & foeminam, fecit illos: & dixit, Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, et adhærebit uxori: ut intelligeremus propter extasin, quæ præcesserat in Adam, hoc illum diuinitus potuisse prophetare. Certè questio illa quæ agitur de anima mulieris, utrum ex anima Adam animam accepit, sicut corpus aliunde, uelut & ipse Adam: aut animæ ex animabus nascantur, sicut corpora ex corporibus, an alio modo mittantur à Deo, ad opus non pertinet. Quod autem dixit, In quo cumque die comederis ex illo, morte morieris. Ac si diceret: Morti deputatus eris, non quod in eodem die mortuus fuisset, sed mortalis, quoniam eiectus est de Paradiso: uel quod in eodẽ die quo peccauit, mortuus est. quamuis multis interuenientibus spatijs, id est, nongentis & triginta annis. Adam quippe in sexta feria formatus est, in quo peccauit, & mortuus est, traditur: Christus uero in sexta feria natus est, & fecit uinum de aqua, & passus est. Dixit quoque Dominus Deus, Non est bonum hominem esse solum. Arguuntur hæretici, qui Christum solum hominem putant, non etiam Deum. Faciamus adiutorium simile, quia in ipso homine suscepto, Ecclesia Deo copulata est. Appellauit autem Adam nominibus suis cuncta animantia & uolatilia & bestias: significans, quod saluæ fierent in Ecclesia, & per Christum nomen erant acceptura, quod prius non habuerunt. ut est illud, Er uocabo seruos meos nomine alio. Adam uero non inueniebat adiutor simile illius. Quoniam quam bonus sit quisquã, Christum tamẽ æquare non potest. Non enim, inquit, similis tibi in dijs Domine. Nemo enim potuit genus hominum liberare à morte, nisi Christus. Immisit Deus soporẽ in Adam. Dormiuit in cruce Christus, pun gitur latus illius lancea, ut sacramentis quæ inde fluunt, forme Ecclesia. De hac dormitione dicitur:

Anima unde Eua accepit.

Cur Deus finit hominem tentare.

tur: Ego dormiui, & somnum cepi, & resurrexi. Et posuit carnem pro ea. Posuit pro Ecclesia carnem suam. Os de osibus meis, & caro de carne mea. Siue enim spirituales & fortes, siue minus perfecti, unum corpus Christi sunt. Hæc uocabitur uirago, sicut à Christo Christiani nomen accipiunt. Quamobrem relinquet homo patrem & matrem, & reliqua. Reliquit Christus patrem, cum dicit: Ego à patre exiui, et ueni in hunc mundum. Reliquit & matrem synagogam, ueteri testamento carnaliter inhaerentem, quæ fuit illi mater ex semine David: & adhæsit Ecclesiæ in pacem noui testamenti, ut essent duo in carne una. Quia cum sit Deus, particeps noster factus est, ut illius capitis corpus esse possimus. Post hæc uocabitur Eua, uita siue calamitas: quod nobis conuenit, calamitatem hic, uitam in futuro habeamus. Alij dicunt, quod dicit, Et repleuit carne pro eo, ad misericordiam Dei pertinet, pro uirtute diuinitatis. Costa autem edificatur in mulierem, de qua dicitur, Mulierem forte quis inueniet: Hi etiam dicunt, costam cum carne, animam cum carne significare. Mulierem autem à uero corpulentia, et uis occulta, & immortalitas & prudentia cõtigisse dicuntur. Prima autem propheta dicit in hoc modo hæc sententia esse, Quamobrem relinquet: & reliqua, usque, In carne una.

CAPVT TERTIVM.

Erant autem uterque nudi, Adam scilicet & uxor illius, & non erubescerant. & reliqua, usque ad illum locum, in quo ait: Ad custodiendam uiam ligni uitæ. Vere omnino nuda erant corpora duorum hominum in Paradiso, nec pudebat illos. Quid enim puderet, quando nullam legem senserunt in membris suis repugnantem legi mentis sue? Serpens autem iste non in rationali anima sua, sed in alieno, id est diabolico spiritu, callidior omnium bestiarum dicitur. Quid enim mirum, si instinctu suo diabolus serpentem implens illo more, quo uates demonum impleri solent, reddiderit sapientissimum omnium bestiarum? Nec sane debemus opinari, quod serpentem sibi, per quem tentauerit, persuadere diabolus elegerit: sed cõtinetur in illo cupiditas decipiendi, per illud animal potuit, per quod permissus est. Queritur autem, cur tentare permisit Deus hominem, quem tentatori præciebat esse concessurum: Non arbitrandum est autem, quod hominem deiecturus iste diabolus tentare permitteret, nisi prius præcessisset in animam illius quaedam elatio comprimenda. Non enim mihi uidetur magna laudis futurum fuisse hominem, si propterea posset bene uiuere, qui à nomine male uiuere suaderetur. Cum & in natura posset, et in potestate haberet, si uellet, non consentire. Si autem mouetur quidam de hac primi hominis tentatione, quod eam fieri permisit Deus, quasi non uideant uniuersum genus hominum diaboli insidijs sine cessatione tentari. Cur & hæc permisit Deus, an quia probat uirtus? Si ergo loquutus est serpens homini: Cur asina in qua sedebat Balaam, loquuta est homini: nisi quia illud

opus fuit diaboli, cum istud angelicum. Interrogat autem serpens, Cur præcepit uobis Dominus, & cætera. Et respondit mulier, & reliqua, ut præuicatio esset inexcusabilis. Euidetior est enim transgressio, dum præcepta memoria retinentur. Eritis sicut dii, & reliqua. Videmus his uerbis superbia persuasum esse peccatum. Ad hoc enim ualet quod dictum est, Eritis sicut dii. Quod autem dicit, Nequaquam morte moriemini: pertinet ad id quod dictum est, Quia mendax est, & pater illius. Dedit uiro suo, cui persuaderi non opus erat, quia illam eo cibo non esse mortuam cernebat. Et aperti sunt oculi amborum, quoniam se ad inuicem concupiscendum ad poenam peccati, carnis illius mortem acceptam. Conseruit folia fici. Qui gloria desiderauerunt, pudenda texerunt. Ad uesperum, & reliqua. Quia defecerunt à luce ueritatis, absconderunt se, & reliqua. Non miremur hæc fieri, quæ similia sunt de mentis per nimium pudorem & timorem. Vbi es? Vox increpantis est, non ignorantis. à Deo, per uirum ad foeminam, peccatum à diabolo per foeminam ad uirum peruenit. Et sicut primatum uir habet, ita prius interrogatur. Mulier quam dedisti mihi, & reliqua. Superbia nunquam dixit, Peccaui. Denique mulier non dixit, Seduxit me: sed mulier quam dedisti mihi, & reliqua. Mulier autem interrogata ait, Serpens decepit me. Et ob hoc Apostolus ait, Adam non esse seductus, mulier seducta est. An propterea mulier seducta est, quia parui intellectus esset, & ideo non tribuit illi Apostolus imaginem Dei? Sic enim ait: Vir quidem non debet uelare caput suum, cum sit imago & gloria Dei. Mulier autem gloria uiri est. Non quod mens foeminae eandem imaginem capere non possit: sed fortasse illa hoc adhuc nondum percepit, quod ab imagine Dei & à uiro regente atque dispensante fuerat paulatim perceptura. Serpens decepit me. Quasi cuiusquam sursum præcepto Dei debuisset anteponi.

Et dixit Dominus Deus serpenti, & reliqua, usque dum dixit, Et tu insidiaberis calcaneo illius. Totam istam sententiam figurata est, nec aliud illi debet scriptoris fides, narrationisque ueritas, nisi ne illam datam fuisse dubitemus. Non est enim interrogatus serpens, quia non ipse utique in sua natura fecerat: sed diabolus de illo per illum, & in illo fuit operatus. Nunc ergo quod ad illum qui in serpente loquutus est dicitur, figuratum est. Quia audisti uocem mulieris tuæ, maledicta terra in operibus tuis. Ex hoc esse in terra labores humani generis, quis ignorat? Et quia non essent labores in terra, si foelicitas quæ in Paradiso fuit teneretur, non est dubitandum. Opera autem hic non ruris colendi, ut plerique putant, sed peccata sunt. Tunicas pelliceas. Et hoc significationis gratia factum est, sed tamen factum est uere. Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis. Verba Dei sunt hæc, non tam illis insultantis, quam cæteros ne ita superbiat, deterrētis. Quod non solum fuerit factus, qualis fieri uoluit:

Labor unde de processit.

uoluit: sed nec illud quod factus fuit, cōseruauit. & ordinauit Cherubim, & flammam gladium. hoc per cōlestes utiq; potestates etiam in Paradiso uisibili factum esse credendum est. Quod dicitur, Ne fortē aliquādo mittat manum suam, & assumat etiam de ligno uitae: ostendit, quia separari debuit à ligno uitae, quia alienatus fuerat à uita. Alienatus utiq; inde fuit moriturus, uel etiam tanquam excommunicatus. uel quia ambigua loquutio est, potest sic intelligi: Et misit illum ad hanc miseriam, si fortē potuisset post labores edere iterum de ligno uitae, & uiuere in aeternum. Erat autem uterq; nudus: & reliqua. Sciendum est, si uestiti fuissent, dici possit, utiq; potest, sed innocentia. Serpens à serpendo dicitur. Idcirco uerò ad mulierem diabolus loquitur, quia uidit quòd mulierem seduceret, & non uirum: siue quia uirum tantum ad similitudinem Dei formatum putauit, & nō foeminā. Cur praecepit uobis Dominus: & reliqua. Haec prima interrogatio in hoc mundo fuisse dicitur. In eo uerò quod dicit, Nequaquam morte moriemini: primum mendacium similiter. Diabolus autem idcirco de ligno scientiae boni & mali dicitur suadere, quia Dominus prohibuit illud. Diabolus enim semper contra Christi mandata suadet, qui inde etiā Sathanas dicitur contrarius. Et eritis ut dii. Hic primò uitas diuiditur: et hic etiā primò idololatria orta est. Quòd mulier seducta est, & non Adā, ambobus tamen sentientibus poenam, alsimilatur ei, ac si aliquis in cōuentu falleretur, alter autem remaneret domi: sed tamen duo sentirent damnum, fallacia tamen alteri reputaretur. Eua autē in quinque rebus peccauit: id est, in frasione, in delectatione, consensu, elatione, id est in scientia: ut est, Sciens bonum & malū. In superbia, ut est, Et eritis sicut dii. Aperti sunt oculi, id est, à culpa. Culpa enim illorum oculos aperuit, quos innocentia clausit. Aperuit autem, id est, ut uiderent etiam malum. Bonum autem tantum primò uiderunt. Quòd autem consuerunt folia fici, significat, quòd immortalitatem relinquentes: quòd ipsi consuerunt, laboriosam significat uitam: ut, In sudore, &c. Quòd de ambobus dicit, Consuerunt, idolorum significat cooperationem in transgressione: uel folia fici amara, amaritudinem significant uindictae. Quòd autē dicit folia fici, multa dicit ligna in Paradiso. Quòd Dominum deambulante dicit, quasi instabilem significat eiectionem illorū de Paradiso, & Dei auxiliū ab illis fuisse ablatum. Ad auram, siue ad uesperā: ostēdit, quòd sic uenit Deus, sicut inuenit quenquam. Post meridiē, id est, post immortalitatem despectam ab illis. In eo quod dicit, In medio ligni Paradisi: ostendit, quòd etiam nūc in illius propria uoluntate, si uitam an mortē eligeret. Vocauitq; Dominus Adā, et uocauit, et non eiecit. Sic & ergo doctores decet iuxta regulam Domini facere. Rectē autem cōuenit dici, Vbi es, dum abscondit. Vbi es Adā? Forfitan uno nomine uocauit illos Adā, quia unum illos iunxit peccatum. Vbi es Adā? Haec partes

tres significant, quòd in tribus legibus peccauit. Verbum autem praesens perseverantiam in uindicta significat. Sicut autem per uirum & mulierem et serpentem et lignum reperitur in mundo mors, sic per uirum & mulierem & serpentem et lignū crucis uita perdita in caelo reparatur. Prima increpatio est in eo quod dicit: Vbi es Adā? Secunda: Quis indicauit tibi? Tertia, quum ad mulierem dicit: Quare hoc fecisti? Secundum hanc regulam doctores decet per ter increpare. Esti etiam non sic egerit poenitentiam, eicitur de Ecclesia, ut Adā de Paradiso. Quia fecisti hoc, maledictus es: & reliqua. Nunc corporalis serpens uenientem accepisse dicitur, & prius non habuisse, pro quo maledictus dicitur, quia poenitentiam agere nō potest. Inter omnia animantia, id est, quia suam seruauerunt naturam. Et bestias terrae, id est, homines. Super pectus tuum gradieris. Serpēs enim pedibus ante hoc ambulare dicitur, quòd affirmare nō audeo. Et terram comedes, id est, puluis serpenti historialiter. Do nec reuertaris in terram, id est, in Paradisum, in terram cōmunem. Quia puluis es, & reliqua. In hoc ostēditur, quia ianua uitae fuit. Non eodem autem ordine increpat & maledicit. Increpat enim uirum primū, & deinde mulierē. Sed hoc differentia culpae, & causa profectus facit. Maledicitur autem serpēs, deinde mulier. Nouissimē autem uir, secundum ordinem culpae & delectationis. Adā de paradiso eicitur, ne lignum uitae comederet, & mortalis esset: quia morte sanati sumus. uelut nō cognouisset Eua in paradiso.

Alius autē de paradiso dicit: Paradisus locus est terrae, qui nulla maris interiectione separati: sed prudentia diuina ab illo seungimur.

Ignis etiam Cherubim ab alijs corporalis dicitur, dum corporeos eiecit, ne in paradisum reuerterentur: quòd etiam magnopere non confirmo. Spiritually autem hoc praeceptum Christus accipit, & nos in illo accepimus: quia unusquisq; Christianus non incongruē gessat personam Christi dicentis: Quandiu fecisti uni ex his minimis meis, mihi fecisti. Dicitur ergo illi, hoc est, nobis: Ex omni ligno Paradisi comedes. Quòd significantur spirituales deliciae, fructus est spiritus, charitas, pax, & reliqua. Non tngamus lignum scientiae boni & mali in medio paradisi: id est, ne uelimus superbire de natura arbitrij nostri, quae media est, ut decepti praesentia boni experiamur, & mali. Serpēs autem ille indicat Diabolum, qui inde serpens dicitur, quòd uolubili uersetur astutia. Per mulierem autē decepti, & non per uirum: quia nō potest ratio nostra seduci, nisi praecedere carnali delectatione.

Tribus autem modis peccatum committitur: Delectatione, suggestione, consensu. Per serpentem, suggestionem accipimus. Per mulierē, animale corporis sensum. Per uirum, rationē. Serpēs suadet, delectatio obtemperat, ratio consensit. Moraliter autem serpens iste uersutia haereticorum latentem, & noua exquirentem significat,

Ter reprēhendendū.

Paradisus.

ficat. Per Salomonem ex persona haereticorum dicitur: Aquae furtiuae dulciores sunt, & panis absconditus suauis. Eritis sicut dii. Sic & uniuersi generaliter haeretici diuinitatis meritum profitentur, promittentes oculorum carnalium apertionem, ne interior oculus obscuratur. Tulit mulier fructum de ligno, & comedit. Facilius enim persuadent carnales ad peccandum, quam spirituales. Dedit uiro suo, qui comedit. Quia post delectationem carnalis concupiscentiae etiam ratio subijcitur ad peccandum. Consuerunt folia fici. Sic se contegunt, qui seculum amarum amplectuntur, quoniam pro origine uoluptatis carnalis sarcientur: quicq; decepti haeretica prauitate, & gratia Dei nudati, mendaciorum tegmēta quasi fici folia colligunt. Facientes sibi succinctoria prauitatis, cum de Ecclesia uel de Christo minus perfecta loquuntur. Cum audissent uocem Domini deambulantis in Paradiso, ad auram post meridiē. Deambulabat Deus in illis, non stabat: quia in praecocepto illius non stabant. Et bene ad auram post meridiem, quia ab illis auferebatur lux illa feruentior ueritatis, appropinquantibus errorum tenebris. Absconderunt se, & reliqua. In medio namq; ligni se abscondit, qui uersus à Deo, in erroris sui atque arbitrij uoluntatibus uiuit. Vocauit autem Deus Adā, & dixit, Vbi es: Ergo non desperandum est quibuslibet peccatoribus, dum & ipsi impij ad spem indulgentiae prouocantur. Dicitur autem post hanc serpenti, Maledictus es inter omnia animantia terrae: super pectus tuum & uentrem repes. Pectoris nomine significatur superbia mentis: nomine autem uentris, significantur desideria carnis. Aut enim terrena cupiditate decipies, omnibus diebus uitae tuae: id est, omni tempore quo agis hanc potestatem. Inimicitiam ponam inter te & mulierē, & semen tuum, & semē ipsius. Semen diaboli, suggestio peruersa est. Semen mulieris, id est mentis, fructus est boni operis, qui peruersa suggestioni renititur. Ipsa caput tuum cōteret, si illum mens in initio mala suggestionis excludat. Ille insidiatur calcaeo illius: quia quos prima suggestione nō decipit, decipere in finem tendit. Quidā hoc quòd dicitur, Inimicitias ponam inter te & mulierē: de uirgine in qua natus est Deus, intelligunt. Semen Mariae uirginis, Christus est: semen diaboli, peruersi homines. Tu illū supplantabis, ut moriatur: ille te uictor, resurget. Caput tuum conteret, quòd est mors. In dolore paries filios tuos. Voluntas enim carnalis, cum aliquā malam consuetudinem uult uincere, patitur in exordio dolores, & super meliorem consuetudinem parit opus bonum, quasi filios. Conuersio tua ad uirum tuum, & ipse tui dominabitur. Hoc significat, quòd carnalis uoluntas, quae cum dolore gignit filios, ne corrumpat, obtemperet rationi, quasi uiro dominantī. Vocaturq; dehinc mater cunctorum uiuētium, id est recte factorum, quibus peccata contraria sunt, quae significantur nomine mortuorum. Per sententiam autem, quae fer-

tur in uirum, ratio nostra arguit: quae si à Paradiso beatitudine remota fuerit, habet maledictiones terrena operationis, habet dolores temporalium curarum, quasi spinas & tribulos. Sic autem dimittitur à Paradiso beatitudinis, ut operaretur terram: id est, ut in corpore isto laboret, & colloset sibi meritum redeūdi ad uitam, quae Paradisi nomine significatur, & possit manum porrigere ad lignum uitae, & uiuere in aeternū. Manuum autem porrectio significat crucem siue cruciatum poenitentiae, qua uita recuperatur. Accepit tunicam pelliceam, quo nomine significatur corporis mortalitas. Cherubim interpretatur plenitudo scientiae. Framea uerò uersatilis, posita ad custodiendam uiam ligni uitae, corporales poenae intelliguntur. Nemo enim potest peruenire ad arborē uitae, nisi per has duas res, tolerantiam molestiarum, & scientiae plenitudinem: id est, per charitatem Dei & proximi. Plenitudo enim legis, charitas.

CAPVT IIIII.

Adā uerò cognouit uxorem suam, quae concepit et peperit Cain, & rursum peperit Abel. Cain interpretatur acquisitio uel possessio, quia dixit Eua, Acquisiui hominem per Dominum. Natiuitas duorum filiorum Adā, similitudinem habet duorum populorum. Sicut Cain sacrificiū ex terrae fructibus reprobatur, Abel autem sacrificium ex ouibus, & earundē adipe suscipitur: ita noui Testamenti fides ex innocentiae gratia Dominum laudās, ueteris Testamenti terrenis opibus anteponit. Vnde autē sciuit Cain, quia ad munera Abel respiceret Deus, & ad sua nō respiceret: nisi quia uera est Theodotionis interpretatio, qua dicit, Inflammauit Deus super Abel, & sacrificium illius. Super Cain uerò non inflammauit, utique per ignem. Ignem autem ad sacrificiū deuorandum solitum uenire de caelo, ut in dedicatione templi sub Salomone, & in monte Carmelo sub Helia legimus. Paulisper ad exordiū redeamus, & interrogemus hoc nomen, quòd est Adā, quomodo in tribus linguis uocet. Vocatur autem Hebraice Adā, Graece anthropos, Latine homo. Dum autem de nomine sermo agitur, scienda est dignitas nominis in tribus supra dictis linguis. Apud Hebraeos autem nominis dignitas dicitur in multitudine interpretationū, ut Adā multis interpretationibus interpretatur. Adā quippe homo, humus, terrigena, terraq; rubra & sanguinea, & genitor: & iste interpretationes in humo, & in sanguine, & in terra, & in creatione retinent dignitatem. Apud Graecos uerò in multis connexionibus, ut est illis de Sarra uisum, alterum ro adderent: Latini uerò adderent. Latini uerò dignitas est nominis ex multitudine, ut Publius Cornelius, et Scipio Africanus. Idcirco uerò nomen Adā quatuor literis scribi cōuenit, quia quatuor substantijs, id est, humido & arido, caldo et frigido. Et quia in quatuor mundi partibus dominaturus esset, & quia secundus in Adā significari, id est Christus, qui in quatuor Euangelijs enunciat, &

B per

per quatuor leges. Vna uero de his duplicata, significat mutationem Adam de Paradiso in terram communem, & à terra communi ad Paradisum. Adam primus & nouus convenientiam habent in quatuor literis & in quatuor legibus: differentiam uero in eo quod dicit Apostolus, Primus Adam in animam uiuentē, nouissimus Adam in spiritum uiuentem. primi literę mutantur, secundi uero non mutantur: quod significat primi mutationem, & secundi immobilitatem, ut est Tetragrammaton, id est nomen Domini scriptum quatuor literis Hebraicis, id est iota, uau, he, heih. Nomen autem quod scriptum est his quatuor literis in lamina aurea, dicere non possumus usque ad diem iudicij. Hæ quatuor literæ nominis Adam propria habent nomina in partium nominibus, id est anatole, disis, arctus, melimbria: id est oriēs, occidens, septentrio, meridies. Et hæc proprietates significat dominaturum Adā in quatuor supra dictis partibus mundi, in eo quod hoc nomen ab a incipit, significatur quod inter angelos primatum tenet. Et Adam ille secundus, qui iuxta Apostolum Christus est, in honore etiam in ordine literarum à primo ponitur. Hic etiam alij interrogant, quis Adam primò nominauit, & ceteras interrogationes. Quarum tantum solutiones ponimus, dicentes, quod Deus Adam primò nominauit, dicendo: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Adam autem nominauit cuncta animantia, dicente spiritu per Moysen: Et adduxit ea ad Adam, ut uideret quid uocaret illa. Et in his supradictis significatur dominatio Domini super Adam, & Adam dominatio in cunctis animantibus. Adam propriè nominatur à Domino dicente, Faciamus hominem: uel appellatiuè, ut alij, sed facilius est propriè dici tunc in comparatione animantium. Hæ uero literæ in tribus linguis ita uocantur, aleph, alfa, a, dalet, delta, d, mem, mi, m, E' quibus apud Hebræos mem, mutat literę figuram, cum in principio & fine dictionis ponit. Concepit in utero, & peperit, id est foras. Conceptio ab aliquibus assimilatur, si non peccasset Adam cooperationi manuum unius hominis sine ulla uoluptate. Quidam dicunt spiritualiter significari, in eo quod dicit, Cognouit uxorem suam: id est Christum, & synagogam Iudæorum. Quæ concepit in lege naturæ, & peperit in lege literæ. Vel in lege literæ concepit, & in nouo peperit. Non incongruè per Cain populus Iudæicus significatur, pro quo synagoga gratias agit, sicut Eua pro isto. & pro bonis terræ Domino seruebat: ut est, Quæ bona sunt terræ manducabitis, sicut hic agricola fuisse scribitur. Moraliter uero per Adam, sensus perfectus, & per Eua caro. Per Cain uero sensus mali, per Abel boni, qui ceteros sensus custodiunt, ut hic ouium pastor fuit. Post multos dies, id est, donec haberet quod offerret. & hic ostenditur, quod Deus ab homine non exigit quod non habet. Dixit autē Deus ad Cain: Si rectè offeras, & rectè non diui-

das, peccasti. Quia etsi Iudæi multa rectè fecerunt, in eo tamen infidelitatis rei sunt, quia Christo ueniente tempus noui Testamenti à tempore ueteris nō distinxerunt. Quia si obtemperasset Cain Deo, adiutus intelligentia gratiæ, dominaretur ipse peccato suo, & non occideret fratrem innocentem. Sic & Iudæi, in quorum figura gerebatur hæc, quiescerent à sua perturbatione, tempus salutis et remissionis peccatorum cognoscere: audiret Christum dicentem, se non uenisse uocare iustos, sed peccatores: & conuerterentur à peccato suo, ut in cōfessione saluarentur. Nunc autem ignorantes Dei iustitiam, & suam querentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Et exarserunt in iracundia contra Christum, cuius uidentes opera accepta Deo esse, doluerunt. Occiditur Abel iunior à fratre maiore, occiditur Christus caput populi minoris à populo Iudæorum. Nonne si bene egeris recipies, id est abundantiam uel ignem. Si autem malè, usque adhaeret peccatū tuum in foribus: signum mendacitatis intelligitur. In eo uero quod dicit, sed sub te erit, poenitentiam committit: appetitus illius, id est peccati: & tu dominaberis illius. Ac si aperte diceret: Sub tua potestate est, si bene uel malè egeris. Quod autem Cain dicit: Egrediamur foras, in dolo loquitur, quod de illo spiritus dicit. Cum surrexit Cain, significat cum odio uel diabolo suggerente. Vbi est Abel frater tuus? Non tanquam ignarus, cum à Deo discat, interrogat, sed tãquam iudex reum quem puniat. Vique nunc cum interrogamus Iudæos de Christo, nescire se Christum respondent. Eissent autem quodammodo Christi custodes, si Christianam custo dirent fidem.

Dicit Deus ad Cain, Quid fecisti: uox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Sic arguit in scripturis uox diuina Iudæos. Habet enim magnam uocem sanguinis Christi in terra, cum eo accepto ab omnibus gentibus responderetur, Amen. Hæc est uox clara, quam sanguis ipse exprimit ex ore fidelium. In eo quod dicit, Frater tuus: commemorat cogitationem eorum, ut poenitentiā compungerentur. Maledictus eris super terram. Illa quæ Deus dedit semini Abraham, in qua Christi sanguinem fuderunt. Vel certè à terra, id est, ab Ecclesia, quæ aperuit os suum in cōfessione peccatorum: accipere sanguinem Christi, qui effusus est in remissionem omnium peccatorum de manu persecutoris, nolentis esse sub gratia, sed sub maledictio. Quicumque enim ex operibus legis sunt, sub maledictio sunt. Cum operatus fueris, nō dabitur tibi fructus. In terra enim, quam Christus portauit, id est, in carne eius operati sunt salutem nostram, crucifigendo Christum: suam autem perditionem. Vnde resurgens, ijs à quibus crucifixus est nō apparuit. Historialiter uero Cain maledictus est mēdicitate. In eo uero quod dicit, Maledicta terra, & reliqua, usque De manu tua: potest intelligi, quia sanguis iustorum fructus terræ diminuit, non autem sanguis uindictæ secundum legem. Vagus & profugus, siue ut

ue, ut Septuaginta transtulerūt, gemens & tremens. Ecce quis nō uideat, quomodo sit uagus & profugus populus Israel, in gentibus gemens amisso regno, & tremens timore sub Christianis innumerabilibus. Ideo quæ respondit Cain dicens: Maior est iniquitas mea, quam ut ueniam merear: & reliqua. Verè Iudas uagus & profugus gemit & tremet, ne regnò etiā terreno perditò, ista uisibili morte occidat. Hanc dicit maiorem causam, quam illā, quod Iudæis terra nostra non dat fructum suum, absconsus quæ à facie Dei, iratum habet Deum. Cain uero septem peccata reputantur. Primum, quod malè diuisit: ut est, Ad Cain uero, & ad munera eius non respexit. Secundum uero, quod inuiderat: ut, Iratus quæ est Cain. Tertium, quod tristis fuit: ut, Concidit uultus eius. Quartum, homicidium: ut, Interfecit eum. Quintum, mendacium: ut, Qui respondit, nescio. Sextum, quod poenitentiā nō egerat: ut, Quid fecisti, usque ad me. Septimum, quod seipsum desperauit: ut, Maior est iniquitas mea, quam ut ueniam merear. Quod autem dicit, Nequaquā ita fiet: sic intelligendum, quasi dixisset, non sicut dicis, Omnes occidunt te, sed unus. Quod de sequitur, Posuit Deus in signum: sic istud in illo intelligendum est, quod dicit, Nequaquā ita fiet. Hæc uero quæ inter Abel & Cain acta sunt, possunt etiam moraliter ad sensum bonum malumque referri, ut per effusionem sanguinis Abel sensus boni à malo auersi intelligatur: & sicut superius dictum est, ad Christum & ad populum Iudæorum, quia ambo filij synagogæ sunt. Qui etiam Christum foras duxit, id est extra ciuitatem Ierusalem ad crucifigendum, atque cum diabolo uel cum odio Christi in hoc opus confurrexit. Num quid custos sum? Nunquid ego sum rabbi, significare putatur. Omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur. Siue, ut Septuaginta transtulerunt, septem uindictas exoluet. Differamus primū iuxta historiā, quid significat, Omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur. Certè noluit Deus illius compendio mortis finire cruciatum. Videtur enim illud desiderasse Cain, cum dicit: Omnis qui inuenit me, occidet me: & quodammodo loquitur ad illum Deus, non ut tu estimas, morieris, & mortem pro remedio accipies: uiues usque ad septimam generationem, & conscientie igni torqueris. Aut quicumque te occiderit, aut in septima generatione, aut magno cruciatu te liberabit. Non quod ipse qui occiderit Cain, septem ultionibus subijciendus sit: sed quod septem cruciatibus illum absoluit, qui in Cain, tanto tempore concurrerunt, aut in septima generatione occidendus sit. Adam quippe genuit Cain, Cain genuit Enoch, Enoch genuit Gaidad, Gaidad genuit Malaleel, Malaleel genuit Mathusalem, Mathusalem genuit Lamech, qui septimus ab Adam non sponte occidit Cain. Iuuenem autem occidisse se dicit, non quia iuuenis esset, sed uagus & instabilis erat. Spiritualiter autem quis non uidet, quod omnis qui perdidit genus impium carnalium Iu-

dæorum, septem uindictas exoluet: id est, auferet ab illis septem uindictas, quibus alligati sunt propter reatum occisi Christi in hoc tempore, quod septenario dierum numero uoluitur. Posuit Deus Cain in signum, ut non interficeret illum omnis qui inuenisset. Gens enim Iudæa siue paganis regibus, siue Christianis, non amisit signum legis et circuncisionis: et omnis qui illos cum ipso signo inuenit, nō occidit. Exiuit ergo à facie Dei, & habitauit in terra Naid. Naid in Hebræo Nod dicitur, quod interpretatur commotio, uel instabilis: & nō tam nomē loci quam instabilitas Cain, siue Iudæorum designatur. Habitat enim profugi in commotione, & in perturbatione carnali cōtra iocunditatem Dei, hoc est contra Eden.

Cognouit autem Cain uxorem suam, & concepit, & peperit Enoch, & edificauit ciuitatem. Impiorum progenies in ipsa mundi origine ciuitatem construxit, quia omnes impij in hac uita fundati sunt, ubi habet thesauros: Sancti uero hospites sunt, et peregrini. Vnde & Abel tanquam peregrinus populus Christianus, in terra nō condidit ciuitatē: superna est enim ciuitas iustorum. Iste enim interpretatur possessio uel dedicatio, in cuius nomine condita est ciuitas, id est Ierusalē terrestris, ubi nihil plus quam quod cernitur, speratur. Et notandum, quod in progenie Seth nulla progenita foemina memoratur, sed in progenie Cain. Carnales enim maritorum atque foeminarū coniunctione proueniunt. Alij dicit, in eo quod dicit, Cognouit Cain uxorem suam, significat quod uindicta defineret, si Cain uxorem non accepisset. Vocauitque nomen illius, usque Enoch. Hic primò in scripturis ciuitas ex nomine hominis uocata, & per hoc etiā designari idololatria potest. Per Cain malus sensus, uel intelligitur unusquisque peccator. Qui cognoscit uxorem suam, id est carnem subditam peccatis, quæ concepit in cogitatione, & peperit in malo opere peccatum. Quod de sequitur, Aedificauit: significat malum sensum uel peccatorem, peccatū statim non relinquere, sed augere. Huius autē genealogia commemoratur, ut ueritas generationis Cain & Lamech nunciaret. Cain autem præfiguratur populum hæreticorum, alios hæreticos generantem. Lamech autem primus duas uxores accepit: ac si diceret, primus adulterium perpetravit. Iubal primus aedificans domus, ut alij, uel primus ex custodiens pecora. Iubal primus ciuitarista fuit. Per Lamech autem populum hæreticorum cum duabus Ecclesijs hæreseos, uel in bonam partem Christum cum suis duabus Ecclesijs significat. Per Iubal populum Iudæorum habitantem in tētorijs, id est, in huius seculi. Per Iubal populus Christianus in gentibus, canens cithara, id est historia et organo, id est sensu. Tubal primus faber ferri, & ararius. Vnumquemque sanctum significat sui corporis & animæ custodem.

Dixitque Lamech uxoribus suis: & reliqua, usque, De Lamech uero septuagies septies. Secundum historiā

Naid quid sit.

Foemina quare non sit in progenie Seth. Prima ciuitas.

Citharista Iubal.

Faber primus.

Vox sanguinis.

Quid sit occidere Cain.

dictum est, quod ab Adam usque ad Christum septuaginta & septem generationes sunt, quibus peccatum Lamech, id est totius mundi, sanguinis Christi effusione solutum est. Dicunt quidam, lxx. anime receptae sunt in diluio de genere Lamech, & in hoc numero de Lamech facta uindicta. Siquidem & in populo Iudaeorum, propter interfectionem Christi, lxx. uindictae sunt statuta: iuxta illud, Non solum septies, sed septuagies septies, si poeniterit, fratri remittendum ad indulgentiam Christi. Alij Cain septempler peccasse dicunt, & ob hoc septempler puniendum pro peccatis, quae enumerauimus antea. Ideo autem non sunt similes uindictae in Adam & in Cain Lamech: quia qui posterius peccauerunt, maiorem Dei notitiam habuerunt, etiam per praecedentes uindictas, quas prius accidisse scierunt. Sic etiam nunc in tribus legibus uindicta obseruatur. Dicitur quoque, quod Lamech uindicta etiam adulterij causa addita sit. Quando autem Lamech Christum significat, occisio Cain, diabolum occisum demonstrat. Quod a Christo suis uxoribus, id est Ecclesiis, nunciatur: quibus imperat, ut suum sermonem auscultent. Quod dicit, In uulnus meum: significat diabolum propter lasciuiam in morte Christi occisum. Et adolescentulum, id est diabolum propter lasciuiam & aeternitatem. In liuore meo, id est, non sine dolore. Aliter occisio Cain, sensus boni occisionem, uel populi Christiani demonstrat, quando per Lamech haereticus demonstrat.

Cognouit quoque adhuc Adam uxorem suam, & peperit filium, & uocauit nomen illius Seth. Ex Seth natus est filius, quem uocauit Enos. Seth interpretatur resurrectio, qui est Christus. Enos autem interpretatur homo, qui coepit inuocare nomen Domini. Quid hoc intelligitur, nisi quia in confessione uiuit omnis homo, qui est filius resurrectionis, quam diu peregrinatur in terris: siue Enos caput inuocare nomen Domini, ut Hebraei arbitrantur, quod tunc primum idolum fabricatum est in similitudinem nominis Domini. Enoch septimus ab Adam, qui translatus est, & placuit Deo: septima requiem significat, ad quam transfertur omnis homo, qui sexto die, id est sexta aetate seculi, per Christi aduentum formatur. Quod autem per Seth ab Adam usque ad Noe denarius numerus insinuat, complementum mandatorum in Ecclesiae operibus figuratum. Quod uero progenies ex Adam per Cain undenario numero finitur, transgressio mandatorum est, siue peccatum. Si enim addantur Lamech, qui est septimus ab Adam, tres filij et una filia, complectitur undenarius numerus. Unde & ipsa filia Lamech Noema, id est uoluntas interpretatur. Iste coepit inuocare nomen Domini. Alij dicunt in hoc intelligendum esse, quod aliud nomen de duodecim nominibus Domini, quibus apud Hebraeos uocatur, primo Enos reperisset, quod est Het. Spiritualiter per Adam & uxorem, Christus & synagoga significantur: unde natus est filius, id est populus gentium in fidem, qui re-

ctae Seth nominatur, id est positus in ueritate. Quod autem dicit, Semen aliud pro Abel: significat bonos noui Testamenti, pro patriarchis & prophetis & martyribus, qui occisi sunt a mala parte populi Iudaeorum. Enos autem successor populi Christiani significat, qui nomen Domini inuocat. Moraliter uero per Adam & uxorem suam sanctus quisque, & caro demonstratur. Per filium, sensus perfectus. Per semē aliud pro Abel, boni sensus pro bonis.

CAPVT. V.

Hic est liber, usque ad Adam. Hoc significat dictionem Euangelistae, dicentis: Liber generationis Iesu Christi apparuit, &c. Hoc uerbum proprie de Deo & angelo siue diabolo dicitur: & genuit usque suam, id est, quia Adam ad imaginem & similitudinem Adae facti sunt.

Vocauitq; nomen illius Seth. In hoc ostendit, quod spiritus scientiae & prophetiae inuocatione filiorum suorum non straptus ab Adam.

Per annos Adam 939. uirtutes & tres leges significantur, uel spes, fides, caritas, uel tempus aetatis Christi. Per hanc genealogiam significatur generans sanctos doctores, qui & ipsi alios generant. Quod autem anni filiorum Adam decreuerunt, significat quod muniendi essent anni generis post se.

Et ambulauit Enoch cum Domino. Id est, in conuersatione: ambulauitque cum Domino, id est in ascensione, figuram Christi tenens.

Et uocauit nomen illius Noe. In hac inuocatione praescientia est Lamech, dicentis: Iste nos consolatur usque manuum nostrarum. Noe interpretatur consolatio uel consolator, quia homines in diebus Noe consolati sunt, dum a peccato extincti sunt in diluio. Aliter Noe requies interpretatur, quia requiem in arca omnibus animantibus praestitit. Noe requies interpretatur, quia in illius tempore omnia alimenta requieuerunt per diluuium, & ideo requies. Quod autem dicit, *Erunt dies illorum centum uiginti annorum.* hoc est, habebunt centum uiginti annos ad agendum poenitentiam non constitutum tempus humanae uitae. Arca autem, quantum ex his quae distribuuntur, apparet quatuor angulis, ex uno confurgens, eisdem paulatim usque ad summum, in angustum adtractis, in spacium unius cubiti fuit collecta. Sic enim refertur, quod in fundamentis illius trecenti cubiti in longitudine: in latitudine uero quinquaginta sunt positi: triginta autem in altitudine, sed collecta in cacumen angustum, ita ut cubitum sit latitudinis & longitudinis illius. Habitationes autem in illa ad hoc factae uidentur, ut per singulas mansiones diuersa animalium uel bestiarum genera facilius secerni possent. Tradunt autem Hebraei, quod Moyses, qui, ut de illo scriptura dicit, omni sapientia Aegyptiorum eruditus fuit: secundum autem Geometriam, quam praecipue Aegyptij colunt, cubitorum numerum in hoc loco posuit. Apud geometras enim, secundum

Noe significatio.

Arca structura.

dum illam rationem, quae apud illos uirtus uocatur, ex solido & ex quadrato, uel in sex cubitos unum deputatur. Noe autem per omnia significat Christum. Noe autem requies interpretatur. Et Dominus dicit in Euangelio: Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuentis requiem animabus uestris. Noe solus iustus, Christus solus sine peccato est. Cui septem animae homines donantur, id est perfecti homines, per septiformem gratiam. Noe per aquam & lignum liberat suos, Christus per crucem & baptismum liberat Christianos. Arca construitur de lignis non putrescentibus, Ecclesia instruitur hominibus in sempiternum uicturis. Arca enim ista Ecclesiam significat, quae natus in fluctibus mundi huius. Quod autem dicitur esse de lignis quadratis, stabilitatem uitae iustorum significat. Intus & foris: id est siue ab his qui intus sunt, siue ab his qui foris sunt, nunquam dissoluatur. Confertur sane populus hic qui saluatur in Ecclesia, illis hominibus siue animalibus, qui saluati sunt in arca. Quorum quia non unum est omnium meritum, non unam habent in arca mansionem. Licet enim in Ecclesia omnes intra unam fidem continentur, atque uno baptismate diluantur, non tamen idem omnibus profectus est. de quibus dicitur: Homines & iumenta saluabis Domine. Multitudo irrationabilium iumentorum, uel etiam bestiarum, in inferioribus locis habetur. Hi autem qui per rationabilem scientiam uiuunt, in superioribus sunt, qui sunt ualde pauci. Multi enim sunt uocati, pauci uero electi. Non conueniunt in Noe uerba Lamech patris sui, dicentis: Iste consolatur ab operibus & laboribus manuum nostrarum in terra cui maledixit Dominus: sed in Christum conueniunt uerba haec. Quod autem trecentorum cubitorum erat longitudo arcae, centenarium numerum significat esse perfectum & plenum. Et sicut in Euangelio legimus, ubi dicit: Quia habens quis centum oves, ex quibus quum perisset una, relictis nonagintanouem in montibus, descendit quaerere illam quae perierat. Hic uero centenarius totius creaturae rationalis numerus, quando non ex semetipso subsistit, sed ex trinitate descendit, & longitudinem uitae, hoc est immortalitatis gratiam ex patre per filium et spiritum sanctum suscepit. Idcirco ponitur triplicatus, ut qui per ignorantiam ex centenario numero lapsi sumus, per agnitionem trinitatis restituamur in trecentos. Latitudo quinquagenarium numerum tenet, qui numerus remissioni & indulgentiae consecratus est. Secundum legem enim quinquagesimo anno remissio fuit. Spiritualiter ergo Noe Christus in carne sua, id est in Ecclesia sua hunc quinquagenarium numerum collocauit. Nisi enim remissionem peccatorum donasset credentibus, non fuisset per orbem terrarum Ecclesiae latitudo diffusa. Triginta autem altitudinis numerus simile, ut ccc. continet sacramentum. Quod autem ibi centeni, hoc hic deni tertio multiplicati faciunt, Ad unum autem to-

Centenarius numerus quid significet.

tius constructionis numerum summa uocatur, quia unus Deus pater, ex quo omnia, & unus Dominus, & una Ecclesiae fides, & unum baptismum. Multa de his per ocium in scripturis inuenies. Triginta annorum Ioseph educitur de carcere. Triginta annorum refertur Iesus, quum uenit ad baptismum. Quinquagesimum diem & festum in nouarum frugum consecratione reperimus, & de Madianitarum spolijs Domino quinquagesima pars debebatur. Cum trecentis uiris Abraham uicit Sodomitas, & Gedeon cum trecentis uiris lingua aquam lambentibus superat. Quod autem additur, Illi fuit a latere: sacramentum remissionis peccatorum est, quod de Christi latere emanauit. Quod iuxta septuaginta interiora arcae bicamerata, aut tricamerata distinguuntur: quia Ecclesia congregat multitudinem bipartitam, propter circumcisionem & praeputium. Aut tripartitam, propter tres filios Noe, quorum progenie repletus est uniuersus orbis. Quod autem septena sunt munda, & bina immunda animalia inueniuntur, non quia pauciores mali sunt quam boni: sed quia boni seruant unitatem spiritus septiformis, mali autem in binario numero ad schismata faciles distribuuntur. Quod autem octauus ipse Noe, quia in Christo spes resurrectionis nostrae apparuit, qui octaua die post sabbatum resurrexit. Praeter arcam uero nulla caro saluatur, quia praeter Ecclesiae unitatem aqua baptismi quamuis eadem sit, non solum non ualet, sed etiam ualet ad perniciem. Quadraginta autem dies & quadraginta noctes, in quibus diluuium pluit, decem praecipua Euangelico numero lociata demonstrat. Quod autem quinquaginta cubitis supercreuit a qua, excedens altitudinem montium: sacramento enim quietis & resurrectionis transcendit Ecclesia altitudinem. Per singulos autem numeros, qui hic positi sunt, potest unusquisque aduertere sacramentum. Quod autem de coruo dicitur, quod non est reuersus ad Noe, aut aquis utique interemptus est, aut alicui mortuo cadaueri supernatanti iniectus: significat homines in immunditia cupiditatis terribiles, ad illa quae foris sunt, in hoc mundo intentos. Quod columba missa, non inuenta requie reuersa est: ostendit, per nouum Testamentum requiem sanctis in hoc mundo non esse promissam. Quod autem oliuae fructuosum surculum retulit, significat nonnullos etiam extra Ecclesiam baptizatos, si illis pinguedo non defuerit charitatis, posteriori tempore in ore columbae, tanquam osculo pacis, ad unitatem posse perducit. Quod autem post alios septem dies dimissa, non est reuersa: significat sine seculi, quando erit requies non adhuc in sacramento spei, quo in hoc tempore consoctant, quoad uidebit, quod de Christi latere manauit: sed iam in ipsa perfectione salutis aeternae, quae tradet regnum Deo & patri, & ut in illa perspicua contemplatione incommutabilis ueritatis nullis ministris corporalibus egeamus. Cur sexcentesimo & uno anno uitae

Noe, id est peractis sexcētis annis, aperitur arca
 teētū: Finita quippe sexta mūdi atate reuelabi-
 tur absconditū sacramentū atq; promissum. Cur
 uicesimo & septimo die secundi mensis dicitur
 siccata terra, tanquā finita esset iam baptisandi
 necessitas, in numero dierū quinquagesimo &
 septimo: Ipse est enim dies secundi mensis uice-
 simus septimus, qui numerus ex illa cōiunctio-
 ne spiritus & corporis septies octonariū habet,
 uno addito propter Trinitatis uinculum. Diuisi
 autem arcam intrant Noe & filij illius, & uxor il-
 lius, & uxores filiorū illius: coniuncti autē egre-
 diuntur ex arca. Sic autem ponitur Noe & uxor
 illius, & filij illius, et uxores filiorū illius, propter
 continentiam necessariā in arca, quasi in Eccle-
 sia: & propter creationem filiorum extra arcam:
 quia quum saluati per arcam spiritualem resurre-
 xerimus, adhærebit caro spiritui, pace perfecta.
 Nunc autē interim aduersantur sibi inuicē. Quid
 significat diuisus Noe & uxor illius, & filij illius
 diuisi ab uxoribus in tēpore diluuij: Quod dan-
 tur illis in escā omnia animalia: sicut Petro dici-
 tur, Occide & manduca. Quod abiecto sangui-
 ne iubent manducare, ne uita pristina quali suf-
 focata, in conscientia teneatur, sed hab eant tan-
 quam effusionem per cōfessionem. Quod uerō
 posuit Deus testamentū inter se & homines, ar-
 cum scilicet in nubibus, ne perdat illos diluuiū.
 Illi enim ne pereant diluuiū, qui in pphetis et in
 diuinis scripturis, tāquam in Dei nubibus Chri-
 stum agnoscut. Ab initio huius lectionis breuit-
 ter tāgamus, quē in hac expositione prætermis-
 sa sunt. Sem, Cham, & Iaphet, Hebraicē dicun-
 tur, quorum interpretatio, positio callida, latitu-
 do Latine sonat, propter scientiam, sicut uoca-
 ti sunt. Quisq; etiam in arca cum Noe tres popu-
 los cum Christo in Ecclesia, hoc est legis, na-
 turæ et literæ, quæ & Euangelium significare di-
 cuntur. In eo autē, quod uidetes filij Dei, semen
 Seth significat. Seth quidem semen non incon-
 grue filius Dei dicitur, quia pro Abel natus est,
 ad cuius munera Dominus respexit. Per filias
 uerō hominum, filia; feminis Cain intelliguntur,
 quarum copulatio cum semine Seth, causa dilu-
 uij super terrā, quod etiam ludæis frequenter ac-
 cidit. Vindicta causa uxorū gentiliū signifi-
 catur Ecclesia, quæ usq; nunc filij Dei, id est bo-
 næ cogitationes, malas acciperēt cogitationes,
 quæ per filias hominū ostenduntur. Pulchræ di-
 cuntur, id est delectabiles. Dixitq; Deus, Non
 permanebit spiritus meus in homine: id est spiri-
 tus uiuificatiōis, quia caro est. ac si diceret, quia
 fragilis, & ad peccandum facilis. Aliter per spiri-
 tum in hoc loco spiritus ire intelligitur: quasi di-
 xisset, Quia fragile habēt materiā homines, nō
 in perpetuū irascar illis: ut alibi de hoc dictū est,
 Non illos reseruabo ad æternos cruciatus, sed
 hic restitua, quod merent. Gigantes qui hic di-
 cunt, indicāt magna peccata: etenim magnitudi-
 ne peccati nati sunt. Quodq; dicit, Viri famo-
 si: sic intelligendū est, quasi dixisset, superbi uel
 fortes. Dominus autē hic pœnitere dicitur, sed

more hominū. Et hec prima pœnitētia Domini
 in scripturis inuenit de creatiōe hominis: q; ho-
 minem fecisset in terra, & hoc historialiter. Vel
 quod illū fecisset in arbitriū, dū nihil pficiebat,
 sed pcius ac peius peccauit. Et pœnitēs in futu-
 rū, id est ne adderet in futurū, id est ne adderet
 amplius peccata. Vel quia homines cum Gigā-
 tib. uiuere nō possunt. Ab homine, usq; ad iumē
 ta, in quo nihil dimidiū reliquit, & per hæc uitia
 animæ corporisq; possunt intelligi. Noc uerō
 inuenire gratiā corā Domino dicit, nō quia ip-
 sius bonitas Domini præuenit, sed iustus in a-
 liorū cōparatione fuit. Nemo enim naturaliter
 bonus, nisi solus Deus. Noe uerō iustus atque
 perfectus, id est, ore & opere. ut de Domino ca-
 nis: iustus Dominus in omnibus uis suis, et san-
 ctus in omnib. operib. suis. Corrupta est terra, id
 est, fructus illius corrupti sunt iniquitate. Om-
 nis quippe, usq; uiam suam, id est naturā suam.
 Bitumē et pix, idem dicunt. Bitumē autē lutū est.
 Cubitum autē dicit sex palmi, a pollice usq; in ex-
 tremū digitum: sed tamen superius dictum est,
 quod Aegyptiorū cubitis Moyses arcam men-
 surus est: e quibus unus sex de Romanis cubitis te-
 net. Fenestrā, id est obliquū, ut putat, ut pluuia
 & uentū intrare non sineret, & lux tamē per il-
 lam intraret. Coenacula & tristega & manliūcu-
 lā, idem sunt. Ponamq; fœdus meum: id est, tibi
 ero cooperato. Bina immunda in arcam causa
 creationis tantū introducunt. Septena de mun-
 dis, causa oblatiōis illorū post diluuiū. Spiritua-
 liter autē in eo quod dicit, Fac tibi arcā: cōsiliū
 patris potest intelligi ad filium de assumptione
 carnis. De lignis leuigatis, id est, de ludæis lege
 fabricatis. Noe cum filijs suis in supremo loco,
 id est, Christus cum Apostolis suis: aues uerō
 in secundo loco, id est sancti. Pecora in tertio, id
 est, innocentes. Bestiæ in quarto, id est, mundia-
 les. Per quintū autem locū cum stercorebus, in-
 fernus designatur. Aliter per hæc quinque loca
 quinque ascensiones Ecclesiæ ostendunt, id est,
 catechumini, baptisati, coniugati, pœnitentes,
 sancti. Per bitumen patientia & cōtinentia cor-
 poris & animæ designatur. De mensura arcæ a-
 bundē dicitū est. Quod autē numerus maior mū-
 dorū animalium q; immundorū, significat plu-
 res esse cū Christo in Ecclesia, & in futuro mun-
 dos q; immūdos. Pluuia post septē dies, pluuia
 uoluntaria post ueterē legē potest intelligi. de
 qua dicit: Pluuia uoluntaria dabis Deus hæredi-
 tati tuę. Super terrā, id est, fecit Noe omnia: hoc
 est in figurā Christi obediētis patri usq; ad mor-
 tem, et uniuscuiusq; sancti. Quod dicit, Propter
 aquas diluuij: ostendit q; per baptisatū, uel cau-
 sa persequutionis in Ecclesia itur. Quod autē di-
 cit, Septem diebus, baptisatū post uetus Testa-
 mentū ostendit, uel iudiciū post p̄sens seculū.
 Rupte sunt omnes abyssi magnę, id est testimo-
 nia ueteris Testamenti uersa sunt in sensum spiri-
 tualem. Quodq; dicit, Incluse illū Dominus: o-
 stendit Christū suam custodire Ecclesiā a perse-
 quētibus, Operitq; sunt omnes mōtes sub uni-
 uerso

Pœnitentia Dei.

Bitumen Pix.

Coenacula, tristega, mansiones idem.

uerso coelo, id est, etiā cum Paradiso, dum in ter-
 ra est: siue excepto Paradiso, dum a Cherubim
 custodiebat. Quod autē dicit, Omnē carnē con-
 sumptam: hæreticos præcauet, existimātes alios
 diluuiū euasisse, ut de Mathusala dictū est. Et e-
 duxit spiritum, id est uentū: & imminutæ sunt a-
 que, id est, hæreses et persequutiones. per cata-
 ctas coeli, superbos ostendit. Quodq; dicit, Eun-
 tes et redeūtes: significat uindictas in persequu-
 tores & hæreses, in hereticos reuertētes. Coruus
 dimissus, & nō reuersus, figuram peccatoris uel
 diaboli tenet, ad regnū Dei nō reuertētis. Colū-
 ba uerō Adā significat, ad Paradisum reuertē-
 tem per Christū, uel unumquemq; iustū ad Ec-
 clesiam: cuius pes, id est sensus in hoc mundo nō
 requiescit. Intulit in arcā, id est Christus, auxilio
 suo ad Ecclesiā uenientes. Ramus oliuæ in ore
 columbæ, cōfessionē Trinitatis significat in ore
 uniuscuiusq; sancti. Cum uirentibus folijs, id est
 operibus perfectis. Aliter spiritus sanctus per
 columbā designat in doctrina spiritali pacem
 portans, cessantibus hæresibus uel persequutio-
 nibus super terrā, id est Ecclesia. Per alios septē
 dies nouū Testamentū post uetus ostēdit. Noe
 egrediēs de arca cum uxore sua, significat Chri-
 stum Ecclesiā suā post persequutiones ad coelū
 ducentem. Altare uerō a Noe adificatū, Ecclē-
 siam noui Testamenti ostēdit: in qua tam de gen-
 tibus quā de ludæis holocausta offeruntur, id
 est corpora & animæ in odore Domini sruaita-
 tis. Non maledicā terræ, id est in uindicta histo-
 rialiter, uel Ecclesiæ in nouū ppter peccatores.
 Sementis & messis, id est doctrinæ & scripturę.
 Per frigus & æstatem, castitatē & fidē significat.
 Hyems etiā castitatē significat. Per noctē & diē,
 uetus & nouū Testamentū. Aliter si in malā par-
 tem per sementem & messem, doctores & scri-
 pturas hæreseos ostendit. Per frigus & æstatem,
 infidelitatem et uoluntatē. Per noctem & diem,
 hæreses in utroq; Testamento.

CAPVT IX.

Benedixit Deus Noe: usque ad, Omnia tibi dedi. Id
 est, Pater Christo cum Apostolis suis. Et ter-
 ror uester, ac tremor sit: hoc pro oblatione dici-
 tur, uel quali hæc cōsolatio datur post uindictā.
 Omnes pisces maris manib. uestris traditi sunt:
 id est sub timore ad māducandū, & omne quod
 mouetur usq; cibum. Hic prima caro manducari
 imperatur. Quod carnem cum sanguine non co-
 medetis: id est, licet de corpore discernatur, ta-
 men non docet de anima.

Caro primo manducari iubetur.

Cades pro bibetur.

Arcus fœderis.

Quicumq; effuderit humanum sanguinem usq; illius. Hic
 primum mandatum post diluuiū uindictatur:
 & hæc est prima prohibitio.
 Arcusq; meus in nubibus, & uidebo illum. Hic arcus
 Noe filijsq; illius in signū datur, quod nō ueni-
 ret diluuiū. Iterū quod Deus in illorū cordibus
 timorē fenserat diluuij: qui idcirco non in terra,
 sed in cœlum ponitur, ut uideatur ab omnibus.
 Arcus autē duos colores habet, id est aquæ & i-
 gnis, quæ isto significant. Arcus uerō ante dilu-
 uium non fuit, sed post diluuiū Noe filijsq; illius

in signum securitatis a diluuiū a Domino datur:
 sic baptisatū, signū securitatis est Ecclesiæ Chri-
 sti a uindicta. Etenim homines in baptisatū per
 aquā et ignē spiritus sancti saluent. Aliter arcus
 tres colores habere dicit, id est hyacinthinū, &
 onidis, & pubinū: id est, scandalū pœnitentiæ,
 & uita actualis, & ardor spiritalis in ratione ba-
 ptisati. Aliter per arcum spiritalis doctrina in-
 telligitur. Et per colorem ignis, nouū, & sensus spirita-
 lis. Moraliter autē si quis inundantibus malis cō-
 uertere se potest a rebus fluxib. & caducis, & au-
 dire uerbum Dei, & præcepta cœlestia, hic intra-
 cor suū arcā salutis adificat, & bibliothecā intra-
 se diuini cōferat uerbi. Longitudinem in illa, &
 latitudinē, & altitudinē, & fidem, et charitatē, &
 spē collocat. Fidem Trinitas, & longitudinē uir-
 tatis, et immortalitatē distendit. Latitudinē chari-
 tatis indulgentiæ & benignitatis fundat affectū.
 Altitudinē spei ad cœlestia erexit. Summā uerō
 arcum suorū refert ad unū. Scit enim, quia om-
 nes quidē currunt, sed unus accipit brauiū, scilicet
 qui cogitationum uarietate nō fuerit multi-
 plex: sed hanc bibliothecā non ex agrestibus &
 impolitīs, sed ex quadratis cōstruxit lignis, id est
 nō ex secularium auctorū, sed ex prophetis &
 Apostolicis uoluminibus. Ipsi enim sunt, qui re-
 fecatis uniuersis uitijs, et excisis, quadratā conti-
 nent uitā, ex omniq; parte libratā. Nam aucto-
 res seculariū uoluminū possunt quidē dici signa
 excelsa, non possunt tamen quadrata dici, quod
 in illis nequaquam uita, sed sermo collibrat. Faci-
 te autē in illo coenacula, et tristegas, hoc est nar-
 rationes historicas. Disce igitur & mysterium
 magnū, quod in Christo & in Ecclesia comple-
 tur. Agnosce etiam emēdare mores, refecare uir-
 tia, nidos in illa diuersarum uirtutum collocans.
 De intus sanē & de foris bituminabis illam, cor-
 de fidem gerens, ore confessionem præferens:
 intus scientiam, foris opera habēs in arca. Ergo
 ad diuinorum librorum, siue animā fidelem in-
 troducere debes animalia munda & immunda.
 Sed munda quidem animalia facile possimus di-
 cere, quod memoria, eruditio, intellectus, exa-
 minatio, & iudicium illorū quæ legimus, aliaq;
 his similia intelligunt. De immundis uerō pro-
 nunciare, difficile est. Puto tamen, quod concu-
 piscētia & ira, quādo inest, omnia animæ neces-
 saria ista. Secundū hoc ergo, quod neque poste-
 ritatis successio, siue concupiscentia reparatur,
 neq; emendatio ulla sine ira potest, neq; discipli-
 na consistere, necessariē conseruanda dicantur.
 Cæpitq; Noe uir. & reliqua. Id est, Christus exet
 cere Ecclesiā doctrina noui Testamenti. Quam
 etiam uineam plantauit, bibit uinū, id est, com-
 pleuit opere quæ docuit: ut dicitur, Quæ cœ-
 pit Iesus facere et docere. Sem autem et Iapheth
 solem & lunam significant, pallium imponētes
 humeris suis: id est splendorem suum iuxta cru-
 cem, quarum facies auersæ sunt, id est sua auer-
 sione in tenebras. Euigilans autem Noe, Chri-
 stum resurgentem ex passione. Quam didicis-

fer, quod filius suus minor. Per filium minorem populus Iudaeorum designat. Maledictus Cham: uindicta super Iudaeos praefigurare uidetur. Dicitur autem Cham, quod esset seruus Sem & Lapheth: per quod intelligitur malam partem Iudaeorum, curandam esse ad bonam partem Iudaeorum & populi gentium. Etenim Cham populum Iudaeorum, et Sem bonam partem populi Iudaeorum, & Lapheth populum gentium.

Lapheth Europam incoluit.

Dilatet Deus Lapheth usque. Sem. Etenim Lapheth historialiter Europam habitauit, & occidentalem plagam Asiae obtinuit. Iam uero illud quod post diluuium de uinea quam plantauit, inebriatus est Noe, & nudatus est in domo sua, cui non appareat ad Christum pertinere. Dum passus est, nudatus: dum crucifixus est in domo sua, id est in gente sua. Tunc enim nudata mortalitas carnis illius: quam nuditatem, id est passionem, uidens Cham derisit, id est Iudaei. Sem uero et Lapheth, tanquam duo populi ex circuncisione & praeputatio, uestimentum posuerunt super dorsa sua, & intrantes auersi operuerunt nuditatem patris. Quodam enim modo passionem tegimus, id est, sacramentum honoramus: illiusque mysterij rationem reddentes, de tractione Iudaeorum operimus. Dorsa autem memoriam praeteritorum significat, quia passionem Christi transactam celebrat Ecclesia, non prospectat futuram. Medius autem Cham, id est Iudaei. Ideo medius, quia nec primum Apostolorum tenuit, nec in ultimis gentibus credidit. Nunciavit foras fratribus suis: per illum quippe manifestum est, quod erat in prophetia secretum.

Benedictus Dominus Deus Sem: sit Cham seruus illius. Quid enim aliud est populus Iudaeorum, nisi quidam seruus populi Christiani, bauias legem & prophetas, ut nos honoremus per sacramentum, quod illi nunciant per litteram. Sem autem maior natus, & interpretatur, ipse est, ex quo prophetae & Apostoli generati sunt. Lapheth autem, id est, latitudo, gentium est pater: & uidemus iuxta prophetiam Noe, in tabernaculo Sem Lapheth habitare, hoc est, in domo legis & prophetarum Ecclesiam potius aedificare. Cham quippe interpretatur calidus, non solum Iudaeos, sed etiam haereticos significat: passionem quippe Christi, quae illius hominis nuditate significata est, annunciat bene prophetando, & male agendo exhonorat. Peccante autem Cham, posteritas illius damnatur, quia reprobis hic quidem delinquit, sed in futuro damnationem transmiserunt, dicentes: Sanguis eius super nos, & super filios nostros.

De Sem xxxvij. simul lxxij. de quibus ortae sunt gentes lxxij. inter quas misit Dominus discipulos lxxij. De Lapheth, Gomer, id est, Galathae: Magog, id est, Scythae: Mathan, Medii: Iaban, Iones, qui & Graeci: Tubal, Hiberi, qui & Hispani, et a quibus Celtiberi: Mosoch, Cappadoces. Unde apud illos urbs Mazech tyrastates, quorum uocabulum non satis mutatum est. De Cham,

CAPVT X.

DE Iapheth nati sunt filij xv. De Cham xxx. De Sem xxxvij. simul lxxij. de quibus ortae sunt gentes lxxij. inter quas misit Dominus discipulos lxxij. De Lapheth, Gomer, id est, Galathae: Magog, id est, Scythae: Mathan, Medii: Iaban, Iones, qui & Graeci: Tubal, Hiberi, qui & Hispani, et a quibus Celtiberi: Mosoch, Cappadoces. Unde apud illos urbs Mazech tyrastates, quorum uocabulum non satis mutatum est. De Cham,

DE Iapheth nati sunt filij xv. De Cham xxx. De Sem xxxvij. simul lxxij. de quibus ortae sunt gentes lxxij. inter quas misit Dominus discipulos lxxij. De Lapheth, Gomer, id est, Galathae: Magog, id est, Scythae: Mathan, Medii: Iaban, Iones, qui & Graeci: Tubal, Hiberi, qui & Hispani, et a quibus Celtiberi: Mosoch, Cappadoces. Unde apud illos urbs Mazech tyrastates, quorum uocabulum non satis mutatum est. De Cham,

Chus & Mesraim, & Futh, & Chanan. Chus hodie, quae ab Hebraeis Aethiopia nuncupatur. Mesraim, Aegyptus: Futh, Libyes, a quo & Mauritaniae fluius Futh dicitur, omnibus circa illam regio, Futhensis. Porro Chanan obtinuit terram, quam Iudaei deinceps possederunt. De terra illa regressus est Assur, & aedificauit Niniuen, & plateas ciuitatis: quia de hac terra Assyriorum pululauit imperium: quia ex nomine Nini filij Beni, Nini condiderunt urbem magnam, quam Hebraei appellat Niniue. De Sem, Cham, & Assur, & Arfaxat, et Lydi, et Aram. Hi ab Eufrate fluuio partem Asiae, usque ad Indicum oceanum tenent. Hela, a quo Helamite, princeps Persidis, de Assur dicitur est, quod Niniue urbem condidit. Arfaxat autem, a quo Caldai, Lydi, a quo Lydia, Aram, a quo Syri, quorum metropolis Damascus est. Heber, a quo Hebraei. uaticinium quodammodo nomine filio suo Falech posuit, qui interpretatur diuisio, eo quod in diebus illius linguae diuisae sunt. Primus post diluuium Nemroth tyrannidem arripuit, & aedificatae turris author extitit: qui pro illo quod ultra naturam suam caeli alta penetrare contendit, non in congruo diabolo comparatur, ex cuius persona dicitur: Ascendam super altitudinem nubium, & ero similis altissimo. Quod autem dicitur, Venator animarum terrigenarum: deceptor, & capiens hominum genus ad mortem.

CAPVT XI.

TURRIS autem, superbia huius mundi, uel impia dogmata haereticorum: qui postquam moti sunt ab oriente, id est a uero lumine recesserunt, uenerunt in terram Senar, quod interpretatur excusio dentium, uel foetor illorum. Statimque aduersus Deum peruersorum superbia, quae turri aedificata: segregati inter se diuersitatibus errorum, quasi per dissonantiam linguae, quos Trinitas damnat, in qua offendit, dum dicit: Venite, & confundamus linguas illorum. In sola autem domo Heber, quae antea fuit lingua, remansit. Nunc quoque in sola Ecclesia unitas est confessionis. Babel autem, quae & Babylon, interpretatur confusio, eo quod ibi confusae sunt linguae. Erat autem ciuitas regni Nemroth, quae principem turris aedificatae Iosephus affirmat. Hebraei autem confusionem Babel uocant.

Mortuus est autem Aram ante Thare patrem suum, in terra nativitate sua, in Vr Chaldaeorum. Tradit Hebraei, quod Aram in ignem missus sit, quia ignem adorare noluerit, quem Chaldaei coluerunt, & Dei auxilio liberatus, de idololatriae igne profugerit: & hoc esse quod nunc dicitur, mortuum ante conspectum Thare patris sui in Vr Chaldaeorum, id est, in igne Chaldaeorum. Vr enim interpretatur ignis: quod uidelicet ignem adorare nolens, igne consumptus sit. Quod autem dicit, De terra illa egressus est Assur: Christum figurat, egredientem a mundo, qui fortis & uincens est, ut dicit: Nemo potest intrare in domum fortis, nisi forte prius alligauerit. Quod dicit, Aedificauit Niniuen: aedificata a Domino Ecclesiam significat. De quo dicitur, Aedificans Ierusalem Dominus. Talare se an quod dicitur inter Niniuen & Tale, id est, inter duas leges

Nemroth primus turres aedificat.

Babel quid significat.

ab his diuisae sunt usque post diluuium, id est, a Christo et Ecclesia illius post baptismum, quod dicitur, Erat terra labij, unitatem in gentilitate significat. Usque ad Noe, & filios illius: id est, usque ad Christum cum tribus legibus, uel cum fide Trinitatis. Idcirco dicuntur turrem aedificare, quia diluuium timuerunt, ut alij: uel ut memoriam haberent, antequam diuiderentur in terras, quod scriptura confirmat.

Descendit autem Dominus uidere ciuitatem & turrem. Dominus descendere dicitur tam ad uindictam, quam ad auxilium: ut est, quando curam generis humani praestat. Per ciuitatem & turrem, Ecclesiam haereticorum designat. In eo quod dicit, filij Adam: peccatum Adam commemorauit. Atque ita diuisit illos, id est, quia non facere fecerunt: sed tamen perdere noluit eos.

CAPVT XII.

LOQUITUR ad Abraham Deus: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. Christus relicta terra sua, & cognatione sua, & domo patris sui, populo scilicet Iudaeorum apud externos locupletatur, in populo gentium praepollens. Ad illius quoque exemplum nobis exendum est de terra nostra, id est de facultatibus huius mundi. Et de cognatione nostra, de conuersatione & moribus, uitiisque prioribus, quae nobis a natiuitate uelut consanguinitate coniuncta sunt. Et de domo patris nostri, id est de omni memoria mundi huius uelut gentilitate, ut renunciantes possumus dilari in populum Dei, & terram caelestis repromissionis, quum aduenerit tempus, introduci.

Due repromissiones Abraham dantur.

Due repromissiones Abraham dantur: una, de terra repromissionis, quod illam possideret semet illius: benedicentur omnes gentes. Quod autem dicit, Faciam te in gentem magnam: uirtutes ostendit, ut dicitur: Magna gens est numerus uirtutum.

Quod dicitur, Egredere de terra tua: de lege naturae posse intelligi dicunt. De cognatione uero, de lege literae. De domo patris, de lege noui Testamenti. In terram, id est in caelum. Instabilitas Abraham, instabilitatem siue inconstantiam gentis suae significat & exprimit. Gens autem Abraham, maior erat de instabilitate sua, quam quando habitauit in terra sua. Ita & Ecclesia itinerare de carnali habitatione & resurrectione maiora praemia habebit. Et Abraham caput fidei in figuram Christi siue Petri, supra dictum testimonium in uoluminibus Salomonis figura. In principio enim doctrinam filij, in secundo doctrinam uiri, in tertio doctrinam militis: etenim doctrina paruuli est egredi de gentilitate, & doctrina uiri, egredi de peccatis suis. Doctrina militis, egredi memoria mundi huius. Abram autem hic primitus dicitur est, id est excelsus. Deinde Abraham, id est pater excelsus. Abraham uero pater multarum, id est gentium. Primum, quum non haberet filium: secundum, quum haberet filium: tertium, quum Isaac haberet. Et quando mutantur nomina, mutantur & opera. Et dicitur

Abraham Abraham.

Abraham his tribus nominibus uocatus est, quia tria supra dicta doctrina sustinuit. Benedictus, id est abundantia. Israel historialiter. Ecclesia autem uirtutibus caeli. Et benedicam tibi, id est abundantia benedictibus, ut Ioseph et Pharaoni Aegypto euenit. Quod dicit, Maledicta maledicentibus. omnes tribus terrae, id est quod omnes optassent fieri, ut gens Abraham, uel maxime in Christo impleuit, qui in uirtutibus benedictus est. Illique benedictibus benedicetur, id est, angelis, uel fidelibus sancte benedictibus. Maledicentibusque maledicetur, id est, ut Christus & Sathiel, ut de modis, uel uitijs, aut haereticis aduersantibus. sanctis maledixit. Quandoque ad Sarram dicitur: Ante benedicentur omnes tribus terrae. Significatur, quod multis in exemplis iustorum benedicantur. Egredius est Abraham, id est in figura Christi, obedientis patri usque ad mortem, uel cuiusque sancti. Quod dicitur: Pertransiit Abraham usque ad locum Sichem. Christum ostendit per Patriarchas & Prophetas, ad Ecclesiam, uel omnem iustum. Usque ad conuallem illustrem, id est Ecclesiam in humilitate sitam, quae illustris est, ut alibi dicitur. In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terrae uerba eorum. Chanaan autem, tunc mundiales Gentesque significantur.

Apparuitque Dominus Abraham, & dixit illi: Semini uo dabo terram hanc. Hoc uerbum non frequenter, nisi de tribus personis dicitur, id est de Deo, siue angelo uel diabolo. Quod dicit, Apparuit Dominus Abraham: significat Deum patrem Christo apparere, uel unicuique iusto in Ecclesia. Quod dicit, Semini tuo: semen Christum spiritaliter significat. Terram hanc, id est praesentem, uel regnum omnibus sanctis. Abraham aedificans altare, Ecclesiam Dei patris in humilitate aedificat. Sed in omnibus his Abraham personam Christi uel uniuscuiusque sancti tenet. Tabernaculumque illius inter duas ciuitates, Ecclesiam inter duas leges: huiusque secundum altare, Ecclesiam nouam significat. Aegyptus significat mundum, in quem Christus descendit. Sarai uero animam sancti, uel sapientiam ostendit doctoris. Aegypti autem haereticos significant, de sapientia doctoris male aestimantes. Consilium autem Abraham & Sarai significat, quod uniuscuiusque sanctus inuocat animam suam, uel doctor sapientiam, cuius causa sanatur. Sicut hic dicitur: Ut bene sit mihi, usque ob gratiam tui. Principes autem Pharaoni nunciantes, daemones uel haereticos demonstrant, uolentes sapientiam a doctore, uel animam sanctam, uel Ecclesiam a Christo separare, & Sathiel coniungere. Quae similiter in oblatione mulieris in domo Pharaonis ostenduntur. In ouibus autem, uel bobus, uel in ceteris quae hic commemorantur, sensus manifestus est. Flagellauit autem Dominus Pharaonem infirmitate, uel sterilitate uxorem illius. Et hoc significat, quod Christus flagellat haereticos retinentes animam, sapientiamque siue Ecclesiam: & flagellati dimittuntur,

mittuntur, ut hic dicitur. Ecce coniunx tua, acci-
pe illum. Pharaon autem intellexit, id est uel na-
tura, aut per uisionem. Abraham & uxor illius
Christum & Ecclesiam significant, & Loth po-
pulum sanctum. Ascendentes de Aegypto, id
est de mundo. In sequentibus autem sensus ma-
nifestus est. Erat autem Abraham septuaginta &
quinque annorum, quum egrederetur de Carran.
Inde insolubilis, qua suo nascitur. Si enim Tha-
re pater Abraham, quum adhuc esset in terra Chal-
daeorum, septuaginta annorum genuit Abraham,
& postea in terra, hoc est in Carran ducentesi-
mo quinto anno aetatis suae mortuus est: quomo-
do nunc post mortem Tharae Abraham exiens
de Carran, septuagintaquinque annorum fuisse
memoratur, quum a natiuitate Abraham usque
ad mortem patris illius centum trigintaquinque
anni fuisse doceantur. Vera est igitur Hebraeo-
rum traditio, quam supra diximus, quod egres-
sus sit Thare cum filiis suis de Vr Chaldaeorum:
& quod Abraham Babylonio uallatus incedio,
quia idola adorare noluit, Dei sit auxilio libera-
tus. Dicunt itaque illi dies uitae tempus aetatis
reputari, ex quo confessus est Dominum, spermens
idola Chaldaeorum. Potest autem fieri, ut quia Scri-
ptura reliquit incertum, ante paucos annos Tha-
re de Chaldaea profectus uenerit in Carra, qua
morte obierit, uel certe post persecutionem in
Carran uenerit, & ibi diutius sit moratus.

CAPVT XIII.

Ruenero igitur Abraham ex Aegypto, unde
uenerat, tunc Loth frater illius in terra So-
domorum, salua caritate discessit, uitans discor-
diam: quia diuites facti erant ualde, & pastores
eorum rixabantur. Quod autem dicitur, Et intro-
duserunt in domum Pharaonis, potest excusari
Sara, quod iuxta librum Hester, quacumque mu-
lierum placuisset regi apud ueteres, sex mensi-
bus ungebat oleo myrrhato, & sex men-
sibus uarijs pigmentis ornata, tunc demum in-
grediebatur ad regem. Et fieri potest, ut dum
per annum illum ad regem praeparabat introi-
tus, Pharaon sit percussus a Domino, illa intacta
permanerit. Alij uero dicunt, per greges Loth
uarias uirtutes designari populi sancti. & quan-
do diceret, Non potuit illos capere terra: Loth uide-
tur personam & populum haereticorum designa-
re, quem cum populo Christiano Ecclesia non
capit. Chanaanus autem & Ferezeus, daemones
uel peccata, uel uitia designant. In illa terra, in il-
lo populo haereticorum. Ex sanctorum perso-
na dicitur, Recede a me, obsecro, utriusque po-
puli doctoribus inter se rixantibus. Et hoc signi-
ficat, quod peccatoribus dicitur, Ite maledicti
in ignem aeternum. Quod dicit, Si ad sinistram:
infidelitatem uel in infernum significat. Dexte-
ram uero, prosperitatem mundialem. Et quan-
do duo haec Abraham elegit, dextera plaga fi-
dem uel regnum sanctorum significat: sinistra
uero contractionem uoluntatis. In hoc loco lor-
danus doctrinam haereticorum ostendit, quia
uniuersa terra irrigabatur, id est fluminibus, son-

tibus, quemadmodum Paradisus Domini, quia
sic sua Ecclesia haereticis uidetur. Venientibus,
id est terminis. In his quae sequuntur, sensus ma-
nifestus est. Populus quidem haereticorum in
Sodomis, id est in peccatis habitat. Christo ue-
ro cum Ecclesia dicitur: Leuate oculos in cae-
lum, hoc est a mundo: ut, Ad te leuauimus oculos
meos, qui habitas in caelis. Per quatuor partes,
quattuor Evangelia figurantur. Cuius omnis terra
datur. ut alibi: Postula a me, & dabo tibi gentes
haereditatem tuam, & possessionem tuam ter-
minos terrae. Usque in sempiternum: id est, pro longi-
tudine temporum. Quae hic sequuntur, Christo
conteniunt spiritualiter cum Ecclesia sua.

CAPVT XIII.

Et percusserunt Raphaim in Astaroth Carnaim, & Su-
sim cum illis. Etenim Susim terribiles & hor-
rendi interpretatur. Raphaim, hoc est, gigan-
tes, in ciuitate sua, quae hodie sic uocatur. Signi-
ficat autem, quod quatuor reges qui uenerunt
de Babylonia, interfecerunt gigantes, & robu-
stos quoque Arabiae, Astaroth, Carnaim, ter-
ram gigantum quandam in supercilio Sodomorum.

Et percusserunt omnem regionem Amalechitarum, & A-
morreum sedentem in Asalonthamar. Hoc oppidum
est, quod nunc uocatur Engaddi, balsami & pal-
marum fertile. Asalonthamar autem interpre-
tatur urbs palmarum: Thamar quippe palma di-
citur. Quatuor reges quinque reges superauere-
runt: possunt quippe contrarias uirtutes signi-
ficare, haereticam scilicet, gentilitatem, hypocri-
sim, auaritiam, quae est idolorum seruitus: quae
reges nuncupant, quia in multo uim regni exer-
cent. Quinque autem reges qui superantur ab
his, quinque sensus corporis possunt intelligi,
quia & ipsi reges, quia ex his homo noster exi-
rior regitur.

Terga uerterunt. donec Abraham pater excel-
sus, uictis quatuor regibus supra dictis, spolia
reuocet. Et Loth propinquum declinantur, uti-
que a malo ex eorum potestate eripiat. Quod
autem recedere quinque reges a quatuor dicun-
tur, significat quod illos maxime persequit con-
traria potestate, quos ante in seruitute retinuit.
Quod autem in trecentis decem & octo pater
ille excelsus, cui in oratione Dominica dicimus,
Pater noster: significat quod per electos qui in
persecutione uirtutum constituti sunt, funda-
ti fide Trinitatis, & habentes plenitudinem De-
calogi, octaua die, quae sabbatum sequitur, cum
Christo resurgentes.

Reuertenti igitur Abraham occurrit Melchisedech, profe-
rens panem & unum: sacerdos Dei summi benedixit Abra-
ham. Hunc Melchisedech Paulus sine patre, si-
ne matre commemorans, figuratiter refert ad
Christum: qui sine patre in terra, sine matre in
caelo erat, & sacerdos in aeternum, qui & Mel-
chisedech, id est, rex iustus, ut alibi, iustus Do-
minus in omnibus uisus suis. Vtique per myste-
rium, ut non pecudum uictimas, sed oblationem
panis & uini, id est corporis & sanguinis in sa-
crificio offeramus.

Dedit

Dedit uero Abraham decimas Melchisedech post benedi-
ctionem. Spiritualiter sciens sacerdotium me-
lius futurum in populo gentium, quam Leuiti-
cum, quod de ipso erat in Israel nasciturum. No-
men autem Melchisedech, rex pacis uel rex iusti-
tiae interpretatur, qui bene refertur ad Christum.
Orietur enim, inquit, in diebus eius iustitia, &
abundantia pacis. Melchisedech, de quo Hebraei
aestimant, quod ipse sit Sem filius Noe: & suppu-
tantes annos illius, usque ad Isaac illum uixisse o-
stendunt. Omnis primogenitus donec sacerdo-
tio fungitur Aaron, fuit pontifex. Porro Salem,
id est Ierusalem, quae prius Salem nuncupata est.
Per Salem Ecclesia designatur, cui Christus rex
est, proferens corpus & sanguinem suum, sacer-
dos Dei patris omnipotentis, a quo sacerdote
Abraham benedictus est, id est populus Christia-
nus. Quod dicit, Hostes in manibus eius, daemo-
nes & haereticos ostendit in potestate Christia-
ni. Per decimas uero quae Abraham donat, bo-
nas operationes quas supradictus populus per
decem sensus, & decem uerba legis Christo of-
fert, ostendit. Rex Sodomorum, diabolus si-
gnificat inuidentem Christo multis animabus.

Quod dicit, Lauo manus meas: genus iurandi
est. Et quod sequitur: A filo subtegemini usque, quae tua
sunt: Christum indicat non accipere quicquam
ex parte diaboli in suam Ecclesiam. Quae come-
derunt iuuenes: id est, Apostoli, & doctores, & suc-
cessores eorum. Et partibus uirorum usque, Mambre.
In hac dictione tres populi leges, uel uniuersi
qui credunt in Trinitate ostenduntur.

CAPVT XV.

Noli timere Abraham. Hoc doctori, & iusto,
& principi dicitur. Ideo autem quod dicit,
Quid dabit mihi lex Moysi? ostendit, quia de
bonis terrae tantum fuit. Petitio uero filij est, ubi
dicitur: Ego uado absque liberis. Post hoc fuit illi du-
plex figura promissi seminis, dum esset de po-
testate sollicitus.

Quod dicit, Quid dabit mihi lex Moysi? ostendit, quia de
bonis terrae tantum fuit. Petitio uero filij est, ubi
dicitur: Ego uado absque liberis. Post hoc fuit illi du-
plex figura promissi seminis, dum esset de po-
testate sollicitus.

Quod dicit, Quid dabit mihi lex Moysi? ostendit, quia de
bonis terrae tantum fuit. Petitio uero filij est, ubi
dicitur: Ego uado absque liberis. Post hoc fuit illi du-
plex figura promissi seminis, dum esset de po-
testate sollicitus.

Dedit

inde usque ad Dauid. Tanquam tertiam aetatem
gerens ille populus adoleuit. Per turturem & co-
lumbam, spirituales in illo populo significati
sunt: quorum aetas temporalis ideo tacetur, quia
aeterna meditantibus transgressi sunt temporalia
desideria. Sed quid est, quod animalia tria diui-
duntur aduersum se inuicem partibus constitui,
nisi quod carnales & in ueteri populo &
nunc inter se diuiduntur? Porro aues idcirco in-
ter se non diuiduntur, quia spirituales in diuidui
sunt, schisma non cogitant: siue a turbis se remo-
uent, siue intra illas conuersantur, utuntur ut co-
lumba, utraque tamen auis simplex & innocens.

Volucres descendentes super cadauera diui-
sa, spiritus immundi sunt, pastum quandam de
carnalium diuisione quaerentes. Abigebat illos A-
bram: significat Israel spe, propter merita iusto-
rum liberandos. Circa solis occasum pauor irruit in
Abraham: significat circa seculi finem magnam
perturbationem in Antichristo sanctis futu-
ram. Cum sol occubisset, facta est caligo, & apparuit cli-
banus & lampas transiens inter diuisa illa: quia post il-
lum mundi finem segregat iudicium Dei repro-
bos ab electis. Affligunt illos cccc. annis: non
quod sub Aegyptijs cccc. annis seruiuerunt, sed
quod ab ea tempore quo haec Abraham promit-
tuntur, iste numerus impletus est. Possumus au-
tem per uaccam triennem, & arietem, & capram,
& turturem, & columbam, uniuersas intelligere
animas, quae crediturae erunt. Trium annorum
esse dicuntur, quia in Trinitatis erunt myste-
rium crediturae. Et quia in sancta Ecclesia non
solum carnales, sed etiam spirituales inueniun-
tur: ideo per animalia & aues Ecclesia signifi-
catur. Caetera usque in finem parabola in supradic-
tum sensum conueniunt. Moraliter quoque
uaccam proposuimus intelligere pro uirtute,
capram pro substantia corporis, ouem pro spi-
rituali dono. Cum turture & columba, id est ca-
stitate & innocentia. Trina omnia dicuntur, quasi
confessione terna munita, quia animalia in duas
partes diuidit. Et nos cernamus quid praepositi,
quid subiecti agere debeant, ut omnia nostra
cum ordine fiant. Aues autem non diuidit. Non
enim debemus illo modo diuidere, ut aliud in
publico, aliud coram Deo, eadem ratione & in-
nocentia nos diuidamus. Descenderunt super
cadauera uolucres, & abigebat eos Abraham.
Volucres refugos dicit, qui semper uolunt con-
taminare uictimas Trinitati a te oblatas, quia
propter principales sensus non permittit ut
confundatur talis diuisio. Cum occubisset sol,
facta est caligo. Decumbente enim ratione men-
tis, totum peccus nostrum tenebris occupatur,
ut non uideamus quae nobis desunt. Clibanus
fumigans, & lampas ignis transiens inter diui-
siones illas. Cum enim intellexerit se homo pec-
catorum tenebris inuolutum, tunc peccus illius
quasi fornax aestuans fumos ignorantiae euapo-
rat, & postea lampadam diuini luminis mere-
tur habere.

Dedit

Sufim.
Raphaim.

Carnaim.

Asalon
thamar

Melchise-
dech.

Salem.

Vacca.
Capra.
Aries.
Turtur
&
columba.

cuncisionis designari dicitur. Quodq; a fluvio Aegypti usq; ad fluvium magnū, a lege veteris Testamenti, usq; ad novū spiritualiter intelligitur. Per Cananaeos & Iebusaeos vitia designantur.

CAPVT XVI

Per Sarai uxorem Abraham, Ecclesia synagogae. Et tunc Abraham, id est Christus, nō genuit liberos, quia tunc pauci fideles fuerunt. Ancilla autem Aegyptia Ecclesiam mundālem ex gentibus ostendit.

Ingrede ad ancillam meam, si forte saltem ex illa suscipiā filios. Hoc a patre filio Christo dicitur, qui filios etiam ex gentibus uoluit Christum accipere. Cumq; ille acquiesceret deprecanti: & reliqua. Hic maxime impletur interpretatio nominis, quod est Sarra, quod est princeps mea. Post decem annos, id est, post uerba legis, quod ancilla postquā concēperat, despexit dominā suam: significat despectā synagogam ab Ecclesia gentium, postquā crediderat. Etenim collocatio synagogae Iudaeorum & Ecclesiae gentium non erat, donec ancilla peperit: id est, donec fidem haberet Ecclesia gentium. Quod autē dicit, Ancilla in manu tua: Ecclesiam gentium adscribit sub potestate fidelium Iudaeorum, id est apostolorum. Quod autem dicit, Utere ut libet: hoc praefigurat, cum autem uenerit plenitudo gentium, sic omnis Israel saluus erit. Quod autem Agar fugam inijt, primitiua Ecclesia intelligitur a synagoga afflictā Dei consensu. Angelus autem illam inueniens iuxta fontem. Christus inuenit iuxta baptisimum. In solitudine, id est, in mundo. Quod dicit, Reuerte ad Dominam tuam: pacem a Christo commendatam intelligimus, ut est: Qui facit utraque unum. Et humiliare sub manibus ipsius: ita Christus docet humilitatem Ecclesiam gentium. Ecclesiae primitiuae prae multitudine, id est, credentium. Ecce tu concēpisti, & paries: id est, Ecclesia concēpit in baptismo, & peperit in fide & opere. Ismael autem, auditio Dei est. Populus credentium, qui ferus homo dicitur: id est, contra daemones & haereticos. Et eregione uniuersorum fratrum suorum figeret tabernacula: id est Ecclesiam, iuxta populos mundāles. Vocauit nomen illius id in adorando, tu Deus qui uidisti me: id est, in persecutioe. Quod autem se dicit uidisse posteriora uidentis: ostendit, quia hic Ecclesia per speculū uidet. Puteum autem uidentis, id est populi gentium: uidentis, id est Dei, uel angeli. Inter Cades & Barad, id est, inter duas leges, baptisimum.

CAPVT XVII

Oedus meum inter me & te, Legem inter Christū Ecclesiamq; demonstrat, quae multiplicatur multitudine populi fidelium: per pactum uerō circuncisionis, populi carnales. Reges ex te egredientur: id est, Apostoli a Christo. Quod autem dicit foedere sempiterno, in nouo uel in futuro impletur. In possessionem aeternam, id est in coelo, id est pactum, quod obseruabis: id est, lex circuncisionis populo carnali et spirituali, id est, nouum testamentum populo spirituali. Post hoc accipit signum circuncisionis,

Circuncidetur ex uobis omne masculinum, infans octo die- rum circuncidetur. & reliqua. Quid autem significat circuncisio, nisi renouatam naturam per baptisimum, post expoliationem ueteris hominis? Et quid octauus dies, nisi nouum testamentum, in quo per resurrectionē Saluatoris octaua die, & post sabbatum factum renouamur, & circūcis si uniuersis uitijs noui homines efficiamur, Christusq; hebdomada completa post sabbatum resurrexerit? Quod uerō non solum filios, sed seruos & uernaculos emptitios circūcisidi praecipit, ad omnem gratiam redemptionis pertinere testatur. Ibi parentum mutantur nomina, ut omnia resonent nouitatem. Nam Abram interpretatur pater excelsus. Abraham pater multarum, id est, gentium, quo nomine nunciabatur, quod multae gentes fidei illius sequerentur uestigia. Quod autem sequitur: Qui non circūcisidetur octaua die, peribit anima illa, quia pactū meum irritum fecit: significat, quod paruuli non secundū opus, sed secundum originem, in primo homine pactum dissipauerūt. Circūcisidimus itaq; cor nostrū: quum cogitationes abdicamus: & ita labijs & auribus debemus circūcisidi, ut in omnib. stulta & superflua declinemus. Dicunt autem Hebraei, quo ex nomine suo Deus apud eos tetragrammaton e literā addiderit Abrahę & Sarre nominibus. Dicebatur enim primum Abram, qui interpretatur pater excelsus: & postea Abraham, id est, multarum gentium. Nam quod sequitur Gentium, nō habetur in nomine, sed subauditur. Nec mirandum, quod apud Graecos & nos a litera uideatur addita, & nos e literam in Hebraeo additam dixerimus. Idioma enim lingua illius est per e quidem scribere, sed a legere: sicut econtrario a literam pro e saepe pronunciat. errant enim, qui putant, Saram primum per unum r scriptū fuisse, & postea illi alterum r additum. Sarri igitur primum uocata est. Sublato ergo, id est, addita e, quae per a legitur, & uocatur Sarra. Sarrai interpretatur princeps mea domus, Sarra princeps. Idcirco autem ad Abrahā circūcisio commendata est, ut sub lege esset, sicut & Adam, ne delicto manducaret: ut probaret, si compleret hoc, an non. Idcirco uerō octaua die circūcisiduntur, quia aetas non potuit antē sustinere. Circūcisioe octo uitiorum circūcisioem, significans in noua teneritate. Causa autem pudicitiae hoc membrum circūcisiditur, uel quia in illo uoluptas sit, ut in nobis similiter circūcisidatur. Circūcisio uerō in una parte corporis datur, eo quod corpus & infernum significat, in quibus sterora & quisquiliae fiunt: nō in superiore, quae coelū & animam significat, in quibus non est malum, sed omne bonum. Haec autem lex Abrahę non donaretur, si Adam custodisset legem sibi datam. Tres autem differentiae inter ipsos Iudaeos & Gentes dicuntur: id est lex, & oblationes, & uestimenta. Isaac autem per Abraham centenarium et Saram nonagenariā ortus, Christum significat nasciturum inter centesimam perfectionem, & nouem ordines angelorū. Et sicut Isaac

Circūcisio quid significet

Quare pudentia circūcisidatur.

Differentiae tres inter Iudaeos & gentes.

per

per prophetiam nascitur, sic & Christus per patriarchas & prophetas prophatur. Quod autem dicit, Duodecim duces generabit: tam historialiter potest intelligi, quam spiritualiter, duodecim Apostolos tempore isto, id est lege literae. In anno altero, hoc est in nouo.

CAPVT XVIII

Post haec apparuerunt Abrahę tres uiri. & reliqua. Notandum, quod Abraham triplicem figuram habeat, primam Saluatoris, quando exiuit de terra sua: secundam patris, quum immolauit filium: tertiam in hoc loco sanctorum, qui aduentum Domini cum gaudio susceperunt. Tabernaculū Abrahę ipsa Ierusalem, ubi pro tempore Apostoli fuerunt, ubi primum Dominus a credentibus acceptus est. In tribus uiris qui uenerunt, illius pronunciat aduentus. Cum quo duo angeli comitabantur, quos pleriq; Moysen & Heliam putant: unum per legem aduentum Domini praedicantem, alium in fine mundi, antequam Christus ueniat, uenturum. Deniq; & in monte cum illo uisi sunt. Quod autem tres uiros uidens, unum adorauit, Dominum saluatorem significat, cuius aduentum praetolatus erat. Vnde Dominus dicit: Abraham exultauit uidere diem meum, et uidit, & gauisus est. Tunc enim mysteriū futurum aspexit, unde & pedes illorum lauit, ut in extremo tempore lauari purificatione monstraret. Pedes enim, extrema significant. Et in conuiuium uitulum praeparauit saginatum. Ille autem uitulus saginatus, Domini Iesu corpus est. Ipse uitulus pro redeunte filio occiditur. Butyrum pinguisimum, Euangeliorum est documentum. Lac quippe iuxta Apostolum, priscā legis habet figuram. Vitulum autem cum lacte & butyro Abraham edendum apposuit: quia nec corpus Domini sine lacte legis, sine butyro Euangelij esse potest. Tria autem sata, tres filios Noe significant. Ex quibus hominum genus ortum est, qui diuinā trinitati credentes, ex aqua baptismatis per Ecclesiam, cuius imago Sarra fuit, conspergēdi essent, & in unum panem corporis Domini redigendi. Sub cineritios autem, ut per poenitentiam praetitorum delictorum spiritus sancti uapore decocti, esca beneplacita Deo efficiantur. Sub arbore sedisse illos dicit, passionis Dominicę fuit signum, cuius ipsi sunt praedicatores. potest quoq; intelligi, Abraham rationalis esse sensus in homine: Sarra autem caro intelligi. Cum enim ambo receperūt Deum, portant enim pascua diuersa uirtutum. Mambre autem, hoc est Hebron. Mambre autem uocabatur unus amicorum Abraham. Hi autem dicunt, per hanc uallem humilitatem ostendi. Per humilitatem enim Dominus ad unumquemq; uenit. Per ostium uerō fidem, & feruorem dei, calorē fidei. Et tres uiros, tres leges. In quarum tamen una maxime Dominum adorant, populus Christianus. Historialiter autem perfectionem Abrahę ostendit, quod ad illum tres uiri in feruore dei uenerunt. Idcirco enim specialiter Dominus ad illum uenit, quia homo tunc non fuit

Tres uiri quid significent.

Mambre.

melior illo, ut indicaretur ei de uindicta ciuitatum, & quod Sarra filius esset. Loth autem in hoc imperfectior cernitur, quod ad illum duo, & ad uesperum ueniunt. Per tria sata, spes, fides, charitas demonstrantur: uel cogitatio, & uerbum, & opus, quae commiscuntur in fide. Sub cineritios humilitatem ostendit. Per puerum, cuius filius datur, populus Iudaeorum significatur. Et coxit illum, id est Christum in passione. Turlit quoque, id est populus perfectus. Quarendum est autem, quomodo comedisse dicuntur: quod alij sic intelligunt, quod historialiter manducauerunt, dum corpora acceperunt, uel ille cineribus pauperibus Dei potestate oblati est. Circa tempus hoc ueniam: non de temporibus hoc significans, sed aequalitate aduentus sui, quando per filium promissum nasciturus erat fidelis populus. Ipsa est enim Sarra sterilis, cui dicitur: Letare sterili, quae non parit. Ritus autem Sarra non est dubitatio, sed propheta, siue quod ritus est futurus in credulis Christo, siue quod omnes inimicos suos in iudicio esset riturus. Vnde & Isaac ritus interpretatur. Quod autem dicit, Non possum celare: sic intelligendum, quasi dixisset, Nolo. Quodq; dicit, Vita comitante: more loquitur hominis. Dixitq; Deus, Clamor Sodomorum: id est, pro nequitia eorum, siue auditus est ab hominibus & angelis. Descendam, id est, ad uindictam: Et uidebo, id est, in misericordia. Post hanc promissionem uertitur in cinerem Sodoma & Gommorra. Sed quid significat, quod iusti usque ad decem, si inuenirentur in Sodomis, dicit Dominus urbem esse saluandam. Quinquagenarium numerum propter poenitentiam posuit, si forte conuerterentur & saluarentur. Psalmus quinquagesimus, psalmus poenitentiae est. Vsq; ad decem autem non perire ciuitatem dicit, quasi in quolibet decem praceptorum custodia Christi nomen inueniatur, iste non perit. Denario quoque numero, crucem Christi demonstrat. Nam et quod quinq; ciuitates conflagrae sunt, illud significat, quod omnes qui quinq; sensus corporis libidinose tractauerint, in iudicio concremandi sunt.

CAPVT XIX

Ipsa autem Loth, qui ex illo incendio meruit Leuadere, significat sanctos, qui inter iniquos atque impios gemunt, quorum factis non consentiunt, & a quibus in fine mundi liberabuntur. Vxor autem Loth, illorum genus figurauit, qui per gratiā Dei uocati, respiciūt retro. Quod in sal conuersa est, exemplum portat ad condimentum fidelium, unde alij salientur. Vnde Dominus dicit, Mementote uxoris Loth, ardentem fugientis Sodomam. Segor uenit, & nequaquam ad montana ascendit: significat illos, qui illicita carnis desideria declinant, sed tamen contemplationis apicem subire nequeunt. Hoc est, quod exiuit Loth de Sodomis, ad montana tamen non peruenit: quia damnabilis quidem uita derelinquitur, sed celsitudo speculationis subtiliter non continetur. Quodq; sequitur, Nunquid non

Ritus Sarrae.

Vxor Loth.

modica

modica est, et vivit anima mea: significat, quia talis vita, nec mundi curis ex tota discretis, nec gaudio salutis aeternae aliena. Aliud autem nunc Loth significat, aliud quando fuerunt filiae illius cum eo. Tunc enim legem significat, quam male intelligentes quidam, se inebriant, illaque illegitime utendo, infidelitatis opera pariunt. Bona est enim, inquit Apostolus, lex, si quis legitime utatur. Duaeque filiae illius, scribas et pharisaeos, male generantes carnales filios de lege, significare possunt. Alio quoque sensu Loth significat legem: nec incongruum, quod forniceo genere apud nos lex declinat, cum in Graeco masculinum genus ferret. Vxor autem huius, ille populus, qui de Aegypto liberatus, & de persecutione Pharaonis, tanquam de Sodomitis ignibus, rursus carnales ollas Aegypti cupiens, retrò respexit, cecidit in deserto. Ibi ergo lex primum populum, tanquam retrò respicientem uxorem reliquit ac perdidit. Inde veniens habitavit in Segor, de qua dicit, Est parva, & abscondit in illa. Tribus autem causis dicitur Loth nolle in montem ascendere: historialiter, id est, praeter timorem bestiarum et serpentum, vel pro plaga quae euenit, vel pro civitate saluanda. Civitas autem a conuersione multorum dicitur, pro eo quod plurimorum consciat, & in unum contineat vitas. Hi autem qui in lege conuersantur, parvam habent conuersionem, quandiu secundum litteram intelligunt legem. Nihil grande est, sabbata & neomenias, & circumcisionem carnis, & reliqua carnaliter obseruare. Si autem spiritualiter quis coeperit, illa obseruantiae quae erant carnaliter paruae, erunt magne. Ascendit post hoc in montem, et habitavit ibi in spelunca, ipse et duae filiae illius. & lex ascendisse putanda est, eo quod ibi per templum à Solomone constructum accessit ornatu. Quum facta est domus orationis, mali autem fecerunt illam speluncam latronum. Habitavit ergo Loth in spelunca, & duae filiae illius, quas propterea describit, dicens, Ollam & Olibam duas sorores esse. quidam Ollam, Samaritam, Olibam autem quidam Iudaeam. In duas ergo partes populus diuisus, duas fecit filias legis. Ista carnalem cupiunt progeniem propagare, et vires regni terrestri numerosa posteritate munire, sapientes patrem, & somnum illi inducentes: id est, tegentes & obseruantes illius spiritualiter sensum solum ex illo carnis intelligentiam tribuunt. Inde genuerunt tales filios, quos nec agnoscere pater potest. Segor autem ex illo quod dixit Loth, Numquid non est parua, & saluabor in illa, interpretatur parua. Ab aliquibus quaeritur, quare de caelo uindicta datur: quia magna fuit illorum malitia, idcirco datur uindicta: extra consuetudinem data est, quia extra consuetudinem peccauerunt. Idcirco sulphureus ignis super illos uenit, quia alius non habetur ignis, in quo putredo sit. Etenim sulphur, ignis est alicuius ligni, cuius natura partis ardescit, & ob hanc similitudinem etiam hinc ignis sulphur. Duo autem ignes in hoc signifi-

Civitas quid.

Sodoma quare puniatur.

cantur: quia peccatum naturale fecerunt, & innaturale. Duo autem angeli qui uindictam, duorum legum typum tenent punientium se non implentes. Loth in hoc peccato quod peccauit, excusabilis dicitur, dum non sensit. Et excusabilis, dum uinum usque in hunc modum biberat. Sic & filiae illius excusabiles, dum causa creationis fecerunt. Et inexcusabiles sunt, dum Segor sanam, & mundum non perditum uiderunt, propter duas ciuitates tantum. Moraliter quoque Loth significat rationalem sensum, & uisum animum. Vxor eius, quae retrò respicit, carnalem concupiscentiam deditam. Obserua autem, ne forte cum effugeris flammam mundi, & incendia carnis uafersis, etiam cum parua Segor, qui est medius quidam & civilis profectus, supergressus fueris, & ad scientiae altitudinem, uelut ad montem ascenderis. Insidiantur tibi duae filiae tuae, quae te sequuntur. Et cum ascendit ad montem, id est, superbiam, maior soror, & uana gloria: quae idcirco filiae dicuntur, quia non extrinsecus, sed de nobis oriuntur, in spelunca peccatoris insidiantur nobis, ut de nobis dormientibus, neque sentientibus, generare possint filios sensus utique & actus reprobos. Et ascendit Loth de Segor, et sedit in monte. timuit enim sedere in Segor. Quaeritur: Cum primum praetulit Segor fugam montis, cur nunc de Segor ad montem migret? (tradunt enim Hebraei, quod Segor frequenter tremotu concussa sit) Bele autem primum, & Salisa nuncupata sit: timueritque Loth, dicens: Si cum terrae urbes starent, ipsa saepe subuersa est: quanto magis nunc in communi ruina non poterit liberari? Vocauitque nomen illius Moab, id est, ex patre. Minor autem genuit Amon: id est, filius populi mei. CAPVT XX.

Dixit autem Abraham Sarram sororem suam esse: certus de Deo, quod uiolari illum non sineret, sicut primum a Pharaone. Sarra autem Ecclesia in hac peregrinatione, atque inter alienigenas pollui non sinitur, ut sit uiro suo sine macula & ruga. In gloria quippe Christi recte uinit Ecclesia, ut pulchritudo eius honor sit uiro illius: sicut Abraham propter Sarram honorabatur: cui reges munera offerunt, sicut Abimelech obtulit. Et mirum, quod amari potuit, & uiolari non potuit. Etenim Ecclesia Domino Iesu in occulto uxor, in secreto quippe spirituali, anima humana uel Ecclesia inhaeret uerbo Dei, ut sint duo in carne una. Quod autem tunc in Abimelech prius & posterius figuratum est, hoc in terreno regno, cuius typum gerit Abimelech, in prioribus & posterioribus regibus adimpletum est: qui prius Ecclesiam persequentes, illamque uiolare cupientes, non tamen ualent, & sic postea honorauerunt. Soror autem Christi Ecclesia, non de matre: non enim de terrena generatione, sed de caelesti generatione Christo commendatur, secundum quam generationem spiritualis sumus. Neque hanc generationem de synagoga matre Christi secundum carnem, sed a Deo patre accepimus, Cuius sit autem uxor, occultatur: cuius sit so-

fit soror, non tacetur: quia occultum est & difficile ad intelligendum, quomodo uerbo Dei anima humana copuletur. Quod uero occulta cognatione fratres Christi sunt sancti, effusus ex Christi uerbis in Euangelio patet.

CAPVT XXI

Ablactatio Iudeorum quando facta.

Per grande conuiuium quod fecit Abraham in die ablactationis Isaac, conuiuium Christi in nouo die perfectionis populi Christiani figuratur. Ablactabantur autem pueri illorum quinto anno, uel ut alij, secundo anno. Cum uidisset Sarra Isaac ludentem cum Ismael, ait: Eijce ancillam et filium illius. Quaerendum est, cur antea Sarra uoluit maritum suscipere filium de ancilla, & nunc cum matre iubet expelli domo? Non zelo fecit accensa, sed mysterio compulsa. Agar autem, id est synagoga, in seruitutem genuit priorem in populum: Sarra, id est Ecclesia, in libertatem genuit populum Christianum. Panes autem hoc indicauerunt, quod uetus sacerdotium panes propositionis portaret secum. Vter uero aquae defecit: iudicij purificatio signatur. Defectura siue doctrina eorum carnalis in pelle mortua, id est in carne ueteris hominis. Quod uero erat Agar in solitudine cum filio suo, significat synagogam cum populo suo expulsam de terra sua sine sacerdotio, & sacerdotium errare, & uiam quae Christus est, ignorare. Quod filius siti deperijt, significat populum nullam habere spirituales purificationem. Quod uero filium sub arbore proiecit, & sic demonstrante angelo fontem aspexit: significat quosdam ex illo populo ad umbram ligni crucis refugium peturos, uisurosque fontem aquae uirgiferis oculis, id est Christum. Angelus iste similitudo est Heliae, per quem iste creditus est. Quod autem dicitur, Faciam illum in gentem magnam: quod copiosus populus Iudeorum esset regnurus in mundo, siue quod caelestis regni gloriam consequuturi essent, qui ex illis crediderunt. Quod autem dicitur angelum, & postea illum dominum uocatum: filium illum fuisse credendum est, qui per legem & prophetas semper loquutus est: qui etiam est angelus magni consilij. Bersabee, puteus septimus interpretatur, siue puteus iuramenti: siue quod septem agnas acceperit Abimelech ab Abraham, siue quod iurauerunt ibi pactum. Sabeec enim, siue iuramentum, siue septem in Hebraeo significat. Notandum autem, quod Isaac non ad quercum Mambre, sed in Geraris natus sit, ubi & Bersabee usque hodie oppidum est. Huius rei testis est scriptura, quae dicit: Habitauit Abraham in terra Philistinorum. Alij dicunt figuram Christi teneri, ubi dicitur: Non uidebo morientem puerum. Et in hoc significatur, quod Iudaei Gentibus Christum tradiderunt ad crucifigendum, & non ipsi illum crucifixerunt. Et quod dicitur, Quid agis Agar? & sic intelligunt, quasi diceret: Quid agis in lege literae? Et in his omnibus Agar partem ostendit fidelium Iudeorum, cui dicit, Surge, id est in fide: Et tolle, id est opus fidei. Quod autem dicitur tenere manum illius,

Bersabee.

Isaac ubi natus est.

cooperationem Ecclesiae ostendit. Aperuitque oculos illius, id est sensus in fide. Uter autem impletus, uetus lex impleta sensu spirituali, qui datur bibere populo Christiano. Quod autem Ismael sagittarius dicitur, non incongrue populo Iudaico conuenit, hoc est iugulando hostias legis. De conuiuio autem quod fecit Abraham, alibi dicitur. Fit autem conuiuium, cum lacte depellitur Isaac, & fit laetitia magna patri excelso. Summo autem doctore de his qui iam lacte non indigent, sed cibo forti, qui pro possibilitate sumendi exercitatos habent sensus, & discretionem boni ac mali. Super illis autem conuiuium non potest, de quibus dicit Apostolus: Lac dedi uobis in escam. Quod autem dicit, Indignata est Sarra, cum uidisset Ismael ludentem cum Isaac: significat quasi caro, cuius personam gerit Ismael, spiritui blandiatur, qui est Isaac. Et in delectationibus liceat huiusmodi ludus carnis cum spiritu, Sarram tamen maxime quae est uirtus offendit. Duo autem filij Abraham, unus de ancilla, & alter de libera: uterque tamen filius Abraham, licet non uterque liber. Propterea qui de ancilla nascitur, haeres quidem non fit cum filio liberae accipere promissionem. Spiritualiter ergo omnes qui per fidem ueniunt ad agnitionem Dei, possunt filij Abraham dici. Sed in his sunt alij qui pro charitate ueniunt, alij pro metu futuri iudicij. dicitur, Qui timet, non est perfectus in charitate: sed perfecta dilectio foras mittit timorem. De Abimelech quoque rege Philistinorum, moraliter possumus intelligere, quod Sarram uoluerit accipere uxorem, & quomodo Abraham illam foror esse dixerit: uel quod copesuerit Deus Abimelech propter illam. Puto ergo, quod Sarra, quod interpretatur princeps, significat uirtutem animi. Haec ergo uirtus conuincta est uiro sapienti. Denique Dominus dicit: Quicumque dixerit tibi, Audi uocem illius in omnibus in quibus consiliu dederit illi. Non uult ergo Abraham uirtute uxorem suam dici. Donec enim uirtus cum alijs participare non potest, nec uxor appellari ualet. Cum uero ad perfectum uenerimus, ut simus idonei & alios docere, iam non uirtute ut uxorem intra gremium concludamus, sed ut fororem etiam alijs uolentibus copulemus. Unde scriptum est: Dic sapientiam fororem tuam esse. Secundum hoc igitur Abraham Sarram fororem suam esse dicebat. Voluit ergo & Pharaon aliquando Sarram habere, non in corde mundo: & uirtus non nisi cum cordis munditia potest conuenire. Longe autem ait Abimelech iste, quam Pharaon: unde uidet mihi, quod Abimelech iste formam teneat studiosorum & sapientium mundi, qui philosophiae operam dantes, tamen non intelligunt regulam pietatis ut attingant: senserunt tamen Deum & regem omnium. Ipsi ergo quantum ad moralem philosophiam spectat, etiam purificato corde operam dedisse comprobantur, sed hanc non permittit Deus illos contingere. Haec enim gratia non per Abraham, sed per Christum tradita gentibus paratur. Sanat autem Deus Abimelech, & uxorem illius,

Duo filij Abraham.

lius, & ancillas, quas putamus naturalem philosophiam, diuersa & varia sectationū commēta. Interea Abrahā impartiri cupit donū cum gentibus diuinā uirtutis, sed nondum est tempus a priore populo transire ad gentes, gratiā Dei. Se cundū hunc ergo allegoriā sensum, Pharaō qui interpretatur exterminator, Sarram, id est, uirtutem accipere non potuit. Manet ergo apud Abrahā uirtus, manet in circumcissione, donec tempus ueniat, ut in Christo Iesu perfecta uirtus ad Ecclesiā gentiū transfret. Tunc domus Abimelech & ancillae illius pariuunt Ecclesie filios. Hoc est enim tempus, quo sterilis parit, & hoc orante Abraham, hoc est, populo per patriarchas & prophetas prophetante. Vnde & illic dicitur: Redde uiro suo uxorem, quia propheta est, & orabit pro te, & uiues. Postea intulit: Orante autē Abrahā, sanauit Deus Abimelech, & reliqua.

CAPVT XXII.

Tentatur Abraham.

Tentatur Deus Abraham. Hic cōmemorat Deus filium charissimum, ut augeat pondus tentationis: & dicitur illi, ut uadat in terrā uisionis, ut dum ambulat, dumq̄ iter agit, cogitationib. discerpatur. Peruenit ad locum die tertia: ut omni hoc spacio tam prolixo intueretur filium. Pater cum illo cibū sumeret, puer cibaret in gremio patris, ut tentatio in omnibus cumlaretur. Quod autem sequitur: Postquā adorauerimus, reuertemur ad uos. Dic mihi Abrahā: Vera dicis ad pueros, quod adores, & redeas cum infante, an fallis? Si uerū dicis, ergo non facis eum holocaustū, sed fallis: tantum patriarcham non decet fallere. Quid ergo animi in te dicat hic sermo? Verum, inquit, dico, & offero holocaustum puerum. Idcirco enim & ligna porto mecū, & cum ipso puero redeo ad uos. Credo enim uerē, & fides mea est hac, quod Deo omnipotētī possibile est illum a mortuis resuscitare. Deniq; quid dixit Dominus ad Moysen, cum uenisset ad eum locū, quē demonstrauit illi Deus: Solue calciamenta pedum tuorum, quia locus in quo stas, sanctus est. Ad Abraham uerō nihil horum dictum est, nec etiam ad Isaac filium eius. Fortassis enim Moyses, quamuis magnum lumen Ecclesie, de Aegypto ueniens, habuit aliqua mortalitatis uincula pedibus suis innexa. Abraham uerō & Isaac nihil horum habuerūt. Amauit Abraham Isaac filium suum, sed amor carnis prætulit amorem Dei. Hęc historicē diximus: ceterum secundum sensum superius explanata sunt. Secundo autē benedicitur Abrahā, per quod significatur, quia sicut pater est circumcissionis, sic & creditiū ex gentibus pater est. Moraliter quoque sic potest intelligi, quia idcirco renouat Deus promissiones suas, ut ostendat tibi, quia debes & tu renouari. Primus enim homo de terra terrenus, secundus homo de caelo celestis. Non permanet ille in ueteribus, ne & tu uetus homo permanseris: de caelo hoc loquitur, ut & tu imaginem celestis accipias. quid tibi prodest, si de caelo hoc loquitur, & tu de terra audias? Et offer illū supra unum montium. Dicunt Hebrei esse hunc montē, in quo

postea templum conditum est: hoc est in monte Moria, in quo est aurea urna Iebusai. Et abies in locum die tertia. Notandum quod de Geraris usq; ad montem Moria iter est trium dierum, & consequenter illic dicat die tertia peruenisse. Quando autem Abrahā immolauit filium suum, personam habuit Dei patris. Per hoc quod in senectute genuit illum Abraham figurat, quod penē in fine mundi Christus esset nasciturus. Non enim senescit Deus, sed illius sacramentum longē unū erat. Et senecta Sarræ significat, quod in fine temporū ex plebe sanctarū nasceret Christus animarū. Fertilitas autē illius intimat, quod in foecunda fuit Ecclesia multis temporibus: sed nunc sub gratia multos habet uirā filios. Aliter sterilitas Sarræ significat, quod in hoc mundo serō facti sumus, & in Christo tanquā in Isaac omnes nati sumus. Quæ patri in fine temporum Ecclesia mirabili gratia Dei, non naturali foecunditate procreauit. sicut autem Abraham unum filium suū obtulit, & sicut Isaac ipse sibi ligna portauit: ita Christus in humeris portauit lignum crucis. Duo autem serui illi non perducti ad locum sacrificij, Iudæos significant diuisos in duas plebes, Salomone peccante: quia carnaliter feruientes legi, non intellexerunt passionem Christi. Asinus autem ille est insensata stultitia Iudæorum, qua portabat sacramenta, nec intelligebat quæ gestabat. Quodq; sequitur, Expectate hic cum asino: & reliqua. Postquam enim plenitudo gentiū intrauerit, tunc omnis Israel saluus erit. Postquam uerō, inquit, adorauerimus. ac si dixerit: Postquam adorare fecerimus, reuertemur ad Israel. Triduum autem illud quo peruentum est ad locum immolationis, tres gradus mundi significat: unam autem ante legem, secundam sub lege, tertiam sub gratia. In qua tertia aetate sacramentum crucis impletū est. Isaac ligatus super struem lignorum ponitur: Christus crucifixus, suspensus in ligno crucifigitur. Quod autē pro Isaac immolatus est aries, significat quod illa diuinitate manente, secundum carnem crucifixus est, siue quod idem Christus filius natus est. Aries immolatus cornub. hærebat. Crux enim cornua habet. unde scriptum est: Cornua sunt in manibus illius. Cornubus enim aries hærens, crucifixum Dominū significat. Vespere autem, crimina humana sunt. Spinis autem, inquit, peccatorum circūdedit me populus hic. Alij autem hunc arietem cornubus obligatum, eundē Christum senserunt, anteq̄ immolaretur, spinis a ludæis coronatum. Peracto igitur sacrificio, Deus ait Abrahæ: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Hoc in Psalmo scriptum est: Conuertantur ad Dominum uniuersæ fines terræ.

Vocauitq; nomen loci illius, Dominus uidet: pro eo q̄ uideri se Dominus fecit, utiq; per incarnationē. Alij dicūt, per ignem, passionem: per gladium, Iudæorū odium significari. Et in eo quod Isaac dixit, Pater mi: Christum præfigurari dicentem, Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste. Moraliter autem Abrahā unum quemq; iustum significat,

significat. De nocte surgentem, de infidelitate. Sternentē asinum, id est corpus suum legi. Duo uerō iuuenes, duas leges ostendit. Isaac uerō filius, sensum perfectum. Ligna uerō quæ conciduntur, opera perfecta: & locus Ecclesiam significat. Quodq; dicit, Expectate hic cum asino: sic intellegendum est, quasi diceret, carnem constringite: ego & puer, id est sensus illius.

Dixit Isaac patri suo, Vbi est uictima pater? Per hoc sensus timere passiones & tormenta significat. Quod autē dicit bis, Abrahā Abrahā: uox obiurgantis est. Quodq; dicit, Benedicam tibi, & multiplicabo semen tuū: sanctorū centuplū in præsentī significat, & multiplicationē in futuro præmiorum.

CAPVT XXIII.

Duplex sepulchrum.

Et abierunt Bersabea, id est ad baptismum: & habitauit ibi, id est in Ecclesia: deinde moritur Sarra centesimo uigesimo anno uitæ suæ. Sed quid sibi uult, quod in sepulchro duplici sepelitur: nisi quia anima quæ moritur mundo, ut Deo uiuat, geminata requie suscipitur, id est in actione boni operis, & in contemplatione diuinitatis. Sepulta est autem in ciuitate Ar-bea, id est quatuor: quia ibi Abraham, & Isaac, & Iacob, & ipse Adam cōditus est. Potest quoque Sarra uirtutē animi significare, quæ sapienti uiro uelut uxor coniungitur. Dormitio uerō Sarræ, uirtutis est consummatio atq; perfectio. Qui uerō consummata uirtutis est, semper necesse est ut in aliqua eruditione uersetur. Et ideo dormiente Sarra, Abrahā affera duxit uxorem. Cethura autem, thymiamā offerens interpretat. Per exercitia enim uirtutum, Christi bonus odor efficitur. Secundum hanc ergo rationem tot uideberis uxores accepisse, quot uirtutibus polles. Spelunca duplex dicitur, id est duo sepulchra, ut alio intercessit. duplex est spelunca, significat duas leges intercessu literæ. Ager autem, latitudinem scripturæ.

CAPVT XXIII.

Quid autem sibi uelit, quod Abraham a seruo suo postulans iureiurando fidem, Pone, inquit, manum tuam sub femore meo, & adiuuro te per Deum cœli? Quid uult Deus cœli ad femur Abrahæ, nisi ut cognoscatur sacramētum? per femur enim genus intelligitur. Ergo hæc fuit illa coniuratio, in qua significabatur de genere uenturum Christum in carne. Seruus autē iste senior, imaginem legis habet, per quam Ecclesia sponsa Christo despondebatur: quæ tamen propter antiquitatem senior nuncupatur. Abijt itaque in Mesopotamiam, stetitq; iuxta fontem, quærens sponsam Domini sui filio. Sic et lex, quæ post fidem uenit ad fontem baptismatis: ibiq; orans, occurrit illi uirgo Rebecca, id est Ecclesia. Vidit puerum, id est sermonem propheticum. Se inclināt, id est suscipit fidem. Ornamenta, in aures & armillas, quasi intellectum & opus. Sicq; sequuta puerum uenit ad Isaac: id est, sequuta Ecclesia, uerbum propheticum, uenit ad Christum, quæ camelo ducitur: quia a gentilitate in tortuosos uitiosiq; conuersionibus inuenitur. Quæ Isaac uisa descendit: quia

cognito Domino, gentilitatis uitia deseruit: quæ recordata pallio uelatur, quia caro nostra de errore prioris uitæ confunditur. Inclinato autem die, ingressus est Isaac in agrum: quia in extremo huius mundi tempore ueniens Christus, quasi in agrū foras exiuit: quia cum sit inuisibilis, uisibilem se Ecclesie præbuit. Inuenit autem illum Ecclesia ad puteum uisionis, id est in contemplatione ueritatis, siue iuxta lauacrum aque ubi purificetur. Sicq; inde hinc copuletur sponso suo, adhærens illi gloria, aeternitate, & regno. Hebræi dicunt, quod in sanctificatione Abrahæ, hoc est, in circumcissione iurauerit: nos autem dicimus iurasse illum in semine Abrahæ, hoc est in Christo. Alij autem dicunt, per nutricem Rebecca disciplinam spiritus sancti figurari: per filium cum illa existentem, synagogam Iudæorum: per potum, doctrinam: per camelos, poenitentes, qui utuntur decē uerbis legis. Cecidit uas super uinum: id est in humilitate permanens, duas leges ostendit. Armilla autem pondus decem siclorum habuerunt, id est decem uerba legis. Domus Sarræ inquam exiuit post mortē, domus est synagoga, ad quam Ecclesia gentium ad credendum post synagogam uenit. Deduxit Isaac Rebecca in tabernaculum, id est Christus Ecclesiā noui Testamenti in Ecclesiam Apostolorum. Palea, id est multæ species doctrinæ spiritus sancti, quæ poenitentibus dantur. Mater Rebecca, gentilitas intelligitur: pater illius Batuel, diabolus.

CAPVT XXV.

Non est arbitrandum, ob incontinentiam duxisse Abraham Cethurā, maximē cum esset grandæuus, aut propter creationē filiorū, dum per Isaac promissum est illi semen, ut stellæ cœli. Sed sicut Agar & Ismael carnales ueteris testamenti, sic & Cethura & filij eius significant hæreticos, qui se existimāt pertinere ad nouum Testamentum. Sed utraq; concubinae dicuntur. Sic enim dicitur: Filij concubinarum largitus est munera. Sola Sarra semper uxor uocatur. Vna est enim, inquit, columba mea. Cethura interpretatur copulata aut uicta, quam ob causam suspicantur Hebræi eandem esse Agar, quæ Sarra mortua, de concubina transierit in uxore. Et uidetur iam depositi Abrahæ excusari aetas, ne senex post mortem uxoris uetulae nouis arguatur nuptijs lasciuisse: nos quod incertum est relinquētes, hoc dicemus, quod de Cethura nati sunt filij Abraham. Dedit ergo Abraham cuncta quæ possidebat Isaac filio suo: filijs autem concubinarum largitus est munera, & separauit illos ab Isaac filio suo. Quid hoc significet, notandum: quia dantur nonnulla munera hæreticorum, id est carnalibus, sed nō perueniunt ad regnum promissum, nec hæretici, nec Iudæi: præter Isaac enim nullus est hæres, quia non filij carnis, sed filij promissionis deputantur in semine. Quod autem Rebecca dicitur, Duæ gentes in utero tuo sunt, & duo populi in tuo ventre diuiduntur: figuratiter factum etiam Iudæis non credentibus notum est, qualiter populus Ecclesie populū synagoga superauit: & quo-

C 3 modo

modo populus Iudaeorum maior tempore seruiuit minori populo Christianorum. Et in nobis quoque duae gentes & duo populi sunt, uirtutum atque uitiorum: sed iste minor est, ille maior. Semper enim uitia numerosiora sunt uirtutibus. Sed tamen & in nobis per gratiam Dei populus maior seruiuit minori. Seruit enim caro spiritui, & uitia uirtutibus. Si enim tales sumus, qualis Rebecca, & mereamur de Isaac, id est, de uerbo Dei concipere, cedent uitia uirtutibus. Procehit autem Esau primus, rufus, & totus tanquam pellis hirsutus. Deinde exiit frater illius Iacob, & manus impleta erat calcaneo Esau. Sed cur ille totus rufus & hispidus? Verè quia populus prior & prophetarum & Christi cruore pollutus sit à peccato, nequitiae extitit squalore circumdatus. Cuius ideo minor calcaneum tenuit, quia mysticè minor populus maiorem superauit. Nam quod ipse Esau primogenita propter escam fratri uendedit, ac postmodum prima benedictione promissa priuatus, significat eundem populum qui primogenitus à Deo nominatus est, propter praesentis mundi lucra: non solum primatus sui honorem amisisse, uerum etiam & regni caelestis preparatum premium adipisci non meruit. Vnde illi dicitur: Transferetur à uobis regnum mundi. Primogenita autem ipsa uestis erat sacerdotalis, qua maiores nati, cum benedictione patris induti, uelut pontifices uictimas offerrebant. Hoc dono terreni amoris desiderio caruerunt Iudaei cum gloria regni futuri. Quod autem Esau uir gnarus uenandi dicitur, & homo agricola, populum Iudaeorum significat, qui uenator dicitur propter uenationem, & agricola, dum pro bonis terrae Deo tantum seruiuit. Iacob uerò simplex, id est populus gentium, cui crux Christi non reputatur in tabernaculis, id est Ecclesia. Quodque dicitur, Isaac amauit Esau, eo quod de uenationibus illius uesceretur: populum significat Iudaeorum, à Deo patre amatum, quando bonus fuit in lege & in oblationibus. Iacob autem uendens pulmentum, populum significat Christianorum, uendentem infidelitatem & uanitatem propter caeleste regnum, & centuplum in praesenti comedit, id est corpore: bibit, id est anima: abijt, id est, à facie Christi.

CAPVT XXVI.

O rta dehinc fame super terram, abijt Isaac ad Abimelech regem Palaestinarum in Gerara. Ibi quae Rebecca causa timoris fingit sororem: quam rex alienigenam, coniugem Isaac tunc esse cognouit, quando illum cum ea ludentem uidit. Quid sibi uellet in sacramento Christi & Ecclesiae, quae tantum patriarcha cum coniuge luderet. Coniugiumque illud cognitum, uidit profectò quisque, ne aliud errando, in Ecclesia peccet, sed secretum uiri illius in scripturis sanctis diligenter intueatur. Et inuenit illum, qui in forma Dei, aequalis est patri, paulisper abscondisse se in formam serui, ut illius capax esse humana infirmitas posset, qui modo coniugii congruum iter aptaret. Quid enim absurdum, imò quid non conuenienter fu-

turorum pronuntiationi accommodatur: Si propheta Dei aliquo modo lusit, carnale est, ut illi caperet affectus uxoris: quum ipsum uerbum Dei caro factum est, ut habitaret in nobis.

Post hoc Isaac adgressus est opus, & cepit fodere puteos, quos foderunt pueri patris sui Abraham: sed inuidentes ei Palaestini, obstruxerunt illos, implentes humo. Quis est iste, nisi saluator noster: qui dum descendit in istum torrem Gerara, primò omnium illos puteos fodere cepit, quos foderunt pueri patris sui Moyses, Dauid, Salomon, & prophetae, quos tamen terrena & sordida repleuit intelligentia, & illorum os quum purgare uellet Isaac ostēderet, quia quaecumque lex & prophetae dixerunt, de ipso dixerunt. Rixati sunt cum eo Philistini: id est, Iudaei, alieni à regno Dei. Fodit ergo Isaac, imò pueri Isaac nouum puteum. Pueri Isaac sunt, Mathaeus, Marcus, Lucas, Ioannes, caeterique Apostoli, qui omnes noui Testamenti puteum foderunt, & inuenerunt fontem aquae salientis in uitam aeternam. Sed pro his adhuc altercantur illi qui terrena aspiciunt, quibus dicitur: Quoniam indignos uos iudicatis gratia Dei, ibimus ad gentes.

Post haec tertium puteum fodit Isaac, & appellauit illum latitudo, dicens: Nunc dilatauit nos Dominus. Verè dilatatus est Isaac, & impleuit omnem terram scientia Trinitatis, & in toto orbe Ecclesiae latitudinem collocauit. Sed quid est, quod puteos Abraham, quos aperuit Isaac, sic uocauit, sicut & pater illius: nisi, quia Moyses apud nos Moyses nominatus est, & propheta unusquisque suo nomine. Haec mysticè. Ego Deus Abraham patris tui, ac si diceret: Dum patris tui Deus sum, misericors ero tibi. Extendit tabernaculum, id est, Ecclesiam: praecipitque seruis suis, id est, apostolis: ut foderent puteum, id est, doctrinam apostolorum suis proprijs scriptiōibus. Sciendum autem, quod Abimelech, quem diximus, significat philosophos, & studiosos esse: quodque non semper habet pacem cum Isaac, sed aliquando dissidet, aliquando pacem requirit. Nec enim philosophi semper cum uerbo Dei consentiunt, nec semper contrarij sunt uni Deo. Multi enim philosophi, Deum esse qui cuncta creauit, scribunt. Nonnulli etiā hoc addiderunt, quod cuncta Deus per uerbum suum fecerit, uel creauerit, & quod uerbum Dei sit, quod cum cetera moderatur & gubernat. In hoc cum lege & Euangelio consentiunt. Dissident uerò à nobis, quum dicunt, Ad eam materiam coaeternam esse, quum negant Deum curare mortalitatem: sed pronuntiam illius supra lunaris globi spactum cohiberi, quum nascentes stellarum cnsibus pendunt: quum perpetuum hunc mundum dicunt, & nullo fine claudendum. Sunt & alia plurima, in quibus dissident & concordant. Fiat cōiuratio inter nos & te. Qui enim uult accedere ad legem Dei, necessario dicit: Iurauit, & statui custodire iudicia iustitiae tuae. Et persequentia uerba remissionem peccatorum uidentur poscere pro illorum satisfactione. Sequitur: Et fecit illis conuiuium. Qui enim ministrat uerbum, sapientibus & insipientibus

Abimelech. Ochozath, & Phicol, loquutus est illis Isaac. Abimelech interpretatur meus rex. Ochozath interpretatur tenēs. Phicol, os omnium. Qui tres, ut ego arbitror, figuram tenent totius philosophiae: quia apud illos in tres partes diuiditur, in logicam, physicam, ethicam: id est, rationalem, naturalem, & moralem. Rationalis illa est, quae Deum patrem omnium constituit, ut est Abimelech. Naturalis illa est, quae fixa est, & tenet uniuersa, uelut naturae ipsius nitēs uiribus, quam proficitur, ut est Ochozath, qui dicitur tenens. Moralis est, quae in ore est omnium, & ad omnes pertinet, per conuiuium similitudine preceptorum, quam designauit Phicol, qui est os omnium. Illi ergo omnes ueniunt ad Isaac, id est ad legem Dei. Adiurant mutuo post conuiuium: quum enim refecti fuerint spiritualibus mysterijs, & baptismi donum perceperint, promittit se Deus illis omnia debita dimissurum, si illi omnia dimittant. Possunt etiam hi tres significare tres magos, qui ex Orientis partibus uenerunt ad Iesum, eruditi institutione maiorum.

Dimisitque illos Isaac pacifice in locum suum. Secundum alios significat, quod alibi dicitur: Unusquisque in illo in quo uocatus est, permaneat. Appellauitque abundantiam: id est, quatuor flumina apostolorum.

CAPVT XXVII.

E sau uerò quadragenarius duxit duas uxores: significans populum haereticorum, qui se putat per quatuor ducere duas Ecclesias haereticorum: quae ambo offendunt animam Isaac & Rebecca, id est Christum, Ecclesiamque eius. Quod autem dicit, oculos Isaac caligasse: significat inspectiones diuinae culpas peccatorum non uidere. Moraliter autem Isaac apud alienam gentem puteos fodisse describitur, quo uidelicet exemplo dicimus, ut in hac peregrinationis aeternae positi, cogitationum nostrarum profunda penetremus. Et quousque nobis uerae indulgentiae aquae respondeant, nequaquam nostrae inquisitionis manus ab exhausta cordis terra torpescat. quos tamen puteos, Alyphili insidiantur, repleuerunt: quia nimirum immundi spiritus, quum nos studiose fodere conspiciunt, abiectas nobis cogitationes tentationum dirigunt. Sequitur ipsa benedictio in Iacob, quam Hippolytus martyr replicauit. Isaac, inquit, portat imaginem Dei patris: Rebecca imaginem spiritus sancti: Esau uerò prioris populi & diaboli. Iacob imaginem Ecclesiae & sancti. Per hoc quod senuerit Isaac, consummatio mundi ostenditur. Per hoc quod oculi Isaac caligauerint, significat fidem de mundo perisse, & religionis lumen abiectum esse. Quod filius maior uocatur, acceptio legis est Iudaeorum: quod escas illius atque capturam diligit pater, homines sunt ab errore saluati, quos per doctrinam iustus quisque uenatur. Sermo de remissione est benedictio & spes regni futuri, in quo cum Christo sancti regnaturi sunt. Rebecca gerens spiritus sancti figuram, quae futura

nouerat in Christo. In Iacob autem meditatur. Loquitur ad filium suum iuniorem, Vade ad gregem, & offer mihi duos haedos. Praefigurans carneum Saluatoris aduentum, in quo illos uel maxime liberaret, qui peccatis tenebantur obnoxij. Siquidem in uniuersis scripturis haedi pro peccatoribus accipiuntur. Quare autem duos iubet offerri? Quia duorum significatur assumptio populorum, quos teneros & bonos, docibiles & innocentes animas ostendit.

Stola Esau, fides & scripturae Hebraeorum sunt, quibus postmodum indutus est populus gentium. Pellesque illius brachij circumdatae, sunt peccata utriusque plebis, quae Christus in extensione manuum cruci secum pariter affixit. Quod Isaac quaerit ab Iacob, cur tam cito ueniret, uelocem in Ecclesiam miratur credentium fidem: quod cibi delectabiles offeruntur, hostia Deo placēs, salus est peccatorum: quod postea sequitur benedictio, & illius odore perficitur, uirtutem resurrectionis & regna aperta uoce pronunciant. taliter uerò benedicitur: Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni. Odores nominis Christi sicut ager mundum implent, cuius benedictio de rore caeli, de uerborum pluuia diuinorum, et de pinguedine terrae, hoc est congregatione populorum, multitudine frumentorum. Haec multitudo, quoniam colligit de sacramento corporis & sanguinis sui: illi autem seruiunt, ex Gentibus ad illum conuersi. Ipsum adorant tribus populi, ex circumcissione credentes. Ipse est Dominus fratrum suorum, quia plebi dominatur Iudaeorum. Ipsum adorabunt filij matris suae, quia ipse ex illa secundum carnem natus est. Ipsum qui maledixerit, maledictus est: & qui benedixerit, benedictionibus replebitur. Quis nesciat, Iudaeos Christo maledicentes, esse maledictos: & populum Christianorum Christo benedicientem, esse benedictum: Ecce alium pro alio benedixisse Isaac, expauit & cognouit, nec tamen indignatur relato sibi sacramento: sed confirmat, dicens, Benedixi illi, & benedictus erit. Haec est benedictio, quae data est minori populo Christianorum. Sed nec tamen maiorem filium fuisse despectum putandum est: quia cum intrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Israel saluus erit. Cuius benedictionis propheta haec est: In pinguedine terrae, & in rore caeli, erit benedictio tua: in pinguedine terrae & fecunditate, uidelicet rerum, & potentia regni, quae in illo populo fuit: & in rore caeli, id est, in eloquijs diuinis. ipsis enim credita sunt eloquia Dei.

Vires gladio. Quia sanguini in initio populus ille deditus, haec in Christo, uel in prophetis exercuit. Fratri tuo seruius: & reliqua. Significat, quod Idumaei seruituri sunt Iudaeis, & tempus esset uenturum, quando de collo iugum abijcerent seruitutis. Spiritualiter autem fratri tuo seruius minoris, scilicet populo Christiano. Tempusque ueniet, cum excuties iugum illius: & reliqua. Dum per agnitionem fidei illius ad gratiam Christi conuersus, depositurus onus legis, quando

iam non feruus populi minoris, sed per fidē fratē uocaberis. Igitur Esau post benedictionem patris, inuidiē stimulis concitatus, fraudulenter excogitat. Hoc nimirum & Iudaicus populus in Chiffo prameditatus, non solum Dominum crucis patibulo tradidit, uerū etiam credētes in illum usq; ad effusionem sanguinis persecutus. Alij autem dicunt, Ecce odor filij mei: coniungi debere ad locum, ubi dicit, Sensit uestimentorum illius fragrantiam: & reliqua. Hęc autem sententia tam Christo usque ad eō propriē conuenit, quam populo Christiano. Odor autē Christi, doctrina spiritus sancti per Euangelium, siue in Apostolis, ut odor bonus Dei sumus: & unicuique doctori in sua doctrina & exemplo. Hęc omnia quę sequuntur, tam Iacob historialiter cōueniunt, quam populo Christiano: quādo autem ex persona Christi, ad populum Christianum. De pinguedine terrę, id est populus Christi. Quando uerō sancto a Christo dicitur de pinguedine terrę, pinguedinē pręmiorum cęlestium extraneorum in futurum significat: ut dicitur, Credo uidere bona Domini in terra uiuentium. Abundantia frumenti, uini & olei, historialiter respicit ad tria loca in quibus habitauerunt filij Israel. Abundantia frumenti, in terra Chanaan, ubi accepit Iacob benedictionē ab Isaac: uini in Aegypto, olei in terra repromissionis. Siue hęc tria dicuntur per abundantiam terrę repromissionis. Aliter abundantia frumenti, significat abundantia frumenti Ioseph in Aegypto: abundantia uini, abundantia mannae in heremo: abundantia olei, abundantiam terrę repromissionis. Per abundantiam frumenti, uini & olei, optatur ut offerat Ecclesia Christo abundantiam perfectorum operum, & mandata dura ac leuia, quando abundanter hęc Christus omni sancto optat. Per frumentum, uinum & oleum, cogitatio, uerbum & opus significatur. Frumentum enim crescit: oleum quando liquorem profert, non crescit: sic & cogitatio crescit in uerbum, & uerbum crescit in opus, opus autem stat. Sic omnia quę sequuntur, Iacob historialiter cōueniunt, & Christo a Deo patre, et populo Christiano a Christo, & unicuiq; sancto, sicut superius explanatum est.

CAPVT XXVIII

Iacob autem fugiens dolos fratris, relicta domo patria, uadit in regionē longinquam, ut acciperet sibi uxorem: & Christus abiit in gentibus a populo, & patria domo, id est Ierusalem, accipiens inde sibi Ecclesiam: sicut scriptum est, Vocauit plebem meam, non plebem meam.

Bethel. Pergente autem Iacob in Mesopotamiam, inuenit locum qui uocatur Bethel, & posuit sub capite illius lapidem magnū. Et dormiens uidit scalam subnixam innitentem cęlo, & angelos Dei ascendentes & descendentes. Bethel interpretatur domus Dei, quę est Ecclesia: ubi Iacob dormiuit, hoc est, ubi Christi prędicatur passio. Somnus enim Iacob, passio Christi est. Lapis autem ille ad caput illius, nihilominus Christus, qui lapis sine manibus excisus de monte, creuit

in montem magnum, & impleuit omnem terrā. Quod autem unctus est, quis nesciat Christum ab unctioe nuncupari: cui dicitur, Unxit te Deus tuus oleo latitię. Et per scalam nihilominus Christus intelligitur, qui dicit, Ego sum uia, & nemo potest uenire ad patrem, nisi per me. Erectio autem lapidis, resurrectio Christi. Non incongruē autem iuxta allegoricam interpretationem, ut Iacob et lapis et scala pro diuersis causis Christus intelligatur, sicut in multis locis inuenimus. Angeli autem ascendentes & descendentes, prędicatores sancti sunt. Ascendunt utiq; quum ad intelligendam illius eminentissimam diuinitatem excedunt uniuersam creaturam, ut illum inueniant: ut, In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum, & per ipsum omnia facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Descendunt autem, ut illum inueniant: ut, Factum ex muliere, factum sub lege. Illa scala a terra usq; ad cęlum, id est a carne usque ad Christum, quia in illa carnales proficiendo, ut ascendendo spirituales fiunt: ad quos lacte nutriendos spirituales descendunt, quum illis loqui non possunt, quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: ipse est sursum in capite suo, ipse deorsum in corpore suo, quod est Ecclesia. Ipsum ergo scalam intelligimus, quia per ipsum ascendit, ut excelsa intelligat: & ad ipsum descenditur, ut in membris illius paruulus nutriatur: & per ipsum solum se erigunt, ut illum subtiliter expectēt, per ipsum se etiam humiliēt, ne illum humiliter ac temporaliter enuncient. Quod autem Iacob in terra Chanaan non uidit istam spirituales uisionem, significat unumquemq; non uidere uisiones spirituales, nisi deserat peccata & uitia: ac postquam deseruerit, sine dubio uidebit. Quod que post solis occasum uidit Iacob istam uisionem, significat quia post occasum bonitatis mundialis uidet quisque sanctus spiritualia in Ecclesia. Iacob autem, qui tulit lapidem, significat populum Christianum. Lapidem autem de quibus portatur lapis, id est Christus, significat Iudęos: qui dicitur lapidei, propter duritiam cordis eorū. Christus autem dicitur lapis, propter firmitatem & stabilitatem, quia ex Iudęis carnem assumpsit. Qui etiam sub capite ponitur, hoc est, sub principatu populi Christiani. Dormitio autem Iacob, eiusdem populi mortificationem significat pro Christo, uitij & passionibus. Quod autem Iacob non dormierit usque dum ueniret ad lapidem, significat populum Christianum supradictam mortificationem non habere usq; ad aduentum Christi, propter cuius aduentum & mortificationem uitiorum uidet unusquisq; sanctus spiritualia, sicut uisionem Iacob post dormitionem uidit. Scala autem quam uidit Iacob, secundum alios, duas leges significare dicitur. Ligna autem, id est gradus scalarum, ordinem significant mandatorum: qui etiam gradus quindecim dicuntur, & quindecim psalmi, qui Canticum graduum inscribuntur. Angeli autem ascendentes

Christus unde dicitur. Scala Iacob.

Lapis.

ascendentes & descendentes, angeli sunt qui ministrant hominibus, id est misericordes & immisericordes. Aliter per angelos ascendentes significantur ij, qui incipiunt quidem poenitentiam, sed non perficiunt. Aliter per hanc scalam uita ostenditur uniuersusq; credētis: & per duo ligna, corpus & anima. Quodq; dicit ascendentes & descendentes, significat quod spiritus uniuersusq; hominis ascendunt & descendunt inter actualem uitam & contemplatiuam. Aliter, Ascendunt et descendunt, de terra ascendentes intelliguntur, ut Helias & Enoch: & descendentes de cęlo, ut dæmones, qui etiam angeli dicuntur, non tamen angeli Dei. Nam Apostolus angelos uocat, ubi ait: Datus est mihi angelus Sathang, qui me colaphis. Vel per ascensum & descensum intelligere licet descensum Christi, quando relicta dextera patris omnipotentis, tanquam sponsus de thalamo procedens, ad assumptionem carnis in mundum uenit: ascensum autem, quū mortis cōtractis uiribus, uictor gloriosus, captiuam ducēs captiuitatem, in cęlum uidētibus discipulis eleuatur. Historialiter uerō hęc significat ad Iacob, quod aliquando ad terrā suam iterū ascēderet, quamuis nunc fratris Esau indignationē propter benedictionem dolo matris surreptam fugiens, in Mesopotamiā descenderet. Descendit autē Iacob in Mesopotamiam, quia situ loci inferior est quam terra promissionis. Quod autē Deus loquutus sit de scala, significat loquutionē Dei de suis mādatis ad homines. Terram in qua dormis, tibi dabo, & semini tuo. Hoc historialiter impletur, et spiritualiter terra Ecclesię Christo data est, & semini illius, id est populo Christiano. Occidens autē in hoc loco occasum bonitatis mundo significat, oriens bonitatē futuram, septentrio cōfractionem uoluntatis, meridies calorem fidei. Quę sunt autem portę cęli, nisi mandata, siue Apostoli, qui portę dicuntur: quia per illorum doctrinam intratur in credulitatem patris, & filij & spiritus sancti. Oleum autem super lapidem, significat annunciationē, siue de incarnatione, siue de diuinitate, siue de misericordia illius.

CAPVT XXIX

Post hanc uisionem inde Iacob iter faciens, uidit oues, & pastores, & puteum aquę, & lapidem magnum superpositum. Figuraliter autem oues, iustorum populis: pastores prophete sunt, qui usq; ad aduentum Christi spiritu sancto mundati, populi Israel gubernabāt. Lapis puteo superpositus, figurā Domini pręferbat: puteus spiritus sancti, qui operus fuit, nondum adueniente Christo, & homine facto uerbo Dei. Aliter per puteū baptismū, per agrū hic mundus. quod autē greges dicitur, fidē trinitatis, uel tres leges cum supra dicto populo accumbētes, id est in humilitate, per pecora quę ex illo aquabantur, simplices, et baptismi gratiam inuenientes, per lapidē quo claudebat os putei, duritia infidelitatis: qua abiecta, homines possunt baptismū accipere. Pastores autē in hoc loco Apostoli sunt, qui Christus lapidē de

puteo abstulit, id est infidelitatem de baptismo. Aliter puteus, uetus Testamentum: tres autē greges sunt, physicam, ethicam, logicā exercentes: pecora autē, populus ueteris legis, sperans in bonis terrę. Lapis uerō litera legis, quę celauit sensum spirituale, quā Christus adueniens amouit.

Igitur Iacob pergens in Mesopotamiā, accepit uxores duas, filias Laban fratris Rebeccę. Primō Liam, secundō Rachel, & ancillam Lię nomine Zelpham, & ancillā Rachel nomine Balam, ex quibus quatuor genuit duodecim filios. Duę uxores Iacob liberae, possunt esse duę uitę in Christi corpore, quę nobis prędicatę sunt. Vna temporalis, in qua laboramus: alia æterna, in qua delectationē Dei contemplamur. Lię enim laborans interpretatur, Rachel uisum principium. Actio ergo huius uitę, in qua uiuimus ex fide, laboriosa est, & incerta in operibus, quod perueniat in exitu, ad utilitatem illorum quibus cōsulere uolumus. Ipsa est Lię prior uxor Iacob, ac per hoc infirmis oculis fuisse describit. Cogitationes enim mortalium timidę: spes uerō contemplationis Dei habens scientiam, ipsa est Rachel, unde dicitur pulchra specie. Hanc enim amat omni specie studiosus, & propter hanc seruit gratię Dei. Laban quippe interpretatur dealbatio. Per illam enim gratiam peccata quę sunt ut phoenicium, ut nix dealbantur, ergo propter Rachel, non propter Liam seruitur. Quis enim actualem uitam propter semetipsam expetierit: sed tamē nocte supposita, expertus est fecunditatem eius. Actualis enim uita per exempla atq; doctrinam, multos generat filios: cum autem unicuiq; sub dealbationis gratiā, constituto per septem mandata legis, quę sunt dilectio proximi, tolerantia laboris, adhaerit in uarijs tentationibus, uelut in nocte Lię inopinata coniungitur: & hanc sustinet, ut ad illam perueniat, acceptis alijs septem pręceptis, quasi seruiens alijs septem annis: ut sit pauper spiritu, mitis, iugens, sitiensq; iustitiam, misericors, mundo corde, pacificus. Vellet enim homo, si fieri posset, sine ulla laboris tolerantia statim ad pulchrę contemplationis delicias peruenire: sed non hoc potest esse in terra morientium. unde dicitur, Non est moris in hoc loco, ut minor habeatur antē quam maior: quia non absurde maior appellatur, quia tempore prior est. Prior autem est in eruditione hominis labor boni operis, quam requies contemplationis. Sed & hoc sciendum est, quod postquam Liam Iacob fraude deceptus pro Rachel uxorem accepit, dicitur ei a socero Laban, ut septem dies post nuptias sororis prioris expleat, & sic accipiat Rachel, pro qua iterum septem annis alijs seruiturus sit. Non igitur, ut quidam male existimant, post septem annos alios Rachel accepit uxorem, sed post septem dies nuptiarum primę. nam sequitur: Et ingressus est ad Rachel, & dilexit illam magis quam Liam, & seruiuit illi alijs septem annis. Itaq; ambę uxores Iacob liberae: ambę quippe sunt filię repromissionis peccatorū, hoc est dealbationis, quę est

Lię

Rachel.

Laban.

Iacob defraudatur uxore.

est Laban: una amatur, alia toleratur. Pro fecunditate fructum quippe maximum habet labor iustorum in illis quos regno Dei generant in tribulationibus multis. Rachel clara aspectu, mente accedit Deum, & uidit in principio uerbum Dei apud Deum, & uult parere, & non potest: quia generatione illius quis enarrabit? & ideo sterilis, quia in uarijs pressuris non subuenit. Ipsaque interdum procreandi charitate inardescit. uult enim docere quod nouit, & dolet potius currere homines ad illam uirtutem, quae illorum necessitatibus consulit, quam ad illam.

CAPVT XXX.

Zelauit Rachel sororem suam: & quia purus spiritualiter editus substantiae uerbis carnalibus exprimi non potest. Per quaslibet similitudines corporeas elegit Rachel ex uiro suo, & ancilla suscipere filios, quam sine filiis remanere. Bala quippe interpretatur inueterata. de uetere quippe uita carnalibus sensibus dedita cogitantur imagines, quum aliquid de incommutabili substantia ueritatis auditur. Suscipit de Lia & ancilla sua filios, amore prolis numerosioris. Inuenimus autem Zelpham interpretari os hians: et illos significat, quorum praedicatione os erat, & cor non erat. Christus enim inquit, hic populus labijs me honorat, cor autem eorum longe est a me: & ex Zelpha tamen proles suscipitur. siue, ait Apostolus, occasione, siue ueritate Christus annunciet, in hoc gaudeo. & sunt uiri quidam affectus, licet ex beneficio Rachel edit, quum uirum suum secum debita nocte cubiturum acceptis a filio Lia mandragoris malis, cum sorore cubare permittit. Scimus mandragoram pulchram esse, et suauiter olentem, sapore autem inualido: & hic significari bonam famam munditalem, unde dicit Apostolus: Oportet Ecclesiam testimonium habere bonum ab his qui foris sunt, qui plerumque reddunt splendorem laudis, & odorem bonae opinionis, his per quos sibi consultatur. Et ad istam gloriam primi perueniunt, qui in actionum periculis & labore uersant. Propterea Lia filius mandragoram inuenit, exiens in agrum, id est honeste ambulans ad illos qui foris sunt. Doctrina uero sublimior in contemplatione defixa, hanc popularem gloriam non assequitur, nisi testimonium habeat ab his qui inter turbas populares laborant, & ita quodam modo mala mandragorica per Liam perueniunt ad Rachel: ad ipsam uero Liam per filium primogenitum, id est, per honorem fecunditatis illius. Plerique etiam bono ingenio praediti, quamuis idonei regendis populis fuisse possint, tamen euitant, & in doctrinae otium tanquam in speciosos Rachel feruntur amplexus. Et quia bonum est, ut etiam haec uita paulo latius innotescens, populari gloria mereatur: iniustum est autem, ut illam consequatur, si amatorem administrandis ecclesiasticis curis aptum otium detinet, nec gubernationem communis utilitatis impertit. Propterea Lia sorori suae dicit: Parum est tibi, quod uirum meum accepisti, insuper & popularem gloriam requi-

Bala.

Zelpha.

Mandragora.

ris. Proinde ut illum iuste comparet, impartit Rachel uirum sorori suae: ut si uacare scientia diligerent, suscipiant tamen regimen propter hoc qui idonei sunt: sed ut hoc suscipiant, non coguntur. Hoc autem significat, quod dicitur: Quum uenisset de agro Jacob, occurrit illi Lia, detinensque illum ait: Ad me intrabis, quia mercede conduxisti me pro mandragora filij mei. tanquam diceret: Vis conferre bonam opinionem, noli fugere otiosum laborem. Haec in Ecclesia geri quisquis aduertit, cernit. Potest quoque Lia Ecclesiam significare. Lia enim synagoga Dei genuit populum. Et oculis quidem grauida legitur, quia spiritualium sensum in litera uidere non potuit. Rachel iunior, id est Ecclesia tempore posterior: pulchra specie, sancta corpore & spiritu: quae etiam tam diu sterilis fuit, quousque spiritum synagoga generauit. Cur autem iacob pro Rachel seruiuit, & supponunt illi Liam? quia Dominus, ut assumeret Ecclesiam, prius synagogam sibi coniunxit. Seruiuit iacob pro duabus uxoribus septem annis, tempus huius uita significat: quia per septem dies tempus euoluitur, in quo Dominus formam serui accepit, factus obediens usque ad mortem: ille pro ouibus seruiuit. & Dominus ait: Non uenit filius hominis ministrari, sed ministrare: ille oues parit, & ait, Ego sum pastor bonus: ille mercedis lucro uarium sibi pecus acquisiuit, Christus diuersarum gentium uarietatem sibi congregauit. ille tres uirgas amputatas manibus in alueis aquarum posuit, ut illarum contemplatione multiplicarentur illi oues: & Dominus noster in aqua baptismatis trium personarum nouum proposuit populo fideli, ut quisquis pleno corde prospexerit, efficiatur ouis Dei. Ab alijs idcirco primus mensis sine mercede agi dicitur, quia tunc in hospitio fuit. Laban quoque ad iacob pro pudicitia dixit: Quid mercedis accipies, siue pro dilectione illius? Quod autem Lia in nocte coniungitur iacob, significat synagogam Deo coniunctam in tenebris literae: turbaeque amicorum Lia, significat turbam patriarcharum & prophetarum. Rachel uero in die, id est Ecclesia gentium in die noui Testamenti: huiusque amicorum turbae significant Apostolos, qui sunt amici Dei, Ecclesiae gentium. & uocauit nomen illius Ruben, qui doctorem perfectum significat in Ecclesia. uidentem filios, id est in Ecclesia: uel uidentem filios haereticorum, & non permittentem habitare in Ecclesia. Simeon uero significat populum Christianum, qui audit legem in tempore noui Testamenti. Duo simul filij Lia, significant duos populos Ecclesiae. Ruben populum Iudaorum, qui uiuit per legem: Simeon populum gentilem, qui audit legem ab Apostolis atque doctoribus, ut alibi dicitur: Oculis uidens testimonium perhibebat mihi, & auris audiens beatificauit me. Et uocauit nomen illius Leui, qui interpretatur copulatio: significat populum Christianum copulantem Christo omnes sanctos per doctrinam suam. Iudas uero figuram Christi tenuit, dicens, Confiteor tibi pater caeli & terrae: siue

Lia.

Rachel.

Ruben.

Simeon.

Leui.

Iudas.

siue

Mandragora similitudo homini.

siue populum Christianum, qui confitetur patri, & filio, & spiritui sancto. Rachel autem quando coniunxit Balam ad iacob, significat synagogam Iudaorum, sed ex parte Apostolorum Ecclesiam Christo coniungentem. Egressus autem Ruben inuenit mandragoras. Hoc genus ligni ab alijs dicitur similitudinem hominis habere tam in manibus, quam in pedibus, siue in digitis, siue capite: caput tamen non habentes, id est Christum, qui est caput Ecclesiae. Laban significat populum imperitum, qui albas per haeresim, & nigras per peccatum animas docent, quando placiti aduenit tempus, id est tonsurae ouium, uel diuisionis. Laban quoque, cuius figuram tenet in hoc loco, paulo ante dictum est. iacob sine dubio Christum significat: tres autem uirgae, tres leges: carnalia, exempla patriarcharum, prophetarum, & Apostolorum: aqua posita in canalibus, per exempla supra dictorum significat baptismum: oues uarię, animas sanctorum diuersitate uirtutum. arietes, Apostoli: de quibus dicit, Afferte Domino filij Dei, usque arietum. Sicut enim omnes oues diuersi coloris assignantur iacob, sic animae sanctorum diuersae, & pro uarijs uirtutibus Christo. Aliter tres uirgae, Christum, & spiritum sanctum, & Mariam significant: iacob autem Deum patrem: aqua doctrinae Euangelij: oues, ut superius, carnalia corpora sanctorum: arietes, doctores sanctos.

CAPVT XXXI.

Decem uicibus mutauit mercedem meam. Hoc pro magnitudine dicitur, siue pro consuetudine hominum loquendi, siue pro quinque annis, quibus iacob seruiuit ad Laban. In quinque autem annis habuit decem uices, quia oues Mesopotamiae bis grauidae in anno intelliguntur. iacob autem solus intrauit ad Laban, sic & Christus singulariter ad diabolum in mundum intrauit: et sicut iacob de substantia Laban diues factus est, sic & Christus ditatus est de substantia diaboli. Quid autem significat hoc, quod post seruitutem longinquam, fugiens iacob cum uxoribus suis ignorante Laban, persequens illum in montem comprehendit, & idola quae Rachel furata erat, inquisiuit, & non inuenit? Nunc Laban diabolum significat, cum aliud superius significauit. Laban interpretatur dealbatio: cum enim sit diabolum tenebrosus, ex merito transfiguratur se in angelum lucis. Huius seruiuit iacob, id est ex parte reprobatorum Iudaicus populus, ex cuius carne incarnatus Dominus uenit. Potest etiam per Laban mundus exprimi, qui furore iacob persequitur electos quosque: qui redemptoris nostri membra sunt, opprimere conatur. huius filias, id est mundi, siue diaboli, iacob abstulit, cum Christus sibi Ecclesiam ex gentilitate, & ex circumcissione coniunxit, quam ex domo patris extrahit, cum dicitur: Obluiscere populum tuum, & domum patris tui. Quid uero in idolis, nisi auaritia designatur? Unde dicit Apostolus, Auaritia, quae est idolorum seruitus. Laban uero ueniens apud iacob, non inueniens: quia ostentis mundi thesauris, diabolus in redemptore nostro uestigia terranae concupiscentiae non inuenit: sed

Laban.

quae non habuit actibus, illa sedendo Rachel cooperuit. Per Rachel quippe, quae ouis Dei dicitur, Ecclesia significatur. sedere autem, est humilitatem poenitentiae appetere. Rachel ergo sedendo operuit, quia sancta Ecclesia Christum sequens, terranae concupiscentiae uitium per humilitatem poenitentiae operuit. de hac cooperatione uitiorum dicitur: Beati quorum remissae sunt iniquitates, & reliqua. Rachel significat nos, qui idola sedendo deprimumus, culpas auaritiae poenitendo damnamus. quae utique auaritiae immunditia, non illis qui uiriliter currunt, sed his maxime eueniunt, qui quasi effeminato gressu gradientes, per blandimenta huius mundi resoluntur. unde illic eiusdem Rachelis uerba sunt, iuxta consuetudinem foeminarum: Nunc accidit mihi. Inierunt autem foedus inter Laban & iacob, postquam persecutus est illum Laban. Tuliitque iacob lapidem, & erexit illum in titulum, quem uocauit Laban, Tumulus testis. Et iacob aceruum testimonij inter fideles, cui tam Iudaos quam gentes, testis est lapis eminentis, id est Christus: aceruus lapidum, id est multitudo sanctorum. omnis substantia iacob quam tulit, populum Christianum significat: serui autem, illos qui Christum timent: cameli super quos ponitur substantia, fortes in fide siue tortuosi sunt: asini uero, simplices sunt. Sicut autem iacob omnem familiam suam portauit per ripas fluminis Eufratis ad terram repromissionis: sic & Christus portauit populum Christianum per ripas baptismi ad nouum Testamentum, uel ad regnum caelorum. iacob pergens ad Isaac, significat Christum pergentem ad patrem in caelum. quodque dicitur, Noluit iacob consistere foedere suo: significat Christum latentem a diabolo, ut perliceret ad quod uenit, quodque sequitur, Caue ne quaquam asperere loquaris contra iacob: significat Deum patrem non permittentem diabolum Christo nocere, & populo Christiano. Et abiges filias meas: hoc est, persona diaboli, si potuisset ad Christum loqui. Quod autem Laban & iacob ambo uenerunt per Eufratem, significat duos populos ueniens per baptismum. Laban tamen reuersus, & omnes qui erant cum illo, significat illos, qui baptismi dignitatem non complent, & reuertuntur ad literam. Mons autem, Ecclesia noui Testamenti intelligitur: conuiuium, caro Christi & sanguis. Et dixit iacob fratribus suis, Colligamus lapides: congregatisque lapidibus fecerunt aceruum, & uocauit illum Laban aceruus testis, & iacob aceruus testimonij. Aceruus Hebraica lingua dicitur adne rotes. Rursum lingua Syriaca aceruus Gar, nominatur testimonij, sed utha. iacob uero Galaath, Laban Gat, Seduth gentis suae fer mone uocauit. iacob interpretatur subplantator: israel, princeps cum Deo: & hoc ideo, quia cum Deo praeualuit.

CAPVT XXXII.

In baculo meo transiui Iordanem. ac si dixisset: In medio charitatis fui, cum non habuerim nisi baculum tantum. Per baculum autem, arma quae utraq

Aceruus.

utraq; manu tenetur: & si ista sententia Christo referatur, baculus Christi, patris auxiliū in passione, & in resurrectione: qui Christus nūc cum diabulo turbis, id est duobus populis egreditur per baptismū: turba autem minor esse dicitur, quā turba. Si autem ad Christum referri possit, quod dicit, Erue me de manu Esau: ex parte carnis intelligendum est. Aliter per orationem Iacob in isto loco, oratio Christi pro suo populo ostēditur. Munera autem quæ Iacob ad Esau misit, significant illos quos Christus dimisit in potestatem diaboli. His transactis, Misit Iacob nuncios ad Esau fratrem suum, mittit munera: & traductis omnibus per torrentem, ipse remansit solus. & uir habitatur solus cum illo, prauauitq; Iacob: nec dimisit, nisi benedictionem extorqueret, sacrumq; nomen acciperet. Vir Christum significat, cui ideo prauauit Iacob, quia populus Israel, cuius ille tunc figuram gerit in passione, id est in torrente, prauauit Domino, et quasi cum infirmo in carne Christo lutum habuit: & tamen Iacob benedictionem ab angelo, quem superauit, impetrauit: cuius nominis impositio, utique benedictio fuit. Interpretatur autem Israel, uir uidens Deum, uel princeps cum Deo, quod erit in fine præmiū iustorum omnium. Tetigit autem angelus latitudinem femoris, & claudum reddidit, sicq; Iacob benedictus erat, & claudus, benedictus in his qui Christum ex illo populo crediderunt. Claudus in infidelibus, nam femoris uerbum, latitudo generis est, uel multitudo: multi quippe ex illo populo deuiantes, in errores sui seminis claudicauerunt. Claudicauerunt enim, inquit, a semitis suis: qui populus non solum claudicat, sed & ultra generare filios non potest. Denique quod dixit, se uidisse Deum facie ad faciem, cum superius uirū secū lutari narrauerit: significat, quia idem Deus homo futurus erat, qui cum Iacob populo lutaretur. Historialiter autē iste uir qui lutabat cum Iacob, beneficiū Dei exprimit: ut sciret Iacob, quod illud non præstaret Deus. Ipse enim magnopere fratrem suum timuit: super aliorum non posset, id est uoluerit. Respondeat, Cur queris nomē meū, & ipsi impossibile exprimere: quia solito nomine utimur usq; ad diem iudicij, ut Hieronymus ait. Phanuel autē facies Dei interpretatur.

CAPVT XXXIII.

Primi uerō & secundi et nouissimi in multitudine Iacob, plebes Ecclesiæ significant. Serui autem & ancillæ primò mittuntur, coniuges significant. Lia uerò, & filij illius in secundo loco, poenitentes uel continentes. Rachel et Ioseph in nouissimo, sanctos qui Christo prope sunt, significat. Quod autem dona misit fratri suo, significat illos, quos Christus per libertatem arbitrij diabolo dimisit, ut superius diximus. Quod autem dicitur, Iacob inclinauit per septem: significat Corpus Christi seruies in persecutionibus populo peccatoris, per septē huius mundi, qui idcirco munera misit prius, ut placaret illum ante quā uideret, atque ideo ca-

Israel.

Phanuel.

put illi inclinasset, eo quod primogenitus Esau fuit, uel pro timore illius: siue ut impleretur propheta patris sui, qua dixit: Tempus ueniet, quē excutias iugum illius de cervicibus tuis, & reliqua. Qui autem antecedit, propē sunt ad Esau, id est diabolo. Alij autem dicunt, Iacob idcirco in nocte uisionem uidisse, quia in die uidere non potuisset, quem uidit in nocte: siue ut significaretur, non esse Iacob similem Moyfi, qui uisionem uidit in die, significat legem noui Testamenti. Iacob autē nocte uidit, significat ueterem legem. Sicut autem Iacob potuit uidere similitudinem specie, quam uidit, nec mortem illi non præbuit: ostenditur, quia sic potuisset speciem Esau uidere, & mortem illi præbuisse. Iacob autem congregiens, significat populū Christianū, qui Christo contrarius erat ante baptismū. Percussio autem nerui gladio, concupiscentiam peccati gladio uerbi Dei percussam. Claudicatio autem unius pedis ostendit, quod uno uirtutis spiritali pede, abiecto uitio carnis. Iacob autem in hoc loco cum duodecim filijs illius, Christū cum duodecim Apostolis significat: & una filia illius, unam sanctam Ecclesiam.

CAPVT XXXIII.

Post hoc Sichem filius Emmor, Dinam filiā Iacob uiolauit. Egressa est quippe, ut uideret mulieres regionis illius: quā cum uidisset Sichem filius Emmor Euei, princeps terræ illius, ad amauit, & rapuit, & dormiuit cum illa, ut opprimens uirginem, & coglutinata est anima illius cum ea, tristēq; blanditijs delinuit. Dina quippe, ut uideret mulieres regionis extraneas, egreditur: cum unaquæq; mēs negligēs studia sua, & actiones, aliena curans, extra habitum, ac extra ordinem proprium uagatur: quam Sichem princeps terræ opprimit, uidelicet inuenta in exterioribus, curis, diabolus corruptit: & glutinata est anima illius ad eam, quia unitā sibi, per nequitia respicit, & cognita culpa respiscit, atq; flere conat. Corruptor autē spes ac securitates uacuas ante oculos ponit, quatenus utilitatē tristitia subtrahat. Rectē illic adiugū, tristēq; blanditijs delinuit, modò enim aliorum facta grauiora, modò nihil esse quod perpetrātū est, modò misericordem Deū loquit, modò poenitentia pollicet. Adhuc sequens tempus, ut dum per hoc decepta mens, ducit ab intentione poenitentia, suspendat. Quatenus tunc bona nulla suscipiat, quā tunc mala nulla contristant: & tunc plenius obruit supplicijs, quæ gaudet nunc in delicijs. Cæterum secundū superiorem explanationē, Dina Ecclesiā significat, diabolo copulatā per gētilitatē ante baptismum, siue post baptismū per crimina: quā uindictam pater & fratres eius, id est Christus & Apostoli, uindictas Ecclesiā, quæ est soror Apostolorum. Dina autē per dolū uindicta: sic Ecclesia a Christo super diabolo per dolum uindicta. Dux autē uindictæ a Sichem sumunt, nempe circumcisio et occisio: sic bina fuit uindicta diabolo, id est in presenti et in futuro, sic et peccatoris. Quod autē die tertia sumpta est uindicta de Sichem, significat uindictā tertia lege in diabolo & in peccatores. Aliter

Dina oppressa.

Stuprum Dine uindictatur.

Aliter Dina significat animā uniuscuiusq; peccatoris, uel hominis inuentis cōiugium cum hæretico, quam uindictam Christus & doctores. Alij autem dicunt hanc uindictam, quæ facta est a Simeone & Leui, Domino non displicere: quod in hoc ostēditur, quia liberati sunt de manu inimicorū suorum: siue quod legem Dei, & circumcisionem uindicaerunt, eo quod uim fecit circumcisus super illam quæ de circumcisione fuerat. Aliter hoc Domino displicuit, dum Sichem & pater illius ab Iacob circumcisionē acceperunt, sed tamen Simeon & Leui pro merito patris illorum sanati sunt.

CAPVT XXXV.

Iacob idola sepelit. Dola autem quæ Iacob sepeliuit sub ligno, significat uitia & peccata quæ absconduntur sub ligno crucis. In aures, inobedientiam: mutatio indumentū uirorum propter uindictam in Sichem, significat opera mala mutanda esse ad meliora: ut alibi dicitur, Expoliare uos ueterem hominem cum actibus suis. Dehinc loquitur Deus ad Iacob, ut habitaret in Bethel: ibi quā pareret Rachel Beniamin, mortua est. Sed quid sibi uult enim, eundē Beniamin Rachel pareret, uocauit nomen illius Dolores mei: nisi futurū prophetans ex illa tribu Paulum, qui affligeret Ecclesiam in tempore persecutionis. Aliter per Beniamin terrestris Hierusalem figuratur, quæ in tribu Beniamin, cuius populus graui dolore matrē afficit, effundendo sanguinem omnium prophetarum, in super etiam in necem Christi acclamās impijs uocibus: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Alij dicunt, per hoc iter Iacob ad Bethel, iter Christi ad Ecclesiam noui Testamenti significari, qui non immolauit uitiam, usq; dum uenit in Bethleem. Quod autem dicitur transcurrere greges, per anticipationem dici putatur: eo quod grex Iacob in eo habitauit, siue grex angelorum, qui natiuitati Domini ministrabant. Et uenit Salem ciuitatem Sichemorum in terra Canaan. Quomodo nunc hic Salem Sichem ciuitas nuncupatur, cum Hierusalem, in qua regnauit Melchisedech, Salem sit ante dicta: Aut igitur unum urbem et locum in alia atq; alia tribu: aut certē istam Salem, quæ nūc nominatur Sichem, dicimus hic interpretari consummatā atq; perfectam: & illam quæ præterea Hierusalem dicta est, pacificam, nostroq; sermone transferre. utrūq; enim accento paululum declinato hoc uocabulum sonat. Tradunt enim Hebræi, quod claudicantis femur Iacob ibi conualuerit & sanatū sit: & propterea eandem ciuitatē curati atq; perfecti uocabulum fortitam esse. Et dixit illi Deus, iam non uocabitur nomen tuū Iacob, sed Israel erit nomen tuum: & uocauit nomen illius Israel. Dudū nequaquā illi nomen impositū, sed quod imponendū erat prædicat. Quod igitur ibi sit futurū promittitur, hicq; docetur exemplo, & Iacob filius Zore, pro eo de Bosra. Hunc quidā suspiciant Iacob esse, in fine additū esse uoluminis, contra Hebræi asse-

Iacob idola sepelit.

Beniamin.

Salem hic Sichem uocatur.

Sichem.

Hierusalem.

runt de Nachoris illū stirpe generatū. Interea Ruben patris sui concubinā uiolauit. Per Ruben populus primogenitus Israel ex circumcissione significat: qui patris concubinā polluit, id est, legem Dei ueteris Testamenti saepe prauaricando maculauit. Quod autē uetus lex concubina uocatur, Paulus docet, dicens: Abraham duos filios habuit, unū de ancilla, & unū de libera: hæc autē sunt duo Testamenta. Ruben interpretatur uisionis filius, uel uidēs filius, uel uidēs in medio, dixit enim mater illius: Vidit Deus humilitatem meam. Simeon, auditio, dicente matre: Exaudiuit me Dominus. Leui, apostolus: Applicabitur enim (inquit) uir meus, siue meus erit: siue quod melius, proqueretur me uir meus. Iuda, interpretatur confessio: dicente matre, Modò cōfitebor Domino. Dan, iudicium, dicente matre Rachel: Iudicauit me Deus. Neptalim, conuersantes, uel dilatauit me, uel certē implicuit me. ait enim mater: Comparauit me Deus sorori meæ. Gad interpretatur tentatio, uel latrūculus, uel fortuna, dicente matre: In fortuna acerbata pronūciante uita ego sum. Isachar, est merces: & hoc ideo, quia mandragoris suis Ruben introitum, qui Rachel debebatur, sibi iure emerat. uel certē quia dixit: Dedit mihi Deus mercedem, quia dedi ancillam meam uiro meo. Zabulon, habitaculum: Habitauit enim (inquit) uir meus. Dina, interpretatur causa. iurgij em in Sichem causa extitit. Ioseph, augmentum: ab eo quod sibi addi mater optauit alij. Beniamin, filius dextræ, mutante patre nomen, quod mater Benonin, id est, filius doloris, pro difficili mo partu uocauit.

CAPVT XXXVI.

Ioseph unus ex duodecim filijs Iacob, quem pater præ cæteris filijs amauit, Christum Dominū significat, quem pater secundū carnem natum cæteris fratribus ex semine Abraham progenitis prætulit. Vnde & ibi dicitur: Amavit enim illum Iacob, eo quod in senectute genuisset illum. Senescente enim mundo, filius Dei aduenit. Turnica autē polymita, quā fecit illi pater, uarietatem populorū ex omnibus gētibus in corpus Christi congregatam significat. Soraniū uerò illud per quod fratrum manipuli adorauerunt manipulū illius, illud est quod in Christo impletur: Adorabunt eū omnes reges terræ, omnes gentes seruient illi. Ipse est quem sol & luna & stelle adorant. Ipsum enim excellentia sanctorum in solis nomine, Ecclesiæ claritas sub imagine lunæ, & omnium populorū numerositas in figura stellarū adorant. Vnde & pater suus increpauit illum, dicens: Nunquid ego & mater tua & fratres tui adorabimus te? Obiurgatio ista patris duritia populorū Israel significat, qui pro eo quod ex se natum esse cognoscunt, adorare contemnunt. Iacob misit Ioseph filium suum, ut de fratribus sollicitudinē gereret. Et Deus pater misit filium suum unigenitum, ut genus humanū peccatis languidum uisitaret. Misit enim, inquit, Deus filiū suum in

Ruben.

Simeon. Leui.

Iuda.

Dan. Neptalim.

Gad.

Isachar.

Zabulon.

Dina. Ioseph.

Beniamin.

D similitu.

similitudinē carnis peccati, ut uideret si recte esset erga fratres & oues. & Dominus in Euāgelio ait: Non sum missus, nisi ad oues quę perierunt, domus Israel. Inuenit ergo Ioseph fratres suos in Dothaim. Dothaim interpretatur defectio. Verē em̄ erant in defectioe, qui de parricidio cogitauerunt. Qui cū uidissent eum procul, occidere illum cogitauerunt. Et Iudaei uidentes uerum Ioseph, Dominum Iesum, ut illum interficerent, consilium statuerunt, dicentes: Crucifige illum. Fera pessima deuorauit eum. id est, Iudaica bestia interfecit illum: de qua Dominus in Euāgelio ait, Ecce ego mitto uos in medio luporum. Nudauerunt Ioseph fratres sui tunica polymita & talari. Et Iudaei Christum per mortem crucis ex poliauerunt tunicam corporalem. Polymitam autem, id est, decoratam omnium uirtutum diuersitate, respererunt autē tunicam hœdi sanguine, quia falsis illū testimonijs accusantes, per inuidiam reum mortis dixerunt illum, donantem omnia peccata. Alij autē interrogant quid sit, de quo dicitur, crimen pessimū. Accusauit fratres suos crimine pessimo: & ita sentiunt, quod hoc de adoratione idolorū siue crimine Sodomorū & Gomorrhœorū dictum sit. Alij etiā de tunica Ioseph dicunt, quod immortalitatem Christi significare possit. Sol etiā & luna cum lumen suum absconderūt iuxta crucem Christi, cōuertentes se in tenebras, illum adorauerūt. Quomodo autē historialiter adimpleta sunt, manifestum est: sed aliqua de his semiplena inter Christum & Ioseph referri possunt. Ioseph quidē adorauit pater illius, & nō mater: Christum uerō mater sua adorauit, & non pater cœlestis. Vir autē qui Ioseph inuenit in agro errantem, sermonem propheticū significat, qui Christum quasi errantem inuenit. Errans enim uocatur, qui errantes quærit. Is autē uir, id est sermo propheticus, Christi passionē ministravit. Quod autē dicit, Reverserunt de loco suo, significat Iudæos recessisse de loco, de laboribus legis, idola adorantes. Ruben autē, qui nitebatur liberare puerū de manibus fratrum suorum, significat eos qui crucē Christi noluerunt: & in figura Pilati dicitur, quia cooperati sunt erga crucē Christi. Et Pilatus qui est in solitudine, id est bonis operibus, ut dicitur: Non est qui faciat bonum, non est usq; ad uerum. Quodq; dicitur, Manus quoq; uestras seruate innoxias: significat, quod nō Iudæi, sed gentes suas manus seruauerunt impollutas. Mittitur dehinc in cisternam, id est in lacum. & Christus expoliatus carne humana, descendit in infernum. De cisterna quoq; eleuatus, Ismaelitis, id est Gentibus uenditur. Et Christus, posteaq; egreditur de inferno, ab omnib. Gentibus fidei cōmercio comparatur. Ille per Iudæ consilium triginta distrahitur, & hic per consilium Iudæ Iscarioth triginta argenteis uendatur. Deniq; Iacob posteritatis suę deplorens dispendia, quia pater lugebat filiū suum amissum: quasi propheta fleuit interitū Iudęo-

Dothaim.

Ioseph in cisterna ponitur, & uenditur.

rum. Deniq; scidit uestimentum suum, quod in passione Domini legitur factū a principe sacerdotū. Sed & uelum templi scissum est, ut prophetia & nudatum populum suum, & diuisum ostenderet regnum illius. Igitur Ioseph descendit in Aegyptum: & Christus in hunc mundū. emit illū eunuchus, Casius scilicet in disciplinis Euāgelicis populus.

CAPVT XXXIX.

Erat autem pulchra facie. Erat speciosus forma prae filiis hominū. Et mulier iniecit in illū oculos, ut adulterium cōmitteret. Ista mulier figura erat synagogę, quę saepe, sicut scriptū est, mœchata est post deos alienos. Similiter uolebat Christū in adulterij sui scelere retinere, ut negaret se esse Deum, & pharisæo magis & doctriinas scribarum, quam mandata legis seruare, quę illi uelut maritus erat. Christus autem non acquiescens illicitæ doctriinæ adulterij synagogę, in adulteræ manu ueste corporis apprehensus carne exiit se, & liber morte destructa abiit in cœlum. Calumniata est ergo meretrix, ubi illum tenere nō potuit. Deniq; nec Ioseph carcer tenuit, nec Dominū Iesum infernus tenuit: & cū iam ibi ueluti puniendus descēderat, inde alios liberans abiit.

Accusatur Ioseph adulterij.

Deniq; inuenit duos eunuchos de domo regis. Duorū populorū, hoc est, credētium uel incredulorū figuram significantes, qui cōclusi sub peccato, Adā transgressione obnoxij tenebantur: qui ideo eunuchi dicuntur, quia castam acceperūt regulā disciplinæ. Terna igitur luce, Domino ab inferno resurgente, & legis obscura, ut Ioseph somnia reuelate, solutus est a peccatis populus credentiū, & de inferni carcere liberatus, redditur ministerio diuinæ legis. Incredulus autem populus Iudęorum, quia in confessionis ligno non credidit, transgressiois suspenditur ligno.

CAPVT XL.

Praeterea narrat Pharaon somniū, interpretatur Ioseph. Sed quid significant septem anni, qui in septē spicis plenis, siue in septem uaccis pinguibus ostendebantur: nisi septem charismatū spiritalium dona, quibus ubertas fidei larga pietate redundat? Contrā septē steriles & tenues, famem uerbi Dei nouissimis temporibus ostendebant. Congregauit autē Ioseph septem annis omnium frugum abundantiam, id est, frumenta fidei, sanctorum horreis condens. Per illa scilicet septem charismata, quasi per septem annos, ut cum septē anni ceperint, id est, cum iniquitas illa occurreret septem criminum capitalium sub Antichristo, cum fames fidei fuerit, & salutis, tunc iusti pariter & fideles habebunt copiosam iustitię frugem, ne fides illorū inopia attenuata deficiat. Ab alijs dicitur, per aromata quę in camelis portantur, duas leges significari: per resinam, legem librorū legis: & per stacten, legem prophetarum. Quod autem Ioseph non est liberatus per consilium Iudæ, significat Christum non

Somnium Pharaonis

non

non liberatum ex parte carnis per seram poenitentia Iudæ Iscarioth. Aliibi autē dicitur: Veniderunt illum Ismaelitis triginta argenteis. argentei triginta ubi scribuntur, ab alijs dicitur significare fidem trinitatis, quia Christus emittitur ab Ecclesia gentium. Quia autē Ruben ad cisternam ueniens, non inuenit puerū, significat quod in Euāgelio scribitur: Non est hic, sed surrexit. Quodq; Iacob dicitur nolle cōsolationem accipere, significat populū Christianum compatiens Christo, & hic cōsolationem nolentē, sed in futuro. Quodq; dicit, Descendam ad filiū meum, Iugens in infernū: historialiter sepulchrum significat: uel quod sua prophetia præsciuit, animas hominū ante aduentum Domini in infernū exire. Madianita uerō usq; Putiphar eunuchus Pharaonis. Hic ab aliquibus inquitur, Quomodo hic eunuchus fuit? Tribus enim modis eunuchi dicuntur, id est, qui ab hominib. facti sunt eunuchi, & qui se castrauerunt propter regnū Christi Dei, & qui de utero matris suę eunuchi facti sunt. Putiphar autē nullis ex trib. modis eunuchus factus est, sed dicitur ex cogitatione scribarū & doctorum, quod Putiphar sacerdos fuit Helcopolis idolis, & uir amabilis, & decorus facie, & deinde ut dicit: Amor illius sensus Pharaonis irruit, ut Sodomitæ inuicē fuerūt: & inde traxit illū Pharaon ab idolo suo, & fecit illū eunuchū suę mulieris, postq; siccati sue uir: renes per multos annos, cū cōmisisset illi Pharaon mulierē pro amore cupidio: ita ab hac causa eunuchus dicitur.

Eunuchi tribus modis dicitur

CAPVT XXXVIII.

Dixit autem Iudas ad Oniam filium suum, Ingredere ad uxorem fratris tui. In hac dictione lex per legem inuenitur a filio, id est pastor. Odolamita ciuitas, Thamnæ uerō regio est terrestris, id est palium. Sedet in biuio, id est, ut putaretur meretrix esse: siue, ne illam Iudas præteriret. Cognouit autem Iudas, & ait: Iustior me Thamar, quia non tradidi eam Sella filio meo. In Hebræo sic: Iustificata est ex me Thamar, non quod iusta fuerit, sed comparatione illi ut minus mala fecerunt, nequaquā turpitudine: sed liberius requirendo, Phares diuisio interpretatur, ab eo quod diuiserit membra in uulua. Secundarius Zara interpretatur oriēs, siue quod primus apparuit, siue quod plurimi ex illo iusti nati sunt. In libro Paralip. scriptum est: In Thamar nuru Iudę, intelligitur plebs Iudæa, cui de tribu Iuda reges tanq; mariti debebantur. & meritō nomen illius amaritudo interpretatur: ipsa enim fellis poculū dedit. Duo autē genera erant in plebe, qui non rectē operabatur: unum uerō, qui necant: alterū, qui nihil proderant: qui significatur in duobus filijs Iudæ, quorū unus malignus erat, alter in terram fundebat semen, ne semen daret ad fœcundandum semē Thamar. Nec sunt amplius q̄ duo genera hominū, in utilia generi humano: unum nocentiū, alterum prodesse nolentiū. Et quia peior est ille qui nocet, quā ille qui nihil prodest, ideo maior di-

citur ille malignus. Her autē interpretatur pelliceus, quibus tunicis induti sunt primi homines, qui in poenā damnati sunt. Onam autem interpretatur moeror illorū, quorum uerō qui bus nihil prodest, cum habeant unde prodesse possint. Maius autē malū est ablata uitæ, quod significat bellis: quā nō ad uitæ, significat moeror illorū. Deus tamen occidisse ambos dicitur est, ubi figuratur regnum talibus hominibus abstulisse. Tertius uerō filius Iudæ, qui illius mulieri nō iungitur, significat tempus ex quo reges plebi Iudæorum de tribu Iuda ceperūt non fieri. Et ideo erat quidem filius Iudæ, sed illum etiam Thamar non accepit, quæ erat eadem tribus Iuda, sed nullus inde regnauit. Vnde Zella interpretatur diuisio eius: nō per tinent sanē ad hanc significationē sancti uiri, qui prophetando scienter utiles erāt. Iudas autem significat Christum ueniētē ad oues quę perierūt domus Israel. Venit cū suo pastore Odolamite, cui nomē erat Hyras, ad oues suas tonendas in Thamna. Thamna interpretatur deficiēs. iam enim defecerat princeps de Iuda, & omnis unctio. Venit cum pastore Hyras. Odolamites interpretatur testimonium in aquas: cum hoc planē testimonio Dominus uenit, habens testimonium maius Ioāne. Hyras interpretatur, fratris mei uisio. Vidit omnino fratrem suum Ioannes, fratrem secundū semen Abraham uidit omnino. Et ideo inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Vidit, quādo dicebat, Ecce agnus Dei. Vidit quod multi isti cupierunt uidere, & non uiderunt. Et ideo tanquā Odolamita uerē testimonium perhibuit in aqua. Venit aut Dominus ad tonendas oues suas, hoc est, exonerandas sarcinas omnium peccatorum. Deinde Thamnæ uerō regio est terrestris. Nam & cōmutans potest interpretari, & sic de synagoga Ecclesia: sed in illa prorsus amaritudinis in aqua Domino fel ministrauerant, sed illius in qua Petrus amarē fleuit. Habitus meretricis, confessio est peccatorum. Typum quippe Ecclesię gerit Thamar, sedens cum habitu in biuio, in dilectione proximi, in proficiēdo, uelut ambulando ad perfectionem tendit. Vnde David dicit: Vias tuas Domine notas fac mihi. Et accepit occultē anulū, & armillam, uelut in Septuaginta habet. Monile & uirgam uocatione signatur, iustificatione decoratur, glorificatione exaltatur. Quos autē prædestinauit, hos & uocauit: & quos uocauit, hos & iustificauit: & quos iustificauit, illos & glorificauit: sed hec occultē, ubi sit conceptio sanctę ubertatis. Mittitur autem hœdus tanq; meretrici. Hœdus exprobratio peccati per eundē Odolamitem, tanq; increpantem, & dicentem: Generatio uiperarum, & reliqua. Sed nō eam inuenit exprobratio peccati, quam mutauit confessionis amaritudo. Potest uerō publicis signis anuli & armillæ, uelut in Septuaginta, monilis & uirgæ, uicit temerē iudicantes Iudęos, quorū tunc personas Iudas ipse gestauit

Her.

Onam.

Zella.

Thamna.

Odolamites.

Hyras.

quoque. Dicitur non hunc populū esse Christi, sed prolatis certissimis documentis nostrae uocationis, iustificatiōis, glorificationis erubescūt, & nos quasi iustificatos magis esse fatētur. Accusatur enim Ecclesia à Iudaeis tanquam legis adulteratrix, sed ostendit uirgam signum passionis: monile, legis legitima: & armillam, pignus immortalitatis. Quod autem pariente Thamar, et duos geminos in utero habēte, primus qui dicitur Zara, misit manū, & obstetrix ligauit coccino: & illo manū retrahente intrinsecus, posterior qui Phares uocabatur, nascendo proceresit: figuratim congruit, quod Israel ostenderit manū in legis opera, & illam prophetarū & ipsius saluatoris pollutam cruore cōtraxerit. Postea uerò prorupit populus gentium, ut essent primī nouissimi, & nouissimi primī. Quod autem de Iacob dicitur, quod ueniret ad Isaac patrem suum in Mambre ciuitatem Arbæ, quæ & Hebron: sciendum est, quod eadem ciuitas est Mambre, & ab amico Abrahamæ ita antiquitus appellata. Et peperit Esau Eliphaz. Ille est Eliphaz, cuius & scriptura, & in uolumine Iob meminit. Esau autem & Edom, & Seir, unius hominis nomen est. Esau in Hebreo rubeū interpretatur, à colore corporis, sed pilosus totus, pilosus fuit sicut pellis Edō rubrū, uel fuluū, de coctione rubra, quæ accipit pro primogenitis. Quod dicit, Horrei habitatores terre: propterea, quando enumerauit filios Esau repetē exponit, qui ante Esau intra Edom princeps fuerit ex genere Horreorum, qui lingua nostra interpretantur liberi. In Deuteron. manifestē scribitur, quomodo filij Esau interfecerūt Horreos, ac terram illorum possederunt, & fuerunt filij Ionath Horrei, & fuerunt & Onies & soror Lodā, & Tenā. Hæc fuit concubina Eliphaz primogeniti Esau. Idcirco autem Horreorum recordatur, quia primogenitus Esau ex filiabus illorū accepit cōcubinam. Alij autem dicunt per pastorem & Edom supradictum, omnē doctorem significari, annunciantem incarnationem Domini aduentis ad Ecclesiam. & tres menses, quod non inuenta est Ecclesia in parte bona, & doctorib. nisi per tres leges. Obstetrix ab his dicit doctrina spiritus sancti, siue disciplina, quæ coccineū, id est gratiam spiritualem ligauit, populum gentium, qui ostensus est prior per bonū naturæ, sed de hoc quomodo prius explanatū est. *uentus putamus materia uentris mei: id est, assumptionem legis: populus gentiū. Et erat Dominus cum eo: id est, Deus pater cum Christo in adiutorium suū. Quod autē Ioseph dicitur habitare in domo Domini sui, Christum significat habitare in synagoga Dei patris, & ministrare suam doctrinā populo Iudaico, per quē benedixit pater Ecclesiam mundo, & multiplicauit tam in hōis quam in agnis, id est, in animabus & corporibus. Nec quicquam nouerat, nisi panem. In hoc præfiguratur, quod de Christo dicitur: Filius hominis non habet ubi*

Horrei.

caput reclinet, illa apprehendēs lacinia, id est, oram uestimenti illius. Per pallium autem literam legis significari dicitur, quæ relicta est synagogæ, quæ est uxor diaboli relicta à Deo. Aliter per huius mulieris uiros Iudaicus populus designatur. Hi autem, qui somnium uiderunt, non pro suis meritis, sed ut magnifica retur Ioseph.

Sublatus sum de terra Hebraeorum. Hæc per anticipationem dicuntur. & hic nocens in lacum, id est, Christus infernū pro peccato Adæ, cū ipse peccatū non fecit. Tres propagines, id est, tres rami gemmas, id est, bolca. Pharaos autē & Herodes uel maxmē legūtur adorno diuinitatis suæ, eo quod putauerūt, q̄ hora natiuitatis eorum se ordinasset in regnū, simlē rem facientes adorationis, ut dicitur: Quorum erat par impietas, & una solennitas. Inde Ioseph, qui typum Christi gerebat, curram meruit.

CAPVT XLII.

Et præco ante eum præcedit, et præconauit ante illum, & constituit illum super uniuersam terram Aegypti. Et Dominus noster distractus à Iuda, ut Ioseph à fratribus, & de inferiorum carcere fur rexit, ascenditq̄ currū cœlestis regni, de quo dicitur, Currus Dei decē milibus multiplex: & accepit potestatem à patre predicandi & iudicandi. Apostolus ait: Et donauit illi nomē, quod est super omne nomē. Accepit quoq̄ & anulū, pontificatū scilicet fidei, quo credentiū salutis signo signantur animæ, & in frontibus & cordibus nostris per figurā crucis figura æterni regis exprimit. Induiturq̄ stola byssina, id est, carne sancta, uisio splendorū, & stola immortalitatis. Accepit quoq̄ torquē aureū, id est, intellectum bonū. Præco ante illū præcedit, id est, Ioānes baptista, qui iter illius præcedens, præconat dicens: Parate uiam Domini. Habet alium præconē, uocē archangeli ex tuba Dei. Vocaturq̄ Ioseph lingua Aegyptiaca, saluator mundi: manifestū est de Christo, quando sub figura Ioseph, saluator ostenditur non tantū unius terræ Aegypti, sed & totius mundi. Triginta annorū fuit Ioseph, quando in conspectu regis Pharaonis stetit: totidē annorum fuisse Christus legitur, quando in conspectu huius mundi sub typo Pharaonis aperuit reuelata. Accepit ergo ex gentibus uxore, id est, Ecclesiā. Ex qua genuit duos filios, id est, duos populos, ex Iudæis & ex gentibus congregatos. Igitur post ubertatis annos famemes præualuit in uniuerso mūdo, meritō, quia non erat qui faceret bonitatē. Post hæc Ioseph à penuria frumenti saluat Aegyptum: & Christus à fame uerbi Dei liberauit mundum. Aperuit enim horrea sua: Christus in omni orbe terrarum & erogatione frumenti sui omni sub iugauit. Nisi enim uēdidissent Ioseph fratres, deficeret Aegyptus: nisi crucifixissent Iudæi Christū, totus mundus periret. Ioseph autem interpretatur augmentatio, siue amplificatio: sed in illo Ioseph amplificationem non habuit, nisi

nisi sola Aegyptus. In nostro uerò Ioseph augmentum habere mundus omnis meruit. Ille erogauit triticum: noster, Dei uerbum. In omnem enim terram exiuit sonus eorum.

CAPVT XLIII.

Dixit Iacob filiis suis: Est frumentum in Aegypto. Dicit & Deus pater: Ex Aegypto uocauit filium meū. Descenderūt igitur decē perfectiores, id est, de catalogo legis, id est, constituti in numero. Quos ipse cognoscēs, non est agnitus ab illis. Cognoscuntur & Hebræi à Christo, ipsi non agnoscunt illum. Dederunt illi pecuniam: sed Ioseph, id est, Christus triticū dedit, & argentū reddidit: quia non pecunia emittit Christus, sed gratia. Vidit Ioseph Benjamin paruulū fratrem. Mysticē quoq̄ Dominus uidit Paulum, quando lux circumfulsit illum paruulū. Dicit quando. Nondum quando lapidantiū Stephanū uestimēta seruauit, perfectus erat. Fleuit Ioseph: & cæcitas Pauli, fletus est Christi. Lauit faciem Christus, cum baptizatus est Paulus, per quem Dominus Iesus à plurimis uideretur.

Dehinc scyphus argenteus soli sacculo iunioris inseritur, qui inuentus est in sacculo Benjamin. Scyphus Ioseph, in corpore Pauli doctrinæ cœlestis præfulgebat eloquiū, dum esset eruditus in lege: quia subiectus non erat. Intra saccum erat scyphus, doctrina intra legem: lucerna intra modium missus. Tamen Ananias manum posuit, marsupium soluit: marsupio soluto, argentum resplenduit. Et dehiscitibus squamis, uelut sacco quibusdam uinculis soluto, id est, deposito legis uelamine, adeptus est gratiam libertatis, & reuelata facie sermonis Euangelij prædicat. Dati sunt illi triginta argentei cum quinque stolis optimis. Triginta argenteos accipit à Christo, quicunq̄ prædicat in Trinitate uel crucem Christi. Ideoq̄ Paulus ait: Nec enim indicauit, me scire aliquid inter uos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixū. Quinq̄ enim stolas sapientiū accepit, omniū quinque sensuum multiplices disciplinas: præcellit igitur Paulus. Illius exuberat portio meritorū: sed tamē habent fratres, id est, alij prædicatores gratiam suam binas stolas, id est, ut confiteantur Christum Deū esse & hominē. Iuxta quod in Prouerbijs legitur: Omnes domestici illius uestiti sunt duplicibus, id est, mystica uel morali intelligentia. Mittunt et patri munera. Filius honorat patrem. Christus populū suū promissis inuitat muneribus. Portant hæc munera asini, illi gentiles & inutiles & laboriosi. Nunc utiles hi portant in typum Christi munera, portant in Euangelium munera largitorē. Nunc quæ p̄termilla sunt, breuiter sumamus. Quod Ioseph dicit, Munera terræ huius uenistis considerare, terrere desiderat fratres pro uindicta suæ uenundationis, & in Christi figurā hoc facit. Sicut enim uindicauit Ioseph, & non uindicauit: sic & Christus uindicauit, quod non uindicauit. Meritō hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrū, Ex persona Iudæorum

potest accipi: ac si dicerent, In uindicta crucis meritō patimur has plagas: & ex persona perfectorum in eadem uindicta, quod dixit Ruben: Nunquid non dixi uobis, nolite peccare in puerum?

CAPVT XLIII. XLIIII.

Dixit Iudas patri suo: Mitte puerum nobiscum. Historialiter significat, quod ab illo principatum post accepisset. Per munera autem quæ à Iacob ad Ioseph mittuntur, intelliguntur munera spei et fidei & charitatis: siue cogitatiōis, & uerbi, & operis. frumenta significant præmia sempiterna. Pecunia duplicē historiam & sensum, siue corpus & animā. Ponite panes, & reliqua. Hæc trium possessionū, quæ est: hic describuntur, differentiā meritorū ostendunt in futuro: ut dicitur, Reddet Deus unicuiq̄ secundum opus suum. Benjamin uerò, ut superius explanatū est, Paulū significat: sed alij inquirunt, in quo ostendatur maior dilectio Pauli cum Christo dilectione aliorū Apostolorum: quod ita soluunt, quia Paulus raptus est usq̄ ad tertium cœlum. Et quod audiuit uerba inaudita, & quod à Deo doceri post resurrectionem meruit, quod alij non meruerunt. In alijs quæ sequuntur, manifestus est sensus. & in eo quod dicitur, Biberunt, & inebriati sunt: inebriatio Ecclesiæ doctrina spiritus sancti intelligitur. Impletio autem saccorum frumento, impletio nem corporum sanctorum præmijs sempiternis in futurum significat.

CAP. XLV.

Quisecit me quasi patrem Pharaonis. Pharaos in hoc loco figuram populū Christiani dicitur tenere, cui pater est Ioseph, id est, Christus. Quod dicit, Ne dimittatis quicquid de suppellectili uestra, significat q̄ non oportet nos relinquere bonum quod incipimus, quando uenimus ad Christū. Dimisit Ioseph fratres suos, qui nunciauerūt patri, dicentes: Ioseph filius tuus uiuit, & ipse est Dominus in uniuersa Aegypto. Expauit autem Iacob. Plebs incredula sed post cognouit Christi gesta, reuiuiscit spiritus illius: & qui uidebat mortuus, uocatur fide resurrectionis Christi. uiuificatur ergo à filiis suis, id est, à Petro, & Paulo, & Ioanne. Populus Iudæorum inuitatur ad gratiam, occurrit illi Iudas, quod interpretatur confessio: quia præcedit iam confessio, quos antē perfidia possidebat. Quod autē ad Iacob dicitur, Ioseph ponet manum super oculos tuos: potest significare, quod de tribu Ioseph fuit Ieroboā, qui fecit duos uitulos aureos, ut reduceret populū adorare eos: & per hoc, uelut impositis manibus suis excæcavit & clausit oculos Israel, ne uiderent impietatem suam: uel certē specie pietatis. Hæc sub specie futuri à Domino dicta sunt. Possumus etiam dicere, quia uelut Ioseph Dominus noster, sicut corporalem manum suam posuit super oculos cæci, & uisum recepit: ita etiam spiritualem manū posuit super oculos legis, qui per intelligentiam scribarum & pharisæorum excæcati sunt, & reddidit illi uisum, ut his qui

bus aperuit sensus spirituales, in lege, uisus & intellectus appareat.

CAPVT XLVI.

Profectus ergo Israel uenit ad puteum, & uidit per uisionem nocte. & reliqua. De hoc alij ita sentiunt, quod nemo uidit Deum, nisi ad baptismum peruenit, & ad perfecta opera: sicut Iacob ad aquam peruenit iuramenti, & post uicinarum mactationem Deo audierit illum per uisionem.

CAPVT XLVII.

Pharao autem inuitat Israel & filios illius. Significat partem fortiorem populi Christiani infirmos ad doctrinam spiritualem in Ecclesia inuitantem. Postea uero Ioseph occurrit, qui semen iam ætate susceperat in ultimis temporibus populum Iudæorum, non secundum electionem gratiæ suæ. Imponit manum super oculos illius, cæcitatem aufert. Cuius iudeo distulit cæcitatem, ut postremo crederent, qui antè putabant non esse credendum. Vnde Apostolus ait, Quia cæcitas ex parte Israel facta est, donec plenitudo Gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fiet. Tradidit post hæc Ioseph parentibus & fratribus suis terram optimam Gessem, præbens illis cibaria, quia fames possederat terram. Sic & Dominus elegit terram optimam parentibus, id est, patriarchis & prophetis, ex quibus natus est Christus secundum carnem: siue omnibus sanctis, de quibus in Euangelio ait, Hi sunt fratres mei, qui faciunt uoluntatem meam. His igitur dat terram promissionis, regnum Dei. De hac Propheta ait, Credo uidere bona Domini in terra uiuentium. Alij uero dicunt, per terram Gessem, quod interpretatur proximitas, Ecclesiam designari, quæ proxima est regno coelorum, siue mundo. Quodq; Iacob tulerunt filij Israel, significat populum Christianum secum ad fidem portare, siue ad partem firmiorem Ecclesiæ infirmos, ut superius de Pharaone diximus. Paruuli autem & mulieres, significant differentiam personarum in fide, siue rudes sensus animæ. Plaustra, exempla iustorum, siue mandata scripturæ, in quibus successores populi tolluntur ad unitatem Ecclesiæ, ut fiat unus populus. Denique in Septuaginta translatione scriptum est: Et obtinuit illos fames. Aegyptij fame opprimuntur: Iacob autem & filios illius non detinuit fames. Licet enim scribitur, quod præualuit fames: non tamen scribitur, quod obtinuit filios Israel. Denique superius scriptum, Descendit Abraham in Aegyptum, quia præualuit fames in terra Iudæa. Quanta cautela scriptum est de sanctis, quod fames in terra præualuit, refertur, cum de impijs dicit, ipsos fame obtentos: neque Abraham, neque Isaac, neque Iacob, nec filios eorum detinuit fames. Quod ergo iustis exercitum est uirtutis, hoc iniustis poena est peccati. Qui enim secundum terram sapiunt, patiuntur

Iacob datur terra Gesse.

Gesse.

tur famem uerbi Dei: quia præualuit fames in terra. Iusti autem, sicut scriptum est, in diebus famis saturabuntur. Inuenies autem, qui de semine Abraham nascuntur, descendisse in Aegyptum: & rursus, filios Israel ascendisse de Aegyptum. Deniq; & de ipso Abraham dicitur, Ascendit Abraham de Aegypto, ipse & uxor illius, & omnia quæ illius erant. Et ad Isaac dicitur, Ne descendas in Aegyptum. Sed & Ismaelita, qui portabāt thymiamata & resinā & guttam, qui & ipsi semine Abraham ueniebant, descendisse dicuntur in Aegyptum. & post pauca, Descenderunt, inquit, fratres in Aegyptum. & post pauca, Ascenderunt de Aegyptum, & uenerunt ad patrē suum in terra Chanana, & dicunt: Ioseph filius tuus uiuit, & ipse Dominus in omni terra Aegypti. Hæc ad præsens de ascensione & descensione potuerunt studiosis quibusq; occasione præbere. Quod autem dicitur, Ioseph filius tuus uiuit, & reliqua: non occasione dicitur, si enim potuisset uinci a libidine, hoc de eo fortasse nunciatum non fuisset patri illius, hoc enim sine dubio si fecisset, non uiuebat. Anima enim, quæ peccauerit, ipsa morietur. Quodq; dicitur, Ipse est Dominus in omni terra Aegypti: hoc uerè magnum est illi, quod in ditionem suam redigit Aegyptum. Calcere libidinem, fugere luxuriam, omnesq; uoluptates carnis premere ac refrenare, hoc est principatum gerere totius Aegypti. Si quis uerò est, qui aliqua quidem uitia carnis subigit, alijs uerò cedit, de isto non integrè dicitur, quia principatum totius terræ Aegypti, sed unius fortasse uel duarum uel trium ciuitatum principatum uidebitur gerere. Quod autem non in præsentia Ioseph pater & fratres: significat quod in præsentia nos Christum per speculū uidemus, & in ænigmate. Quodq; dicit, Mali & parui sunt dies: sic intelligendum, quasi diceret, Utinam fuissent dies mei longo tempore in præsentia. Aliter sententiam populi Christiani post habitationem huius mundi significat. Parui enim uidentur pro præmijs quæ accipiuntur in futuro: & mali in comparatione sunt dierum futurorum. Post hæc dicitur, quod Ioseph omnem terram Aegypti, uendentibus singulis possessiones suas, subiecit Pharaoni. Iam nullus est liber in Aegypto. Pharaon enim omnes sibi subiecit. Et fortasse ideo dicitur: Ego sum dominus Deus Aegypti, quod eduxi te de terra Aegypti, de domo seruitutis. Iam de Hebræis dicitur, quod uiolenter in seruitutem redacti sunt. Aegyptum uerò populum facile in seruitutem redigit Pharaon. Per Ioseph omnis terra Aegypti Pharaoni traditur, de quo facile excusatur Ioseph: uendiderunt enim semetipsos. Hoc Paulus fecit, cum illum qui indignus erat sanctorum consortio, traderet sathanæ. Nemo itaque Paulum dixerit dure egisse, qui hominem de Ecclesia eiecerit, ut expulsus disceret non blasphemare. Vendiderunt Aegyptij terram suam Pharaoni. Spirituualiter autem hoc significat, quia Christus uniuersum mundum sua doctrina, & suo corpore emerat. Quodq; dicit, Serite agros, corpora significat: per fruges uerò, sensus qui quotidie Christo redduntur: per reliquias quæ dimittuntur, uita actualis ostenditur, quæ nobis dimittitur à Christo, si rectè utamur quinque sensibus. Quod autem dicitur, Salus nostra in manu tua est: significat salutē nostram in Christi esse potestate constitutam. Terra autem sacerdotū, quæ libera fuit, significat Ecclesiam liberam esse à sensu mundi. Aliquorum sacerdotum duplicem honorem significat, centuplum hic, & in futuro præmia. Sub femore. Tribus causis Iacob dicitur sub femore postulare: ut si transgrediretur Ioseph iuramentum sub femore, id est, sub membro seminandi, semen illius non fuisset. Siue ut iuraret sub membro, à quo fuit signum à Domino: id est, signum circumcissionis: siue ut iuraret sub membro, ut alibi explanauimus, ex quo esset Christi generatio: & deinde lex est, ut complerent filij & nepotes iuramentum patris sui post se. Et facias mihi misericordiam: id est, ut non sepelias me in Aegypto. Et ueritatem: id est, completionem iuramenti. Conuersus ad caput lectuli: in hoc significatur, quod de petitione securus sit.

Genus iuramenti per femora.

CAPVT XLVIII.

Deinde Ioseph festinans accipere benedictionem patris, duos filios suos obtulit, Manasse et Ephraim, &c. Quorum Manasse, qui interpretatur obliuio, significat Iudæos, qui oblitii sunt Dominum suum, de quibus dicitur: Oblitii sunt Deum qui saluauit illos. Ephraim autem iunior, qui interpretatur ubertas: significat populum Christianum, qui ubertate gratiæ redundat. Hos quidem cum benedicere uellet Iacob, posuit Ioseph ad sinistram Ephraim, Manasse ad dexteram autem constituit: at ille cancellatis manibus, crucis mysterium præfigurans, translata in minorem dexteram, maiori sinistram superposuit, sicq; crucis similitudo super caput eorum, Iudæis scandalum, populis Christianis futuram gloriam præfigurauit: senioremq; per crucis mysterium, sinistram factum de dextro, & iuniorem dextrum de sinistro: quia Iudæis in nostram desertam labentibus, nos illorum gloriam adepti sumus, taliq; sacramento maiori populo Iudæorum præpositus est minor populus Gentium. unde eisdem patriarcha sic ait: Hic quidem erit in populum, sed hic exaltabitur supra omnes. Animæ quæ ingressæ sunt cum Iacob in Aegyptum, septuagintaquinque, quod excepto Ioseph, & filijs illius, sexaginta sex animæ, quæ egressæ sunt de femoribus Iacob, & introierunt in Aegyptum, animas nouem. Sciamus, in Hebræo pro nouem esse duas. Ephraim quippe, & Manasse, antequam Iacob intrat Aegyptum, & famis tempus ingrueret, nati sunt de Asenath filia Putiphar in Aegypto. sed & illud quod supra legitur, Facti sunt autem filij Manasse, quod d

Benedictio priorum Ioseph.

Tota Aegyptus in seruitutem redigitur.

genuit concubina sua Machir, & Machir genuit Galaad. Filij autem Esrem fratris Manasse Sudalam & Tahan, filij Sudala Medem additum est, siquidem id quod postea legitur, quia per anticipationem factum esse describitur: neque enim legitur, illo tempore quo ingressus est Iacob Aegyptum, illa ætate erant Manasse & Ephraim, ut filios generare potuerunt: ex quo manifestum est, omnes animas quæ ingressæ sunt Aegyptum, de femeribus Iacob fuisse septuaginta sex: posteaquam sunt ingressæ, repperunt in Aegypto tres animas, Ioseph uidelicet, cum duobus filijs illius. septuagesimus autem ipse fuit Iacob. septuaginta autem in Deuteronomio dixerunt, quod in septuaginta animabus Iacob descendit in Aegyptum. Lucas autem in actibus Apostolorum septuaginta animas posuit, ne uideretur septuaginta interpretibus esse contrarius, cum magnæ auctoritatis non habeantur in isto tempore. Et ego dedi tibi partem unam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcum eo. Sicimam illi dat, quæ est Sichem, arcum & gladium, uocat iustitiam, qua inierunt interfecto Sichem & Emor, liberari. Alij autem dicunt, per arcum iustitiam, per gladium laborem significari. Ruben primogenitus, tu fortitudo mea, principium doloris mei. Prior in donis, maior in imperio, effusus sicut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum illius. Est autem sensus hic: Tu es primogenitus meus maior in liberis, & sedebas iuxta ordinem natiuitatis tuæ, quæ primogenitis uerè debebatur, sacerdotale accipere regnum. Hic quippe in portando honore, & præualido robore demonstrat: uerum quia peccasti, & quasi aqua quæ uasculo non tenetur, uoluntatis effusus es in impetu, idcirco præcipio tibi, ut ultra non pecces. Sicq; in fratrum minimo poenas peccati lugens, quod perdidit primogeniti ordinem, principium autem doloris est omnis primogenitus, quia pro eo commouentur primū uiscera parentum. Simeon & Levi fratres, uasa iniquitatis bellantia, in consilium eorum ne ueniat anima mea, & in coitu illorum non sit gloria mea, qui in furore suo occiderunt uirum, & in uoluntate sua suffoderunt murum, maledictus furor illorum, quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura. diuidam illos in Iacob, & dispergam illos in Israel. Significat autem, non sui fuisse consilij, quod per Sichem & Emor foederatos uiros interficerent, contraq; in pacis tempore amicitarum sanguinem fuderunt innocentē, & quasi quodam furore sic crudelitate rapti, muros urbis euerterunt. Vnde dicit, Maledictus furor eorum, quia pertinax, & dispergam illos in Israel. Levi enim hæreditatem propriam non accepit, sed ex omnibus sceptris paucas urbes ad habitandum habuit. De Simeon uerò in libro Iesu scriptum est, quod funiculum Christi non accepit, sed de tribu Iuda quidem acceperunt. Iuda te laudabunt fratres tui, manus tuæ in cernicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filij patris tui.

Iacob benedicit filios suos.

tui. Catulus leonis Iuda, ad pradam ascendisti fili mi, requiescens accubasti ut leo, & quasi leona, quis suscitabit illum? Quia Iuda confessio siue laus interpretat, recte scribitur Iuda. Cōsiterunt tibi fratres tui, uel laudabunt te. Licet de Christo grandē mysterium sit, tamen secundū literā significat, quod per Dauid stirpem generant reges, & quod adorarent illū omnes tribus. Non enim ait, Filij matris tuæ: sed, Filij patris tui. Et quod sequitur, Ad pradam fili mi ascendisti: ostendit captiuum populū reduciturū, et iuxta intelligentiam sacrationē ascendisse in altū, captiuam duxisse captiuitatē. siue quod melius puto, captiuitas passionē, ascensus resurrectionē significat. *Alligans ad uineam pullū suum, & ad uitem suā asinam suam.* quod uidelicet pullū asinæ, cui superfedit Iesus, hoc est, gentiliū populū uineæ apostolorū, qui ex Iudæis sunt, copulauerit: & ad uitem, siue ut in Hebræo habet, ad foreth, id est, electā uitem, alligauerit asinā cui superfedit, Ecclesiā ex nationibus congregatā. Quod autē dicit, Fili mi, apostrophon, id est, repētina conuersio ad ipsum Iudā facit, quod Christus hic sit uniuersa facturus. Quod autē dicitur, *Scepterū de Iuda, & dux de femoribus illius, donec ueniet ille qui mitemus est, & ipse erit expectatio gentium.* significat, quod non defecerūt principes de Iuda, usque ad tempus quo natus est Christus, qui missus à patre expectatio gentiū. Isachar astutus, fortis, accubans inter terminos, uidit requiem quæ esset bona, & terra quæ optima: & supposuit humerum suū ad portandū, factusque est tributis seruiens. Quia supra Zabulon dixerat, quod maris magni littora esset possessurus, Sidonēque & Phœnicē reliquas urbes cōtingeret: nunc ad mediterraneam prouinciā redit, & Isachar, qui iuxta Neptalim pulcherrimā in Galilæa regionē possessurus est, benedictione sua habitatorē facit. Asinam autē fortē uocat, & humerū ad portandū: quia in labore terræ, & in uehendis ad mare, quæ in suis finibus nascebant, plurimū laboraret, regibus quoque tributa cōportans. Aiuunt autē Hebræi per metaphorā, id est transformationem significari, quod scripturas sacras die ac nocte meditās, dederit ad laborandum studiū suum: & idcirco illo omnes seruiunt, quasi magistro dona portantes. *Daniudicabit populū suum, sicut alia tribus in Israel.* Dan coluber in uia, cerasces in semita, mordens ungulas equi, ut cadat ascensor illius retrō: Salutare tuū expectabo Dñe. Sampson iudex Israel de tribu Dan fuit. Hoc ergo dicit, uidēs in spiritu, quod comam nutrirēt Sampson, & Nazaræū cum cæteris hostibus triumphare, quod in similitudinē colubri regulique obsidens uias, nullum per terram Israel transire permittit: sed etiā si quis temerarius fuit uirtute sua, quasi equi uelocitate confusus, illū uoluerit perdonis more populari, effugere nō ualeat. totum autē per metaphoram serpentis & equitis loquitur: uidens enim Nazaræum tam fortē, & quod ipse propter meritum mortuus est, & moriē nos occidit inimicos. Putaui o Deus, ipsum esse Christum

Tempus quando Christus ad ueniet ostenditur.

filiū tuum uerum tam fortem, quia mortuus est, & resurrexit, & rursus captiuus ducitur est. Alius em saluator mundi mei generis prestolatus est, ueniat, cui reposita sunt omnia, & ipse est expectatio Gentium. *Gad accinctus præliabitur ante illum, & ipse accingetur retrorsum.* Significat autē, quod ante Ruben & dimidiam tribum Manasse ad filios quos trans Iordanē in possessionē dimisit, post xiiii annos reuertens, prælium aduersus illos Gentiliū uicinarū grande inuenit, & uictis hostibus, fortiter dimicauit. *Lege librū Iesu Naue, & Paralipomenon.* Neptalim ceruus emisus, dans eloquia pulchritudinis, siue Neptalim ager irriguus. utrumque enim significat Hebræū uerbū anioala sylua. Significat autē, quod daque calidæ in ipsa nascuntur tribu, siue quod lacum Genesar fluueta Iordanis fuit irriguus. Hebræi autē uolunt propter Tiberiadem, quæ legis uidebatur habere notitiā, agrum irriguū, & eloquia prophetare pulchritudinis: ceruus autē emillus, temporaneas fruges, & uelocitatem terræ uberioris ostendit: sed melius, si ad doctrinam cuncta referamus: quod ibi uel maxime docuerit Saluator, ut in Euangelio quoque scriptū est. *Filius meus ad crescens Ioseph, filius meus ad crescens, & decorus aspectus: filie decurrerunt super murum, sed exasperauerunt illum, & iurgati sunt, inuideruntque illi, habentes iacula, sed in fortitudine arcus illius, & dissoluta sunt uincula brachiorum illius, & manuum, per manus potentes Iacob inde pastor egressus est, lapis Israel.* O fili Ioseph, quæ tam pulcher es, ut te tota de muris & turribus ac fenestris puellarū Aegypti turba pspiceret, inuiderunt tibi, & te ad iracundiam prouocauerunt fratres tui, habentes liuoris sagittas, et zeli iaculis uulnerati. Verum tu arcū tuum & arma pugnandi posuisti in Deo, qui fortis propugnator est: & uincula tua, quibus ligauerunt te fratres tui, ab ipso sunt soluta, & disrupta, & ex semine tuo tribus nascitur Ephraim, fortis & stabilis, & lapidis durioris iniuncta, impetrans quoque decem tribus Israel. *Beniamin lupus rapax, manē comedit prædā, & uespere diuidet spolia.* Quod de Paulo manifestissimā sit propheta, patet omnibus, quod in adolescentia persecutus Ecclesiam, in senectute prædicator Euangelij fuit. Hebræi autē ita edisserunt, altare in quo hostie immolabantur, & uictimarū sanguis ad basim illius fundebatur, in parte tribus Beniamin fuit. Hoc inquitur ergo significare, quod sacerdotes manē immolent hostias, & ad uesperū diuidunt illa quæ sibi à populo collecta. Lupū sanguinariū, lupū uoracem super altaris interpretationē ponentes te, spoliarū diuisionē super sacerdotibus qui seruiunt altari, uiuunt de altari. Hæc autem historice. Spirituualiter autem, Ruben primoris populi uidetur ostēdisse personam, cui à Domino per prophetam dicitur, Israel primogenitus meus: etenim iuxta quod primogenitus debebat, ipse erat, accipere sacerdotium, & regnum. Additur, *Tu uirtus mea: utique quia ex ipso populo fundamentum fidei, ex ipso uirtus Dei, qui est Christus, aduenit, quomodo autem ipse sit prin-*

cipiū dolorum, uerē dum patri dolorū semper irrogaret iniuriam, dum conuertit ad illum dorsum, & non facit. iste prior in donis, quia ipsis credita sunt primū eloquia diuina, & legis ratio, & testamentū, siue pmissio. iste maior imperio, utique pro magnitudine uirtū, quia copiosius ceteris in hoc mundo populus idem regnauit. Effusus autē sicut aqua, peccando in Christo, quasi quæ uasculo non teneat uoluntatis effusus est in imperu. & idcirco addit, *Ultra nō crescas: quia ipse populus, postquam uniuerso mundo dispersus est, ualde imminutus est.* Sed quare talia meruit, ita subiicit, *Quia ascendisti cubile patris tui.* Hoc Iudæi ad stuprum, quod Ruben cum Bala concubina patris sui commisit, referunt, quum hoc ad prophetiā magis pertinet: quia de futuris loquitur. sic enim ait, *Ut annunciem uobis quæ futura sunt in nouissimis temporibus.* primogenita autē plebis audaciam prædicat, quæ ascendit cubile patris sui, & maculauit stratū illius: quando corpus Dominicū, in quo plenitudo diuinitatis requieuit, raptum in cruce suspendit, & ferro comaculauit. aliter thorū concubinae polluit, quem ascendit: id est, legem ueteris Testamenti, quam sæpe præuaricando maculauit. Quod autem lex uetus in concubinae persona ponitur, Paulus docuit, dicens: Abraham duos filios habuit, unū de ancilla, & unū de libera. hæc sunt duo testamenta. Moraliter quoque per Ruben, qui interpretari potest uisionis filius, uel uidere filium carnalem, hominem significat uisibilem: quia etsi enim homo noster exterior corrumpitur, sed interior renouatur. Primū ergo omnis homo in hoc mundo carnaliter uiuit, & secundum carnem mouet, & primus est carnalis motus in concupiscentia libidinis, quæ cum primæ iuuentutis obsederit tempus, durum & temerariū simul, & lasciuum hominē reddidit, ascendente super cubile patris, & polluentē thorū paternū, id est, etiam præcepta & munera naturalis legis, quæ in nobis est, quam nunc pater noster nos dicit præuaricantes. Simeon & Leui fratres, uasa iniquitatis bellantia. Per Simeon & Leui, scribæ & pharisæi & sacerdotes Iudaici populi intelliguntur. De Simeone scribæ erant Iudæorum: de tribu uerò Leui, princeps sacerdotum, qui consiliū fecerunt, ut Iesum dolo tenerent, & occiderēt: de quo consilio dicitur, *In consilio illorū ne ueniat anima mea.* Horruit enim tanta scelera quæ in nouissimis temporibus facturi erant Iudæi: quia in furore suo occiderent uirum, id est Christum, de quo dicitur: *Ecce uir, Oriens nōmē illius.* & alibi, *Fœmina circumdabit uirū.* Suffoderūt murum, id est, spiritualem murū firmissimū, qui custodit Israel. Lancea confoderunt, maledictus furor eorū, quia pertinax. Quando furore accensi, & ira obtulerunt Christū Pontio Pilato, dicentes: *Crucifige, crucifige.* Et indignatio eorum quia dura, dum Barrabā latronē peterēt, & principē uitæ

crucifigendū postularēt. Diuidā illos in Iacob, & dispergā illos in Israel. Quia nōnulli ex ipsis crediderūt, quidam in infidelitate permanserunt. Dicunt enim diuisi hi qui ab illis separantur, & uenerūt ad fidē: dispersi autē, quorum patria tēploque subuerso per orbē terræ genus incredulū spargit. Fortasse isti filij Iacob, tres animæ humanæ motus significant: concupiscentia bitem, irascibilē, rationabilē. Concupiscentiæ speciem tenuit Ruben, qui concubuit cū concubina patris sui. Secundā speciem iræ tenuit Simeon, quæ ipsa ex furoris illius demonstratur opprobrio. Tertiā speciem rationis tenuit Leui, cui Ecclesiæ legē seruare cōmissum est. Hæc ergo species tres, uidelicet omnis anima propriæ, quæ in hunc mundū uenit, primus motus culpabiliter agere, donec malorū pōdere prægrauata, ad locū pœnitentiæ possit peruenire. Iuda, te laudabūt fratres tui. per hunc em Iudam uerus cōfessor exprimitur Christus, qui ex illius tribu secundū carnē est genitus. Ipsum laudabūt fratres sui, apostoli scilicet, & omnes cohæredes illius, qui per adoptionē filij Deo patri effecti sunt, & Christi fratres effecti per gratiā: quorū & ipse est dñs per naturā. Manus tuæ in ceruicibus inimicorū tuorū, *Isidē manibus em atque eodē crucis trophæo & suos texit, & inimicos & aduersarias potestates curauit.* Iuxta quod & pater pmissit, dicens: *Sede ad dexterā meā, donec ponā inimicos tuos scabellū pedū tuorū.* Adorabunt te filij patris tui: quādo multū ex filiis Iacob adorant illū, per electionē gratiæ salui facti. Catulus leonis Iuda, quando nascendo paruulus factus est: sicut scriptum est, *Paruulus factus est nobis.* Ad prædā fili mi descendisti: id est, ascendēs in cruce, captiuos populos redemisti: & quos ille leo cōtrarios inuasit, tu mortēs eripuisti: denique rediēs ab inferis, ascendisti in altū, captiuā duxisti captiuitatem: requiescēs, accubasti ut leo. Manifestissimē Christus incubuit in passione, quādo inclinato capite tradidit spiritū: siue quando in sepulchro securus, uelut quodā corporis somno quæuit. Sed quare ut leo, uel ut catulus leonis? In somno em suo leo fuit, quādo nō necessitate, sed potestate hoc ipsum impleuit. sicut ipse dicit: *Nemo tollit à me Ecclesiā, sed ego pono eam.* Quod uerò & ut catulus leonis: inde em mortuus, unde & natus. Physici autē de catulo leonis scribūt, quod cū natus fuerit, tribus diebus & tribus noctibus dormit: tūc deinde patris fremitu uel rugitu, ueluti tremefacto cubilis loco, suscitari dicitur catulus dormiēs, quod ualde cōuenienter de passionis morte aptat in Christo, qui tribus diebus & tribus noctibus in cubili sepulchri iacēs, somnū mortis impleuit. Bene ergo Christus ut leo regeuit, qui nō solū mortis acerbitatē nō timuit, sed etiā in ipsa morte mortis imperiū uincit. Quod autem dicitur, *Quis suscitabit eū: quia nullus nisi ipse, iuxta quod ipse dixit: Soluite templum hoc, & in triduo suscitabo illud.* Non deficiet dux de Iuda & Israel.

& Israel. Hoc manifestissimè ad Iudæam refertur: tandiu enim fuit ex semine illius intemerata apud Iudæos successio regni, donec Christus nasceretur: & hoc supra diximus, Alligans ad uineam pullum suum. Pullus suus, populus est ex gentibus, cui adhuc nunquam fuit legis onus impositum, hunc copulauit ad uineam apostolorum, qui ex Iudæis sunt: nã uinea Domini Sabaoth domus Israel. & ad uitam asinam suam. Ipse enim dicit, Ego sum uitis uera: ad hanc ergo uitam alligat asinam suam, cui supersedit Ecclesia ex nationibus congregata. Hanc ad uitam corporis sui alligauit uinculo charitatis, & disciplina Euangelico nexu, ut de imitatione illius uiuens efficiat hares Dei. Alij autem hanc asinam interpretant synagogam, tardigradam scilicet, & graui pondere legis depressam. lauit in uino stolam suam, siue carnem suam in sanguine passionis, siue illam Ecclesiam illo uino quod promultis effunderet in remissionem peccatorum. & in sanguine ueræ pallium suum. pallium gentes sunt, quas corpori suo uinxit. sicut scriptum est: *Uino ego, dicit Dominus, nisi hos omnes induam sicut uestimentum. Pulchriores oculi eius uino. Oculi Christi apostoli sunt, & Euangelistæ, qui lumen scientiæ Ecclesiæ præstant, quorum præcepta austeritate uini, id est præscriptæ legis superant, quia longæuiora sunt. Et dentes lacte candidiores. dentes præceptores sunt sancti, qui præcedunt ab erroribus homines, & illos qui in comedendo corpus Christi transmittunt. Candidiores autem effecti sunt doctores Ecclesiæ lacte ueteris legis, qui ualidum uerbi cibum mandunt atque distribuunt: & bene candidiores dicunt. Omnes enim qui scripturarum cibos Ecclesiæ subministrant, candidi esse & immaculati debent. Zabulon habitauit in littore maris, & in statione nauium. Zabulon interpretatur habitaculum pulchritudinis, Ecclesiam significat: hæc in littore maris habitat, & in statione nauium, ut credentibus sit refugium, & periclitantibus demonstrat fidei portum. Hæc contra omnes turbines huius mundi, id est, concussus firmitate solida, & expectat naufragium Iudæorum, & hæreticorum procellas, qui circumferunt omnium uento doctrinæ: quorum etiam tunditur fluctibus, non tamen frangitur. Perrexit autem usque ad Sidonem, hoc est, usque ad gentes. Legitur autem in Euangelio, inde assumptos aliquos apostolorum, & in ipsis locis Dominum sæpe docuisse, sicut scriptum est: Terra Zabulon, et terra Neptalim, populus qui sedebat in tenebris, uidit lumen magnum. Sidon interpretatur uenator, siue uenatrix. Venatores qui sunt, nisi apostoli: qui, ut supra diximus, ex illis locis assumpti sunt, de quibus dicitur: Mittam uenatores meos, & uenabunt uos in omni monte. Moraliter quoque Zabulon, qui fluxus nocturnus interpretari potest, significat, quod postea ad poenitentiam per confessionem Iudas, id est anima conuersa fuerit, auferunt ab ea, & desinunt omnia illa que gessit in nocte ignorantia, & extendit se*

usque ad uenatores, ut & discat uenari. Si quando feræ aliqua, aut uulpes dolosa, id est, demones uel cogitationes maximæ cor illius irrumunt, & uolunt exterminare uineam Domini Sabaoth, & apprehendat illos malarum cogitationum laudabilis uenator effectus. Isachar, asinus fortis. Isachar interpretatur merces: referunt ad populum gentium, quem Dominus populi sui precio est mercatus. Hic Isachar asinus fortis scribitur, quia prius populum gentium quasi tributum & luxuriosum animal erat, nullaque ratione subsistens: nunc uero fortis, redemptoris dominio collum mittens, & iugum disciplinae euangelice præferens. Hic accubans inter terminos, uidit requiem quæ esset bona, & terram quæ optima. Inter terminos autem cubare, est præsolatio huius mundi sine requiescere, nihilque de his que nunc in medio uersant querere, sed desiderare ultima. Et fortis asinus requiem & terram optimam uidit, cum simplex gentilitas idcirco se ad robur boni operis erigit, quia ad eternam uitæ patriam tendit. Unde etiam ponit humerum suum ad portandum, quia dum ad promissam requiem peruenire desiderat, cuncta mandatorum honorabilitate terportat. Unde & factus est tributus seruus, hoc est, regi & Christo fidei, bona opera, bonorumque operum munera offerens. Moraliter autem ostendimus, hominem qui tripartito animi motu, ut est totius animæ languore errauerit, quoad per concupiscentiam. Ruben etiam, Simeon & Leui, prudentiam non recte directam significare posse distinximus: sed hanc ab errore inuidia ostendimus poenitentem, & in Zabulon ex multa magna parte ad poenitentiam conuersum. In Isachar uero, qui omni in loco merces interpretatur, uidemus illum mercedem boni operis expectantem: quia ipse non solum abiecit omne malum, sed etiam desiderat siue optat semper omne bonum: & inter terminos medius habitat, siue requiescit, nec ad dextram nec ad sinistram declinans. Vidit requiem quia bona, & terram quia optima. Postquam autem carnis & spiritus pugnam dispulit & exclusit, requieuit spiritus illius in Deo: & tunc uidit terram quia bona est, quando carnem suam a uitijs & concupiscentijs expugnabat: & quando differt fructus iustitiæ in operibus bonis, supposuit humerum suum ad portandum. Et factus tributus seruus, cum onus illud euangelicum admodum leue humeris animæ portet, & reddidit Deo. *Dan iudicabit populum suum, sicut alia tribus in Israel. Fiat Dan coluber in uia, cerastes in semita, & reliqua. Dicunt quidam, Antichristum per hæc uerba prædici de ista tribu futurum: alij de Iuda, a quo traditus est Dominus, hæc pronunciant: & equitem & equum Dominus cum carne suscepta designare uoluit. Retrorsum autem cadere, ut in terram, unde assumptus est. Sed quod die tertio surrexit, ideo ait, Salutare tuum expectabo Domine: non relinques enim, inquit, in inferno animam meam, nec dabis semen tuum uidere corruptionem. Alij autem, ut prædiximus, hanc prophetiam ad Antichristum*

Antichristum transferunt, pro eo quod hoc loco Dan & coluber asseritur, & mordens. Et quod primus Dan inter tribus Israel ad Aquilonem castrametatus est, illum significat, qui se in lateribus Aquilonis sedere dicit, & de quo figuratiter Propheta dicit, A Dan auditus est fremitus equorum eius: qui non solum coluber, sed etiam cerastes uocatur. Cerasta enim Græcè cornua dicuntur. Serpens ille cornutus esse perhibetur, per quem digne Antichristus asseritur, qui contra uitam fidelium cum morfu pestiferæ prædicationis armabitur etiam cornibus potestatis. Quis autem nesciat, semitam angustior em esse, quam uiam? Fiat ergo coluber in uia, quia in præsentis uitæ latitudine illos ambulare prouocat, quibus quasi parcendo prouocat: non blanditur, sed mordet, scilicet illos quibus liberratem tribuit, erroris sui ueneno consumit. Fit iterum cerastes in semita, quia quos fideles reperit, & sese inter angusta itinera præcepti celestis constringere uidet, non solum nequitia callida persuasionis impetit, uerum etiam terrore potestatis perimit, & in persecutionis angore post beneficia fictæ dulcedinis, exercet cornua potestatis. Qui in loco equi, insinuat hunc mundum, qui per elationem suam in cursu labentium temporum spumat. Et quia Antichristus extrema mundi apprehendere nititur, cerastes iste equi ungulas mordere perhibetur. Ungulam quippe mordere, est extrema huius mundi feriendo contingere. Ut cadat ascensor illius retrò. Ascensor equi eius, quisquis in dignitatibus huius mundi extollitur, qui retrò cadere dicit, & non in faciem, sicut Paulus cecidisse memorat. In faciem autem cadere, est in hac uita unquamque suas culpas cognoscere, easque poenitendo desistere. Retrorò uero, quo non uidet cadere, est ex hac uita repente decidere. & quod ad supplicia ducatur ignorare. Et quia Iudæi erroris sui laqueis capti, pro Christo Antichristum expectant: bene Iacob eodem loco repente in electorum numerum conuersus, dicit: Salutare tuum Domine expectabo: id est, sicut fideles, non Antichristum, sed illum qui in redemptionem nostram uenturus est, uerum Christum credam fideliter. Moraliter quoque potest intelligi ille qui iam dudum Misachar profectus dicit, & in mandatis requiescere, atque anime suæ agricolam factum, nunc iam ad hoc proficere, ut Iudam discernendi & iudicandi populum suum, id est cogitationum cordis sui intelligentiam sumpserit, tanquam una tribum Israel, id est, omnia in unitatem atque concordiam reuocare: ut cogitationum suarum illi sit nulla dissensio, fiatque idem coluber, iuxta præceptum Domini, dicentis: Estote prudentes sicut serpentes. Prudentis autem agere nos debemus in uita huius mundi, nec ad dextram nec ad sinistram declinemus: neque per latam uiam incedamus, quæ ducit ad mortem, sed per angustam, quæ ducit ad uitam. Ad hoc enim additur, cerastes in semita: angustior est enim semita quam uia. Mordeat equi calcaneum, facies quod Apo-

stolus ait: Macero corpus meum, & reliqua. Hæc autem facit, ut cadat equus retrorsum. Iste enim talis semper elationes & altitudines metuit, & mauult animam suam cadere de mala altitudine ad bonam humilitatem, ut discat a Christo, qui dicit: Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Si ergo reuocat animam de altitudine retrorsum, post humilitatem Christi rediens salutem expectat a Domino. Gad accinctus præliabit ante eum. Iste Gad accinctus personam Domini exprimit, qui in primo aduentu humilitatis suæ ante aduentum Antichristi preliando occurrit, accinctus gladio uerbi Dei, de quo dicitur: Accingere gladio tuo super femora potentissimè. Quo utique inimicos diuisit, id est, filiū a patre, & filiam a matre, & reliqua. Non uenit, inquit, pacem mittere, sed gladium. Quod autem ait, Et ipse accingetur retrorsum: charitas Domini in secundo aduentu ostendit, quia cum uenerit Antichristus, ite occurrit post illius uestigia Christus celeri aduentu, ut illum interficiat spiritu oris sui. unde & Gad latrunculus interpretari potest, & quod posterior, id est ferus, species quasi latrunculus improviso aduentu exiliat. Sicut enim, inquit, fur in nocte, ita Christus. Ergo ante Antichristum in hunc post illum maiestate occurrit. Moraliter quoque homo noster, quem supra prædictis modis aliquantulum profecisse descripsimus, necesse est ut adueniat, ut tentem ab inimico, ut propositi constantia probeat, quia Vir intertutus non est probabilis. Antè & retrò accingamur, ut ea que facta sunt & futura diligenter attendant. Aser, pinguis panis illius, & præbet diuitias regibus. Aser, cuius nomen significat diuitias, ideo Christus est, quia altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ illius innumerata est: qui pauper pro nobis factus est, ut diues esset. Cuius panis pinguis factus est: caro scilicet illius, quam si quis manducauerit, non morietur in eternum. Idem etiam præbet delicias sapientiæ regibus, his scilicet, qui sensus proprios bene regunt, & sua corpora in seruitutem redigunt. Quidam hoc de Aser ad Annam prophetissam, filiam Phanuel referunt, quæ cum Simeone de Christo prophetans, multas præstitit delicias regibus, id est apostolis, & ceteris sanctis. Moraliter quoque Aser quæ beatus interpretatur, fortasse ille est, quem ab errore ad poenitentiam reuocatum, paulatim per singulos gradus usque ad beatitudinis incrementa perduximus: cuius post conuersionem, post intelligentiam spirituale, post tentationem & uictoriam pinguis est panis. Addit enim illum panem, qui de coelo descendit, & dat uitam huic mundo. & iste cuius iam pinguis panis est, etiam delicias regibus dabit, non pauperibus, aut insipientibus, sed regibus. sapientiam enim loquimur ad perfectos. Neptalim, quod interpretatur dilatatio, apostolos & prædicatores sanctos significat. Quorum doctrina in altitudine diffusa est istius mundi: & apostoli ex hac tribu plerique fuerunt. Dicit autem ceruus e-

implicamenta: ac excelsa ac sublimia meditan-
tes dant eloquiū pulchritudinis, prædicantes
uniuersis gentib. doctrinam Saluatoris. Mo-
raliter quoq; homo noster interior, qui paulo
antè pane pingui uescebat, qui scilicet panis
confirmauit cor hominibus, nō incongruè cer-
uus emissus dicitur, quia omnia terrena despi-
ciens, more ceruorum in excelsis pascitur: to-
tūq; thesaurū in cælo collocat, ubi iuxta Euan-
gelium, erugo & tineā nō demolitur. Et tunc
eloquia pulchritudinis, id est, contemplatio-
nis supernæ documenta profert. Filius acce-
scens Ioseph utiq; in gentibus, qui quū ob in-
credulitatē synagogam reliquisset, plebē sibi
innumeram ex gentibus congregauit. De hoc
Dauid dicit: Cōuertentur ad Dominū uniuer-
si fines terræ. Sequitur: Decorus aspectu, supe-
rat enim omnes illius pulchritudo. de quo di-
citur: Speciosus forma præ filiis hominum. Fi-
liæ decurrerunt super murū, id est, generatio
uel Ecclesiæ quæ crediderunt in Christū. Hæc
super soliditatem fidei, quasi super murū amo-
re pulchritudinis Christi ascensuræ discurrūt,
ut uerum sponsum per contemplationem aspi-
ciant, & osculo charitatis illi copulentur. Sed
oburgati sunt illum, quādo falsis testimonij
calumniantes, sanctum Dominū opprimere sy-
nagogæ populi cogitauerunt. In uiderunt illi
habentes quoq; iacula. Neq; enim quisquā in
Ioseph coniecit sagittas, uel aliquod uulneris
telum. Sed hoc specialiter in Christum euenit,
sed in forti illius arcus. Christus arcum suū &
arma pugnādi posuit in Deo, cuius uirtute cō-
fringitur omnis nequitia perfidorū. Et dissolu-
ta sunt uincula brachiorū eius, quibus fratres
illum uinctum ad Pilatum duxerunt, uel qui-
bus illum in ligno suspensum crucifixerūt. Re-
scissa sunt enim per manū omnipotentis Dei
Iacob, id est, Dei Iacob, ex cuius semine ipse
Dominus, bonus pastor egressus est, lapis &
firmitas credentium in Israel. Deus patris tui
erit adiutor tuus. Quis adiuuit filiū nisi Deus
pater, qui in unitate unum sunt. Sed pro perso-
na corporis dicitur, quōd auxilio diuino indi-
guit, sicut in Euangelio dicitur: Apparuit illi
angelus de cælo confortans eum: benedictio-
nibus cæli desuper, benedictionibus abyssi ia-
centis deorsum. Vniuersa enim subiecit ei, cœ-
lestia per benedictionē cæli, & terrena per be-
nedictionem abyssi, ut angelis & hominibus
dominaretur: benedictionib. uberū siue duo-
rum testamentorum, quorum altero nūciatus
est, altero demonstratus est: siue benedictio-
nibus uberum Mariæ. Vnde & illa mulier in E-
uangelio ait: Beatus uenter qui te portauit, &
uberā quæ suxisti. Benedictionibus uberū &
uuluar. Hic benedicti uulua eius matris, quæ
utiq; uirginalis nobis Dominū edidit: Bene-
dictiones patris tui cōfortatae sunt benedictio-
nibus patrum seruatorum tuorum. Ultra omne
enim meritum sanctorum Patriarcharum siue
Prophetarum, conualuit benedictio patris in

96
filio. Patris, ita ut ei nullus iustorum adæque-
tur, donec ueniret desiderium collium atero-
rū. Colles æterni facti sunt, qui Christi aduen-
tum prophetātes, cum magno desiderio incar-
nationem illius expectauerūt, de quibus Do-
minus dicit. Multi prophetæ & iusti cupierūt
uidere quæ uos uidetis. Hi ergo dicti sunt col-
les, propter excellentiam sanctitatis, qui etiam
uocantur æterni, quia uitā consequuntur eter-
nam. Fiant in capite Nazaræi, de quo scriptū
est: Quoniam Nazareus uocabitur. Idem & Ioseph
secundum Aegyptiorum scilicet linguā, saluator
mūdi inter fratres, inter sanctos quos
ipse fratres uocat. Moraliter quoq; is qui fidei
profectu & supradictis gradibus in tantū cre-
uerit, ut usq; ad inuidiā aduersarios prouocet,
non immeritō dicitur ad crescens: & nō semel,
sed bis ad crescere pronuntiatur. In fide enim
& opere omnis perfectus crescit, et decorus di-
citur, quia illa iam pulchritudo, in qua natura-
liter factus est, in eo renouatur. Ob quam pul-
chritudinem filiæ illum de muro uiderunt, ac
desiderant. Sancta utiq; animæ super murum
fidei fundata, perfectionem illius cupiunt ui-
dere & imitari: sed exasperauerunt talem san-
ctum dæmones, habentes ignita nequitia iac-
cula. Parant enim sagittas suas, ut sagittent in
obsuro rectos corde. Sed in forti arcus illius,
in diuinis scilicet profectibus arcus uirtutis il-
lius positus, ex quo iam arcus sagittas oratio-
num suarum ad persequendos inimicos emit-
tit: & dissoluta sunt uincula, quibus illum ini-
micū ligari cupierūt, per uirtutem Dei Iacob.
Et tunc incipit pastor esse animarum, & in mo-
dum durissimi lapidis non uincitur. Deus e-
nim patris illius, id est, iustorum precedentū,
qui spiritualiter nobis patres, adiutor est uni-
us cuiusq; sancti, cui hoc promittitur. Et omni-
potens uirtutibus abundare illum facit bene-
dictionibus cæli desuper, & benedictionibus
abyssi iacentis deorsum. Cōtemplatione enim
cælestium satiatur, & intelligentia scripturarū,
quas non immeritō propter sacramentorū ob-
scuritatem abyssum uocat: & sicut per cæli be-
nedictionem sanctis promittitur æterna præ-
mia, sic per benedictionē abyssi prædicantur
illis in præsentī seculo nonnulla solatia. Bene-
dictionibus uberum & uuluar. Constat enim
esse Apostolica ubera, è quibus recētes adhuc
in fide, ac uelut paruuli percipiunt, ut ad perfe-
ctiorem cibum prædicationis perueniant. Vnde
dicit Apostolus: Lac uobis potum dedi, nō
escam: habens uidelicet uerba duorū testamen-
torum, uel dilectionem Dei & proximū. Hæc
Ecclesia spiritalē uulua, quæ non solū pariat
filios: sed et si forte declinauerint à uia uerita-
tis, iterum parturiat. Benedictiones patris tui
confortatae sunt benedictionibus patrum tuo-
rum. pater noster est, cui dicimus: Pater noster
qui es in cælis, qui eleuās manus in Bethania,
per benedictionem Apostolorū nos benedi-
xit. Patres autē sunt Christi Patriarchæ, de qui-
bus

bus Apostolus ait: Quorū patres, & ex quibus
Christus secundū carnem, quorum diuinationi-
bus & benedictionibus unusquisq; in Ecclesia
utitur. Donec ueniret desiderū collium æter-
norum. Tunc ueniet desiderū sanctorum, cum
iuxta Apostolū, ibunt obuiā Christo: & sic sem-
per cum Domino erunt. Fiant in capite Ioseph
Nazaræi, sicut supra diximus. unusquisq; in
cuius uertice, id est mēte maneat benedictio es su-
pra dictæ. Sicut enim Apostolus inquit, Homo
noster exterior corrumpit, interior autē renouat
de die in diē. Beniamin lupus rapax. Quod au-
tem propheta de Paulo apostolo, sicut supra di-
ximus. Quidam autem ad urbē Hierusalē refe-
runt, quæ in tribu eiusdē Beniamin sita est. Nam
sicut Beniamin benedictionē ultimam cōsequi-
tur, ita & populus Hierusalē ultimus est saluan-
dus. Cum enim plenitudo gentium intrauerit,
tunc omnis Israel saluus erit. Lupus rapax dici-
tur, quia ipse populus effudit sanguinem pro-
phetarum. Manē comedit prædam. manē illud
tempus significat, quo legē accepit. tunc enim
mundo prima illuminatio scientiæ data est. Co-
medet autem manē, quia legem quam accepit,
edit adhuc & meditat, scilicet sequēs legem iu-
stitiæ, quam præcipiens præ cunctis quasi præ-
dam manducans, ad legem fidei non peruenit.
Ad uesperū autem diuidet spolia. Vespera est il-
lud tempus nouissimū, quo cōuertentur. Tunc
ergo uidet, & tunc intelligit diuidendā esse lité-
ram à spiritu, & tunc cognoscit: quia litera occi-
dit, spiritus autem uiuificat. Et tunc incipiet fa-
cere, quod tota die meditās, antè non fecit. Mo-
raliter quoq; nihil aliud occurrit, nisi quod per-
fectus ille homo, quem supra diximus, in Benia-
min lupus rapax regnū cælorū diripit. Vim e-
nim patitur regnum cælorū, & uiolenti rapiūt
illud, & illa quæ in lege & in prophetis & Euan-
gelio legerat, uelut esuriens & rapax inuadit. Et
quum in hoc tempore, uelut in matutino hanc
prædam diripuerit, adueniente mortis uespera,
incipiet diuidere spolia: hoc est, diuersis labori-
bus incipiet diuersa premia possidere: quæ post
quam inimicos prostrauit, uelut iam uictor ha-
beri merebitur. Cur autē Iacob omnes quos ge-
nuit de liberis & ancillis æqualiter honorifica-
uit: nisi ut ostēderet, quōd Dominus Iesus Chri-
stus omnibus gentibus regna cælorū æqualiter
tribuit. Non enim distinctio Iudæis à Græcis,
aut seruus, aut liber, quia in omnibus Christus.

EXPLANATIO IN SE-
CUNDVM LIBRVM MO-
SIS, qui Hebraicè Vellesemoth, Græcè autem
Exodus dicitur.

CAPVT PRIMVM.

HÆC sunt nomina filiorū Israel. Hæc
sententia Esdræ propheta ab aliqui-
bus dicitur usq; lxx. & principiū uo-
luminis: Ioseph autem erat, & reliqua. Et
titulus huius uoluminis Ioseph, quod dicit: De

Aegypto uasa aurea: usq; Moses ieiunauit quadraginta dies
& quadraginta noctes. Titulus autem hic radix uer-
bi potest dici. Verbum autem, uolumen usq; ad
finem. Mos est scripturæ diuinæ radicem uerbi
plantare antequam indicat mysteria. Iacob e-
plantare filiorum suorū dicitur radix, filijq; plebis:
sic Christus apostolorum radix est, apostolijq;
omnium credentiū. Hæc autem sententia Euan-
gelicam sententiam significat, quæ dicitur, Hæc
sunt nomina duodecim Apostolorū. Sed hæc
est præsens recapitulata sententia, quæ in Gene-
si nominata sunt, quæ nunc hic nominant. Quæ
dominatio in Genesi, et hic in Exodo significat
duodecim prophetas in ueteri, & duodecim
Apostolos in nouo Testamento. Idcirco uerō
filij Israel hic primō dicitur ante suum patrem:
quia illis plebs propior erit quàm Israel. Hic au-
tem liber uitæ dici potest, quo etiam totus ca-
non uocari uocabulo dicitur, quorum nomina
scripta sunt in libro uitæ. Quod patriarchis in
Pentatheuco, & apostolis in Euangelio. Israel
autē uir fortis, quod in his quibus hoc conueni-
re dicitur, id est natiuitate, uel in primogenitis,
& in benedictionibus, Christum significat in re-
surrectione fortem, & uincendo diabolū in tri-
bus tentationibus, et solutione inferni. Ioseph uerō
in Aegyptum ad Iacob cum filiis suis, Chri-
stum significat apostolos suos in hunc mundū
precedētes. A Ruben uerō usq; Aser, ordo nar-
randi intelligitur. Quatuor enim ordinibus pa-
triarchæ numeratur. Primō natiuitatis, ut in Ge-
nesi, ubi illorum natiuitas narratur. Secundō, be-
nedictionis. Tertiō libertatis, ut erga tabernacu-
lum fuerunt. Quartō narrando, ut hic in Exodo,
qui tres supradictos nō obseruat. Qui etiam or-
dines apostolis conueniunt. primō, natiuitatis,
id est uocationis à Christo, ut Petrus & An-
dreas. Secundō, libertatis, ut de Petro dicitur:
Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo
Ecclesiam meam. Tertiō, benedictionis, ut Ioan-
ni in præmijs. Quartō, narrandi, id est, quomo-
docunq; commixtim numeratur. Quod autem
dicit, Singuli cum domibus suis: pro animantibus intel-
ligendum est, siue pro uiris ac mulieribus, quod
mysticè Apostolus cum Ecclesijs suis significa-
re dicitur. Quodq; dicitur, Introierunt ad angus-
tiam: secundum alios pertinet, ut est, Post mul-
tas tribulationes oportet nos introire in regnū
Dei. Post omnium lxx. animæ cum Iacob intro-
ierunt in Aegyptū, septuaginta discipuli ad præ-
dicandum uerbum Dei in totum mundum mit-
tuntur. Animæ autem descendisse dicuntur, si-
quidem in usu est animas pro hominibus appel-
lari. Ista sunt animæ quæ egressæ sunt de femo-
ribus Iacob. Ego nō puto, quod quislibet possit
hominum animam gignere, nisi quis forte talis
sit, qualis ille qui dicit: Nam in Christo Iesu per
Euangelium ego uos genui. Tales sunt qui ge-
nerant animas: sicut alibi dicit, Filioli mei, quos
iterum parturio, donec Christus formetur in uo-
bis. Alij enim huiusmodi generationis curā aut
nolunt, aut nequeunt habere. Deniq; Adam sic
dicit:

Historia pa-
triarcharum
quadruplex.

dicat: Os de osibus meis, & caro de carne mea, et non anima mea: sed per hoc uidet, quæ de terra sunt, sua esse profiteri: nõ audere uerò dicere sua esse, quæ scit de terra nõ esse. Sed & Laban à diabolo sic dicit: Quoniam os meum & caro mea est, amplius non addidit, nisi quod terrena consanguinitas agnoscit. Alia est animarum generatio, quæ uel Iacob descendenti in Aegyptum sociatur, uel cæteris sanctis sub enumeratione mysticæ posteritatis ascribitur. *Mortuo autem Ioseph, filij Israel creuerunt, & inualuerunt nimis.* Postquam uerus Ioseph pro omnibus gustauit mortem, multiplicatus est fidelium populus. Nisi enim granum frumenti cecidisset, & mortuum fuisset, non utiq; Ecclesia fructum plurimum protulisset. Moraliter quoque & in te, si moriatur Ioseph, si mortificationem Christi in corpore tuo suscipias, & mortifices membrum tuum peccato, tunc in te multiplicantur filij Israel, id est sensus boni & spirituales. Quotidie enim morientibus uitijs in te uirtutum numerus augetur. Et in terra multiplicaris, in tua scilicet carne, per quam uirtutes administrant. Sequitur: *Surrexit alius rex.* Primo uidentur est, quis iste rex, qui sciebat Ioseph, & quis est qui nesciebat. Quædiu ergo rex noster, id est spiritus mentis nostri tenet memoriam Ioseph, id est Christi. Huius enim meminit rex in Aegypto, id est spiritus noster in carne nostra, quæ Aegyptus nõ inconuenienter dicitur. Non affliguntur filij Israel, rationabiles scilicet sensus uel uirtutes, nec luto & latere consumuntur, terrenis scilicet curis, nec masculi necantur, opera iam perfecta. Si uerò sensus nostri nescierint Christum, tunc sapientia carnis, quæ inimica est Deo, succedit in regnum, & alloquitur gentem suam, corporeas scilicet uoluptates, & uocatis ducibus, uirtutum inuitur consilium contra Israel, quomodo opprimat supra dictis malis. Et tu ergo qui hæc audis, si post donum baptismi opera huius mundi facis, scito quia surrexit in te alius rex, qui nescit Ioseph. Potest quoque rex Aegypti, qui nescit Ioseph, esse diabolus, qui dixit in corde suo: Non est Deus. Qui gētis fug, id est apostatis angelis quodammodo loquitur: *Ecce uiri Israelitæ creuerunt, & inualuerunt supra nos: hi scilicet, qui mente Dominum uidere possunt.* Deinde hoc sensit diabolus, quia fortis sit gens Israel, namq; sæpe egressus est, & sæpe superatus est: sed illud quod timet, ne quando eueniat illis bellum, & iungantur aduersarijs illorum, & deuictis illis de terra sua descendant. Ostendit se ea quæ à patriarchis & prophetis de aduentu Christi prædicta sunt, presentisse: et inde scire, quod sibi imminet bellum. Et sensit uenturum, quia cum fiducia triumphet illos, & docet Israel ædificare ciuitates, id est Phiton, quod interpretatur os deficiens, uel os abyssi. Et Rammasse, quæ interpretatur commotio tineæ. Eliopolis, id est ciuitas solis. Ecce quales ciuitates præcepit sibi ædificari Pharaos, os deficiente: & defecit namq; os, cum mendacium loquitur, cum ueritate aut probationibus deficit: aut os abyssi, quia abyssi locus perditionis est.

Mors Ioseph

Alius rex Pharaos

Phiton. Rammasse. Eliopolis.

& alia ciuitas commotio tineæ est: qui enim sequuntur illum, ibi congregat thesauros suos, ubi tineæ demolitur, & fures effodiunt. Sed et si nos in omni conscientia gratia agimus, dicit & de nobis, Filij Israel præualuerunt nimis super nos. Hoc quod dicit, Ne forte adiungant aduersarijs nostris: significatur, quod si iungamur prædicatoribus ueritatis, præualuimus super illum: & peregrinus de terra sua, deponentes ueterem hominem cum actibus, uel relinquentes imaginem huius terreni hominis, et induentes imaginem huius celestis. Alij dicunt, per aduersarios, quibus timuit Pharaos Israel coniungi, mandata pertinentia ad Christum intelligi. Et egredientur de terra: id est, erunt sine seruitute Aegyptiorum. Et hoc in præfenti diabolus timet, ne egrediantur de terra corporis sui, si nõ seruiant peccatis & uitijs. Per magistros quos præposuit Pharaos filijs Israel, hæretici demonstrantur præpositi à diabolo ad æstimationem, ut sanctos affligant oneribus peccatorum. Vel moraliter, ut supra breuiter exposuimus, mali sensus bonos peruertendos. Quodq; dicitur, *Quanto opprimebat illos, tanto magis multiplicabantur:* significat sanctos, quanto à diabolo patitur tentationes, tanto magis à Christo abundant præmij. Multiplicabantur autem, cum ad sanctos refertur, ad fidem pertinet. Credebant autem ad opus luti & lateris, id est, uitijs corporis & animæ. *Dixit autem rex Aegypti obstetricibus Hebræorum:* & reliqua. Videtur quidem secundum historiam narrationem stare non posse. Quod dicitur, *Quia non fecerunt obstetricibus quod præcepit Pharaos.* Non enim inueniuntur non uiuificasse foeminas, quas præcepit Pharaos uiuificari. Et si nõ fecerunt, aut ex præceptis debuerunt, sicut masculos uiuificare, contra præceptum regis, ut foeminas occidere. Hæc propter eos qui amici sunt literæ, & non putant legem spirituales esse. Spirituales autem secundum sensum, qui potest intelligere Deum, & quæ sursum sunt querere, odit Pharaos rex Aegypti: et hinc interimi cupit, quæcunq; carnis uiuificari. Nõ solum uiuificari, sed augeri uult: ut omnes carnalia sapiant, qui sunt super terram, & nemo ad cœlestem patriam oculos eleuet. Iste autem Pharaos obstetricibus corrumpere aggreditur, quarum una Sephora uocabatur, quæ interpretatur passer: & altera Phua, quæ apud nos rubens dici potest. Per has necare mares, & uiuificare solas foeminas cupit. Ista obstetricibus dixerunt quidam rationabilis eruditionis formam tenere. Obstetricibus enim quædam medicæ sunt, & tam masculos quam foeminas. Eruditio enim ista rationabilis sententia ad omnes propemodum peruenit, sensus omnis inseruit, omnesq; fouet. Si quis autem uirilis in ea animi fuerit, & uoluerit cœlestia querere, per huius eruditiones ad diuinorum intelligentiam paratior ueniet. Est enim una uelut passer, quæ celsiora docet: alia, quæ rubens uel uerecunda interpretatur, moralis est, quæ mores componit, intercedit docet. Sed quia scriptura dicit, Timebāt obstetricibus Dominum, & non fecerūt iussum regis: non incon-

Seruitus Israel.

Sephora, Phua obstetricibus.

inconuenientius obstetricibus ista dux, duo Testamenta significant: & Sephora, quæ interpretatur passer, legem spirituales significat. Phua uerò, quæ rubens, uel uerecunda dicitur, indicat Euangelium, quod rubrum ex Christi sanguine & passionis illius rutilat cruore. Ab his ergo animæ quæ in Ecclesia nascuntur, uelut ab obstetricibus mediantur, quia scripturarum lectione cuncta in illa eruditionis medicina confertur. Tentat tamen Pharaos post hæc necare Ecclesiam masculos, cum studiosis quibusq; hæreticos suggerit sensus in diuinis scripturis: sed stat immobile fundamentum Dei. *Timuerunt enim obstetricibus Deum:* id est, timorè docuerunt, qui est initiū sapientia. Sequitur: *Excreuit populus, Ecclesiam utiq; populus, quia timuerunt obstetricibus Deum, & ædificauit illis domus.* docentes enim scripturæ timorem Domini, ædificant Ecclesiam domus. non uidetur conuenire secundum litteram hæc sententia, ut propterea ædificaret, quia timetur Deus, ne forte intelligamus: *Ædificauit illis domus, id est ædificauit illis familiam & genus.* Et pro eo quod ista mulieres bene fecerunt in populū Dei, multiplicauit Deus illarum progeniem. Ista obstetricibus non uiuificauerunt foeminas, quæ uult Pharaos: neq; uitia in Ecclesijs docent, neq; peccata nutriūt. Moraliter quoque & tu, si times Deum, non facies præceptum regis Aegypti, hoc est, nõ in delicijs uiuas, nõ presentia cupias. Et si times Deum, exhibe obsequium animæ tuæ: *Viuifica masculum interiorum hominem tuum qui in te est.* Et sic tibi Deus ædificabit domum, id est, multitudinem uirtutum. *Sed ubi uidit Pharaos, quod per obstetricibus non posset necare masculos Israel, præcepit omni populo, dicens: Omne masculum in flumen projicite, omne foeminum uiuificate.* Videte quid princeps huius mundi suis præceptis, ut nostros infantes rapiant, & in flumen projiciant: uide statim, ut natus, imò & renatus fueris, quid tibi imminet. Hoc est illud quod in Euangelio legis, quia Iesus, ut ascendit de baptismo, ductus est à spiritu, ut tentaretur à diabolo. Hoc ergo est quod Pharaos præcepit populo suo, ut Hebræorum infantes in aquis submergant. de quibus aquis propheta dicit: *Quia intrauerunt aquæ usq; ad animam meam.* Et nunc insidiantur Aegyptij, si forte Hebræis nascatur aliquis masculus, ut statim interficiatur, ne obseruent & occultent omne germen masculinum.

CAPVT II.

Moses nascitur.

Sed uir de tribu Leui masculum genuit: cum uidit infantem elegantem esse, occultauit mensibus tribus. Ergo si facia eleemosynam, quia opus Dei est, masculum genero: sed si ita faciam ut hominibus innotescat, ab Aegyptijs rapta est eleemosyna mea. Sequitur: *Egressus est uir de domo Leui, & accepit uxorem stirpis suæ, quæ concepit & peperit filium.* Et uidens illum elegantem, occultauit mensibus tribus, & reliqua, usq; dum dicit, *Vocauit nomen illius Moses, dicens: Quia de aqua tuli illum.* Filia Pharaonis Ecclesia est ex gentibus congregata, quæ quamuis impium habeat patrem, tamen ad illam dicitur: *Audi filia, & uide, & in-*

clina aurem tuam. Hæc exiuit de domo patris, & uenit ad aquas, ut lauret à peccatis, quæ contraxerat in domo patris sui. Hæc ergo Ecclesia inuenit Mosen in palude abiectum: suis dat illum nutriti. Nutritur apud suos, ibi agit infantiam. *Cum autem fortior factus est, suscepit filia Pharaonis, & adoptauit in filium.* Moses legem significat: ueniens autem Ecclesia ad aquas baptismi, suscepit etiam legem, quæ tamē lex erat intra fucellam scirpeam ex multis uirgultis, siue ex papyro contextam, conclusam pice, in qua infans iacebat. Iacebat ergo lex intra huiusmodi tegmina, è pice ac bitumine oblita, uilibus scilicet et terrestribus. Iudæorum sordebat septa traditionibus. Ecclesia sum pserat illum de palustribus, ut intra sapientie aulas & regalia tecta cõsisteret. Hinc infantiam suam apud suos transegit. Apud illos enim qui spiritualiter illam intelligere nesciūt, paruula est, & lactentiū habet cibos. Cum uerò ad Ecclesiam uenit, tunc fortior efficitur. quid tamen eest, quod mercedem accepit nutrimenti à filia Pharaonis illa, apud quam lex nata et nutrita: *Et synagoga de Ecclesia istam mercedem accepit, ut ultra idolum non colat.* Videns enim illos qui ex gentibus sunt, ita conuersos ad Dominum, ut ultra nõ colant idola. Ipsa erubescit idola colere: istud ergo beneficium recepit de Ecclesia synagoga, quod ludæis paruulam nutriti uisa est legem. Potest quoque Moyses Christum significare, quem filia Pharaonis ad flumen, id est Ecclesia ad flumen lauacri inuenit. *Plorauit infans,* quia uulneratus est propter peccata nostra: uel quia ad resuscitandos de morte peccati, ueluti in resuscitando Lazaro fleuisse dicit. Ecclesia ergo colligit, Christum à synagoga matre carnali ad expulsum quasi infantem qui tunc paruulus uidebatur, cum in homine cerneret. *Inuenit illa Moysen in uasculo inclusum, quod ex multis uirgultis fit,* inuenit Ecclesia Christum recomditum in cordibus sanctorum. *Qui glutino unitatis cõiuncti, unum corpus effecti sunt.* Dicitur ab aliquantis, per uirum qui de domo Leui egressus est, legem significari, quia lex Leuitica data est, id est Moyse & Aaron: & per tres menses, quibus synagoga Christum celauit, tres leges significari, id est literæ, naturæ, & prophetiæ, in cuius fine Christus à synagoga recueletur in assumptione carnis, quæ per fucellam non incongrue significat, bitumine ac pice lita, id est mala suspiciōe à synagoga de corpore Christi & diuinitate. Quodq; dicit, *Et posuit illum in carecto:* significat synagoga hinc Christi in Iudæis posuisse: & sicut hic carecto ambitus erat, sic Iudæi Christum corporaliter ambierunt, habentes inuidiam erga illum. Per huius ergo sororem significatur Iudæi, qui illum non nutriunt, sed custodiunt. Vna ex famulabus, quæ missa est, signat prophetiam prophetarum, prophetantium Christum descensurum ad assumptionem carnis: aperiens sacramentorum obscuritatem. uidit, id est credidit. Aliter per uirum de domo Leui Christus significat, de lege egrediens: & per uxorem illius, Ecclesiam parientem filium, id est populū Christianum. Occulta-

Carecto:

uit illum tribus mensibus, id est in homine interiore in fide trinitatis. Quodque dicitur, Sumpsit fuscillam ex carecta: credulitate carnis in bonis operibus significat. Rapina autem fluminis, doctrinam significat spiritus sancti. Soror autem procul stans, synagogam secundam, uel Ecclesiam apostolorum, quae dicitur secunda Ecclesia synagoga: mater autem illius, Ecclesia primitiua. Filia Pharaonis descendebat, in humilitate. Cui soror pueri ait, Si uis uadam. & reliqua. In hoc signatur Ecclesia Iudaeorum ab Ecclesia gentium: quod dicitur, Adoptauit illum in locum filij. & aperte datur intelligi, quia non Ecclesiam gentium, sed synagogam Christi parturit. Moyses autem sumptus, uel tollens, siue aquaticus interpretatur: quae interpretationes Ecclesiam gentium conueniunt, quae a Christo accipit. Quia aquatica est in baptismo, subrepta in fide, tollens crudelitatem Christi in semetipsa, litans in sanctificatione diuinitatis & incarnationis Christi. Moraliter quoque Pharaonem patrem habuimus, si in malis operibus rex Aegypti nos genuit. Quis uenimus ad lacrum, allumamus Moysen, id est legem Dei, & intra cordis nostri tecta regalia collocemus: quae praua sunt relinquamus, forte & grandem habeamus Moysen. Totum enim magnum est, quicquid spiritale est. Interea Moyses peregrinum fratrem ab Aegypto liberauit, & inultum non sinens, Aegyptium occidit. In iuriosus nobis ualde est in hac peregrinatione diabolus, qui a Christo pro nobis occisus est. Quod in arena arripuit interemptum, significat quod diabolus in reproborum cordibus religatus est, qui stabile fundamentum non habent, sed aedificant domum super aretum. Moyses autem cum duos Hebraeos rixantes pacificare non potuisset, proficiscitur ad terram Madiam. Et lex Dei, quia scribas & pharisaeos discordantes cum plebe reliqua coniungere non ualuisse, moratur in gentilibus. Madiam interpretatur contradictio, per quod lex significatur, quod lex diuina contradictionem in gentibus primum inuenit, & eadem lex septem filias sacerdotis Madiam, hoc est a philosophis & sapientibus huius mundi defendit: quae uidelicet Ecclesia gentium licet patre gentili, nata est lege Dei. Igitur & una de septem accepit. Cum sit enim Ecclesia septiformis, tamen per unitatem una est. Vna est enim, inquit, columba mea. Et postquam gentiles copulati sunt legi, dicitur quod sit mortuus rex Aegypti. Alij dicunt in hac re Moysen figuram Christi gerere: duos quoque rixantes, duorum populorum: & perficientem iniuriam, populum Iudaicum demonstrare perhibent, cui dicitur, Quare percutis proximum tuum? id est, populum gentium. Quis te constituit principem aut iudicem? In hoc praefiguratur, quod in euangelio Iudaei negabant, Christum esse regem Iudaeorum. Nunquid occidere me uis? Etiam hoc ex persona populi Iudaici ad Christum dici posse firmatur. In sequentibus non est difficile ad Christum referri. Ut per Moysen timorem, timor Christi ex parte carnis pronuncietur: ut est, Si possibile est, transeat a me calix iste. Et per hanc fugam Christi per

Mariam & Ioseph fuga in Aegyptum a potestate Herodis, ut Moysi a Pharaone, sic & sequentia ad Christum referuntur. Sed per septem filias, septem Ecclesias Asiae demonstrari uolunt: & per oues, populos sub iugo Ecclesiarum: has autem Ecclesias Christum defendit. Filiarum tamen reuersio, partem infidelium significat, ad diabolum reuertentium, quos diabolus miratur cum compunctione uenire cordis: ut hic dicitur, Cur uelocius uenistis? Quod autem dicitur, Vir Aegyptius, Christo ex parte carnis conuenit.

Quare dimisisti hominem? & reliqua, usque ad Panem. Diabolo conuenit, qui Christus corpus, id est, sancto illius ad uoluntatem per sua inuitare uult. Sitis enim sit ante panem & post: & sic sunt uoluntates. Haec tria moraliter unicuique bono doctori conueniunt, sedenti iuxta doctrinam spirituales. Et in hoc sensu Madiam, Christum significat: filiaque illius, animas doctas per septiformem spiritum, haurientes aquas poenitentiae. Ideo dicitur, cupiebant quod difficile possunt, pro corporis potestate, carnalia corpora demonstrare: greges, sensus perfectos: pastores uero, malos eijcientes puellas, id est animas. Moyses, doctorum: oues, cogitationes, reuersio ad Iethrum, animarum, quando tentantur, reuersio ad Christum: quibus a Christo dicitur, Cur uenistis? id est, cur rudes estis? Doctor autem uir Aegyptius dicitur, eo quod mundiales docet: uel lex, eo quod coniugium. Iurauit ergo Moyses. In hoc etiam Christum significat. Iurans, id est, immobiliter prophetans, assumptionem carnis. Ut habitaret cum illo: id est, cum diabolo, in hoc mundo superans illum in cruce. De filiaque Moysi copulata est, superius dictum est. Filius autem, quem peperit illi, id est, Gersen, quod interpretatur aduena: significat populum gentium, qui fuit aduena in lege. De morte autem regis Aegypti, superius dictum est, cuius potestas per passionem Christi de mundo rupta est. Et ingementis filij Israel, id est, pro magnitudine seruitutis: sic & sancti tentationibus demoniorum & malorum hominum & uitiorum propter opera, id est peccata malorum doctorum ingemiscunt. Ascendit clamor eorum ad Dominum, in audiendo. Et per hunc clamorem oratio sanctorum, significatur ad Dominum ascendere. Quod autem plebs Aegypti post mortem regis sui uitia uel peccata, post diabolum in mundum uenire. Et audiuit gemitum illorum: id est, in laboribus populi, siue sanctorum. Aliter, ut superius dictum est, per regem Aegypti sensus imperfectos designat: quo mortuo, filij Israel, id est, perfecti ingemiscunt, sub uitijis in corporibus. Et recordatus est foederis: usque, Iacob. Alij interrogare solent, quia re non hic Dominus recordatus dicitur fuisse foederis Adae, & filij illius Abel. Et quare non Enoch, qui primus nubes in ascensione consecrauit. Vel Noe, dum per illum mundus in diluio reaedificatur. Sed per Abraham foedus commemoratur, id est lex circumcisionis, quae illi data est: quamque non est transgressus, sed adimpleuit, idcirco per illum foedus

foedus commemoratur. Adam quippe mandatum, quod a Deo accepit, transgressus est. Enoch quoque peccatum illius impediuit. Abraham primus legem quam acceperat adimpleuit. Aliter lex Enoch & Noe proprie data non reputatur, sed tantum per Abraham foedus commemoratur, cui secunda lex datur: & non fuit transgressus illam, postquam sumpserat, ideo per Abraham Isaac & Iacob foedus commemoratur plebi Israel: uel quia uiri his meliores post diluuium non fuerunt: uel eo quod fundamentum Ecclesiae sunt, siue quod tam in operibus quam in figuris digni sunt Abraham patris figuram tenere aliquo modo, & Isaac Christi, Iacob populi Christiani, qui & plenitudinem scientiae, quae Madian dicta est, primo acceperunt. Abraham quippe post Adam primus physicam habuit, quem natura ad Deum adorandum perduxit, & per creaturas illum cognouit. Isaac ethicam, quia non duxit uxorem uiuente matre, ne uxoris dilectio dilectionem matris superaret. Neque etiam uxorem duxit, usque quo pater suus iussit. Iacob autem logicam, quod in electione benedictionum, & in electione intelligitur ciborum.

CAPVT III.

Moyses autem puer, pascens oues, Christus sanctos pascens quotidie per exempla Euangeliorum. Iethro sacerdos Madiam, id est diabolus: dicitur autem ab alijs, quod Madian idolum fuit, et sacerdos ipsius Iethron. Per gregem autem quem Moyses minauit, sancti designantur: per interiora deserti, sacramenta: per montem Dei Oreb, sancta Ecclesia. Deinde in rubo Dominus Moysi. Flamma erat in rubo, & rubus non comburebatur: lex Dei erat in Iudaeis, & tamen peccata Iudaeorum non sunt consumpta: flamma enim lex Dei est. Rubus autem peccata Iudaeorum, quae lex non potuit concremare. Nihil enim, inquit, Apostolus, ad perfectum perduxit lex. Alij autem in rubo inflammata & non combusta, Ecclesiam uolunt intelligere inflammari persecutionibus: & illam tamen loquente in ea Domino, non perire. Alij per rubum sanctam Mariam significari uolunt, in qua diuinitas ardebat, & nullum detrimentum patiebatur. Quod uero in eodem rubo Dominus Moysi apparuisse legitur, significat non alibi quam in Ecclesia illum credentibus apparuisse. Illa autem Moysi deposita calciamenta, hoc significabant: quia nullus Deum digne uidere potest, nisi qui cuncta terrena & mortalia uitia deponunt. Est tamen & alia figura, in eo quod ex calciari Moyses iubetur, ne ad Ecclesiam, quae figurabatur in rubo, quasi sponsum accederet: hoc enim Christo reseruabatur. Hebraei dicunt propterea Dominum apparuisse in rubo Moysi, & non in alio ligno, ne forte exculperent in eodem idolum Iudaei: semper enim abstulit eis Deus causam idolatriae. Alij autem dicitur historialiter, ideo Dominum per ignem apparuisse, ut ostenderet, quod plebi Dominicae fuisset illuminatio. Et Aegyptiaca uindicta, quae etiam de medio rubo ostenditur: ut ostenderet se sic animum seruitutis pertransiit esse, sicut flamma angustias rubi pertransiit. Rubus ardens & non combustus, significat quod filios Israel in Aegypto labor seruitutis non consumeret. Quodque dicitur, Quare non combuitur rubus? Hominum imperitiam ostendit in sensibus spiritualibus. Tunc autem Dominus Moysen uocare dicitur, cum ad uidentem pergeret. Ex quo intelligimus, tunc nobis Dominum auxilium dare, ut uideamus quod non uidimus ante, cum egrediemur de libertate arbitrij, ut non faciamus uoluntates nostras carnales. Solue calciamenta de pedibus, & reliqua. Ac si diceret, serpentes in hoc loco non sunt. Aliter calciamenta, id est, infidelitatem, quae sensus tuos confringit, siue timorem Pharaonis de tuis sensibus. Locus in quo stas, terra sancta est. Hoc quibusdam contrarium uidetur, dum dictum est: Maledicta est terra, & reliqua. Nisi quia locus ille Dei praesentia sanctificatus est. Et ait, Ego sum Deus patris tui, & reliqua. Haec sententia ostendit, quod Deus amore filij, patris sui amore tenuit. Moyses abscondens faciem suam, infirmitatem suam demonstrat. Et sicut Moyses faciem suam non potuit sustinere, sic & Pharaon non potuit sustinere faciem Moysi. Quodque Dominus uidit afflictionem, & reliqua: Moysen confirmat, ut non timeret Pharaonem in liberando populum suum. Descende, id est ad uiriditatem Pharaonis. In terram bonam, & reliqua. Idcirco Dominus terram esse commemorat, quia genus cupiditatis Dominus in Moysen fuisse cognouit. Haec quoque omnia quae praediximus, etiam Christo conueniunt, apparenti in medio Ecclesiae in flamma ignis, id est cum doctrina spiritus sancti. Moysi, id est populo Christiano, quem Dominus uocat, cui quidem Moysi, quando quid terrenum reputatur, ad tenentem populi Christiani potest referri, & quomodo obediens, & similiter & illius obedientiam Deo: Domini quoque descensio, de qua dicitur: Descende, potest referri ad descensionem, qua ad redemptionem huius mundi descendit per assumptionem carnis, & per passionem suam. Clamor quoque quem audiuit, non inconuenienter patriarcharum & prophetarum est, Dominum inuitantium ad carnis assumptionem, & redemptionem generis humani. Cui terra bona, id est Ecclesia cum centuplis & speciosa praemijs: uel bona ac speciosa, id est credulitate diuinitatis & incarnationis, uel pro corporibus & animabus: siue terra bona, regnum caelorum promittitur. Lac & mel, id est uetus & nouum Testamentum in Ecclesia. Aliter lac & mel pastum corporum & animarum significat. Aegyptus uero cum suis hominibus, a quibus filij Israel oppressi sunt, et gentilitatem cum demonibus & malis hominibus & uitijis significat, a quibus per Dominum liberamur. Solue calciamentum: quod testimonium Euangelicam sententiam significat, in qua apostolis ad praedicationem uerbi missis dicitur, timorem humanum soluere, et Deum timere. Rubus quoque significat

ficat corpus uniuscuiusque sancti cum igne compunctionis, uel litera cum sensu spirituali. Quod autem Dominus Moysen ad Pharaonem misit ad uindictam super illum, & postremo ad mortem illius: significat Dominum legem fuisse missum ad mortificationem fortitudinis diaboli, et humanum genus liberandum. Et sicut non Moyses, sed Dominus populum liberauit de seruitute Aegyptiorum: sic non lex mundum, sed Christus in sua passione & resurrectione liberauit. *Quis ego sum, ut uadam ad Pharaonem:* id est, quasi dixisset, nihil possum sine Dei auxilio. *Et ego ero tecum,* id est in assumptione carnis. *Et habebis signum, & reliqua.* Per hoc significatur, quod nos auxiliium Dei habemus cum lege, Ecclesia liberata peccatis et uitijis. Et sicut Moyses ad filios Israel, sic lex uadit ad homines. *Deus patrum nostrorum:* in hoc datur intelligi, quod Deus pater hominibus legem misit. *Si dixerint mihi, quod est nomen tuum?* in hoc quoque ostenditur, quod hoc nomen Domini indicauit, quod est Dominus. *Dixit Dominus ad Moysen, Ego sum:* id est qui cum patribus uestris fui: *quisum,* id est uobiscum. uel ego sum qui sum, id est sine praeterito & futuro. Aliter ego sum, id est filius qui sum, id est spiritus sanctus: qui est, id est pater. Ideo hic persona filij primò dicitur, quia postea per personam filij, salus mundi ministratur. Aliter ego sum qui sum, quomodo illi dicitur: ex parte fidelium dicitur. Aliter ego sum in ueteri Testamento, qui sum: id est, in nouo. *Qui est, misit me,* id est in hunc mundum. *Vade & congrega seniores,* & reliqua. Congregatio seniorum significat, quia similia similibus congregari debent. Senex enim sermorem senibus nunciare debet. Spiritualiter quoque à Domino legi dicitur, sanctos in unitatem pacis congregare. Dominatio per Dominum, libertas per Deum significatur. *Visitans uisitabit nos.* Per hoc indicat infirmitatem plebis, siue uisitans in ueteri Testamento impletur. *Visitauit uero in nouo.* Aliter uisitans in decem plagis, uisitabo in mari rubro. Siue uisitans in Ecclesia praesenti uisitabit in die iudicij, uel uindicta. Aut certe uisitans in centurplis, uisitauit in praemijs. *Audient uocem tuam,* et reliqua. Hoc Dominus ad legem loqui intelligitur, quod uiri Israel, id est iusti uerba legis audiunt: *Ingrederis,* & reliqua, usque Aegypti. In hoc lex significat, cum iustis ingressura ad supplantandum diabolum, qui rex mundi fuit ante aduentum Christi. Aliter per Moysen sensus principales, & per seniores bonae uirtutes ad regem Aegypti, id est, contra diabolum significat. *Sed ego scio, quod non dimittent uos.* Per hanc prophetiam Dominus praecauit, ut illis parceret inuidiam, si non praedixisset quod postea adfuit.

CAPVT IIII.

Post haec Moysi postulanti signum dicitur: *Proiece uirgam quam manu gestas: & proiecit, & factus est serpens, & fugit pauidus.* Et apprehendit caudam, & fuit iterum uirga. Serpens autem mortem significat. Per serpentem enim homini mors perlata est. Virga autem Christus est. Virga uersa in ser-

pentem, Christus uersus in mortem. Quod autem fugit Moyses: significat, quod in Euangelio legitur, quod apostoli relicto Christo fugerunt: & ab illa spe, in qua prius fuerunt, recesserunt. Cauda autem apprehensa, facta est uirga, quia postquam occisus est, peractis omnibus ad id quod fuerat missus, & resurgendo uersus est. Historialiter uirga, quae in manu Moysi fuerat, & in colubrum uersa est: significat ut Moyses Dei potestati crederet, & plebs Moysi, & Moyses Pharaonem non timeret. Aliter, uirga uersa est in colubrum: plagam à Deo significat, quae Aegyptijs noceret, & Israel non noceret: fuga quoque Moysi, fugam populi à facie Pharaonis, uel Moysi infidelitatem, & colubri in uirgam resolutionem, plebis de seruitute Aegyptiorum resolutionem designat. Item datur aliud signum Moysi. *Misit manum suam in sinum suum, & inuenta est alba, id est immunda.* Albor in cute, lepra est, non candor. Haereditas enim Dei est, id est populus illius, ab illo missus est foras, immundus factus. Sed quod sequitur, *Reuocauit illam, et reuersa est ad colorem suum:* significat quod plebs Iudeorum, quae nunc aliena est à sinu Dei, in extremo mundi tempore reuertetur ad colorem pristinum. Cum agnouerit Saluatorem, cum similes erunt nouissimae patriarchis. Haec autem duo signa diuerso modo ponuntur. Primum in terra, secundum in sinu, quod significat plagam super sensibiles & insensibiles in Aegypto. Lepra autem dicitur incredulitatem Iudaeorum in filium significare, quae non fuit in patrem: sed tantum manus alba dicitur, dum per aestimationem boni causam querunt, quae tunc similis reliquae carni, quomodo utrumque credent? Manus enim sana, antequam esset missa in sinum, significat credulitatem patris. Sinus autem obscuritatem fidei, tria signa pariter, id est duo in monte, & tertium in Aegypto, tres leges significat. Deinde cum aquae missae in terram, à Moysse uertitur in sanguinem. Populus in fidem sanguinis Christi uertit. Aut per martyrium suum fundunt sanguinem, & à Moysse uertuntur: quia per plenitudinem legis, fidem Christi inueniunt. Qui autem aquae populi sunt, Apocalypsis testatur: aquae multa, populi sunt.

CAPVT V.

Post haec intrauerunt ad Pharaonem Moyses et Aaron. *Viam trium dierum.* Via Christus est: qui dicit, Ego sum uia. Quae uia incedenda est triduo, qui enim in ore suo confitetur Dominum Iesum, & crediderit in corde suo, quod Deus illum à mortuis tertia die suscitauit, saluus erit. Haec est enim tridui uia, per quam uenit ad locum in quo immolet & reddat Domino sacrificium laudis. Moraliter quoque iter tridui de Aegypto proficiscimur, si nos ab omni inquinamento carnis & animae & spiritus cōseruemus. Et iuxta Apostolum, Integer spiritus, & anima, et corpus in diem Domini reseruet. Tridui iter de Aegypto proficiscimur, si rationem naturalem moralemque sapientiam de rebus mundialibus auferentes, ad statuta diuina conuertimus,

Virga Moysi in serpentem uersa.

Lepra manus Moysi.

uertimus. Tridui iter proficiscimur de Aegypto, si purificantes in nobis dicta uel facta uel cogitata (per haec enim homines solent peccare) efficiamur mundi corde. Sed rex Aegyptiorum uult tridui iter dimittere populum Dei. uult enim significare, in facto uel uerbo peccare. Et si non in uerbo, uel cogitatione delinquere. Moyses autem, id est lex uult te educere de Aegypto, & de opere palearum: si tamen illum audias, & ad heremum ire uolueris, id est ad locum perturbationis huius mundi uacuum. Ad hunc ergo locum quietis cum ueneris, ibi poteris immolare Domino. Aliter per uiam trium dierum, ostenditur fides trinitatis. Per solitudinem à peccatis & uitijis, & per montem sanctam Dei Ecclesiam intelligimus. Quod autem dicit Moyses, *Se non esse eloquentem, & ab heri & nudius tertius ex quo locutus est ad illum Dominus tardioris & impeditioris linguae esse:* significat, quod omnes homines in comparatione diuini uerbi non solum ineloquentes, sed & muti putandi sunt: donec enim Moyses iret in Aegyptum, non tardum se lingua proficitur. Erat enim Aegyptus & sonora uoce & eloquentia incomparabili, ubi coepit audire uocem Dei, tunc sensit se tardum esse lingua: sed quia in id perficit, ut cognosceret semetipsum, merito à Domino audiuit: *Ego ero in ore tuo.* Non solum autem Moysi aperitur os, sed et Aaron. Sic enim dicitur: *Ego ero in ore tuo, & in ore illius.* Aaron autem occurrit Moysi in deserto, tu quoque occurris legi Dei, & sensum illius in desertum locum, id est segregatus à uarijs occupationibus penetraueris, aperietur tibi os. Quod autem Moyses dixit, non solum eloquens ab heri & nudius tertius: alij illum humilitatis causa hoc dixisse putant, uel secundum ueritatem in Hebraica lingua eloquens non fuit. Ab heri quoque & nudius tertius sic intelligunt: quasi dixisset, *A iuuentute mea, pro tempore praeterito, quo coepit loqui cum Domino. Qui fecit os hominis,* & reliqua. Ac si diceret, Non alius praeter me: & sicut feci os hominis, sic & eloquentem facere possum. Spiritualiter significat os hominis, legem populi. *Quis fabricauit mulum & surdum?* Spiritualiter autem per mutum populus gentium designatur, et per surdum populus Iudaeorum, qui legem habens non audiuit: & per audientem & uidentem populum Christianorum. Et per caecum, infidelis, eo quod uiam ueritatis non uidit. *Et ego ero in ore tuo.* In hoc Dominus significatur in lege habitare: hoc quoque testimonium praefigurauit, quod Dominus in Euangelio ait, *Nolite cogitare quid loquamini, & reliqua.* Moyses & Aaron ambo legem & sacerdotium significant. Os autem Moysi & Aaron dicitur, sic etiam sacerdotium os legis fuit. Moyses uero interpellans inter Deum & Aaron, significat interpellantem legem inter Deum et sacerdotium: sacerdotium uero, inter Deum & populum. *Et sume uirgam, id est postquam uidit Dominum in Ore.* Cui ait Iethron, *Vade in pace.* In hoc loco Iethron Deum patrem significat, iubentem Christo ire ad as-

sumptionem carnis. *Dixit ergo Dominus ad Moysen,* id est in altera uisione uel in eadem. *Vxor autem Moysi,* quam tulit de Aegypto: significat Ecclesiam, quam tulit Dominus de Aegypto huius mundi. Duo quoque filij, duo populi. *Asinus super quem imposuit, populum apostolorum.* Reuersio autem in Aegyptum, legis uel Christi in hunc mundum significat reuersionem. *Virga autem quam portat, doctrinam spiritus sancti, uel crucem Christi: quodque dicit coram Pharaone, indicat quod illi pertinet.* *Et ego induro cor Pharaonis,* id est per commissionem arbitrij sui, siue pro uindicta dicitur, uelut non ante caput inuenire: quod est, illi non prophetaret, ac si Dominus diceret: *Scio tamen Pharaonem, quod uos non dimittet.* Aliter Dominus cor Pharaonis induit per iudicium debitum de peccato Adae, uel cum poena peccatorum effertur, cor induitur. *Filius meus primogenitus Israel,* id est in acceptione legis populo Israel, siue in nouo dicit: *Non sum missus nisi ad oues, quae perierunt domus Israel.* *Tulit ilico Saphora acutissimam petram,* id est Ecclesia gentium doctrinam spiritus sancti siue Christi. *Et circumcidit praeputium filij sui,* id est populi gentium: & tetigit pedes illius sanguis, quae significat circumcisionem hominis intus & foris. *Quod autem princeps Aegypti dicit, Nescio Deum,* & reliqua. *Non dimittam, uide in Euangelijs,* eberatos quomodo emittant hanc uocem. *Clamauerunt enim, inquit, daemones, & dixerunt ad Dominum: Quid uenisti ante tempus torquere nos? scimus te, quia tu es filius Dei.* Et ubi tormenta senserunt, sciunt Dominum, ante flagella dicit, *Nescio Deum.* Sed & Pharaon ante uerbera nescit Dominum. Post uerbera pro se supplicare rogat. *sequit: Quare Moyses & Aaron sollicitatis populum, ite ad opera uestra: donec secum est populus, non illum putat esse peruersum.* Si uero dicat, *Volo ire trium dierum, peruerit populum dicit.* *Hodie quoque Moyses & Aaron, id est propheticus & sacerdotalis sermo animam sollicitat ad seruitum Dei, tunc princeps huius mundi illam ad opera pristina plus cogit.* *Dixitque Pharaon, multos populos: hoc significat consilium diaboli contra suos satellites, uoluntates, opera diaboli.* *Diabolus inuidit multitudini populi Christianorum.* *Populus autem aspersus super omnem terram Aegypti, humani generis asperionem significat, ad seruitutem sub potestate diaboli ad colligendas paleas, id est uitia: flagellati quoque sunt, id est à diabolo.* *Per manum enim fortem, & reliqua: id est, ostendat uirtutem meam per signa quae faciam.*

CAPVT VI.

Go Dominus, qui apparuit, & reliqua. ac si dicat, *Sicut patres uestri cognouerunt uirtutem meam, cum de inimicis illorum uindicarem, sic & uos cognoscetis in uindicta inimicorum uestrorum.* *Et nomen meum Adonai non indicaui illis: quod omnipotens, uel Dominus exercituum interpretatur.* Et hoc sic intelligendum est, quasi dixisset: *Non indicaui, utique indicaui illis, et sic uobis indicabo.* *Vel quando illi mihi placuerunt, tamen illis non indicaui hoc nomen, sicut uobis.* Aliter sic mystice intelligi

telligi potest: quasi dixisset in veteri Testamento non indicavi, sicut in nouo: uel in nouo non indicavi, sicut in die iudicii. Et recordatus sum peccati mei: hoc intelligitur, quod Dominus recordatus sit contra diabolum, de oppressione sanctorum. Et recordatus est ad Israel, de promissione quam promissit: ut est, Et dabo uobis terram hanc, et reliqua. Ergastulum Aegyptiorum, tentationes huius mundi significat: seruitus eiusdem, seruitutem demoniorum, de quibus sancti in brachio excelso, id est in Dei potestate, uel in filio liberantur: & iudicij magnis, id est in plagis Aegyptiorum historialiter uel demoniorum, in die iudicii, que hic sequuntur, Ecclesie de potestate diaboli liberata conueniunt. Super quam leuauit manum meam, id est in more iuradi. Ego Dominus, id est qui possum facere que dico. Propter angustiam spiritus, id est eo quod concludit fidem inuidia: & opus durissimi, id est tentationem. sequitur: Abominatioes

Aegyptij no comedunt oves.

Aegyptiorum immolamus Domino. Oues quippe Aegyptij dedignantur edere, quod autem abominantur Aegyptij, hoc nos offerimus: quia conscientia simplicitatem, quam sapientes huius mundi fatuitatem putant, hanc iusti Domino in sacrificium immolant. Ex quo autem cepit Moyses loqui ad Pharaonem, magis affligitur populus Domini. Ex quo enim in animum hominis sermo Dei perlatus fuerit, acrius callidus hostis insurgit. Nonnulli autem multis uerberibus conclusi, consententur se Pharaonis esse populum, dicentes: Vt quid affligis populum tuum: superati namque uerberibus nonnulli a fide recedunt, & ad Moysen et Aaron loquuntur: Ex quo introistis ad Pharaonem, execrabilem fecistis odorem nostrum coram eo. propheticus enim sermo suauis odor credentibus, dubijs autem & incredulis, execrabilis odor efficitur. Ecce filij Israel non me audiunt, & reliqua. Sicut enim Moyses hic recusat, quod se Pharaon non audiret, si filij Israel non audierunt: sic lex recusat, quod illa diabolus non audiet: si non audiunt sancti mandatum ad filios Israel, id est exemplum omnium plagarum. Anni autem uitae Leui fuerunt 138. Idcirco anni Leui hic proprie numerantur, ut ueritas natiuitatis & generationis Moyse & Aaron intelligatur. Ruben autem & Simeon propter ordinem natiuitatis ante Leui positi sunt, sed tribus tamē Leui mystica est. Numerus autem annorum Leui mysterium significat. A magno usque ad paruum surgit plebs, in humilitatem descendens. Sed centum specialiter perfectionem significat, xxx uerò fidem trinitatis, viij. nouum Testamentum. Et sicut in hac genealogia principes maxime principatum tenentes, & ab ipsis secundum causam quoque Moyse & Aaron, Anni Gath numerantur. Cuius etiam anni & Leui eundem sensum habent, per tres nouissimos qui in lege significant. Ruben autem & Simeon, quorum anni non numerantur, figuram poenitentium tenent. Leui autem & filij illius quorum anni numerantur, figuram perfectorum tenent. Amram uerò & lochabet, Christum & Ecclesiam, ex qui-

Anni Leui.

Anni Gath.

Amram.

bus nascitur lex & sacerdotium. Anni quoque eundem habent intellectum. Et Leui ideo genealogia Esau commemoratur, id est pro Chore, hoc est, pro malis quae illis oriuntur post: sic etiam in Ecclesia boni & mali commemorantur in exemplum. Aaron accepit uxorem. Haec causa Phyneas commemorantur. Haec quoque figuram doctorum contigerunt, qui doctores parturunt, ut sancti sanctos parturunt. Parturitio autem Chore, in figuram haereticorum alios parturientium. Iste est Aaron & Moyses. Alij dicunt hanc sententiam Esdrae prophetae, siue spiritus sancti per Moysen, siue translatoris, siue aliquis de persona Moyse diceret. Ipse dixit. Aaron uerò hic primus dicitur, eo quod magis senex sit, quod etiam figurat conuenit: Christus enim, cuius hic Aaron figuram tenet, lege senior est. Quibus praecipit Dominus Deus, & reliqua. Hic ab aliquantis inquiritur, quibus modis dicitur, utique tribus, id est uere falso nomenclatione. uere, ut Deus omnipotens: falso, ut dii, qui coelum & terram non fecerunt. Nuncupatiue: ut, Constitui te in Deum Pharaonis. quod testimonium figurat Euangelicam sententiam, qua dicitur: Quaecumque solueritis super terram, & reliqua. Educatio autem filiorum Israel per Moysen de Aegypto, ubique in hoc libro dicitur, educationem hominum de mundo ad regnum coelorum per legem & sacerdotium significat. Vbi Moyses ante Aaron memoratur, significatur quod lex speciem suam ante sacerdotium ostendit. Moyses in circuncisus labijs dicitur: a se significat legem non duxisse salutem, sed a Christo.

Chore.

Deus.

CAPVT VII.

Ecce constitui te Deum Pharaonis, & reliqua. Per hoc potestas legis demonstratur. Aaron propheta tuus, id est, predicator tuus. Et multiplicabo signa et ostenta: per signa, plage intelliguntur: per ostenta, quod in mari fecit. Manum meam super Aegyptum, id est potestatem super hunc mundum significat. Educam populum meum, & exercitum, id est sanctos & populum Christianorum. In annis etiam Moyse & Aaron mysticus intellectus est, quinquaginta poenitentiae uirgum, significat xxxij. quod in scriptis aetatibus praediximus. Virga Moyse uirgas Aegyptiorum deuorauit. Per quod significatur, quod uerbum caro factum, antiquorum serpentium dira uenena euacuauit per remissionem peccatorum. Virga enim, est uerbum directum, regalis potestatis, plenum insigne imperij. Virga serpens facta est, qui erat Dei filius, factus est filius hominis per incarnationem: qui quasi serpens ille in deserto suspensus, medicinam uulnerum infudit homini. Virga Moyse in draconem uersa, Magorum uirgas absorbit: et Christus post gloriae suae dignitatem, factus obediens usque ad mortem, per ipsam mortem destruxit aculeum mortis. Indurauit Dominus cor Pharaonis. Quia diabolus ista sic indurauit propter peccatum, ut poenitentiae compunctione nunquam emolliret. Sicut in Iob de eo scriptum est: Indurabit cor illius in lapide. dum plaga dicitur, interrogatur, quot sunt plagarum genera, utique iij. Plaga insanabilis, qua inimicus percutitur sine retractione,

Genera plagarum.

retractione. Secunda sit plaga in ostensione uirtutum, ut caecus in Euangelio. Tertia peccato uenturo, ut Paulus stimulum accepit, ne illi eleuatio uenisset. Quarta, ut Dauid de praeterito peccato, de numero populo. Genus autem insanabilis plage Aegyptijs accidisse dicit. Sed etiam secundum quosdam quarta genera inuenire hic plagarum dicuntur. Genus plagae insanabilis in mari rubro, pro ascensione uirtutum.

Posui te, ut ostendam in te uirtutem meam. De peccato uenturo, quod Israel non relinqueret propter illorum superbiam, si non habuissent plagam. De peccato praeterito, eo quod illuminati quis retineant temporibus. Decem plage in Aegypto, quae spiritualiter in mundo implentur, cuius figura est Aegyptus. Sciendum est, quod alio modo dicit, Indurauit Dominus cor Pharaonis: aliter, Induratum est cor Pharaonis, sed non a Domino dicitur induratum esse, sed quasi sua sponte, quod Apostolus designat, cum dicit: Tu autem secundum duritiam cordis tui thesaurifas tibi iram in die ire. Per quod illum qui sponte induratur, culpatur. Alibi uerò dicitur: Cui uult, miserere, & quem uult, indurat. Sed hoc intuentum est, quod in decem plagis quaedam uerba Aaron, quaedam Moyses, quaedam uerò ipse Dominus intulerit: per quod significat, in quibusdam per sacrificium & obseruationis sacerdotium purgamur, quod Aaron significat: in quibusdam per scientiam legis emundamur, quod Moysi significat officium: in alijs quae difficiliora sunt, ipsius Domini egenus uirtute. Moyses autem ad Aegyptum ueniens, & deferens uirgam, castiget Aegyptum: legem significat, quae mundum in decem plagis mandatorum corripit. Virga uerò, per quam Aegyptus corripitur, & Pharaon superatur, crux Christi est, per quam mundus uincitur, et princeps huius mundi triumphat. Quod autem uirga proiecta sit serpens, significat sapientiam. Prudentes enim, inquit, sicut serpentes. Quod autem serpentes magorum deuorauit, significat crucem Christi, cuius praedictio, quae uidebatur stultitia, omnem sapientiam superauit mundana. Quod autem mysterium crucis habeat, Dominus dicit, cum ait: De me enim ille scripsit.

Plaga Aegypti & Pharaonis. Cum proiecta esset in terram uirga, tunc in serpentem uersa est. Quia cum crux ad credulitate hominum uenit, stultam fecit sapientiam huius mundi per mysterium crucis. Quod uerò aquae fluminis uertuntur in sanguinem, satis conuenienter aptatur, ut fluitus cui Hebraeos crudeli neci tradiderunt, auctoribus sceleris redderet poculum sanguinis. Allegoricè autem flumina Aegypti erratica & lubrica, philosophorum sunt dogmata, quae cum paruulos sensu & intelligentia deceperunt, ubi crux Christi mundo huic lumē ueritatis infudit, necis illorum poena & reatus sanguinis exigitur.

Secunda uerò plaga, in qua ranae producuntur: significat, ut arbitror, carmina poetarum, qui inani quadam & inflata modulatione uelut ranarum, sonis & cantibus, huic mundo fabulas

Plaga Aegypti & Pharaonis.

Ranae.

deceptionis intulerunt. Ad nihil enim aliud hoc animal utile est, nisi quod sonum uocis improbae importunis clamoribus reddit. Post cinifex producitur. hoc animal pennis quidem suspenditur, uolans super aera: sed ita subtile & minutum, ut oculi uisum, nisi acute cernentis effugiat: corpori tamen cum inciderit, acerbissimo terribat stimulo, ita ut quam uidere quis non ualet, sentiat stimulantem. Hoc ergo animalis genus dignissime puto arti dialectices comparari, quae minutis & subtilibus uerborum stimulis animas penetrat, & tanta calliditate circumuenit, ut deceptus nec uideat, nec intelligat unde decipit. Quod in tertio signo magi ascenderunt, dicentes, Hic est digitus Dei: magi illi typum haereticorum, uel animositatem habuerunt. Declarat hoc Apostolus: Ioannes & Mambres Moyse resistunt. Hi autem per ipsam correctionem mentis inquietissimi fuerunt, in signo tertio defecerunt: confitentur, sibi aduersum esse spiritum sanctum, qui erat in Moyse. Tertio enim loco ponitur spiritus sanctus, qui est digitus Dei. unde & illi deficientes in tertio dicunt, Digitus Dei est hic. Sicut autem conciliatus & plantatus spiritus sanctus praestat requiem mitibus & humilibus corde, ita contrarius aduersus diuites ac superbos, inquietudine exagitat, quam inquietudine muscae illae breuissimae significauerunt. sub quibus magi Pharaonis defecerunt, dicentes: Digitus Dei est hic. Quarto quoque loco Aegyptus percutitur muscis. Musca insolens & inquietum animal est: in qua quid aliud quam insolentes curae desideriorum carnalium designantur? Aegyptus uerò muscis percutitur, quia illorum corda, qui hunc mundum diligunt, desideriorum suorum inquietudinibus feruntur. Porro Septuaginta interpretes cinomiam, id est muscam caninam posuerunt: per quam canum mores designantur. Quando igitur per haec singula mundus deceptus est, aduenit lex Dei, & his modis illum corripit, ut ex qualitate poenarum qualitates priores agnoscat errorum.

Cinifex.

Magi Aegyptij.

Musca.

CAPVT IX.

Quod uerò in quinto loco animalium uel pecorum nece Aegyptus uerberatur, uel cordia hic arguitur, uel stultitia hominum mortalium, qui tanquam irrationabilia pecora cultum & uocabulum Dei imposuerunt figuris non solum hominum, sed & pecorum ligno et lapidibus impressis. Ammonem Iouem in ariete, Anubem in cane uenerantes: Apin quoque colentes in tauro. Quae igitur Aegyptus portera miratur, & in quibus cultum credebat esse diuinum, in his uidentur miseranda supplicia. Ulcera post haec & uelice cum seruore in sexto uerbere producuntur: & mihi uidetur, quod in ulceribus arguitur sola & fraudulenta malicia: in uelicis tumores & inflata superbia: in feruoribus furoris & irae infania. Huc usque per errorum suorum figuras huic mundo supplicia temperant. Post haec uerò ueniunt de supernis uocis tonitrua, scilicet grando & ignis discurrens. Vide temperamentum diuinae clementiae.

Cultus Aegyptiorum.

Ulcera.

CAPVT VIII.

115. Non cum silentio uerberat, sed dat uocem & doctrinam coelitus emittit, per quam possit castigatus culpam suam agnoscere. Dat etiam grandinem, per quam uastantur tenera adhuc nascētia uitiorum. Dat & ignem, sciens esse spinas & tribulos, quos debeat ignis consumere. Deinde Dominus dicit, Ignem ueni mittere in terram: per hunc enim incētia uoluptatis & libidinis consumuntur.

CAPVT X.

116. Quid autem hoc loco locustarum sit mentio, putatur: quibusdā per hoc genus plagae dissentientem a se, & discordantem humani generis inconstantiam confutari. Locusta enim cum regem non habeat, una acie exercitum ducit: homines uero cū rationabiles a Domino facti sint, neq; semetipsos ordinatē regere poterunt. Alio quoq; sensu pro mobilitate leuitatis accipienda sunt, tanquam uagae & salientes animae, uolitantes in hoc mundo. Nona plaga tenebrae sunt, ut siue mentes corū cecitatis arguant, siue ut intelligat diuinā prouidentie obscurissimas esse nationes. Posuit em̄ Deus tenebras laetitudinis, quas illi audacter & temerē persequari cupientes, & alia ex alijs afferentes, in crassas & palpabiles tenebras errorū deuoluti sunt.

CAPVT XI.

117. Ad ultimum primitiuorū infertur interius. Delētur enim primogenita Aegypti, siue principatus & potestates illorū. Et huius mundi rectores siue auctores et inuētores falsarū, quae in hoc mundo fuerunt religionum, quas Christi ueritas cum suis extinxit auctoribus, & deleuit. Hec mysticē. Moraliter quoq; una quaeq; anima in hoc mundo dum in erroribus uiuit, posita est in Aegypto, id est, hoc mundo: si appropinquare coeperit lex Dei, aquas cōuertit in sanguinē, id est, fluidam & lubricam iuuentutis uitam conuertit in sanguinem noui uel ueteris: tunc deinde ducit ex ea ranam, loquacitatē, & aduersum Dei prouidentiam ranarum similem telam. Purgat enim malignas cogitationes illius, & mordacitate cimicum, aculeos discutit libidinum: muscarum morsibus stultitiam & intellectum pecudibus similes delet, qua cōparatus est iumentis insipientibus. Ulcera autem arguūt peccatorū atq; arrogantiae tumorem, feruoremq; furoris extinguunt: ab his & post haec uoces filiorū tonitruū, id est, Euangelicas doctrinas. Et castigationem grandinis amouet, ut luxurias uoluptatesq; coherceat. Adhibet simul & ignem poenitentiae, locustarum, ab illa subducit exemplo, quibus mordeantur & depascantur omnes inquieti motus illius & turbidi, ut omnia secundū ordinē fiant. Vbi uero cōfiteri coeperit, quid digitus Dei est, et paruum quid agnitionis acceperit, tunc gestorum suorum tenebras uidet: cumq; uiderit, tunc merebitur, ut extinguantur in illa primogenita Aegypti, quae sunt delicta iuuentutis & ignorantiae. Primum enim motus in peccatum ruit: si autem noluerit iungi Israeliticā plebi, non poterit de profundo euadere. Alio quoq; sensu hoc idē

possumus intelligere. Nam sicut decem cōtradictiones, ab Aegyptijs aduersum populū Israel, sic aduersum Christum & aduersum populū Christianorū decem uindictae fuerunt a Romanis. Ibi prima plaga aq̄ uertuntur in sanguinē. Hic prima plaga sub Nerone exegit, ut ibi morientium sanguis esset, uel moribus in urbe corruptis, uel in bellis in orbe sicut sanguis: illic tam in puteis, quam in fluminibus fuit. Ibi sequēs plaga perstreptentes petulantesq; in penetralibus ranas, inediae propemodū causa habitatoribus atq; in illis fuisse. Hic sequens sub Domitiano poenam similiter fatellitum illius improbis effrenatisq; discursibus, cruentissimi principis iussa exequentiū cōpulit ad inopiā per omnes fideles ciuesq; Romanos adactos, exilioq; dispersos. Ibi tertia uexatio, habuit cynifex, muscas scilicet prauissimas seuissimasq; quae adunatū de fatā capillis hominum uel pecudum interferrī solēt. Hic idem sub Traiano terna plaga ludaeos excitauit: qui cum ubiq; essent dispersi, repente in ipso seuerūt. Ibi in quarta muscae caninae fuerunt siue a lumine, quae putredines uermiū sunt. Hic quarta sub Marco Antonino plaga lues plurimis intimatur, uel infertur prouincijs: Italicum quoq; exercitum Romanorū per longinquos limites dispersum, putredini simul & uermibus dedit. Ibi quinta correptio pecorum ac iumentorum interitū repētino expleta est. Hic quoq; quinta ultiohe sub Sethero principe celeberrimis, ciuilibus bellis propinquo, uiscera ac iumentū rei publicae ac plebis prouinciārum & regiones militum comminutae. Ibi & uelut sexta uexatio habuit feruescentes, ulceraq; manātia. Hic equislex punctio, quae post Maximiani persecutionē fuit, specialiter episcopos & clericos, omīssa populari turba trucidari imperauit: intumescens crebro ira atque inuidia, non per uulgi cēdem, sed per uulnera morientium principum. Ibi septima ultio numeratur, coactio aere grandis perfusa, quae satis exitio hominibus & iumentis fuit. Hic septima sub Gallo & Volusiano, qui persecutore Decio interfecto plaga successerat, extitit aere pestis infusa, quae per omnia regni Romani ab oriente usq; in occidentem spacia, penē neci omne hominū genus dedit. Ibi octauam Aegypti contritionem fecere excitate undiq; locustae, terrentesq; omnia. Octaua equi in subuersionem orbis excitata undiq; intulerunt gentes, quae cedibus atq; incendijs cum ceteris prouincijs deleuerunt. Ibi nona turbatio diuturnas tenebras habuit, plus omnino periculo comminata, quam fecit. Hic item nona correptio fuit, cum Aureliano persecutionem commouente, diris turbationibus terribile ac triste fulmen sub pedibus ipsius ruit: ostendens quid cum ultio talis exigeret, tantus possit ultor, nisi pius esset & patiens: quanquam intra sex menses ab hoc tres succidij Imperatores, hoc est, Aurelianus, Tacitus, Florianus diuersis causis mortui sunt. Ibi decima plaga fuit interfectio filiorum, quos primos quippe genuerūt. Hic nihilominus

Tonitrua caelestia.

Locustae.

Tenebrae.

Primogenita Aegypti.

118. minus decima, id est nouissima poena est, omnium perditio simulachrorum, quae primitus facta amauerant. In primis ibi Rex poenitentiam Dei sensit, & probauit, & timuit, ac per hoc populum Dei liberum abire permisit. Mensis iste uobis principium mensium, primus erit in mensibus anni. Quid mirum, si iste mensis primus fuisset, in quo creatum est coelum & terra: in quo & diluuium factum est, & finitur, & in quo plebs Israel liberata est: in quo lex alijs data esse dicit, in quo praedicatio Christi, & illius passio facta est: Deinde non est admirandum, si aptum fuisset, in quod haec omnia facta sunt, quia apud Hebraeos Nisan uocat, apud Latinos Martius dicitur. Ideo hic mensis designatur mensibus anni principium esse, quia Hebraei hucusq; ordinem in mensibus non obseruauerūt proprie, sed more gentilium, inter quos prius habitauerunt. Mensis autem a metiendo dicitur, ut alij putant, eo quod hebdomadas, & dies, & horae, & momenta simul in illo metiantur. Mensis autem primi legem naturae significat: mensis autem anni, legem Mosi & prophetarum. Annus autem mundum totum. Interea fit Pascha: in occisionem anni occiditur Christus, de quo dicitur: Ecce agnus Dei. Quod autem, decima die mensis agnus tollitur, & non immolatur usq; ad quartum decimum diem, significat, quod per legem quidē Christi passio praefigurabatur. Et tamen Euangelij cursus ante passus: denarius enim numerus ad legem pertinet propter decem uerba legis. Quaternus numerus ad nouum Testamentum, propter quatuor Euangelia. Quod sequitur, Si minor numerus non sufficere possit ad uescendū agnum, assumet uicinum suum, & reliqua: signat, qui per semetipsum non ualet implere uel intelligere sacramentū fidei, debet a sapientiore inquirere, illiq; adherere, eidemq; fidei, qui seipsum illū oporteat facere agni carnis uesci. Erit agnus absq; macula. Quod Christo conuenit, de quo dicitur: Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in lingua eius. Anniculus agnus immolatur, & Christus matura etate passus. Sequitur: Iuxta quem ritū tolletis & hœdum. Qui & ipse hœdus non incongruē ipsum significat, eo quod sit hostia pro peccato. Qui enim, inquit, peccatum non fecit, pro nobis peccatum factus est. Ad uesperum agnus immolatur, quia in uespera mundi passus est Christus. Super utrumque postem sanguis agni datur. Et nos corde & corpore signamur signo crucis Christi, & dicimus: Signatum est super nos lumen uultus tui Domine. Alij autē dicūt, per pascha quod in Aegypto celebratur, pascha ueteris Testamenti significari, quod nondum a uoluntatibus transitum est. post iter maris rubri, figuram paschae noui Testamenti in Ecclesia, quae post baptismum deserta est a cupiditatibus uisorum. Sed tamen post pascha in desertum, pascha terrae repromissionis restat: sic & sanctis post pascha noui Testamenti, pascha iudicij restat, id est regnum caelorum. Decima die mensis dicitur, & nō decima nocte, id est,

Primus mensis Hebraeorum.

Nisan.

Mensis.

Agnus paschalis.

ut ab insigni parte preferret: uel eō quod dies sit condita, & non nox. Ita unusquisq; id est unusquisque princeps. Moraliter uero decima dies, quae agnus immolatur, significat Christū decem sensibus nobis ad credendum induci, qui per innocentiam immolatur. Familiae autem & domus, sensus animae & corporis signant. In hoc autem difficile uidetur, quia certum numerum non dixit secundum historiam, sed tamen sensum interpretatur. Aptus uidetur sensus, numerus ad agnum comedendum, qui bene uidentes sex diebus, quibus mundus est euolutus, significat: siue uij. uiri, id est uiuentes per doctrinam septiformem: uel xij. id est doctrinam Apostolorū implentes. Hi enim numeri in Ecclesia quotidie Christum assumunt, qui sufficere possunt, id est qui digni fuerunt. Agnus quoq; pro Iosue & Caleph immolari dicitur, quod significat hœdos illos, qui in heremo ceciderūt. Aliter nobis nunc per agnum & hœdum credulitas diuinitatis & incarnationis Christi insinuat. Et obseruabitis illum, & reliqua. Christus per legem, ut praediximus, obseruatus, quem nos moraliter in cordibus nostris obseruare debemus, usq; ad quartum decimum diem, id est, dum uenerit per opus Decalogi Euangelij. Mensis huius, id est historialiter, quia in eodem, ut praediximus, Christus passus: si. u. niuersa multitudo, id est Iudaeorum Christi crucis signentium: uel credentium multitudo mysticum intellectū, siue moraliter multitudo sensuum perfectorum, ad uesperum, id est ad consummationem ueteris Testamenti. Vel moraliter uesperum, consummationem prosperitatis huius seculi significat. Er edent carnes nocte illa: id est, id obscuritate sacramentorū: uel moraliter, in ignorantia peccati. Assita igne: Id est ignis passionis. domus autem, in quibus carnes manducantur, animam uel corpus significat. Quod autem azymos panes cū lactucis agrestibus manducare iubetur, significat quod uitam ab omni fermento malitiae reparatam ducentes, amari tudinem compunctionis cordis semper habere debemus, quod significat lactuca. Cum enim manducantur, sic sunt salae & amare, ut producant comedentis lacrymas. Sic nimirum & coelestem panem accipientes, irrigare faciem debemus. Non coquantur agni carnes aqua, sed tantum igni: quia non per sapientiam mundi huius intelligitur passio Christi, sed per gratiam spiritus sancti. Caput cum pedibus et intestinis uorabitis. In capite diuinitatis signum, in pedibus humanitatis. Intestina, secretiora & occultiora mysteria significant, quae omnia debemus uorare, hoc est, credere. Quodq; dicitur, Non remanebit ex eo quicquam usq; mane: significat, quod antequā tempus futuri iudicij illucescat, debemus omnia quae scripta sunt, credere & implere. Et si quid obscurum est ualde, & altius nobis, spiritui sancto, qui ignis consumens est, referuanda est. Qui sic aduenerit, cōmemorabit omnia quae dicta sunt nobis: significat illud quod dicitur, Si quid residuum fuerit, igni comburetis. Quodq; dicitur, Non comedetis

Esus agni.

Lactuca.

medetis.

medeis ex eo crudum. Ab alijs sic intelligitur, quod crudum edunt, qui Christū tantū intelligūt carnaliter. *Caput cum pedibus*, id est Christū cum duabus legibus, uel cum apostolis. Quod que igni cōburentis. Moraliter potest intelligi, quia igne cōpunctionis cōburere debemus, quodcūq; de bonis operib; nō tenuerimus. *Renes uestros accingetis*. In hoc significat correctionem humane concupiscentie. In renibus autem concupiscentia uiuorum fit, in umbilico autem mulierū. **Concupiscentia ubi sita.** *No-bis quoque dicitur: Accingite lumbos mentis uestre, id est mentes accingite.* Sicut quod dicitur, *pars pro toto intelligitur. Calceamenta habebitis in pedibus*, id est charitatem duplicem in sensibus habeamus, uel exemplo prophetarum apostolorumq; in corpore & anima. *Tenentes baculos*, arma quæ utraque manu tenentur. *Arma autem nostra* quibus defendimur, & quibus pugnamus, duo Testamenta sunt: uel moraliter auxilium utriusque substantiæ. *In manibus*, id est in operibus: festinanter, id est spiritualiter. **Transitus** *ter Christum credere debemus ante diem iudicij, uel moraliter festinanter pergit ante diem mortis Ecclesia de terrestribus. Pascha autem transitus interpretatur, id est transitus Domini ad uindictam.* Deinde ad Israel dicitur: *Comede festinanter ante uindictam.* Multis autem modis supra dicta interpretatio cōuenit: primò per transitum Domini ad uindictam, ut dicitur, *Transibo per terram Aegypti.* Sive quod uindicta per populum Dei transiret, siue transitus in nube. **Transitus** *spiritualiter autem transitus in uindicta iudicij intelligitur, siue de mundo cum omnibus sanctis ad regna celorum. Transitus autem Domini non in nube, auxilium illius cum sanctis significat. Media autem nocte populus Israel ex Aegypto egressus est, & primogenita occisa sunt.* Item eadem hora iudicium uenire putatur, & sancti Israel de mundo egrediuntur, post agnum comedendum, id est Christum: tunc omnis uirtus hominum mundalium confringitur. *Media autem nocte populus inferni solutus erat, & diabolus cū suis satellitibus uinctus. Hic etiam solutio Petri media nocte conuenit. Ad Israel autem historialiter dicitur, Tollat unusquisq; & reliqua: id est, ut utrū bonum sit. Agnus, ut superius exposuimus, pro his qui euaserunt ad terram, id est promissionis. Hæc dicitur, pro his qui in heremo perierunt. Primogenita Aegypti, pro primogenitis Israel occisa sunt. Primogenita autem peccatorum, eo quod illa idolis immolauerunt. Qui enim pleni malitiæ erūt, plenam uindictam meruerunt. Quod autem dicitur, *In die illorum fecit iudicium: Hebræi autem, quod nocte illa qua egressus est populus Israel, omnia templa Aegyptiorum destructa sunt, sine terræ motu. Spiritualiter autem, quod egredientibus nobis de mundi erroribus idola corrumpant, & quatiuntur. fermento autem sublato sic proficiuntur. Et nos exeuntes ex Aegypto huius mundi, nō ambulemus in fermento malitiæ. Et illi septem diebus azyma comederunt. Et nos septem diebus puri ac simpliciter, quibus mun-**

us iste peragitur, uesci debemus, & quotidie nobis agnus occidatur, & quotidie Pascha celebramus. Hæc quoq; templa idolorū destructa significat, aduentum Christi in Aegyptum, quo simulacra Aegypti destructa sunt. Occisio autē rationabilium & irrationabilium, occisionem hominum & iumentorum in mari rubro, siue corporum & animarum, siue plagas peccatorum in presenti & in futuro. Primogenita autem Aegyptiorum occisa sunt, ut hoc Aegyptios impediret de persecutione Israel.

Peribit anima de Israel: id est, quicumque ex nobis peccauerit, peribit de sanctis. à primo die usq; ad septimum: id est ab initio noui ad finem, uel ab initio operis, usq; ad finem: uel à persecutione animarum, usq; ad persecutionem corporum. Dies primus erit sanctus, id est sine labore. Ita dies noui Testamenti solennis est, abundans bonis spiritualibus, sine laboribus peccatorum. In utraq; substantias exceptis his usque pertinent, quæ pertinent ad uitam actualement.

*In eadem ipsa die usq; perpetuo, id est pro beneficio quod illis Dominus in die paschæ fecit, quod etiam iustus in nouo Testamento conuenit, quos Christus redemit. Quartusdecimus dies, fides Christi nobis demonstrat. Per decem præcepta & quatuor Euangelia, siue adsumptionem carnis Christi, per decem sensus & quatuor, quibus homo constat. Immolatio agni quartodecimo die conuenit, quia Mesraim quartodecimo ab Adam primo sanguinem idolis immolauit, usq; ad diem uicesimumprimum, id est in figuris durarum legum, & illarū unitatis. Eiusdem mensis, id est noui testamenti. De aduenis, & reliqua. Ad uenē gentiles significant: indigenæ Indicos, terra Ecclesia. Isopus autē herba est humilis, quia peccatus purgat, figuram Christi tenet. Humilis in assumptione carnis. fasciculus hyssopi: id est, credulitas incarnationis Christi & diuinitatis illius corporibus inesse debet. Tullit igitur populus usq; ad farinam, id est literam legis cum operibus bonis carnalibus. Populus Christianorum legem sparsum sensu ligans in palis, id est iugo uitæ. ut, si quis uult uenire post me, & reliqua. Vita enim est mādatorū impletio. Præcepit dehinc Deus, ut ab Aegyptijs sibi commodatō peterent: sic populus proficiens, auro & argento expoliavit Aegyptios iussu Dei nihil iniuste iubentis. In auro & argento & ueste Aegyptiorum, significantur quædam doctrinæ, quæ consuetudine Gentilium nō inuili studio discuntur. Et aliter aurum & argentum Aegyptiorum, animæ sunt cum suis etiam corporibus, quod uestes significat iungentes se populo Dei. Quid autem significant Rammalles, & cæteræ mansiones, cum de mansionibus dicere coeperimus, explanabimus. *Omnis alienigena non comedet ex eo. Omnis infidelis non uescitur carne Christi. Omnis seruus emptius circumcidetur, & sic comedet. Omnis quem emit sanguine suo, debet esse seruus Christi, & circumcidat uitijs, & sic comedere corpus Christi. Aduena et mercenarius non comedent ex illo. Aduena, qui nu-**

Isopus

per uenit in fidem, ut sunt neophyti. Mercenarius autem est, qui pro terreno tantum lucro laborat, & nullum in futurum præmiū requirit: is sanè non sunt digni accipere corpus Christi. *In una domo comedetur: id est, in Ecclesia. Vna est enim, inquit, columba mea: ne foras extra Ecclesiam in plebem hæreticorum feratur. Prohibemur quæ pascha fiunt ossa agni frangere. Non franguntur in cruce ossa Domini. Sive quod dicit, Ossa illius non comminuetis: prohibuit crudelitatem Christi diuinitatis comminueri. Omne masculinum illius, omne uirile illius in peccato. Fecerunt filij Israel, usque Aaron. Moyses & Aaron frequentissime legem & sacerdotium significant: filij Israel, credentes. In uno, omne primogenitum. Hoc primum sacrificium postulat, ac si diceret Dominus: Primogenita uestra immolate, dum uestri causa primogenita Aegypti occidi. Nos autem spiritualiter opera nostra Deo offerre debemus: ut est alibi. Præcipitur autem nobis, ut semper Pascha celebremus, id est transitū nostrum ad meliora de peioribus. Et primogenita Deo consecremus nostrorum operum, qui pro nobis demones occidit.*

CAPVT XIII.

Quod aperta uulua Deo immolatur, in figuram Christi uulua uirginis Mariæ aperientis. *De domo seruitutis: id est de Aegypto, quæ dicitur domus seruitutis, quod Israel ibi seruit. Vel quod idolis Aegyptiorum seruiunt: siue quod quinta pars regibus dabatur. In mense nouorum, id est in nouo: ut dicitur, Renouamini autem spiritu mentis. Septem diebus, & reliqua. De hoc alibi dicitur: Omnis solennitas apud Hebræos septimo die finiatur. Primogenita asini, usque interficiet. ut bona uirtus pro uitio immutetur. Quod si quis bonam uirtutem pro uitio non habuerit, tamen occidat uitium suum. Tullit, Moyses ossa Ioseph. Hic ostēditur, quod filios iuramentum patrum suorum post mortem illorum implere oportet. Deus autem præcedebat, & reliqua. Hoc lumen filios Israel anteire dicitur, ut dicitur: Deus autem præcedebat illos, & post illos aliquo modo fiebat, quando inter populum Israel & Aegyptij interierunt. Columnarum autem materia indicatur, sicut columna nubis de nocte in die remanebat, sic & columna ignis de die in nocte fiebat. Hæc autem columna in acre fuerunt inter cælum & terram. Nubes autem in die, ueterem legem cum obscuritate literæ significat. Columna uerò ignis, legem noui Testamenti: ut, Ignita enim sunt eloquia Dei: & Ignea lex in dextera illius, id est Christus in dextera Dei patris. Aliter, dies in quo nubes fuit, prosperitatem huius mundi significat cum ueteri lege. *Ut quæ bona sunt terræ, & reliqua. Columna uerò ignis in nocte, nouum Testamentum in obscuritate mysteriorum, uel in comparatione uitæ futuræ. Sicut enim nouum ueteri præfertur, ita & dies iudicij nouum superat. Ambulant in nocte & die, in figuram ambulantium in peccatis, & in iustitia de femi-**

Columna ignis.

ne illorum. Aliter ambulatio talis in tenebris & in lumine, significat quod alij ex illis essent in litera, de qua dicitur, *Litera occidit: alij in sensu, de quo dicitur, Spiritus autem uiuificat: uelut similis fuisset honor Dei in die ac nocte. Et præcedebat illos: id est Deus pater. Christus autem præcessit nos in nouo, in ostendendo uiam ueritatis: ut dicitur, Quia coepit Iesus facere & docere: siue in resurrectione, siue in ascensione, siue in sede ad dexteram Dei patris. Per diem & noctem, id est per actualement uitam & contemplatiuam, uel per duas leges. Columna nubis & ignis, doctrina spiritus sancti, differens literis & sensu. Aliter, sicut opus insolutum fuit, sic & columna insoluta fuerunt. Duæ quoque columnæ, duas Ecclesias figurant, id est ueteris & noui Testamenti, in quibus loquitur. Aliter columna ignis in nocte, diuinitas in carne uirginis Mariæ: ut dicitur, Spiritus sanctus superueniet in te. *Vt in tempore, id est hic, & in futuro. Nunquam defuit columna, & reliqua. Hoc significat, quod alibi dicitur: Cælum & terra transibunt, uerba autem mea non transeunt.**

CAPVT XIII.

Ignis igitur Pharaon currum: id est, diaboli quadrigas. Quadriga diaboli, unusquisque peccator cum gula & fornicatione & ira & superbia. Percussit uirga Moyses aquas, & transferunt filij Israel. Rubrum mare significat baptismū, Christi sanguine consecratum. Virga autem qua mare tangitur, sicut supra dictū est, crux Christi est, quam per baptismum accipimus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum. Inimici sequentes cum rege, qui à tergo moriuntur, præterita peccata sunt, quæ diluentur, & diabolus in spiritali lauacro, id est baptismō suffocatur. Virgent quidem Aegyptij, instant peccata, sed usq; ad aquam latus dextrum populi contra Aegyptios, contra mare sinistrum erat, id est populus Christianorum in Ecclesia, quæ est inter mundum & regnum cælorum: uel inter duas montes, corporis & animæ. Voluit in Aegyptum, id est in uoluntates huius mundi. Tres autem cooperati sunt in salutem Israel, id est Deus, Moyses, & uirga. Ita & nos per tres leges, & fidem Trinitatis, & per cogitationem, & uerbum, & opus liberamur.

Inter duos muros, è quibus alter in oriente, alter ab occidente. Similiter inter duas leges significat: inter quas una, quæ super iustos non uindicat. Sive inter duos muros, iter inter corpus & animam significat: ut dicitur, Neque ad dexteram, neque ad sinistram. Amaritudo per quam exierunt, amaritudinem implendi uerbum Dei significat. Cur armis & pecoribus & uestimentis exierunt, sic nos per baptismum cum spe & operibus bonis. Arma autem, & reliqua. Vasa, diuersas uirtutes in Ecclesia significant. Aqua per quas filij Israel exierunt, tres fletus significant. Fletum poenitentiae, per mare rubrum: ut dicitur, Beati qui lugent nunc, & reliqua. per Arnon, fletum compassionis: ut Apostolus

Transitus per mare rubrum.

dicit, Alter alterius onera portate, & reliqua. per Iordanem, fletum erga regnum cœlorum: ut, Cupio dissolui, et reliqua. Quos fletus per cogitationem, uerbum & opus edere debemus. *Ventus urens ex Austro*, id est spiritus sanctus à Christo, tentationes huius mundi à sanctis expellēs. Tres autem filij de fornace liberati, & filij Israel de mari, & Noe in diluuiō, Christo cum sanctis conueniunt. In quarta uigilia, id est post quatuor Euangelia implenda sancti de mūdo liberabuntur. *Ecce respexit Dominus*, & reliqua. Super columnam nubis & ignis Dominus ad uindictam respicit, si dæmones & impij per tres leges occiduntur, & subuertuntur rotæ diaboli.

In æternum tempus, id est usque ad solutionem uirorum inferni, uel sine fine. Duo patres sunt, id est, pater tenebrarum, & pater luminum.

CAPVT XV.

Canticum Moysi. Post transitum maris rubri, cantat canticum populus Deo, Aegyptijs & Pharaone submerso. Nunc aliter & fideles, postquam de lacro ascendunt, peccatis extinctis hymnum laudis emittunt. Cum multa autem in diuinis uoluminibus sint carmina, horum tamen omnium primum est istud canticum. Melius autem & dignius hæc dices, si habueris tympanū in manu tua: id est si carnem tuam crucifixeris cum uitijs. Videamus quod dicit. *Cantemus Domino, gloriose enim honorificatus est.* Quasi non sufficeret glorificatus est: addidit, *Gloriose honorificatus.* Aliud est glorificare, aliud gloriose honorificare. *Glorificatus est autem Christus, quum ad passionem suam uenit, quando sicut ipse de se dicit, Pater glorifica filium tuum: sed tamen hæc gloria non erat gloriosa, sed humilis.* Humiliatur enim, inquit, se usque ad mortem. Verum cum uenerit in maiestate sua, cum & uerum Pharaonem, id est diabolum interficiet spiritu oris sui, tunc gloriose glorificabitur. *Equum & ascensorem proiecit in mare.* Sunt equi quos Dominus ascendit: de quibus, *Equitatio tua salus.* Et sunt qui ascensorem habent diabolum, et angelos illius. Omnes ergo qui persequuntur sanctos, equi sunt, & habent ascensores diabolos. Tales equi & equites in mari huius mundi merguntur, repulsi à nobis Domino adiuuante. *Hic Deus meus, et exaltabo illum.* Pater noster Christus est, qui nos genuit, & fecit. Ergo Deus pater noster est, & Deus patris nostri Christi: qui dicit, *Ascendo ad Deum meum, & Deum uestrum.* Glorificamus illum, si agnoscamus Deum patrem esse nostrum. Exaltamus Deum altiori intellectu, cum intelligimus, quomodo Deum suum dixit Christus, quem natura patrem uocat. *Deus conterens bella, & reliqua.* Non solum uisibilem bella prosternit, sed etiam inuisibiles equos: sic currus, id est unitos in malitia. Ternistatores dicuntur, quia triplex uia peccandi, aut uerbo, aut facto, aut cogitatione. Isti autem ternistatores sunt angeli nequæ, de exercitu Pharaonis. Pelagus cooperuit eos, quia in die iudicij ignis fluctibus tradetur, & tanquam grauisimi lapides submergentur: quia non e-

runt lapides uiui. Et per spiritum iracundiæ, hoc est, correctionis Domini diuiditur aqua: hoc est, per huius mundi desideria ac uoluptates euadit populus Dei, in quibus merguntur infideles. Aut certe per aquam baptismi saluat Deus iustos. In aqua occidit uitia, quasi irascens. *Non est similis Domino in dijs gentium.* Non est nec in sanctis, qui in multis locis dii nuncupantur: licet apostolus Ioannes ait, *Similes ei erimus: non per naturam, sed per gratiam.* *Deuorauit eos terra cum gramine suo.* Semper enim deuorauit terra illos qui terrena sapiunt, qui in terrenis uersantur, & superna non quaerunt. Dominus autem suum populum, quem per lacrum sanctum liberauit, in iustitia gubernabit, & in refrigerum deducet. *Dolores comprehenderunt inhabitantes Philistinum.* Quantum ad historiam pertinet, manifestum est, Philistæos, & Moabitas, & Idumæos, & Cananæos non inesse his signis quæ facta sunt. Quomodo ergo dicuntur tremere, uel festinare aut irati esse: *Spiritualiter tamen Philistini, id est cadentes poculo.* Edom, qui interpretatur terrenus, trepidauit: & horum hominum principes, id est dæmones cursitantes pauent constructi doloribus, quum uident regna sua quæ in inferno sunt, penetrata ab eo qui descendit ad inferiora terræ, ut eriperet illos qui possidebantur à morte. *Comprehendit illos timor, qui senferunt magnitudinem brachij illius.* Hinc abierunt omnes inhabitantes Chanaan: qui mutabilis interpretatur: quum uident moueri regna sua, & alligari fortem, & uasa illius diripi. Cadit super eos timor, quum uiderint in nobis signum crucis. *Fiant tanquam lapis: non quia uertuntur in lapides homines, sed quia essent immobiles, ut lapides, nec ualentes persequi, nec ualentes fugere.* *Spiritualiter autem per hoc significat, quod populus Iudæorum esset uelut lapis, permanens in duritia, donec gentium Christianus factus est populus: & tunc omnis Israel factus erit.* *Inducens plantas eos.* Non uult Deus nos in Aegypto plantare, sed in monte hereditatis, id est in Ecclesia. *In preparato habitaculo tuo.* Alij enim laborauerunt, & uos in labore introistis. *Sanctimonium tuum Domine, et reliqua.* Sanctimonium, hoc est, sanctum ædificium Dei sumus: non facti manibus hominum, sed Dei agricultura sumus. *Domine tu regnas in æternum, & in seculū seculi.* Et adhuc per hoc regnum sine fine significat. *Quoniam intrauit equitatus.* De hoc supra diximus. Nos autem qui sumus filij Israel, ambulemus per siccum in medio mari, in medio nationis prauæ, uerbum uitæ continentes. Hæc breuiter dixisse sufficit, ne quod fastidium lectori generetur. Maria autem tympanum tenens, soror Aaron, sororem significat ueri sacerdotis, id est Ecclesiam, quæ est soror Christi. Mulieres uero omnes Ecclesias cum choris & tympanis, id est cum ueteri, & nouo Testamento. Post transitum maris populus in desertum ducitur: baptizati scilicet uniuersi per mundi huius desertum, nec tibi deserit eos Christus. Nam & columna non recedit, nec cordibus suis reuertuntur

reuertuntur in Aegyptum. Post hæc murmurat populus, aquas amaras portare non ualens. *Vnde locus ex amaritudine uocatur.* *Mittit lignum Moyses in aquas, & factæ sunt dulces.* Intellige, amaras aquas occidētis literæ, & legis habere figuram. Quibus si immittitur lignum, id est sacramentum ligni crucis, tunc efficitur aqua miræ suauitatis, & amaritudo literæ uertitur in intelligentiæ dulcedinem sensus spiritualis. *Vt ergo possit tibi aqua amara, offendit Deus quod mittitur, ut qui biberit, non moriatur.* De sapientia Salomon dicit: *Lignum uitæ est omnibus qui apprehendunt illam.* Hoc ergo lignum, id est sapientia crucis Christi, missum est in aquam ueteris legis, & saluberrimum potum præbuit fidei populo, qui de hac bibere non ante potuit. *Quid autem amarum, quàm octauo die uulnus circuncisionis accipere, et diuersis sacrificijs deuire?* Alio quoque sensu amara aqua ligno in se suscepto dulces effecta, indicant amaritudinem gentium per lignum crucis, in usum dulcedinis quandoque esse uertendam. De hac autem amaritudine literæ uenit populus ad fontes. De ueteri Testamento transitur ad nouum, ad apostolorum duodecim fontes. Ibi reperitur septuaginta palmæ: fuerunt et alij septuaginta missi ad prædicandum uerbum Dei.

CAPVT XVI.

Murmurat post hæc populus quintadecima die mensis secundi, postquam egressi sunt de terra Aegypti. Recordare de legibus paschæ, quæ dicta sunt, tibi inuenies hoc esse, quod statuuntur ad secundum paschæ faciendum hi qui immundi in anima fuerunt, uel occupati negotijs peregrinis. Et in hoc tempore manna descendit: in die quo primum pascha fit, non descendit. Primum paschæ primi populi est, secundum paschæ nostrum est. Nos autem sumus immundi in anima, qui idola colimus: & occupati mundialibus rebus, longè peregrinabamur. De quibus Apostolus dicit: *Hospites testamentorum.* Veruntamen non in primo paschæ, sed in secundo manna datur de cœlo. Panis enim qui de cœlo descendit, non uenit ad illos qui primum paschæ fecerunt, sed ad nos. *Ecce ego pluam panem de cœlo.* & reliqua. Per hoc quod dicitur, *In sexto die colligunt duplum:* ostenditur quod in die Dominica primum manna datum est de cœlo. A Dominico enim die paschæ uesperis sabbati sextus dies est. Et per hoc intelligunt Iudæi, iam tunc prælatum esse Dominicum nostrum Iudæico sabbato, quia nulla gratia ad illos descendat in sabbato illorum. In nostro autem Dominico die semper Deus pluit manna de cœlo. Per totum enim noui Testamenti tempus diuina eloquia nobis ministrantur. Minutum esse manna dicitur. *Quid enim tam subtile & minutum, quàm spiritualis sensus?* Candidum, quia nulla ignorantia fuscatur. *Manna interpretatur, quid est hoc?* Cum audimus legem Dei recitari, dicimus magistris, *Quid est?* Valde est enim subtile, quasi semen coriandri. Habet enim in se aliquid holeris, quo nutrire infirmos possit,

Qui enim infirmus est, olera māduret. Aliquid habet frigoris, & ideo ut pruina est. *Quid est autem, ut in die festo duplum colligatur?* Sextus dies, præsens uita est, in qua duplum colligitur. In sex enim diebus Deus fecit hunc mundum. Hac ergo die tantum recedere debemus, quantum sufficiat in futuro die. Si quid enim boni operis hic acquiris, hoc in futuro seculo erit tibi cibus. *Quod autem seminat homo, hoc & metet.* Ergo non seminemus, quod corrumpitur, sed quod perduret in crastinum. *Quod infideles defecerunt, seruauerunt de manna, & ebullierunt ex eo uermes, & computruerunt.* Quod propter sabbatum reponeretur, non corrumperetur: si autem propter presentem uitam tantum thesaurizas, continuo uermes ebulliunt, qui uidelicet uermes non moriuntur. Isti sunt uermes, quos genuit auaritia, & non aliunde: in nobis fiunt uermes de manna, hoc est, de uerbo. sic enim dixit, *Si non uenisset, et loquutus fuisset, peccatum non haberent.* Post susceptum enim uerbum Dei si quis peccet, efficitur ipsum illi uermis, qui illius conscientiam fodiat. Panis enim qui Israelitico datus est populo, ab aliquibus dicitur angelis proprie reputari: ut tibi, Panem angelorum. sed de Christo dictum est, quem concupiscunt angeli prospicere. *manducant eum, id est omnis sanctus.* pluiam panes, & pluuiam uoluntariam, & reliqua: eundem sensum habere dicuntur, utrumque diuinam sapientiam designat. Sequitur: *Vespere scietis, quia ego sum Dominus: mane autem uidebitis maiestatem Domini.* In Euangelio hæc inueniunt scripta, quando uespere sabbati uenit Maria Magdalena, & altera Maria uidere sepulchrum: & terræ motus factus est magnus. Angelus enim descendit de cœlo, & custodes facti sunt uelut mortui. Per hæc in uespere agnitus est ab Ecclesia, agnitus est per uirtutem resurrectionis: mane uero gloria illius uisa est. Cum uenissent alię mulieres prima sabbati ualde mane, inueniunt angelos cum nimia claritate dicentes: *Dicite discipulis illius, quia surrexit à mortuis.* *Visa est ergo gloria maiestatis Domini mane, cum per angelos nunciata esset.* Sequitur: *Vespere manducabitis carnes, & mane replebimini panibus.* Ad uesperum huius mundi uerbum caro factum est, & illa carne agnoscimus Dominum, quam suscepit ex uirgine. Istas enim uerbi Dei carnes, neque mane, neque meridie aliquis manducauit. Ad uesperum huius mundi uenit Christus: sed mane, inquit, replebimini panibus. Panis nobis uerbum Dei est: ipse enim est panis uirtus, qui de cœlo descendit, & reliqua. Sed quod dicitur, *mane dari hunc panem, cum aduentum illius in carne factum dixerimus, ad uesperam huic mundo: intelligendum puto, quod ad uesperum quidem huius mundi Dominus uenit, sed aduentu suo, quod ad uesperum, quia ipse sititit est, nouum credentibus reparauit diem, quia nouum scientiæ lumen ostendit.* Tanquam sol iustitiæ suum mane, quod modò nobis produxit radium: & in hoc mane replentur pane, qui præcepta suscipiunt. *Nec miremini, quia uerbum*

Dei, & caro, & panis dicitur, cum lac & olera dicantur pro mensura sumentium. Potest quoque & hoc intelligi, quod post resurrectionem suam, quam manē ostendimus factam, credentes repleuerit panibus: pro eo quod libros legis & prophetarum ignotos dederit nobis, ut ipse sit panis in Evangelio: ceteri libri, leges & prophetarum plurimi panes nuncupati sunt, ex quibus replentur iusti, & illius intelligere possumus, quod unicuique nostrum manē est tempus, quo illuminamur, et ad lucem fidei ascendimus: et in illo mane carnes uerbi Dei comedere non possumus, id est, perfectae doctrinae nondum capaces existimus, sed post longa exercitia, cum iam enim proximi sumus ad uesperum, & ad finem ipsum imperfectionis, tunc demum solidiores, cibi capaces existimus. Istud autem, prout uult unusquisque, talem saporem riddit more illius, si enim tribularis, hoc manna, id est, uerbum consolatur te, dicens: Cor contritum & humiliatum Deus non spernit. Si iracundus es, mitigans te dicit: Desine abire, & derelinque furorē, si non habes & cæcus. Dominus illuminat cæcos. potest quidem & uolucrū esca ueteris legis significare eloquia, quæ populū carnalem, tanquam carnalē eleuat, per uerba diuinitus missa. Per uolatilia unde, & uespere dantur: quia cuncta quæ carnaliter dantur, finem habēt. A manifesto lumine fidei, datur manna populo Dei, id est Christus, qui est panis uiuus. Hoc autem uolucrum genus apud Hebraeos uocatur coturnix, apud Græcos ortigometra, auis marina in Latina. Alij dicunt, per coturnices humanitatem Christi posse intelligi: per manna, ipsius diuinitatem. Vespere enim coturnix percutitur, quando carnis Christi occisionem significat. Manē manna diuinitatem corpori præcellentiam, nobis mysterium sapientia, & corporis Christi notantur, donec de mundo & per baptismum exierimus: sicut populo quandū fuit in Aegypto, manna non datur. Manna pilotonsum, corpus Christi in cruce significat: in die, id est, nouo. ut dicitur, Filij lucis estis. & reliqua, usque noctis. Manna iustis & iniustis traditur, sic & uerbum Dei omnibus datur. Caro autem uespere data significat, quod dicitur, Scio quod non est bonum in carne mea. Panis manē animā lucidam ostendit, simile cum melle, id est, literæ cum sensu. Manna autē manducare inter mare rubrum, & terram Aegypti, & Arnon, & Iordanem, & terram Canaan: id est, inter mundum, & baptismum, & poenitentiam, & ignem iudicij, & regnum coeleste. Potest quoque sextus dies, in quo duplum colligi iubetur, sextam ætatem huius mundi significare, in qua sumus nunc. In quinque enim diebus, hoc est, præteritis temporibus huius mundi, ab Adam usque in diluuium, à diluuiō in Abraham, ab Abraham in Moysen, à Moysē usque ad Dauid, à Dauid in Christum pro mundanis commodis seruebant homines, ut bona manducarent. nos autem, quibus non præmia mundana, sed regnum coelorum pro-

mittitur in hoc sexto die, id est, à Christo usque in finem huius mundi, duplum colligimus: quia non solum in presenti, sed etiam futurā requiem nobis præparamus. Gomor autem illud quod repositum est, ut permaneret ibi coram Domino in præputium: nimirum significat corpus Christi, quæ Deo copulata se nescire nescit.

CAPVT XVII.

DEhinc petra percussa, aqua uomuit, quæ Christum significat, percussus enim Christus in cruce, sitientibus gratia lauacrum effudit. Petra autem, inquit Apostolus, erat Christus. quod autē murmurat populus sitiens contra Moysen, & ostendit eis petram de qua bibant: significat, quod si quis contra Moysen murmurat, id est, sicut lex quæ secundum literam displicet, ostēdit illi eadem lex petram, id est Christum, ut de illo bibat. Locus ubi petra percussa est, uocatur tentatio: & in loco passionis orta magna tentatio, quando discipuli illius omnes relicto eo fugerunt. Post hæc Moyses ascendit in montem, Iesus contra Amalech pugnavit: quid per hoc significatur, nisi quia Moyses, id est, lex non potuit impediens iter nostrum aduersarios expugnare. nihil enim ad perfectū perduxit lex, sed Iesus pugnavit & uicit, qui est saluator noster. Moyses stetit in uertice collis, hoc est, lex surgit in spiritualem sensum: & in lapidem sedit, hoc est, in Ecclesia requiescit. Quod autem sequitur, Manus Moysi erant graues: significat, quia peccantes quosque non misericorditer prouult, sed seuera distinctione percussit. Aaron uero & Vr sustinuerunt manus illius. Aaron interpretatur mons fortitudinis: Vr, ignis. Mons itaque iste qui fortitudinem, significat Christum, ipse est enim mons, præcisus lapis de monte sine manibus, qui creuit in montem magnum. Ignis autem spiritum sanctum significat: de quo dicitur, Ignem ueni mittere. Aaron uero & Vr sustinent manus Moysi: quia mediator Dei & hominum cum igne spiritus sancti ueniens, mandata legis grauiā, quæ carnaliter non potuerunt portare, tolerabilia nobis per spiritualem sensum ostendit. Magnæ autē admirationis est, Moyses Deo plenus, qui cum Deo facie ad faciem loquebatur.

CAPVT XVIII.

AB Iethro, hoc est ab homine gentili consilium accepit, & fecit omnia quæcunque diceret: sed formam humilitatis principibus dat, & futuri sacramenti designat imaginem. Futurum enim erat quandoque, quod per populum ex gentibus congregatum, illa quæ in lege degerant complerentur, legisq; diminutio suggerente Evangelio compleretur. Quod autem Iethro adducit ad Moysen Sephoram, & utrumq; filium: significat, quia sancti prædicatores Ecclesie, & utrumque filium ex utroque populo propterea tum producerent ad diuinam legem, quorum consilio & interpretatione eadem lex confirmaretur. Per tribunos autem significantur ij, qui tres leges implent, uel qui credunt Trinitatem. Per centuriones quoque, perfecti: per quinquagena-

Gomor.

E' petra aqua.

Aaron. Vr.

quagenarios, & decanos Decalogū implentes.

CAPVT XIX.

Quando portauerim uos super alas aquilarum. Alæ, id est, Moyses & Aarō. Ad sensum autem duræ alæ, id est duræ leges: aquila uero Christus est. Cauete ne ascendatis in montem, id est in congregationem, in Ecclesiam, ne tangatis finem illius, id est tres multitudines. Morte morietur: hoc est, in poenitentia. manus non tanget illum, id est, opus humanum, sed lapidibus obruetur, id est testimonijs: siue iumentum, id est gentilis, uel insipiens: siue homo, id est Iudæus uel sapiens: buccina, uerbum Dei significat. Tunc ascendit in montem. Per hoc ostenditur, quod Deus multitudines in Ecclesia inuitat. Sanctificauit illum, id est immolationibus, uel circūcisione. Sanctificauit enim circūcisio, purificauit lex, iustificauit gratia: & descendit Moyses, id est Christus de coelo, uel lex de Ecclesia ad coniugium discernendum. Per uestimentum opera significantur. In die tertio, id est in lege noui: uel in opere post cogitationem, & uerbum: uel in fide trinitatis. Quod autem dicit, Ne appropinquetis uxoribus, significat, quia Ecclesia coniugium eiecit. Aliter per uxores omnis mollitia uoluptatum designatur. Quando autem Moyses de monte descendit, significat legem descendentem, uel Christum de coelo, uel sanctum de summitate perfectorum operū ad uitam actualem. Moyses scilicet historiam populum uocat, lex & Dominus Christus uniuersum mundum, sanctos alios in suum exemplū, sic & sensus bonus alios in se uocat. Mane, id est noui & poenitentia & mortis, & diei iudicij. Lex autem die tertia tributa significat, quod illis lex tertia iterum perueniret, illos quoque oportuit in patientia legem expectare, dum lex poenitentiam prædicauit. Actum quoque erat, ut lex in monte daret, dum lex sublimis erat, quæ etiam cum caligine data est: quia uetus lex cum literæ occidentis caligine: noua uero cum splendore, quia spiritus uiuificat. In monte autem signa uiui tantum erant, in altero autem uiui & mortui. Lex uero prior uiuis tantum dabatur, id est his qui bonis terræ seruiuerunt. Secunda autem in uita, & post mortem proficiat. Vnus illiē Dominum alloquebatur, quia ipsa lex nō multis proficiebat. Hinc autem quinque Christum alloquitur, quia lex noua plures ad Christū, quam uetus prouocauit. Per caliginem & omne quicquid tenebrosum erat, litera designat: per montem uero, & omne quicquid splendidum fuit, sensus spiritualis demonstratur. Omne molle & lucidum fidelibus pertinet: omnis autem terror & tenebrosus infidelibus pertinet. Ideo autem lex per omnia cum seueritate datur, ut legem & Moysen populus timeret, & honorificaret. Tres autem cum Christo in montem, proximitatem sanctorum Christo significat: non sic in datione ueteris legis, quia plebs noui Testamenti propior est, quam ueteris. Tres autem factiones habet: prima factio populus legis naturæ: secunda populus legis literæ, quæ erat propior Deo. Tertius populus legis nouæ, qui adu-

natus est Deo in Ecclesia. Hic enim mons, Ecclesia est prima, quæ factio significat coniugales: Secunda, populum poenitentia, tertia sanctos cum Christo, & in his tribus multitudinibus cogitatio, & uerbum, & opus designatur. sed ne hoc prætermittendum est quod dicitur: Moyses autem ascendit in montem, & Dominus descendit. Mons altitudo contemplationis est, in quem ascendimus, ut ad illa quæ ultra non sunt intuentia subleuemur: sed in hunc Dominus descendit, quia iustis multum proficientibus parū deesse, aliquid illorū sensibus aperit. Quinquagesima die post actū pascha, data est lex Moysi, ita & pro quinquagesima die post passionem Domini datus est spiritus sanctus super centum uiginti homines in Moysaica ætatis numero constitutos. In uocibus autem & tonitruis clamor prædicationis intelligitur, in lam padibus claritas miraculorum: in sono autem buccinæ, fortis prædicationis sanctorum: quæ omnia in aduentu Christi completa sunt. Quod autem in igne & fumo descendit Dominus, significat quia in aduentu suo Dominus claritatem suam fideles illuminat, & infideles per fumum errorum obscurat. Quod uero Dominus in caligine, significat quod legem Iudæis quasi per caliginem literæ dedit, ut uidentes non uideant. Dicitur autem ab alijs per tonitruū hæc sententia designari, quia dicitur, Ite maledicti in ignem æternum: & per fulgorē, Iusti fulgebunt sicut sol. Per buccinam, iussio & prohibitio: per tubam, uerbum Dei. Maius, id est lex dum creuit: & prolixius, id est dum docet per incrementa. Steterunt stabiles & instabiles, id est, in figura durarum legum. Mons terribilis, id est Ecclesia, impijs: uel sanctus, quisque uitijs. Terminus, id est fides erga Ecclesiam: quia nullus in Ecclesiam nisi per fidem intrat.

CAPVT XX.

Dominus denique legem in decem uerba constituit. Nullus numerus crescit amplius, nisi usque ad decem: si enim triginti numeraueris, decem habes: si triginta, decem triplicabis: & sic inuenies quantumcunque progressus fueris, ac per hoc in plenitudine numeri plenitudinem mandatorum constituit, quæ scilicet mandata sic quidam distinguunt, septem uero ad amorem fraternum, quibus societas humana non legitur. Primum mandatum pertinet ad Deum patrem, dum dicit, Ego sum Dominus Deus tuus, Non habebis deos alienos. Non facies tibi sculptile, & reliqua. Vtque ut hæc audiens, fornicatione tua in multos deos non offendas. Secundum pertinet ad filium, ubi dicit, Non assumes nomen Dei tui in uanum: id est, ne existimes creaturam esse filium Dei, quoniam omnis uisibilis creatura uanitati subiecta est. Tertium mandatum de sabbato, ad spiritum sanctum pertinet, cuius domo requies nobis sempiterna promittitur. Per donum autem spiritus sanctificamur: unde & hic dicitur, Memento ut diem sabbati sanctifices. In sex ergo ætatibus huius mundi operamur, quasi in sex diebus: in

Decem præcepta.

Prima tabula.

Septima die, hoc est in fine huius mundi requies nobis æterna tribuetur. Post tria præcepta septem nobis succedit numerus, pertinens ad amorem proximi, & incipit ab amore pariterum, à quibus in hac uita sumimus exordium. Hoc autem mandatum in ordine est quartum, sex tamen ex septem est primum. Unde iuxta Euangelium dicitur primum: primum enim est in altera tabula. Fortasse ideo non una, sed duæ tabulæ dictæ sunt, quia decem mandata hæc ad dilectionem pertinent Dei & proximi. Quintum est, Non moechaberis: sextum, Non occides: septimum, Non furtum facies: octauum, Non falsum testimonium dices: nonum, Non concupisces uxorem proximi tui: decimum, Non concupisces rem proximi tui. Aut certe sic distinguendum, ut sit primum mandatum, Non habebis Deos alienos: secundum, Non facies tibi sculptile: tertium, Non assumes. & sic per ordinem, donec coniungatur illud ubi dicit, Non concupisces domum proximi tui, nec desiderabis uxorem eius. Quod autem dicit, Non habebis Deos alienos: non negauit quæ sint, sed ne ei sint cui hæc præcipiuntur prohibuit. iuxta illud Apostoli, ubi dicit: Nam si sunt qui dicunt dii multi, & domini multi, nobis tamē unus Deus. Multi enim gentiles, daemones deos uocāt, aut certe angelos, quibus negandas gentes commiserit appellari deos & Dominos constat: deos, quasi à Deo datos: dominos, quasi acceperint potestatem. Statuit enim, inquit, terminos populorum iuxta numerum angelorum Dei. Non facies tibi sculptile, nec omnem similitudinem. Aliud est facere sculptile, aliud similitudinem. sculptile enim facit, qui quod omnino non facit, sed tantum ad inuentionem cordis sui machinatur. Similitudinem uero facit, qui alicuius uerbi gratia, quadrupedis uel serpentis, aut auis similitudinem facit. Non adorabis, nec coles: adorant multipliciter inuiti, aut timore coacti, aut per avaritiam seducti. Colunt autem, qui toto affectu uenerantur, obscurissimis quæstionibus retardati, desideratę breuitatis modum excedimus. Non adorabis deos alienos, id est, non adorabis uitium uel gastrimargiam, ut leguntur ij quorum Deus uenter, & in avaritia, & in fornicatione, & alia tam plurima, quæ sunt idolorum seruitus, ut Apostolus cõfirmat, Propter quod uenit ira Dei in gastrimargia Adã primum peccauit: in avaritia Iudas corruit, & Gyezi, & Ananias & Saphyra: & quomodo fuit in fornicatione Sodoma et Gomorra. Non facies tibi sculptile, de malis cogitationibus dicitur: sicut enim ferrum partē excidit de ligno, ita cogitatio mala: ut in Euangelio, Cogitationes malæ coïnquinarunt homines. Non assumes nomē Domini Dei tui in uanum: ut in Euangelio, Non iurare omnino. Memento diem sabbati sanctifices, de nouo Testamento dicitur, & reliqua. Sicut enim sanctificauit diem sabbati, & requieuit in illo: sic & nos per nouum Testamentum sanctificauit, et requiescere à peccatis fecit. Honora patrē tuum, & matrē tuam. Pater etenim Dominus, mater Ecclesia: id est, Dominum Deum tuum adora-

bis, & illi soli serues. Et Ecclesia domus Dei, pater & mater omnium iustorum in baptismo, & confessione, et poenitentia. Non occides, id est, non odies fratrem tuum. Qui enim, inquit, odit fratrem suum, homicida est. iterum, Qui irascitur fratri suo, reus erit concilio. Non moechaberis, id est, soli Deo adherere debes, & id quod est Dei, non reddere diabolo, sed quæ sunt Dei Deo, in operibus, & uerbis, & cogitationibus. Denique et Propheta ait: Etenim autem adherere Deo, bonum est. Non furtum facies, id est, quod potest homo facere, & non facit: ut in psalmo, Peccatori autē dixit Deus usque sermone retrorsum. Non concupisces rem proximi tui, domum & omnia illius. Proximū, mundū intelligimus: ut est illud, Nolite diligere mundum, & nolite thesaurizare thesauros in terra. Quæ enim uidentur, temporalia sunt: quæ non uidentur, æterna sunt. Huius explanat quæstionem auctorem ab illo loco, ubi ait, Non adorabis Deos alienos: id est, non adorabis uitia: non confirmo, qui et auctorem ignoro: maior autē est, hanc probare. Sequitur, Reddens in tertiam et quartam peccatū progeniem. In quo testimonio heretici dicunt, non conuenire bono Deo, ut pro peccato alterius alterum damnet. Reddunt enim peccata patrū in filios in tertiam progeniē & quartā, & in ipsos patres non reddunt. nihil enim de patribus dixit. Diabolus pater est omnium peccatorum. Vos enim, inquit Dominus, ex patre diabolo estis. Donec enim stat mundus, peccata sua non recipit diabolus: omnia enim illi reseruantur in futurum: redduntur tamen in filios quos genuit. Per peccatū enim homines in carne positi puniuntur à Domino, qui non uult mortē peccatoris, sed ut conuertat & uiuat. Peccantes enim ministros peccati, adiutoresque requirimus, quos tertiam uel quartam progeniem habet diabolus, quos peccantes in presenti Deus uerberat, ut in futuro leuius sustineat. Diabolus denique genuit Iudam per peccatum. Intrauit enim in illum Sathanas, & Iudas abiit ad principes sacerdotum. non enim solus scelus crucis implere potuit: principes deinde concitauerunt ac peruerserunt populo: sic nata est ex Iuda quarta generatio. Reddidit autē misericordiam in millia, his qui diligunt illum. Qui enim diligunt correctionē, non indigent, sed illis solā misericordiam tribuit. Beati enim misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequuntur. In duabus tabulis scripta est lex, propter duo Testamenta: uel propter amorē Dei et proximi. Lapideæ autem tabulæ, significant duritiam cordis Iudeorum. additur: Deinde non facies uobis deos aureos & argenteos, ut nullum superfluum sensum, quamuis radiare uidetur, uel inanem eloquentiam suscipiamus. Altare de terra facietis mihi. Altare de terra facere, est humanitatem Christi sperare. Et in altari de terra munus oblationum offerimus, si actus nostros Dominice incarnationis fide solidamus. Sequitur: Quod si altare lapideum feceris mihi, non ædificabis de sedis lapidibus. Secti lapides ij sunt, qui unitatem scindunt. Tales in corpore suo Christus non recipit, cuius corporis figuram altare

tare illud obumbrat. De non sectis autem lapidibus dicitur, Tanquam lapides uiui superædificamini. In his non est iniectum ferrum: quia iacula maligni non receperunt. Sequitur: Non ascendes per gradus ad altare: hoc est, non gradatim unum alij præferens ad me peruenies: quod Arriani faciunt, qui patris & filij & spiritus sancti substantiam diuidunt. Altare de terra facietis, quod supra diximus, ab alijs docetur tertia esse differentia inter gentes & Iudeos: ipsi enim in corporibus differabant, & in uestimentis, & in altari de terra. Hoc quoque altare de terra significare dicitur, quia Iudei cor carneum habuerunt: in lapide autem, quia gentiles lapideo corde ædificauerunt. Per hæc altaria & duæ Ecclesiæ præfigurantur. Per altare de terra, Ecclesia ueteris Testamenti: & per lapideum, nouum.

CAPVT XXI. XXII. XXIII.
XXIII.

Deinde multa præcepta legis dantur, quæ transitorie percurreremus. Quia cum à maioribus nostris non inueniamus esse explanata, & simpliciter intellecta, ædificant auditores. Præcipitur autem post hæc: Puer Hebræus si forte in seruitutem deuenit, septem annis seruiat, & septimo anno liber dimittatur de seruitute. Sed si noluerit a seruitute egredi, perforabitur auricula illius, & erit seruus in seculum. Et nos in sex ætatibus huius mundi seruitutes, septimo anno, hoc est æterno sabbato liberamur, si tamen uoluerimus esse liberi, si sumus Hebræi, hoc est transitores per hunc mundum trãseuntes. Dum autem sumus in hoc mundo, seruius mundanis desiderijs: à quibus si uoluerimus liberari, perforabitur auricula in testimonium inobedientie: & cum uxore & filijs nostris quos protulimus liberati, id est cum carne & operibus peccati, serui erimus in æternum. Per hunc quoque seruum Hebræum uniuersum genus humanum designari posse dicitur, quod in septimo anno, id est, in requie noui Testamenti liberatus est. Cum quali ueste intrauerit, cum tali exeat: id est, à lege nature in nouum cum fide ueniat, quæ & ueritas erat. Dominus suus in omnibus. Bonus doctor dedit illi uxorem, id est iunxit animam illius: & filij & filia, id est sensus boni & cogitationes secundum hunc intellectum. Ipse uero exiit cum uestitu suo, id est cum lege nature, uel fide: & applicabitur ad hostiū, id est principibus: postes, hoc est, secundæ legis. Perforabit aurem illius subula, id est, prædicabit illum prædicatione. Et erit seruus, id est, Christi uel doctoris. Duo autem uiri qui litigant, duo disputantes sunt de aliquibus quæstionibus scripturæ. Unde & Apostolus, Nolite, inquit, uerbis contendere, ad nihil enim est utile: seruum Domini non oportet litigare. Mulier autem prægnans, anima est, quæ nuper concepit uerbum Dei, quæ pro infirmitate nuncupatur mulier: quæ à litigantibus uiribus percussa est, ita ut uerbum Domini, quod tenuiter concepit, abiciat. Subiacebit autem percussor damno, quantum petierit maritus mulieris. Affligetur enim per poenitentiam, quia affligit infirmum. Pro uniuersa doctrina quæ Christo placuit: quia iam proprius uir est: anima fidelis. Aut certe quan-

tum expetierit magister, qui pro Christi Ecclesia est. Potest autem ut illum quem læsit instruat & reparet. Si autem mors sequuta fuerit, reddet animam pro anima. quod autem in die iudicij intelligendum est apud iudicem, qui potest animam & corpus perdere in gehennam. Vel certe fieri potest, ut qui sibi concius tanti scandali, ut animam hominis spiritua-liter occiderit, ponat & ipse animam suam pro anima illius quem scandalizauerit: & usque ad mortem, si necesse sit, operam Dei, quomodo redeat & restituatur ad fidem. Et si oculum læsit, anima, id est, sensum illius turbauit, auferatur sensus turbulentus, quo læsit fratrem. Sed si læsit dentem fratris, id est sensum quo ruminabat scripturam, ut ad sensum interiorem perueniret: auferatur dens illius, qui non bene scripturam comminuit cibos. Manus autem illius animæ uirtus, quæ erere & constringere aliquid potest: uelut si dicamus, actus illius, & pes quo incedit ad bona & mala. Quia ergo si scandalum patitur anima non solum in fide, sed & in actibus eiiciantur, quæ per manus significantur: & pedes auferuntur, quia offendiculum præbuit: & manus quibus non bene operatur, & pedes quibus non bene inceditur. Recipit enim combustorum, quia combussit animam. Per quæ singula hoc ostenditur, ut iste percussor omnibus detruncatis membris à corpore excidatur Ecclesiæ, ut ceteri timeant. Iubetur post hæc Israelitico populo decimas primitiasque omnium rerum Deo offerre. Primitiæ autem principia bonorum operum ostendunt, uel ipsam bonam uoluntatem quæ prior est opere, quam Pelagiani sibi offendunt tribuendo. Deus autem dum illa sibi à nobis iuberet offerri, indicat ad ipsius gratiam pertinere. Omnis autē numerus usque ad decem crescit, & ideo decimus consumptionis operum initium ad cõsummationis accipimus affectum. Quod autē dicit, Primogenita alicui mutabis oue: alicuius in munditiâ, ouis innocentiâ significat. alicui uero primogenita oue mutare, est immunde uitæ primordia ad innocentiæ simplicitatem conuertere, ut postquam immunda iniustus egit, quæ Dominus respuit, illa agenda proferat, quæ in Dei sacrificium munda imponat. Sequitur: Non redimes, interficietur: quia nimirum mens immunda, si non fuerit in melius mutata, necabit morte æterna.

CAPVT XXV.

In arca autem Testamenti erant repositæ tabulæ, obseruantiam ueteris legis ac nouæ in Ecclesia significantes. De lignis impurescentibus fabricatur arca. De sanctis mente & corpore ædificatur Ecclesia: quasi aurum radiare debet, tam interiorius ex uitæ splendore, quam exteriorius doctrinæ claritate. Corona aurea per circuitum, uirtus Ecclesiæ est. Quatuor circuli, quatuor Euangelia, quæ in unitate Ecclesiæ prædicant, quibus accincta per quatuor partes huius mundi dilatata tendit. Ventes quoque de lignis Sethim faciunt, qui eisdem circulis inseruntur: quia fortes perseverantesque doctores, uelut impunitibilia quærēdi sunt, qui instructione sacrorum uoluminū semper in hæretes sanctæ Ecclesiæ, semper unitatē denunciant, & quasi intromissis cir-

culis arcam portent: qui iubentur quoque auro operire, ut cum sermone alijs insenserint, ipsi etiam uita splendore fulgescant. Hæc arca habet in se duas tabulas. & Ecclesia habet in se duo Testamenta, & urnam auream, quam intelligimus carnem Christi: purumque recõditum in se habet perpetuæ diuinitatis manna. Virga autem Aaron, ueri pontificis Christi Iesu sceptrum, quod sanctæ Ecclesiæ commisit. Propiciatorium super arcam, ipse Christus insinuatur, qui inter Deum & hominem medius propiciator interuenit. Hoc propiciatorium arcæ superponitur: sic Christus caput Ecclesiæ est, cuius a dextris et sinistris duo Cherubim consistunt, quod est plenitudo scientiæ, id est dilectio Dei & proximi. Alij Cherubim duo Testamenta intelligunt, quod sacram Christi humanitatem obumbrant. Hi ueris in propiciatorium uultibus respiciunt, dum in spiritali sensu uertuntur: tunc enim alterutrum in melius sibi concordant. Altare autem illud corpus Christi significat, siue omnes sanctos, in quibus semper ardet ignis diuinus, in quibus cõsumitur caro. Mensa, fides est Ecclesiæ uel scripturæ, in qua pascitur diuersis alimonijs. Candelabrum spiritus sancti gerebat imaginem, qui septiformi gratia illustrat Ecclesiam: sicut quatuor Romanorum candelabrum illud esse dicitur. Alij candelabrum Christum intelligunt gestantem septem Ecclesias, in quibus septiformis splendor spiritus sancti emicat. Hoc candelabrum habuit emunctoria, quæ duo Testamenta significare possunt, quibus uitia purgantur. Extra uerũ candelabrũ ardet, quia sine uelo, prisca legis uelamine, spiritus sancti gratia refulget. Oleũ aut de arboribus oliuarũ sumptũ, eandem gratiã spiritus sancti significat, unde in cordibus nostris lumen ueritatis absconditur.

CAPVT XXXVI.

Tabernaculum. Tabernacula autem per allegoriã Ecclesiæ, quæ in huius mundi heremo constituta, uarijs autem speciebus cõstruitur. Tabernaculum autem partim uilioribus, partim speciosis, per quod demonstrat alios iustos, alios esse impios: fideles autem omnes, & intra Ecclesiam constitutos. Columnę sancti apostoli, de quibus Apostolus: Qui uidebatur columnæ esse. In argentatæ, dum eloquium diuinum enunciant. Bene autem bases propheta & apostoli sunt. Super fundamentum enim prophetarum & apostolorum sancti doctores Ecclesiam collocant. Caput columnarum aureum, ille est de quo dicitur, caput uiri Christus est. Tabula deaurata, doctores dilatati in prædicatione. Per pelles arietum, quid aliud quàm duces & præpositi Ecclesiam designantur: quiq; deseruire curis temporalibus coguntur, oportet ut uentos & pluias tentationũ de huius mundi contrarietatibus portent, ut ij qui intra Ecclesiã spirituales quasi byssus & purpura & hyacinthus fulgent: qui interim resplendent, dum rectores illorum contra procellas foris huius mundi laborant. Velum in medio tabernaculi, significat, quod populus Ecclesię ea que proxima sunt, usq; dum adueniant, uidere non

licet. uidemus enim nunc per speculum, nondum peruenimus ad sancta sanctorum. Sancta enim esse possunt illa quæ sunt in præsentia: sancta uerò sanctorũ, regnum celorũ est: in quod semel intratur, ubi est multitudo scientiæ, id est Cherubim. Interim tamen habemus spiritus sancti gratiam septuplicem in præsentia Ecclesia, uelut in candelabro purissimo fulgentem. Potest quoque uelut hoc significare tempus illud quod fuit sub lege: quia quæ lex & propheta cecinerunt, occulta fuerunt: sed per passionẽ Christi uelut istud scissum est, & quæ fuerunt obscura ludæis, Christianis reuelata sunt. Quod autem argenteę bases, & tabula deaurata, ostendit præcepta esse clariora apostolorũ q; prophetarum.

CAPVT XXXVII.

Tentoria ansulis assata, circulis suspensa, funibus innexa. Reliqua credentium populi multitudo intelligitur, quæ pendet in funibus fidei xxviij. cubitis in longitudine, & quatuor in latitudine, legem et Euangelium significat. Quod autem vij. xx. & viij. fuit, decẽ autem cortinæ Decalogum significant, quæ quinquagenis circulis sibi inæ connectuntur: quia omnes iusti per donum spiritus sancti, charitatis uinculo sociantur. quinquagesimo enim die post pascha spiritus sanctus uenit in undenario discipulorum numero: quia transgreditur denarium, peccatores significantur, & fiunt tamen in Ecclesia, & ipsa cilicinea quinquagenis ansulis copulantur, propter speciem remissionis peccatorum, unde & quinquagesimus remissionis est. Figura autem prioris tabernaculi Ecclesiæ typus est, & per diuersa munera meritorum dona significantur, quibus Ecclesiæ ornantur. Sapientia comparatur auro, sermo prædicationis argento. Quod autem uiricum mulieribus munera præbuerunt, significat quod tam fortiora facta quàm infirmorum ad ornamentum Ecclesiæ conueniunt, & hæc consolatio non fit, sed sponte, quia fides spontanea est. per armillas quæ lacertos asstringit, præpositorum ualde laborantium opera demonstratur, per in aures, subditorum obediẽtia: per annulos, signaculum est secretorum: per dextralia, bona opera: uas aureum, intelligentia diuinitatis: per hyacinthũ, spes cõlestium: per purpuram, intelligentiam passionis: per bis tinctum coccũ, charitatem demonstrat, quæ dilectionem Dei & proximi decorat. Per byssum, sanctimonie splendi didissimus candor ostenditur. Byssum enim limum est candidissimum. Per pilos caprarum, ex quibus ciliciorum asperitas cõtexitur, dura pœnitentiæ afflictio designat: extenta diuersitate operum, unum conficitur tabernaculum. Porrò ligna Sethin, quæ imputrebilia sunt, sanctorum mentes sunt, quia carne sunt incorruptæ. Lapidis preciosi, apostoli sunt, & confessores, & omnes sancti, unguentum chrisma est, quo unguuntur omnes iusti. Moraliter quoque potest uniusquisq; nostrum in se construere tabernaculum, & habere debet uirtutum columnas argenteas splendidas, & atria distendere, cum dilatauit cor suum, iuxta Apostolum dicentẽ: Dilatamini &

uos. Potest & uectũ munire, cum unitate astrin gere, & bases binas habere. Cum super fundamentum uerborum apostolorum & prophetarum collocatur, & capita deaurata in columnis omnium uiuorum iustum caput est Christus, habent in se defixum altare, cor scilicet mundum immolet continentia cultro, superbiam taurorũ iracundiam, quasi arietum iugulet, & luxuriam, & omnem libidinem quasi hircum: & ut sciat tamen ex his sacerdotibus separare dextrum brachium, & pectusculum integrum, quod est correctum, & maxilla ad loquendum uerbum Dei: sciat sibi in sanctis candelabrum collocandũ, ut sint illi lucernæ semper ardentes. Lucerna enim corporis tui oculus tuus est, & istud candelabrũ in austro collocet, ut ad aquilonẽ respiciat. Accenso enim lumine, id est uigilanti corde, semper respicere debet ad aquilonem, & obseruare illũ qui ab aquilone, hoc est, obseruare astutias diaboli, unde inimicus abripiat. Mensa quoque propositionis habens xij. panes in parte collocetur aquilonis, respiciens ad austrum, ut habeat noui Testamenti noticiã, quo omnes alimur, & apostolicum sermonem tam uirtute quàm numero: et ad austrũ respiciat, unde Dominus uenit: habet in penetrabilibus cordis sui altare incensi, ut dicat, Christi bonus odor sumus: habet et arcam testamenti, in quo sunt tabulae legis, ut legem illius meditetur die ac nocte, & memoria illius arca efficiatur librorum Dei. Fit intra ipsum & uirna manna, id est repositus intellectus uerbi Dei, subtilis & dulcis sit, & uirga Aaron, sacerdotalis doctrina, et florida seueritas disciplinæ. in cõsum autem ex iij. odoratissimis pigmentis in magnam subtilitatem cõminutis factam, id est fracte, honiche, galbane, & thure, orationes iustorum significat, sicut Apocalypsis ostendit: quanquam specie genera elementorum quatuor designat. Quatuor hæc, ut thus, quod placidũ est, aeri cõparetur, fracte uerò aquis, galbane & honix, terra & igni, ut per hoc omnium que in celo sunt, & infra, & intra, & infra, & in aquis placitum sit Deo, incensum omnis creaturæ laudatio. Sanguis autem quo Moyles populũ & omnia asper sit, significat sanguinem Christi, quo populus Christi, quo populus fidelis aspergitur, & Ecclesię fides significatur. adipes, cuius pectus inuoluitur, & pinnula iecoris offerantur super altare: ipsum uerò pectus & brachium dextrũ Aaron datur, & filijs: adipes quibus pectus inuoluitur, cogitationes quibus cor inuoluitur. iuxta illud: Quid cogitatis mala in cordibus uestris. Concupiscentia in iecore est, postquam autem adipes pectoris, id est omnes cogitationes quibus pectus inuoluitur quasi adipe & pinnula iecoris, id est desiderium libidinis. Per oculorum festinationem erumpens foras, ignis spiritus cõcremauerit, tunc mentis præmium pectus & brachiũ in pectore mundas cogitationes, in corde legis notitia, dogmatũ. In brachio opera bona, & pugna contra diaboli, ut quod cõcaperunt, exemplo præbent, & in sinistram habere præcipiunt,

hæc de uitijs, & de his que sacerdotibus offeruntur, Domino dantur. Maxilla loquentem eruditumq; significat, ut quod pectore concipimus, ore promamus. Per uentrẽ ostendit, mentibus, consecretis Deo, quicquid comedimus in secessum projicit: unde dicitur, Esca uentri, & uenter escis.

CAPVT XXXVIII. XXXIX. XXX.

XXXI.

Communes autem uestes sunt sacerdotum Habitum sacerdotis. **foemoralia linea, que ad genua et poplites** ueniunt, ex quibus uerecunda celantur, & superior pars sub umbilico uehementi cõstringitur: ut si quando expediti mactent uictimas, portent onera: & si lapsi fuerint, nõ pateat turpitudò, & uocatur hoc genus uestimenti Hebraicẽ marasste, a nostris foemoralia, usq; ad genua pertinentia. Et Iosephus dicit, non foemoralia de bysso retorto fieri ex lino: tunica poderis, id est talaris duplici sindonẽ: & ipsam Iosephus byssinã uocat: appellaturq; catonath, quod Hebraicõ sermone in lineam uertitur. Hæc adhæret corpori, & ita arcta est astrictis manijs, ut nulla omnino in ueste sit ruga, et usq; ad crura descendit. Sacerdotes utuntur hac tunica, uel habentes pulchritudinem uestimentorũ nudorũ celeitate discurrant. Tertium genus est uestimenti, quod illi nuncupant Bonet, & nos cingulũ uel balteũ uel zonam possumus dicere: hoc cingulũ in similitudinem colubri, quia exiuit in senectute sic rotundum textum, ut marsupium longius putes textũ, aut sub tegmine coccini purpuræ hyacinthi, & flamine byssino ob decorẽ & fortitudinẽ, atq; ita polymita arte distinctũ, ut diuersos flores, & gemmas artificis manu non textas redditas arbutijs. Lineã tunicã, quã supra diximus, inter umbilicũ & pectus, hoc stringunt baltheo, qui quatuor digitorũ habens latitudinẽ, magna ex parte ad crura dependens, eum ad sacrificia cursu expeditiore opus est, in leuẽ humerũ retorquet. Quartum genus est uestimentorũ rotundus pileolus, qualem pictum mulixi cõspicimus, quasi aspera media sit diuisa, ex parte una ponat in capite. Hoc Græci Enarradarũ, nonnulli Galerum uocant. Non habes cacumen in summo, nec totum usq; comas caput tegit, sed tertiam partem frontẽ relinquit inopertam, atq; ita in occipitio ut uitta cõstrictus est. Tenuis & nõ facile leuatur ex capite. Est autem byssinus, & sic fabre opertus linteo, ut nulla acus uestigia forinsecus appareant: quatuor uestimentis, id est foemoralibus tunica linea, cingulo quod purpura coccò bysso hyacintho cõtegit. E pallio, de quo nunc diximus, tam Sacerdotes, quàm Leuitæ utuntur. Reliqua autem proprie pontificũ sunt, quorum primũ est millioli, id est tunica talaris hyacinthina ex lateribus eiusdẽ, adfutas habes manicas. Et hi superiore parte qua collum induitur aperta, quod uilgus capitũ uocat, ornat firmisimis, & ex se textis, ut non facile rumpatur. In extrema uerò parte, id est pedis lxx. uerò sunt tintinnabula aurea, & totidẽ mala punica, iisdẽ contexta coloribus, quibus supra cingulum. In

ter duo tintinnabula unum malum punicū est: & inter duo mala, unum tintinnabulū: ut ingrediens pontifex sancto totus uocalis incedat. Ita timoritur, si hoc nō fecerit. Sextum uestimentum est superhumeralē, quod apud Hebræos Ephoth dicitur: quod genus uestimēti solis pōtificibus cōuenit: sed tamē qui Leuitē. Et adhuc scribūtur habere Ephoth. Aliud est enim quod contextū, & quatuor coloribus, hyacintho, bysso, cocco, purpura, nec nō et auro, uelut simplex est: lineum auri lamina, id est, bracteae extremitatem mirē tendūtur, ē quibus secta fila torquentur. Et cum tegmine trium colorum, hyacintho, cocco, purpura, & cum stamine byssino, & uermiculo lacte, efficitur palliōlū mirae pulchritudinis, perstringens oculos fulgore in modum caracallarum, sed absq; cocculis. Contra pectus nihil textum est, locus futuro rationali relictus, inter utrumque humerum habens singulos clausos et distinctos lapides, quos Iosephus sardonios uocat, cum Hebræo et Aquila consentiens: ut uel colorem lapidum, uel patriam demonstrarent. In singulis lampadibus sena patriarcharū sunt nomina. In dextrum humerum maiores filij Iacob, in laeuum minores: ut pontifex ingrediens sancta, nomina populi, pro quo oraturus est Dominum, portet in humeris. Septimū est uestimentum, quod Hebraicē uocatur *Offen*, Graecē Logion: nos rationale nuncupare possumus. pannulus breuis est auro, & quatuor textus coloribus: quibus et superhumeralē, habēs magnitudinē palmi, per quadrū, & duplex, ne facile rumpat. Intexti sunt enim ex duodecim lapidibus mirae pulchritudinis per quatuor ordines, ut in singulis uersiculis terni lapides collocentur: in primo ordine Sardius, Topasius, Smaragdus: in secundo Carbūculus, Saphyrus, Iaspis: in tertio Tigurius, Achates, Amethystus: in quarto Chrysolitus, Berillus, Onichinus: in singulis lapidib; secundū aetates, duodecim tribuum scripta sunt nomina. Per quatuor rationales angulos, quatuor anuli sunt, aurum habētes cōtra se in superhumeralē. Alius quatuor & annulus ueniat contra annulū, & mutuō sibi uirtis copulētur hyacinthinis. Porro ne magnitudo & pōdus lapidū cōtexta flamina rumpat, auro ligatis supra atq; cōclusa, ne sufficiat hoc ad infirmitatem, nisi cathene ex auro fierent, quae ob pulchritudinē fibulis aureis tegetur. Et haberēt irrationale super duos maiores annulos, qui cū cinis superhumeralis aureis ne ceterent. Et deorsum alios duos. Nam post tergū uerō in superhumerali contra pectus & stomachū ex utroq; latere erant annuli aurei, qui cathenis cum rationis inferioribus annulis cōiungebant atq; connectebantur: atq; ita faciebat, ut ex rationale, et de super humeralē, de rationale iungeretur, aut coaptarent, ita ut haec simul cōiuncta, coram uidentibus una textura putaretur. Octaua est lamina aurea, in qua scriptum siue sculptū est nomen Domini. Hebraicē uidelicet quatuor litteris Hebraicis, Ioth, & He, & Vau. Hoc super pi-

Offen.

Nomen Domini.

liolum lineum, & hoc commune omnibus sacerdotibus est. In pontifice plus additur: in fronte uitta hyacinthina, totaq; pulchritudo pōtificis. Hebræi dicūt, quatuor colores quatuor elementa significare, ex quibus uniuersa cōsistūt. Byssum terrae deputatur, quia ex terra gignitur: purpura maris, quia ex illa coeliolus tingitur: hyacinthus aeris prorsus, ob coloris similitudinem: coccus igni & aeri. Pro cocco iuxta Latinum eloquium apud Hebræos thothati, id est uermiculus scribitur: & iustum esse cōmemorat, ut pontifex omnium, creatorem nō solum pro Israel, sed pro uniuerso mundo roget. Siquidem ex terra, & aqua, & aere, et igni, mundus iste cōsistunt, et elementa. Primum est uestimentum lineum, terram significat: secundū hyacinthum, aerem pro similitudine: & ipsas ueras hyacinthina a capite usq; ad talos ueniēs, indicat aerem usq; ad terram deorsum. Mala autē punicā & tintinnabula in inferioribus posita, fulgura & tonitrua demonstrant, siue terram et aquam, & interesse omnium elementorū consonantiam. Quod autem supra dicti colores intexti sunt auro purissimo, significat quod diuinus sensus uniuersa penetret prouidentia. Superhumeralē & duo lapides enim hemisphaeria interpretātes, quorum aliud super terram, aliud sub terra sit: siue solem, qui super rutilant, & tonāt: illaq; sacerdotis pectus arctatur. & linea tunica, id est, qua terra constringitur, interpretant Oceanum, ratione in medio positum terram, & disserūt: quae etiam in instar puncti licet omnia ipsa habeat, a uentris uallat elementis duodecim lapides: uel zodiacum interpretant circulum, uel duodecim menses. Immutatio autem terrenorum, et temporis, et caloris, & frigoris, de caeli cursu & ratione descendunt. Vnde & rationale cū ephoth arctius constringitur. Quod autem dicitur in ipso rationali manifestatio & ueritas, hoc ipsum est, quod nō quā ratione Dei mendaciū sit, & in multis argumentis hominibus manifestat super omnia cidaris et uitta hyacinthina caelum demonstrat: & aurea lamina in fronte pōtificis, nomenq; Domini scriptum, uniuersa quae sub terra sunt, Dei iudicio gubernari. Iustum ergo erat, ut pontifex Dei omnium creaturarum cibum portans in uestibus suis, indicaret cuncta indigere misericordia Domini. De foeminalibus lineis hoc solent dicere: ratio seminū & generationis ad carnem pertinet, & terrae deputat per illam. Terra enim, inquit, es, & in terram ibis. Causam huius rei, quomodo de paruissimis seminibus & foeminalibus in itijs tota hominum multitudo & omnium rerum pulchritudo nascatur, esse obolutam, & humanis oculis non patere. In uoluti nimia obscuritate spiritalium sacramentorū, breuitates excedimus. Aaron uerō sacerdotem magnum uiuificat. Cui dicitur, Tu es sacerdos in aeternum. Vestis sacerdotalis, Ecclesia est. Foeminalia, quibus uere cuncta celantur, hoc significare possunt, quod castitate et integritate Christi Ecclesia habere debet. Sacerdotes non accipiunt

piunt uestes, nisi prius lauant mores. Vinum enim nouum in ures nouos mitti debet, quia legis preceptis lauandi sumus. Et cum tunicas deposuerimus, tunc induimur uestimētis Christi, purgati baptismo. Tunica autem linea poderis, id est talaris, humanitatem Christi, quae de terra est, significat. Linum enim de terra oritur: siue tunica linea corpus per baptismum candidatū significat. Cinguli quo sacerdotale pectus constringitur, chorus sanctorum, qui unitate fidei Christum amplectuntur. Cidarim uerō, hoc est, tharam, splendorem diuinitatis intelligimus, ut unus atq; idem secundum hominem pondere secundum cidarim ornatus esse uideatur. sed & nos quae possumus dicere: Signatum est super nos lumē uultus tui Domine. Tunica autem illa hyacinthina, intellectus coelestis est. hyacinthinus aere colore splendet, ut sancta Ecclesia illa quae sursum sunt sapiat, si conuersatio illius in caelis est. Mala punicā autem, unitatem Ecclesie denunciat. Nam sicut in malo punico, uno exterius cortice, multa interius grana muniuntur: sic in numeros populos sanctae Ecclesie congreget unitas, quos intus diuersitas operum tenet. Tintinnabula autē inter mala granata, prophetae & sancti doctores in medio Ecclesie collocati: haec tintinnabula in ultima parte uestita sunt, unde de fine huius mundi & futuro semper disputant. Superhumeralē autem, Saluatoris insinuat potentiam & regnum, cuius principatū super humerū illius: possuntq; superhumeralē & rationale opera nostra, & ratio intelligi. Duo lapides ad dextram, Ecclesia, aut duo populi sunt. Gentilis dexter, Iudaicus sinister: aut Christus & Ecclesia, aut spiritus & litera. Rationale autē pectore superpositum, quaterno lapidum ordine distinctum, sermonem figurat Euangelicū, qui quadruplici ordine doctrinam ueritatis nobis exponit: duodecim nomina descripta, patriarcharum, exempla sanctorum apostolorum sunt, ad imitandum posita. Quod autem duplex rationale est, significat, quod Euangelica doctrina operta, & abscondita, & simplex, & mystica: & lamina aurea rutilat in fronte. nihil prodest rerum omnium eruditio, nisi Dei scientia coronemur. Moraliter quoq; in pontificis habitu aurum fulget, dum sensu emicat: cui hyacinthinus iungitur, ut per omne quod tractat, ad amorem surgat supernorū. Huic admiscetur regalis purpura, ut uitiorum suggestiones ueluti ex potestate regia cōprimat. Coccus quoq; bis tinctus est, iungitur, ut ante interni iudicis oculos omnium uirtutum bona decorentur charitate: quia charitas, quae a dilectione Dei & proximi pendet, & quasi in duplici refulget tinctura, cui bis tincto cocco torta byssus iungitur. De terra enim byssus nitenti specie oritur, per quod candens est: & mūditiā corporalis castitas designatur, quae torta pulchritudini superhumeralis innectitur: quia tunc castimonia ad perfectū munditiā candorē ducitur. Cum per abstinentiā carnem affligit, siquidē & baltheo praecingitur, per

quod in centiua & luxuria libidini restringuntur. Sacerdos autem tabernaculum ingrediens, in tunica tintinnabulis ambitur, ut uocem praedicationis habeat, nouū pectoris superni iudicij silentio offendat. Malum quoq; punicū iungit tintinnabulis, ut per illa doctrinae fidei unitas designetur. Quod autē in prima parte tabernaculi quotidie pontifex ob immolandas hostias introiit, instantia nobis quotidiana praecipit, ut confessionis & laudis quotidie nos spirituale sacrificium offeramus, id est humilitatē in castitate animarum nostrarum. Sacrificiū enim Deo spiritus cōtribulatus. Quod autē semel in anno ingrediebatur, relicto populo, in sancta sanctorum: significat pontificem nostrum Iesum Christum, qui in carne positus est, et cum populo per totum annū. de quo scriptū est, Vocare agnum acceptum Domino. Iste ergo semel in isto anno in die propositionis intrat in sancta sanctorum: id est completa dispositione penetrauit caelos, intrans ad patrem, ut illum propitiū generi humano faciat. ipsum enim aduocatum habemus apud patrem. Cum autē Moyses induit Aaron hīs uestimētis, de foeminalibus nihil adiciatur: ob hanc arbitror causam, quod ad genitalia nostra lex non mittit manum, sed ipsi secretiora te gere & uelare debemus. De alijs enim uirtutibus, uerbi gratia, sapientia, fortitudine, iustitia, possunt & alij diiudicare. Pudicitiam sola nouit conscientia, & humani oculi rei certē iudices esse non possunt, absq; ijs qui more brutorum animalium passim libidini suppositi sunt. Apostolus de uirginibus, Praeceptum Domini non habeo: quasi & Moyses loquatur: Foeminalibus ego nōn uestio, nec impono necessitatem alicui: qui uult se ipse uestiā.

CAPVT XXXII.

Descendens itaq; Moyses de monte, confringit tabulas: indicans indignum populū legem accipere propter dolum consecratum. Vitulum quem fecerunt Israel combussit, minutatumq; concidit, et in aquam spargēs, potum populo dedit. Per quem uitulum corpus diaboli significat, id est homine, quibus ipse est author: significantur mali, aurumq; uidentur idololatriae ritus, uel a sapientibus instituti. Hunc ergo uitulū, hoc est omnem societate gentium, Moyses, id est diuina lex combussit illo igni: de quo dicitur, Ignem ueni mittere in terrā: ut dum gentes credūt in illum, igni uirtutis illius diabolica in illis forma saluator totum comminuitur, hoc est illa mala unitate discessum humilatur: et in aquam mittitur, ut hic uitulus, id est homines qui idolum colunt. Israelitae, id est sancti praedicatores, qui baptismū in sua membra, hoc est in Dominicū corpus transferūt. Sciendū est, quod secundū historiam, ideo Moyses hunc uitulū populo in potū trāsmisit, quasi in terrā, uel in aquā ignemq; picisset. Illud nimirū fuit, ut ille populus idololatrie deditus, hoc per totū in cessum illum miserē, ut stercore sua adorare dedignaretur. Quod autem multos ex his qui idoli fabricauerunt, iussit Moyses interimī: signat talium uitiorum

Vituli adorationis ratio.

uitiorum necem, quibus ad eandē idololatriam defluerūt: in talia namq; uitia sequere nos iubet Apostolus. Mortificate, inquit, membra uestra quæ sunt super terram, fornicationē & immunditiam. A porta uerō usq; ad portam iusti. A uitio usque ad uitium, per quod ad mentē mors nitatur cum gladio increpationis discurre. Sed ipse numerus trium millium interfectōrū, triplicem formam indicat imperitorū. Omne enim peccatū aut opere, uel uerbo, uel cogitatione committit.

CAPVT XXXIII.

Terum ergo ascendit Moyses in montem, & secundo accepit legem. Priores tabulæ quæ fractæ sunt, significant priorem legem, quæ propter peccatū populi mox cessauit. Aliæ uerō non frangunt, quia noui Testamenti eloquia erunt permātura. Sic & secunda acceptio nouum significat: duæ descriptiones Domino reputantur. Prima in lapide, secunda in terra. Quo significatur, quia hi quibus in lapidibus data est, duriores fuerunt: & hi quibus in terra scriptū est, molliores. Et corporibus scriptum est prius animabus: secundo uerō, digito Dei utraque scriptio scripta est, id est spiritu sancto, de quo scriptum est, Qui a patre & filio procedit. Decem autē mandata magno opere cōueniunt, dum decem sensibus corporis & animæ scripta sunt. Hæc decē mandata cum duabus tabulis, duodecim efficiunt numerum. Quod inde conuenit, quia Christus per duodecim apostolos monet. Et sicut duæ tabulæ decē mandata custodiūt, sic & dualis quondā noster sensus. Quod autem prius ad orationem idolorum tabulæ restauratae sunt, renouationē legis cum Christo significat: post adorationem idolorum in ueteri Testamēto. Quod autem eadem sunt uerba quæ primō & secundo scripta sunt, significat eandem esse legem qui concidit, et quæ restauratur. Moyses materiam tabularum quærens, demonstrat: quia apud nos habemus proprium arbitriū, & super rationem nostram ante caput legis. Dei autem est inspirare & inscribere in tabulas. Hæc autem tabulæ cōstringunt usq; ad diem iudicij, & renouantur. Franguntur tabulæ, & uerba non franguntur: ut dicitur, Coelum & terra transibunt, uerba autem mea non transibunt. Decem uerba in quinque libris legis multiplicata sunt, et in quinque uolumina in lege multiplicatū. Sic & quatuor Euangelij inscriptiones nouæ multiplicantur. Quadrageinta autem diebus Moyses ieiunauit. Secundū eundem numerū & Helias, et ipse Dominus ieiunauit: per quod præcipitur nobis ex lege & prophetis, et ipse in Euangelio, ut ab uniuersis huius mundi illecebris aueritatē nostram tanquam ieiunio temperatiæ refrenemus, quandiu perfectio Decalogi legis per quatuor eiusdē mundi partes, id est uniuerso orbi prædicatorū, ut decem quater ducta in quadragesimarū numerum signet. Iosue uerō iens ad montem cum Moysse, minister illius. Christum significat, qui legis minister, & cum lege ibat. Decem autem dies: idem Moyfi & Helix & Domini nouū Testamentū significatur. Quadrageinta autem,

Tabule fractæ.

Tabule nouæ.

diluuij plaga corporalis, & corporalis sanitas in uetere est, legem figurant. In quadraginta diebus sex hebdomadæ sunt. Etenim legem per senarium numerum dari oportet, dum lex per sex dies seruitutem docuit. Quod autem dies & noctes non separatim a Domino numerantur, significat, quia ira & sensus in lege simul sunt: uel duos populos indicat, quibus lex postea profecisset, filij lucis & filij noctis dicuntur. Deinde metuens Moyses claritatem Dei uidere, respōsum accepit, uidere non posse quem nullus hominū uideret & uiueret. Quod significat, quia quamuis usq; ad claritatē angelicam humana natura post resurrectionem proficiat, tamen uidere illius essentiam plenē non ualet: quam nec ipsa perfectio angelica, ueluti est, integrē scire attingit. Sola enim sibi integrē nota est trinitas, et humanitate suscepta, que tertia est persona in trinitate. Sequitur: Est locus apud me stabilis super petram, et posteriora mea uidebis. In petra stamus, ut posteriora Dei uideamus: in Ecclesia consistimus, & posteriora Dei, hoc est, humanitatem mediatoris Dei & hominum per Euangelia uideamus. Cuius faciē uidere & uiuere nō possumus: quia in diuinitatis cōtemplationem adhuc in carne positi, planē nō assurgimus. Vel certē illud quod Moyfi dicitur, Posteriora mea uidebis, significat quod populus Iudæorum, cuius Moyses nunc personā gerit, ultimo tempore credituri essent, cum in petra, hoc est, in soliditate fidei consisterent: quando manum suam, id est potentiam suam monstrauerit populo Iudæorum. Quidam dicunt hoc impletum esse, quoniam iuxta Euangelium Moyses posteriora Dei uidit, id est, cum in posteriore tempore in monte cum illo loquutus sit.

CAPVT XXXIII.

Descendente autem Moysse de monte, faciēs illius glorificata uidetur, sed tamen tegitur uelamine: per quod significat, legem mystico esse uelamine coopertam tectamq; in fidelibus. Sermo quippe legis habet scientiæ gloriā, sed secretum non habet. & cornua duorum testamentorum, quibus contra falsitatis dogmata incedit armatus. Et quotiescunq; Moyses legis uelamina posuisset, positum super cor Iudæorū legitur: ita loquens, legis non possit gloriā sustinere. Sed si conuersi fuerint ad Dominum, auferetur uelamen occidentis literæ, ut spiritualis sensus ostendatur.

EXPLANATIO IN TERTIVM LIBRVM MOSIS,

qui Hebraicè Vaicra, Græcè & Latine Leuiticus dicitur.

CAPVT I. II. III.

Quia Genesis istam sententiā significat, qua dicitur: O CAVIT autem Dominus Moysen, & loquutus est. & reliqua. Ab aliquibus interrogari solet, si aliquis ordo sit, qui hunc ordinem uoluminum legis significaret. quod ita soluitur: Quia Genesis istam sententiā significat, qua dicitur:



Ordo librorum Mosy.

citur: Lex Domini immaculata conuertēs animas. Exodus, sapientiam præstans paruulis. Leuiticus uerō, demonstrans, præceptum Domini illuminans. Numerus uerō, iudicia Dei uerē iustificata. Hæc autem quatuor uolumina, quatuor Euangelia figurant eodem numero. Deuteronomium uerō totum Euangelij, quia Deuteronomium nouata lex interpretatur. Sed sciendum est, quomodo supradictus ordo huic ordini uoluminū conueniat. Quod ita dicendum est, quod idcirco sententiā prima Genesis coaptatur, quia Genesis enunciat omnia uerbo Dei esse creata, quæ idcirco lex est. in illa quoq; animarum conuersio, id est, a uita ad mortē, ut Adam intelligitur: & a morte ad uitam, ut Noe. Exodus, sapientiam præstans paruulis, adimplendo quod Abraham, Isaac & iacob, de terra repromissionis Deus promisit. Omnes enim in Dei comparatione paruuli sunt. Leuiticus autē, præceptum lucidum illuminās, discernēdo inter munda & immunda animalia. Numerus uerō, iudicia Dei uera sunt, maximē in prophetia Balaam, in benedictionibus. Vna autē uocatio ante hanc inueniē, id est, apud scientiā Dei in lege naturæ. Et fecit Deus hominē, & reliqua. Multa autem post hæc, eo quod uocamur de lege naturæ in legem literæ, non deferendo, sed crescendo in legibus: & a litera in nouum, Venite ad me omnes, & reliqua. Vocauit autem Moyses, & reliqua: id est, in figura totius mundi, qui a Deo per fidem a gentilitate ad baptismum uocatur, & ad pœnitentiā, siue ad fidem Trinitatis, seu de corpore ad uitam futuram: uel in iudicio, ut, Venite benedicti: & reliqua. In hac dictione dignitas personæ ostēditur, dum non alium, sed Moysen uocauit: & indignitas, in comparatione dominantis. Potest quoq; intelligi, in eo quod dicit, Vocauit Dominus de tabernaculo, Deus pater uocare Christum de cœlo ad incarnationem. Cui a Deo patre imperatur loqui filijs Israel, id est, omnibus credentibus. Et eum uocauit Dominus, & reliqua: Christum significat, populum apostolorum de lege literæ uocantem: cui dicitur, Prædicate Euangelium omni creaturæ: hoc est in populo secundo, ut in tribus milibus prædicationis Petri. Vel populum primitiuus populum secundum uocat de tabernaculo, id est, de Ecclesia. Aliter, unusquisque doctor Moysen, id est, omnem credentem uocat. Per filios quoq; Israel, sensus perfecti possunt demonstrari. Hostia proprie dicitur, quæ ante hostiū tabernaculi occiditur: siue de offensione. Oblatio, quando de peccatis offertur uictima, quod occiditur. Holocaustū, id est, totum combustum, hoc est quod finitur. Sacrificium autem de pane. Libamen, de liquore. Aliter, oblatio de significatione sacerdotibus a populo: uictima, de uictu sacrificium. In omnibus his oblationib. qui in Leuitico, spiritalis sensus quærendus, Vt alibi dicitur: Sicut uerbum

Dei procedens in hunc mundum, carnis tegebatur aspectus, & aliud in illo uidebat, aliud intelligebatur, carnis aspectus omnibus patens, diuinitatis autem agnitio paucis admodum: ita per legislatorem & prophetas uerbum Dei pronunciat, literæ uelamen tegitur. Intrinsicus occultatur spiritalis sensus, qui paucis omnino patuit. In exordio autem Leuitici, annorum genera principalium oblationum describuntur, quæ Domino offerri iubentur: primū uitulus, secundo agnus, tertio turtur & columba: quarta, similia conspersa oleo. Reliqua uerō sacrificia pro qualitatibus causarum offerebantur. Non est autem oculosum, quod dicit: Homo ex uobis si offerat munus. quasi possit aliquid aliud offerre q̄ homo, & utiq; sufficisset. Si quis ex uobis offerat munus. & in alio loco, Idcirco si anima offerat munus. & ita quidē alia dicit offerre hominē, alia animā, alia pontificē, alia synagogā, alia principem, alia unaniam, & populum terræ. Christus autem in uitulo immolabatur propter uirtutem crucis, ipse in agno propter innocentiam, ipse in ariete propter principatū: ipse in hirco, propter similitudinē carnis peccati. In turture & columba, propter Deum & hominem: in similaginem, propter Ecclesiam, quæ est corpus illius ex multis membris, uelut ex multis granis collectum: per legis & Euangelij molam cōminutum, per aquā baptismi tinctum, chrismatis oleo perunctum, spiritu sancto solidatum. Moraliter quoq; nos uitulum offerimus Deo, cum carnis superbiam uincimus: agnum, cum irrationabiles motus corrigimus: hœdum, cum lasciuiam superamus: columbam, cum simplicitatem mentis custodimus: turturē, dum castitatem seruamus. Hoc autem genus auium dicitur unum & castum seruare coniugium. Panes azymos, cum non in fermento malitiæ, sed in azymis sinceritatis & ueritatis ambulamus. Sed quod dicitur, Ponat manum suam super caput uictimæ: si historialiter intelligendum, quasi diceret, Ille qui adfert hostiam ad sacerdotes, hanc tenete. Hoc quoq; spiritaliter intelligendum, quod opus super crudelitatem diuinitatis Christi ponendū est, quia per caput hostiæ ostenditur Christi diuinitas. Homo autem ille, qui primū in omnibus posuit ad immolandum Domino munus, non incongruē humanū genus significat: de quo in Euangelio dicitur, Homo quidam descendebat ab Hierusalē in Hiericho: qui uitulum offert, illum utiq; saginatum, quem pater progresso filio, ac sibi restituto, iugulauit. Homo ergo iste, quoniam nihil substantiæ habuit, inuenit istum uitulum cœlitus missum: sed ex ordine patriarcharum & generationis succesibus uenientem. Et ideo non simpliciter dixit uitulum, sed quod uitulum ex bubus. est autem masculus siue mascula. uerē masculus, qui peccatū, quod femineæ fragilitatis est, ignorat, & nō habuit maculam peccati. Offert autē

Quatuor genera oblationum.

Hostia.

Oblatio.

Sacrificiū.

non in tabernaculo, sed ad hostium tabernaculi: quod extra portam passus est, uel quia in propria uenit, & sui illum non receperunt. Per filios autem Aaron offertur sanguis: quod de Anna & Caïpha intelligi potest, & alij qui consilium fecerunt, ut Iesum dolo tenerent & occiderent: & pronunciauerunt illū reum esse mortis, & in pijs uocibus sanguinem iustū effuderunt. Effunditur autem sanguis iuxta basem altaris, quia nō capit Prophetam perire extra Hierusalem. Ponitq; manum suam super caput uituli, hoc est, peccata generis humani. Ipse est enim caput Ecclesie suae, qui peccatum mundi portat. Sequitur: *Detrahitq; pelle hostiae, artus in frustra concident.* & reliqua. Detrahit pellem uituli, qui de uerbo Dei abstrahit uelamen literae: & interna illius sacramenta spiritalia diuidit, & haec membra non in humū, sed in altare ponit, quia indignis hominib. nō pandit diuina mysteria: sed illis qui sunt Dei altare, & in quibus semper ignis diuinus ardet, & in quibus semper consumitur caro. Membra autem diuidere, est competenti ratione distinguere qui sint profectus, uel Christi simbram retigisse, uel pedes illius lauasse lachrymis: quando sit potius caput unxiisse, uel in pectore recubuisse. Qui hoc dicere secundum prof. Cum unius cuiusque nouerit, potest esse sacerdos ille qui pellem detrahat, & membra diuidat. Deinde lignis adhibitis, in altari ignis succeditur, qui diuinitatem Christi significat. De sursum em est diuinitas, quod ignis iste festinat. Ardet ignis in altari, cum nō solum de incarnatione Christi, sed etiam de diuinitate illius aliquid doctor disputat. Ligna autem illa, opera quae in saluatore gesta sunt, significant: in quibus ostēdebatur ardens diuinitas. Vel certe lingua possunt passionem significare: usq; ad lignum enim Christi passio fuit. Vbi autem suspensum est in ligno, dispensatio carnis finita est. Hoc holocaustum namq; carnis illius per lignum crucis immolatum, diuinis humana sociauit. Interea, ne cupiditatib. dilui iubet: significat, per quod in terranea, hoc est, conscientia: & pedes, hoc est, sensus purgantur. Moraliter quoq; ut supra diximus, habemus & nos uitulum, & quidem superbum, quem offeramus: carnem scilicet nostram, quam si munus Deo offerre uolumus, adducamus ad hostium tabernaculi, ut diuinum suscipere possit auditum. *Masculus sit, foeminam nesciat, nihil dissolutum aut molle requirat. Quid est, Impone manum tuam super hostiam?* Id est, impone illi continentiae frenum, & manum disciplinae ne auferas ab ea: sicut ille imposuit, qui dicit, *Macero corpus meum: & immola eam Domino*, hoc est, mortifica membra tua, quae sunt super terram. *Filij Aaron offerunt sanguine.* Sacerdos uel filij illius nuncupantur. Soli enim sunt, qui intelligunt Dominum. Per ipsos uero debes offerre sanguinem, ut rationaliter carnales castiges uoluntates. Sunt enim qui offerunt, sed non per

sacerdotem, non enim sciunt: neq; secundū legem. Secunda hostia agnus, qui & ipse, sicut supra diximus, significat Christū, propter innocentiam: Ipse agnus, qui tollit peccata mundi. Ipse & hœdus, quia illius morte diabolus auctor peccati agnoscitur & iugulatur. Immolatur autem agnus ad latus altaris, quod respicit ad Aquilonem: ad hoc enim passus est Christus, ut aquilonis principem subuerteret. Diripiēs enim uasa fortis, prius alligauit fortem, & reliqua. Quae sequuntur de agno, sicut de uitulo explanant. Tertium sacrificium est, turtur uel columba. Turtur potest significare humanitatem Christi, Salomone dicente: Pulchrae sunt genetae, sicut turturis. Columba, spiritum sanctum significat. Cum uideris enim, inquit, spiritum descendantem, quasi columbam. Ac per hoc humanitatem Christi spiritu sancto sociata offert homo: id est, aut genus humanum, ut supra diximus, quod saepe scriptura sub nomine hominis commemorat. Aut unusquisq; homo rationaliter uiuens, aut certe Iesus Christus, qui seipsum obtulit. In hac uia sacrificia supra dictus homo offertur. Quartum, anima: quae aut Ecclesia est, quae offert similitam conspersam oleo, id est, uitam charitate decoratam: aut anima, animalis scilicet homo, qui iuxta Apostolum non percipit quae sunt spiritus Dei. Cuius muneris longe inferiora quam munera hominis, id est, perfecti uiri. Ille enim non habet uitulum neq; agnum neq; hœdum, quae offerat, neque columbam: sed tantum similitam offert, id est, communem hanc uitam: uerbi gratia, in agricultura, in nauigando positam: offert tamen munus Deo similia oleo unctum. Omnes enim animae egent oleo diuinae misericordiae. Thus quoq; cum sacrificio isto offertur: quia quod in nostris actibus infirmum conspimus, assiduitate orationis implorandum est. ut cum Propheta dicamus: *Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.* Per clibanum autem, tentationum pondus: per sartaginem, constantiae animi & robur mentis: per craticulam, multiplex impugnatio non incongrue significatur. In uarijs autem oblationib. excepto sacrificio pro peccato aliquibus partibus immolatis, super altare, reliqua sacerdotum usibus deputantur, aut quae proprie ad Dominum pertinent, implētes: ut ieiunium, continentia, aut quae habenda sunt in proximos perficientes, ut est eleemosynam, discordantes pacificare, & reliqua. Quod mel in Dei sacrificium: non offerretur, significat nihil uoluptuosum, nihil suauis huius mundi placere: sed habeat aliquid mordacis ueritatis, unde & pascha cum amaritudine manducatur. Sal autem in uniuersis sacrificijs admiscere iubet, ut omnia quae in honore Christi offerimus: sal rationis habeamus discretiōes. Primitiua tantum fermentati panis & mellis offerimus, super altari non ponimus, quia in primordijs fidei imperfecta opera habemus, iuxta Apostolum:

Primitiua
Domino
offerri de-
bent.

lum: Lac potum accipimus, non escam. Cum aut fuerit opportunum, ut munera perfecta, id est, opera bona in altare cordis imponamus, imperfecta quaeq; omittimus. Propter haec sequitur mandatum de primitijs, per quae significat, quod principium operum nostrorum debemus Deo consecrare, igni diuini amoris illuminatum, & discretiōis boni & mali facta, cum spoliantes ueterem hominem, induemur nouum. Caetera quae sequuntur de qualitatibus oblationum, ex praecedentibus possunt cognosci, sed hoc nosse debemus, quod in oblationibus pacificorum nō solum masculi assumunt, sed & foeminae: quia cum pax in homine sit, qui existitibus bellis uitiorum, non solum fortiora opera, sed infirmiora quaeq; multum ualent. Fortiora autem opera sunt, castitas, contemptus omnium facultatum, inimicorum dilectio, & reliqua. Inferiora autem, continentia in matrimonio, eleemosyna de facultatibus dare, inimicis benefacere.

CAPVT IIII.

Sequitur mandatum de anima, quae per ignorantiam peccat. Quam pulchre uocat animam, non spiritum, quem peccare non scribitur. Fructus enim spiritus, charitas, gaudium, sed ne hominē dicit, in quo imago Dei intrat, ueniente peccato corrumpitur, qua renouatur per baptismum in agnitione. Sequitur: *Sacerdos qui unctus est, si peccauerit.* Tertio in hoc & misericordia simul ostenditur, de ipso qui sacerdos est, & unctus non est immunis a delicto: sed tamen pro suo peccato sacrificium iubetur offerre, per quod Dei in se clementiam probet. Duobus modis uitulus immolatur: semel pro munere, semel pro peccato: sed qui offertur pro munere, super holocausti altare consumitur: qui uero pro peccato extra castra cum corio & in terraneis & fimo in loco mundo iubetur exuri, ad ipebus solis in altari oblati. Vide ne fortis Iesus, qui per sanguinem suum pacificat, iuxta Apostolum, quae in terris sunt, & quae in caelis sunt. Ipse enim est uitulus qui in caelis, non pro peccato, sed pro munere oblati est. In terris autem, ubi ab Adam usq; ad Moysen mors regnauit, oblati sit pro peccato: hoc est passus est, extra castra scilicet angelorum. De quibus Iacob dicit, *Castra Dei sunt haec.* Extra illa ergo castra omnis locus terrenus, in quo nos habitamus, & in qua carne Christus passus est. Quod uero dicitur, *Quia excurrit cum stercore, & in terraneis:* significat, quia ad comparationem caelestium corporum, corpus istud humanum stercore figuratim nuncupatur. Quid enim aliud fimo ille stercoreis significat, quam martyrium susceptum humanitatis ostenditur? Haec quamuis audacter discussa sint, potest tamen ex his iustorum nutrire auditus. Eadem autem & de illo uitulo omnes turbae accipiendae sunt. Cum de sacerdotis peccato dicitur, nō ponit, quod ignoret: quia sacerdos ille Christum significat, in quem nulla ignorantia cadit. Qui

cum peccatum non fecit, peccatum pro nobis factus est: et ipsa peccata nostra, & pro illo peccato, quod ex nobis suscepit & portauit, uitulum, hoc est, carnem immaculatam obtulit: & sic ipse est sacerdos & hostia. Quod autem sequitur, *Derelinquere faciens populum*, sic de Christo intelligitur: quia sicut credentibus uitam, ita non credentibus mortem confert. *Po-* situs est enim, inquit, in ruina, & in resurrectionem multorum. *populum enim nō credentem peccare fecit, dum in carne potuit & occidi.* Si enim in carne non uenisset, sanguis illius non uenisset. Si enim (inquit) nō uenisset, & loquutus non fuisset illis, peccatum nō haberent. Moraliter quoq; sacerdos iste significat sensum pietatis & religionis, qui in nobis pro orationibus, quas Deo pure fundimus, uelut quodam sacerdotio fungitur. Hic si aliquo deliquerit, uniuersum qui intra nos est, bonorum actuum populum peccare facit. Si enim lumē quod in te est, tenebrae sunt, ipse tenebrae quantae: Potest intelligi omnis turba, idē qui supra dictus est populus uirtutum. Princeps autem uim rationis, quae intra nos est: significat, quasi ipse peccet, & stultum aliquid agamus. *Pertimescendum est nobis, quod dicitur, Vos estis sal terrae.* Si autem sal infatuatum fuerit, ad nihil ualeat ultra, nisi ut proijciatur foras, & reliqua. Habet ergo iste hostiam suam. Sequitur: *Si peccauerit anima una ex populo terrae.* Cur addidit, *Ex populo terrae, nisi quia ex illa anima quae peccat nō pertinet?* de quibus dicitur, *Nostra conuersatio in caelis est.* Tu quoq; si uenis ad gratiam baptismi, uitulum obtulisti: quod in mortem Christi baptifaris, cum ad martyrium hircum obtulisti, quia autorem peccati diabolum iugulasti. *Cum eleemosynam facis, & affectum misericordiae erga indigentes dependaris, altare sacrum hœdis pinguis honorasti.* Si autem ex corde dimiseris peccatum fratri tuo, & iracundiae, deposito tumore, mitē animum intra te colligis, immolasti te arietē uel agnū fide. Porro sic in diuinis lectionib. instructus meditando, & columba in lege Domini, cuius murmur, gemitum magis quam cantum sonat: & ab errore conuerteris peccatore, & ad simplicitatem illum reuocaueris columba: atque adherendo sanctis feceris illum societatem turturis imitari, turturē aut columbam Deo obtulisti. Si autem abundauerit in corde tuo charitas, ita ut diligas proximum tuum sicut teipsum, panes similes eos, in charitatis oleo subactos, sine ullo fermento maliciae obtulisti. Si autem carnem tuam maceraueris, et ieiunij ac multa abstinentia aridum feceris, sacrificium a sartagine & craticula obtulisti.

CAPVT V.

Sequitur: *Si peccauerit anima, & audierit uocem iurantis, & reliqua.* Manifestum est quidem secundum historiam, quod nequaquam debemus in alterius peccato polluere conscientias nostras: nō solum pariter agendo, sed etiam quae

G 2 illicitē

Sacrificiū pro principibus.

Sacrificiū pro sacerdotibus.

illicite gesta sunt, non reticendo. Spiritu-
autem illa anima quæ legitur, iurauit Domi-
minus, & non poenitebit illum, tu es sacerdos
in æternum, secundum ordinem Melchisedech:
audit uocem iurantis, ut faciunt scribæ & pha-
risæi. Hæc semper meditantur, sed tamen tace-
tes nunciare ad populum uolunt, nec Christi
fateantur aduentum. Sequitur: *Anima quæ tetige-
rit aliquid immundum, & reliqua.* Vide quam incon-
ueniens sit Iudæorum intelligentia, quæ hæc
iuxta literam seruat. Quid enim immunditia
cōtrahit, qui contigerit animal mortuum aut
corpus animi defuncti? Quid si propheta, si
patriarche, quid autem si Helisæi corpus mor-
tuum suscitatur? Apostolus autem dicit, **Bo-
num est homini mulierem non tangere.** Hic
actus immundus est. Si quis enim uiderit mu-
lierem ad concupiscendā illam, iam mocha-
tus est illam in corde suo. Tetigit ergo cor il-
lius uitium concupiscentiæ, & immunda est
anima illius. Qui enim tangit aliquam rem
per mulieris concupiscentiam, uel alicuius pe-
cuniarum cupiditatem, debet scire quomodo sa-
crificium offerat, secundum illa quæ memora-
uimus, & mundum effici possit. Morticinum
hominis tangit, qui in peccatis suis mortuum
sequitur, uel imitatur. Qui uero simplicio-
res quosque ætatem ad suam simplicitatem ad-
dunt, peccatorum sordes tangunt illo tactu,
quo dicimus morticinum animal cōtingunt.
De his animalibus dicitur: **Homines saluabis
Domine.** Qui autem iuramentum protulerit, uel be-
ne quid facere, uel male, offerat agnam Dei, & re-
liqua. Iuramentum proferre est, uoto nos
diuinæ seruitutis alligari. Cum autem bona
opera promittimus, bene nos facere sponde-
mus: uerbi gratia, cum cibum potumue indi-
gentibus damus, uel cum de iniuria oppressio-
ne aliquem eripimus. Cum uero abstinentiam
cruciatumque carnis nostræ nouimus malè nos,
nobis facere, ad præsens spondemus. Aut cer-
tè quia caro & spiritus auersantur inuicem, eis-
dem operibus spiritui benefacimus, quibus
carni malè facere uidemus. Virtus carnis in
infirmitate perficitur. Ego enim, inquit, occi-
dam & uiuifico: occidit carnem, ut spiritu ui-
uificaret. De qua quauis perfectus sit quisque,
nullus tamen ita immunis est à delicto, ut in-
tra ipsa uota non peccet. Offerri agnam è gre-
gibus, siue caprâ, præcipit, scilicet ut per agnâ
actiua & simplicem uitam, aut per caprâ quæ sæpe
in summis partibus querit, contemplatiua Deo of-
ferimus. & bene agna de gregibus, offerri iube-
tur, quia actiua uita multorum, contemplatiua
paucorum est: sed cum uirtus nostra offerenda in-
terdum non sufficit, duos pullos columbarum, uel
par turturum offerre debemus, per quos quia
cantum gemitus habet. Duplex gemitus poeni-
tentiæ designatur, pro eo quod rectè non feci-
mus, nec praua operati sumus, unde unum
turturum pro peccato offerimus, quia pro
culpa gemitum damus; de altero holocau-

stum facimus. Holocaustum autem totum com-
bustum dicimus, pro eo quod bona neglexe-
rimus operari, succedentes nosmetipsos igni
doloris ardemus. Hostiarum diuersitates &
sacrificiorum ritus ultra uires nostras est, cum
à maioribus multa prætermittuntur: & non
sufficimus, quoniam recti manent per singula
exponere, exceptis paucis capitulis, quæ faci-
lè nobis occurrere potuerunt. Omnis qui-
dem penè hostia habet formam aliquid Christi,
in ipsum enim omnis hostia recapitulatur. cum
enim ille oblatus est, omnes illæ hostiæ cessa-
runt. Vitulus ergo, sicut supra diximus, siue
pro munere, seu pro peccato Christus intelli-
gi potest. Adipes uero operientes interiora,
potest sancta anima illius intelligi: quæ inte-
riora, hoc est, occulta diuinitatis illius uel à
parentibus, hoc est, humana natura adharēs,
quasi media porta inter carnem: & diuinis i-
gnibus illustranda, conseruandaque ad cœlum.
Ramunculi autem ignibus traditi, significat
nullos in Christo esse gentiliū partium motus.
In septemplici persone sanguine, spiritus san-
cti septiformis gratia designat. Quatuor cor-
nua altaris, quatuor Euangelia Christi passio-
nem referentia indicant. In iecore autem iugula
ira. In piscina iecoris concitans furoris osten-
ditur. Reliquum sanguis ad basem altaris, il-
lam gratiam significat, quomodo omnis Israel
saluus, cum intrauerit plenitudo gentium, ad
basem altaris positus, uel ut extrema uocatio
ne Ecclesiæ passionem Christi suscipiet. *Qui
autem per errorem in his quæ sanctificata sunt peccat, arie-
tem offerat.* Peccat in sanctificata, qui mandata
Dei transgrediens, scripturæ dicta derelin-
quit. Qui arietem holocaustum offert, duobus
sictis emptum, Christum fide & opere quæsi-
tum, pro unaquaque enim anima Christus passus
est. Quod autem sequitur, *Quinta parte addit: alij
simpliciter intelligunt, quod damnum resti-
tuens, quintam partem damni, quod intule-
rat, addere debet: ut si quis quinque nummos
abstulit, sex reddat: nec tamen hæc pro fur-
tis intelligenda sunt, sed pro his qui suos usus
de sanctificatis quisque adsumit. Alij autem cau-
tius discutientes, iuxta quod in Græco sonat,
sic intelligunt: ut si quis decem argenteos sub-
trahit, hos quidem reddat, & alios decem resti-
tuat. Quintam partem, hoc est, duobus argen-
teis additis, iuxta autem sanctuarij pondus a-
ries comparandus: hoc est, iuxta sensum scri-
pturæ Christus querendus. Si quis sibi met
transgrediendo præcepta Dei nocuit, debet re-
dintegrare quod neglexit, & non solum sibi
proficere, sed ut alijs proficiat. Laborare am-
plius, addens quintam partem, plenitudinem
sensuum carnalium coaptans spiritualibus.
Quinarius enim numerus sepe ad quinque sen-
sus pertinet, aut certè quintam partem, hoc est,
scientiam diuinæ legis actibus bonis iungat,
quam uidelicet legem quinarius numerus pro
pter pentatheum Moysi significat.*

Caput

CAPUT VI.

Sequitur mandatum de anima, quæ depositum proximi ne-
gat, & reliqua. Recordare, quod quæ anima
non hominis uocabulum meretur. In his san-
capitulis qui incapaces sunt mysterij, instru-
untur ex litera. Spiritu autem proximi
depositum, hoc est, animam à Deo suscepimus,
in qua imaginem suam impressit. Si autem mi-
sericors sit, sicut pater tuus cœlestis perfectus
est, seruasti proximi depositum, qualiter acce-
peras. Et sic ea quæ ille per naturam habet, tu
pro tuo modo imitaris, salua est imago Dei in
te: si autem pro misericordie crudelis, pro pio
impius sis, bonum depositum Domino abne-
gasti. Sed & spiritum sanctum depositum bo-
num accepimus, qui quam diu in nobis sit, non
peccamus. Si autem rebus habitamus, hoc est,
aut ratio, aut alijs donis in his quæ uult Domi-
nus, hoc est abiurare depositum. Quod autem
dicit, *Si calumniam fecerit, aut rem perditam inueniret: id
est, ostendit quod calumniam Deo facimus,
cum pro malis actibus nostris nomen illius in
Genibus blasphematur. Rem perditam inue-
nimus, quum testimonia ab hæreticis corru-
pta audimus, quæ debemus restituere catholi-
cæ fidei, ad perfectum sensum iungatur. In su-
perioribus autem diximus, quid sit arietem of-
ferri. Sed hic nunc dicitur precium, nec sictus
nominatur. Interest enim, peccare in sancta, &
extra sancta: iuxta quod in libris Regum dicitur,
Si peccauerit quis in hominem, rogabit sa-
cerdos pro illo. Si peccauerit quis in Deum,
quis rogabit pro illo? Sequitur mandatum de
lege. Holocaustum modo cremare debet, & induatur sacer-
dos, & ignis semper ardeat. Et si tu uis esse sacerdos
Dei (agis enim regale sacerdotium) ne rece-
dat ignis de altari tuo, quem uult Deus arde-
re. Ignis utique fidei in altari cordis alatur, in-
duatur sacerdos tunica, expoliatus pristinis ue-
stibus assumat uestem nuptialem, & induatur
tunicis, & foeminalibus uestiatur, ut luxuriam
restringat. De foeminalibus iam satis dictum
est. Hoc sanè scire debemus, quod sacerdos a-
lijs uestimentis induitur, dum est in sacrificio-
rum ministerio: alijs uero, quum procedit ad
populum: quod Paulus sapiens sacerdos fe-
cit in cœtu perfectorum, uelut intra sanctos
positus, stolam summæ doctrinæ indutus, di-
cens: Sapientiam loquimur inter perfectos: sa-
pientiam autem non huius mundi, & reliqua.
Et cum uadit ad illos qui incapaces sunt, mu-
tat stolam, & inferiora docet, dicens: Lac uo-
bis potum dedi, non escam. Sed & Christus tur-
bis in parabolis loquebatur, apostolis autem
tanquam perfectioribus profundiora asse-
bat. Quod autem non fermentabitur, iam satis
dictum est, quod sacrificium Dei fermentum
maliciæ non debeat habere. Quomodo autem
masculi tantum comedunt, & foemina non co-
medunt? Nulli dubium est, quia carnes san-
ctas debet edere, qui iuxta Apostolum factus
est uir, illa quæ paruuli sunt deponit. Talis au-*

tem uir carnes sanctas comedat, non in quo-
cunque loco, sed in loco sancto. In Ecclesia e-
nim carnes sanctæ, hoc est, caro Christi, quam
omnes illæ significabant, accipiendæ sunt. Au-
diant hæretici, qui extra Ecclesiam præsumunt
accipere Christi carnem. Quod dicitur, Om-
nis qui tetigerit illa, sanctificabitur: iuxta lite-
ram id non conuenit sacrificijs Iudæorum. Si
enim prophanus aut parricida carnes sacrificij
tetigisset, non ideo sanctificatus dici potuit.
Qui autem tetigit Christum, sicut illa quæ fuit
in profluio sanguinis, cōtinuò sanctificatur.
Vidimus enim omnes gētes Christi corpus in
baptismo accipientes, sanctificatas esse. In atrij
tabernaculi. Hic heri mandantur, quia Eccle-
sia præsens atrium est future. Bene autem simi-
lam dicit cōspersam oleo, quia misericordiam
fecit in pauperes, Deo infudit sacrificium Chri-
sti. Ministerium autem quod in sanctos desert,
turturis suauitatem ostendit. Reliquam par-
tem similæ comedit Aaron & filij eius. Quic-
quid de spiritualibus martyrij excesserit, sen-
sum tuum reserua sacerdoti auctori. Hæc ipse
manducet, ipse discutiat. Sequitur mandatum
de oblationibus Aaron, & filiorum illius, & reliqua. In
cæteris sacrificijs sacerdos officium præbet po-
pulo, in hoc mandato quæ propria sunt curat,
libetur ille ex die qua fuerit unctus, semper
& in perpetuum offerre similitudinem. Istud sa-
crificium sacerdotis fortassis ipsa lex est, per
Moysen data. Quam legem in duas diuidi præ-
cipit, id est, literam & spiritum: & mediam par-
tem, id est, literam offerri iubet. Manè, id est, pri-
mo legis tempore, quo illis in uicibus secun-
dum literam data est. Noua lex nouum protu-
lit diem. Dimidium uero illius offerri iussit in
uesperum. In uespera enim, in posteriora tem-
pora offerri nobis spiritualis sensus legis, Chri-
sto adueniente. A sartagine, quod destructum
uelit esse sacerdotem, & torridum. Aeterna au-
tem lex dicitur secundum illam partem qua spi-
ritualis. Sequitur mandatum de lege hostiæ pro pec-
cato, & reliqua. Sciendum quod alia mandata
dantur filiis Israel, alia filiis Aaron, alia Moysi
& Aaron, alia soli Moysi, ita ut nec ipse Aaron
particeps fiat mandati illius: ut est illud, Sicut
præcepit Dominus Moysi: quæ omnia discuti-
tere, nec nostræ paruitatis, nec conuenit huic
explanatiuncula. Sciendum est tamen, quan-
tum quis proficiat, tantum accipit. Non in mu-
tis animalibus querere quod offerre debeas, in-
tra temetipsum require. Et greges bouum, &
greges ouium & caprarum, in quibus benedi-
cti atque multiplicati sunt patriarchæ, intra te
æternæ sunt aues: nec mireris hoc quodammo-
do, etiam solem & lunam habes. Capitula ista
in prioribus bene explanata sunt. Hoc tamen
scire debemus, quod magna benignitas Dei
commendatur, cum ibi holocaustum offertur,
ut intelligat se qui peccauit, si poeniterit, &
contribulati spiritus hostiam iugulat, stare in
loco sancto, & sociari his qui pertinent ad Do-
minum.

minum. Quod hic addit, *Sanctum sanctorum erit*: significauit, quia illa pro peccatis oblata sanctorum unigenitus est filius Dei. Quod dicit, *Sacerdos qui offert aliud comedit*: ostendit, quia sic postolus dicit de Christo qui seipsum obtulit, ipse sacerdos & ipse sit hostia, & ipse peccata nostra comedit & consumpsit, qui est sacerdos secundum ordinem Melchisedech. Cōsequens autem, ut & ueri sacerdotis ministri Ecclesie, sacerdotes comedant peccata populi, ut accipientes peccata populi, tribuant illis remissionem peccatorum in loco sancto, in Ecclesia, in qua peccata remittuntur. Ex his quæ offeruntur, alia sacerdotibus conceduntur ad manducandum, alia Deo donantur in pabulum ignis. Conceditur enim nobis ex sancta scriptura quadam apprehendere, quadam Domino referenda sunt, quæ ultra non sunt, sicut offertur pro peccato, ita & pro delicto. Frequenter in scripturis peccatum pro delicto, & delictum pro peccato ponitur. Hic noluit tam ostendere aliquam differentiam in ijs, in quibus sacrificia diuisit: & quidam putant, delictum commissum esse leuius quam peccatum. nã dicit scriptura, quod sit peccatum ad mortem, de delicto non dicit. Aut certe delictum est, cum non facimus quæ facere debemus. Peccatum uero, cum committimus illa quæ committere non debemus. Eadem autem ratione accipiendum est de sacrificio pro peccato. Si autem oblata fuerit crassitudo, quæ operit interiora, & omne quod est de renibus pingue, tunc purgatur omni uitio libidinum, obtulisti sacrificium in odorem suauitatis. Pellis est, hæc uita exterior atque mortalis, dum non offertur, interiora recipit. Terrena quidem, sine quibus omnino homo, quia iussit, sanctus non potest esse, ad ministerium Dei pertinent. Clibanus autem, cor hominis intelligi potest: iuxta illud, Incaluerunt sicut clibanus corda eorum. Si autem non diabolus igne uitiorum, sed Christus igne spiritus sancti corda nostra inflammauerit. Panes diuinarum scripturarum cocti ad sacrificium in clibano, tria quoque sunt, ex quibus dicit sacrificia, ex clibano, ex sarragine, ex craticula. Clibanus iuxta suam formam potest profundiora in scripturis significare, & ingnarrabiliora: sarrago uero illa, quæ si frequenter uersentur, explicari possunt. Craticula autem illa, quæ palam sunt, & sine ullo tegmine. Triplex namque est diuinarum scripturarum intelligentia: historica, mystica, moralis.

CAPVT VII.

Sequitur mandatum de sacrificijs pacificorum, quod offertur Domino. Sacrificium pacificorum in duas partes diuisit: unam pro gratiarum actione ponit, alteram pro uitio: utrumque tamen oblatio pacificorum est, panes autem fermentati, quos omnino abiecit in sacrificio, nunc subentur apponi. Sed sciendum est, quod hic non ad sacrificium, sed ad sacrificij mysterium opponuntur. sic enim dicitur, Panes quoque fermentatos cum hostia gratiarum: non dicit quod sint hostia ipsi panes, sed cum hostia, Ex qui-

Scripturae intellectus triplex.

bus unus non pro sacrificio, sed pro primitiuis offertur Domino. Fermentum doctrinam significat: iuxta illud, Cauete a fermento pharisæorum. Humana autem doctrina, hoc est, aut Grammatica, aut Rhetorica, aut Dialectica, ex quibus in his quæ de Deo sentienda sunt, nil accipiendum. Sermo uero lucidus & eloquenter, & splendor ad ministerium uerbi Dei decenter admittitur. Hoc fermentum in ministerium uerbi Dei accipit Paulus, cum dixit: Corrumunt mores bonos colloquia mala. Testimonia quæ a philosophis usurpauit: qui se autem tantus ac talis pacificorum, & pro gratiarum actione uel sponte aut uoto potest offerre, nisi ille qui uniuersis actibus suis facit ut laudetur Deus, cuius opera uidet homines, & magnificant patrem qui in cœlis est. De sacrificio salutaris dicitur, Non remanebit ex eo usque manet: sicut de sacrificio paschæ dictum est, recordare. De sacrificio uero, quod uoto uel potest offerre, dilatio conceditur: *Vsq; in alterum diem. Si quid autem remansit in diem tertium, igni tradendum sit.* quam differentiam sic uidebimus, ut unus dies aut tempus aut præsens sit, in quo totum mysterium passionis Christi nobis accipiendum est, nec referuandum est in futurum. Aut certe unus dies sancta scriptura intelligit generaliter. Duo dies uetus & nouum Testamentum: in quibus carnes sanctæ immolari, hoc est, mysterium crucis Christi inquiri ac distingui debet. Nullam aliam ad autoritatem assumamus, nisi diuinam scripturam. Sed quicquid utrumque Testamentum non discernat, spiritus sancti igni referuandum est. Triplicem immunditiam ponit: Vna, ne carnes sanctæ ab aliqua immunditia tangantur; alia, Ne is qui edit, immundus sit; tertia, Ne is qui comedit & mundus est, contingat aliquam immunditiam. Carnes sanctas, id est, uerba diuina tangit aliqua immunditia, quum malæ hæreses sanæ doctrinæ immiscentur. Qui autem comedit, debet esse mundus. Non enim est pulchra laus Dei in ore peccatoris. Cum autem fuerit mundus, restat ut non tangat immunditiam, ut non inquinet alienis peccatis. Deinde quæ Domino immolantur, id est, adipes bouum, & ouium, & caprarum manducari uetat, & reliqua. In supradicto loco diximus, cum de uitulo disputabamus, adipes animam Christi significare. Non incongrue autem in præsentis loco adipes animam illam significat, pro qua Christus animam suam posuit, id est Ecclesiam, quæ uere anima illius est. Adipes autem edit, qui unum de pusillis qui in Christum credunt, scandalizat. Sanguis uero prohibetur bibi iuxta superiorē sensum, Israeliticus populus potest intelligi. Non enim ex fide, neque ex spiritu Abraham, sed tantum ex sanguine illius descendunt. Quem iuxta Apostolum non uult offendere, quum dicit: *Diuis ergo, fracti sunt rami, ut ego inserar bene, & reliqua.* Adipem uero cadaueris morticini aut bestie prægestati in usus uarios concedit non esse. & reliqua. Sunt enim multa testimonia, quæ aut gestibus inuenta,

inuenta, spiritualiter mortui sunt. Deo autem ab his quos mala bestia, id est, interficit competentem, & si non ad auctoritatem, & ad utilitatem suscipimus: qui adipes quidem dici possunt, quia pro suo modo opinati sunt. Quod aut dicit, *Tenebit manu adipem hostie*: significat, quod opera sunt quæ commendant hostiam nostram Deo. Reliqua in superioribus explanata sunt. Quod dicit *Hæc est unctio Aaron, & filiorum illius*, non subiunxit quæ esset unctio: hoc enim in sequentibus facit, sed potest intelligi de peccato sculo eleuationis, & brachio separationis, maxime cum sub sacramento spiritualis unctio, nis inserta sunt. Denique hæc lex holocausti, & sacrificij, & reliqua. Repetitio est præcedentium capitulorum.

CAPVT VIII. IX.

Quod autem dicit, *Tolle Aaron illius, & reliqua.* Quæ sequuntur penè in præcedentibus exposita sunt, cum de uestimentis Aaron sermo fuit. Videndum est tamen, quod Moyses primum lauat, & postea induit. Lauet & te Moyses, hoc est, lex. Habet enim Moysen & prophetas, aut dicitur illos. Et tunc induit Iesum Christum, & habebis uestem nuptialem. Sacerdotes autem sunt omnes qui sacra dona offerunt, quibus dicitur: Vos estis genus electum, regale sacerdotium. Congregauit autem Moyses populum. Requiritur enim in ordinando sacerdote præsentia populi, ut multorum testimonio præsul eligatur. In Exodo autem octo species designantur & uestimentorum. Hic septem tantum numerantur. Fœminalia autem prætermittuntur. His autem castitatem diximus significare, eo quod genitalia constringunt. Fortasse autem ideo prætermittuntur, quia in illis sacerdotibus, has partes non semper dicit esse constrictas. Ne quando enim de potestate generis, & successu sobolis habeant indulgentiam. Ecclesie quoque sacerdotes aliquando debent infundere diuini uerbi semen, ut mentes auditorum instruant. Aliquando tacere, ne margaritas ante porcos mittant: & habeant tempus loquendi, & tempus tacendi.

CAPVT X.

Filij autem Aaron, qui imponentes altari ignem alienum, igni diuino exusti sunt. Illos significat, qui contempta diuina doctrina peruersas doctrinas appetunt, quibus dicitur: Abiecastis mandatum Dei, ut traditionem uestram statuatis. Aliter quoque ignem alienum incendi, qui in sacrario cordis sui alicuius concupiscentiæ ignem succendens, & audet altarium Dei accedere, quod non recipit, nisi illum ignem, de quo dicitur, Ignem ueni mittere in terram. *Extra castra proiecti sunt.* Tales enim inter sanctos meritis excellentes non reputantur, quod autem dicitur: *Capita uestra nolite induere, & reliqua*, in sequentibus dicendum est. Quod autem sacerdotibus præcipit, *Vt uinum & siceram non bibant*, maxime cum ad uini ministerium accedunt. Et secundum historiam conuenit obseruare, cum Apostolus dicit: *Nolite*

sacerdotes qui sunt.

Filij Aaron exuruntur.

inebriari uino, in quo est luxuria: & spiritualiter, ne forte grauentur corda uestra in crapula, & ebrietate, & curis huius mundi. Cætera quæ sequuntur de peccato sculo, & brachio, & sacrificio pro peccato, & quod sacerdotes hoc debent edere in loco sancto, sparsim explanata sunt.

CAPVT XI.

Nunc de eo, quod lex quadam animalia ad esum quali immunda non concessit, quadam inter diem, uidendum est. Non enim de animalibus cura est Deo. Per hæc igitur mores pinguntur humani, & quibus ipsi sunt mundi, & immundi. Denique mundi sunt, qui ruminant, qui in ore semper portant cibum, præcepta diuina. Ungula findunt, qui duo testamenta habent, litera a spiritu diuidunt. Denique ruminant quidem Iudæi uerba legis, sed unguam non findunt, non credentes duo testamenta, nec patrem, nec filium, & ideo immundi sunt. Hæretici autem unguam findunt, duo testamenta recipiunt: sed quia doctrinam ueritatis in ore non nominant, immundi sunt. Hæc cum de hominibus, non de pecoribus intelligendum sit, & uidendum est, quomodo mundos homines manducamus, immundos autem refutamus. Omnis autem homo aut ex responsione aut ex sermocinatione dat proximis tibi gustum: & si bonus sit is de quo gustum capimus, mundum cibum sumimus. Si autem immundus sit, ac peruersæ mentis immundum sumimus cibum. Ac per hoc proximus efficitur nobis cibum mundus. Si autem immundus sit, ac peruersæ mentis immundum, sumimus cibum, ac per hoc proximus efficitur nobis omnibus mundus uel immundus. De his quæ in aquis gignuntur, pinnulas & squammas habentia comeduntur. Hi pisces qui pinnulas & squammas habent, ascendunt ad superiora aquarum: per quos significantur, qui spiritus libertatem querunt. Et quamuis fluctibus huius mundi circumdantur & grauantur, ad superna nituntur assurgere. Squammæ enim grauitatem morum, & firmitatem conuersationum significant. Pinnulae autem sensus superna cogitantes: qui autem sine ipsis sunt, hi sunt, qui leues mores & effeminatos habent, de supernis quoque non cogitant. Cum autem camelum prohibet, uitam informem damnat. Cum suem, cœnosam & luteam uitam reprehendit. Cum leporem accusat, deformatos in foeminas uiros damnat. Cum lacertam, incertam uarietatem uitæ denotat. Per mustelam furtum. Per stellionem, maculas mentium execratur. Per accipitrem, & miluum, & aquilam, raptorem odit. Per uulturum, prædam. Per coruum, uoluptates nigras. Per passerem, intemperantiam. Per cygnum, ceruicem aliam superbie. Per noctuam, lucifugas uarietates. Per alia his similia, diuersa uitia uituperat.

CAPVT XII.

Sequitur mandatum de immundicia partus, in qua non ociose dicitur est, *Quod mulier quæ conceptio femine parit masculum, immunda dicitur: quia ad distinctionem*

G 4 illius

Animalia mundi et immunda.

illius dicitur, quæ nō ex semine concepit filiū Iesum Christum. Hanc non grauant legis onera: ac per hoc non est superfluum, sed mysticū, quod ait, Cōcepto semine. Quod autē si masculum peperit, septem diebus immunda erit, & septimo die purificabitur: hoc significat, quod quandiu sumus in hoc tempore, quod septem diebus uoluitur, ad liquidū puri esse non possumus, donec octaua uenerit dies, quod est futuri seculi tempus, in quo circumcidi iubetur masculus. Tunc enim, ut diximus, ab omnibus superfluis uel actibus, uel uerbis, uel cogitationibus bene emundabimur, cū sit Deus omnia in omnibus: in quō etiam efficitur mundamater, quæ genuit masculum. Purgata namque intus, carnem & resurrectionē suscipiet, is qui masculum & uiriliter egit, nihil in se foemineū aut molle habēs. Neque enim molles, inquit, regnum Dei intrabunt. Qui uerō remissus & effoeminatus permanet in actibus suis, iste neque in presenti hebdomada, neque in futura mundabitur. Ab immundicia non remittuntur illi peccata, neque in hoc seculo, neque in futuro. Quod autem sequitur:

Trigintatribus diebus manebit in sanguine purificationis. Hoc tempus significare potest, quod in hoc mundo mandata legis, & fidei sacramentū implere & habere cōtendimus. Triginta enim & tria, monades tres, & decades tres sunt, quod ad fidem trinitatis & legem pertinet. Tandiu enim in purificatione manemus, id est, ut puri inueniamur. Laboramus enim quādiu in hac uita subsistimus. Per hanc enim in fide & operibus in presenti uita & in futura uita purificati inueniemur, quando de uicta morte, erit Deus omnia in omnibus. Tunc sancta tangeamus, & in sanctuarium ingrediemur, cum uenerit quod perfectum est: & non per speculū, sed facie ad faciem superna contemplantur. De muliere autem quæ foeminam parit, supra dictum est, quomodo in hoc tempore, & non in futuro purgabimur.

CAPVT XIII.

De lepra.

Sequitur sermo de plaga lepræ, cuius species sex sunt: prima in cute & in carne uiua secunda, in tota carne uiua, à capite ad pedes discurrens: tertia in loco ulceris sanati: quarta in loco exustionis: quinta in capite uel in barba: sexta in caluitio uel in recaluitio. Lepra doctrina falsa est: unde leprosi non immerito hæretici intelliguntur, eo quod ecclesiæ puritatem uarijs erroribus maculant. *Lepram in cute gerunt, qui exteriora & carnalia suadere conantur: ut sunt Cirinthiani, qui resurrectionē futuram in carnis uoluntate existimant: ut sunt Luciferiani, qui animam de carnis substantia propagatam dicunt. In toto corpore leprā portat, qui uarijs doctrinis hæreticorum deditus, omnem uitam suam maculat. In loco ulceris sanati lepram habet, post agnitionem & medicinā inuocat aliquod indicium prioris erroris: uelut carnis reuersus ad uomitum suum. In loco uisionis i-*

Lepra doctrina falsa.

gnis leprā sustinent Manichei, qui inani abstinentiæ cruciatu corpora exhauriunt, & per infidelitatem inde non immunditiam, sed lepram agnunt. De talibus dicit Apostolus: Prohibentes nubere, & abstinētes se à cibis quos Deus creauit ad percipiendū. *In capite lepram baiulat, qui blasphematur diuinitatem: uel in Christum, qui est caput Ecclesiæ, peccat: ut sunt Arriani uel Manichei, uel certè ludæi. In barba lepram ostendunt, qui de apostolis, sanctis prædicatoribus peruersa sentiunt, atque illos quilibet falsum prædicasse confingunt. Sicut enim barba ornamentū uiro, ita apostoli & doctores præstant corpori Christi. In caluitio aut in recaluitio lepram monstrant, qui postquam superflua ac mortua desideria abiecerunt, iterum peccatis maioribus inuoluntur, & peruersa doctrina deprauantur. Quod colores lepræ adiecit, formas uarias hæresium ostēdit. Pallida enim est heresis per falsos patres. Rubicūda est per martyriū: quod quamuis infructuosum, tamē subeupt. Alba, p colorē falsa iustitiæ. Liuida, per quādā inutilia ieiunia. Nigra, peruersa doctrina. Obscura, p mysteria errorū. Est autē lepra, quæ sacrificiorū ritu purgatur, id est, corde cōtrito & humiliato. Sacrificium enim, inquit, Deo spiritus cōtribulatus. *Quæ iussu sacerdotis, id est, per doctrinā alicuius catholici uiri: qui septē dierū purgationē, id est, per agnitionē septiformis spiritus sancti: extra sancta sanctorū cōsortia, ut purgatus postea intra sanctā Ecclesiam excipiat. Est, quæ aqua per baptismum mūdatur. Genus autē lepræ, quod mūdari nō potest, omnino illorū est, qui dicunt poenitentes ueniam cōsequi nō posse: aut qui nolunt ab errore cōuertere. Quod autē dicitur, *Vi leprosi exeuntes de castris, foris sedeant, donec mūdatur lepra illorū:* significat, hæreticos proijci debere ab Ecclesia, donec propriū errorē depulsantes, reuertantur ad Dominum. *De sectis uectibus, id est, omnibus secretis manifestis. Nudo capite, ut à cunctis animi illius uideat denudatio. Ore clauso, ne ulterius impia doceat. Quod autē lepra dicitur, quod humilior carne reliqua: quis nō uideat, quod praua doctrina humiliata ac despecta sit: Leprosus immundū se pronunciet, ut per cōfessionē sanitatē accipiat. Hæc autē quæ de lepra scripta, breue sunt: in alijs autē habent imaginē ueritatis. Lepra autē in ueste linea, peruersitatē morū, qui multū amarī sunt, & per quendā colorē iustitiæ plus quam oportet sauiant peccantibus, ad desperationem plus quam ad sanitatem prouocantes, & contra Apostolum onera inuicem non portantes. *Lepra uerō in ueste lana, illos significat, qui propter adulationē delinquentes corrigere nolunt, sed malefacientibus cōsentiant: aut certè qui molliter uiuunt, & uiriliter agere nō student. Lepra autē in stamine, potest uitia animæ significare, quæ per corpus stare & uigere facit. Lepra in subtegmīne, peccata quæ per corpus committuntur. In corpore enim anima subsistit, ueluti****

Colores lepra.

Lepra quid sit.

stamē in subtegmīne. Pellis, est uita exterior, & cōuersatio carnalis hominum: unde & peccatum. Adam & uxoris illius, illis tunicas pelliceas fecisse dicitur. Lepra autem in pelle, malum exemplum est in conuersatione huius uitæ, per quod indocti in errorem inducuntur. Lepra uerō in parietibus domus, prauam doctrinam in cogitationibus hæreticorum significat. de qua propheta dicit: *Odiui Ecclesiam malignantium. Omnes species septem diebus separantur: quia nullus purgatur, nisi per gratiā septiformis spiritus. Sacerdos uerō ingreditur ad considerandam lepram extra castra, quia leprosus in castra nō intrat. Dignus namque doctor cunctis cōpalsione proximus est, ut fuit ille qui dicebat: Omnibus factus sum omnia.*

CAPVT XIII.

Sacrificiū mundati leprosi.

Sequitur sermo de sacrificio leprosi, qui mundatur, cui præcipitur ut offerat duos passeres: unum quemq̄ hominē significat, conuertentem à peccatis. cui præcipitur: *Transmigrā in montē sicut passer. Quia per duos passeres significatur substantia carnis & animæ: quibus uesci licitū est: sicut Petro dicit, Quæ Deus purificauit, tu cōmunia ne dixeris. Pascit enim sanctos doctores quodāmodo, & angelos, qui cōuertit se à peccatis. quorū unus immolatur super aquas uiuas, alius aspersus sanguine alterius dimittitur in agrum, quicquid debet tradi satanæ in interitū carnis, ut spiritus saluus fiat. Ad hoc em quodāmodo caro mori, ut uel uiua anima fortius in agrū Euangelicæ disciplinæ auolet, & tricesimum & sexagesimū, aut si sic proficiat, centesimū fructum habere possit. Et super aquas uiuas talis immolatur hostia, ut nec ad dexteram, nec ad sinistram declinans, Euangelicæ disciplinæ regimīna seruet, quæ aqua dicitur: quæ qui bibit, sit in illo fons aquæ salientis in uitā æternam. *In uase autem fidili, in conuersatione humana, in qua dum sumus laboramus. Adiungitur etiam lignum cedrinū. Impossibile namque est, sine ligno crucis peccati lepram posse auferri. Per coccū autem sanguis Christi significatur, qui de illius latere profluxit. Hyssopum autem medici ferunt, quod purgat noxios humores de peccatoribus hominum: sic per confessionem purgantur peccata poenitentium. Hæc autem ad salutis nostræ subsidium necessarō suscipiuntur. *Cum autem uestimentum lauerit, & omnes pilos corporis raserit, tunc mundatus ingreditur castra. Cum enim per lauacrum pristina peccata deposuerimus, quæ ueteris hominis indumenta sunt, & uniuersos pilos abiecerimus: hoc est, quicquid in nobis superfluum oritur, tunc in castra Dei ingredimur. Denique sanctus qui nihil operis mortui habet, omnem pilū debet seruare. Et quandiu superfluis uel dicitis, uel factis, uel cogitationibus nō polluitur, ferrū non ascendit caput illius. De ipso namque dicit: Et folium illius non defluet, & omnia quæcūq̄ fa-***

ciet prosperabuntur. Quid sit autē, *Septies hominē aspergi, saepe diximus. Sanè non est ociosum, neque absq̄ mysterio, quod dicitur: *Maneat extra tabernaculum suum septem diebus. Et omnem pilum capitis sui, & etiam barba, superciliorumq̄ suorū debet radere. Ac si uoluisset dicere, quod illud etiam nondum sufficeret, quod prius dixit: Omnes pilos corporis radat. Cum em castris, id est Ecclesiæ aliquis iungitur, nō statim intrat in domū suā, hoc est, uirtutum domum: de qua dicitur, *Tolle grabatum tuum, & uade in domum tuam. Sanus enim factus es, uide ne ultra capiti culpam contrahas. Peccatum autem capitis est, aliter quam fides recta habet, aliquid sentire. In barbam uerō uirilīs ætas culpam deposuisse: in supercilijs arrogantiam deponere. Sed & uestimenta quoque iterum mundare præcipiuntur, & corpus, cum antea sit lotū: sed hæc fiant intra castra. Quicquid enim post baptismum & fidem puram in nobis oritur, necesse est ut per poenitentiam & perfectæ uitæ studium abscindamus, non tamen extra Ecclesiam: & in hunc modū omnia hæc fiant, sed intra castra. Post hæc autem omnia dicitur, *Qui mundatur, offerat pro se duos agnos immaculatos, & ouē anniculam. & reliqua. Primus agnus, qui pro delicto offertur, significare potest ipsam uirtutē, quam assumpsit is qui erat in peccatis, quam potuit repellere à se affectu peccati. Secundus uerō agnus, significat illam recuperatam uirtutē, per quā abiectis omnibus uitijs integrum se obtulit. Ouis autem quæ post agnum assumitur, significat fecunditatem illius, qui postquā conuersus est à peccato, totum se obtulit Deo, & bonorum operum fructibus utitur. Et quia tres sunt hostiæ: prima, qua peccata soluantur: secunda, qua anima ad Dominū cōuertitur: tertia, qua fecunditatem cōuersus ostendit: idcirco subiungit tres mensuras simaliginis, ut intelligamus purificationes fieri non posse sine mysterio Trinitatis. Similā habet, unde habeat mundū panē: & hæc oleo conspargitur. Sed oleū illius qui purificabitur, in duos usus diuidit, ut panis illius pinguis efficiat, pro misericordia & sciētia lux capiti illius per manus sacerdotis imponat. Sacerdotis autē est illū statuere, ut stabilis sit, ut nō moueatur omni uento doctrinæ. De sanguine autem & oleo auriculæ infundatur, ut purus sit auditus: & manus, ut mundum sit opus: & pedes, ut ad opus bonum tantum dirigantur. Hæc omnia ad dexterā sunt, cū in se nihil sinistrū habere permittuntur. Sacerdos autē oleū septies contra dominū spargit, ut super illū qui purgatur septiformis spiritū inuocet, ut preces Domino fundēs, & dicat: Spiritu principali cōfirma me Domine. Vel certè excusio digiti septies, excusio dæmoniorum est, quæ iuxta Euangelium de homine expellere Deus manifestē declaraf. Dominum autem spiritus sancti per olei imaginē designatur, ut nō solum remissionem omnium peccatorū cōsequi possit is qui purgatur, sed spiritū****

spiritu sancto impleri mereat. Quid autem significat agnus, quæ offert qui pauper est, uel duos turtures, aut pulli columbæ, sæpe dictum est.

CAPVT XV.

De fluxu sanguinis.

Post hæc autem dicitur, Qui fluxum sanguinis patitur, immundus est. Per quem significatur ille qui nescit modum uerbis imponere, sed per multiloquium non potest effugere peccatum. Semen enim bonum, est sermo doctrinæ Euangelicæ, quæ in corde audientium, uelut in terra bona crescit. Et e contrario semen malum, est praua doctrina, quæ superseminat inimicus homo. Vir autem, qui fluxum sanguinis patitur, immundus est: quia nec personas, nec tempus considerat, & non recordatur tempus loquendi, & tempus tacendi, & sanctum non dandū esse canibus, nec bona malaque distinguit, utiq; immundum est. Vnde & Apostolus ait, Doctrinis uarijs & peregrinis nolite abduci. Sed conuersatio illius, in qua quasi in lectulo torpescit, immunda est. Et quis quis doctrina illius tactus fuerit, ut aqua uitæ doctrinæ lauetur, indiget. Et usq; ad uesperum: id est, usq; ad finem uanæ doctrinæ, uel prauæ uoluntatis, quam suauis. Non recipiendus sit uir, de quo egredietur semen cordis, & reliqua: hoc est, qui cum carnali concupiscentia uelut cum foemina cōueniens molitur, docet ut ad lætitiā prouocet magis quā ad planctū: cum scriptum sit, Væ uobis qui ridetis. & iterum, Popule meus qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt. Immundus erit usq; ad uesperum. Vesper enim finis est diei, & initium noctis: sic & pœnitentiæ finis est uanæ lætitiæ, & principium tristitiæ salutaris. Beati qui lugent nunc, quoniam ipsi consolabuntur. Mulier, quæ redeunte, & reliqua. Per mulieres enim effœminatus quisq; significat, qui nihil in se uirile habet: & reuertente desiderij tempore sanguinem fluit: hoc est, si quid naturalis boni habuit, per negligentiam amittit: & septē diebus separat, ut cognoscat se septem demonijs esse subiectum. Mulier autem quæ nō tempore menstruali, sed iugiter sanguinem fluit: hoc est, qui nullo modo intus repugnat, & uacuuus iacet ab omni bono. & si steterit sanguis septē diebus numeratis, ut in octauo die suscepta se ptemplicis spiritus gratia purgatus, qui sanatus fuerit, reperitur.

CAPVT XVI.

Post hæc præcipitur, ut non in omni hora intret Aaron sanctuarium, quod est intra uelū, & reliqua. Per hoc quotidie instruimur, ut sciamus cum quilibet uestimentis, uel quo tēpore ad altare Dei accedamus. Quod autem non in omni hora spiritualis Aaron & uetus sacerdos Christus, sed semel in anno uitę suæ: de quo dicitur, Vocate diem acceptū Domino. Quomodo autē ipse sit sacerdos, & ipse in uitulo significatur, & in ariete, nō est difficile intelligere. Tunica autē linea, carnem illius significat: quæ sancta dicitur, quia sancta caro illius nō uiri semine, sed à spiritu sancto concēpta sit. Foeminalia,

Linea uestis.

Fœminalia.

carnis illius castitatē significant, per quā nec libidini, nec procreationi filiorū caro illius paruit. Zona linea eandem castitatē illius significat, in cuius renib. nulla fuit libido. Cidarīs, ornatus capitis est: & ideo resurrectionis gloriam signat, per quā donauit Deus illi nomē, quod est super omne nomen, ut in nomine eius omne genu flectatur, cœlestiū, terrestriū & infernorū. Et omnis lingua cōfiteatur, quia Dominus Iesus in gloria est Dei patris. & reliqua. Quomodo autē hæc moraliter sacerdotibus cōueniant, supra dictū est. Quomodo autē lotus hæc suscipit, non dubium est, quia nullam maculā habens Christus lauacrū nō recusat, pro se, & pro domo sua orauit: cū dicit, Pater, in manus tuas cōmēdo spiritū meū: uel cum orauit semel & tertio. Pro domo autem sua orauit, cū dicit: Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi. Nūc uidentū est de duobus hircis, super quos fors mittitur, una Dño, & altera capre missario. Si esset sanctus omnis populus Dei, nō essent duæ sortes sup hircis, sed fors una, & hostia una. Dū autē multi sunt uocati, pauci uerō electi: pars hostiæ, quæ à populo offertur, Domino immolatur, pars altera abiicitur. Fors tamen cadit super utrumq; ut merito suo unusquisq; uel recipiatur uel proijciatur. Hircus uerō est, qui dimittitur & qui recipitur. Omnes enim peccauerūt, & egent gloria Dei. Qui autē in fortem Dei uenit, occiditur: quia propter illū mortificamur omni die: & Mortui sumus, & uita nostra abscondita est. Qui uerō in heremum mittitur, fundantur super illum preces, ut peccata populi ferat in solitudinem: quia super peccatores uenit omnis sanguis iustus. & reliqua. Semper enim impij operantur iniquitatem. Sicut & illis qui iustitiam habent, additur illis adhuc augmentum perfectionis. Qui enim inquit habet, dabitur illi: ita & qui habet peccata, reddētur ei peccata parentum in tertiam & quartam generationem, iusto iudicio Dei iustissimē omnia iudicantis. In solitudinem mittitur, quia impij soli illi sunt, qui deserti sunt à Deo, deserti ab omni bono. Et fortasse ista solitudo est, quæ in Euangelio tenebras exteriores, uel ignis æternus dicitur. De ariete autē, qui cum hircis accipitur, possunt sentiri illa quæ de ariete superius dicta sunt: uel de Iesu & Barraba hæc dici possunt, quod alter in sorte Iesu Domini ueniens occisus est: alter maledictus, in desertum Iudæorū missus, peccata populi portans, clamātis, Crucifige. Homo autem, qui hircū duxit, Pilatus esse potest, cuius sententia dimissus est, qui lotus, dicitur. Accepta autem aqua, lauit manus suas coram omni populo dicens, Innocens ego sum à sanguine iusti huius. Denique Iesus hircus dici potest, ut & peccatum Deus, eo quod hostia sit pro peccato: & Barrabas hircus est, qui ad sinistros ponendus est. Homo paratus, qui hircum in heremum ducit, Christum significat: cui omne iudicium datū est, ut oues à dextris, hoedos

Zona. Cidarīs.

hoedos autē à sinistris ponat, cuius sunt uestimenta sordida: de quo dicitur, Et uidi Iesum sacerdotem magnum, indutū ueste sordida, qui uespera mundi lauit in uino sanguinis sui stolam suram, & factus est mundus. Alio quoque sensu, duo hirci duos populos significant, formam gerentes. Sed quid est hircus in fortem Domini uenisse, nisi quod populum credentium confortes & cohæredes Christi sunt, cuius sanguis cum sanguine uituli cōmiscetur, ut coniores passionis Christi effecti, participes glorię ipsius efficiamur? Iudeorū autem populus, qui in Christum credere nolunt, peccata super peccata cumulans, in locum desertum à Deo recessit. Quod contra orientem spargit, significat, quod ab oriente propitiatio uenit. Inde enim est uir, cui nomē est, Ortus. Quod autem dicitur: Non sit homo in tabernaculo, cum ingredietur pontifex. Qui enim potuerit sequi Christū, & excelsa cœlorū cum illo cōfendere, iam nō erit homo. Erūt enim, inquit, sicut angeli in cœlo, uel in carne positus homo nō erit, quia conuersatio illius in cœlo est. Ego, inquit, dixi, dij estis, & filij excelsi omnes: De thuribulo autem, & ceteris quę hic narrant, in alijs locis disputatum est. Qui autem occiderit ouem ad bouem, & non obtulerit ad ostium tabernaculi, recuset sanguinis. Omnis enim uictima operum nostrorū, si non conferatur ad auctoritatem & uirtutem Ecclesię, inanis est: & non solum non adiuuat, sed multū nocet. Cetera quę sequuntur prætermittimus, quia quædam ex ipsis superius disputata sunt: quędam quoque non multū sunt obscura. Quędam autem sunt secundum literam nunc reseruanda.

CAPVT XXI.

Sacerdotis autē filia, si deprehensa fuerit in adulterio, flammis excuret. Omnis Christianus sacerdos, cuius cogitatio quā ipse in se genuit, si in alienatione à Deo deprehendatur, flamma compunctionis exuri debet, ut adultera esse desinat. Præcipitur enim nobis, cum plantauerimus ligna pomifera, auferamus præcipua illorū: præcipuaq; lignorū auferimus, cum de ipsa inquisitione iniquitate suscepta, primordia operum nostrorum non approbamus: qui cum ad huc primordia bonorū operū laudantur, indignum est, ita adhuc animum operantis pascat. Quarto anno omnis fructus illorū sanctificabitur: tunc enim incarnatione opera nostra sanctificant, cū mediatoris humanitatē, quæ per quatuor Euagelia nunciat, pfecte credimus. Quinto anno fructus comedimus, cū spiritu aliter legem obseruantes, pfectū opus fidei adiungimus. Sequitur mandatū de sacerdote magno, inter fratres suos, super cuius caput effusum est oleū, & reliqua. Sacerdos magnus inter fratres suos Christus est, cui dicitur: Tu es sacerdos in æternū. Quiq; resurgens dicit: Vade ad fratres meos. Super cuius caput effusum est oleum unctiois: de quo dicitur, Vnxit te Deus, Deus tuus, Caput suum non disceperet.

Caput Christi Deus, Deum autem nemo uidit unquam, nisi unigenitus filius eius. Nolite ergo in terris quarere, quod super caput sacerdotis infunditur, cuius consecratę sunt manus, dum illas in passione ostendit per expiationem totius mundi. Siue Christus consecratas manus habet, quia peccatū nō fecit: quod non conuenit alicui hominum, quamuis sit sanctus. Nisi illi uestimenta non scindit, quia non patitur Ecclesiam suam diuidi in hæresim uel schismata, quæ inhærendo uestis est: cuius figura fuit tunica illa Iesu inconsutilis, quæ in passione non scinditur. Et ad omne mortuum non regreditur: hoc est, ad eum qui in peccatis mortuus est. Anima enim cum peccauerit, ipsa morietur. In maleuolam autem animam non introibit sapientia. In patre & matre non contaminabitur. Omnis enim homo, qui hunc mundum ingreditur, in patre & matre contaminabitur, ex quibus originale peccatum trahit. Ecce enim, inquit, in iniquitatibus concepit me mater mea. Solus Christus non est pollutus, dum nasceretur de uirgine: quia non ex uirili semine conceptus est, sed de spiritu sancto. Nec in matre pollutus est, quia non ex uoluptate carnis, sed ex uirginali utero natus est. Deniq; dum ipse dixit per Salomonē: Cū essent magis bonus, ueni ad corpus inquinatum. Corpus enim à matre nō fuit inquinatum. Ac per hoc non contaminatus est in matre. Aliter quoq; cōtaminamur in patre, cū peccatū aut infidelitatē Deū offendimus, cū in oratione Dominica dicimus: Pater noster, qui es. & reliqua. Et in matre contaminamur, cum credentes in Deum, Ecclesiam lædimus, quæ mater omnium nostrum est, cui pro patrib. nati sumus. Vel certē matrem offendimus, cū libertatē matris, cœlestis indigna peccati seruitute fœdamus, quā dicit Apostolus matrē omnium nostrū. Christus enim nec in matre, nec in patre pollutus erat, quia peccatū nō fecit, nec dolus inuentus est in lingua illius. De sanctis non egredietur. De sanctis egreditur, qui de uirtutibus adiutus labit, quod Christus nunquā fecit. Solus enim sine peccato fuit: uel sic per susceptio nem carnis descendit in hunc mundū, ut nunquam desereret cœlum, quia totus ubiq; est.

Vidua & repudiata, ac meretricem nō ducat uxorē. Vidua ac repudiata, & meretrix, synagoga est Iudæorum: cū in lamentationib. Ieremias ait, Quomodo sedet sola ciuitas, facta est uidua domina gentium. De qua dicitur: Quis est liber repudij matris uestre, quo dimisi eam. Cui dicitur: Sub omni ligno frondoso fornicaberis tu meretrix. Virgo enim Ecclesia est: cui dicit Apostolus, Despondi enim unū uiro uirginem castam. Aliter uidua, anima quę discedēs à iugo legis, præceptum Euangelicum nō seruat: et repudiata, quæ peccatō à Christi corpore separat. Et meretrix, quæ ad se recepit amores, id est, cōtraria uirtuti, quæ desiderant pulchritudinē illius, ut decipiant. Tales uerō Christo

Christo non conueniunt. De genere suo ducat uxorem: Ecclesia scilicet, quæ non ex uoluntate carnis, sed ex Deo nata est. Et ideo de genere illius est, unde ipse dicit, Quicumque fecerit uoluntatem patris mei, ipse est mater mea, frater, & soror: uel de genere suo ducat uxorem, id est anima quæ fidei iungitur. Potest quoque sic accipi, quod dicit de genere suo, ut sciamus quia anima Christi ex genere & substantia humanarum omnium animarum. Non contaminauit semen suum: id est, uerbum Dei, dicendo, Nolite dare sanctum canibus: & Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. Ideoque Apostolus ait: Vobis datum est nosse mysterium regni celorum: illis autem, qui foris sunt, omnia in parabolis sunt. Moraliter quoque hæc unicuique sacerdoti, & alijs membris Christi conueniunt. Dicit autem, Caput suum non discooperiet: id est sacramenta Christi, quia illius est uelamentum mysteriorum honor: & uestimenta non scindunt, ne in hæresim uel schismata transeat, mandata Christi rumpens, quæ uestimenta illius sunt. Ad omnem mortuum non ingreditur, ad omne peccatum, quod ad mortem ducit, non accedit, uel certe in peccatis mortuo nullo pacto consentit. Super patre & matre non contaminabitur: nec tantum indulgeat pietati à morte parentum, ut Deum suum offendant. Qui enim amat patrem aut matrem plus quam Deum, non est illo dignus. De sanctis non egredietur: ut semper in opere & cogitatione sancta memoretur. Qui enim loquitur uel facit uel cogitat aliquid reprehensibile, de sanctis egredietur. Viduam, & repudiatam, & meretricem, non ducat uxorem: ut nihil de uita ueteri amplectatur, quæ uisua est & repudiata, & meretrix: sed uirginem, id est, uitam in omni puritate florentem: possideat de genere suo, id est, uitam sanctorum imitetur, quorum per fidem proximus est. Post hæc præcipitur, ut qui habuerit maculam, non offerat panes Domino, si secus fuerit, si claudus, & reliqua. & omnia referuntur ad animæ uitium. Mores enim in homine, non natura dantur. Cæcus sacerdos est, qui scripturarum non intelligit sensum, & quod gressum doctrinæ uel operis porrigat, per ignorantiam nescit. De talibus scriptum est, Speculatores illius cæci sunt uniuersi. Claudus est: qui intelligit quidem quod docere debeat, sed tamen præcepta quæ docet, non implet. Paruo autem naso est, qui ad tenendam mensuram discretio nis idoneus non est. Grandi autem, & torto naso est, furibundus & minax cum superbæ arrogantia, uel immoderata discretione. Fracto autem pede uel manu est, qui uiam Dei quam docet, pergere non studet. Gibbosus quoque est, quem terrenæ cupiditatis pondus deprimat, & tardus ad superna intendit. Lippus uero est, cuius ingenium ad agnitionem ueritatis emicat, sed hoc carnaliter uiuendo obscura. Albuginæ quoque habet in oculo, qui arrogantia sapientiæ seu iustitiæ cæcatur. Iugem habet scabiem, qui carnis petulantia sine intermis-

sione dominatur. Impetiginem habet in corpore, qui auaritia uastatur in mente: qui si in minimo non compescitur, sine mensura nimirum dilatur. Ponderosus uero est, qui & turpitudinem opere non exercet, sed ab actione continua sine moderamine grauatur in mente. Tales si in sancta ingrediuntur, non nomen antiſtitis possunt possidere. Datur autem quædam similitudo per filios Aaron sacerdotis, quibus præcipitur, ut non contaminentur in mortibus ciuium suorum, nisi tantum in consanguineis, & in propinquis: & reliqua. ut quidam doctores, qui quamuis sapientes & fideles sunt, tamen mundana negotia quantum potuerint conſcendunt. His qui peccatis grauatur, leuiores permittentes, ut à grauioribus illos releuent: quia nimirum grauiora & leuiora, qui in multis uitij grauantur, simul uitare non possunt: per hoc conceditur illis, ut contaminentur quodammodo in morte propinquorum, quibus conceditur ut contaminentur in morte ciuium. Ciues sunt omnes fideles, quos murus fidei continet, quæuis sint peccatores. Propinqui autem sunt, qui quamuis grauantur intus, tamen ad uiam conuersionis regulam contendent peruenire. Pater autem tuus est, si te docuit. Mater tua est, si te, cum es es paruulus, lacte doctrinæ suæ nutriuit. Frater autem, uel soror uirgo est, si tecum unum studium aut unam magistræ disciplinam habet: & si ualidior factus es, propinquis istis, ut supra diximus, condescende. Sacerdoti autem magno nihil ex illis conceditur, quia summus doctor uel Ecclesiæ princeps, qui à negotijs mundanalibus alienus est, nullum exemplum uile, uel doctrinam eneruam ac despectam præbere debet. Qui uero tangit aliquid immundum, sordidus erit, cuius tactus immundus erit usque ad uesperum. Tunc enim purgati sumus ab immundicijs & contagijs omnibus sordidis, cum in uespera huius mundi laucro baptisimi abluti, soli iustitiæ Christus per passionem occubuit.

CAPVT XXII.

Sequitur: Homo qui obtulerit uictimam pacificorum, Domino uel uota uouens, uel sponte offerens, agnum immaculatum offerat. & reliqua. Primum reſcitur à sacrificio maculosum animal, id est, in quibus est diuersitas peccatorum, & in diuersis criminibus mouentur. Reſcitur quoque & cæcum: id est, qui nec Dominum uidet, nec curam illius habet. Fractus quoque, id est, à uitij carnalibus uexatus atque collisus. Reſcitur autem & cicatricem habens, quia digna satisfactio peccatorum non deplorat uulnera, sed adhuc & ueteris morbi signum interius gestat. Reſcitur & pupulam habens, qui pruritu libidinis & ardore concupiscentiarum exstuat: similiter scabiosus, qui peccatum carnis perficit contagione operis. Iam uero impetiginem habens, hæreticorum significat collectionem, quæ frequenter se in Ecclesiæ corpore inferit, & impetigo laborem facit. Porro aure amputati sunt, qui

qui uerbo non sunt intenti, & non implent quæ iussa sunt. Amputatū aurem habet, qui bonum quod incipit, perseveranter non seruat. Porro defectum uel reſticulum cõtritum, indicat eos qui cum corpore uiri sint, rursum effœminantur, & ideo sacrificio Dei reprobantur. Sed neque panis alienigenæ offertur Deo, id est doctrina hæreticorum, uel uana studia secularium literarum, quæ ab Ecclesia aliena sunt. Tales hostiæ repudiantur à Domino. Quod animal aure uel cauda amputatum est, in spontaneū sacrificiū suscipitur, uotum autem ex illo non soluitur: significat quod qui intima & uota summa religionis habet, uel gradus sublimes irreprehensibiliter uiuere debet, qualem Apostolus episcopum uel diaconum esse debere designat. Qui autem inferioris, uel sine gradu, uota etius, & quicquid boni uoluntariè fecerit, acceptabile est. Quod de boue & oue & capra dicit, quod sex diebus sub ubere matris suæ nutriantur, & sic offerri possunt Domino: significat, quod omnes quos mater Ecclesia generat, lacte doctrinæ prius nutriendos, & sic postea septiformis Christi gratia consummati, efficiantur munus Domini.

CAPVT XXIII.

Quod autem præcipit, ut seramus manipulos primitiarum ad sacerdotem, qui eleuabit eos altero die sabbati, & sanctificabit: significat, quod tunc uerus sacerdos Christus, cui debemus primitiã operum nostrorum, & præcipua offerre, eleuauit, et sanctificauit opera nostra cum transacto sabbato Iudæorum. Altera dies, id est noui Testamenti, & gratiæ tempus aduenit: & ita sunt accepta opera nostra. Per hoc autem quod præcipit, ut mentes segetem, remanentes spicas non colligamus, sed pauperibus & peregrinis relinquamus: ostendit, quod cum de labore terræ nostræ, id est carnis æternos fructus in necessitatibus præparamus, proximis & adhuc infirmis debeamus occurrere, ut aliquid de rigore relaxantes, ad eleuandos illos qui iacent, inclinemus: uel exëplo, uel exhortatione, uel orationibus illis prodesse possimus. Oratio enim iusti multum ualet. Pauper autem, cui cum desiderio inest, defunt tamē opera. Peregrinus autem neophytus, qui antiquū errorem reliquit, & intra Ecclesiæ fines nuper uenit.

CAPVT XXIIII.

Quod autem oleum dicit præparari ad concinnandas lucernas, iungitur extra uelum in tabernaculo. In candelabro mundissimo, in sanctissimo quoque doctore. Inter uero sancta sanctorum, hoc est, in cœlestibus non indigemus scripturarum lumine, cum ipse Dominus perenne lumen ibi sit. Filius autem mulieris Israelitæ, quem pepererat de uiro Aegyptio, qui iurgatus est in castris, et blasphemauit Dominum: significat hæreticos, qui de patre diabolo geniti, & ex utero matris Ecclesiæ tanquam abortiui eiecti, per fallacem doctrinam Dominum blasphemant. Ipsi sunt, de quibus Ioannes ait: Exierunt ex nobis, sed non erant ex nobis: de quibus in Euangelio dicit, quod inimicus homo su imperium Domini ab omni plebe sancta lapi-

Blasphemus nomen Dei lapidatur.

dibus testimoniorum obruendi sunt extra Ecclesiæ castra.

CAPVT XXV.

Quod autem dicit, Septem annis fere agrum tuum, & reliqua. Septimo anno autem erit sabbatum terræ quiescentis Domini. Nobis insinuat, quod ille qui in quatuor uirtutibus, quibus humana uita instituitur, id est, in fortitudine et prudentia, iustitia, temperantia, adiuncta fide & spe, tunc enim supradictæ uirtutes proficiunt, cum certa fide & spe futurorum bonorum ornantur, solerter laborauerit in charitate perfecta sine ullo labore, & sine timore requiescet. Perfecta enim, inquit, charitas mittit foras timorem. Tunc & terra nostra sabbatizat, id est caro nostra cessantibus laboribus uitiorum charitate requiescens, sponte gignit spirituales fructus, quibus non solum nos, sed etiã serui & ancillæ, uel mercenarij & aduenæ, hoc est, omne genus quod sanguina Euangelica trahit ad littus. Exempla enim sanctorum, passus sunt fidelium. Serui sunt, qui ad adoptionem filiorum nondum uenerunt. Unde Dominus apostolis dicit: Iam non dicam uos seruos, sed filios. Ancillæ autem sunt, qui molliter uiuētes, plus necessitate aliqua compulli, quam desiderio accēsi, sub disciplina Ecclesiastica perseverant. Mercenarij autem sunt, qui propter presentia lucra in Ecclesia laborant. Aduenæ autem sunt, nuper aduenientes neophyti, qui omnes quomodo sunt, tamen in Ecclesia sunt, et perfectorum exemplis, ut diximus, pactum quandam adsumunt. De iubileo autem, hoc est, de anno remissionis hoc possumus dicere, quod expletis septem hebdomadis annorum, quadraginta & nouem annis, quinquagesimo docere anno quandam requiem habere, edomita carne, & libidini leuius resistente, quando & foeminis partus deficiant, tuncque reuertetur ad possessionem suam. Tunc enim perfectorum ac uirtutum familiariam quis poterit, quam lex antequam peccaret, uel certe per baptismum habere potuit.

EXPLANATIO IN QVAR TVM LIBRVM MOSIS, QUI Hebraicè Vaiedabber, Latine Numeri dicitur.

CAPVT PRIMVM.

In exordio Numeri, Dominus loquitur ad Moysen in secundo mense, & in secundo anno egressionis eorum ex Aegypto. Per quod ostenditur tempus transire legis, quod prius erat, superius erat superueniente noui Testamenti tempore, quod est posterius, in quo Dominus locutus est in corpore. Vetera enim, inquit, transferunt, ecce facta sunt omnia noua. In hac enim dictione, qua locutus est, quatuor ostenduntur. Primo dignitas personæ, dum Moyse & non alij loquitur: secundum misericordiam, dum non meruit homo habere locutionem Domini, nisi misericordia Domini præberet: tertio more humano, quia sic de Domino dictum est, loquitur Dominus, quasi de homine

H mine

mine diceretur: quarta, locutio Domini intelligitur. Per hoc autem mysticè inspiratio Dei ad legem significatur. Per desertum autem, inquit, Dominus locutus est ad Moysen, hic mundus praesens pro sua prosperitate significatur. Historialiter autè idcirco Moyses dixit, per spiritum locutus est ad Moysen, ut Moysi persona à sua plebe honorificaretur, dum non alij uiro quam huic locutus sit. Duae autè Domini locutiones, una in rubo, & altera in tabernaculo, duas leges significat. Per primum quoque diem totum spacium praesentis seculi, & secundo mense uita futura ostenditur, siue baptismi & poenitentiam. In initio autem huius libri genus artis arithmetica intelligitur, quae potest numerositas interpretari. Filij autè Israel per tres numerantur, cognationes, & domos, & nomina: quia ostenditur quòd sancti per ternum sunt numerandi, id est spem, fidem, charitatem: uel per cognitionem, & uerbum, & opus, siue per fidem Trinitatis. Historialiter uerò sic intelligendum est, quòd dicitur per cognationes: ut est, Qui sunt filij Iacob, & filij Leui, id est, quòd dicit: quo nomine uniusquisque ex illis uocabatur. Idcirco & iam populus hic numeratus est, ut tabernaculum portaret. Multum est iam interest in numeratione populi Moyses, & ad Dauid. Numeratio à Moysè, & Aaron facta à Domino imperata est, & non pro eleuatione, sed pro obedientia facit, ut filij Israel tabernaculum portarent secundum ordinem. A Dauid uerò numeratio pro eleuatione facta est, & non à Domino imperata, & idcirco uindictam meruit. Per hoc etiam testimonium quòd est, Tolle summam filiorum Israel, & reliqua: significari potest, quòd dicitur: Multi autem sunt uocati, pauci uerò electi. A uigesimo anno, id est historia & sensu. Quòd numerus hic non finitur, significat numerum Ecclesiae non esse finiendum usque in finem mundi. Quòdque hic singuli numerantur, significat nomina sanctorum omnia in caelo esse numerata, ut quorum nomina scripta sunt in caelis. Nomina autem peccatorum pro duribus causis commemorantur. Prima, ut non simulentur in moribus: secunda, ut illis adijciantur poenae. Qui autè praeteriuntur, id est, qui non meruerunt memorià in scriptura diuina. Sanctus uerò, qui non commemorantur: quia quamuis sensum suo opere sanauit, tamen ab illo exempla tenuit nemo. Quatuor autem modis omne quòd dicitur, dici perhibetur, id est bonum bene, ut hic loquutus est Dominus ad Moysen. Malum malè, dic uerbum aliquod contra Deum. bonum malè, ut tu sis discipulus illius. Malum bene, ut transferunt masculi masculos, & reliqua. Duodecim principes à Moysè & Aaron electi, significant duodecim prophetas, & totidem apostolos à lege & sacerdotio electos ad regendam Dei patris Ecclesiam. Quatuor autem personae cooperantur in tabernaculi ornatu, id est, Dei, & Moysi, & Aaron, & plebis. Sic & Ecclesia his quatuor personis ornatur, id est, ex Deo, & lege, & sacerdotio, & plebe, & ex quatuor Euangelijis. Om-

nis etiam sanctus quatuor ornat uirtutibus, ut in aliquibus diximus: siue quatuor, quibus homo constat, est, humido & arido, calido & frigido. Quòd autem mulieres & paruuli non numerantur: significat, quòd molles & effoeminati, & qui paruuli in fide sunt, nondum uenerunt in unum perfectum. Et hi non numerantur in castris sanctorum: quia non possumus stare in bello quòd quotidie debemus exercere. Haec omnia cõiungi debent ad locum, ubi dictum est: Numerabis illos per turmas, & reliqua. De Ruben Elifus filius deus. Ordo autem narrandi uel numerandi hic ostenditur. Nomen autem patris cum filio idcirco commemoratur, eo quòd pater filio suo clarior fuit: uel antè dictum est. Tolle summam filiorum Israel per cognationes suas, et domos, & nomina. Quando autem ad Ecclesiam refertur haec numeratio: ostenditur, quia per multas uirtutes omnes sancti numerantur: & capita, id est, principatus: & quadraginta, id est, quatuor Euangelia: sex, hoc est, mundi aetas, & quingenti, id est, quinque libri Moysi legis: quinque, id est, poenitentes: trecenti, id est, fides Trinitatis. Omnes autè numeri, qui huc usque numerati sunt, mundi alia figuram tenent. Leuitae uerò non sunt numerati cum illis, eo quòd Domino dedicati sunt. Sed constituit illos super tabernaculum: per hoc significat, sanctos, quos Dominus constituit super Ecclesiam de mundo ad caelum portandum, siue in unum quemque sanctum, qui sensibus perfectis ad regna caelorum portatur: ut dicitur, Omnia haec in figuram nostri contigerunt. Siue ut Apostolus dicit, Unusquisque enim in quo uocatus est, in eo permaneat.

CAPVT II.

Ad orientem Iudas figat tentoria. In hoc primo ordinatio tribus Iudae ostenditur, eo quòd ante tabernaculum fuerit. Tribus autè Iuda ante Isachar ponit, eo quòd Iudas fuerit puginator: ut dicitur, Catulus leonis Iuda. & reliqua. Vel eo quòd Christus carnem ab illo sumeret: uel ne illi inderent postea, quando regnum assumeret, dum illum Dei sententia prius ordinauit: eo quòd commixti fuerint filij libertatis & seruitutis, ut pacem cum inuicem haberent: siue ut plebi ostenderetur, quòd similes apud Deum fixerunt. Iudas et Isachar & Zabulon ab oriente tabernacula figebant: Ruben & Simeon & Gad ad meridiem: Ephraim & Benjamin & Manasse ad occidentem: Dan & Aser & Neptalim ad aquilonem. Dan autè non incongrue postremo ponitur, eo quòd Samson ex Dan fuit, qui figuram Christi tenuit. Sic & Ecclesia à confessione incipitur, et ab iudicio finitur. Ternis autem ordinibus filij Israel ponuntur erga tabernaculum, ut non superesset aut non deesset aliquis ex illis. Inquiruntur, Cum ergo tabernaculum fixerunt, hoc modo ut uiderentur, an factum sit causa uenerationis tabernaculi Dei: Et custodientes Leuitas, ut arcam portantes ab omnibus infestationibus suis cõueniant. Hi quatuor ordines ad quadrigam in Ezechiel, id est homo, leo, uittulus, aquila. Leo autè ad Iudam pertinet, dum dicitur de illo: Catulus

Tabernaculum.

tulus leonis Iudas. Vittulus ad Leui, dum moris fuit Leuitis uittulos immolare pro plebe. Aquila autem ad Benjamin. Homo autem hominibus conuenit. Quid autem significat tabernaculum in hoc loco, nisi Ecclesiam ueteris Testamenti? Duodecim autè principes erga tabernaculum, id est duodecim prophetae circa synagogam, siue duodecim apostoli erga Ecclesiam, cum his qui cum illo crediderunt. Aliter autem Iudas ante tabernaculum, figuram tenet Petri, qui ante omnes diuinitatem credidit in homine, dicens: Tu es Christus filius Dei uiui. Lucas autem ante tabernaculum, significat Petrum ante Ecclesiam. Sicut enim ab Iuda initiatum custodia tabernaculi, & in Dan finitur: sic & Ecclesia à confessione incipitur, ut antè diximus, et finitur. Octo autem ordines hic ostenduntur, sic & Ecclesia ambitur octauo ordine noui Testamenti. Octo enim ordines fuerunt in medio, qui cingunt: & quatuor exteriores, qui defendunt tabernaculum, & figuram mundalium credentium tenent. Hic quatuor ordines priores quos diximus, qui uidentur uenerationes nostrae esse, & seruitus Ecclesiae Dei. Quatuor autem ordines, in quorum medio arca, significant ordines sanctorum, qui defendunt Ecclesiam ab haereticis & peccatoribus. Unusquisque ordinem suum seruat: ubi dicitur, Omnia uestra secundum ordinem fiant. Ponuntur autem hi ordines imperio Dei, id est, ordo coniugij, & ordo uirginitatis. Quaterni autem hi ordines fuerunt, qui foris sunt, & qui intus: sic est & in Ecclesia, in qua quaterni ordines, id est quatuor Euangelia habentur. Terna autem tabernacula ab oriente posita sunt: significat fidem trinitatis, aut Ecclesiam, ad quam dictum est: Orietur timentibus nomen Domini sol iustitiae. Tres à meridie, siue Trinitatis significat, aut Ecclesiam: ad quam in finem uita dicitur, Venite benediciti, et reliqua.

CAPVT III. IIII.

An te Aaron sunt tres ab oriente, & post dexteram Aaron tres secundi, tres ab occidente Aaron: significat illos quibus dicitur, Si quis uult uenire, & reliqua. Tres uerò ab aquilone, significat illos quibus dicitur, Ite maledicti, & caetera. Omnes erga tabernaculum congregati, & separati illi signis fuerunt: sic & omnes sancti sunt congregati in fide Trinitatis, & operibus separati. De mundalibus dicitur: Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Tabernaculi uerò erectio & depositio, Ecclesiam significat, quae credentibus quotidie erigitur, & in negantibus deponitur. Tabernaculum uerò cum deponitur, quaedam in eo non uoluntur, quaedam etiam duplici uelamine obteguntur: quia sancta scriptura, quae tabernaculum significare potest, nunc manifesta, nunc inuoluta est: siue enim duplici uel triplici obteguntur. liberata est enim allegoria. Et nunc uelamine hyacinthino, nunc purpureo inuoluit: quia saepe sancta scriptura de incarnatione Christi uel passione illius, & de figura martyrii, saepe de

coelestibus, mysterijs disputat. Et quantum digni erunt filij Leui, tantum sanctis appropinquabunt. Et quantum Christiani digni sunt, tantum ad diuina secreta accedunt.

CAPVT V.

Proiciantur de castris leprosi, & qui semine fluunt, & polluti super mortuo. Leprosi, heretici sunt fluxu cogitatione, uel nimis uerbofi, immundi super mortuo in opere. Tales à castris Ecclesiae separantur, ne contagione morum suorum uitam polluant innocentium. Tabernaculum quoque uniuscuiusque sancti potest significare cum quatuor ordinibus, id est quatuor Euangelijis, uel quatuor substantijs, quibus homo constat. Intus autem omnis sanctus quatuor uirtutes principales habet: qui ab Ruth, id est à confessione incipitur: & Dan, id est iudicio finitur: habens in se Aaron, id est sensum perfectum. Cuius ordo orientalis, praedicationis sanctos significat, quòd iusti fulgebunt sicut sol. Dextralis uerò calorem fidei: occidentalis, occasum prosperitatis huius mundi: aquilonalis, offensionem à diabolo. Qui succenderunt ignem alienum. Idcirco ignis alienus dicitur, quia hi à Domino non sunt ordinati, uel quòd ignis de caelo non sit missus, siue quòd causa superbiae hoc opus factum sit. Horum quoque sacerdotum mors, haereticorum doctrinam, haereseos mortem significat, offerentium in uindicta, uel illorum qui ignem concupiscentiae in uindicta succendunt. Filij autem Israel idcirco non eodem ordine sunt positi, quia in omnibus ministracionibus suis separati sunt. Post haec autem monet Dominus, ut uir cuius uxor errauerit, maritumque contemnat, & dormierit cum altero uiro, & hanc maritus reprehendere nequieuerit, & reliqua, ducat illam ad sacerdotem, & reliqua. Vir iste cuius erat uxor, pastor est Ecclesiae: uxor autè illius, subditus quisque. Sacerdos ad quem uenit, Christus: aqua, scriptura. Cum autem princeps crimine subiecti non potuit deprehendere, sed tamen suspicatur, quòd per aliquod uitium adulterauit, pex zelum iustitiae deducit illam ad sacerdotem, id est iudicio Dei causam referret, ne forte ante tempus iudicet. Et ipse sacerdos Dominus Christus, aquas amaras, hoc est, per scripturam diuinae disciplinam, hypocrisin contemnit, & peccatum manifestat, uel hic, uel certe in futuro. Non est enim, inquit, occultum, quòd non sciatur. Christus in Euangelio dicit: Sermo quem loquutus sum uobis, ille uos iudicabit in nouissimo die. Ac per hoc aqua amara, scriptura diuina dicitur, quia peccatis non parcit, & iustis dulcis, quibus aeterna praemia repromittit: & ita alij aqua benedicta est, alij maledicta. Tale quid & Apostolus loquitur: Quibusdam quidem odor mortis, in mortem: quibusdam uerò odor uitae, in uitam. Alij autem dicunt oblationem, quae pro muliere offert, significare sanguinem Christi, qui pro anima uniuscuiusque hominis effusus est. Oblatio autè super altare offertur, id est corpus Christi in Ecclesia. Pugillum, siue Trinitatis. Decima pars, Decalogum. Sata farinae ordeaceae, uirtutem carnis demonstrat. Ne effundas super eum oleum,

nec ponatibus, id est, misericordiam & orationem. Quod autem dicit, Aliquid de pavimento tabernaculi mitti in illam: commemoracionem per prophetarum & apostolorum & omnium sanctorum doctrinam, mittendam esse significat. In eo autem quod dicit, Discooperiet caput illius: dispositionem peccati de sensu principali animae significat. Per commissiōem autē scriptiōnis & aquae, doctrinā Christi, & sanguinis effusionem demonstrat.

CAPVT VI.

Iubetur Nazaraeis, ut uinum, & omne quod inebriare potest, & omne quod de uuis est, non bibant, nec acetum, nec de uua passa comedant. Quid Nazaraeorum nomen, nisi abstinentiam uitae figurat: His in uino luxuria prohibetur: in diuersa portione diuersae uoluntates significantur. Illi enim uinum non bibunt, sed alias portiones bibunt, qui ad decipiendos homines, umbras quasdam & imagines simulant habere uirtutum. Vnam passam illi uescuntur, qui propter humanas oculos abstinentie pallore inficiuntur, ut gloriam capent ab hominibus. Acetum autem bibunt, qui a uitae sanctitate in uetustatem praeteritorum uitiorum labuntur, & corruptione ueteris nequitiae delectantur. Praecipitur itaque Deus, ut illi qui sanctitatis induunt titulum, cum istis his careant uitijs, nullamque horum memoriam habeant. Praecipiturque deinde, ut Leuitae aspergantur aqua lustrationis, & radant pilos carnis suae: quia hi qui obsequijs diuinis assumuntur, debent aqua salubris doctrinae purgari, & a superfluis moribus uel cogitationibus mundi apparere ante Dei oculos, ne pulchram animae speciem quasi pilis fructificantibus deformen reddant. In eo quod dicitur, Redder illum: quidam dicunt, poenitentiam significare de peccato. Et in eo quod dicit rursum, septimana: confessionem per doctrinam septiformis Spiritus sancti. Octaua dies nouum Testamentum demonstrat. De sacrificijs quae subsequuntur, in prioribus abunde dictum est.

CAPVT VII.

Sex plaustra, sex dies significare possunt: & duodecim principes, totidem prophetas: similiter duodecim boues, totidem apostolos. Aliter plaustra significant, recta uero uitam theoreticam. Acetabulum & folia, corpus & animam, utrunque plenum similia. Hocdus, opera perfecta. Mortariola decem siclis, id est, corpus decem sensibus, plenis incenso, id est, oratione per ignem compunctionis. Bos uero doctorem significat: sed tamen duo boues sensus corporis & animae ostendunt. Hirci quoque quinque, totidem sensus. Vnus uero hircus, Christi carnem, uel uniuscuiusque haereticorum populum. Omne ornamentum, aurum & argentum, historiam & sensum quibus ornatur Ecclesia. Aliter bos de armento, spiritum de Iudaeis praefigurauit. Duodecim dies, figuram uiuentium in doctrinis apostolorum. Aquam uero lustrationis, doctrinam spiritus sancti, uel lachrymas in poenitentia.

CAPVT VIII.

Lex praecipit Leuitis, ut a uigesimo quinto anno in tabernaculo deseruiant usque ad quinquagesimum annum, & post quinquagesimum annum seruire desistant, & hi custodes uasorum sint, & ministri fratrum suorum. Quid enim per annum uigesimum quintum, in quo nos iuuetutis oritur, nisi ipsa contra unumquodque uitium bella figurantur: & quid per quinquagesimum numerum, in quot & iubilaei requiescunt in aeternum, nisi externa requies edomito bello mentis exprimitur: Quid uero per uasa tabernaculi, nisi fidelium animae figurantur. Leuitae uero ab anno xxv. tabernaculo deseruiunt, & quinquagesimo custodes uasorum fiunt: ut uidelicet adhuc qui impugnantium uitiorum certamina per consensum delectationis tolerant, aliorum curam recipere non praesumant. Cum uero tentationum bella subiecerint, & cum apud se de aeterna tranquillitate securi sunt, animarum custodiam fortiuntur. Sed quis ista praemia sibi perfecte subigat, cum Paulus dicat: Video aliam legem in membris meis repugnantem legimentis meae, & reliqua: sed aliud est, bella fortiter perpeti: aliud, bellis inneruiter expugnari.

CAPVT IX.

Postea praecipitur his, qui primo mense paschae interesse non poterunt, ut in secundo mense conueniant. In secundo mense iussi sunt facere, quod nimirum intelligitur in typum populi gentium, qui cum omnibus demonibus fornicati uidebantur inuidi in anima: salubri uero confessione mundati, ad secundam natiuitatem, quasi ad secundum mensem transire praecipuntur.

CAPVT X.

Sed & duae tubae argenteae fieri praecipuntur, quibus conuocari possit multitudo. Per duas tubas exercitus conuocatur, quia per duo Testamenta, siue per duo praeccepta charitatis ad procinctum fidei populus euocatur. Quae idcirco argenteae sunt, ut praedicatorum uerba eloquij nitore fulgeant, & auditorum mentes nulla obscuritate confundant. Idcirco autem ductiles, quia necesse est, ut hi qui uitam uenturam praedicant, tribulationum praesentium tonsionibus crescant. Bene autem dicitur, Cum intercessus fuerit clangor, mouebuntur castra: quia nimirum cum subtilior aut minorum praedicationis sermo tractatur, auditorum mentes contra certamina ardentius excitantur: ab illo loco quod in una parte Exodi dicitur, quod tulerunt filij Israel de Raphahim in desertum Sinai, ubi Moses ascendit in montem Sinai, omnia quae leguntur usque ad finem Exodi, & totus Leuiticus, & quae continent liber Numeri, usque in praesentem locum, in hac mansione, id est, in monte Sinai descripta sunt. Post haec uenientes de monte Domini, uenerunt in solitudine Pharam. Quae mansio ex hoc quod ibi accidit, sepulchrum concupiscentiae uocatur.

CAPVT XI.

Hic populus coelestem panem fastidies, carnes Aegyptiacas desiderauit: quare eos deuorauit incendium. E quibus docemur, ut qui conuer-

conuersationem mundi huius reliquimus, & ollas Aegyptiacas, id est, carnalium desideriorum concupiscentias contempnimus, non debemus murmurare contra coelestem panem, nec uolentias Aegyptiorum appetere, sed simplicem mannae cibum, id est, coelestem uitam quaerere. Alioquin si post perfectam uitam uoluntates pristinas uoluerimus appetere, uorabimus nauis, statim Domini igne torquebimur. Desiderium nostrum uertetur in tumulum, ut simus sepulchra dealbata. Sed tamen historialiter sciendum est, cur filij Israel carnem desiderauerunt, habentes manna: quod ita soluitur, quia manna omnino cibi similitudinem habuit, praeter carnis. Sic & sancta scriptura omnem fatietatem quae proficit, habet, praeter uoluntatem peccatrice. Dominus quoque idcirco dedit carnes, ne modica potestatis putaretur. Sed tamen, eo quod incongrue poposcerunt, uindicauit: sic per scripturam uoluntas dimittitur, non uno die: id est, non uita te fidei, uel non in duabus legibus, siue non in quinque uoluminibus: Decalogum significat, xxij. leges significat. Vno Moyse, id est, tempore praesenti. Per nares uestras. Sicut non per consuetudinem petierunt, sic & uindicantur. Iosue autem immolat per Moysen, Christum per legem immolantem significat. In hac autem mentione, Descendit spiritus super septuaginta uiros. Et Dominus descendit in nube, & retraxit de spiritu qui erat in Moyse, & imposuit super septuaginta uiros. Descendens enim, uniuersae carnis Christi diffusa est per fidei spiritus sancti gratia, super electos populos, & lxx. linguas gentium. Venitque super eos omne donum illud uirtutis, quod quondam fuit in Moyse & prophetis.

CAPVT XII.

Post haec Aaron locum incedens offensionis, cum sorore sua Maria, fratri utique abstractit, quod ab alienigena accepisset uxorem. Unde ilico Maria contagio lepra effloruit. Quod significat, quia sacerdotalis illa plebs patrum Christo saluatori aduersum Ecclesiam congregatam ex gentibus derogaret, nec redit ad Dei tabernaculum, donec statim plenitudinis gentium tempus impleatur. Tunc enim eadem plebs pristinam poterit recipere sanitatem, cum eis septiformis spiritus gratiae agnitio ad ueniam fuerit suffragata.

CAPVT XIII.

His transactis, duodecim mittuntur exploratores ad considerandam terram. Exploratores missi ad considerandam terram uberem, qui terruerunt populum, scribas & phariseos significant. Sicut enim illi per Moysen missi sunt, ut soli foecunditatem sollicita consideratione tractarent: ita isti per legem & prophetas missi sunt, ut scripturae fertilitatem per inuestigationem Domini specularentur aduentum: qui de terra sancta ortus est, id est de corpore uirginis Mariae, in qua spiritus gratiae redundauit. Vel certe, ut terram carnis Christi considerarent, per quam regnum Dei, ut uberatam fructuum spiritualium, & uitam aeternam consequi possent. Sed sicut illi terruerunt populum, ne Dei repromissionibus crederent:

ita & isti frastuerunt populo Iudaeorum, ne Christo promittenti remissionem omnium peccatorum & regnum caelorum crederent. Ad Aegyptum redire huius mundi cupientes, & recipientes manna fidei, quarentes ollas peccatorum nigras, & cepas blasphemiarum putridas, et pepones uitiorum ac libidinum marcescentes. Botrus autem ille pendens de ligno, Christus est, pendens de ligno crucis, de terra genitricis uirginis Mariae secundum carnem, terrae stirpis uisceribus effusus. Duo uictores, duo populi sunt, prior Iudaicus Christo dorsum & non faciem dedit, & quem in lege portabat, non uidebat: cui dicitur, Obscuratur oculi eorum ne uideant, & reliqua. Posterior populus gentium est, qui in Christum credens, & semper illum portans uidet, & quasi seruus dominum sequitur. Hic est botrus, qui effusum in salutem nostram uinum sanguinis sui eortitione perfudit, quem per mala granata, Ecclesia socia oneris sequuta est. Sicut enim mala granata uno exterius cortice multa interius granata continent: ita Ecclesia unitate fidei munita, multos populos continet, uel uniuersas gratias sancti spiritus in uinculo charitatis. Fiscus autem, quem cum botro portauerunt, imaginem legis protulit, sicut in Euangelicis edocemur exemplis. Nec enim lex sine Christo, nec Christus sine lege esse potest. Alij quoque dicunt, quod hi duodecim uiri, palmitem portantes cum uua, duodecim apostolos significant. Per palmitem quoque cum uua corpus Christi cum sua diuinitate significari existimant, qui ab aquilone ad dexteram, id est a litera legis, a calore fidei portatur.

CAPVT XIII.

Caleph uero, bonos praefigurat doctores: Calij uero qui terruerunt populos, malos. Quod uero rebellis absque iussu Dei contenebratus uerticem montis ascendit, & ab Amalechitis & Cananaeis superatus: significat, quod qui in proprijs uirtutibus confidens, contenebratus ignorantia, uertice ascendens superbie, contrarijs uirtutibus uoluerit resistere, statim sine Deo duce.

CAPVT XV.

Sequitur sermo de homine qui die sabbati uiolare ausus est, propter quod & depositus est a populo, qui formam gerit illius qui hodie signatur in Christo. Inuenitur opus carnale agere, id est, contrahere lignum, foenum, stipulam, ad escam ignis aeternam convenientem: quae dum colligit, occiditur, deprehensus a populo: dum a spiritualibus iudicatur, & spiritualiter occiditur, lapidibus testimoniorum diuinae scripturae obrutus. Quod uero praecipitur, ut fimbrias per angulos palliorum faceret, ponentes in illis uittas hyacinthinas: significat, quod mandata, quae uidentur esse nimia, si propter coelestem uitam, quam uitta hyacinthina significat, propter calorem aereum seruantur, multum proficiunt. Qui enim spernit minima, paulatim defluit: ut siue manducemus, siue bibamus, omnia in gloria Dei faciamus. Historialiter fimbriae idcirco praecipuntur, ut & iam populis in uestimentis differentia sit inter filios Israel & gentiles.

Lapidatur qui sabbatum uiolauit.

Per Chore & Dathan & Abiron, qui Moyfi & Aaron sacerdoti peruersis conatibus resistunt, haeretici significantur, qui haesim & schismata facere conantur, & multos secum trahendo decipiunt, contradicentes Christi sacerdotibus, et Dominicae hostiae ueritatem per falsa sacrificia prophanantes, in hiatu terrae mergunt: terrenis scilicet documentis absorpti cum his qui sibi adherent, & ignis aeterni pabulum efficiuntur. Chore interpretatur caluitium: Dathan uero, donum eorum, Abiron autem interpretatur pater meus excelsus: per quod omnes haeretici significantur, qui decorati omni specie pulchritudinis uirtutum, sustinent caluitium. Sicut enim uero scriptum est: Super omne caput caluitium, donumque eorum, & non Dei uidentur habere, & praecessores illorum excelsos esse usurpant. Et uiui in infernum descendunt: quia non per ignorantiam, sed per contemptum peruersa mentis errant. Filij autem Eliab, filij diaboli, uel qui iniqui interpretantur. Ignis autem super Dathan ideo cecidit, quia qui ignem alienum offerebat, oportebat ut ab igne exureretur. Terra quoque illos absorbit, qui in terra principatum habere contendunt, eo quod in illis fuit materia cupiditatis. Eorum pecora absorbit cum omni substantia sua. Sicut enim pecora & aliae substantiae suae sacrificijs Dei custodiuntur: sic & pecora, de quibus Deo non imolatur, disperduntur. His quoque iccirco inconsumpta mors fuit, eo quod inconductum opus Domino fecerunt. Hoc quoque in die factum est, non in nocte, ut ab omnibus uideretur, & non erat consuetudinis in nocte immolatio, & coram omni multitudine, ut caeteri omnes timerent. Infernum autem omnes historialiter descendunt. Sicut enim homines eleuati in caelum, sic & hi homines in infernum descendebant. Et huic conuenit quod dicitur: Descendant in infernum uiuentes, quonia nequitia in habitaculis eorum in medio ipsorum, Moyse dicente: Ego autem ad Dominum clamauit, & Dominus saluabit me. Hi quoque ab aliquibus dicuntur iudicium deposuisse: quia Dominum per Moysem et Aarō, & decem plagas, & praedicationem in infernum, non audierunt, ut dicitur: Qui blasphemauerit in spiritum sanctum, non remittetur ei, et reliqua. Aliter, qui non addiderunt peccatum peccato Aadae, a Christo liberati sunt: & econtra, qui addiderunt peccatum, non sunt liberati. Quod dicitur, Descendant in infernum uiuentis: indicat sub terra esse infernum. Aliter, in infernum, sepulchrum intelligitur. Per ignem quoque & terram, litera & sensus mystice intelligi dicitur. Per terram enim litera non incongrue designatur, quia bona terrae praedicat: & ideo sensus per ignem designantur, quia eloquia diuina ignea sunt: ut, Ignea lex in dextera illius, per omnem substantiam & tabernacula, peccata et corpora designantur. Postea Aarō accipiens thuribulum, obuiauit quassationi: stansque inter uiuentes & mortuos, plagam exclusit. Ille sacerdos Christus, iste de caelo ueniens, plagam nostram ex-

clusit, iste inter uiuos & mortuos natus uel mortuus: uel certe, sicut de illo scriptum est, Ecce positus est hic in ruina & resurrectionem multorum in Israel. Sicque et thuribulum passionis suae accipiens, suspendit igni aeterni perniciem, & inimicam pertulit mortem. Quod autem Moyse & Aaron populum iudicauerunt, hoc quoque sensu intelligi potest, quod sancti iudicabunt peccatores in die iudicij. Sedebitis & iudicabitis, & reliqua. Post autem legem nouam, id est, positionis plebis erga tabernaculum, hi transgressi sunt: & ideo hanc uindictam acceperunt in figuram Ananiae & Saphirae, qui primo peccauerunt in nouo. Eleazar omnem bonum doctorum significat, tollens thuribula, id est peccatores, iacentes in igne concupiscentiae, et affigens ea altari Ecclesiae, ut incensum in illis fiat, id est orationis.

CAPVT XVII.

Virga autem Aaron, quae propter siccitatem floruit, caro insinuat Christum, quae mortificata reuixit. Itaque uirga post ariditatem uirescens, Christus post mortem resurgens. Ipsum enim florem, ipsam uirgam intelligimus: ut in uirga potestas regnantis, & in flore pulchritudo monstratur. Unde alibi dicitur: Ego flos campi. Alij uirgam hanc, quae sine nemore florem protulit, Mariam putant, quae sine coitu uirili protulit filium Dei: de qua scriptum est, Exiit uirga de radice Iesse. Virga quoque Aaron, doctrinam Christi potest significare: duodecim uero uirgae, sectas mundalium. Alij autem dicunt, quod per duodecim uirgas, duodecim prophetarum doctrina significat. Et sicut in uirga sua uniuscuiusque nomen figuratum est, sic nomina prophetarum in suis libris & doctrinis.

CAPVT XVIII.

Mars tantum edent ex illo, ut masculi tantum intelligant mysteria: foeminae uero, ut qui in foemineis peccatis sunt, non desiderant sacramentum in Ecclesia, oblatione contenti. ut Apostolus dicit, Cibo & uestitu his contenti sumus. Post haec cinis uitulæ rufae in holocaustum concremata, expiatio populo fuit.

CAPVT XIX.

Vitula rufa, caro Saluatoris est. Rofea sanguine passionis, aetatis integra: quia perfecte aetatis passus est Christus. Quod non est impolitum super illam iugum, ostendit, quod caro Christi non est subiugata peccato. Quod extra castra eiecit est, adstante Eleazaro sacerdote: significat, quod Christus extra Hierusalem crucifixus est: & populus & sacerdotes in cruce Christi conenserunt. Et sicut immundi sunt, qui offerunt uitulum: sic et qui crucifixum Christum, peccatores omnes habent. Sicut autem mundus est, qui colligit cinerem asperisionis: sic omnes mundi sunt, qui Christi passionem in omnibus gentibus praedicauerunt, & doctrinam illius asperferunt. Lignum autem cedrinum & hyssopus, crucem putamus et baptismum. per hyssopum enim uasculum aspergebat agni sanguine, qui solebant mundari, sicut nunc per baptismum mundantur fideles. Coccum autem bis tinctum, figuram sacri sanguinis habere non incongruum est, per quod peccatores abluimur,

abluiamur. Bis tinctum, quia per illum corde & corpore mundamur. Per fidem autem crucis, & per sanctum lauacrum sanguinis Christi sacramento purgamur. Et sicut purgantur illi die tertia, sic & nos Christum resurrexisse die tertia credimus. Huiusmodi septimo die mundus, hoc est adueniente spiritus sancti gratia septiformi. Morali-ter autem, uaccarufa, cuius cinis expiatio populi est: anima est, quae iugo peccati non grauatur, & in uirum perfectum uenit. Rufa autem dicitur, quia quotidie pro Christo mortificatur martyrizando, & ad cuius exemplum & iam post mortem alij instruantur, & sic offerri poterit in domo Dei. Haec quoque omnia quae Christo conuenire praediximus, unicuique Christiano conueniunt, imitando Christum, qui iubetur tradere carnem suam sacerdoti, id est Christo: extra castra uitiorum & peccatorum & mundalium, in conspectu omnium credentium, uel uirtutum bonarum. Et uirgens digitum, id est, dum praedicat de sanguine Christi, implens opere: sanguine aspergens contra fores tabernaculi, id est, contra sensus cordis sui, per fidem septiformis spiritus: ut comburat illam, per ignem compunctionis: uidentibus cunctis, id est credentibus. Tam pelle, usque traditis. Tradat se integre passioni, imitando Dominum. Per pellem, utilitas literae demonstratur: per carnes mandata carnalia, quae ad actuale uitam pertinent: per sanguinem, martyrium: per simum, integritas miserorum: per flammam, signis spiritus sancti. Aliter per pellem mortalitas ostenditur, per carnes uitia uel peccata carnalia: per sanguinem, fidem passionis demonstrat: per simum, suspitiones malas de corpore Christi: per lignum cedrinum, fidem ligni crucis, uel opus sublime: per hyssopum, humilitatem: per coccum bis tinctum, duplex martyrium, corporis et animae: per lotas uestes, opera munda: per uestes peram, poenitentiam uel occisionem prosperitatis: per uirum mundum, unumquemque sanctum: per cineres, exempla sanctorum. Sed quando haec ad Christum referuntur, per uirum mundum, Ioseph, qui corpus Christi potest intelligi: locum purissimum, Ecclesia: cadaver hominis occisi, id est, peccatum. Septem diebus fuerit immundus, id est, donec impleuerit poenitentiam. Ex aqua, id est, ex baptismo, uel poenitentia, uel doctrina. Die tertia, id est, in fide Trinitatis. Aqua autem, ut superius dictum est, uel lachrymas. Qui ingreditur tentorium, id est, qui consentit peccato. Qui moritur, id est, in doctrina illius qui ingreditur in tentorium, id est, in ipsius doctrina. Vniuersa uasa eius polluta erunt, id est, haeretici: uniuersus populus septem diebus, id est, donec poenitentiam egerit, & donec crediderit in doctrinam septiformis spiritus. Subuertit operculum, id est, uncordes: & ligatorium, id est, unita rem fidei: si non habuerit operculum, id est, si peccata sine defensione. Si tetigerit quis in agro cadaver hominis occisi, id est, qui conserit immundo peccato hominis occisi in peccato: siue ossa illius uel sepulchrum, id est, opera illius, uel exemplum.

In morte Mariae prophetissae, prophetae mortui designantur. In Moyse & Aaron, legis & sacerdotij ius. Moyse autem petram uirga percussis, de Dei uirtute dubitauit: ita ut populus uideret, cuius nunc personam Moyse gerit, Christum cruci affigens, Dei uirtutem esse, non credentibus dedit. Denique & Apostolus ait, Petra autem erat Christus. Bis autem petra percussus, quia Christus ex linguis Iudaeorum percussus, cum dixerunt, Crucifige, crucifige: & manibus militum, qui illum cruci affixerunt. Unde & Marcus ait, illum & quarta hora crucifixum, scilicet linguis Iudaeorum: sexta uero hora, manibus militum crucifixus est. Postea Aaron moritur illo anno, quo nouus populus terram promissionis est intraturus. Desinente lege populus gentium intrat, & regum caelorum uiolenter diripit. Et quanquam in monte sacerdotium Eleazaro datum est, & quamuis lex eos qui illam implent, ad sublimitatem ducit, tamen ista sublimitas non est trans fluenta Iordanis: nihil enim ad perfectum adduxit lex. Denique Aaron plangitur, Iesus non plangitur: quia in lege descensus ad infernum, in Euangelio ad paradisum transmigratio. Hora autem, lumen interpretatur. In lumine ergo defecit Aaron, quia coruscante Euangelio deficit lex. Fleuit populus triginta diebus, quia ante legem, & sub lege, & sub gratia synagoga non recipit spirituale gaudium, sed in occidentem literam inuesta incumbit. Alij autem dicunt, quod per Eleazarum, cui uestimenta patris data sunt, Christus signetur, qui nouum induit. Hi & dicunt, quia per petram moraliter potest unusquisque sanctus significari, qui a spirituali doctrina bis percussus, id est, corpore & anima: unde manant opera bona & animae.

CAPVT XXII.

Denique Chanaanens pugnavit contra Israel, & uincens ducit praedam. Et iterum ex uoto pugnavit Israel, & uicit: per quod significat, quod nos Dei auxilio destitutos, hostes facile uincant, si ad Dominum conuertamur. potest fieri ut uincamus, ubi uicti sumus, & de hostibus triumphemus. Quod autem murmurantem populum serpentes inuadunt, & serpentium uulnera eleuato aeneo serpente saluantur: significat, quod iniquus serpens quasi uenena peccati infudit, cum Christum in cruce eleuatum interioribus obtutibus semper aspiciunt. Et illi qui per fidem appropinquauerunt, fiunt. Et de hoc ipse dicit, Sicut exaltauit Moyse serpentem. Quod autem aeneus est, significat quod ille secundum carnem mortuus fuerit, sed diuinitate aeternus sit. Aes quippe durabilis caeteris esse metallis solet. Quod autem Moyse istum serpentem posuit, non incongrue ostendit, quod lex Christum prophetauit. Et sicut per serpentem mors hominibus inducitur, ita hic per serpentem salus hominibus ostenditur. Corpus autem Christi & anima hanc uirtue substantiam Adam consecrauit: sic & Euae Mariae, ita & hic serpentem consecrasse

dicitur. Moraliter quoque serpens, sanctorum intelli potest in sublimitatem operum perfectorum sensus, ut etiam lex diuina ita ponit. Serpentes uero, uitia uel peccata: heremus, Ecclesiam significat: cui est puteus, id est, baptismi. *Principes qui hunc foderunt*, prophetae & apostoli intelliguntur: in datore legis, id est, in Christo: in baculum, id est, testimonijs. Quod autem dicit, *Ascendat puteus ascendat*: Christum & populum illius significat optare baptismum crescere sine opera in doctrina. Denique, *Seon rex Amorrhorum pugnavit contra Israel*, & uicit Israel. Seon interpretatur tentatio oculorum: qui significat diabolus, qui se transfuratur in angelum lucis, & per haerese uerisimilia mentitur. Hanc Amorrhai habent legem, id est, amaricantes, qui in amaritudine uitiorum conuersantur, & resistunt ueritatis doctoribus. Iste enim rex occidit in uno quoque sancto, qui damnat similitudinem, & diligit ueritatem. Og uero interpretatur conclusio: Balaam, confusio. Hoc enim agit diabolus, ut semper concludat uia quae ducit ad uitam. Conclusio enim praecedat ut rex, confusio subsequitur tanquam plebs: quia quos concludit ne credant in Christum, quomodo apparuerit confundatur.

CAPVT XXII.

Sequitur sermone de Balaam: qui cum exisset ad maledicendum populum Dei, loquentem asinam audiuit. Quae est autem ista asina, nisi bruta gentilitas, quam Balaam, id est, unusquisque idololatrias, quasi brutum animal, et nulla ratione renitens, quod uoluit perduxit: Sed ista angelum Dei uidit, quem homo uidere non potuit: ut agnosceremus in posterum sub aduentu angeli magni consilij, gentilem illam plebem mutata duritia naturae, & solutis linguis loquenturam, ut qui erat subiecta perfidiae, in uocem fidei & confessionis erumperet. *Angelus uero stans ante Balaam, & in tertia uice usus ab illo*: significat Christum in tribus legibus stetit, sed in tertia uisum esse. Duae autem maceriae quae circumdant uineas, duas leges demonstrant, quibus anima uel Ecclesiae circumdantur. Alij autem dicit, per Balaam, qui uanus populus interpretatur, diabolus significari: qui asinam percussit, id est, plagas super synagogas hominum dedit, donec Christus adueniret. Moraliter quoque hoc animal carnem nostram significat, quae flagello tacta, uenientem Dominum indicat, quem mens ipsa carni praesidens non uidebat: ita ut anxietatem spiritus perficere in hoc mundo cupientes, uelut iter tendendi impediatur, donec ei inuisibilis qui sibi obuiat innotescat. Unde per Petrum dicitur, Correctionem habuit sua uesaniae, subiugale mutui hominis uoce respondit, uerisimiliter prophetam insipientiam. Insanus quippe homo sub iugali muto corripitur, quando elata mens humilitatis bonum quod tenere debeat, afflictam carne memoratur. Sed huius correptionis domum idcirco Balaam non meruit, quia ad maledicendum pergens, uocem non mentem mutauit. Quis autem ille est Balaac, qui interpretatur

elidens, & uult perdere populum Dei, nisi persecutores Ecclesiae, qui eam laedunt: & quis Balaam, qui populus uanus interpretatur, quem Balaac uocat ad maledicendum populum Dei, nisi haeretici & schismatici, qui inani doctrinae dediti exprobrare populum Dei conantur: & quantum illi maledicta & persecutiones mouent, tantum sancti in uirtutibus florent, & benedicti ac beati habentur. Sicut autem dedit Balaam consilium, per quod deciperetur filij Israel: ita per consilium haeticorum enitentibus persecutionibus fidelium multi decipiuntur.

CAPVT XXIII. XXIIII.

Per huius etiam septem aras, quas cum imolationibus Domino constituit, non susceptis, corda & corpora uel animae significari dicuntur: quae ideo sunt septeno numero, quia ad simulationem uiri haetici suum opus faciunt. Haec aras in monte erectae sunt, quia supra dicta tria superbia eriguntur. Qui autem in excelsu fuerunt, ipsi humiliati sunt: & qui fuerunt in imo, exaltati sunt. ut dicitur, *Qui se exaltauerit, humiliabitur, & reliqua. Posui Deus uerbum in ore Balaam, & reliqua*: id est, benedictionem. Historialiter sensum aut confessionem fidei uerae, more haeticorum, quae illis etiam in benedictione, si eam seruarent. Quod autem in parabolam dicit, *Filius Seor, homo cuius obduratus est oculus*: ostendit, quod per speculum nunc uidemus, ex parte prophetam: uel certe quod extali intellexit mysterium. Quod uero cadens oculos habet apertos, hoc idem est quod supra, & dicit, *Fluit aqua de stilla illius*, ostendit, quod ex Israel multus populus crescere. Sequitur: *Illius erit in aquas multas*. Aquae uero, multi populi sunt: uel certe aqua, doctrina Euangelica, quae de apostolis fluit, qui erant de semine Iacob. Quodque sequitur, *Tolle Agag rex eius*: prophetia est de Saul, qui eo quod parceret regi Agag, prouocauit in se iram Domini. Quodque dicitur, *Videbo illum, sed non modo, & reliqua*: quoque de populo conuenit dici, eo quod futurum erat, quod in regno David & Salomonis nimis gloriosus fuit. Tamen manifeste de Christo dicitur. Sequitur: *Orietur stella ex Iacob, & uirga cõsurgat ex Israel, & reliqua*. Dicit quoque ab aliquibus, quod Ecclesiam demonstrant, quae historialiter de populo locutus est. Ortam enim Ecclesiam demonstrant, quod dicit, *Iuxta fluuios: iuxta doctrinas apostolorum potest intelligi*. quasi cedri, id est sancti, pro celsitudine uirtutis. Prope aquas, sic intelligendum est, sicut de fluuijs supra diximus: aqua enim de stilla fluens, doctrina uel baptismum intelligitur. *Cuius semen erit in aquas multas*, id est, in multos credentes. Similis rhinoceroti, haec est bestia unicornis, quae pro magnitudine uel fortitudine unitati comparatur, quae & iam figuram Pauli apostoli tenere dicitur, qui cum una lege fuit, antequam uenisset in nouum Testamentum. *Filia in uia*, id est, sapientia, uel diuinitas. *Hofes eius*, id est sancti angeli, gentes, uitia uel daemones uel haeticos ostendit. Quodque dicitur, *Ossa eorum opera uel exercitia haeticorum ostenduntur*.

Sagittis,

sagittis, id est testimonij: quando leo, ex parte Christi, uel ex persona populi dicitur: leana uero, ex persona Ecclesiae, uel animae sanctae. Nullus audebat, id est haeticorum. Nuncij autem quos dicitur Balac misisse ad Balaam, suggestiones diabolicas significant. *Stella ex Iacob*, id est Maria. Stella enim in caelo sita, & exit claritas ab illa: sic ex Maria claritas, id est, Christus ortus est, unde de Israel, hoc de Christo pro fortitudine dicitur. *Virga caro Christi intelligit*. Per stellam quoque ex Iacob, Ecclesia a Christo uel a populo primitiua potest significari: & per uirgam populus Christianus. Haec quoque stella ex Iacob, animam a sancto significat: uirga quoque haec intellectus sensum perfectum. *Duces Moab*, id est, duces diaboli, uel uitia & peccata. Moab autem pater populi interpretatur. Filij quoque Seth, qui oppositi intelligitur, filios diaboli in hoc significat loco, qui malo oppositi est. Idumaea uero, id est sanguinea, Ecclesiam significat, quae Christi possessio est. *Seyr pilosus interpretatur*, diabolum significat, cuius haereditas inimicis cadet. Israel uero sanctos qui dominantur, id est Christus, uel populus illius, uel sensus perfectus. *Reliquiae ciuitatis, ecclesias haeticorum*. Amalech quoque, qui lambens interpretatur, diabolum significat, lambentem hominum peccata: cuius extrema perdentur, hoc est in aduentu Christi. *Cyneus quoque diabolus significat*, uel populum totius mundi. *Nidum tuum*, id est pompam tuam. *In superbia eiectus*, id est, in peccatis. De stirpe Cain, id est, de commedio. *Assur capiat te*, id est, Christus spiritualiter. Assur enim fortis uel uincens interpretatur, quod utrumque Christo conuenit. Haec quoque supra dicta possunt conuenire in figuram gentium, in fidem peruenientium. *Quis uicturus est*: sed utinam unus esset, quando haec ueniunt. Aliter quis uicturus est, sic intelligendum, quasi dixisset, pauci erunt: ut dictum est, *Multi sunt uocati, uel quis uicturus est*, id est, de hominibus Iesu tempore. *Ueniunt*, id est, Romani ueniunt de Italia: a facie solis, id est, sancti, a facie Christi. *Assyrij*, id est, daemones. *Ipsi peribunt*, scilicet de carnali uita.

CAPVT XXV.

Deinde Phinees sacerdos iram Domini, non solum idololatriam, sed etiam omnem carnis affectum peremit: tum placatur Dominus, cum carnis uincitur desiderium.

CAPVT XXVI.

Post haec numeratur rursus populus, numerantur & Leuitae: et interfectis primis carnibus, nouus populus Dei censetur, ut caelestem haereditatem percipiat. Porro quod sexcenta milia egressa de Aegypto numerantur, & ex ipsis duo tantum terram repromissionis ingressi: sic & in Euangelio scriptum est, *Multi sunt uocati, pauci uero electi*. Quod autem duo tantum ingrediuntur, ostendit ex utroque populo caelestem uitam adipisci: uel propter duas uitas, actionis & contemplationis. Dehinc quinque filiae Salphat, Dei iudicio haereditatem accipiunt inter fra-

tres suos, quia nec legis plebs ab Euangelij passionem excluditur.

CAPVT XXVII.

Salphat quippe umbra fortitudinis interpretatur, quia in lege sub umbra occidentis literae, fortitudo spiritualis sacramenti latuit.

CAPVT XXVIII. XXIX.

XXX.

Post haec Iesus Moyli in monte succedit. legi enim succedit Euangelium, in quo praecpta legis spiritualiter implentur: & admonemur quid quotidie offerre debemus, propter quotidianum laborem: & quid in sabbato, propter spem quietis aeternae: & quid in calendis, propter inuocationem uitae. Et quid in pascha, quando conspelimur cum Christo per baptismum, quando a mortuis transimus ad uitae nouitatem: quid in Pentecoste, propter gratiam Spiritus sancti, & remissionem peccatorum: quid in neomenijs mensis septimi, propter gratiam spiritus sancti septiformis: quid in ieiunio eiusdem mensis, quando figuntur tabernacula propter hanc uitam non diligendam, eo quod sit breuis: hoc enim significat, *Habitatio in tabernaculis & uilibus umbraculis*.

CAPVT XXXI.

Dehinc texitur bellum contra Madianitas, et mors diuini Balaam, in cuius nece error perfidia perimitur: sed quae de Madianitis praedae diuisio, & ex ea animarum oblatio in tabernaculo Dei.

CAPVT XXXII.

Post haec filij Ruben & Gad, & dimidia tribus Manasse, uicinia innumera habentes, circa Iordanem possessionem uolunt, & in terra repromissionis haereditatem habere nolunt: figurantes, quod multos mundi implicantia occupant, ac per hoc habitationem caelestis patriae non requirunt.

CAPVT XXXIII.

Sequitur sermo de mansionibus filiorum Israel, & dicitur: *Profecti ex Ramesse quinta decima die mensis primi, altera die pascha, & reliqua*. Ramesse a quibusdam interpretatur commotio turbulenta, uel amaritudo, uel commotio tinea: nos uerius existimamus exprimi tonitruum gaudij ad hanc urbem. In extremis finibus Aegypti populus congregatus est: & tumultum huius mundi derelinquens, uitijs pristinis mouebatur, & a comedente sapius tinea peccatorum, & omnem amaritudinem uertens in dulcedinem, ut uocem Dei in monte Synai audiret. Quod autem eloquia scripturarum in istius mundi rota, appellant tonitruum, Psalmista clamat dicens: *Vox tonitruum tui in rota*. Cumque immutati fuerimus ad Euangelicam turbam, exercitati tonitruo in gaudia eximus. In mense primo, quando hyems praeterijt, & abijt sibi, quando terra parturit, & cumeta renouant. Eximus quinto decimo die mensis, in crastino pleno mensis lumine, quando Aegyptij circumdantur & sepeliunt mortuos suos, nec euntium imitantur exemplum, & proficiscetes ex Ramesse, castrametati sunt in Soccoth. Secunda mansio, in qua panes azymos comedunt, & primum tendunt tabernaculum,

Asina Balaam loquitur.

Balaam.

Balaac.

Salphat.

Ramesse.

Socchoth. naculum, unde ex re locus nomen accepit. Socchoth quippe interpretatur tabernacula, siue tentoria, & hoc septimo mense, decimo quinto die mensis, quando solennitas tabernaculorum est. Cum ergo exierimus, figamus tabernacula, scientes ad ulteriora pergendum: & tunc de fermento malitiæ non comedamus, sed uescamur azymis sinceritatis & ueritatis. Et profecti de Socchoth, castrametati sunt in Ethan, quæ est in extremo solitudinis. Tertia mansio est, in qua primum Deus uidetur in columna nubis per diem, & columna ignis per noctem. Ethan interpretatur fortitudo, siue perfectio. Grandis fortitudo est Aegyptum dimittere, & in extrema solitudine commorari: ex hoc intelligimus, Socchoth iuxta Aegyptum fuisse, Ethan intra confinia Aegypti & heremi. Præparemus ergo nobis fortitudinem, ut illuminati igne, & eius auxilio obumbrati, ad terram repromissionis possumus peruenire. Profecti de Ethan, ingressi sunt ad Pharoath, quod interpretatur os nobilium. Beelsephon autem interpretatur dominus aquilonis. Magdal, magnitudo uel turris. Assumpta igitur fortitudine, nobilitemur in Domino, & domini aquilonis arcana condemnemus, illiusque magnificentiam, & turrem tanquam superbiam declinemus. Qui non ab austro est, unde Dominus uenit, sed possessor aquilonis uenti frigidissimi, a quo exarscunt mala super terram: qui cum sit frigidissimus, nomine dexter uocatus, falso sibi assumens uocabulum uirtutis. Profecti de Achiroth, transierunt per medium mare in solitudine, & ambulantes uiam trium dierum per desertum Ethan. castrametati sunt in Mara, quæ interpretatur amaritudo. Post prædicationem Evangelicam, post tabernacula transfingrantium, post assumptam fortitudinem, post confessionis nobilitatem, pericula rursus occurrunt: unde sciimus cauendas semper insidias, & Dei misericordiam inuocandam esse: unde & nobis in spiritali baptismo suffocetur Pharo, egressisque mari rubro occurremur Sur, in qua diebus tribus ambulantes, & aquam non inuenientes, uenerunt in Mara, quæ ex eo quod aquam amaram habuit, nomen accepit. Et profecti de Mara, uenerunt in Helim, qui in arietis fortis uertitur, de amaritudine uenimus ad arietes, & robustos greges. principes de quibus dicitur: Afferte Domino filios arietum. Non occurrunt fontes purissimi, nisi ubi magistrorum doctrina prorupit. Profecti sunt de Elim, & castrametati sunt super mare rubrum. Quaritur quomodo post transitionem maris rubri, & fortis mare, & Elim, rursus ad mare rubrum uenerunt: nisi forte sinus quidam maris rubri pergentibus, in itinere occurrit. Aliud est transire mare, aliud est in proximo agere tabernacula. ex quibus etiam monemur, post Euangelicam disciplinam & cibos dulcissimos triumphorum, aperire nobis interdum mare, & præterita discrimina ante oculos ponere, quia multæ differentia est transire mare, & mare procul aspiciere. Hæc mansio in Exodo non habetur, sed scriptum est de ea, quod de mari rubro uenerunt ad desertum Sin, quæ est

inter Elim & Sina. Et profecti de mari rubro, castrametati sunt in deserto Sin. Octaua mansio, licet iuxta ordinem Exodi septima sit. Sed sciendum est, quod omnis mansio usque ad montem Synai, heremum Sin uocatur, & ex tota prouincia locus unius mansionis nomen accepit: sicut & Moab tam urbis quam prouinciæ est nomen. Sin autem interpretatur, rubus uel odium: quia postquam uenerimus ad eum locum, de quo Dominus nobis sit loquutus, grande odium mereamur inimici. Tunc uidemus ardere rubum Ecclesiæ, persequutionibus inflammari eandem, & loquentem in ea Dominum non reperire. Profecti de deserto Sin, castrametati sunt in Daphelza, quæ interpretatur pulsatio: iuxta quod Dominus dicit, Pulsate, & aperietur uobis. Est post octauum numerum resurrectionis Christi, incipimus sacramenta pulsare. Profecti de Daphelza, castrametati sunt in Alus. Alus autem interpretatur fermentum, quod tollens mulier, miscuit in farina. Et profecti de Alus, castrametati sunt in Raphidim, qui interpretatur dissolutio fortium, uel sanitas fortium. Et ex eo quod in illa tentauit Dominum propter aquam contradictionis, nomen locus tentationis accepit: ut certè dissolutionis aut sanitas fortium Raphidim dicitur, uel dissipatus, ubi fuit Amalech, uel propter sanitatem Israel. Simulque notandum, quod post fermentum Alus & Massan, Ecclesiæ soleant nos multiplicia dæmonum tentamenta configere. Profecti de Raphidim, castra posuerunt in solitudine Synai. Ad hunc locum xlvij. die peruenerunt: dicente scriptura, Mense tertio egressiois filiorum Israel ex Aegypto, in uertice montis Synai legem datam, unde & Pentecostes celebratur solennitas, & Evangelij sacramentum in spiritus sancti descensione completur. Synai autem interpretatur rubi, non unus, ut supra in solitudine Sin, sed plures: ibi principium, sed hic perfectio. Aliud est enim unum, aliud omnes gratias possidere. In hac mansione legislatio, & reliqua. Vtique ad finem Exodi, & quæ continet Leuiticus, & quædam pars Numeri describitur. Et profecti de solitudine Synai, castrametati sunt in sepulchris concupiscentiæ. Ibi fastidiens cœlestem panem, populus desiderauit Aegyptiorum carnes: adhuc esca eorum erat in ore ipsorum, & ira Dei ascendit, et reliqua. Unde nominatus locus sepulchra concupiscentiæ. E quibus edocemur, qui sapientiam dimisimus mundialem, & Aegyptias ollas contempnimus, non debere murmurare contra cœlestem: alioquin si illa rursus uoluerimus usque ad nauis, & statim Domini igne ualde torquebimur. Desiderium nostrum uertetur in tumulum, ut simus sepulchra dealbata, & reliqua. Profecti de sepulchris concupiscentiæ, castrametati sunt in Aseroth, qui uertitur in atrium: & hoc prudens lector attende, quod post tot consummatam in duodecimo numero uirtutem, quia superbit Israel, & in concupiscentiæ sepulchris carnes Aegyptias suspirauit. Rursus iacit aliud fundamentum & atrium, id est, uestibulum uirtutis: ostendens nobis

bis & illos qui stant, posse cadere: et qui cadunt, posse resurgere. Num quid enim qui cadit non resurgere? Et profecti de Aseroth, castra posuerunt in Rethma: hæc est duodecima mansio. Et notandum, quod reliquæ mansiones xvij. quartum nunc breuiter catalogus describitur. A Rethma usque, Afsion Gaber, id est ad xxij. mansiones sub Pharan solitudinis nomine continantur. Rethma interpretatur sonitus iuniperi. Ferunt enim, lignum hoc multo tempore ignem conseruare, ita quod si prunæ ex illius cinere fuerint aperte, usque ad annum peruenient: ex quo discimus, post sepulchra concupiscentiæ & uestibula transire ad lignum, quod multo tempore calorem tenet: aut simus feruentes spiritu, & claro sonitu Euangelia prædicemus. Profecti de Rethma castrametati sunt in Remmon Phares, quæ interpretatur mali punici diuisio, quod alij malum granatum uocant. Hoc autem Ecclesiæ gremium significat, quæ omnem turbam credentium suo cortice tegit: aut uarietatem consonantiamque uirtutum: unde scriptum est, Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una: & reliqua. Sicque diuisi sunt singuli gradus, ut omnes eadem compage tenentur. Et profecti de Remmon Phares uenerunt in Lephna, quam in laterem possumus uertere. Legimus Aegyptios in Exodo lateres, quos faciens populus ingenuit: unde discimus, itinere huius mundi nos nunc crescere, nunc decrecere, & post ordinem ecclesiasticum sæpe ad laterum opus transmigrare. De Lephna castrametati sunt in Resfa. Resfa siue num interpretatur, si enim post perfectum ad luti opera descendimus, infrenandi sumus, & cursus uagi atque præcipientes scripturarum retinaculis detinendi. De Resfa castrametati sunt in Celatha, quæ interpretatur, ut uagi currentium gressus frenis ad Ecclesiam retrahantur, & fores quos ante reliquerunt, festinent intrare. Egressi de Celatha, castrametati sunt in monte Sepher. Sepher interpretatur pulchritudo. Vide quid profunt frenata uitijs nos trahunt, introducunt choros, & in Christo monte nos habitare faciunt. Iste iuxta Danielem: Lapis excisus de monte sine manibus creuit in montem magnum. De monte Sepher uenerunt in Arada, qui interpretatur miraculum. Quam pulcher ordo: cum profecti post opus lateris infrenamur, post frenata in Ecclesiam introducimur, post habitationem Ecclesiæ ad Christum montem ascendimus, in quo positi miramur in his quæ oculus non uidit, nec auris audiuit, & reliqua. Profecti de Arada castrametati sunt in Maceloth, qui interpretatur coetus. In hac enim consistit multitudo credentium: unde potest dicere, Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in unum. Profecti de Maceloth uenerunt in Thath, qui in pauore uertitur. Ascendisti in montem pulcherrimum, stupore & miraculo Christi magnitudinem confiteris: noli altum sapere, sed time. Dominus enim superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Timor enim custos est uirtutum, securitas ad lapsum facilis. Profecti de Thath uenerunt in Thare, quam nonnulli uertunt in mali-

tiam uel pasturam: quod bene ad præpositos Ecclesiarum refertur, uel custodiam animarum. Si habueris pauorem, sollicitus eris: si sollicitus fueris, leo in caulas ouium tuarum non poterit introire, & omnem malitiam diaboli poteris effugere. Profecti de Thara castrametati sunt in Methica, quæ uertitur in dulcedinem: Calcasti uiam, elisisti insidiatores, dulces fructus protinus laboris consequeris, ut merito dicas, Quam dulcia faucibus nostris, & reliqua. Profecti de Methica, castra posuerunt in Afsiona, quæ interpretatur festinans: ut postquam dulces fructus laboris messuerimus, non simus quieti, contenti, sed rursus ad ulteriora properantes, obliuiscamur præteritorum, & in futura nos extendamus. Profecti de Afsiona castrametati sunt in Maseroth, quæ interpretatur uinculum siue disciplina: ut festino gradu pergamus ad magistros, & præcepta uirtutum uincula putemus aeterna, de quibus Isaias dicit, Post te ambulauit uincti manibus. De Maseroth castrametati sunt in Bariacha, quæ interpretatur filius necessitatis, siue stridoris, qui sunt filij necessitatis, psalmus iste nos docet: Afferte Domino filij Dei, afferte Domino filios arietum. Quæ est tanta necessitas, quæ nolentibus imponitur, si scitis uincula ueritatis contendens cum aduersarijs ligabis, & uinctos duces ad captiuitatem, et in templo Domini omnes dicent gloriam. Porro cum conuerimus filios stridoris, ad illum refert, quod illi timores supplicij ueteris loci, ubi est fletus et stridor dentium, deserentes ex diaboli uinculis, Christo credentium turba colla submittit. Profecti de Bariacha, castrametati sunt in monte Galaad, quod interpretatur nuncijs, uel accinctus, uel concilio. Haud aliter possumus magistris discipulorum atque credentium, illos facere filios necessitatis, nisi præceptores eorum fecerimus credulissimos. In occisionem non parcat manus nostra armum, aut extremum auriculæ de ore leonis extrahere. Unde & Dauid in matutino dicit, Interficiēbam omnes peccatores terræ. De nunciatione & accinctione hæc breuiter possumus dicere: quod filios necessitatis grandes ad uirtutum stimulos suggeramus, cum illis denunciauerimus prima, ac futurorum accinctus in bello docuerimus horum trium. Quicquid magister fecerit, in monte consistit. Et de Galaad castrametati sunt in Hietabatha, quæ interpretatur bonitas. Et cum uenerimus in uirum perfectum, id est in sacerdotalem gradum, & ætatis plenitudinis Christi, cum Dauid dicamus: In te Domine speraui, non confundar in æternum. Pastor enim bonus ponat animam suam pro ouibus suis. De Hietabatha castrametati sunt in Ebrona, quæ interpretatur transitus, uel transitio. Ad hanc uenit uerus transitor, qui quotidie ingemiscit: & dicit, Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam, quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei. Denique & Paulus dicit: Præterijt enim figura huius mundi. Egressi de Ebrona castrametati sunt in Afsion Gaber, quæ transferatur in lingua uiridi, uel de dubitatione hominis, per

per quod seduli & diligentis magistri doctrina monstratur, cadētis ligna informia, & dolantis facientisq; uasa diuersa in domo magna. Pos- sunt ligna nationes, uiri saltuum & omnium ge- nera arborum, ac per hoc gentium figurare mul- titudinem. Hucusque solitudo Pharan. De *Asion* *Gaber* castrametati sunt in desertū Sin. quæ est Cades. Que ritur, cur octaua mansio xxxvi. esse dicatur: sed sciendū est, quod prius per Samech literam scri- bitur, interpretaturq; rubus uel odium. Hæc au- tem per Zade uertitur, quæ in mandatū, illudq; quod coniungitur. Cades, non ut plerique pu- tant, sancta dicitur, sed dicitur mutata: de qua in psalmo Dauidico dicitur, Commouebit deser- tum Cades. Si autem sancta interpretat, per an- tiphrasim intelligendum est: ut dicitur bellum, quod minime bonum: lucus, quod minime lu- ceat. In hac mansione mori Maria, & propter aquas contradictionis Moyses & Aaron offen- dunt Dominum. Vbi autem mandatū, ibi pec- catum, ibi offensa, ibi mors. De *Cades* castrametati sunt in montem Hor, qui interpretatur mons: quasi legeretur, ascendit in montē montis, uel in uer- tice montis: per quod significatur, quod de uir- tutibus non debemus esse securi, sed semper in excelsiore gradu ad uirtutum culmina festine- mus. De monte Hor castra posuerunt in Selmona. Profeci de Selmona uenerunt in Simon. Hæc duæ mansiones in ordine historiarum non habentur pro illis. Egressi de monte Hor per oram maris rubri, ut circui- rent terram Edon: ex quo ostenditur, in sinibus terræ Idumæos esse politos. Selmon interpretatur imaguncula: quia nimirū ibi est expressa ima- go Saluatoris, per serpētem aureum, qui in ligno pependit. Simon interpretat os: quia postquam passionem filij Dei cognoscimus, quod ex cor- de credimus, ore pronunciamus. Profeci de Simon, uenerunt in Oboth, qui interpretat magus, siue pi- thonissa. Vnde monstratur, quia post imaginem Dei, qui in corde ratione signatur, & confessio- nem fidei quæ in ore confertur, consurgunt ser- pentes, & artes maleficæ ad bella nos prouocāt: sed omni custodia seruemus cor nostrum. Profeci de Oboth, castrametati sunt in Tealzarim: quæ sonat, acervos lapidum transeuntium. Hi sunt sancti, ad alias mansiones post istum mundum festinā- tes. De Tealzarim uenerunt in Dibon Gad, quod inter- pretatur fortiter intellecta tentatio. Per quod si- gnificatur, quia non debemus ignorare inimici astutias. Si enim intelligantur, intellectæ forti- ter superant. De Dibon Gad castrametati in Almon De- blataim, contemptus saltarum, siue opprobriorū. Per hoc discimus, omnia dulcia & illecebras uo- luptatum in mūdo contemnēdas, inebriari non debere uino, in quo est luxuria. Quod autē op- probrium contemnendum sit, ac beatitudinem pariat, Saluator plenissime docet. De Almona De- blataim, castrametati sunt in montibus Abarim contra Nabo. Abarim interpretantur montes transeuntium. Nabo interpretatur conclusio, in qua finitur lex, & non inuenitur illius memoria: simulq; consi- dera, quod habitatio transeuntium in monte si-

ta est: sed post montes in campestria Moab & Iordanis fluenta descendimus. Nihil enim tam periculosum est, quam iactantia uirtutum tur- mens. Profeci de montibus Abarim, castrametati sunt in campestribus Moab ad Iordanem iuxta Terico: ibiq; fixerunt tentoria, a domo sollicitudinis usq; ad Belsathaim. Per cam- pestria, ut diximus, designatur custos omnium uirtutum, humilitas. Belsathaim interpretat lu- ctus spinarū: quod significat, quod pristina pec- cata debemus lugere, quæ sunt spinæ suffocan- tes sementem Domini. Post hæc docetur popu- lus, ut idola destruat, & nulla de prioribus habi- tationibus referuent: ad significandum, quod cum ad terram sanctæ repromissionis per fidem ingredimur, simul cum idololatria etiam omnia uitia extinguamus.

CAPVT XXV.

Post hæc præcipit, ut dentur Leuitis urbes ad ha- bitandum, et suburbia illarum: hæreditatem inter fratres suos non accipiant. Per quod his qui diuino ministe- rio ac sacerdotio funguntur, præcipitur, ut iuxta Apostolum, habentes uictum & uestitum, his contenti sint: ut possint cum Paulo apostolo di- cere, Nostra autem conuersatio in caelis est. Ha- bent tamen quasdam urbes & uiculos ad habitan- dum. Dignus est enim operarius mercede sua.

Belsa- thaim.

EXPLANATIO IN QVIN- TVM LIBRVM MOSIS, QVI

Hebraicè Ellehaddebarim, Græcè Deuteronomium, Latine altera lex dicitur.

CAPVT PRIMVM.

Ciendum sanè est, quod in Dente- ronomio repetitio est præceden- tium quatuor librorū, & tamen in semulta propria cōtinet. Quod au- tem Deuteronomium secūda lex, uel iteratio legis dicit: significat, quod nouum Testamentū ueteri succederet. Sed tamen scien- dum, quibus modis hic liber Euangelium figu- ret: quod ita dicitur, quia hic liber fuerat in natu- ra, antequam fuisset in litera. In tribus quoque li- bris fuit, antequam fuisset in uno libro: quod e- tiam Euangelio conuenit: ut Paulus ait, Segre- gatus in Euangelij Dei, quod ante promiserat per prophetas suos. Tres quoq; personæ in hoc libro cooperata erant, id est, Patris, & Moyfi, plebisq; cui annunciat. Sic & Euangelium to- tidem ostendit personas, id est Christi, quatuor Euangelistarum, & audientium. In hoc quoque principio notandū est, quid indicet quod Deu- teronomiū duodecim diebus scribit. Per quod ostenditur, quia sicut Deuteronomium pro eo quod secūda lex est, Euangelium significat: sic & confessio illius, duodecim diebus Aposto- lorum numerum designat. Per quos significat duodecim apostolos, abiecto Iuda proditore, a Deo electos. Vel certè significat Iudaicæ plebis lapsum: & in Euangelio per transgressionē De- calogi mandatorum. Sed & illud, quod in illo quatuor loca, inter quæ loquutus est Moyses, ubi



ubi aurum multum habent, euangelicū sacra- mentū designat, quod spiritali sensu pollet. Hoc quoq; Deuteronomium in duobus mo- dis fuit obscurū, id est, in natura & litera: hoc est, quādo fuit in quatuor libris separatim: tūc uerò reuelatur, quando à quatuor libris exci- pitur. Sic quoq; Euāgelium fuit per naturam & literam, usque dum sensus denunciatus est. Hæc sunt uerba, & reliqua. Huic sententiæ in per- sona cōuenire dicitur, id est, in persona Moy- si, quod enim aliquis de Moyse dixisset, ille de seipso dixit, in psona spiritus sancti & trās- latoris. Hic quoq; liber aliquam imperfectio- nem habere dicitur, dum non ad decem perue- nit: Augustino dicente, Omnis perfectio nu- merorum inter decem & triginta, & centū & mille cōsistit. Sed tamen perfectionem habet, dum in ipso finitur numerus librorum. Deute- ronomium patribus & filijs dictum est, quod bene conuenit ad terram repromissam: ut est, Qui fecerit hęc, uiuet in illis. Filijs dicit: Audi te hæc, ut custodiant filij uestri post uos. Futu- ram autem Euangelij mercedem animabus in futurū promiserat. Dum autem figura uis hic Euangelium liber, ubi est proprietates uniuscu- iusq; libri. Prior autem liber prædicat doctri- nam corporis, id est, immolationem uictima- rum: & de litera, quia dixit prior, Qui occidit proximum suum, occidetur. Alter non de lite- ra, sed de sensu: nō de carne, sed de anima: non de immolatione carnali, sed spiritali: non de bono præfenti, sed de futuro prædicat. Per hi- storiam et sensum, per præfentiā et absentiam alijs quoque aprius uidetur, si hic dixisset Vo- ces, & nō uerba. Verba autē nouo Testamēti, id est, Euangelio cōueniunt, sed etiam de hoc libro uerba rectè dicitur, quia euāgelica elo- quia præfigurant: uel eo quod uerba postea non fuissent mutanda, quæ loquutus est Moy- ses, in hoc dignitate personæ ostendit. Ad uniuersum Israel. Congrue dixit ad omne, quia omnis non dicitur nisi de turba, ut alij: totū ue- rō ad utrunq; numerum, siue singulariter, siue pluraliter. In eo uerò quod dicitur, Ad omnē Israel, agentibus reparatur in figuram Christi Euangelij, ad omnem animam Dominum ui- dentem, Euangelium prædicantem trans Ior- danem, significat, hæc uerba ante baptismū di- cta fuisse. Solitudo uerò Ecclesiam significat, spiritaliterq; ab omnibus intus solitudo est cōtra rubrum mare. In hoc significatur, quod hi quib. hæc uerba historialiter dicuntur, fuis- sent cōtrarij baptismō, siue ueritatis legis, que illis data est. Inter Pharā, & Tophel, & Laban, & Aseroth, quorum interpretatio est, auctus, infusa, dealbatio, & atria, qui quatuor mētes, ut supra diximus, quatuor Euangelia signifi- cant, a quibus Ecclesia augetur in fide. Infusa, contra uitia & diabolū. Dealbata, in baptis- mo & poenitentia & resurrectione. Atria, id est, Ecclesia uel Euangelium. Hi etiam men- tes quadriformem hominem significare pos-

Pharan Tophel Laban Aseroth

sunt, quatuor creaturis consistentem, humido scilicet, & arido, frigidus & calido, cui Euange- lium prædicatur. Duodecim quoq; dies, duo- decim prophetas significant. Coreb uerò, un- de lex incipitur, synagogam demōstrat, a qua lex noui Testamenti inchoatur.

Per uiam montis, & reliqua. hoc stabilitatem Ie- gis, eo quod mutata esset litera ad sensum: uel quod Euangelium, cuius figuram hic liber te- net, uitam ascensionis per fidem ad cœlum de- nunciat. Lex à mōte Sina incipitur, & in mon- te Seyr finitur. Seyr autem pilosus interpreta- tur, quo indicatur mortalitas. Sicut enim lex literæ de immolandis uictimis, & de occisio- ne illorum qui proximos occiderent, præcepe- rat: sic Euangelium de occisione peccatorum & uictorum est. Quadraginta autem anni, qui- bus laboriose peractis ad terram repromissio- nis filij Israël peruenerunt, significat totū tem- pus quo Ecclesia laborib. uiuūt, que denarium prædicat, locum legis obseruat. Quaternū, pro- pter quatuor Euāgelia, decies autē quatuor, xl. sunt. Denique & Dominus quadraginta die- bus ieiunauit, & esuriens tētatus est: ut offen- deret nobis in præterito tempore debere tole- rare tētationes. Prima die, & reliqua. Congruū quippe fuit primo die legem loqui. Lex de pri- mi uis imperauit, uel eo q lex illis lux fuisset si tamē quod plebs essent: uel eo quod figurat Euangelij datum in die noui Testamenti. Pri- mo die ueterem significat, secūda nouum. Lo- quutus est Moyses, & reliqua. Hæc sententiā Ioræ regis dicitur, qui non uidet eum quem profe- quitur: & non illis admittitur ad præfentiā regis uenire, sed per alij uerba regis ad illum mittuntur: sic per Moyfen uerba Dei ad Israel mittuntur, ideo nō dicitur. Loquutus est Deus: sed, Moyfi loquutus est Deus: quia populus Dei conspectibus fuit indignus. Ad filios Israel, ideo nō ad Israel, sed ad filios dicitur, quod in adoratione idolorū fuerunt diuisi, uel quod sexcentorū millia de Aegypto egredientium, filij tantum ad terram promissionis peruene- runt, excepto Caleph & Iosue: uel sic intelligē- dum est, quod dicit, ad filios Israel: quasi dixisset, non ad gentes. Omnia præceperat illi. Hoc ostendi- tur, quod non maius neq; minus, quā ut au- diuit, ediceret illis. Postquam percussit, & reliqua. Aptum uidetur Moyfi edicere plebi Israeliti- cæ, postquam illis uictoriam dedit de Seon & Og, ut bene audirent legem. Percussit, id est, corpore & anima. Seon rex & Amorrhæorum, demōnem regem gentium figurat, uel sensum malum, regem uitiorū. Moyses figuram Chri- sti significat, supradictos percipientē, siue sen- sum bonū. Caput Moyses explanare legē, & reliqua. dignitatem indicat Moyfi, dum illi plana fue- rat lex, & ipse explanat populo, in eo quod di- cit: Dominus Deus suadet plebi. Loquutus est ad nos, dignitas personæ in hoc ostenditur. Sufficiat uobis, quod in monte hoc mansistis, ac si diceret: Qui in- digni estis habitare in terra, uel per hoc signi- fica-

Seyr.

ficatur, quod essent indigni in lege Domini inhabitare. Reuertimini, id est, in peccata uestra ad Aegyptum. Aliter reuertimini per Abraham, Isaac, & Iacob, siue per historiam & sensum. Et uenite: id est, uenistis ad motem: id est, uenistis ad superbiam Amorrhæorum & uitiorum. Si autem in bonam partem annunciamus, sicut dicimus, Ad montem, id est, ad fidem Amorrhæorum, id est peccatorum, quia de peccato ornatur Ecclesia in fide, & cætera in loca, ad cætera uitia humiliora, ad motana à lege Dei, & humiliora, id est peccata. Contra meridiem, id est prosperitatem huius mundi, & iuxta litus, id est, terræ maris, inquit, tradidi uobis, id est, prophetiam. Ingreimini, id est, in Ecclesiam, uel ad fidem Euangelij, uel in regnum cælorum, & possidere, id est, cõtrã ac si diceret, non pro uobis: quia non meruistis, sed propter dilectionem patrum uestrorum. Addat ad hunc numerum, usque sicut loquutus est: id est, sic erit semen tuum sicut stellæ cæli. Date ex uobis, id est eligite ex uobis: uiros sapientes, id est, in lege & gnatos, hoc est in rebus plebis, & quorum cõuersatio probata sit. Tribunus dicitur qui tribui imperat, ut alij: significat doctores, in tribus legibus fidei Trinitatis docentes. Centurio uero, qui super centum sit, significat doctores qui prædicant præmia cælestia in futuro, uel centurum in præsentia. Quinquagenarium super l. similiter doctores significat, pœnitentiã prædicantes. Vnusquisque autem ex quinque sensibus in apostolis impletur. Ipsi enim prædicauerunt uniuersa supradicta. Decanus autem imperat super x. signat x. uerba legis narratam. Ordo autem crescendi est in tribunis & centurionibus, & est quoque ordo credendi. Quatuor autem ordines, quorum principium quatuor Euangelia in numero figurant, quæ quatuor uirtutes principales docuerunt, id est, iustitiam, prudentiam, temperantiam, fortitudinem. Moyses uero Christum signat in electione principum: principes quoque, qui eliguntur, xij. apostoli figurantur, cum quatuor Euangelij à Christo electos, ad principatũ super Ecclesiam. Et quod iustum est iudicate. Hæc sententia equitate iudicij iudicat, apostolos quoque figurat: quibus dicitur, Sedebitis, & iudicabitis xij. tribus Israël. Ascende, id est, in summitate perfectorum: aliter ascende & posside, id est, præmijs. Sicut loquutus est Dominus Deus tuus, id est, prophetauit uobis. Nolite metueri, id est, corde: neque pauca sitis, id est, ore. Cumque sermo placuisset, in hoc plebis iudicij indicatur. Misi ex uobis xij. uiros, & reliqua. qui duodecim uiri, qui tali numero xij. apostolos possunt significare. Vallis autem botri, per anticipationem dicta est. Botros autem superius diximus significare, quæ apostoli duabus uerbis, id est, duabus legibus prædicando portantur. ab aqua lone ad dexteram, id est, aperta infidelitatis usque ad calorem fidei, atque dixistis: Odit nos Dominus. Hæc sententia populum incredulum demonstrat. Cumque audisset Do-

Tribunus.
Centurio.
Quinquagenarius.
Decanus.

minus uocem sermonum: auditio Domini more hominis dicitur. sermonum uestrorum: quia nõ in unitate audiui eos. ut dicitur, turba nõ unius uoluntatis. Aliter unus peccatorum multi uocantur, & multi iustorum unus uocatur. præter Caleph, qui siurã pœnitentiæ tenet. Et ipsi dabo terram. ac si diceret, nõ uocabis: ut dicitur, Multi sunt uocati, &c. Quam calcavit pes uester. hic intelligitur, quod nisi quis cõsiderauerit regnum Dei per credulitatem prædicationis, nõ intrabit in regnum cælorum. Bini uocantur ad terram promissam, id est, Caleph & Iosue. Bini etiam intrant in regnum cælorum, id est, qui duas leges implent, innocentes & pœnitentes, siue corpus & anima. Egressus Amorrhæus, qui habitat in montibus, id est, hæretici habitantes in superbijs.

CAPVT III.

SEyr nomē loci est, & Hornia similiter, quæ Ecclesiã significat, quam peccatores persequuntur, sic iurauit Dominus. ut uerò dixit, Non uidebit quisquam, & reliqua. Arbog mons est: Arocr ciuitas, Galaad regio. Moab ab occidente. Basan ciuitas domedio tribus Manasse, certam diuisionem habet inter corpus & animam, inter actiualem & contemplatiuam uitam, inter historiam & sensum, regio & ciuitates & cuncta Basan. Gessum fons est, & Magati locus. Iayr & Machir unus uir est. Usque ad medium, id est, sacerdos usque ad torrentem. Eboc, id est, ad occidentem usque ad Iordanem. Ad aquilonem uenerunt ad occidentem, & usque ad mare deserti. Ad occidentem Sairdas montis. Pascha ad dexteram partem. Expediri, usque hoc iumenta. In hac sententia tria ostenduntur, id est, inceptio in baptismo, possessio in fide, uoluntas in eleuatione mentis ad superna. Preca tusque sum Dominum, id est, ut terram repromissionis intraret. Cœpisti ostendere seruo tuo magnitudinem tuam: id est, in uestimentis mentis portantis de Aegypto in mari & in petra: & in manu fortissima, id est, in pugnas contra Amalechitas. Neque enim Dominus alius uel in cælo: ideo hoc dicit, quod multos in Aegypto uiderunt Deos, qui non potuerunt saluare plebem, nisi Dominus, uelut in terra imaginem bouis uiderunt. In hoc autem itinere plenitudo ostenditur, id est, pro eis qui trãserunt Iordanem, & plenitudo in his qui remãserunt in terra Moab. Plenam enim in terram repromissam uenerunt: quod significat plenitudinem legis, quæ populo data est in plenitudinem, dum sensus defuerit. Aliter remanentes in terra Moab, significat illos qui ante legem in lege fuerunt, ut Abraham, Isaac & Iacob: uel gentes, quæ uenerunt ad baptismum: uel illos qui contra baptismum sunt, uel uidet populum qui nõ crediderunt Christo, cum lege baptismi. Terram uero repromissam intrãtes, significant baptismum accipientes, & in Ecclesia manentes. Reuersio autem illorum, in qua facit pugna ante & retrò: demonstrat pugnam corporis & animæ. Hi quoque sunt inter Moab, & inter terram re-

ram repromissionis, figurã populorum possunt tenere, peruenientiũ ad unitatem legis Christi. Non enim transibis Iordanem istum. Dum aliter hæc sententia intelligitur. Requies enim uidetur, & iam uisio Domini nõ habitabit. Aliter uisio pro uindicta intelligenda est, nec peccatum in futurum uindicaretur.

CAPVT IIII.

Ustodi ergo temetipsum: id est, ab adorando idola: quæ uiderunt, id est, in inscriptionibus. Ardebat usque ad cælum. Hyperbolicè hoc dixit. Vocem arborum illius audistis, id est, legem. uel hic pars pro toto dicitur, & formam penitus non uidistis. Forstian enim si uidissent formã, fecissent imaginem: non uidistis aliquam similitudinem maiestatis Dei illius. Deus amulator, id est, quãdo non excedimus modum peccati. Testes in uoco cælum & terram: id est, in auxilio bino. Terret plebem, id est, uerbo Dei, & persona sua cælum & terram. ac si diceret: Testes uocis erunt cælum & terra, quod si adoraueritis deos alienos, cælum uocabis, non pluet super terram, & terra non germinabit fructum suum. & dicetis, Quãdo adorauerint hic? Hi sunt testes, qui in uocati sunt super nos, si adorauerimus deos alienos. Aliter cælum & terra, animam & corpus significare possunt, uel incarnationem & diuinitatem, uel legem literæ & noui Testamenti, quæ non uident, nec audiunt. In hac sententia præcauet, quod multas imagines idolorum apud Chananæos uidissent. Per tentationes, id est, ut in Mannaan. Et in alienigenarum, id est, Amalech. Signa, id est, figuras. Atque portenta, ut fuit serpens. Robustam manum, brachiumque, extentum, id est, in pugnas. Per tres ciuitates quas superauit Moyses ante Iordanem, fides trium legum, uel fides trinitatis ante baptismum indicatur.

CAPVT V.

Et uidimus faciem ad faciem. Hoc ex persona Moyse sitantum dicitur. Et medius sui. & reliqua. Sic & Christus mediator Dei & hominum. Timuistis enim ignem. In hoc plebem suam. Non usurpabis: id est, non timeas, ut sanctifices illum in uictimis siue opere. Sex diebus operaberis terram. Hæc sententia figuram ueteris testamenti tenet, septimus dies sabbati, figuram noui Testamenti, in qua legis spirituales hostias Domino offerimus. Non declinamus ad dexteram, id est, ad uanam gloriam: neque ad sinistram, adorando idola.

CAPVT VI.

Diliges Dominum Deum tuum. Imperatio & prohibitio in hac sententia ostenditur. Imperatio, dum dicitur, Diliges: prohibitio, nõ diliges deos alienos. Aliter, Non diliges, ut dilexisti antè. Hæc quoque sententia præcellit aliud, ubi dicitur: Non adorabis Deos alienos, quod pertinet ad opus deserti. Quod uero hic dicitur, ad opus terræ pertinet promissionis. Ex persona quoque ueteris dicitur, Non habebis deos alienos: ex persona noui, Diliges, & re-

liqua. More quoque artificis dilectio primũ ponitur, quia sit omnium mandatorum fundamentum. Ita enim artifex fundamentum primò ponit, & deinde ædificat domum. Sic & nos decet dilectione fundamentum primũ ponere, ac deinde bona opera instituire. Ex toto corde, id est, ex parte qua corpus animatur. Ex anima, hac parte qua intelligitur super omnem creaturam. Et ex tota fortitudine, id est, parte corporis: ut extollerent altitudinem creaturarum similem fuisse altitudini creatoris. Aptũ autem fuit tribus locis imperari dilectione, in corde & anima & fortitudine, dum tres habitationes, id est, Aegyptum & heremum & terram repromissionis habuerunt. Aliter dicitur, corde & anima pro uno accipitur: & fortitudine, secundo. Aptum est enim, ut duobus locis dilectio sit, dũ omnes homines duabus consistunt substantijs, anima & corpore: uel duabus uitijs, id est, pane sine fermento: & manu tua, id est, opere tuo. In lumine, id est, in opere.

CAPVT VII.

Uero ad Abraham Dominus de futuro loqueretur, non septem gentes, sed decem dinumerat, quarum terram semẽ illius possideret: qui numerus adiecta idololatria gentium, blasphemia Iudæorum, hæreticorum errore, uerissimè adimpletur: quibus donec intellectus Aegyptum commemorat, multitudo subiacet.

Si autem quis egressus de Aegypto: ad heremum perueniat, spiritali trium dierum itinere, de impugnatione gentium liberabitur: quæ septem principalia uitia figurat, quæ per Dei gratiam unusquisque miles uincit. Quod uero numeri maiores esse dicuntur, hæc ratio est, quia plura uitia quàm uirtutes. Quod dicit, Non ibis cum eis: id est, in adorando idola, intelligendum est. Scissusque, fortis, id est, itinere Iordanis: siue in pugnis. Auferat Dominus a te, id est, plenitudinem hanc, & infirmitates pessimas, id est, decem plagas Aegypti. Non parcat illis oculus tuus, & reliqua. In hoc illorum cupiditati præcauet. Nolite metueri, quia timor imperfectorum est. Non parcat oculus tuus: id est, dñs illorum, id est, cupiditas tua uitijs illorum, Crabrones, id est, mali mores illorum. Deus magnus ad libandum, & terribilis in uindicta. Quod uero dicit, De gentibus non delendis, pariter ne forte bestie multiplicarentur contra illos: cauendum nobis esse ostendit, ne forte expulsis peccatis à carne nostra, & repente superatis, accedant contra nos bestie spirituales, hoc est, factantia uel superbia, uel certè uana gloria, quæ surrexerint maiori labore extirpabuntur quàm carnalia uitia. Loth enim & in monte positus concubitu nefario pollutus est, qui in Sodomis habitans se continuit, ut non peccaret. Ac per hoc quodcunque uitium expulerimus, statim loco illius plãtetur uirtus: ne forte repulsus spiritus, iterum reuertens inueniat domum nostram

stram uacantem. Dispe, id est genus uiperarum, quod hæreticorum tenet figuram, qui trinitatem blasphemans, quod sub iuramento pollicitus est. Iurat Dominus per seipsum, quia non habet alium altiore, per quem iuret. *En Domini Dei tui cælum est.* ac si diceret, habet Dominus potestatem, si pluat cælum, an non super nos. Et cælum cœli, id est, stellæ: aliter per cælum angeli intelliguntur. Cælum uerò cœli, animæ sanctorum, ut est. Stella enim à stella differt in claritate: ita & resurrectio mortuorum, uel historia & sensus, & terra, id est, fructus terre, uel corpus & anima, & omnia quæ in eis sunt, id est, Adam cum suo genere.

Deus magnus, id est in Aegypto.

Et potens, id est in mari.

Terribilis, contra Amalech.

Qui personas non accipit, uituperauit hic plebem, qui personas acciperet.

Ipsa est laus tua, id est, ut ipsum laudes.

Mare rubrum, propter limbum rubicundum dicitur.

Pones benedictiones super montem. Hæc sententia respicit ad locum, ubi dicitur: Testes in uoco cœli & terram, sed duo mōtes ad testimonium proferantur. Ac si diceret: Habebitis benedictiones super uos, si legem Domini custodieritis: & maledictiones, si legem non custodieritis. Aliter benedictio super montes ad Israel pertinet: maledictio uerò ad Chananæos. Hi quoque montes in terra repromissionis esse dicuntur, & alij nominibus nominari, id est, Libanus in parte Aquilonis, & Libanus minor in dextera parte eiusdem terræ. Sed ab alijs dicitur, quod hi montes non tam historialiter fuissent, quam ad testificationem benedictionis & maledictionis dicuntur. Mystice autem hi duo montes pro duabus legibus possunt accipi. Gebal pro ueteri, qui uindictam commisit, Gazarim pro nouo, qui indulgentiam docuit. Possunt etiam hi montes summum perfectionum, & superbiam impiorum demonstrare, uel quod in fine dicitur uitæ: Venite benedicti patris mei, & possidete regnum quod paratum est uobis, & reliqua. Et, iste maledicti in ignem æternum. Aliter Gebal pro maledictione, pro parte carnis ponitur: sicut & Paulus apostolus ait, Scio, quod non est bonum in carne mea. Gazarim cum benedictione, pro anima in illo loco, id est, in Sylo.

In hac sententia præcauet, quod si unusquisque in domo sua immolaret, idola fecissent, filios & filias comburentes igni. Non quod hoc Aegyptij fecissent, sed Chananæi obrutum negabatur, id est, sensus testimonijs. Egressi sunt filij Eliab, id est, filij iniqui, uel filij peccatorum.

CAPVT XIII.

Non facies caluitium super mortuum. Hoc historialiter manifestum est. Spiritualiter potest intelligi, quod dicit, ne radatis mortales uoluntate causa diaboli uel hæretici, quod in duas partes unguilas findunt: id est, qui credit duas leges, sed diuinam dilectionem non implent,

aut actualement aut theoricam uitam, uel incarnationem & diuinitatem, & ruminat in opere. *Comeditis, id est, credendo, de his quæ ruminant, & unguilam non findunt, id est, de his qui quod credunt corde, opere non differunt.* *Pinnulas, id est, mandata legis: & squammas, id est, cogitationes multas: omnes mudas, id est, sanctos: qui ideo aues dicuntur, quia cogitationibus & operibus mundis ad superna uolant.* Aues immunda, hæreticos significant. *Luxta genus suum, id est, si acciderit aliquid quod illi simile sit in forma, non prohibetur nisi de genere illorum.* Omnes autem aues immundæ quas diximus, diuersa genera hæreticorum significant. quod uestis Israel in heremo nulla uetustate defecit, potest figurare futuram incorruptibilitatem corporum, ubi illa quæ corruptibilia sunt, sine corruptione permanebunt. Quod uerò dicitur, *Non coques hædum in lacte matris suæ: ostendit, quod quem hædus significat, non est coquendus in lacte matris suæ, id est, non purgandus mediocribus Ecclesiæ disciplinis, sed austerioribus præceptis illius purganda sunt, ut qui per lasciuia blandimenta se perdidit, fortiori disciplina se redimat, ut cæteri uidentes timeant.* *Per decimam partem, quam Dominus à populo postulat, significantur decem sensus, quos unusquisque nostrum reddere debet Domino.* Anno tertio aliam decimam separabis. Postulatio autem anno tertio, ostendit Dominum præuidentem bella illis, futura enim in terra repromissionis anno tertio dixit: *Uique quo eorum uinea creuerunt: Vel pro tribus annis, quibus ut alij dixerunt, fuerunt tribus Ruben & Gad, & dimidia tribus Manasse in terra repromissionis in pugnis magnis.* *Separabis mihi aliam decimam, id est, sacerdotibus, ac si per hoc sacerdotibus diceret.*

CAPVT XV.

Cum tibi uenditus fuerit frater tuus Hebræus. Per fratrem sensus intelligitur. Hebræus, transiens interpretatur. Hebræa, id est, anima uniuscuiusque perfecti de gentilitate, ad baptismum transiens.

Per septem annos, quibus seruire præcipitur, actiua uitæ perfectio designatur.

Per septimum annum quo dimittitur, actiua uita exprimitur.

Sicque auris illius subula perforatur, dum mens subtilitate timoris percutitur.

Aliter sex anni, sex ætates mundi significant. Septimus uerò annus, diem iudicij designat: subula sapientiam, qua auris, id est, sensus perforatur. Ianua, id est, fides domus tuæ, id est, Ecclesiæ. Primogenitus, opus perfectum significat. Quod autem dicit, *Quicquid masculinum: ostenditur, quod non debemus opus molle Deo offerre.* Sexus quoque masculus, sensum perfectum indicat. Quod autem dicit, *Non operaberis in primogenito bouis, & non tondabis primogenitum tuarum: ostendit, quod si quid robustum incipimus exercere, & hoc significatur in primogenito bouis: uel cum uita nostra aliquid innocuum*

innocuum inchoat, dignum est ut humanis oculis, quasi subducto uellere non ostendatur. Hoc enim significat per hoc quod dicitur, *Non tondabis primogenita ouium.* Cæcus, populum gentilem significare potest, qui potuisset uiam salutis intrare, si uideret. Claudus uerò dicitur, qui non implet utranque dilectionem: qui uidet quidem uiam, sed non ambulat in ea. Potest quoque claudus populum Iudaicum significare, credentem tantum literam, & non sensum. *Quasi capra, id est, Ecclesiæ: & ceruus, id est, apostolorum populo.* *Sanguinem illorum non comedas, sed effundas in terram.* Per hoc indicatur, nos oportere magnopere de meritis interpretari, sed in iudicium Ecclesiæ effundere. *Obseruabis mensam, id est ieiunium.*

CAPVT XVI.

Solennitatem quoque tabernaculorum, id est, mensis Septembris. In solennitate æzymorum, id est, Pascha. *Hebdomadarum, id est, quinquagesima.* Quod uerò dicitur, *Non plantabis lucum, neque omnem arborem iuxta altare domini Dei tui: significat, quod circa Dominicam fidem nihil in uerbis infructuosum, nihil audientia secularis, nihil illecebrosum debemus componere.* Hoc enim significat ligna nemorosa sine ullo fructu. Sed sola pietate ueritatis scientiam prædicationis teneamus. Illud autem quod dicitur, *Prophetam de gente tua sicut me, suscitabit Deus: quanquam iuxta historiam de Iosue dici potest, tamen de Christo manifesta propheta est, qui uerus propheta de gente Israel ortus est.* Et sicut Moyses dispensator erat ueteris testamenti, ita & Christus noui. Denique in Euangelio Dominus dicit, *Si crederetis Moysi, crederetis & mihi: de me enim ille scripsit.* Quod que dicit, *Sicut me: secundum carnem, & non secundum diuinitatem intelligendum est.* Quod autem promittit Dominus ultionem in illos qui uerba Prophetæ, id est Christi, audire nollent, comminatio est, plebisque Christi uerba. Hic est autem uerus Propheta, de quo dicitur: *Non est propheta sine honore, nisi in patria sua.*

CAPVT XIX.

De illo qui cum amico suo simpliciter uadit in syluam ad ligna cedrina, & reliqua. Ad syluam quippe cum amico imus, quoties ad intuenda subditorum delicta conuertimur. Et simpliciter cum delinquentium uitia sua intentione referamus. Sed securis manus figit, cum sese increpatio plus quam necesse est in asperitatem pertrahit. Ferrum quoque de manubrio profilit, cum de correctione sermo durior excedit. Et unicum percutit, qui auditorem suum prolata contumelia à spirituali dilectione interficit. Corrupti nanque mens ad odium proruit, si huic immoderata increpatio plus quam debuit adijcit. Sed is qui incaute ligna percutit, & proximum extinguit, ad tres necesse est urbes fugiat, ut in una illarum defensu uiuat, quali ad poenitentia lamenta conuersus, in unitate sacramenti sub spe, fide, & charitate ab-

conditur. Reus perpetrati homicidij non tenetur, quem inuenerit, non occidit. Quia cum districtus iudex uenerit, qui se nobis per naturæ consortium iunxit, ab illo proculdubio culpæ reatum non expetet, quem sub illius uenia, spes, fides, charitas abscondit. Sequitur: *Non stabit testimonium unius contra aliquem, sed in ore duorum uel trium testium, stabit omne uerbum.* Licet historialiter obseruandum est, tamen contra quolibet impios, uel hereticos agimus sanctas scripturas in testimonium uocari. Sensus quippe nostri attestatio, sine his testibus non habet fidem. Adhibet duos testes, scilicet uetus & nouum: adhibe & tam quatuor Euangelia, Prophetas, Apostolum, sicque stabit omne uerbum. Adde tres alias in terra repromissa, id est, credulitatem patris & filij & spiritus sancti. In terra Ecclesiæ post baptismum stabit sacerdos, id est lex, uel Christus, uel unusquisque doctor perfectus, confirmans non contra hæreticos, dæmones, uel uitia: duces uerò, Prophetæ uel Apostoli intelliguntur.

CAPVT XX.

Elicitur ex prælio, qui nouam domum edificauerit, simul qui uineam plantauerunt, aut qui uxorem desponderunt: quia non potest diuina militiæ seruire, qui seruit negotijs secularibus. Homo quoque formidolosus & pauidus proijciatur è pugna, ne pauere faciat corda fratrum suorum. Non potest arripere spiritualis militiæ pugnam, quia adhuc terrenis operibus timet, ne forte alios ab Euangelica perfectione suo exemplo reuocet. Tales enim non possunt bella præliare. *Si quando accesseris ad oppugnandam ciuitatem, id est, corporis in aqua ciuitate hæretici, uel uitia. Offeres illi primum pacem, id est, Christum ad credendum.* *Si receperit usque portas, id est, fidei uel poenitentia, & seruiet tibi: percuties, id est, in poenitentia uel uindicta.* *Generis masculini, id est, qui sunt superbi.* *Absque mulieribus, absque uolentibus, & non succides arbores, id est, sanctos quibus uesci potest: id est, præceptis, absque animabus, & mollibus sensibus, & simplicibus: nec secularibus deuastare debes, id est, poenitentes.*

CAPVT XXI.

Quado inuentum fuerit hominis cadauer, & reliqua. Hoc ad cadauer Adam cum suo genere potest demonstrari: cuius cædis reus ignoratur, id est, diabolus ab hominibus in parte bona. Maior res natu & iudices, & propheta & apostoli intelliguntur. Locus autem cadaueris Adæ, paradysus, ciuitas ciuitatum Iudæ. Vitula est caro Christi, quæ iugum peccati non traxit, nec terram scidit uomere, id est, nata sine uiri coitu. Et educunt illam in uallem asperam atque saxosam, id est, Iudæi ad humilem crucis passionem asperam, mundi peccatis & tentationibus saxosam. Vallis enim animarum humilitatem significare potest, quæ est aspera contra diabolum, quæ nunquam arata est, id est, à doctoribus cultro & uomere ueteris & noui Testamenti. Quod autem dicit, *In illa ceruice uitulæ, prædicationem*

incarnationis ostēdit. Accedentq; sacerdotes, id est, filij Leui, uel apostoli: uel in mundum, id est sanguis: lauabunt manus suas, id est opera sua per fidē incarnationis, & dicent, Manus nostræ non effuderunt sanguinem hunc, quasi dicerent: Non apostoli, neq; sancti effuderunt sanguinem Christi. Et auferatur ab illis sanguis reatus. Sanguis Christi pro mundo effusus est. Tu autem alienus eris ab innocentis cruore, id est, non apostoli pro mūdo passī sunt. Sequitur: Si exieris ad bellum contra inimicos tuos, & traxerit Dominus in manus tuas, captiuos quoque duxerit, & uidebis in numero illorum mulierem pulchram. & reliqua. Dicunt Iudæi, qui hanc historiam seruāt, quid rationis habet mulierem decaluari, & eius unguis abscondi? Mos autē, si mulierē pulchram, id est, animam quæ a Deo pulchra creata est, in gentili conuersatione inuenimus, & sociari illam uoluerimus corpori Christi, deposito idololatriæ cultu induatur lugubribus pœnitentiæ indumentis. Desleat patrem & matrem: hoc est, memoriā huius mundi, & gentilitatis illecebras carnales, deinde uerbi Dei uocabulo omne peccatū infidelitatis illius, quod mortuum & inane est, radetur. Hi sunt enim capilli & unguis mulieris, atque demum per lacrum baptismi purificata coniungitur sanctis. Cum nihil superfluum in capite uel manibus habuerit: id est, cum neque sensibus, neque actū immundum aliquid gerit. Vnus autem mensis, quo pacto duci iubet illam in uxorem: fidem & opus significantem. Ternario numero fides ostenditur, denario opus legis, per fidem & opus legis anima Deo rectē sociatur. Alij hanc mulierem pulchram facie, rationabilem aliquam disciplinam significare putant, quæ sapienter dicta inuenitur apud gentiles, quasi a nobis sit reperta. Oportet de ea primū auferre omnē superstitionis immundiciam, & sic illam in studio ueritatis assumere. Nulla enim apud gentiles sapientia est, cui immundicia aliqua, uel superstitio non sit admixta.

Si habuerit homo duas uxores, usq; nō poterit facere filium dilectæ. & reliqua. In hoc Christus cum durab. Ecclesijs potest intelligi, qui nō profert filium dilectæ, id est, populum Ecclesiæ gentium, populum synagogæ in diuisionem substantiæ, hoc est, in mandatis legis. a populo enim synagogæ, hoc est, a primitiua Ecclesia principium est.

Quando peccauerit homo, usq; sed in eadem sepelietur. Hic homo unusquisque baptizatus potest intelligi, qui si peccauerit, debet iudicari mortis, id est, in uindicta, uel pœnitentiæ. Citius cadaver non debet permanere in patibulo, id est in peccato. Sed sepelietur eadem die, id est, in nouo per pœnitentiā. Contaminabis terræ factore, id est, terra cordis: factore, id est peccata.

CAPVT XXII.

Non uidebis bouem, usq; de omisso fratris tui: hoc doctori dicitur. Spiritualiter bos iugum legis sustinentem demonstrat: ouis, innocen-

tem: asinus, populum gentium. Vestimenta autem opera sunt. Christus autem frater est, ad quem hæc omnia per doctrinam boni doctoris dicuntur. Quod autem dicit, Non induatur ueste uirili: ostēdit illud quod Apostolus ait, Non permitto mulieri docere in Ecclesia, neque enim sacerdotium, neque doctrina fœminis, nec in Ecclesia conceditur: sed nec uir debet indui ueste fœminea. Quod enim uir est, & principatum gerit Ecclesiæ, nec debet aliquid fœmineum uel molle in sua doctrina habere.

Si ambulans, usque, & longo uitas tempore. Via hūc mundum demonstrat, arbor superbiam, terra carnalia desideria, nidus conuersationem: mater uniuscuiusque carnem hominis incumbentem in peccato: longum tempus, futurum seculum. Cum edificaueris domum nouam: id est, animam uel Ecclesiam, faciens murum, id est fidei: non effundatur sanguis, id est, bonum naturale a diabolo uel hæretico, id est Ecclesia tua, uel anima tua. Non seres uineam tuam, id est doctrinam spiritus sancti, ac si diceret, Non facies bona & mala simul fieri. Quod autem, Non arabis in boue simul & asino: significat duos populos. in bouis enim nomine, populus sub iugo legis accipitur: in asino autē populus gentium pertinēs usque Euangelium. In boue autem simul & asino arat, qui sic Euangelium recipit, uel Iudæarum superstitionum, quæ in umbra & imagine præcesserunt, caeremonias non relinquat. Item in boue bene operantium uita signatur, in asino stultorum uecordia. Ergo in boue simul & asino non arabis, fatuum sapienti in prædicatione non socias, quia nō possunt æqualiter enunciare uerbum Dei. Sequitur: Non indues uestem ex lana linoq; contextam. Per lanam simplicitas, per lino sublimitas designatur. Vestis quæ ex lana & lino cōtextitur, lino interius celat, in superficie lanam ostendit. Vestem ergo ex lana linoq; cōtextam induit, qui sub locutione innocentia intus sublimitatem celat malitia. Funiculos in simbrijs facies, id est, mandata legis exemplis apostolorū. Per quatuor angulos pallij tui, id est per credulitatem quatuor librorum fidei. Insuper: Centum siclis argenti, id est, integritas pœnarum: ut fornicaretur in domo patris sui, id est in Ecclesia sanctorum. Si dormierit cum uxore alterius, id est hæreticus cū Ecclesia, quæ Christi uxor dicitur: siue sensus malus cum anima, quæ boni doctoris est.

Vtrique moriuntur, id est in uindicta uel pœnitentiā. Si puellam uirginem, id est Ecclesiam despondentem Christo suam uirginitatem. Et inuenit illam aliquis, id est Iudæus uel hæreticus, siue peccator. Ad portam ciuitatis, id est, ad finem Ecclesiæ. Et lapidibus obruentur, id est, in uindicta siue testimonij in pœnitentiā. Quia non clamauit, id est consensit. Ager autem Euangelij doctrinam significat, quæ sequuntur, penē iuxta hunc ordinem accipienda sunt. Clamauit, & nullus affuit, id est usque ad aduentum Christi, Per hominem qui accepit uxorem fratris sui, diabolus

holus uel hæreticus ostenditur: accipiens Ecclesiam fratris sui, id est Christi, ne reuelauerit operimentum illius fidelitatem.

CAPVT XXIII.

Quod autē dicit, Non intrabit eunuchus attritis uel amputatis testiculis, & absciso ueretro Ecclesia Dei: ostendit, quod omnes qui molliter uiuūt, nec exercent opus uirile, non possunt permanere in numero sanctorū, siue cōgregatione. Qui autem de scorto natus est usque ad decimam generationē, prohibetur intrare in Ecclesia. Qui enim de carnali uita, uel de gētilitate uenit ad Ecclesia, tūc recipiendus est, cū præcepta legis spiritualiter seruauerit, quod significat denarius numerus. Quod uerō Ammonites & Moabites nō permittuntur in eternum intrare in Ecclesia: Significat ab Ecclesia hæreticos semper esse repellendos. Hæreticum autem, inquit, hominem post unam & alteram correptionem deuita. Sequitur: Non abominaberis Idumæū, quia frater tuus est, nec Aegyptiū. Per Aegyptium & Idumæū significatur præfens uita, cui quauis renūciantes ad Aegyptiam terram, id est, pristinam conuersationem mundi, & concupiscentiam declinemus: tamen dū huius mundi necessitatibus subdimur, quod Aegyptiam nationē nequaquam extingui-mus, licet ab ipsa quadam discretionem sepemur, non de superfluis cogitantes, sed solum secundum Apostolū uictū quotidiano, indumentoq; contenti. Quod autem dicitur, Qui nati fuerint ex illis tertia generatione, intrabunt in Ecclesia Domini: significat, quod tunc secularis quisque potest sanctis Dei coniungi, cum perfectē crediderit in patrem, filium, & spiritum sanctum, uel cum spe, fide, charitate sit ornatus. Sequitur: Si fuerit inter uos homo, qui nocturno pollutus sit somnio, & reliqua. Nocturnū somnium tentatio occulta, per quam cogitatio tenebrosa turpe aliquid corde concepit, quod tamen opere non expletur. Pollutum quippe extra castra extirpare, est, turpi impugnatione laborantem sese ex comparisone continentium despiciere, qui ad uesperum aqua lauatur, cum defectum suum despiciens, ad pœnitentiæ lamenta conuertitur, ut fletibus diluat omne quod animum occulta iniquatione accusat. Sed post occasum solis ad castra redeat, quia post tentationis ardorem necesse est ut iterum fiduciam erga societate bonorum sumat. Ergo post occumbentem solem ad castra reuertitur, qui post lamenta pœnitentiæ, frigidescens flamma cogitationis illicite, ad fidelis merita præsumenda reparatur. Præterea iubetur ut cum egredietur quis ad requisita naturæ, & reliqua. Naturæ enim corruptibili pondere grauata mentes nostræ quadā cogitationum superflua, quasi uentris grauamine rumpunt, sed portare in baltheo paxillū debemus, ut ad reprehendendos nosmetipsos accincti, acutum circa nos stimulū compunctionis habeamus, qui incessanter terram mētis nostræ

pœnitentiæ & dolore confodiat, & hoc quod a nobis foetidum erupit abscondat. Egesta humo operies, id est, ut obscuret peccatum suum pœnitentiæ opere. Non tradas seruum domino suo. Hoc doctori dicitur, ut cum seruum diabolo, quem a seruitute peccati non conuerterit. Non contristes eum, id est, in desperatione, siue in pœnitentiā. Non meretrix eris, id est, anima: nec scortator, id est, diabolus, qui genuit hæreticum. Prostitubi, id est, anima. Nec precium carnis, id est, uer dicitur, Non dabis sanctum canibus: aliter hoc significat, quod nō debemus eleemosynam immolare pro peccato. Nec scenerabis fruges, id est, legis: sed alieno, id est, gentili populo. Ingressus uineam proximi tui, id est, legē Christi. Comede uitas, id est, crede incarnationem Christi. Foras autem, id est, extra Ecclesiam. Si intraueris in segetem amici tui, id est, in ordine mandatorum, siue in lege Christi. Frange spicas, & manu contere, id est, literam legis exemplo fidei tuæ. Falce non metas, id est, non excedas cum sensu complendo.

CAPVT XXIII.

Si acceperit homo uxorem, & reliqua, usq; Reijce re eam. Hic homo Christū significat. Vxor synagogam Iudæorū, quæ Christū nō inuenit persequendo, & ad crucem trahendo. Liber autem repudij, id est, Euāgelium. Manus autem illius, id est, opera infidelitatis. Domus Ecclesia est, siue regnum celorum. Aliter maritus apostolum, cuiusq; domus Ecclesia significat. Vel si mortuus fuerit, in adiutorio peccatoribus. Non poterit prior maritus, id est, Christus synagogam, quia impœnitens est. Nec peccare facies terram, id est, corpus uel Ecclesiam. Cum acceperit homo uxorem, id est, animam suam. Non procedat ad bella, id est, contra persequutiones dæmoniorū. Vi in uno anno, & reliqua, id est, pœnitentiā. Non accipias loco pignoris superiorem & inferiorem molam. Accipere aliquando dicimus ad ferre. Mole aues illæ rapaces accipitres uocantur. Pignus uerō debitores, est peccatorum confessio. A debitore autem pignus accipitur, cum a peccatore confessio peccati tenetur. Superior autem & inferior mola, spes & timor. Spes enim ad alta subuehit: timor, quod inferius premit. Sed mola superior & inferior ita sibi necessariō coniunguntur, ut una sine altera inutilis habeatur. In pectore itaque incessanter debent spes & formido coniungi: quia incassum misericordiam sperat, si non & iustitiam pertimescat. Frustra quoque iustitiam metuit, si non etiam in misericordia confidit. Loco igitur pignoris mola superior aut inferior tolli prohibentur: quia qui prædicat prædicatorem, tanta dispensatione componere prædicationem debet, ut nec derelicta spe timorem subtrahat, nec subtracta spe, in solo illum timore derelinquat. Tollit enim superiorem molam, si silenti peccatum dicat, Non habebis ueniam de commissis. Tollit

lit inferiorem, si dicat peccanti, age mala ad- huc, quia magna est misericordia Domini. Non negabis mercedem. Hoc apostolorum populo dicitur. Indigenis, id est, populo fratris tui, qui sunt apostoli. Sive aduenae, id est gentiles populi. Non auferas, usque ad, uestimentum uiduae, id est fi- dem minima, quae est uiduamortuo diabolo.

CAPVT XXV.

Quadragesimarius autem numerus flagellorum, quo delinquentes argui iustitiae ostendit quadragenaria numerus, in quo Ecclesia per quatuor mundi partes diffusa, sub Decalogo legis currit.

Quadragesimario ergo numero delinquentes caedimus, si in hoc tempore poenitentiae uulneribus flagellemur. Si enim peccatis cedimus, illic sine peccatis inuenimur. Sequitur: Non alligabis os bouis triturantis in area fruges tuas. Quod bene significat illud quod Apostolus ait, Si nos uobis spiritualia seminauimus, magnum est si carnalia uestra metamus scriptum est enim, Non alligabis os boui trituranti. Nunquid de bobus cura est Deo? In bouis sane nomine uita uniuersusque doctoris exprimitur. Vult ergo scriptura doctoris preparari carnalia, a quibus spiritualia consequatur auditores. Ipsi sunt enim boues terentes & separantes in area, id est in Ecclesia, paleas frugesque. Sequitur: Quando fratres habitauerint simul, & unus ex eis absque liberis mortuus fuerit, &c.] Quid aliud in figura demonstrat, nisi quod unusquisque Euangelij praedicator ita debet in Ecclesia laborare, ut defuncto fratri, id est Christo, suscitaret semen, & quod suscitatum fuerit, illius nomen accipiat. Hoc denique intelligens Apostolus ait: Nunquid Paulus crucifixus est pro uobis, aut in nomine Pauli baptisati estis? Taque diceret: Defuncto fratre uos genui: Christiani uocamini, non Paulini. At qui electus Ecclesia ministerium renouit Euangelij, ab ipsa Ecclesia merito contemnitur. Hoc autem quod in faciem eius iubetur expuere mulier, non sine signo opprobrij fuit. Calceamenta enim unius pedis exiit, ne sit de numero illorum, de quibus Apostolus dicit: Calceati pedes in praeparationem Euangelij pacis. Qui enim sic Euangelicam fidem tenet, ut si possit Ecclesiae prodesse, non renuat, bene intelligitur utroque pede calceatus. Qui autem sibi putat quod credidit, satis esse consultum, curam uero aliorum refugit, quasi unius pedis calceamentum de area mittit. Si habuerint inter se uiri iurgium, usque abscondes manum illius. Per hos duos uiros doctor perfectus & imperfectus potest intelligi: & per uxorem, haereticorum ecclesia, quae uult haereticum liberare de manu doctoris perfecti, mittens opus haereseos ad opus perfectum boni doctoris: cuius Ecclesiae opus abscondendum est. Sequitur: Non habebis in scilo diuersa pondera. Per quod nobis praecipitur, in Domino conscientiae nostrae non sint mensurae duplices: id est, ne nos molliter uiuentes, caeteris grauiora pra-

cepta impendamus: & humeris hominum onera grauiora, quae digito nolimus attingere, imponamus.

CAPVT XXVII.

Quod uero praecipitur, ut Iordane transmissis ingentes lapides erigantur, in quibus legis uerba scribatur: figurat, quia fidelis plebs per baptismum terram Ecclesiae possidet, debet constituitur sacerdotes & magistratos, qui conuersatione magni & praecleari habentur, qui uerba legis, & diuinam scripturam custodiant. Labia enim, inquit, sacerdotis custodiunt scientiam. Quod autem calce figuratur, significat: quod omnibus malis actibus doctores debent in uirtutibus clarescere. In duobus autem montibus Gazarem & Gebal, in quibus benedictiones & maledictiones inferuntur: utrunque Testamentum significare potest, quia populus sub lege positus, sub maledictione tenebatur. Quod scriptum est, Maledictus qui non permanet in sermonibus legis huius, nec illos opere facit. Denique Iudaei traditiones Pharisaicas obseruantes, mandata legis contempserunt. In nouo autem Testamento gratiae benedictio in populum Christianum redundauit, quo Christus eleuans manum, & benedixit apostolos. Vtrunque Testamentum Moysen, quia utrunque intellectum habet. Quae Iudaei non intelligentes, sub occidente eos litera uiuunt.

VENERABILIS BEDA PRESBYTERI IN

Samuelem prophetam, id est, Librum primum, allegorica expositio.

PROLOGVS.



Quae uero scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Et alibi: Omnia in figura contingebant illis. Scripta sunt ad correptionem nostram, in quos fines seculorum deueniunt. Sed & beatus apostolus Petrus Dominicae incarnationis, passionis, & posterioris gloriae tempora commemorans, dicit inter caetera: Et omnes prophetae a Samuel, & deinceps qui locuti sunt, etiam annunciauerunt dies istos. Si enim ad nostram correptionem, doctrinam, uel consolationem omnia scripta sunt, nec soli Hieremias & Esaias, caeterique tales, qui uerbis futura signauerunt, sed & Samuel, Ionas & Ezra, eorumque consimiles, qui praeterita, uel sua, uel aliorum gesta, siue dicta conscripserunt, dies istos, hoc est nouae gratiae luce radiantes insinuant: insistendum nobis sum mopere est, & pro suo cuique modulo Christi uiuante gratia nitendum, ne ea quae propter nos scripta sunt, nostro nos torpore uel incuria quasi aliena praeterant. Sed quo sensu in his correptionem,

LIBER PRIMVS.

Elcana uir unus in Ramathaim, duas habet uxores: Phenennam filijs abundantem, & Annam sterilitatis opprobria lugentem.

CAPVT I.

Fuit uir unus de Ramathaim Sophim, de monte Ephraim, & nomen eius Elcana, filius Hieroam. & caetera usque ad id quod ait Annae Elcana uir suus, Nunquid non ego melior sum tibi quam decem filij? Prima Samuelis lectio typice designat unum eundemque Dominum Christum, synagoga pariter & Ecclesiae redemptorem semper, rectoremque credendum: unius, de iustitia se legis, suaeque credulae prolis ubertate iactantis: alterius, suae longae desolationis iniurias humili apud eundem sui redemptoris misericordiam deuotione desolentis, ideoque redamantis eum redemptoris sublimi consolatione respirantis. Ramathaim, sicut in locorum libris inuenimus, est ciuitas in regione Thannitica, iuxta Diopolim, unde fuit Ioseph, qui in Euangelij de Arimathia scribitur. Sophim autem mons Ephraim in loco Ramathaim, quam uetus editio Armathem posuit. Interpretatur autem Ramathaim, excelsa eorum: Sophim, specula: Ephraim, frugifer siue crescens: Elcana, Dei possessio. Fuit ergo uir unus de excelsa eorum, id est uirorum specula, de monte frugifero & crescente, & nomen eius Dei possessio. Vnus Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus, qui dilectam sibi semper habet, consecratque mansionem in spiritualibus fidelium cordibus. Quae transcensa conuersatione terrena, toto mentis aduersu supernum sapientiae lumen speculari desiderant, illum possidens montem, qui destructam mundialis imperij pompa, creuit fruge credentium populorum, & impleuit omnem terram. De quo Psalmista: Et exaudiuit, inquit, me de monte sancto suo. id est, Redemit me per hominem, quem singulariter sanctum suscepit. Qui uidelicet uir unus, id est, homo Christus, suum ipse nomen exponens ait: Dominus possedit me in initium uirarum suarum. Sed & iuxta literam notandum, quia non frustra, neque ex superfluo scriptum est. Fuit uir unus: cum sufficere posse uidetur, Fuit uir de Ramathaim: uel congruentius dici potuisset, Fuit uir quidam: sicut etiam aliqui contra fidem Hebraicae ueritatis interpretari sunt ausi. Sed quod additur, Vnus, ad titulum laudis Elcanae respicit, qui uidelicet, iuxta Apostoli monita, stabilis existens & immobilis, abundans in opere Domini, semper non fuerit circumductus omnino uento doctrinae. Sapiens enim permanet ut sol. Nam stultus sicut luna mutatur. Cuiusmodi uiris & hoc aptissime congruit, ut in excelsa mentis specula positi, & frugifero uirtutum culmine gaudentes, Dei possessio uocentur. Nec solum quilibet unus perfectiorum

Math. 13.

Rom. 15.

1. Cor. 10.

Act. 3.

Eph. 4.

Psal. 3.

Prover. 8.

Eph. 4.

Eccle. 27.

Ast. 4. fectorū in Christo recte uir unus appellatur: uerū multitudinis credentium erat cor & anima una, imitantes iuxta modulum suum illum cui dicitur, Tu autē idem ipse es. At contrā, reprobī non solum in personis pluribus, uel diuerso errore peccātibus multi sūt: sed & singulus quisq; eorum, ob multuolum uariantis animi motum, multus est. Cor enim stultorum dīsimile erit, & uir duplex animo inconstans est in omnibus uīs suis. Vnde & eorū ipsā quibus militat ciuitates, Vna confusio: & hæc Chaldæorum, id est, ferocium, uel quasi dāmoniorum: altera uisio pacis nuncupatur, cuius artifex & conditor ille uir unus est, de quo dicitur, Audi Israel, Dominus Deus tuus unus est. Chorus, uidelicet ille uir unus moris in domo, qui canit: Vnam petiā Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus uitæ meæ.

Deut. 6. Et nomen, inquit, eius Elcana, filius Hieroam, filij Helij, filij Thau, filij Suph, Ephrateus. Nomina patrum Elcana, uitam, fidem, uirtutes & sublimitatem pandunt eorum, in quibus & per quos solet Dominus spiritaliter nasci, id est, quorū actū uel afflatu fides & dilectio illius cordibus, in quibus antē non erat, infunditur. Hieroam quippe, misericors: Helij, Deus meus eius: Thau signū, Suph speculator: Ephrateus, uerbum puluerulentum dicitur. Et uitam sanctorum misericordia plurimū roborari docuit, qui ait: Date elemosynā, & ecce omnia munda sunt uobis. Qui uerō incarnatione Christi redemptos credunt, Deum suum eius recte confitentur, quia sempiternus illius pater, Dominus cœli & terræ, ab assumptæ humanitatis tempore, Deus etiam cœpit ipsius existeret. unde dicit, De uentre matris meæ, Deus meus es tu. Virtutes quoque & opera sanctorum, signum fuisse uenturi, doceri, & quæ de cebat acturi in carne Christi testatur, cum ipse dicit: Et in manibus prophetarum alsimilatus sum. Et de Moyse loquens in Euangelio: Deme enim, inquit, ille scripsit. Quod si legitur filij Thau, id est testamenti, uel errantis, & hoc illorū uirtutibus nomen congruit, qui dicere norunt. siue enim mēte excidimus, Deo: siue sobrii sumus, uobis: & nos stulti propter Christum. Sed quod stultum est Dei, sapientius est hominibus. Denique Paulus ante iudices seculi catenas stans: quia dicens facultate accepta, non de uinculis, quibus onerabatur exterioris, sed de fiducia uirtutum, de quibus intus gloriabatur, perorabat, audiuit: Insanis Paule, multæ te literæ ad insaniam prouocant. Et Saluator ipse loquitur ad patrem: Deus, tu scis insipientiam meam. Quem in Euangelio, & propinqui quasi mentis impotentem ligare cupiebant, & aduersarij dāmonium habuisse sugillabant. Speculator uerō cœlestium gaudiorum, quod animus electorum sit solus, ignoratq; de illius uitæ gaudio, nil speculati didicit. In talium ergo pecto

re, & ex talium ore uel opere semper fide, spe & charitate generatus Saluator, puluerulentus & uber appellari ad tempus simul, & apparere dignatus est, dum carnis fragilitatem suscipiens, peccata nostra portauit in corpore suo, super lignum. Et eiusdem suæ uictimæ singularis ubertate regnū mortis destruens, uitæ nobis in perpetuum reseruit ingressum. Verū iuxta historiam intuum, quod Ephrateus dicitur Elcana, nō quia de Ephraim stirpe, sed quia in fortis illius ciuitate natus est. Nanque eum fuisse Leuitam, hoc est de filijs Isaac, filij Caath, filij Leui, uerba dierum narrat.

Et habuit duas uxores: nomen uni Anna, & nomen secundæ Phenenna. Anna, quæ gratia eius dicitur, Ecclesiam: Phenenna, quæ conuersio, synagogam demonstrat. Er bene prior Anna, secunda Phenenna: quia prima mundi tempora sanctos habuere, qui similem nobis uitam degentes absque carimonis legalium sacrificiorum, sabbatorum, neomeniæ, circuncisionis, & diuersarum purificationum, ex sola fidei iustitia Deo placerent, sola se Christi gratia, ex quo eius incarnatio patribus ostensa est, sperarent esse saluandos. Ac sic demum synagogæ est de Aegypto ad Dominum celebrata conuersio.

Fueruntq; Phenenna filij, Anna autem non erant liberi. Synagoga semper, ex quo Domino despōsata est, spiritales ei filios non desinit generare docendo. Gentilitas autem, etsi ipsa in aliquibus, tamen paucis, eius gratiæ nunquam subdi cessauit, non ei tamen liberos, qui spiritaliter uiuerent, prædicando gignere potuit: quia nec testamentum ei palam, neque prophetias, neque angelorum meruit oracula percipere.

Et ascendebat uir ille de ciuitate sua statutis diebus, ut adoraret & sacrificaret Domino exercituum in Silo. Ascendebat Dominus de communi uita fidelium: hæc est enim ciuitas Dei nostri in monte sancto: eius in sanctis suis proficiētibus, & ascendentibus de uirtute in uirtutē, ut statutis diebus; hoc est per singula diuinæ cognitionis incrementa, cor illorum accenderet ad adorationis, bonæq; operationis offerenda libamina: & hæc in custodia diuinæ legis, in qua solum peccata humilibus omnia dimitti, & e uelli possunt de laqueo pedes eorum, qui oculos semper habent ad Dominum: ubi tantum queri debet, & inueniri potest ille qui dicit: Ego sum qui sum. Vnde bene Silo interpretatur a uulso, uel dimissio, siue ubi est ipse: significans ipsam legem, quæ bene proficientibus in sua iustitia præcipit, Querite faciem eius semper.

Erant autem ibi duo filij Heli, Ophni & Phinees, sacerdotes Domini. Heli, Deus meus: Ophni, discipulatus: Phinees, os murum dicitur. Erant igitur imminente Dominicæ incarnationis tempore, sacerdotes Domino consecrati, in lege boni

boni quidem sacerdotij, & recte credentium sacerdotum filij: sed actionis prædicationisq; debitæ gratia destituti: neque apertum ad doctrinam oris officium, neque ad ambulandum in uia immaculati recti gressus habentes ornatum.

Veni ergo dies, & immolauit Elcana. Venit transecta legis umbra, nouæ gratiæ lux, & possessio Dei, uidelicet Christus in carne uisibilis: homines cœlestia docuit, pariter & cœcelsit amore, sperare, & credere. Quæ enim suos facere donat, ipse facere dicitur, teste Apostolo, qui dicit: Deus enim est qui operatur in uobis & uelle, & perficere pro bona uoluntate. Et ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Videlicet, quia postulare nos, & gemere sua gratia facit. Vnde & supra non immerito in ascendente, adorante, & sacrificante Elcana, intelleximus eum qui ascensus in corde beatorum disposuit in conuale lachrymarum, eosq; adorare, & bonis docet operibus insistere.

Deditq; Phenenna uxori suæ et cunctis filijs eius & filiabus partes: Anna autem dedit partem unam tristis, quia Annam diligebat, Dominus autem cœcluserat uulnam eius. Dedit Dominus in carne patiens humana, & ad diuina prouocans, synagogæ & cunctis in ea credentibus, timentibusq; se pusillis cum maioribus, diuersas uirtutum operationes, diuisionesq; gratiarum. Ecclesiæ uerò gentium, quæ in paucis adhuc credentibus erat, uerbi gratia, Centurione et Syrophoenissa muliere, his quoque qui ascendentes, ut adorarent in die festo, dixerunt ad Philippum: Domine uolumus lesum uidere: & cæteris talibus, fidei tantum solius munera contulit. Christum uerò gratiam interim dare distulit. Et hæc tristis agebat, quia Ecclesiam qualem futuram nouerat, & in Centurionis, uel præfatæ mulieris fide laudauerat, diligebat: quamuis adhuc supernæ consilio bonitatis, a percipientis eiusdem fidei sacramentis dilatatam. Vnde passionis hora instante: Tristis est, inquit, anima mea usq; ad mortem: non dixit, tristis propter mortem, sed usque ad mortem: quia uidelicet per ipsam mortem destructurū se nouerat eum, qui habebat mortis imperium, postq; mortem se ad salutem gentium gaudebat esse peruenturum.

Affligebat quoque eam amula eius, & uehementer agebat, in tantum ut exprobraret, quod conclusisset Dominus uulnam eius. Affligebat synagoga gentilitatem, exprobrans eam a Deo propter scelera ingenita neglectam, nec Dei colloquium, nec oracula prophetarum, quibus accepta Deo proles animarum gigneretur, potius se mereri: atque ideo uulnam mentis eius spiritali uel uirtutum cœlestium, uel credentium populorum semine priuatam.

Sicq; faciebat per singulos annos, cum redeunte tempore ascenderent templū Domini, & sic prouocabat eam. Porro illa flebat, & non capiebat cibum. Templum Do-

mini, tabernaculū testimonij uocat, quod ad hæc usque tempora mansit in Silo. Singulos autē annos, uel singulas uirtutes accipe, quibus synagoga proficiebat in domo Domini: gentilesq; quod ab hac longē essent arguens, prouocabat in fletum. Vel certē ipsa longa datæ legis tempora intellige. Legens enim sacram scripturam, inuenies egrediente Israel ex Aegypto, quando desponsandi Deo, ut ita dixerim, synagogæ cœpit tempus adesse, uulgus quoque aduenarum cum eo uenisse non paucum, simul legalibus Domino sacrandum iungendumq; mysterijs: atque ex hinc usque ad tempus Dominicæ incarnationis, nunquam ibi defuisse qui dexteris crederent. Sed tantæ per omnia paucitatis erant, & paupertatis, utpote incolī, peregrini & abiecti, ad plebem integram, & patrio in solo morantem, ut flentes ad pedes Domini, cibumq; latitiæ spiritalis, & panis uitæ, qui de cœlo descendit, capere minus idonei, saltem cadentes de mensa Domini micæ instar catulorū, sint sperare & postulare contenti.

Dixit ergo ei Elcana uir suus: Anna cur fles? & quare non comedis? & quam ob rem affligitur cor tuum? nunquid non ego melior sum tibi quàm decem filij? Decem filij propter Decalogum legis acceptores siue obseruatores significant. Consolatur ergo Dominus Ecclesiam, ne graue ferat, quod non ei sicut synagogæ legislatio promissa, & testamētum, non credita sint eloquia Dei: sed summo gaudio recreetur & exultet, quod omnibus his donum maius, melioremq; gratiam, ipsi mediatoris Dei & hominum, hominis Iesu Christi, quem expectare & sperare non nouerat, suscipere iam meruerit aduentū. Non solum autem hæc lectio diuersum utriusque populū statum, uerum etiam diuersa in utroq; illo populo personarum dissidentium merita, diuersa meritorum præmia figuraliter exprimit. Semper etenim Christus humiles penitentium lachrymas plus quàm rigidam superborum iustitiā dilexit, dilecturus est: neglectoq; fastu Pharisæi, quo se de completis legalibus mādatis quasi decem filiorum prole fecundus extollit, in curua potius publicani dignatur lamenta respicere.

Anna inter orationes & lachrymas, filium si acciperit, Nazarenum Domino uouet: & benedicente eam Heli sacerdote, domum cum suis regreditur.

CAPVT II.

Virexit autem Anna, postquam comederat in Silo, & biberat, & cetera usque ad id quod dictum est. Reuerſiq; sunt, & uenerunt in domum suam Ramatha. Hæc lectio typicæ deuotam sanctæ Ecclesiæ monstrat humilitatem, quæ Iudæorum doctōribus partim insulantibus, partim fidei anuentibus, ipsa uel in suo populo Christum per fidem spiritaliter nasci, uel suum populum desiderat in Christo spiritaliter nasci.

Surrexit autem, inquit, Anna, postquam comederat in Silo, & biberat, et Heli sacerdote sedente super sellā ante postes templi

templi Domini, cum esset amaro animo, orauit Dominum, flens largiter. Surrexit Ecclesia de longo desolationis suæ mœrore, accepta iam Domino supplicandi fiducia. Postquam corpore eius sacrosancto refecta, & precioso sanguinis eius calice est inebriata: et manentibus ad huc in Iudaismo, quasi in solo doctoribus, ueterisq; sacerdotij super cathedram Mosi ministris, aditum regni cœlestis obseruantibus, ut & ipsi intrarent, & eos qui uoluissent intrare, docerent: ipsa lachrymis & precibus cœpit à Domino querere dona, quæ ante cognita uel percepta incarnationis eius mysteria iam præsumere nequiuerat.

Et uotum uouit Anna, si acciperet à Domino sexum uirilem, daturam se eum illi omnes dies uitæ eius. Vouet Ecclesia, si nationibus uerbum committatur, & fidei gratia tribuatur, populusq; ex eis fortis uirtutibus oritur, seruiturum hunc Domino usque ad tempora gentium impleta, neq; unquam in exemplum Iudæorum Baalim & Astarot, cæterisq; portentis gentium, genu esse flexurum. Verum si dies allegoricæ uirtutes intelligas, omnes dies uitæ suæ Domino daturam: quicquid honestum uiuit, quicquid lucidum mente uel corpore gerit, nõ sibi tribuit, sed cum Apostolo protestatur: Gratia autem Dei sum id quod sum.

Et nouacula, inquit, non ascendet super caput eius. Et re darguitur peccati non uiolabit eius conscientiam: sed in quantum homini possibile est, omnes suos cogitatus, sermones & actus, qui uelut de cerebro cordis sensim prodeunt, quasi uerus Nazareus Christo consecrare satagit. Denique Apostolorum, quia sancti sunt, capilli de capite perire non possunt. Leprosus aurem immundus, & capta hostibus mulier, ceterisq; tales, cunctos non solum capillos, sed & totius corporis pilos, quia nequam sunt, et polluti, iubentur radere: ut recisa superflua leuitate mortalium actionum, quicquid in eis uiuæ perfectionis inuentum sit, licentia sum secreteur auctori. Hæc autem dicimus, nõ quod aliquem sanctorum uitam hanc sine peccati sordide transigisse credamus, aut ulli præter Christum conuenire, quod dicitur: Et omnia quæcunq; fecerit, prosperabuntur: sed quod omnes studere debeamus seruire Domino in sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris: iuxta eum qui dixit, Iuravi et statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. Nec tam frustra prædicatur alibi, dicens: Et non intres in iudicio cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Vnde uerius hæc Annæ uerba possunt ab Ecclesia de ipso Domino dicta intelligi: quem illa semper desiderat in suo suoribus pectore nouæ gratia uirtutis generari. Ipse enim solus ueraciter, quia sine peccato uixit in carne, omnes dies uitæ suæ Domino datus, nil in se omnino quod peccando refecaret, inuenit.

Factum est ergo, cum illa multiplicaret preces coram Do-

1. Cor. 15.

Luc. 21.

Psal. 1.

Luc. 1.

Psal. 118.

Psal. 142.

mino, ut Heli obseruaret os eius. Porro Anna loquebatur in corde suo. Factum est, cum multiplicari inciperet Ecclesia per orbem, multiplicari noua deuotionis eius insignia, cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est, ut sacerdotes Iudæorum opera considerarent eius apparentia foras, uel delictet gētiliter an Iudaicæ uiueret. Porro illa Iudaismo paulatim relicto, fidei potius quæ corda purificaret, mysteria sola secuta, fidei sapientia inuisibili Christo placere gauisa est.

Tantumq; labia illius mouebatur, & uox penitus non audiebatur. Ecclesiastica plane operatio, & diuino respectu dignissima, quæ & ipsa Domini hortamenta deuotione præcessit, dicentis: Intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora patrem tuum in abscondito.

Aestimauit igitur eam Heli temulentam, dixitq; ei, Usquequo ebria eris? digere paulisper uinum quo mades. Aestimauit superbia sacerdotij Iudaici conuersam gentilitatē peccatorum adhuc conturbatione prægrauatā, dixitq; ei: Usquequo originalis culpæ uinculo rea teneberis? circuncisione munda, & sic in profelytorum numero saluare.

Respondens Anna, Nequaquā, inquit, Domine mihi nam mulier infelix nimis ego sum, uinumq; & omne quod inebriare potest, nõ bibi, sed sudi animam meam in conspectu Domini. Respondens Ecclesia de gētibus, Nequaquā, inquit, o sacerdos Iudæa, putes oneratam peccatis, quæ baptismatis fonte, sacrisq; corporis & sanguinis participatione iam purgata, templi Christi intus facta sum. Cōdelector enim legi Dei secundum interiorem hominem: nec iam peccatrix, sed tamen infelix nimis ancilla tua ego sum: quem iure dominum uoco, quia me tam antiquo electionis tempore præcessisti. Quis me liberauit de corpore mortis huius? gratia Dei per Iesum Christum: cuius ideo sacris pedibus accliuis, liquefactam dilectionis igne animā in conspectu pietatis eius per lachrymas effudi.

Ne reputes ancillam tuam quasi unam de filiabus Belial, quia ex multitudine doloris & mœroris locuta sum usque in præsens. Neme compares animabus, diabolica fraude deceptis: quia ex toto corde poenitentiam agens commissorum, abrenunciaui satanæ, & omnibus operibus ac pompis illius: in super & iugum Christi suauiissimum, quod ille dudum de collo suo superbus excussit, unde & Belial, id est absque iugo appellari meruit, sedula suscepi.

Tunc Heli ait ei: Vade in pace, & Deus Israel det tibi petitionem quam rogesti. Quam prius ebrietatis notauerat, modo accepta facti sui sanctificatione benedicit: & principes sacerdotum inuidi, salutaria cœpta deridentes Ecclesiæ, uelut ebriorum similia spernebant. Quorum tamen nonnulli postmodum cognita de his diuina uoluntate, annuere credentibus, & auxilium curabant impendere. sed & multi ex eis qui spiritu sancto loquētes Apostolos, musto plenos dicebant: audita ratione ueritatis, quod prius irrisere mysterium, credentes accipiebant.

Matt. 6.

Roma. 7.

Ibidem.

Act. 1.

Et abiit

Et abiit mulier in uiam suam, & comedit, uicitq; eius non sunt amplius in diuersa mutati. Et proficiebat Ecclesia spe supernæ pietatis, erecta in fidem dilectionemq; Christi, qui est uia, ueritas, & uita: consolatorisq; & confortatoris sacra scripturæ dapi bus refecta, nullis exinde pressuris aut blandimentis ab illo quem semel agnouit Deo uero, potuit in errorum diuersa mutari. Parasti enim, inquit, in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me.

Psal. 22.

Et resurrexerunt mane, et adorauerunt coram Domino. Profectus Ecclesiæ crescentis ostenditur. Prima surgit sola ad orandum Anna, nec hora qua oratum est exprimitur: nunc accepta benedictione sacerdotis surgit mane, nec sola, sed cum uiro & tota eius familia precibus instat. Primò in paucis Ecclesia Dominum quærebat, at ubi susceperat à fidelibus Iudæorum doctoribus in crementa fidei, discussis tam tenebris gentilitatis. A finibus, inquit, terræ ad te clamaui: tanta cœlestis muneris gratia redundans, ut ipsum quoq; Dominum, uidelicet uirum suum orās, aduocatum apud patrem non dubitetur habere.

Psal. 60.

Reuersiq; sunt, et uenerunt in domum suam Ramatha. Ramatha interpretatur altitudo. Et nos ergo completa oratione, ut postulata obtineamus, ut post luctuosam mentis instructuosa sterilitatem, faciendo Deo ualeamus uirtutum germina proferre, nõ ad superuacua foras agenda, sed ad nostræ conscientia fide & ueritate sublimata studeamus habitacula reuerti. Nec sit uultus noster amplius in diuersa mutatus, sed in eodem quæ in oratione conceperit, etiā post lachrymas consumptionis ardore & deuotione perlistat.

Anna natum sibi filium Samuel uocat, quem etiam ab lactatum cum muneribus & hostijs Domino in æternum accommodat.

CAPVT III.

Cognouit autem Elcana Annam uxorem suam, & cætera, usq; ad id quod scriptum est: Et adorauerunt ibi Dominum. In hac lectione suos Ecclesia filios fide conceptos, baptismate genitos, doctrina ab lactatos, conuersationis sinceræ munere commendatos, societati catholice unitatis, quæ ex Iudæis fidelibus originem ducit, imò ipsi Domino, qui Ecclesiā regit, cunctis suæ uitæ diebus seruituros accommodat.

Cognouit igitur Elcana uxorem suam, & recordatus est eius Dominus. Misertus est Dominus locupletandæ per suam gratiam Ecclesiæ gentium, & misso per prædicatores semine uerbi sui, reminisci & conuerti ad se præcepit omnes fines terræ.

Et factum est post circulum dierum concepit Anna, & peperit filium, uocauitq; nomen eius Samuel, eo quod à Domino postulasset eum. Factum est post illustrationem plurimæ scientiæ spiritalis, & uirtutum ostensionem, quibus coruscauerunt apostoli orbis terræ, concepit gentilitas catechizando, & peperit baptizādo populum Deo credentem, imò creditum suo in populo Deum. Vtrumque enim rectè fatendum, non solum ratio fidei ac ueritatis, sed & ipsum Samuelis nomen

intimat. Interpretatur enim, ibi ipse Deus, siue nomen eius Deus. Ibi ipse Deus in populo, qui nascetur, quem fecit Dominus. Nomen eius Deus, cuius uidelicet, nisi eius qui ut se semper in suis per gratiam nasciturum significaret, ait: Quicumq; enim fecerit uoluntatem patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater, soror & mater est. Nec nouum uideat alicui, quod eiusdem Annæ & uirum & filium, Christi typum gestare dixerimus: quia profectò idem mediator Dei & hominum, sanctæ Ecclesiæ, quam gubernat, sponsus simul & filius est: sponsus, eam semper ut credat, speret, amet, adiuuando: filius, nuper in credentium, sperantium, amantium corda per gratiam ueniendo.

Matt. 7.

Ascendit autem uir Elcana, et omnis domus eius, ut immolaret Domino hostiam solennem, et uotum suum, et Anna non ascendit. Dixit enim uiro suo: Non uadam, donec ab lactetur infans, et ducam eum, ut appareat ante conspectum Domini, & maneat ibi iugiter. Vnusquisq; in suo sensu abundet. Ascendit Dominus et Ecclesia perfectorum, quæ est domus, & sedes eius, ad offerenda patri qui est in cœlis, suorum uota operum, & manet adhuc domi Ecclesia in his, qui necdum solido uerbi cibo uti possunt. Aliquid acceptis fidei rudimentis, adhuc pueri sensibus extant. Aderit autem tempus, cum & ipsi nutrient, & secum morante gratia Christi, exercitatos iam sensus ad discutionē boni ac mali habere incipiāt: diu autem cum Apostolo, Cum autem factus sum uir, ea quæ paruuli sunt deposui. Iamq; sint tales conspectu Domini digni, manentesq; in uocatione qua uocati sunt apud Deum, et sacerdotibus interesse, & quæ altaris sunt edere, de diuinitatis etiam summæ possint audire, legentesq; discernere sacramētis. Talis est omnium credentium in Christo profectus: talia conuersæ gentilitatis inter doctos, doctoresq; Iudæos, quasi Phenennæ filios, extitere primordia.

Rom. 14.

Hebr. 5.

1. Cor. 13.

Et adduxit eum secum, postquam ab lactauerat, in uitis tribus, & tribus modijs farinæ, & amphora uini, & adduxit eum ad domum Domini in Silo. Adducit Ecclesia suos filios, quibus rationabiliter, & sine dolo lac ministraret, eosq; à puerilibus noui hominis rudimentis ad perfectiora iam educādo prouexerat. Adducit inquam eos, quos auxiliatrice Christi gratia sensu fortes effecit ad societatem eorum qui templum Dei fuerant iam per diuinæ legis obseruantiam facti. Adducit autem eos in personis tribus, coniugatorum scilicet, continentium, & doctorum, qui suæ uitæ munditia diuinis apti sacrificijs, corpora pro Christo mori parata habent, cor contritum mola timoris & spe humiliatum, quæ possideant, & sobrio iam calice inebriandi feruentē gratiæ spiritalis integra mente complectantur amorem. Nam quia amphora mensuræ genus est, modum amoris, quo proximum quisque, sicut seipsum, diligere iubetur, insinuat. Quia uerò tres modios continet, merito præfatis tribus personis, quibus omnis Ecclesia constat, aptatur.

Puer autem erat adhuc infantulus, & immolauerunt uinum, &

K

lum, & obtulerunt puerum Heli.] Populus Gentium erat nuper ad fidem conuersus, & dederunt martyres non paucos, qui unanimi deuotione pro Christo sanguinem funderent, & inseruerunt oleastrum in bonam oliuam: hæc fecerunt ministri sermonis.

1. Thef. 5.

Et adorauerunt ibi Dominum.] Quod Dominus sine remissione iubet orare, & non deficere: sub Annæ figura gerit Ecclesia, quæ in initijs uotorum suorum, in profectibus, & in ipsa complexione Domino supplicare non desistit.

Anna cum coniuge in tabernaculo adorans, hymnum gratiarum dicit Domino.

CAPVT IIIII.

ET adorauit Anna, et ait, Exultauit cor meum in Domino. & cætera, usq; in finem cantici. Sterilis, quondam, nunc fecunda in Dei laudi gaudens Ecclesia, de mutatione ueteris Testamenti, uel sacerdotij in nouum, quo & ipsa consecrata est, triumphale carmen insonat. Sed quærendum iuxta literam, quomodo hæc Anna dixisse memoretur, cum in toto suo carmine nil penitus orasse, sed ne ad Deum quidem uerba fecisse, nisi in duobus solummodo locis, hoc est: Quia lætata sum in salutari tuo. & infra: Neque enim est alius extra te, & cætera. omnibus uel docendo, uel prophetando, uel Dominum laudando, promere uidetur. Intelligentibus apertè, omnes actus eius, qui in diuino uersatur officio, & omnia gesta uel dicta quæ secundum Deum gerit ac dicit, adorationem esse reputanda. Si enim hoc oratio solum intelligatur, quod communiter scimus: neque Anna his uerbis orasse uidebitur, neque ullus iustorum, secundum Apostoli mandatum, sine intermissione orauit. Si uero omnes actus eius iusti, qui secundum Deum uiuit, orationes putantur, quia iustus sine intermissione quæ iusta sunt agit: per hoc sine intermissione iustus orauit, nec unquam ab oratione cessabit, nisi iustus esse desistat: ideo quod mater Samuelis non frustra in his etiam quæ hominibus rectè loquitur, adorasse perhibetur. Cantet igitur ore dilatato lætata mater, quæ prius amaro animo loquebatur in corde suo: & dum sua præsentia narrat, futura totius Ecclesiæ gaudia prænarret.

Psal. 74.

Exultauit cor meum in Domino, & exaltatum est cornu meum in Deo meo.] Verè cor exultans, uerè cornu regni spiritalis habet exaltatum, quæ non in se ipsa, non in rebus caducis & fragilibus, sed gloria- tur in Domino Deo suo: iuxta eum qui dicit, Gaudete iusti in Domino, & omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua iusti. Non ait, Ipse confringet, ipse exaltauit: sed, Ego confringam, & sic exaltabuntur.

Dilatatum est os meum super inimicos meos, quia lætata sum in salutari tuo.] Dum dilatatur cor meum ad exultandum in Iesu, id est in salutari tuo, dilatatur & os meum super omnes fidei & ueritatis inimicos, ad cõfitemdum prædicandump; nomen eius: quia & in angustijs pressuraru sermo tuus non est alligatus, nec in præconibus alligatus.

Nec est sanctus ut est Dominus: neque enim est alius extra te, & non est fortis sicut Deus noster.] Sanctos quidem ac fortes & angelos legimus, & homines: sed quantumcumq; in sanctitate proficiat, quantumlibet perfectionis acquirat, ita sancta fortisq; non potest esse creatura, ut creator: quia ille fortitudinis & sanctitatis largitor est, ista susceptrix. Quod uerò ait, Neque enim est alius extra te, & non addit, creator, uel dominus, uel aliquid tale: singulariter æternam eius existentiam designat, quam à creaturæ fragilitate distinguens Psalmista, Mutabis, inquit, ea, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.

Psal. 108.

Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes, recedant uerba de ore uestro.] Iudejs & gentibus dicitur, sufficiat hæcenus de uestra quasi singulari gloria superbisse, iam modò transcensa per gratiam legis litera, calcatis Euangelij ueritate gentilitatis erroribus, nouum Christi Testamentum simul fidei, & mandatũ dilectionis ambo suscipite. Sed & nobis imperatur loqui sublimia, sed non multiplicare loqui sublimia gloriantes: hoc est, quæ sursum sapere & quærere, nõ quæ super terram: uerum non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatẽ. Gentilibus præcipitur loqui sublimia, unius Dei ueri mysteria prædicando, & nõ multiplicare eloquia sublimia, per multa deceptorum nomina errando.

Coloss. 2. Rom. 12.

Quoniam Deus scientiarum Dominus est, & ipsi præparantur cogitationes.] Ideo necesse est altiora uobis non quærere, et fortiora uobis nõ scrutari: quoniam fons ac thesaurus sapientiæ & scientiæ, qui docet hominem scientiam. Dominus nouit cogitationes hominum, quoniam uanae sunt.

Eccle. 3.

Psal. 93.

Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore.] Intentio superba Iudeoru, qui semper opera legis saluare posse presumebant, defecit: exercitium artis dialecticæ, & quasi circumflexa ad deridendam fidei simplicitatem, philosophiæ secularis loquacitas eneruata est: cuncta postremo malignorum spirituum iacula ignita, inuictæ ueritatis sunt armis obruta: quia stulta mundi elegit Deus, ut confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortiora.

1. Cor. 2.

Repleti prius pro panibus se locauerunt & famelici saturati sunt.] Iudæi prius scripturarum pane uiuio refecti, nunc ad cõuiuuium boni patris, qui reducem filium iuniorem gratè suscepit, intra se dissimulantes, inter spiritales Ecclesiæ dapes egent, & hospites quondam Testamentorum, nunc gustantes uident, quoniam suauis est Dominus.

Donec sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios, infirmata est.] Esaias exponit, quia multi filij desertæ, magis quam eius quæ habebat uirum. Septuaginta interpretes posuerunt, Quia sterilis peperit septem. Saba quippe uerbum Hebraicum, & septem designat, & plurimos. Sed & illius editionis sensus elucet, agnoscentibus numerum septenarium, quo est uniuersa Ecclesiæ significata perfectio. Propter quod & Ioannes apostolus ad septem scribit Ecclesias, eo modo se ostendens ad unius plenitudinem scribere: &

Psal. 54.

Apo. 2.

in Pro-

Prover. 9.

in Proverbij Salomonis hoc antea præfigurans, sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem.

Ephes. 2.

Dominus mortificat, & uiuificat: deducit in infernum, & reducit.] Mortificat synagogam, uiuificat Ecclesiam: uel eodẽm uiuificat quos mortificat. ut existimemus, nos mortuos quidem esse peccato, uiuentes autem Deo in Christo Iesu. Vel certe iuxta illud intelligendũ, quod ait Apostolus: Semper enim nos qui uiuimus, in mortẽ tradimur propter Iesum, ut & uita Iesu magnificetur in carne nostra mortali. Sed melius & sine ulla controuersia de Domino fatemur impletũ, qui mortuus reuixit, descẽdẽs ad inferna resurrexit.

2. Cor. 4.

Dominus pauperem facit & ditat, humiliat & subleuat.] Quos in præsentia pauperes & humiles spiritu propter se facit, eosdẽ in futuro ditat in se, & subleuat.

Col. 3.

2. Cor. 8.

Suscitat de puluere egenum, & de stercore eleuat pauperem.] Suscitat à mortuis Christum, ne caro eius uideat corruptionem: & eleuat ad cœlos, ne superetur à Iudæis persecutoribus, quorum traditiones Apostolus arbitratur ut stercora. Ipse namque egenus, ipse pauper factus est pro nobis, ut nos eius inopia ditaremur.

Matth. 19.

Prover. 31.

Vt sedeat cum principibus, et solũ gloriæ teneat.] Hunc uerum exponit ipse, cum sciscitantibus se his quos pauperes faciebat ut ditaret: humiliabat in terris, ut subleuaret in cœlis: quid mercedis habituri essent in futuro: respondit, Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et Salomon in laude fortis mulieris, id est Ecclesiæ, uel cuiusq; animæ electæ: Nobilis, inquit, in portis uir eius, quando feditur cum senatoribus terræ.

Iob 9.

Psal. 9.

Domiini enim sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem.] Non solum promontoria rupesq; præaltas ad defensionem terreni orbis contra feruorem marinæ tempestatis opposuit, uerum multo magis pro cõseruando Ecclesiæ sue statu, ne hanc ulla turbide persecutioni unda deiceret, fixa fidelium suorum ac fortia corda locauit. Eosdem ergo cardines orbem terræ portantes, supra principes in thronis sedentes appellat. Et rectè: quia quanto nunc humilior portant, & defendunt instantius, tanto tunc sublimius iudicant. Horum cardinum qui domini sunt, & non sua uirtute muniti, & beatus Iob meminit, dicẽs de Domino: Sub quo curuantur qui portant orbem. Qui ut in ualidiorum ualeant firmiter onera sustentare, inuictæ fortitudini non cessant humilia colla submittere.

Pedes sanctorum suorum seruauit, et impij in tenebris conticescent.] Actus piorum sensusq; quibus ad perfectiora quasi gradatim proficiunt, ab impiorum defendit insidijs: & ijdẽ impij tenebrosi, quas bonis tendere, peribunt in machinis. Vnde quidam sanctorum Seruatori pedum suorum gratias agendo decantat: Exultabo in salutari tuo, infixæ sunt gentes in interitu quẽ fecerunt, &c. Quia non in fortitudine sua roborabitur uir.] Ad supe-

riora respicit. Idcirco impios, qui sua uirtute fidentes, auxiliũ diuinũ quærere despiciunt, in tenebris cõtiscere, hoc est, ab agenda cæca impietate tandẽ damnatos filere oportet: quia non in fortitudine propria, sed in autoris sui gratia roborabit, quicumq; uir appellari rectè desiderat.

Dominum formidabunt aduersarij eius, super ipsos in cœlis tonabit.] Apertè districti & ultimi iudicij diẽ tremendum prænunciat: in quo quia Dominum formidabunt aduersarij eius, iam modò necesse est, nondum uisum illum humiliter formidemus, ut tũc eius uisa maiestãte gaudeamus. Sed & hodie Dominus ad struendam prauorũ sanctæ paginis, quos spiritus eius ornauit, intonat.

Dominus iudicabit fines terræ.] Certum est Dominum non solum fines terræ, sed etiam mediterraneas regiones iudicare. Sic ergo dictum est, Iudicabit fines terræ: ac si diceretur, Etia fines terræ: quia non est qui se abscondat à calore eius. Sed melius intelligitur fines terræ, extrema uel uniuersusq; hominis, uel totius mundi tempora dicere: quia qualis de corpore quis exierit, talis offeretur districti iudicis examini.

Psal. 18.

Et dabit imperium regi suo, & sublimabit cornu Christi sui.] Post ultimæ examinationis discrimen, regnum Christi, quod infideles modò despiciunt, ostensa diuinæ maiestatis suæ gloria, sublimè monstrabit. Cornu autem Christi non solum unigeniti filij Dei, uerum etiam uniuersusq; electi eius non inconuenienter accipitur. Vnde ista ipsa in capite hymni huius, quo toto iuxta nomen suum gratiam Dei mirificè commẽdat, ait: Exaltatũ est cornu meum in Deo meo. Omnes quippe unctos eius chrismate, rectè Christos appellamus, quod tamẽ totum cum suo capite corpus unus est Christus: nunc ex parte peregrinus in terra, tunc autẽ totus cœlesti sublimãdus in patria. Recole hymnũ beatæ Mariæ, & uide q; similia de iudicij & gratia Dei prophætæ mater & Domini, mulier & uirgo senserint, Prophanantibus Heli filijs sacerdotale officiu, Samuel puer ministrat ante Dominum, accinctus Ephod lineo, & benedicente Heli, Anna sæcundatur in filijs.

Luce 1.

CAPVT V.

ET abiit Elcana Ramatha in domum suam. & cætera, usque ad id, Quam magnificatus est puer Samuel apud Dominũ.] Hæc lectio docet, deuolutis ad peiora post incarnationẽ Domini Iudeoru doctõribus, eiusdem in Ecclesia Domini & saluatoris magnalia totum diffamanda per orbem.

Abijt igitur Elcana Ramatha in domum suam, puer autem erat minister in conspectu Domini ante faciem Heli sacerdotis.] Vocata nuper ad fidem Ecclesia Gentium, quod natiuitatem beati Samuelis significare diximus, abiit possessio Dei, quæ est coæterna eius sapientiã, Christus, ad illustranda, sicut semper sanctorum suorum celsa corda fidelium & angelorum & hominum, quæ sunt domus eius supra petram fidei fortissimè contra inferi portas erecta. Ipse autẽ uocatus ad fidem populus, cernente etiam Iudaico, & admirante sacerdo-

K 2 tio,

tio, Christi iusis humiliter quasi se semper conspicientis seruiebat.

Porro filij Heli, filij Belial, nescientes Dominum, neq; officium sacerdotum ad populum. Filij sacerdotij Iudaici, filij cæci luminis, siue absq; iugo (utrumq; enim Belial siue Beliar sonat) extitere, quotquot Christi doctrinam nesciebant: non diuinæ legis iustitia, sed suarum statuta traditionum sequentes.

Sed quicumq; immolasset uictimam, ueniebat puer sacerdotis, dum coquerentur carnes, & habebat fuscinulam tridentem in manu sua, & mittebat eam in lebetem, uel in caldariam, aut in ollam, siue in cacabum, & omne quod leuabat fuscinula, tollebat sacerdos sibi. Quicumq; uitã suã eo tempore Domino consecrare decreuisset, ueniebant discipuli scribarum, pharisæorum, & principum sacerdotum, dum carnales eius consuetudines superne deuotionis igni decoqui inciperent, & habebant rapacem mundi cupiditatem in operibus suis: cuius tridentẽ mortuum describens apostolus Ioannes ait, Quia omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorũ, & superbia uitæ. Et huius exempla, uel etiã doctrinas terrenæ cupiditatis mittebant in qualescũq; audiētis cor, id est, siue docibile, siue tardioris & angustioris ingenij, siue infirmũ ac fragile, seu patiens aduersi, siue efficax dicēdi, seu rusticũ, minusq; sonorũ, quod uarietate minoris maiorisq; ferrei, ænei, siue testei uasis distinguitur: paruum q; quẽ nuper quisq; conciperat diuini amoris calorem pelsimo actu polluentes, non id quod lex statuit prædicandi præmiũ expectabant, sed contra quod Deo debebatur, obediētiæ munus sibi fieri cogentes: qua profecto fuscinula prauissima etiã nunc in Ecclesia sacras hostias attaminant, quicumque accepto fidei mysterio, uel etiã ministerio uerbi sua quæ runt, non quæ Iesu Christi.

Etiã antequam adolerent adipem, ueniebant pueri sacerdotis, & dicebãt immolanti: Da mihi carnem, ut coquam sacerdoti. non enim accipiam a te carnem coctam, sed crudam. Tantum nequitia pharisaicæ deceptionis progressa est, ut etiã antequam gratissimã Deo dilectionis pingue munus offerendum docerent, quod ante ceteras uirtutum hostias ei singulare debet in ara cordis immolari, sũt diuino cultui præferrent obsequiũ: dicentes miseris auditoribus, ut suæ quisq; concupiscentiæ carnalis illecebras, non æthereę charitatis flamma Deo digne consumerent, sed in conditoris iniuriã minus castigatas pro libitu carnaliũ impenderẽt peccatorũ. Hæc aut suis auditoribus improbi nõ uerbis, sed rebus ipsis dicebant. Quorũ similima hodieq; per magistrõs & sacerdotes Ecclesiæ fieri utinam nesciremus.

Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domino, quia detrahebant homines sacrificio Domini. Erat peccatum scribarum & pharisæorum grande nimis coram Domino, tametsi corã hominibus se per hypocrisin iustificantiũ: quia ipsi homines cum essent, rescindebant præceptũ Dei per traditiones suas, uel certè tollentes clauẽ scientiæ, & ipsi non introibant, & uolentes intrare prohibe-

1. Ioan. 2.

Luce 11.

bant. Si autem grande nimis peccatum coram Domino commiserent pueri, qui pecualium uictimarum carnes indignè tractabant: quid putas eos mereri pœnarum, qui stultitia puerili filium Dei conculcauerint, & sanguinem Testamenti æterni pollutũ duxerint? Qui accipientes non dijudicãt corpus Domini, id est a communium uiliumq; escarum perceptione, cœlestis uitę mysterium minimè discernunt.

Samuel autem ministrabat ante faciem Dei, puer accinctus ephod lineo. Ephod hebraicè, latinè superhumerales, uel superindumentum dicitur: cuius nominis uestimentum ex auro, hyacintho, purpura, coccoq; bis tincto, ac bislo retorta contextum, solis pontificibus concessum, Exod. scriptura commemorat. Verũ idem lineum sacerdotibus, leuitis, ac ceteris quibusq; usibile, & hic Samuelis, qui leuita fuit, & infra sacerdotum, quos occidit Saul, ac Dauid coram arca Domini ludentis, exempla testantur. Neq; enim unauitas octogintaquinque pontifices, sed minoris gradus potuit habere sacerdotes. Typicè autem Ephod uarij coloris, multifariã in uiro sancto uirtutum gratiã monstrat. Lineum uerò, quod de terra procreatum, logo iam exercitio suum peruenit ad decorem, candidissimam castæ carnis mortificationem designat. Ministrabat ergo Samuel ante faciẽ Domini, puer accinctus ephod lineo: ministrabat Christus nostræ infirmitati humilis in homine, corpus animamq; semper ab omni uitiorum sordẽ mundissimam gestãs. Non enim peccauit, nec malum coram Domino fecit: Qui sine iniquitatibus conceptus est, & sine delictis peperit eum mater sua. Ministrat populus Christianus Christo, carnem suam crucifigens cũ uitij & concupiscentijs, castigansq; corpus suum, & seruituti subiiciens.

Et tunicam paruam faciebat ei mater sua. Non solum castam & ab omni peccato liberam, sed & humilem per omnia Dominus carnẽ suscepit: quam ei facit Ecclesia, uel qui talem eum rectè & saluberrimè credit, uel quia nõ ignobile membrum Ecclesiæ uirgo, de qua ipse natus est, præfulget.

Quam adferebat, inquit, statutis diebus ascendens cum uiro suo, ut immolaret hostiam solemnem. Et Ecclesia nunquam a Christo deserta, quem secum in occulto habet omnibus diebus usque ad consummationem seculi, solennibus missarum diebus ad immolandum ascendens, carnis eius & sanguinis in uino ac pane secum mysteria desert. Verũ & populo, quem Christo parit Ecclesia, humilitatis habitum facit, quam per singularum incrementa uirtutum secum adfert, cum gratia Christi ad altiora proficiens, ut patri luminum gratiarum uota rependat. Hæc est uestis illa nuptialis, qua iuxta Euangelij parabolam, omnis qui solennia regni cœlestis intrauerit, opus habet. Hanc & ipse regis magni filius, spiritalium autor sacrorũq; nuptiarum, primus induit: qui procedens tanquã sponsum de thalamo suo, humiliauit semetipsum, factus obediens usque ad mortem. Quam profecto tunicã schemate paruam, sed

Hebr. 10. 1. Cor. 11.

Exod. 25.

Mat. 22.

Exec. 40. Philip. 2.

uam, sed uirtute maximã, nec in ipso mortis suæ tempore scindere permisit eos, a quibus mortẽ sustinuit: quia ipsum quo ad mortem usq; peruenit humilitatis exemplum, & in morte seruauit.

Et benedixit Heli Elcanæ & uxori eius, dixitq;: Reddet Dominus tibi semen de muliere hac, pro scœnore quod commodaisti Domino. Benedixerunt Christo Ecclesiæ, conuersi ad fidem sacerdotes Iudæorum, de quibus scriptum est: Multa etiã turba sacerdotũ obediēbat fidei. Benedicendam in Christo Ecclesiam, uerbisq; semine multiplicandã per gentium nationes pleriq; suis in typis sacerdotum uetus significat, & quasi tropicè Christo loquitur: Reddat tibi Deus pater credentes ex gentibus: ipsi enim sunt semen, cui benedixit Dominus. Pro scœnore quod commodaisti Domino, id est, pro illo singulariter sancto homine, quẽ de uirgine assumptũ, unam tecum Christi personam, id est, Dei nomen habere uoluisti. Nam si non scœnus Domino sanctum percepisset, nemo semen de scœmina sterili putaret esse sperandum. Hoc est, si non homo per Deum glorificatus ad dexteram patris sederet, nequaquam misera gentilitas, & præuaricationis suæ cõscia, ad multiplicationẽ seminis Abrahæ potuisset pertingere. At dum Christus humani generis primitiã Deo patri commodata est, datur exemplo eius fidelibus spes saluandi per illum, uiuendi in illo, moriendi pro illo, resuscitandi ab illo, & in æternũ regnãdi cum illo. Potest & ita dici, quod Ecclesia pro scœnore quod Domino commodaui, semẽ ab illo meruit, cum pro populo, quem fidelẽ Domino, deuotumq; obtulit, ampliora, per mundũ missis prædicatoribus fidei, & deuotionis dona suscepit: que in quibuscunq; gentibus audito Dei uerbo obedire neglexit, pro non dato scœnore uerbi Domino, repulsis a se doctoribus, seminis sancti multiplicationem habere nequiuit.

Es. 61.

Luce 14. Psal. 18.

Ditauit ergo Dominus Annam, & concepit & peperit tres filios & duas filias, et magnificatus est puer Samuel apud Dominum. Dedit Dominus Ecclesiæ spiritũ gratiæ suæ, quo ipsa fecundata, genuit ei sobolem spiritalem, partim ad indaganda uel prædicanda sanctæ Trinitatis sacramenta potentem, partim cum perfectõ Dei et proximi amore sua simplicitate contemptam: quia suscepta ad tempus a Christo incarnationis humilitas, magni habitata est apud patrẽ: a quo omnis qui se humiliat, exaltabitur. Vnde et in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terrę uerba eorum.

Augent filij Heli peccatũ, etiã monita sui patris conuenientes: & Samuel proficiens, tam Deo quã hominibus placet.

CAPVT VI.
Heli aut erat senex ualde, &c. usque ad id. Puer aut Samuel proficiebat atq; crescebat, & placebat tam Deo quã hominibus. In hac lectiõne, mysticè senescẽte & cœcaturõ Iudaismo, Christi per Euangelii fama crebrescit. Heli ergo senectus multa, tẽpus prope finedi sacerdotij legalis insinuat. Quod enim antiquat & senescit, prope interitum est,

Et audiuit omnia quæ faciebant filij sui uniuerso Israeli, & quomodo dormiebant cum mulieribus quæ obseruabãt ad ostium tabernaculi. Non parua nec uniformis filiorum Heli transgressio, quæ & diuinam religionem & dilectionem proximi maculare non timuit. Suprà nanque legitur, quia de carnibus sanctis, non quod statutum in lege, sed quod sibi erat libitum, præsumperint: quia priusquam Deo facer adeps adoleret, partem sibi de hostia quam comederent præsumperint: quia crudam ab offerentibus carnẽ, quam sibi accuratius pararet, rapuerint: quia populum Domini transgredi fecerint: & quod maxime horrendum est, in contemptum creatoris, cuncta quæ diximus egerint. Sed nunc quod fraternitatem læderet additur: quia mulieres populi, quæ ad orandum cõfluebant, polluerint: & infra, quod omnium malorum summa est, annectitur, qui nec correpti a patre pœnituerint. Hæc enucleatius diximus, ut per singula lector quid caueas memineris. Verũ quod restat typica in parte completum: sacerdotum doctorumq; est, & uigilare in Domino, & ad uigilandũ ceteros excitare, dicentes: Euigilate iusti, & nolite peccare. Sed & doctores mali dormiunt, & hoc cum mulieribus quæ obseruant ad ostium tabernaculi, quando pellicentes animas instabiles, nec ipsi intrant, neq; eos qui uolunt, uitæ ostium intrare permittunt. Tale erat quondam peritura scelus phariseæ factionis: tale est & nunc in falsis professoribus Christianæ religionis.

Et dixit eis: Quare facitis res huiusmodi, quas ego audio res pessimas? & cetera. Corripuit delinquentes filios Heli, sed non audierunt. Et ipsa ueteris institutio sacerdotij, suos ministros iubet esse perfectos: sed scribæ, pharisæi, & principes sacerdotum improbi, paternam suæ legis ac sacerdotij uocem perituri cõtemnebant. Verũ iuxta literam non negligenter intuendum, quod corripuit quidem filios Heli: sed quia iuxta correptionem spernentes, uel debuerant, absicere superfedid, unã cum ipsis disperijt. Quid ergo nos miseri, quid nostri similes merent, qui gaudent ad uitia, qui emendare nõ audent, qui conscientiam sui metunt: & quod cunctus populus clamat, nescire se simulant.

Si peccauerit uir in uirum, placari ei potest Deus: si autem in Dominum peccauerit uir, quis orabit pro eo? Virumq; ad filios Heli referendum. Peccauit enim in uirum, cum sacerdos uxorem uiri alterius religionis gratia uenientem constuprauit: sed hoc digna pœnitudinẽ subsecuta dimittere poterat Deus. Non solum autem hoc factum est, sed & maiori miseria peccauit uir in Dominum, cum idem sacerdos fornicatione cõtaminatus, ad altaris sacrosancta mysteria nõ solum indignè tractanda, sed & indignus accessit. Et quidem terribilis cõtra huiusmodi præsumptores Heli sententia personat, sed multo terribilior ipsius iudicis sermo, qui dicit: Quicumque dixerit uerbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra spiritum sanctum, non remitte-

1. Cor. 15.

Matth. 12. Luce 12.

tur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro.

Puer autem Samuel proficiebat atq; crescebat, et placebat tam Deo quam hominibus. Senescere & deficere Heli, puer Samuel proficiebat atq; crescebat: quia reprobatio quidē sit præcedentis mandati propter infirmitatem eius, & inutilitatē. nihil enim ad perfectum adduxit lex: introductio uerò melioris sp̄ci, per quam proximamus ad Deum.

Veniens ad Heli propheta, quæ domui eius ob reatum contemptus sint euentura, depromit.

CAPVT VII.

Veniens autem uir Dei ad Heli, et ait ad eum: Hæc dicit Dominus: Nunquid nõ aperte reuelatus sum domui patris tui? & cætera, usq; ad id quod dictum est: Dimitte me obsecro ad unam partem sacerdotalem, ut comedam buccellam panis. Hæc lectio non figuris rerum, sed apertis prophetiæ dictis, totum illud uetus sacerdotiũ, quod de semine Aaron, nouo Christi sacerdotiũ, quod nunc in Ecclesia geritur, docet esse mutandum.

Nunquid nõ aperte reuelatus sum, inquit, domui patris tui, cum esset in Aegypto in domo Pharaonis? & cætera. Non hæc de proximo patre Heli, qui in illa Aegypto seruitute fieri non potuit, loquitur: sed de ipso Aaron, cuius domui reuelatus est in Aegypto, quamq; inde educam omnibus tribubus Israel sacerdotiũ iure prætulit.

Et dedi domui patris tui omnia de sacrificijs filiorũ Israel. Omnia de sacrificijs populi, quæcunq; sacerdotes accipere decebat, filijs Aaron patris tui, quia eos in sacerdotiũ elegi, præbui.

Et magis honorasti filios tuos quam me, ut comederis primitias omnis sacrificij filiorum Israel populi mei. Non contenti parte quam uobis cõcessi, etiam primitias quæ mihi debebant, accipere tentastis, quod & de tempore, & de portione sacrificiorum potest intelligi: quia antequam adeps in cenderet, optima quæq; sibi de uictimis comedenda præsumebant, sicut supra lectum est.

Propterea ait Dominus Deus Israel: Loquens loquutus sum, ut domus tua et domus patris tui ministrarent in conspectu meo usq; in sempiternum. Queritur qua ratione mutetur, quod promissum est perpetuo mansurum: sed recole sacerdotiũ Aaron umbram æterni fuisse sacerdotiũ, & promissionem æternitatis: intellige nõ ad umbram, sed ad umbratam pertinere ueritatem. Ne enim umbrã figuramq; putares sempiternam, ipsa quoque debuit eius mutatio pphetari. Quomodo & de regno Saulis intelligẽdum, quod dictum est, Quod si non fecisses, iam nũc præpararet Dominus regnum tuum super Israel in sempiternum. De quo oportunitus suo loco tractabitur.

Nunc autem dicit Dominus, Absit hoc a me: sed quicumq; glorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contempnit me, erunt ignobiles. Mutans tẽpora, non mutans consilia Dominus, & electos ex gẽtibus in sacerdotiũ sibi spiritale conquirat, & contempnentes se filios Aaron, omni prorsus officij sacerdotalis ordine priuat.

Ecce dies ueniunt, et præcidam brachium tuum, et brachium domus patris tui, ut non sit senex in domo tua. Præ-

stõ sunt hi dies, nullus iam de Aaron stirpe sacerdos eligitur: sed præcisa est gloriatio sacerdotiũ legalis, non in Heli solius, sed in totius successione Leuitici generis: ad eõ ut ne minoris quidem ordinis sacerdos, qui presbyteri Græcè, id est seniores appellantur, quisquam sibi quærendos arbirretur. Vnde manifestius Septuaginta interpretes transfulerunt, Et nõ erit tibi senior in domo mea, quia senescunt quidẽ corporis gr̄ate de illa tribu innumerati, sed in domo Domini presbyteri gradu non donati.

Et uidebis æmulum tuum in templo in uniuersis prosperis Israel. Videbunt posteri tui populum gentium, in fide quæ est, dilectum de templo utentem spiritaliter scripturis & promissionibus Israel.

Veruntamen non auferam penitus uirum ex te ab altario meo, sed ut deficiant oculi tui, et tabescat anima tua. Non est filijs Aaron, tamen si multũ grauitate in Domini nece peccantibus, pœnitentiæ locus interdictus: sed si qui uolunt ex eis, ueniant pœnitentes ad Ecclesiam, Christi altario participent, ceteris in suæ perfidiæ atq; inuidiæ cæcitate manentibus, in cuius exemplum piæ dispensationis, pereunte cum filijs Heli, non est penitus ablatum ex eo uir ab altario Domini. Nã & in diebus Saul, Abias nepos Phinees filij eius, sacerdotiũ sumctus scribitur.

Et pars magna domus tuæ morietur, cum ad uirilem ætatem ueniens mortua est, quando prodente Doeg Idumæo, octogintaquinque sacerdotes sunt pariter Saulis furore trucidati. Sed & hodie maxima domus eiusdem portio, cum ad intelligibiles annos uenerit, perfidiæ suæ mucrone uitæ præmia perdit.

Hoc autem erit tibi signum, quod uenturum est duobus filijs tuis Ophni et Phinees, in die una morientur ambo: et scitabo mihi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum et animam meam faciat. Hæc ad Heli & Samuelem pertinent, quia & huius filiorum mors, & illius non de genere Aarõ in sacerdotem electio, mortem nõ hominum, sed ipsius ueteris sacerdotiũ significat, nouiũq; substitutionem, in quo Christus est in Ecclesia sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Quod autẽ ait Dominus, Qui iuxta cor meum & animam meam faciat: nõ arbitreris animã habere Deum, cum sit conditor animæ: sed ita hoc de Deo tropicè, nõ proprie dicitur, sicut manus & pes, & alia corporis membra. Et ne secundum hoc credatur homo in carnis suæ effigie factus ad imaginẽ Dei, adduntur & alia, quas uir non habet homo, et dicat Deo: Sub umbra alarum tuarũ protege me, ut intelligant homines de illa ineffabili natura non p̄prijs, sed trãslatis rerũ uocabulis idã dici.

Et ædificabo ei domum fidelem, et ambulabit coram Christo meo cunctis diebus. Domus fidelis, quæ sacerdoti fidelis super petræ fundamentum a uiro sapiente constituitur, Ecclesia est: quæ ambulauit coram Christo cunctis diebus uite præsentis, neque unquam portæ inferi optimum eius retardare præualebunt in cessum. Et pulchre dicitur, Ambula-

Ambulabit cunctis diebus: quia cum transacto labentium dierum excursu uenerit, melior dies una in atrijs eius super millia, benedictionemq; dederit, qui legem dedit, non habet ista domus quid ultra proficiat, ambulans de uirtute in uirtute: quia uidebit Deum deorum in Syon, laudabitq; eum beata in domo eius, imò & ipsa domus in æternum. Neq; enim facile Samueli fidelis domus ædificata potest intelligi, cuius filij post auaritiã declinasse, neq; in uis illius ambulasse referuntur, nisi fortẽ domus eius plebs quam regebat, accipienda putetur, de qua scriptum est: Et requieuit omnis domus Israel post Dominum. Et ambulasse coram Christo Domini, uel ipso Domini coram Samuel, uel ipse Samuel, Saul siue David interpretetur.

Futurum est autem, ut quicumq; remanserit in domo tua, ueniat ut oreter pro eo, et offerat nummum argenteum, et torram panis. Et aliquanti quotidie non solum de sacerdotali, sed & de omni tribu Israel, & cunctæ simul in fine mundi reliquæ gentis ipsius, ut reconciliari Deo possint, ueniunt ad Ecclesiã: & reprobatu uictimaru carnibus, uerbũ consumans & breuias salutiferæ cõfessionis, & panẽ sacrificij spiritualis offerunt. Argentũ quippe uerbũ cõfessionis fidei, nummus autẽ breuitatẽ eiusdẽ cõfessionis, quæ in symbolo cõtinetur, exprimit. Quod autẽ iste uir Dei, qui officio suo propheta esse ostenditur, ait, Quicumq; remanserit in domo tua: hoc est quod Esaias ait, Reliquiæ saluæ sient. Et Apostolus Heliæ uerba cõmemorans, Sic ergo, inquit, & in hoc tempore reliquæ secundum electionem gratiæ saluæ factæ sunt.

Dicitq; Dimitte me obsecro ad unam partem sacerdotale. Ad ipsam plebem significat, Christo sacerdotẽ præclaram. Cui Petrus ait: Vos autem gẽnus electum, regale sacerdotium. Quod autem addit, Ut comedã buccellam panis: etiam ipsum sacrificij gẽnus elegãter expressit, de quo dicit sacerdos ipse: Panis quẽ ego dabo, caro mea est, pro mundi uita. Quia enim dixerat superius, dedisse cibos domui Aaron de uictimis ueteris Testamenti, quæ fuerant sacrificia Iudæorum: ideo hic dixit, Postulandum ad comedẽdum buccellam panis, quod est in nouo Testamẽto sacrificium Christianorum.

Caligantibus Heli oculis, Samuel dormit in templo Domini, et ad quartam Domini uocationem respondens, quæ sint Heli uentura cognoscat, atq; ipsi manẽ replicat, secundo etiam diuina reuelatione sublimatus.

CAPVT VIII.

Veniens autem Samuel ministrabat Domino coram Heli. Cetera, usq; ad id quod scriptum est, Quoniam reuelatus fuerat Dominus Samueli in Silo iuxta uerbum Domini. In hac lectio ne Dominus cærimoniã sacerdotiũ legalis, & priusquam eas ipse per suam passionem consummaret, pharisæoru traditionibus iam corruptas, ostendit omnibus modis esse mutandas, credente mox in eum & cõfidente Iudæa, quia Deus uisitauit plebem suam.

Puer autem Samuel, inquit, ministrabat Domino coram Heli: et sermo Domini erat preciosus, in diebus illis non erat

uisio manifesta. Puer qui natus est nobis in carnem cementibus Iudæoru sacerdotibus, per se per suos Euangelizantes discipulos Ecclesiæ primitiæ suæ dona ministrabat. Et sermo Domini erat eo tempore sui raritate preciosus: quia multis quidem multa, operarij autem erant pauci. Nec erat Pharisæus, Scriba, uel sacerdos, qui uisiones occultas, & dicta prophetarum manifesta populis expositione referaret.

Factum est in die quadam, Heli iacebat in loco suo, et oculi eius caligauerant, nec poterat uidere lucernam Domini, ante quam extingueretur. Lucernam Dei pro dignitate gradus Heli cognominat. Lucernam autem per significationem recte sacerdotiũ uetus accipimus, in nocte quidem sub umbra seruitutis populi per necessarium, sed aspirante die nouæ gratiæ remouẽdum. Quia enim lucerna nocte clausis tantum in domibus lucens, latius spargere radios sui fulgoris non sufficit: sol autem exortus ad eõ cuncta foris intusq; perlustrat, ut etiam ipsum lucernæ iubar minus utile, imò extinguibile reddat: non immeritò hæc legali scientiæ, quæ uni tantum Iudæa domui, quasi intus clausa fulgebat, ceteris extrã gentibus quasi cæci noctis horrore depressis, ille comparatur Euangelio: quod post illustratam Iudæam, etiam longas gentilitatis depelleret umbras. Quomodo autem lucernam sol oriens celaret, uel etiam extingueret, ostendit Apostolus, qui de litera & spiritu loquẽs ait: Nam nec glorificatum est quod claruit in hac parte, propter excellentem gloriam. Si enim quod euacuatur, per gloriam est, multo magis quod manet, in gloria est. Heli ergo iacebat in loco suo, & oculi eius caligauerant, nec uidere poterat lucernam Dei, antequam extingueretur sacerdotiũ ueteris, ac legis cui seruiebat dignitas: quæ uigilare, stare in fide, uiriliter agere, & confortari debuerat, tempore iam Domini cæ incarnationis, a prima sui status alacritate degenerans, quasi senio lassescente torpebat: nec dum quæ Christi sanguine cõsummata, maxima iam ex parte per deuterofes pharisæorum, ueri sensus erat luce priuata.

Samuel autem dormiebat in templo Domini, ubi erat arca Dei. Dominus inter prædicandum ministrandumq; spiritalia mortalibus, suspensum ab exterioribus oculum mentis in supernæ atq; intimæ lucis contemplatione defigebat. Templũ quippe a contemplando, ubi & diuina & cœlestia sacramenta, dictum perhibent: ubi est arca Dei, id est gloria summæ Trinitatis, diuini totius solacia secreti. Vnde loquitur in psalmo: Prouidebam Dominum coram me semper, quoniam a dextris est mihi, ne commouear.

Et uocauit Dominus Samuel, qui respondens ait: Ecce ego. Arduũ dicẽdi gẽnus, quomodo ex tempore uocet filium pater ad cognoscenda sui secreta iudicij: seq; ille adesse respondeat, qui ante tempus natus ex patre loquitur. Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Et: Omnia quæcunq; habet pater, mea sunt. Sed humano sæpe more scriptura de Deo, imò ipse de se in scripturis Deus

1. Reg. 13.

Psal. 16.

Mat. 9.

2. Cor. 3.

Psal. 15.

Matth. 11.

Ioan. 16.

Ioan. 15. Io qui cōsuevit, iuxta illud Euangelij: Neq; enim à me ipso loquor, sed sicut audio iudico: & omnia quæcunq; audiui à patre meo, nota feci uobis. Itemq; in Genesi dixit Deus: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Vocatus ergo Samuel à Domino, respondit: Ecce ego.

Et cucurrit ad Heli, & dixit: Ecce ego, uocasti enim me. Vocatus à patre Christus, qui in illo erat semper, ad contemplanda perpetuæ suæ miracula maiestatis, respondet se æterna præsentia apud patrem diuinitus esse mansurum: & inter hæc repente apparens humanitas in carne, loquitur Iudæorum magistris: En ipse, quem tanto tempore querebatis, & in carne uenire desiderabatis, qui precibus uotisq; fidelium crebro ad salutem mundi uocabar, adueni ego ipse, qui loquebar, ecce adsum.

Qui dixit: Non uocauit, reuertere, & dormi, & abiit, & dormiuit. Negant se Scribæ & Pharisei Christi quæsiisse aduentum: cuius natiuitate audita, non solum Herodes rex turbatus est, sed & omnis Hierosolyma cum illo. Reuertuntq; in templo dormire præcipiunt, quem à se discredendo repulsum, ad intuenda pueri patris arcana remittunt. Quem tamen iuuenem, hoc est post tricesimum ætatis annum, Dei filium per nonnullos de suo numero credentes intelligunt. Et hoc est Heli post tertium Samuelis ad se aduentum intellexisse, quia Dominus uocaret eum: post tertiam annorum eius decada Iudæos cognouisse, et credidisse, quia Iesus est Christus filius Dei.

Et adiecit Dominus uocare rursum Samuel, consurgensq; Samuel abiit ad Heli. Non pigeat nos iterare tractando, quæ nec Dominum loquendo, ne historicum piguit iterare scribendo. Vocat Deus pater Deum filium, non sicut homo hominem, pulsato uerbis aere de loco ad locum uocando: sed hunc inuisibili præsentia in se perpetuo manentem, etiam cum in terris hominem gestaret uisibilibus signis ostendendo. Et quia Samuel ibi, ipse Deus, uel nomen eius Deus interpretatur: possumus & hoc recte dicere, quia Dominus Samuel uocauerit, quando filium pater in carnatum, miraculis Deum uerum demonstrauit, & ille responderit, Ecce ego. Cui idem filius dixit: Ego in patre, & pater in me est.

Et dixit: Ecce ego, quia uocasti me. Notet diligens lector, non eundem semper allegoricæ interpretationis, quem ordinem esse ueritatis historicæ: sed modo pari, modo dispari, modo contrario ad inuicem statu conuersari. Pari quidem, ut Samuelis pueritia simplex, & torpens cæcitas Heli, Domini saluatoris humilitatem, & perfidam Iudæorum stultitiam signat. Dispari autem, ut dubia Samuelis uerba dicentis, Ecce ego, quia uocasti me: ueram certamq; Christi incarnationem præmonstrant. Contrario, ut inferius, peccatum Dauid in sermone Viriæ misericordem Christi gratiam, qua gentes est saluare dignatus, insinuat.

Porro Samuel necdum sciebat Dominum, neq; reuelatus ei

fuerat sermo Domini. Porro Saluator, cuius nomen Deus, nec dum agnitus est à carnalibus, omnia patris semper nosse secreta, neq; antequam baptizaretur, uidit, & testimoniu perhibuit Ioannes, apertos ei cælos, & uocē patris super eum facta fuisse de sursum. Sic ergo more sanctæ scripturæ infantilis beati Samuelis ignorantia occultata in carnis infantia, filij Dei sapientiam demonstrat. Neq; enim frustra dictum est, Quia in ipso sunt omnes thesauri sapientiæ absconditi, uidelicet in fidelibus, manifestari credentibus.

Et adiecit Dominus, & uocauit adhuc Samuel tertio. Tertio Dominus uocat Samuel, tertio consurgens ipse uenit ad Heli, & qui se uocauerit dicit. Tertio filium pater in carne uisibilem, signis Deum inuisibilem monstrauit: in infantia uidelicet, in pueritia, & in iuuentute. In infantia quippe, cum pastoribus & magis attestantibus per angelū stellamq; radiauit. In pueritia uero, cum annorum xij, factus, in templo sapientia diuina præditum monstraret: ubi ipse dixit inter cætera, Quia in his quæ patris mei sunt, oportet me esse. Porro in iuuentute, cum baptizatum pater ipse de cælis sua uoce signauit, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit. At in singulis his quibus Dei filius à Deo patre declaratur, ipse se filius hominibus hominem mortalem mortalibus offerens, adesse se, qui diu quæsitus, expectatus & desideratus fuerit, indicauit.

Intellexit igitur Heli, quia Dominus uocaret puerum, & ait ad Samuel: Vade, & dormi, &c. Tandem post multa à Domino facta & dicta magnalia, post Baptista Ioannis expleta præconia, intelligunt sacerdotes, scribæ, & pharisei, quia Iesus, qui in ueritate carnis puer natus est nobis, ipse in ueritate sempiternæ deitatis paternorum sit summis contemplator arcanorum: moxq; annuentes agnitæ fidei supernum illum, gaudia quibus nunquam abest, contuenda petere, & quæ hominibus humanitus narrare, debeat, à Deo patre diuinitus cupiunt audire, ac more amantissimæ faciendæ norunt, ipsi ut fiant admonent, quomodo nos sapius & ipsum Deum, & angelos quod facturos scimus, ad ostendam nostræ mentis deuotionem, ut citò & instanter faciant, quasi annuentes hortamur. Dicimus namque homines de terra: Exurge Deus, & iudica causam tuam. Excita potentiam tuam, & ueni. Benedicite Deum omnes angeli eius, & innumera huiusmodi.

Et dixit Dominus ad Samuel, Ecce ego facio uerbum in Israel, quod quicumque audierit, tinnient ambæ aures eius. Quæ propheta superius ad Heli de iudicanda domo eius, hoc est de abiicienda illius, & Samuelis substituendo sacerdotio prædixit, eadem ipse Samuel factus ad se Dei oraculo cognoscit, eademq; Heli renunciat: quia que prophetarum præconia definiendo ueteri, & introducendo nouo, hoc est Christi Ecclesia, sacerdotio præcinerant, eadē ipse Christus in carne conuersatus, à patre certius audita in occulto, qui mortalium non est

Coloss. 1.

Luce. 2.

Mar. 1.

Psal. 77.

Psal. 79.

Psal. 102.

est accessus, palam Iudæorum primatibus & aperta uoce reuelat.

Idcirco iurauit domui Heli, quod non expietur iniquitas domus eius uictimis & muneribus usq; in æternum. Domus Heli iuxta literam non uictimarum sanguine, quas filiorum eius iniquitas polluebat, expiari potuit, sed sanguine tamen est expiata martyrij, quando tot sacerdotes stirpis illius in ciuitate Nobe paternæ hospitalitatis gratia sunt insonextincti. Iuxta uero consequentiam allegoriæ, iniquitas domus Heli, imò totius domus Israel, nullo hostiarum uel munerum bonæ actionis genere ualuit ad integrum mundari, donec ueniret agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Solus etenim sanguis Iesu Christi filij eius mūdāt nos ab omni iniquitate.

Dormiuit autem Samuel usq; mane, aperuitq; ostia domus Domini. Manebat Dominus in secreta quiete cum patre, cū quo inuisibiliter omnia disporre & gubernare non cessat, expectans quando depulsa nocte uictorum, uirtutum hostia panderet, quando legis umbra decedente, ueritatis Euangelicæ lumina reserarentur, & statim ubi in corde cuiuspiā afflante sole iustitiæ, fidei conspiciebat iubar exortum, aperiens ampliora sui spiritus dona, perpetuæ domus in cælis sperandum promittebat ingressum. Quod non solum tunc in Iudæis, sed & in nobis usque hodie geritur: quicumq; enim gratiam Christi aut nōdum accepit, uel acceptam culparum meritis abiicit, huic in nocte cæcitatē posito Christus, qui semper in sanctis uigilat, dormit, cœlestisq; ei regni aditus occludit. At dum lucem sperandæ petendæq; ueniæ recipit, confestim excitatus tanquā dormiens Dominus, ostia uirtutum, quæ incumbente perfidiæ uespera clauserat, aperit. Cui sensui congruit, quamuis sub alio tropo pulcherrime concinit, quod ipse Dominus dum dormit, nauaræ periclitantur: dum euigilat, liberantur.

Creuit autem Samuel, & Dominus erat cum eo. Creuit Euangelij prædicatio, & Deus erat in Christo, mundum reconciliās sibi. Creuit opinio Iesu, & abiit in totā Syriā. Vnde Ioānes ait: Illū oportet crescere: & de ueteris legis quasi Heli decessu, continuo subiungens: Me autem, inquit, minui.

Et non cecidit ex omnibus uerbis eius in terram. Nil terrenum in uerbis Domini reperies: uel nullus eorum qui terrena sapiunt, eius spiritalia dicta comprehendit. Vel certè ita dicendum, quod Dominus in carne moratus, gentilibus, qui ad comparisonem Iudæorum quasi terra ad cœlum fuerunt, uerbum committere distulit: quos tamen postmodum per apostolos est ad fidem uocare dignatus.

Ei cognouit uniuersus Israel à Dan usque Bersabee, quod fidelis Samuel propheta esset Domini. Et cognouit catholica, id est uniuersalis Ecclesia, spiritalis uidelicet Israel, quæ à principijs abrenunciandi diabolo ad fontem usq; baptismi perueniendo congregata est, quod fidei prædicator esset Iesus Christus, qui uocatur nobiscū Deus. Dan quippe interpretatur iudiciū. Illud Ecclesiæ tempus

1. Reg. 22.

Ioan. 1.

Matth. 8.

Ioan. 3.

insinuat, de quo dictum est: Nunc iudiciū est mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Bersabee autem, quæ puteus iuramenti, siue puteus septimus, aut puteus satietatis interpretatur, plenam baptismi perceptionē designat: cum exorcizato, abrenunciato, & expulso de corde diabolo, fontē quiscq; regenerationis spiritus septiformis gratiæ consecrandus, & celestium donorum largitate satiandus intrauerit. Sed & ipse situs locorū non parū Ecclesiæ sacramentis alludit: quia uidelicet terminus Iudææ terræ Dan ad septentrionē, ad austrū extitit Bersabee: quarū mysticam plagarū distantiam bene cognouit, qui cum sponso canere nouit: Surge aquilo, & ueni auster, perfla hortū meū, & fluāt aromata illius. Est autē Dan uiculus à Paneæ in quarto miliario euntibus Tyrum, de quo & Iordanis fluuius erumpēs, à loco sortitus est nomē. Ior quippe fluitum siue rituum Hebræi uocant: quod et ipsum ad significandum baptizandi initium haud ignobiliter respicit. Porro Bersabee ciuitas siue uicus in tribu Iuda, uergēs ad austrū, ut diximus. Cognouit ergo uniuersus Israel, id est à catechumeno usq; ad fideles, ab his qui nuper durissimos à se hostis antiqui flatus excluferant, usq; ad eos qui lucidissimo iam sancti spiritus sunt calore perflati: quia Iesus est Christus filius Dei, & quia credentes habent uitam æternam in nomine eius. Potest in hac lectione persona beati Samuelis, ad ipsa quoq; mēbra Christi, puræ humilitatis merito sublimia referri, de quibus ipse dicit: Quicumque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cœlorum. Quibus in templo Domini dormientibus, id est ab exterioribus mundi curis in sola superna uoluntate specularanda, toto cordis lumine conuersis, quomodo multa quæ caligans senex & reprobatum Heli non uiderit, celestium iudiciorum secreta pandantur, docet ipse Dominus, qui loquitur in Euangelio: Confiteor tibi Domine pater cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus et prudentibus, et reuelasti ea paruulis. Ubi etiam in exemplum loci presentis humilitas coronanda penitentium, & superborum impietas damnanda præmittitur, ut per hæc manifeste quæ sapientibus seculi absconsa, quæ humilibus patefaciat arcana dixerit, ostenditur.

Cæso ac fugato Israel à Philistiim, & filijs quoq; Heli peremptis, arca Dei capitur: quo audito, ipse statim retrō cadens perit: perit & nurus eius, nato prius filio Iachabod, qui interpretatur inglorius.

Et uenit sermo Samuelis uniuerso Israeli, & cætera, usq; ad id quod ait nurus Heli: Translata est gloria Dei Israel, eo quod capta est arca Dei. In hac lectione deceptus sepe diu per exempla gentium Israel, tandē accepta ad tempus Euangelij fide, non multo post ipsam pariter & doctores ueritatis amissurus fuisse signatur, Translatoq; ad gentes

Ioan. 12.

Cant. 4.

Matth. 19.

Matth. 10.

CAPVT IX.

ET uenit sermo Samuelis uniuerso Israeli, & cætera, usq; ad id quod ait nurus Heli: Translata est gloria Dei Israel, eo quod capta est arca Dei. In hac lectione deceptus sepe diu per exempla gentium Israel, tandē accepta ad tempus Euangelij fide, non multo post ipsam pariter & doctores ueritatis amissurus fuisse signatur, Translatoq; ad gentes

gentes Dei Testamento, sacerdotij legalis simul cum coniuncta ei synagoga, perditio subsecuta monstratur.

Egressus est namq; Israel obviam Philistinum in praeliū.] Egressus est populus, id est post accepta legis notitiam, ad agēda palam bona opera quæ didicisti expugnandumq; quantum poterat, gentilitatis errorem, quo impiorum corda ebriata, perpetuam vergebat in mortē. Vnde bene Philistinum cadentes potione dicuntur. Quo tamen in certamine Israel non tam exteras gentes a scelerum pollutione reuocare, quam seipsum curabat, ne illarum exemplo periret, obseruare.

Et castrametatus est iuxta lapidem adiutorij.] Et omnem spiritualis sui belli fiduciam in eius constituit auxilio: de quo dicebat, Dum anxiet cor meum, in petra exaltasti me. Et alibi, Dominus petra mea, & robur meum.

Porro Philistinum uenerunt in Aphec, & instruxerunt acie contra Israel.] Proficiēte in Deo uero Israel, falsorum multorumq; cultores deorū cōtinuō furor nouus inuidēdi, eumq; deprauādi corripuit: & hoc est Philisteos acie in Aphec, id est, in furore nouo cōtra Israel instruere, finitimas quasq; gentes ab immundis edoctas spiritibus, ad scandalizandum Dei populū, peruersa religionis uel actionis exēpla pramonstrare, quod a tempore legis accepta, usque dum gratia Christi fecit utraq; unum, nunquam agere destiterunt.

Inito autem certamine terga uertit Israel Philisteis, & caesa sunt in illo certamine passim per agros quasi quatuor millia uirorum, & reuersus est populus ad castra.] Orto inter Israel et gentiliū populos rerum uerborumq; de uera religione cōsiliū, & hoc pro unius & ueri Dei cultu, illis pro idolorū defensione certantibus, defecit fide Israel, & procliuius ipse ad errorem gentiū, quam gentes ad sequendā fidem eius potuere conuerti. Cuius tamen portio non minima, ceteris licet peccantibus, ad defensandā uirtutū spiritaliū perstabat castra redire. Neque hæc ita allegoricē super antiqui Dei populū statu interpreta putes, ut nō etiam tibi tropologicē cōueniant. Nam & ipse quoties expeditione spiritali spiritus immundos expugnare niteris, non tua uidelicet uirtute fretus, in lapide confisus illo, qui de monte præcisus est sine manibus, solus diaboli regna prosternere nouit: mox idem ueritatis inimici nouarū tibi atrium furorem, per singula bonæ operationis cœpta opponunt. Caue autē ne terga mentis ferientibus peccando uertas hostibus: sed potius iuxta quod admonet apostolus Iacobus: Resiste diabolo, et fugiet a te. Verūm quia scriptum est, Varius uentus est belli, & nunc hunc, nunc illum consumit gladius, si forte ad tempus cessisse, & hostem uicisse cōtigerit, si etiā agros bonæ tuæ cōuersationis fructiferos populasse, & prudentiam, fortitudinem, iustitiam ac temperantiam, quasi præcellentissimas quatuor duces cuncta uirtutum turma subsequitur, se strauisse iactauerit: nec si tamē ipse castra optimi propoliti, quæ iuxta firmā petram metatus es, deserere, sed ma-

Psal. 60. 2. Reg. 21.

Dan. 2.

Iac. 4. 2. Reg. 11.

gis humilitatis & pœnitentiæ remedio perditos, uirtutum cuneos debes noua redintegrare militia. iuxta eum qui dixit: Si spiritus potestati habentes ascēderint super te, locū tuum ne dimiseris: quia curatio cessare faciet peccata maxima. Instante igitur ab aduersarijs periculo certaminis, arcam feruentissimæ fidei auxiliatricē offer. Sed si & illam forte nequissimi ad horam uel hæresim permiscēdo, uel alio quolibet genere fraudis attaminando subtraxerint, nec tibi supernæ pietatis auxiliū deficiet: quæ ideo plerunq; suos ad horā cadere permittit, ut cognita propria infirmitate, cautiōres postmodū in uirtutibus, ac perfectiores ad præmia seruet. Deniq; arca post modicum lata domū regreditur, tutēq; urbis in arce bis denis permanet annis: quia per pœnitentiā sape recepta uirtus, animum ardētius q̄ ante turbine tentationis poterat, adimplet, eūq; usq; ad cōsummatū perfectæ legis diuinæ Decalogum, ac percipiēdum perpetuō cœlestis denarij gaudium comitatur. Verūm his morali expositione præoccupatis, redeamus ad ordinem lectionis, & in antiquissimō literæ nemore noua spiritalis allegoriæ poma quæramus.

Dixeruntq; maiores natu de Israel, Quare percussit nos Dominus hodie coram Philistinum? Afferamus ad nos de Silo arcam fœderis Domini, & ueniat in medio nostri, ut saluet nos de manu inimicorum nostrorum.] Consuluerūt sibi pro adipiscēda salutis uia doctiores quique tum temporis in populo Israel, quærendo uidelicet quare legem accipientes, legemq; facere uolentes, eum perficere uel implere nequiterint, quare sint percussi a Domino corā Philistinum, id est quare permittente Domino, neq; eos sua gratia iuuante, concupierint, legentes & diligentes legem, quæ dicit: Non concupisces. Inueneruntq; tandem utile cōsiliū, ut quærentes Christi gratiam, quæ in legis scriptura patrib. est sape promissa futura: gratiā quippe Christi in lege signatam reperire, per quem eam cupere liberari, hoc est arcam Testamenti in Silo intra uelum tabernaculi positam reminisci, & ad promerendā salutis auxiliū a populo deferri. Diximus supra, qua ratione Silo legis typum teneat.

Misit ergo populus in Silo, & tulerunt inde arcam fœderis Domini exercituum sedentis super Cherubim.] Misit populus in futuram fidei suæ deuotionem: & gratiam Dei super omnia excellentis, quam legis occasione didicerant, sibi adiutricem assumebant. Et notandum, quod tempore toto quærendi & adferendi ad se arcam, quieta Israel castra mansere: perueniente autem illa, sunt ab hoste turbata: quia populus idem Dominicæ incarnationis fidem, quam uenturam inhiante quærebat, uenientem iam respicere, & in quibusdam suis membris etiam persequi & odisse non dubitabat.

Erantq; duo filij Heli cum arca fœderis Domini, Ophni & Phinees.] Et nomine & meritō filij Heli designat, quod populum Christo in carne nō credere, etiam sacerdotū illius temporis nō parum culpa adiuuit, Ophni quippe, discalcatus, sicut & supra

Ecel. 10.

Exod. 7. Deut. 7.

supra dictum est. Phinees, os mutum interpreta tur. Quorum prior dissolutionem actū, posterior etiam docendi inertia signat: cum etiā perfecti quicq; sacerdotes, & incellū boni operis ornati, & prædicationis esse debeant uoce liberi.

Cumq; uenisset arca fœderis Domini in castra, uociferatus est omnis Israel clamore grandi, & personuit terra.] Nato in carne Domino turbatus est omnis Israel, et prædicante alij ad credendum, alij ad contradicendum mouebantur: & terrena prius conscientia cœli laudes insonuit.

Et audierunt Philistinum uocem clamoris.] Et ad gentiliū usq; cognitionem fama Dominicæ prædicationis dixit.

Timueruntq; Philistinum dicentes, Venit Deus in castra. Et ingenuerunt dicentes, Væ nobis.] Timuerūt pagani, cognoscentes ueri Dei aduentum in mundo, ad munienda suorum spiritalia castra fidelium: & multorum falsorumq; numinum cultores, simul & culturas ingenuerūt esse perdendas, scēq; inuicem perfidii ad debellandam fidei ac ueritatis aciem confortarunt.

Non enim fuit tāta exultatio heri et nudius tertius.] Neque in lege, neq; ante legem tam prompta fuere corda credentium ad cuncta pro cœlestis regni desiderio, uel patiēda quæ terris horrent, uel spernenda quæ libent.

Pugnauerunt ergo Philistinum, & cæsus est Israel, & fugit unusquisq; in tabernaculum suum.] Pugnauerunt aduersarij ueritatis, siue homines, seu rectores eorum, spiritus immundi, contra credentes in Christū: a quibus uel aperte sauentibus, uel occulte suadentibus, uel exempla prauitatis ingerentibus, alij uel negatione, uel martyrio cæli, alij ad deserenda instantius suæ firmæ fidei sunt tabernacula repulsi.

Et facta est plagamagna nimis, & ceciderunt de Israel triginta millia peditū.] Plures ueniente arca quam antea ceciderunt: Quia si non uenisset, inquit, & locutus eis fuisset, peccatū non haberent: nunc autem excusationē non habent de peccato suo. Possumus autem iuxta mysticam numeri interpretationem dicere: quia quatuor millia uirorū ante aduentum arcæ perdidit Israel, in eis qui ante incarnationis Dominicæ tempus minus perfecte credendo, sperando, amādo, & operando legis iussa spernebant: allata autē arca, triginta millia peditū maiori plaga perierint, qui sanctæ Trinitatis mysteriū ex Euangelio, cum promissione denarij cœlestis accipere renuebant.

Et arca Dei capta est, duoq; filij Heli mortui sunt, Ophni & Phinees.] Et regnum ablatum est a Iudæis, datumq; est genti facienti fructus eius. Ordo quoque sacerdotij, qui se non recte gesserat, Domino iudicante translatus est.

Currens autem uir de Benjamin ex acie, deuenit in Silo in die illo, scissa ueste, & conspersus puluere caput.] Currens, & citam salutis suæ curam gerens populus, qui pereuntibus ob perfidiam Iudæis remansit, audiens ab apostolis, Saluamini a generatione ista praua: uenit ad erudiendos eos qui euacuati a Christo, adhuc in lege gloriabantur, & quasi ta-

Actum 2.

bernaculum Domini in Silo absq; testamenti arca seruabant: utq; facilius audientes ad pœnitentiam prouocaret, scisso prorsus omni uetusto habitu, & tota suæ prisca fiducia fortitudinis pro nihilo despecta, luctuosus apparuit. Qui bene de Beniamin, id est filio dexteræ, genus duxisse perhibetur: quia nimirum Ecclesia, ad comparationē synagogæ, quia superna Hierusalē, uidelicet mater nōstra, ad collationē præsentis, quasi dextera ad laeuā præminet. Vir igitur iste Beniamineus, uel populū Ecclesię primitiue, uel ad aliq; illius ætati doctorē, filiū scilicet dexterę fidei: uel certē apostolū Paulū, qui & Beniamin de tribu descēdit: qui nouissimus apostolorū cum sit, plus omnibus in prædicādo laborauit, insinuat.

Cumq; ille uenisset, Heli sedebat super sellam contra uiam spectans: erat enim cor eius pauēs pro arca Domini.] Cum doctor noui Testamenti scisso literæ indumento apparisset in Iudæa, sacerdotium uetus adhuc, quāuis lumine amisso, sedebat super cathedrā Moysi: sed cōtra Christū, qui est uia, ueritas, & uita. Timebat enim, quod euenit, ne forte se reprobato, Christi ad gentes gratia transiret.

Vir autem ille, postquam ingressus est, nunciauit urbi, & ululauit omnis ciuitas.] Euāgelizauit doctor, & pœnituit auditor. Audito quippe scelere, quod in Saluatoris nece cōmiserant, cōpuncti sunt corde Iudæi, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos apostolos: Quid faciemus uiri fratres?

Et audiuit Heli sonitum clamoris, dixitq;: Quis est hic sonitus tumultus huius? At ille festinauit, & uenit, & annunciauit Heli.] Et ad ipsas usq; principum sacerdotum aures, pœnitentis ad exhortationem apostolorum populi fama peruenit, nec libenter accepta est. Denique loquentibus illis ad populum, superuenerunt sacerdotes, & magistratus templi, & Saducæi, dolentes quod docerent populum, & annuntiarent in Iesureurrectionem ex mortuis. Nec distulerunt apostoli, quin & ipsis euāgelizarent.

Heli autem erat nonaginta octo annorum, & oculi eius cæligauerant, & uidere non poterat.] Sacerdotium legale tunc temporis duo de perfectione, quæ ad uitam duceret, minus habuerat, fidem scilicet et opera. Ideoq; oculi, id est præcones illius caligauerant sensu, & Christum in lege uidere non poterant. Velamen namq; erat super cor eorum, quod in Christo euacuatur.

Et arca, inquit, Dei capta est. Cumq; ille nominasset arcā Dei, cecidit de sella retrorsum iuxta ostium, & fractis ceruicibus mortuus est.] Et crescente longē lateq; apostolorum præconio, ac fide populorum pœnitentium, gratia Dei Iudæis erepta est, sacerdotiumque illud legalium diu iudiciorum solio gloriosum: quia retrorsum cadere, id est post se reuerti, & peccata quæ olim reliquit, repetere non timuit: fracto superbis singularis ceruice perijt. & hoc iuxta ostium illud, uidelicet quod ait: Per me si quis introierit, saluabitur. Cui figurarum mysterio iuxta sedebat, sed ipsum perfidiæ meritō non intrabat.

Senex erat uir, & grandæuus, & ipse iudicauit Israel quædraginta

1. Cor. 15.

Act. 2.

1047. 10.

draginta annis. Inueteratū erat id temporis sacerdotium illud, quondam opima uirtute glorificum, & ipsum per sacerdotum principes, seniores populi, scribas & pharisæos, qui etiam legis doctores uocati sunt, opportuno tempore plebi Israel diuinæ legis, quæ Decalogo completitur, iudicia ostendebat. Sed & iuxta legis tropologiam quisq; nostrum arcam Testamenti, et in tabernaculo custodire interius, & cum tempus exierit, contra Philistinū pugnaturus, secum debet offerre: hoc est, ipsam fidem & conscientiam firmam semper, castamq; cohibere: & cum res poposcerit, contra immundos, uel homines, uel dæmones, belli spiritalis adiutricē deferre, quæ habeat duos sacerdotes custodes, gemine uidelicet dilectionis sollicitos sensus. Neque enim quilibet fidem, sed eam quæ per dilectionē operatur, Apostolus laude dignā ducit. Et si nobis forte pugnantibus, immundi spiritus aut heretici fidei arcam eripuerint, ac sacerdotales piosq; sensus necauerint, necesse est mox uir Beniamineus, luctuoso insignis habiturid est animus spe supernæ pietatis erectus, supplex & poenitens adueniat, nostrisq; nobis reatus ad mentem errata reducat, & totam nostri rectoris urbem ad luctum lachrymasq; prouocet, donec Deo miserante redeat arca, quæ capta est, meliorq; in loco perditorum sacerdos, id est castigatior post poenitentię sudores, nobis sensus cautioreq; donetur. Nec tempus septem mensium, quo arcam tenuerit Philistinū, à significanda poenitentia forma discrepat. Nam & spiritus sancti gratia, quæ septiformis traditur, poenitentiam admissorum gerendam, ac ueniam constat esse nanciscendā: & eandē ueniam septem modis impetrandam, patrum sententia declarat. Denique expositores Pfalterij, septem poenitentia psalmos tradunt, quibus ad obtinendam remissionem peccatorum, supernè sit pietas imploranda. Verum sunt qui memoriam, agnitionē doloremq; culparum non ad remedium flagitandū, sed instar ludæ ad priorum scelerum augmentum conuertunt. Qui quoniam inueterati inter omnes inimicos suos, turbato præ ira Dei mentis oculo, lumen quoq; fidei perdidere, sedem repente iudiciariæ discretionis retrò redituri, & mox perituri relinquunt: & quamuis aliquandiu discretē uixisse, & bene seipfos iuxta legis & Euangelij præcepta gessisse uisi sunt, (hoc est enim quadraginta annis Israel iudicare) ingruente tamen articulo tentationis, misera morte succumbunt.

Nurus autem eius, uxor Phinees prægnans erat, uicinaq; partu, & audio belli euentu contrario, incurruauit se, et peperit. & cætera.] Synagoga filij sacerdotij legalis commissa ad regendum, semen quidem uerbi à doctorib. acceperat, & uicina erat quæ Domino prædicante fructum fidei, quem diu quærebatur, progigneret. Verum ipsa quoque post ruina magistorum incurruauit se à rectitudine uendi, & populi quidem turbam nō minimam: sed ipsa, quia uitæ autorem occidit, morte multanda peperit.

Gal. 5.

Et uocauit puerū Ichabod, dicens: Translata est gloria de Israel, quia capta est arca Dei.] Ichabod interpretatur uæ gloria: uel, Decidit gloria: quod aptissime nomē huius tēporis ludæis cōgruere, nemo ferre est qui ambiget. Translata est autem gloria si dei de Israel ad gentes, de synagoga ad Ecclesiā: sed in fine mundi reuertetur ad Israel. De translata ad nos gaudeamus: de transferēda à nobis, patriam quæ in plastro nouæ conuersionis reducenda timeamus.

Tollentibus in templum Dagon arcam Dei Philisteis, primò ipse Dagon, deinde etiam populus ac terra digna ultione plagatur, manetq; apud eos arca mensibus septē.

CAPVT X.

Philistinū autem tulerunt arcam Dei, & cætera, usq; ad id quod scriptum est, Fuit ergo arca Domini in regione Philistinorū septem mensibus.] Hæc lectio mysticè suscipiente fidei testamentum præputio, si mulachra primò humilianda, nec mora funditus euertenda: eos quoque, qui post agnitam fidem retrò conuertuntur, digna ultione plectendos insinuat.

Philistinū autem tulerunt arcam Dei, & asportauerunt eam à lapide adiuuorij in Azotum.] Gentes susceperunt uerbū Euangelij à ludæa, ubi Dominus corporaliter natus, conuersatus & passus, loca dispensationis suæ mysterijs usq; hodie sacra reliquit. Et asportauerunt illud fama felici in exteras usque mundi prouincias, quæ hæcenus uitiorum flamma feruentes, carnis soluebatur illecebris. Vnde bene Azotus, quæ Hebraicè Erdod uocatur, iuxta pristinum nomen, dissolutionē uel effusionem, siue incendium significat.

Et intulerunt eam in templum Dagon.] Et intulerunt fidem in mundum, qui in maligno positus erat: & de quo Dominus ait, Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quæ possidet: si autem fortior illo superueniens, uicerit eum, uniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. Fortis erat Dagon, quando stulta gentilitatis arma suo custodiebat in atrio. Fortior est arca fidei, quæ huic uictricis spolia impietatis eripuit, & hæc pietatis arma & spolia fecit.

Et statuerunt eam iuxta Dagon.] Et crexerunt ecclesias Christi in gentibus, manēte adhuc nonnullis in locis idolorū cultura. Dagon quippe, qui interpretatur piscis tristitia, non solum persona, sed & nomine significat eum, qui author nobis miseriarum ab initio existens, rex uniuersorum quæ in aquis sunt, à Propheta uocatur. De quo Dominus beato Iob sub Leuiathan specie plurima narrat. Et quem Tobias, qui interpretatur bonus Dei, se inuadentem angeli ducis horratu undis abstrahit, exenterat, astat, comedit, sedit, & secum ad medicamina, simul et uiaticū portat. Id est, Dominus saluator, suæ carnis escā appetentem diaboli diuinā potentia superat, in si diarium latebris eripit: & abscessa ab eo membra iniquitatis, sapientia sale condita, ac sancti spiritus igne decocta, in corporis sui, quod est Ecclesia, membra traicit, perq; alios alijs salutis auxilia

1. Ioh. 1. Lucæ 11.

Iob 40.

lia præstat. Dum enim per eos quos diabolo ereptos saluat Dominus, & gentilitatem ab idololatriæ deceptione saluabit: & ludæos, de quibus carnē suscepit, ab errore suæ perfidiæ in mundi est sine saluatorus: patet, pfecto, quid significet Tobias, cū per interanea cōfissi piscis, & cōiugē à dæmonio, & à cæcitate liberat parētem.

Cumq; surrexissent diluculo Azoti altera die, ecce Dagon iacebat pronus in terra ante arcam Domini, & tulerunt Dagon, & restituerunt eum in loco suo.] Clarescentibus per fidei præcones miraculorum signis, decidit idololatriæ cultus, in eis qui ad Christum potuerunt conuerti: sed proditus licet & detectus, qui uanitas est, recuperatus est in eis, qui contra ueritatem arma mouere perfidia.

Rursusq; mane die alio consurgentes, inuenerunt Dagon iacentem super faciem suam in terra coram arca Domini.] Crescente paulatim signorum coelestium lumine, idololatriæ confusa facie corā fidelibus Christi, terrenum per omnia caducumq; quicquid eatenus egere uel credere confessi sunt.

Caput autem Dagon & duæ palmæ manuum eius abscissa erant super limen.] Caput omnis peccati, superbia diaboli, & opus idololatriæ: quod quasi duabus palmis, impietatis professione, laudū & uitium arum carimonij agebatur, à cognato corpore, id est à coherentibus sibi turbis seductorum abscissum iam, iamq; foras mittēdum, Christi augescente triumpho parebat: qui quasi caput & manus Dagō trunci in limine iacere monstrabat, cum ait, Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eicietur foras.

Ioh. 12.

Porro Dagon truncus solus remanserat in loco suo.] Porro populus idololatriæ abiecta & eliminata professione, atq; operatione dæmoniaca, inter eos qui in fide processerant, quasi iuxta arcam Dei humilis submissusq; remanere, quam cum diabolo foras mitti, id est ab Ecclesia membris anathematizari malebat. Nec ultra status Dagon sicut antea restauratus asseritur, quia post multa licet Ecclesiæ certamina cessatum, tamen à falso rum defensione deorum, & uni Deo uero est data uictoria Christo.

Propter hanc causam non calcant sacerdotes Dagon, & omnes qui ingrediuntur templum eius, super limen Dagon in Azoto, usque in hodiernū diem.] Propter causam, qua diabolus eiciendus foras, et in fine damnandus est, omnes qui eū peruersa uel docendo, uel operando sequuntur, ipso instigante, tempus eiusdem electionis & damnationis illius cōsiderare & cauere detreçant. Quin antequam sui cultores ab iniquitate respiscāt, eorū sollicitus sensum quasi incessum mentis à præuidenda futura, uel sua, uel ipsorū perditione suspendit. Et hoc usq; in hodiernū diem, id est usq; dum eorū quisq; lucem ueritatis agnouerit, quæ perpetuo præsentem qui sequitur, nō ambulabit in tenebris. Nec timet calcare super limen Dagō in Azoto: quia prauorū, qui terrenis ardent desiderijs, simul & capitis eorū diaboli pœnam mente sedula conuertetur & horret, in super & limen suum conuersus ad meliora, paschali agni sanguine asperge-

re, id est introitū & exitū suum Dominica passionis mysterio munire satagit. Dagō ergo truncati caput & pedes in limine, suos ab eiusdē liminis tactu deterrent. Agni uero immaculati sanguis in limine suos se semper recolētes, tutos ab hoste redder: quia diabolus eis quos decipit, cōsiderandum finem, qui ad impia tartara ducat, et ipsorum subtrahit & suum. Dominus autem quos redemit suæ passionis & resurrectionis exemplo, uitā semper docet sperare post mortē.

Aggravata autem est manus Domini super Azotios, & demolitus est eos, & percussit in secretiori parte natum Azotum & fines eius.] Qui suscepta Dei arca super Dagon interitu dolent, ruinaq; eius erigūt, in posterioribus feriuntur, eorumq; à muribus terra demolit: quia qui fidei agnitione uel etiā mysticis imbuti, aut idola sterni, aut uitia sibi nō tolerant interdici: quia retrò respiciunt, immunditiā uitæ ueteris nō relinquūt: & posteriora, quæ cū

Philip. 3.

Apostolo obliuisci & arbitrari debuerāt, ut sterora, repetūt. Ex his nimirū quæ eligūt, puniuntur: ipsaq; sit miseris causa pœnæ, quæ deleta ratio erat culpe. Sed & si quid boni germinare uidentur, qui oculos mentis retrò tenent: et radix cogitationis ab immundis spiritibus, & operationis fructus eruditur. Percussit autē Dominus non solum Azotū, ubi erat Dagō, sed et omnes fines Azoti: quia nō tantum capitaliū incendia criminū, in quib. apertū opus diaboli claret, sed & parua quæq; & quæ hominibus extrema uel leuia forte peccata uident, districti iudicis sententia reprobans damnat. Denique omne uerbum ociosum, quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die iudicij.

Math. 12.

Videntes autem uiri Azotij huiusmodi plagam, dixerunt: Non maneat arca Dei Israel apud nos, quoniam dura est manus eius super Dagon deum nostrum.] Videntes idololatriæ dilectores potentia Christi cōtra deos suos, nō sūt fidē eius recipere: ne ppter hanc solam cogant omnē deorū suorū turbā abdicare. Vidētes falsi Christiani propter fidē Christi interdita sibi peccata quæ amant, ipsam fidei religionē quantū ualent detestant: ne huius occasione desideria, quib. pro Deo seruiunt, tubeantur extinguere. Azoti per omnia, id est effusio nis, dissolutionis, & incendiorū nomine digni sunt, qui scripturæ sacre præcepta ideo scire nolunt, ne cognita debeāt agere quæ didicerint: & ppter Domini sententiā, qua nescientes uoluntate suā minus uapulatos dicit, nolunt scire quæ faciāt, nō intelligētes multū distare inter nescire simpliciter, & noluisse scire quæ scēda didiceris. Et hi ergo durū suis uoluntatibus sentientes, arcam à se scientiæ coelestis impudici repellunt.

Responderuntq; Gebei, Circundatur arca Dei Israel: & circumdixerunt arcam Dei Israel.] Et hæc arcæ circumductio, temporis præsentis aui congruit, ubi quisq; lentorum ab alio magis dura uerborum Domini, quam à se desiderat impleri. Sed & barbaræ nationes, quod graue satis est, si quæ Christi fidē nuper exceperint, mox desiderijs mollibus enervatæ, alijs hanc magis dandam quam

L apud

apud se diutius æstimant exercendam.

Illis autē circumducentibus eam, fiebat manus Domini per singulas ciuitates interfectionis magnæ nimis. Qui fidem transitorie nec fixa intentione percipiunt, non solum nihil commodi credendo merentur, sed & pœnã de precio salutis miserè mercantur æternã.

Et cõputrescebant prominentes extales eorum. Et meditatio cordis eorum interior ad posteriora cæca & immunda uitæ præsentis relapsa, foetido cunctis fimo, & cruore uitiorum plena foras apparebat: cui generi percussiois hæreticorũ uersaniã comparari, & ipsa Arii morte docetur: qui suis per posteriora uisceribus, cõctis finem hæretica docendi, & hæreticis digna supplicia subeundi principium miserè inuenit.

Miserunt itaq; & congregauerunt omnes satrapas Philistinorum, qui dixerunt: Dimittite arcam Dei Israel, & reuertatur in locum suum, & non interficiat nos cum populo nostro. Multi hæc hodie credentium de gentibus factis, etsi non uerbis, dicunt: Dimittite fidem, & reuertatur ad filios Israel, ut tandem nobis excisis, illi secundum naturam inserantur suæ oliuæ. Satius est enim ignorantes perire, quàm cum cæteris peccatis pro fidei etiã, quã seruare nequimus, præuaricatione damnari.

Et ascendebat ululatus uniuscuiusque ciuitatis in cœlum. Et murmur atq; impatientia clamorq; Sodomicus falso fidelium insignis quibusque locis, uel personis, uel certè sensibus corporis, qui ad numerũ ciuitatũ Philistinũ quinque sunt, districtum iudicem latere nunquã ualet, qui tremenda sententia tempus huiusmodi prænunciã: Verumtamen, inquit, filius hominis ueniens, putas inueniet fidem in terris?

Fuit ergo arca Domini in regione Philistinorũ septem mensibus. Septem uniuersitatem rei cuiusque, siue temporis, aut numeri, seu certè plenitudinẽ gratiæ spiritalis exprimere solent. Mensis autẽ qui cremento ac decremento lunaris luminis uariatur, statum Ecclesiæ inter prospera & aduersa laborantis, sed nunquam a sole iustitiæ deficientis, insinuat. Fuit ergo, & futura est arca Domini cõgruè fidei in gẽtibus uniuerso tempore seculi, quo gratia spiritus sancti septiformis Ecclesiam implere, & ad lucendũ infirmis quasi subiectis sibi terris illustrare dignabitur. Sed & iuxta literam, præsens lectio, quæ Philistæos arcẽ Domini uiciniã percussos narrat, docet ne immũdus quilibet sanctis appropriare præsumat: sed quicumq; uel Dominicum corpus accipere, uel sacratissima eius dicta tractare uoluerit, probet se ipsum, & sic de pane illo edat, & de calice bibat, castigetq; corpus suum, & seruituti subijciat, ne forte alijs prædicans, ipse reprobus efficiatur.

Docti a sacerdotibus ac diuinis Philistinũ, arcam Dei merita cum ueneratione remittunt, quam Bethsamitæ primi recipientes, uictimas Domino offerunt.

CAPVT XI

Et uocauerũt Philistinũ sacerdotes et diuinis, dicentes, Quid faciemus de arca Dei? Indicate nobis quomodo remittemus eam in locum suum. et cetera, usq; ad id quod ait, Et requieuit omnis domus Israel post Dominum. Hæc

Lucæ 13

1. Cor. 12

1. Cor. 9

lectio typicè docet fidem Euangelij, quæ nunc in gentibus celebratur, ad saluandas in fine mundi reliquias Israel esse reuersuram. Philistinũ plagis eruditũ, interrogant sapientes quid faciant de arca Dei, quomodo remittant eã in locũ suũ.

At illi, Si remittitis, inquit, in locum suum arcam Dei Israel, nolite dimittere eam uacua: sed quod debetis, reddite ei pro peccato, & tunc curabimini. Et nos uidentes trindictam impiorum, manusq; nostras lauantes in sanguine peccatorũ, si gratiæ cœlestis arcã in locum suum, id est in proximorũ corda, quæ hanc aliquãdo habentes, errando perdidimus, remittere pœnitentiã suadendo disponimus: curandum summopere est, ne hoc uacui uirtutibus agere quæramus, sed iuxta eum qui dixit, Et gratia eius in me uacua nõ fuit: primò ipsi recta agere, & sic alios instruere festinemus. Hoc etenim modo plagas eorũ qui accepto sciẽtiæ dono nil pro peccatis quæ cõmiserunt, largitori gratiæ rependere norũt, effugere poterimus. Sed & uniuersaliter Ecclesiæ prouidendum, ne uacua in fine seculi gratia fidei, id est fructum uirtutum in gentibus ultra non inueniens, ad Israel saluandum remittatur: sed quomodo uenit, redeat, quæ per magnos doctores nobis data est, per magnos reddatur & illi.

Iuxta numerum prouinciarum Philistinũ quinque anos facietis aureos, & quinque mures aureos: quia plaga una fuit omnibus uobis & satrapis uestris. Iuxta numerum quinque sensuum corporis, quos retrò respiciendo contaminaastis, quorũ fructus omnes fidem male tractando perdidistis, iam modò per cuncta quæ uidendo, audiendo, gustando, olfaciando, uel tangendo geritis, clarissima patientiæ, compunctionis, humiliatæ, cæterarumq; uirtutum Christo debita soluite.

Et dabitis Deo Israel gloriam, si forte releuet manum suam a uobis, & a dijs uestris, & a terra uestra. Et confitemini, quia Deus solus uerax, omnis autẽ homo mendax: si forte auertat faciem suam a peccatis uestris, et omnes iniquitates uestras deleat, uumq; uobis onus leuissimum pius miserator imponat.

Nunc ergo arripite & facite plaustrum nouum unum, & duas uaccas scetas, quibus non est impositum iugum, iungite in plaustro, & recludite uitulos earum domi. Nunc, inquit, festinate, & uel uestris, uel fraternis in cordibus, exuentes ueterem hominẽ cum actibus eius, induite nouum, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate, & ueritate: & hoc in unitate catholice pacis, in qua tantum ad saluandum prodest quicquid boni agere potest, nobilesq; gemina, id est Dei & proximi dilectione doctores, a peccati iugo liberos, spirituum fidelium filiorum prole gaudentes, siue prædicandæ fidei, seu portandæ fraternæ necessitatibus oneri subijcite. Paruulos autem quoq; & lactantes adhuc in Christo, donec in uirum perfectum proficiant, intra status sui modulum educandas cohibete.

Tolleisq; arcam Domini, & ponetis in plaustro, & uasa aurea quæ exoluitis ei pro delicto, ponetis in capsella ad latus eius, & dimitte eam ut uadat, & aspicietis. Secretiora quæq;

1. Cor. 13

Psal. 137

Ephes. 4

cœlestium arcanorũ, imbutis nouo Christi mandato cordibus imponite, necnon & uestræ correctionis exemplo, simul omnibus inuenienda & sequenda coniungite, taliterq; Ecclesiam ornata, id est & fidei mysterijs, & exẽplis onustam uirtutum, ad quærendas reliquias Israeliticæ plebis emittite, neq; unquam ab intuẽdis eius gressibus uestræ mentis oculos auertite.

Fecerunt ergo illi hoc modo, & tollentes duas uaccas quæ lactabant uitulos, iunxerunt ad plaustrũ, uitulosq; earum concluserunt domi. Et posuerunt arcam Dei super plaustrum, & capsellam quæ habebat mures aureos, & similitudinem anorum. Fecerunt Philistinũ de arca secundũ consulta sacerdotũ suorũ & diuinorũ. Fecerunt & facturi sunt de Ecclesia fideles eius dispensatores iuxta præfagia, uel futura præcedentiũ sacerdotum & prophetarum: faciamus & nos de correctione uel nostra, uel proximi, uidelicet Ecclesiæ membrorũ iuxta imperiũ magistrorũ spiritaliũ. Neque absurdũ putet quispiã, quod acta diuinorũ & sacerdotũ infidelium super Ecclesiæ prophetis & doctoribus interpretantes, spiritali mysterio redundare dixerimus: sed agnito potius allegoricæ locutionis usu, uideat qui legit ea quoq; quæ non modò infideles, sed & aperta fronte Deo contraria molientes egerunt, ab egregijs expositioribus ad saluberrimã pietatis obsequiũ typicè relata. Nec minus sacrum uel mystica pietatẽ plenum, quod Dominum perfectior impius in passione, purpurea uel alba ueste induit, spinis coronauit, aceto potauit, cruce suspendit, regem Latine, Græcè & Hebraicè scripsit, quàm quod huc in natiuitate, pia & inuolata genitrix pannis inuoluit, in præsepio reclinauit, pastores laudauerunt, magi adorauerunt: quod occisum discipuli electi aromatibus conditũ, linteaminibus inuolutum, petriño in sepulchro positum, lapide magno clausurunt: & ne dubites ab hominibus qualibuscumq; tua tamen natura confortibus, utilia discere. Audi quid Salomon dicat: Vade ad formicam õ piger, & considera uias eius, & discite sapientiam.

Ibant autem in directum uacca per uiam quæ ducit Bethsames. Ibant in directum doctores per Christũ, quæ ducit ad regnũ cœlorũ. Via quippe Bethsames, id est domus solis, ipsa est quæ dicit: Ego sum uia, ueritas, & uita. Et alibi: Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ.

In itinere uno gradiebantur pergentes & mugientes, non declinabant neq; ad dexteram, neq; ad sinistram. Vno eodemq; fidei & ueritatis calle gradiebatur gementes quidẽ, quasi homines, separari se ab his quos diligant: libentius tamen eos, ubi necessitas ingruerit, quàm iustitiæ uiam deserentes: ardentius ad uictimam passionis pro arca Domini properantes, quàm fletu filiorum arcæ depone re consentientes. Vis probari quæ dicimur: Morante Paulo in Cæsarea, superueniens a Iudæa propheta, protestatus est eum alligandum Iudeis in Hierusalẽ, & tradendũ in manus gentiũ. Ecce portatrix arcæ Dominicæ uicti-

manda uacca prophætatur: & quicquid ad hæc uituli, siccis ne oculis abscessum mortemq; parentis expectant, nobilior cæteris uitulis, et inter quatuor magna animalia hoc nomine insignis, quid egerint narret. Quod cũ audissemus, inquit, rogabamus nos, & qui loci illius erant, ne ascenderet in Hierosolymã: sed quia non amore uel lachrymis filiorũ ad dexteram, non ad sinistram deflecti poterat matris instantia, uide quid abitura plorantibus dicat: Quid facitis flentes, & turbantes cor meum? Ego enim non solum alligari, sed & mori in Hierusalem paratus sum propter nomen Domini Iesu. Verum qui plactus infirmorũ, quasi reclusorũ domi uitulorum, quẽ de carnali spiritaliũ parentũ amissione cõcipiunt, paulatim dum & ipsi profecerint, cessat. Dicit idẽ Lucas: Et cum ei suadere nõ possemus, quicquid dicentes: Domini uolũtas fiat.

Porro Bethsamitæ metebant triticum in ualle, & eleuantes oculos suos uiderunt arcam, & gausi sunt cum uidisent. Porro ciues æternæ lucis, fructus uirtutum maturos, quos humili corde protulerunt, in gaudia patriæ cœlestis condere desiderabant: & eleuatis cordis oculis, ubicunq; terrarum uidisent cœlestia, gauisi sunt.

Et plaustrum uenit in agrum Iosue Bethsamitæ, & stetit ibi. Et Ecclesia ubicunq; pectora Iesu Christo, Domino uidelicet claritatis æternæ, & perpetuæ lucis inuentori fructum ferentia uiderit, statim ibi quasi requie post laborem quærendi reperia, mansionem facere parat: talis semper Ecclesiæ profectus, talis eius erat in nationes aduentus, talis erit & reditus ad Israel.

Erat autem ibi lapis magnus, et conciderunt ligna plaustrum, uaccasq; imposuerunt super ea holocaustum Domino. Erat in agro Ecclesiæ lapis illẽ singulariter magnus, qui præcisus de monte sine manibus, creuit in montem magnum, & impleuit uniuersam terram. Et de quo Psalmista: Lapidẽ, inquit, reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli: uidelicet ut faceret utraq; unum. Et conciderunt persecutores Ecclesiæ compagẽ, quæ ad exemplum Dominicæ crucis erecta, firmisimo nouæ gratiæ statu gaudebat. Insuper & magistris, atq; eos qui infirmorũ onera ferre sufficerent, martyrij flama consumptos, gratissimã Domino uictimã, tametsi nescientes, macerauerunt. Ligna quippe plaustrum noui, quod arcam Domini portarat, concisa sunt, quando facta persecutione in Ecclesia Hierosolymorũ, omnes dispersi sunt per regiones Samariæ & Iudææ, præter apostolos. Vacca super ea holocaustũ Domino facta, quando cunctis intus amoris ardore compunctis, & in luctu lachrymasq; solutis, Stephanus lapidatus, & Iacobus frater Ioannis est gladio cæsus: innumeraq; huiusmodi, relegens historiã Ecclesiasticã, & infinita martyriũ gesta, reperit. Quibus cõctis immanior temporibus Antichristi cõcisio plaustrum huius, hoc est Ecclesiæ perturbatio, non dubitat esse uentura. Neq; aliquid uetat duas has uaccas, quæ arcam Domini referentes Israelitis, holocaustum sunt Domino

Psal. 117

Prover. 6

Ioan. 14

Ioan. 8

50

Acl. 21

data, super Enoch & Helia interpretari, qui tunc Iudæis fidei gratiam aperturi, nec mora ab Antichristo mortem creduntur esse suscepturi. Nec mireris bene acta Bethsamitarum à nobis in contrarium interpretata: quia moris est scripturae sanctae, & per bona malum, & bona per malum aliquando figurare. Denique quam plura in lege uictimarum genera, quae precipiente Domino, deuota mente sunt oblata, mortem Saluatoris, quam ab impijs suscepit, typicè praedicunt.

Leuitæ autem deposuerunt arcam Dei, & capsellam quae erat iuxta eam, in qua erant uasa aurea, & posuerunt super lapidem grandem. Ministri uerbi suscipientes fidem, & exempla uitae sanctorum ab his qui in Christo praecesserunt, non hæc in uili aliquo terrenoque & imo pectore, uerum in his quae in Christo firma uidere, posuerunt. Potest lapis ille magnus ad populum, qui in lege gloriatur (lex enim in lapide scripta est) non in conuenienter referri: & arcam super lapidem positam intelligi, cum legis æmulator populus fidem gratiae suscepit.

Viri autem Bethsamitæ obtulerunt holocausta, & immolauerunt uictimas in die illa Domino. Quicumque sunt Christi Iesu, carnè suâ crucifixi cum uitijs & concupiscentijs. Et alibi: Obsecro, inquit, uos fratres per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam, Deo placetem.

Et quinq; satrapæ Philistinorum uiderunt, & reuersi sunt in Accaron in die illa. Praecedentes quicq; in Christo, tandiu succedentium sibi in illo fidem & acta quasi specula contemplantur, donec & ipsos firmatos in fide, & bene proficientes agnouerint: & sic de illorum salute securiores effecti, ad suae curandae conuersationis habitacula recurrunt. Potest & de hypocritis intelligi, qui cum ad tempus uiam uitae uideantur imitari, portas tamè Bethsamis, id est solis iustitiae propter instabilitatē sinistrae mentis, non merentur ingredi.

Hi sunt autem ani aurei, quos reddiderunt Philistinim pro delicto Domino. Apotus unum, Gazza unum, Ascalo unum, Geth unum, Accaron unum: & mures aureos secundum numerum urbium Philistinim quinq; prouinciarum, ab urbe murata usq; ad uillam quae erat absq; muro. Omnes pro delicto Domino, parui & magni, fortes et infirmi, uasa aurea exoluere, id est splendida conuersionis & humilitatis, mansuetudinis & castitatis, cæterarumq; spiritualium fructuum munera reddere opus habent. Quis enim mundus à fordibus nec si unius diei, etiam sit uita eius in terra. Et si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. Quis enim gloriabitur castum se habere cor, qui non in aliquo de quinque sensibus notissimis à ueritatis calle deuians retro respexerit: aut non aliquando cogitatio uel bona eius actio sit insidiatoris antiqui dæte de rosa, ut pro his merito poenitentiae debeat flagitare remedia, & de uitiorum quae fecit, uel tentamentorum memoria quae pertulit, necesse habeat acrim exercendis insistere uirtutibus? Hoc est enim pro anis & muribus corruptoribus atque corruptis, in quibus errans punitus est, aureos quinque Domino reddere correctum. Et pul-

chre cuiusque prouinciae metropolis cum adiacentibus sibi urbibus & uillis, unum murem & anam reddidisse dicitur aureum: quia tunc ritè pro peccato debita soluisimus, quando diuites, inopes, docti & indocti, quos distantia muratae urbis, & uillae muro destituta, significat omnes in Christo unum facti, unam eandemq; Domini uoluntatem uidere, eundem Christi bonum odorem percipere, pariter gustare quam suauis est Dominus, & una eademq; uerba eius audire & facere satagimus. At qui conuerti & poenitentiae debita pro peccato reddere contemnant, nec ipsi manum districti iudicis euadent, sed in interiores tenebras detrusi, non exient inde, donec reddant etiam nouissimum quadrantem. De quibus supra sapientes Philistinim meliora suggerentes, aiebant: Quare grauatis corda uestra, sicut aggrauauit Aegyptus et Pharaos cor suum? Non ne, postquam percussus est, tunc dimisit eos, & abierunt? Quod est aperte de reprobis dicere: Non ne postquam aeternae mortis excepere sententiam, tunc primò peccare, et bonos laedere desierunt?

Et usque ad Abel lapidem magnum, super quem posuerunt arcam Domini. Etia fortes quiue in fide, & qui ad sustentandam regendamq; nutantis Ecclesiae deuotionem sufficiant, & ipsi fragilitatis suae conscij dicunt: In multis enim offendimus omnes. Imò ipse summus lapis angularis, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, pro nobis humana passus, loquitur: Quae non rapui, nunc exolvebam. Quem & in hoc aptissimè lapis ille magnus, super quem posita est arca Dei, significat, quod confinium erat Israel & Philistinim. Confinium quippe ostenditur, à quo & illi quasi sua tributa exigunt, & super quem isti quali suum, arca Domini ponunt. Ipse enim singulari pietate suae uirtutis onus Ecclesiae portat, qui est pax nostra, & fecit utraq; unum.

Quae erat usq; in illa die in agro Iosue Bethsamis. Id est Iosue, qui supra Iesus est, & eundem Dominum signat. Vtrumque enim nomē saluatoris interpretat. Percussit autem de uiris Bethsamitibus, eo quod uidissent arcam Domini, & percussit de populo septuaginta uiros, & quinquaginta millia plebis. Non sacerdotes & leuitas, quorum officij erat arcam portare: sed uulgi ignobile, cui nec uidentiam eam fas erat, percussit. Quod ne pateretur, in Exodo populus à longè stabat & orabat, solusq; Moses ascendit ad Dominum. Soli namque scientia & actione perfecti, coelestium contemplationi in hac uita metem intenderere norunt. At si qui minus perfectus adhuc in humanis diuina tractare praesumpserit, cauendum ne uel heresi, uel desperatione, uel alio quolibet discrimine reuerberetur eius incon-sulta temeritas. Sed melius fortasse hæc percussio plebis, quae arcam Domini uidisset, in bono accipietur: quia quanto quisq; amplius diuinae secreta maiestatis aspicere coeperit, tanto mox de se humilia sentiens, à tota sua trepidus uirtutum fiducia deficit. Quae se plaga saluberrima percussus, tremebat qui dixit: Loquar ad Dominum

minum meum, cum sim puluis & cinis. Nec non & Psalmista, cum ait: Oculi mei defecerunt in salutarium tuum. Quod est dicere, quo altius sacratissima tui salutaris, id est Iesu arcana conspicio, eo mea citius, etiam quae fortia rebar acta, uitali uulnere percussus despicio. Hac se plaga non modo percussus, sed & mortuum gratulatur, qui dixit: Ego enim per legem legi mortuus sum, ut Deo uiuam: Christo crucifixus sum cruci. Cui etiam sensui quinquagenarius, uel septuagenarius percussorum numerus, qui ad requietionem, & spiritus sancti gratiam significandam principaliter respicit, adstriplatur. Nam & septimam diem, & septimum ac quinquagesimum annum lex saecrauit in requie. Sed & spiritus sanctus, cuius septiformem gratiam Esaias scribit, quinquagesima Dominicae resurrectionis die primitiuam descendit in Ecclesiam. Quum enim nunc annos æternos in mente habendo negant consolari animam suam, solaq; Dei memoria delectari exercitantur, & deficit paulisper spiritus eorum: ipsi tunc spiritu Dei sublimati, perennè tendunt ad requiem. Vtrique autem sensui conuenit aperte quod sequitur. Luxitq; populus, quod percussisset Dominus plebem plagam magna. Quia & infirmitas uel nutantia sua membra, ut ad statum pristinum reformet, flendo laborat Ecclesia: & bene proficientium aequè membrorum suorum, quae concupisse & defecisse uidet in atrio Domini, studijs accensa, dulces salutariter componitionis lachrymas fundit, dicitq; uulnerata charitate: Ego sum, & anima meali-ques facta est, ut locutus est. & cætera talia, quibus innumera scripturarum loca, & totus quadragesimiprimi psalmi refertus est textus.

Et dixerunt uiri Bethsamitæ, Quis potest stare in conspectu Domini Dei sancti huius? Uiri domus solis, id est supernae patrie ciues, in terra peregrinantes: & si parum aliquid, & hoc raptum, de aeterna, quam situnt, luce degustant, continuo se quam nihil de suo sint intelligunt, meritoque pauentes dicunt: Quia non iustificabit in conspectu tuo omnis uirtus. Quia & si quis iudicio hominum stare uideretur, iam tamen in conspectu diuinæ maiestatis iacere comprobatur: modestoque ac benigno consilio, post sublimè illi sibi soli, Deoque cognitum dilectionis ardorem, proximis quod quæ minoribus, quae capere ipsi sufficiant, munera scientiae spiritualis impertiunt. Luxta quod magnus ille ciuis Bethsamita dicebat: Siue enim mente excidimus, Deo: siue sobrii sumus, uobis. Et hoc est quod sequitur, dicentibus de arca Domini Bethsamitis. Et ad quem ascendet à nobis? Miseruntq; nuncios ad habitatores Cariathiarim, dicentes: Reduxerunt Philistinim arcam Domini, descendite & ducite eam ad uos. Cariathiarim quippe, quae ciuitas syluarum dicitur, magnam uitae perfectionem, sed minorem nimirum quam Bethsamis, id est domus solis, significat. Hæc namque contemplationis sublimitatem, quia beati mundo corde Deum uidebant: illa communicatione monstrat actiuae conuersationis, qua suos quoque ferentia fructus, exultabunt omnia ligna syluarum ante faciem Domini, quoniam uenit,

& mansionem apud ea facit. Et de Bethsamis arca Cariathiarim mittitur: quia diuina gratia iunice magnorum corda, ut summa per fidem contententur, inflammat: nunc humilium pectora inchoantium, ut multifaria bonorum operum quasi poma gignant, adiuuat. Bethsamis ex parte percussis, eo quod minus digni arcam uidere praesumpserint, Cariathiarim suscipiunt, et uiginti annis custodiunt. Deinde admonente Samuel, Israel idolis relictis Domino seruit, offerentem eodem holocaustum. Philistinim Domino intonante terrentur & fugiunt. Samuel Israel iudicat, & in Ramatha Domino altare aedificat.

ENERUNT ergo uiri Cariathiarim, & duxerunt arcam Domini, & intulerunt eam in domum Aminadab in Gaba. Venerunt fortes Ecclesiae, multiforini spiritualium actionum germine foecundi, & susceptam à celsis fidei contemplatoribus diuine uoluntatis cognitionem, ad se suosque perduxerunt, collocaruntque hæc in alto corde illorum, qui habitatis in se spiritus sancti gratia, templum Dei esse meruerunt, quibus dedit potestatem filios Dei fieri, credentibus in nomine eius, quos uoluntarie genuit uerbo ueritatis. Aminadab quippe, qui pater meus spontaneus dicitur, eum nimirum, qui cum sit Dominus coeli & terrae, nobis gratia pater factus est, designat. Gaba, quod interprete atur collis: & intelligendus est aliquis locus eximius in Cariathiarim: uel certe arx eiusdem fuisse ciuitatis, altitudinem perfectae actionis insinuat. In quo nimirum colle inserit arca Domini, cum diuina uoluntas ostendit, hi sunt praedeterminati ad uitam aeternam. Cuius ostensionem diuinae scientiae, quia nemo potest nisi humilis adipisci, rectè accepturis arcam Cariathiarim, Bethsamitæ dicebant: Reduxerunt Philistinim arcam Domini: descendite, & ducite eam ad uos. Quod est aperte Iudæos in fine mundi credentes, proximis ad fidem uocandis dicere: Reduxere nobis scientiam gratiae gentes, quae diu nobis incredulis, eius sunt dono potitae. Descendite de longo superbiae fastigio, & humile iugum fidei humiles corde suscipite. Quod etiā, sicut cætera lectionis huius serie, quotidianò nostro statui, & uariantibus diuerforum meritis potest aptissimè congruere.

Eleazarum autem filium eius sanctificauerunt, ut custodiret arcam Domini. Sanctos quosque ac doctos, & filiorum Dei nomine elegere doctores, qui Ecclesiae statum custodirent. Eleazar namque, qui Dei adiutor dicitur, illorum figuraliter coetum exprimit, qui dicere cum Apostolo possunt: Dei enim sumus adiutores. Et alibi: Ego plantauit, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit. Et factum est, ex qua die mansit arca in Cariathiarim, multiplicati sunt dies, erat quippe iam annus uicesimus. Et hic actiuae & contemplatiuae perfectionis intueri distantiam. Ecce enim arca Domini, quae uix una die qua uenerat in agro Iosue Bethsamitis perseverare potuit: & non solum Gaba, id est arcam Bethsamis ascendere, sed ne ipsas quidem eius ualebat planè portas intrare. Perueniens

enerunt ergo uiri Cariathiarim, & duxerunt arcam Domini, & intulerunt eam in domum Aminadab in Gaba. Venerunt fortes Ecclesiae, multiforini spiritualium actionum germine foecundi, & susceptam à celsis fidei contemplatoribus diuine uoluntatis cognitionem, ad se suosque perduxerunt, collocaruntque hæc in alto corde illorum, qui habitatis in se spiritus sancti gratia, templum Dei esse meruerunt, quibus dedit potestatem filios Dei fieri, credentibus in nomine eius, quos uoluntarie genuit uerbo ueritatis. Aminadab quippe, qui pater meus spontaneus dicitur, eum nimirum, qui cum sit Dominus coeli & terrae, nobis gratia pater factus est, designat. Gaba, quod interprete atur collis: & intelligendus est aliquis locus eximius in Cariathiarim: uel certe arx eiusdem fuisse ciuitatis, altitudinem perfectae actionis insinuat. In quo nimirum colle inserit arca Domini, cum diuina uoluntas ostendit, hi sunt praedeterminati ad uitam aeternam. Cuius ostensionem diuinae scientiae, quia nemo potest nisi humilis adipisci, rectè accepturis arcam Cariathiarim, Bethsamitæ dicebant: Reduxerunt Philistinim arcam Domini: descendite, & ducite eam ad uos. Quod est aperte Iudæos in fine mundi credentes, proximis ad fidem uocandis dicere: Reduxere nobis scientiam gratiae gentes, quae diu nobis incredulis, eius sunt dono potitae. Descendite de longo superbiae fastigio, & humile iugum fidei humiles corde suscipite. Quod etiā, sicut cætera lectionis huius serie, quotidianò nostro statui, & uariantibus diuerforum meritis potest aptissimè congruere.

Eleazarum autem filium eius sanctificauerunt, ut custodiret arcam Domini. Sanctos quosque ac doctos, & filiorum Dei nomine elegere doctores, qui Ecclesiae statum custodirent. Eleazar namque, qui Dei adiutor dicitur, illorum figuraliter coetum exprimit, qui dicere cum Apostolo possunt: Dei enim sumus adiutores. Et alibi: Ego plantauit, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit. Et factum est, ex qua die mansit arca in Cariathiarim, multiplicati sunt dies, erat quippe iam annus uicesimus. Et hic actiuae & contemplatiuae perfectionis intueri distantiam. Ecce enim arca Domini, quae uix una die qua uenerat in agro Iosue Bethsamitis perseverare potuit: & non solum Gaba, id est arcam Bethsamis ascendere, sed ne ipsas quidem eius ualebat planè portas intrare. Perueniens

enerunt ergo uiri Cariathiarim, & duxerunt arcam Domini, & intulerunt eam in domum Aminadab in Gaba. Venerunt fortes Ecclesiae, multiforini spiritualium actionum germine foecundi, & susceptam à celsis fidei contemplatoribus diuine uoluntatis cognitionem, ad se suosque perduxerunt, collocaruntque hæc in alto corde illorum, qui habitatis in se spiritus sancti gratia, templum Dei esse meruerunt, quibus dedit potestatem filios Dei fieri, credentibus in nomine eius, quos uoluntarie genuit uerbo ueritatis. Aminadab quippe, qui pater meus spontaneus dicitur, eum nimirum, qui cum sit Dominus coeli & terrae, nobis gratia pater factus est, designat. Gaba, quod interprete atur collis: & intelligendus est aliquis locus eximius in Cariathiarim: uel certe arx eiusdem fuisse ciuitatis, altitudinem perfectae actionis insinuat. In quo nimirum colle inserit arca Domini, cum diuina uoluntas ostendit, hi sunt praedeterminati ad uitam aeternam. Cuius ostensionem diuinae scientiae, quia nemo potest nisi humilis adipisci, rectè accepturis arcam Cariathiarim, Bethsamitæ dicebant: Reduxerunt Philistinim arcam Domini: descendite, & ducite eam ad uos. Quod est aperte Iudæos in fine mundi credentes, proximis ad fidem uocandis dicere: Reduxere nobis scientiam gratiae gentes, quae diu nobis incredulis, eius sunt dono potitae. Descendite de longo superbiae fastigio, & humile iugum fidei humiles corde suscipite. Quod etiā, sicut cætera lectionis huius serie, quotidianò nostro statui, & uariantibus diuerforum meritis potest aptissimè congruere.

CAPVT XII.

enerunt ergo uiri Cariathiarim, & duxerunt arcam Domini, & intulerunt eam in domum Aminadab in Gaba. Venerunt fortes Ecclesiae, multiforini spiritualium actionum germine foecundi, & susceptam à celsis fidei contemplatoribus diuine uoluntatis cognitionem, ad se suosque perduxerunt, collocaruntque hæc in alto corde illorum, qui habitatis in se spiritus sancti gratia, templum Dei esse meruerunt, quibus dedit potestatem filios Dei fieri, credentibus in nomine eius, quos uoluntarie genuit uerbo ueritatis. Aminadab quippe, qui pater meus spontaneus dicitur, eum nimirum, qui cum sit Dominus coeli & terrae, nobis gratia pater factus est, designat. Gaba, quod interprete atur collis: & intelligendus est aliquis locus eximius in Cariathiarim: uel certe arx eiusdem fuisse ciuitatis, altitudinem perfectae actionis insinuat. In quo nimirum colle inserit arca Domini, cum diuina uoluntas ostendit, hi sunt praedeterminati ad uitam aeternam. Cuius ostensionem diuinae scientiae, quia nemo potest nisi humilis adipisci, rectè accepturis arcam Cariathiarim, Bethsamitæ dicebant: Reduxerunt Philistinim arcam Domini: descendite, & ducite eam ad uos. Quod est aperte Iudæos in fine mundi credentes, proximis ad fidem uocandis dicere: Reduxere nobis scientiam gratiae gentes, quae diu nobis incredulis, eius sunt dono potitae. Descendite de longo superbiae fastigio, & humile iugum fidei humiles corde suscipite. Quod etiā, sicut cætera lectionis huius serie, quotidianò nostro statui, & uariantibus diuerforum meritis potest aptissimè congruere.

enerunt ergo uiri Cariathiarim, & duxerunt arcam Domini, & intulerunt eam in domum Aminadab in Gaba. Venerunt fortes Ecclesiae, multiforini spiritualium actionum germine foecundi, & susceptam à celsis fidei contemplatoribus diuine uoluntatis cognitionem, ad se suosque perduxerunt, collocaruntque hæc in alto corde illorum, qui habitatis in se spiritus sancti gratia, templum Dei esse meruerunt, quibus dedit potestatem filios Dei fieri, credentibus in nomine eius, quos uoluntarie genuit uerbo ueritatis. Aminadab quippe, qui pater meus spontaneus dicitur, eum nimirum, qui cum sit Dominus coeli & terrae, nobis gratia pater factus est, designat. Gaba, quod interprete atur collis: & intelligendus est aliquis locus eximius in Cariathiarim: uel certe arx eiusdem fuisse ciuitatis, altitudinem perfectae actionis insinuat. In quo nimirum colle inserit arca Domini, cum diuina uoluntas ostendit, hi sunt praedeterminati ad uitam aeternam. Cuius ostensionem diuinae scientiae, quia nemo potest nisi humilis adipisci, rectè accepturis arcam Cariathiarim, Bethsamitæ dicebant: Reduxerunt Philistinim arcam Domini: descendite, & ducite eam ad uos. Quod est aperte Iudæos in fine mundi credentes, proximis ad fidem uocandis dicere: Reduxere nobis scientiam gratiae gentes, quae diu nobis incredulis, eius sunt dono potitae. Descendite de longo superbiae fastigio, & humile iugum fidei humiles corde suscipite. Quod etiā, sicut cætera lectionis huius serie, quotidianò nostro statui, & uariantibus diuerforum meritis potest aptissimè congruere.

enerunt ergo uiri Cariathiarim, & duxerunt arcam Domini, & intulerunt eam in domum Aminadab in Gaba. Venerunt fortes Ecclesiae, multiforini spiritualium actionum germine foecundi, & susceptam à celsis fidei contemplatoribus diuine uoluntatis cognitionem, ad se suosque perduxerunt, collocaruntque hæc in alto corde illorum, qui habitatis in se spiritus sancti gratia, templum Dei esse meruerunt, quibus dedit potestatem filios Dei fieri, credentibus in nomine eius, quos uoluntarie genuit uerbo ueritatis. Aminadab quippe, qui pater meus spontaneus dicitur, eum nimirum, qui cum sit Dominus coeli & terrae, nobis gratia pater factus est, designat. Gaba, quod interprete atur collis: & intelligendus est aliquis locus eximius in Cariathiarim: uel certe arx eiusdem fuisse ciuitatis, altitudinem perfectae actionis insinuat. In quo nimirum colle inserit arca Domini, cum diuina uoluntas ostendit, hi sunt praedeterminati ad uitam aeternam. Cuius ostensionem diuinae scientiae, quia nemo potest nisi humilis adipisci, rectè accepturis arcam Cariathiarim, Bethsamitæ dicebant: Reduxerunt Philistinim arcam Domini: descendite, & ducite eam ad uos. Quod est aperte Iudæos in fine mundi credentes, proximis ad fidem uocandis dicere: Reduxere nobis scientiam gratiae gentes, quae diu nobis incredulis, eius sunt dono potitae. Descendite de longo superbiae fastigio, & humile iugum fidei humiles corde suscipite. Quod etiā, sicut cætera lectionis huius serie, quotidianò nostro statui, & uariantibus diuerforum meritis potest aptissimè congruere.

autem in Cariathiarim, & collem illius illata, uicessimum usque ibidem multiplicatis uirtutum diebus, permanit ad annum: quia celestis uite contemplatio, degentibus in carne sanctis, uix ad momentū potest delibari. Corpus em̄ quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimat terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Vita autem actiua multo prolixiore & temporum spacio, & cooperantium consortio fratrum ualeat indefessa celebrari, ad eod ut legis in ea Decalogus, per Euangelij gratiā geminatus, uel certo corpore & mente consummatus, quasi uicissimus iam manentis secum arcæ annus proficientibus honorum meritis probetur impleri.

Et requieuit omnis domus Israel post Dominum. Extremam conuersæ in fine Iudææ felicitatem typicè designat, ad quam tota præmissa lectio specialiter, tametsi ad omnem Ecclesiam potest generaliter referri. Vbi etiam iuxta literam quidam putant, quia uicenario annorum numero, quo manente in Cariathiarim arca, requieuit omnis domus Israel post Dominum, & modus & status temporis, quo Samuel Israel præferit ostendatur. Neq̄ enim, ut quidam chronographi frustra turbantur, uiginti anni, quibus ibidem arca mansit, usq̄ ad octauum regni Dauid annum, quando ab ipso Hierosolymam translata est, pertingere putandi sunt. Legimus namq̄ inferius, in principio regni Saul eam fuisse in Gabaa

Beniamin, dicente scriptura: Erat Saul ad Achiam, Applica arcam Dei. Erat enim ibi arca Dei in die illa cum filiis Israel. Ideoq̄ intelligere debemus, tacente licet scriptura, reductam eam post hæc de Gabaa Beniamin, in Gabaa, id est collem Cariathiarim, unde regnante Dauid in Hierosolymam transferretur. Non autem absq̄ significatione mysterij, credas arcam Domini sic uaria per loca mutatam, ut nunc Dominum Solis adeat, nunc ciuitatem syluarum subeat, nunc adiutrix inter castra pareat, nunc ciuitatem syluarum repetat, & dimissa Silo repulit tabernaculum Silo, ad ultimum montem Sion, quem dilixit, ascendit: sed & inde castra duci & reduci non omittat. Deniq̄ Vrias cum Dauid loquens, tempore belli Ammonitici sub pellibus eam fuisse designauit. Et hæc usq̄ ad tempora dedicationis domus Dei, qua perpetuam in sancta sanctorum sedem mansionis accepit. Nequaquam hæc frustra, sed in Ecclesiæ typum gesta cognosce, quæ in multimoda, sed pacatissima suorum diuersitate membrorum, nunc theoreticæ uitæ dulcissima luce fruuntur, gustando & uicendo, quoniam suauis est Dominus: nunc actiua deuotionis condensa, minore quidem mentis ardore uel lumine lactata, sed non minore bonæ operationis fruge fecunda subintrat: nunc contra aduersantis mundi pericula spiritalem uirtutum militiam armat: nec inter resistendum aduersarijs suæ fructiferæ conuersationis apta deserit, sed ualacq̄ præcauet, ne post agnita spiritalis uitæ mysteria, literalem legis obseruantiam, quasi tabernaculum Silo præpostera electione

requirat: nunc in his qui iam de corpore egressi, seculi uariantis euasere labores, uisionem æternæ pacis ascendit. Nec per eos tamen ipsos in cœli iam sede regnantes, pro peregrinantibus in terra suis æque membris, & adhuc contra hostem dimicantibus, orando certare desistit, donec resurrectionis coruscante gloria, quæ felix eius est dedicatio, in cœlestia sancta sanctorum, perpetuo mortis triumphatrix euehatur.

Ait autem Samuel ad uniuersum domum Israel, dicens: Si in toto corde uestro reuertimini ad Dominum, auferete deos alienos de medio uestro. & cætera, usq̄ ad id quod dictum est: Aedificabat etiam ibi altare Domino. Hic si guraliter ostenditur, quomodo Dominus in Iudæa docens, & miracula faciens, patiens & resurgens, ascendens in cœlum, & spiritus sancti gratiam mittens, non solum Iudæos, sed & gentes misericordiæ suæ fecerit participes. Samuel itaq̄ suscepto post mortē Heli sacerdotio, uniuersam domum Israel alloquitur, ut auferant deos alienos de medio sui.

Et præparate, inquit, corda uestra Domino, & seruite ei soli, & eruet uos de manu Philistinorum. Dominus uero uir sacerdotij author, quod est secundum ordinem Melchisedech, apprensus in carne, uniuersam domum Israel, id est Deum uidere desiderantium Ecclesiam, docet auferre à se traditiones Pharisæorum: & non solum opera, quod & lex docuit, sed ipsa etiam corda ad seruendum Domino soli præparare, dicens: Audistis, quia dictum est antiquis: ego autem dico uobis. Sic enim eos à cunctis hostibus in uita uentura posse liberari.

Abstulerunt ergo filij Israel Baalim & Astaroth, & seruiuerunt Domino soli. Idola hæc Sidoniorum sunt: quorum Baalim superiores, siue ascendentes, Astaroth facturam exploratorum significant. Quicumque ergo filiorum Israel ad prædicationem Saluatoris uero Deo patri seruiuerunt, omnes profanas cogitationes, quæ de infimis in cor ascendentes, & non desuper à patre luminum, inter data optima & dona perfecta descendentes, superiores bonis esse cupiebant, eiecerunt: omnem de suo pectore spirituum immundorum machinam, qui circumeuntes caulas fidelium, quærunt quem deuorent, abstulerunt.

Dixit autem Samuel: Congregate uniuersum Israel in Masphat, ut orem pro uobis Dominum. Dixit apostolis Saluator, ut prædicando uerbum Euangelij, uniuersum Israel spiritalem in Masphat, id est speculam, nouæ uidelicet ueritatis & uitæ congregarent. A qua congregatione uniuersitatis, Ecclesia catholica Græcè nomen accepit. In cuius unitate positos quosque ipse patri Saluator orando commendat, qui ante passionem suam per apostolos orans ait: Non pro his autem rogo tantum, sed & pro eis qui per uerbum eorum credituri sunt in me, ut omnes unum sint. Et modò quod idem faciat, Apostolus docet, dicens: Qui est in dextera Dei, qui etiam interpellat pro nobis.

Sapient. 9.

1. Reg. 14.

1. Paral. 17.

1. Paral. 17.

Math. 4.

1. Ioan. 17.

Rom. 8.

Et conue-

Et conuenerunt in Masphat, hauseruntq̄ aquam, & effuderunt in conspectu Domini, & ieiunauerunt in die illa, & dixerunt, Tibi peccauimus Domino. Quod haurientes aquam inter preces & ieiunia libauerunt Domino, iudicium simul & executio piæ deuotionis est. Conuenerunt autem prædicante Domino ad audiendum uerbum populi, hauseruntq̄ compositi de imo pectore fontem lachrymarum: quem effunderent quasi gratissimum Deo libamen, per oculorum uascula proferendo: abstineruntq̄, à cunctis mundi illecebris in illa gratiæ celestis illuminatione, confitentes peccata præterita, & Christi misericordiam flagitantes.

Iob 11.

Esaie 11.

Math. 5.

Math. 15.

Ephes. 6.

Math. 9.

Luce 22.

Luce 23.

nosceretur eis tantæ noxæ perfidie, quã nescientes incurrerunt. Et exaudivit eum pater, hos in fide, quam penè amiserant, confortando: illos ad fidem, quam penitus nescierant, uocando.

Factum est ergo, cum Samuel offerret holocaustum, Philisteos inire prælium contra Israel. Intonuit autem Dominus fragore magno in die illa super Philistinum, & exterruit eos, et cæsi sunt à filiis Israel. Factum est cum Dominus semetipsum offerret hostiam Deo in odorem suauitatis, persecutores eius, et in cruce positum eum blasphemare uel deridere, & sepulto eidem uiam resurrectionis obstruere moliri, ut ipso quasi æterna morte damnato, omnem fidelibus eius spem salutis eriperent. Verum terra mota, fisis cauitibus, monumentis apertis, exurgentibus mortuis, cæterisq̄ celestibus ad eius crucem uel sepulturam clarescentibus signis exterriti sunt hostes, & in diuersa fugati. Denique ad monumentum perterriti sunt custodes, & facti sunt uelut mortui. Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum crucis, & uidebant que fiebant, percutientes pectora sua, reuertebantur. Nec non & in die Pentecostes intonante desuper Domino, & per apostolos quoq̄, firas uidelicet nubes, cœlestia dicta resonante, deturbati fidei hostes, & cæli dictis eorum, impoenitendo, negando sunt alij contriti.

Egressi q̄ uiri Israel de Masphat, persecuti sunt Philisteos, & percusserunt eos usque ad locum qui erat super Bethcar. Egressi apostoli de Masphat, id est specula quietæ suæ conuersationis, persecuti sunt impios arguendo: & percusserunt eos à præfata, hoc est impietatis uita, paulatim gladio uerbi remouendo, donec ad societatem Ecclesiæ, quæ super Christum fundata est, perducerent. Bethcar namq̄, quæ interpretatur domus agni, siue domus agnitionis, illum nimirum significat, qui innocenter mortuus ex humanitate, paterna potenter arcana reuelat ex diuinitate. Super quã sibi domum diuinæ agnitionis locum dilectæ mansionis inuenit, qui ait: Domine ad quem ibimus? uerba uitæ æternæ habes. Quam intrare desiderabat, qui humiliter pulsando rogabat: Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Dicerant enim ab ipso, quia nemo nouit filium, nisi pater: neque patrem quis nouit, nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Et ideo rectè domus agnitionis appellatur, per quem solum & ipse reuelatur, & pater.

Tulit autem Samuel lapidem unum, & posuit eum inter Masphat, & inter Sen, & uocauit nomen eius, lapis adiutorij, dicitq̄: Hucusque auxiliatus est nobis Dominus. Et supra quidem lapidem adiutorij, qui Hebraicè dicitur abenezzer, legimus: sed ibi præoccupatio posuit historicus, hic autē & tempus & causam impositi nominis exprimit: qui mediatoris typo præclarus, bene lapis unus uocat: quia unus Dominus Iesus Christus, qui iustificat circumcissionē ex fide, & præputiū per fidē, bene inter Masphat & Sen ponit, hoc est inter locū quo Dominicæ crucis erectū altare, et ille singularis est agnus oblatus, qui tollit peccata mundi: & inter eum, quo

1. Ioan. 6.

1. Ioan. 14.

Luce 10.

L 4 diffusa

diffusa per orbem terrae potuit uerbi Domini uictoria pertingere: qui & ipse locus pulcherrime super Bethcar, id est domum agni uel agnitionis iacet: quia eadem ipsa tota terrarum orbe Christi fulget Ecclesia. Nec frustra locus idem Sen, id est nominatus dicitur: quia populus gentium, qui a finibus terrae clamat ad Dominum, & ipse cum Israel audit: Gaudete, quia nomina uestra scripta sunt in caelis. De quibus et alibi dicit: Et proprias oues uocat nominatim. Tulit igitur Dominus lapidem preciosum, angularē, electum, hoc est semetipsum: & posuit inter Iudaeorum & gentium populum, qui potenti sui spiritus auxilio utrunque congregaret in unum: & de cunctis aduersitatibus mirabiliter ereptum, usque ad contemplandam suae diuinae maiestatis gloriam sustolleret: cuius nimirum uisioni, quia nihil est melius (neque enim quotquot hanc intueri meruerimus, aliquid ultra maius quaerimus) quia maximo bono laetabimur, bene ualde dicit, Quia hucusque auxiliatus est nobis Dominus. Vnde & in Euangelio Dominus, quasi pro summo et incomparabili bono fidelium populo promittit, dicens: Qui autem diligit me, diligitur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.

Luce 10.

Ioan. 10.

Ioan. 14.

Et humiliati sunt Philistim, nec apposuerunt ultra, ut uenerint in terminos Israel. Prouenientibus ad lapidem illum auxiliatorem, cui Psalmista iuxta Hebraicam duntaxat ueritatem decantat: Esto mihi in lapidem fortissimum, & in domum munitam, ut salues me: quia petra mea, & munitio mea tu es. humiliabuntur hostes nostri, neque apponent ultra uirtutum nostrarum incurfare terminos, cum nobis apud Dominum glorificatis se uiderint esse deuictos. Nam in hoc nobis seculo laborantibus, nunquam tentationum bella deerunt.

Psal. 30.

Facta est itaque manus Domini super Philistim cunctis diebus Samuel, et reddita sunt urbes quas tulerant Philistim ab Israel, Israeli, ab Accaron usque Geth. Facta est gratia Christi ad conterendos hostes Ecclesiae primitiuae cunctis quibus lux Euangelij uiguit in Iudaea, nec adhuc discredendo & persequendo repulsa est. Et reddita sunt animae quas deperant immundi uel doctores, uel spiritus, reductaeque ad Ecclesiae societate, ab his quae a bonis operibus steriles permansere, usque ad eas quae non solum sibi in fructuosae durare, sed & frugiferas quasque male premere fatagebant. Accaron namque in sterilitate, Geth uertitur in torcular. Et quidem de sterilitate patet intellectus: quia

Math. 3.

omnis arbor quae non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Torcular uero, quod & persecutores honorum significet, & psalmi pro torcularibus inscripti, & ipsa torcularium actio demonstrat. Sunt namque ligna radice excisa, fronde & cortice nudata, atque omni prorsus spe fructificandi priuata, ad solam uuarum siue oliuarum conclusionem praesensionemque compacta. Quarum dum pondere pressa, comminutis gargaris, follibusque uacuat, multa laetissima, ac pinguis olei fluentia manauerint: fructus qui-

dem preciosi liquoris, apothecis inditur, at residua testae foras mittuntur. Ipsa uero torcularia fructu ut ante uacua, solum quando torquendū quid coeperint, inhiante expectant: donec & ipsa post longam pressuram consuetudinem uetustate contrita, flammis exurenda tradant. Sic nimirum, sic Ecclesiae tortores non solum uirore fidei, solis confessionis, et operationis bonae fructibus carent: sed & fructuosas misericordiae & dilectionis, caeterarumque uirtutum studijs animas usque ad carnis abolutionem fatigare non cessant. Non enim post haec habent amplius quod faciant, cum & puluis reuersus fuerit in terram suam, unde erat, & spiritus redierit ad Deum, qui dedit eum, & ipsi bonis semper aduersarij, perpetuos tempore debito gehennae trudentur in ignes. Verum quia de talibus nonnulli salutem quam in protoplasto perdidere, Christo miserante recipiunt, recte dicuntur Israel suae ciuitates ab Accaron usque Geth, id est a sterilitate usque ad torcular esse redditae. Accaronita quippe Sergius Paulus pro consul, Accaronita erat Dionysius Ariopagita. Gethus uero iuuenis ille minarum et caedis aspirans in discipulos Christi. De nique nobilissimum illum botrum gradu, nomine & passione coronatum, in primitias Ecclesiae Christo offerendum, lapidum pressura comminuendo, sarcina carnis exuerat. Sed dum illi de gentilitate ad fidem, iste de persecutore etiam ad apostolatus gratiam peruenit, profecto sterilitas & torcular urbes, quando ab hoste captae sunt, ab Ecclesia receptae.

Eratque pax inter Israel & Amorreum. Erat post ascensionem Domini confirmatis fide Ecclesiis, pax nostra, quae fecit utraque unum, inter eos qui de Iudaeis, & eos qui credidere de gentibus. Erit & in te, cum uerus Israelita, id est sine dolo uiuis, pax cum hoste quondam amaro, quod interpretatur Amorreus, cum deuicta in te uicia cuncta uirtutibus fauere docueris, & membra quae fuerant arma iniquitatis peccato, feceris arma iustitiae Deo. Nam & in tua mente quandiu ueri Samuelis gratia uiuit & regnat, tametsi peccato ad integrum carere quasi homo non possis, quicquid sordidae tibi cogitationes, uirtutum spiritalium quasi insidiatrices, Philistim manus abstulerint, quotidiano eius iuuamine recipies, & in terminos bonorum operum tuorum etiam ipse liberabis de manu Philistinorum: quia patientia pauperum non peribit in aeternum. Et quamuis media in acie inuulnerabilis esse non possis, cursu tamen consummato, uitae corona donaberis.

Iudicabat quoque Samuel Israel cunctis diebus uita sua, & ibat per singulos annos circumiens Bethel, & Galgal, & Mospba, et iudicabat Israel in supra dictis locis. Iudicabat Dominus Ecclesiam omni tempore, quo hanc in terris peregrinantem, diuinae praesentiae suae luce uiuificat. Idem enim sunt dies Christi, qui dies Ecclesiae. De quibus in Euangelio loquit: Quandiu in mundo sum, lux sum mundi. Quos alibi manifeste determinans, ait: Et ecce ego uobiscum sum

Ioan. 9.

Math. 28.

sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi. Iudicatur autem eam, uel aduersis erudiendo, uel illustrando donis, uel liberando a gente non sancta, uel ad regna superna perducendo. Itaque occulta praesentia per singulos electorum discutens, spem, fidem & dilectionem eorum, quantumque in supra dictis uirtutibus quisque profecerit, uel per se ipse qui nouit occulta cordis, uel per magistros quotidie spirituales examinans. Nam quod annus hominem figurando denunciet, probat & hoc, quod humores quatuor notissimi, quibus corpus uegetatur humanum, totidem annuis temporibus concordissima qualitatibus ratione sociantur: ueri sanguis, colera rubea aestati, autumnus colera nigra, flegmata hyemi. Quod autem memoratae ciuitates totidem praefatis uirtutibus recte comparentur, ipsa earum nomina indicio sunt: quarum Bethel in domum Dei, Galgal in rotam, Masphat transfertur in speculam. Domus enim Dei signat eos qui nuper fidei mysterio suscepto, templum iam sunt sui creatoris effecti. Rotae typus alludit eis qui spei certitudine confirmati, citum de hoc seculo transmigrandi cursum mentis sumpsere. Specula uocabulo exprimuntur hi, qui charitatis excellentia perfecti, quamuis adhuc in carne degentes, claustra carnis didicerunt aeterna speculando transire. Et quidem supra Samuel Israel in Masphat congregasse, ibique iudicasse, contra hanc debellandam Philisteos ascendisse, sed ipso holocaustum offerente uictos aufugisse narratur. Nunc autem & alias duas, quasi socias illi ciuitates circuisse refert: quia principalis quae Ecclesiam congreget, et cuncto ab hoste munita uirtus, charitas est. Sed ut digne ad hanc ualeat perueniri, fidei necesse est, quae purificet corda: & spei, quae ad superna prouehat, primo munere curentur.

Reuertebaturque in Ramatha: ibi enim erat domus eius, & ibi iudicauit Israel: & edificabat etiam ibi altare Domino. Reuersus est Dominus in caelum corpore semel ascendendo, peracto suae dispensationis officio: reuertitur quotidie praesentia diuina, quae semper ubique totus pertingit a fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Ibi est enim caro, quam pro nobis induit & glorificauit: ibi aula beatorum & angelorum & hominum: ibi promissa nobis ex Deo habitatio, domus non manufacta, aeterna in caelis. Vnde bene Ramatha excelsa eius dicitur: & ibi corpore positus ipse iudicat Ecclesiam, uel peregrinantem adhuc in terris castigando, donec ad caelestia perducatur: uel secum iam manentem, dignas cuique pro meritis sedes distribuendo, ubi in domo patris sui mansiones multas habet: sciens quia omnia dedit ei pater in manus, & potestatem dedit ei iudicium facere. Ibi etiam intra uelum caeli, & aeterna sancta sanctorum, supernarum corda ciuium, unum patri edificabat altare. Ex quo suae charitatis igne flammato, perpetuae laudationis odoretur incensum dicitum, Sanctus, sanctus, & omnis terra gloria eius. Et iterum: Salus Deo

Ioan. 13.

Ioan. 7.

Esai. 6.

Apoc. 7.

nostro, qui sedet super thronum, & agno: & caetera talia, quae illic adductus in spiritu saepe replicanda, semper memoranda dilectus ille discipulus audiuit. Haec tenus de mutatione ueteris sacerdotij in nouum, sub Heli & Samuelis specie transfigurata, primo nostrae expositionis libello perstrinxisse sufficiat: ut regni quoque mutandi latiora mysteria, quae per Saul & Dauid praesignata sunt, ab alio liberius scrutemur initio: non nostro fidentes ingenio, sed illius per omnia iuramini innitentes, cui tota prophetiae scriptura deseruit, cuius regni non erit finis, & est sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.

BEDAE PRESBYTERI IN SAMUELEM PROPHETAM ALLEGORICAE EXPOSITIONIS LIBER SECUNDUS.



NONIAM in hoc libello, id est secundo nostrae allegoricae expositionis in beatum prophetam Samuelem, de fine ducatus eiusdem Samuelis, & de initio regni Saul, auxiliante Domino, sumus pro modulo nostro dicturi: usum est loco proemij, de tempore quo quisque eorum Dei populo praefuerit, aliqua tractare: et quia scriptura sancta de hoc tacere uidetur, quid uerissimilius aestimari possit, sollicita inquisitione scrutari. Et quidem non desuere, qui ambos non amplius tredecim annis praeselle dicerent: eo quod scriptum sit, Et factum est, ex qua die mansit arca in Cariathiarim, multiplicati sunt dies, erat quippe iam annus uicesimus. Putantes arcam uiginti annis in Cariathiarim mansisse: & hos a principio Samueles, usque post septimum Dauid annum, quando in Hierusalem regnare incipiens, eam illo adduxerit, esse computandos: cum scriptura manifestissime testetur, temporibus Saulis pugnante Israel aduersus Philistim, eam fuisse cum populo in castris. Possitque uerius multo uideri, uiginti annos qui dicti sunt, si tempus mansionis arcae in Cariathiarim designat, ad hoc usque tempus potius, quam cum Dauid eam inde duxerit, esse numerandos. Sunt qui suis Samuelem in Chronicis praeteritum penitus esse putarent. Sunt qui ei septuaginta annos, qui Sauli triginta adnotarent. Sunt qui iuncto amborum tempore, quadraginta eos annos populum rexisse perhiberent. Sed unde aliquid horum affirmari debeat, inuenire nequimus. Vnde autem cassari omnia, & destrui possint, facillime patet. Dicit enim manifeste scriptura: Factum est igitur quadragesimo & octogesimo anno egressionis filiorum Israel de terra Aegypti, in anno quarto, mense Zio, ipse est mensis secundus regis Salomonis super Israel, et edificare cepit domum Domino. Replica ergo iudicium tempora, & inuenies quia Othoniel quadraginta annis populū rexit, Ahud octoginta, Debhora quadraginta, Gedeon quadraginta, Abimelech tribus, Thola uiginti tribus, Iair uiginti duobus,

1. Reg. 7.

3. Reg. 6.

bus, Iephte sex, Abessan septē, Haialon decem, qui in Septuaginta interpretibus non inuenit: Labdon octo, Sanson uiginti, Heli quadraginta, qui simul faciunt annos trecetos triginta nouem: quibus adde quadraginta annos itineris ab Aegypto, totidem regni Dauid, quatuor Salomonis, sunt quadringenti uiginti tres: minus uidelicet quinquaginta & septē, à quadringentis octoginta, qui necesse est anni quinquaginta septem residui Iosue, Samuelis, et Saulis temporibus expendant: sed quomodo diuidamus, scriptura non docet. Si chronicorum sequentes autoritate, uiginti quatuor Iosue damus, ceteri duo plus quam triginta non habent. Si Sauli quadraginta, reliqui duo non amplius quam decem habent & septem. Ergo ut aliqua quarendi uia pateat, reuoluamus scripta Iosephi, qui doctor de talibus, præter diuina eloquia, nemo facile reperit. Et inueniemus in Antiquit. eius historia, Iosue xxxvi. annis, Samuel duodecim, Saul uiginti populo præfuisse regendo: qui simul sunt anni quinquaginta octo. Nec turbare nos debet unū, quod quadringētis & octoginta superest. Siue enim scriptura more suo plenariam summā ponens, unum quod supererat, minimè curauit addere: siue quod magis credibile est, Iosephi scriptura per incuriam longæ ætatis unum alicubi, ut fieri solet, adiecit. Neque enim putandum est, in scripturæ sanctæ literis errorem factum: quæ cum multis alijs in locis dissonet, in Iudicum tamē catalogo per omnia inter Hebraicam ueritatem, & Septuaginta interpretum editionē concordat, præter unum duntaxat Haialon, quem illi funditus omiserunt. Cuius omisio Græcorū chronographos Hebraicæ ueritatis infcios coegit, neglectis Iosephi scriptis, Samueli & Sauli quadraginta annos, Iosue uigintiseptē dare. Videbāt enim se aliter ad quadringentesimū octogesimum numerum, quem annis Haialon adimplere nō nouerāt, peruenire non posse: quibus se nouem annos Iosepho, quem ignorare nullatenus poterant, ut scripturæ satisfieret, addere licuit. Cur non & nobis simili necessitate conclusis, liceat unum saltem computo illius annum subtrahere, ac Iosue uiginti quinque annos, Samueli & Sauli triginta duo annotare? ne plus iusto historicis credendo, scripturam soluere uideamur: quæ absolute quadringentesimum octogesimum egressionis ex Aegypto annum, quartū esse Salomonis asseuerat. Quod si ita scriptum esset: Factum est post cccclxxx. annos egressiois ex Aegypto, quarto anno regni Salomonis, nulla omnimodè esset cōtrouersia: quia superfluous annus ipse esset quartus Salomonis. Et ne quis dicat falsam nos sequi regulam quadringentorum octoginta annorum, quasi cccclxxx. sint potius iuxta quædam exemplaria computandi, ipse sacre interpretis historia, cum temporum librum transferret in Latinum, ubi ad quartum Salomonis annum perueniēs, templum in eo ædificari ceptum meminit: statim uel ex sua quam in scri-

pturis sanctis collegerat eruditione, uel ex autoritate Græca subiunxit, & ait: Colligitur autem omne tempus à Moysē, & egressu Israel ex Aegypto, usq; ad præsentem annum, anni 480. Sane ne quem turbet in computo temporis, quod scriptū, et supra memorauimus: quia ex qua die mansit arca in Cariathiarim, multiplicati sunt dies: erat quippe iam annus 20. & requieuit omnis domus Israel post Dominum. Potest istè uer siculus etiam sic accipi, ut non arcā in Cariathiarim uiginti annis mansisse designet, sed ex qua die mansit arca ibidem, omnem domum Israel requieuisse post Dominum 20. annis, gaudentē nimirū de reuertēte ad se, quam ob peccata perdidit arca, postea uerò cōmunicantē peccatis Saul paulatim ab eius deuiasse uestigijs. Sed quia in longū præfatio processit, ipsum iam quē scrutantur ordinem scripturæ inchoemus.

Senescens Samuel ponit filios suos iudices Israel. Verum his à uia recta declinantibus, postulat sibi regem constitui: cui præcipiente Domino ius regis exponens, nec sic eum ualuit à pessima intentione reducere.

CAPVT PRIMVM.

Factum est autem cum senisset Samuel, posuit filios suos iudices Israel. & cætera, usque ad id quod ait Samuel ad uiros Israel: Vadat unusquisque in ciuitatem suam. Hæc lectio & ad literam & typicè intellecta, arguit eos qui neglecto quod didicere sancto mandato, suis potius concupiscentijs seruire desiderat: quod & de omnibus falsō fidelibus generaliter, & de Iudæis specialiter accipi potest: qui uel post incarnationē Saluatoris, terreni regni amore, prædicatores regni celestis abiecerunt: uel quietissima olim regimina iudicū fastidientes, contra Domini consilium regalia sceptri gestierint stemmate sublimari. Factum est autem, inquit, cum senisset Samuel, posuit filios suos iudices Israel. Nomen senectutis in scripturis cum mysticè ponitur, aliquando maturitatem sapientia, & consilij grauitatem, aliquando torporem mentis ab inchoata uirtutis nouo seruire frigentem significat. Dictum est enim de iusto iudice, cuius fallere sapientiā nulla conscientia præualeret. Et antiquus dierum sedit. Dictum & de membris illius, Gloria senum canities, id est, sapientiæ grauitas. Item in malam partem, qui se à uirtutum studio tepescere senserat, ait: Inueteraui inter omnes inimicos meos. Vtrique autē parti potest conuenire quod dicitur, Samuel senescens, filios suos posuisse iudices Israel. Cum enim fides & dilectio Christi senisset apud Iudæos, quibusdam uidelicet ab ea quasi grandæua senectute frigentibus: quibusdā uerò in ea quasi longa iam uiuēdi cōsuetudine maturis, posuit ipse Dominus Scribas et Phariseos eiusdē populi iudices, qui rectam uitæ uiam discernere, & subditis ostendere deberent: qui filij Dei dicti sunt, iuxta hoc quod ipse dixit in Exod. Filius meus primogenitus Israel. Quod æquè ut dictū est, & ad incarnationis Dominicæ, & ad ea potest tempora referri, cum primum in eodem populo sunt iudices à Domino positi,

positi. Nam & tunc Propheta attestante, iustus ex fide uiuebat. Haud dubiū quā illa de qua Petrus ait: Sed per gratiam Domini Iesu credimus saluari, quemadmodum & illi.

Fuitq; nomē filij eius primogeniti Loel, & nomē secundi Abia, iudicū in Bersabee. Et non ambulauerūt filij illius in uis eius. Ioel incipiens uel fuit Dei, Abia pater fuit, Bersabee puteus iuramenti dicit. Est em̄ locus, sicut & nomine pbat, ubi Abraham & Isaac fœdus cum Abimelech pepigere iurantes: significans fontē illū salutarē, qui circūcisionē & præputiū unius eiusdemq; fidei pacto sociatos abluir: in quo præfati fratres sunt iudices dati, ut uitæ uidelicet fontē & propinarēt & biberēt. Verū illi iuxta nomē suū incipientes quidē, sed nō perseverantes usq; in finē, ut salui fierēt, & quondam ad Deū pertinentes, patrumq; populū uocabulo digni existētes, nunc in cōtraria mutati, seras traditiones & scelera legi pariter & gratiā præuolere. Sed & quisq; nostrum cum à spiritali quā inchoauerat ardore tepescens, infimos terrenosq; cogitatus suæ menti præponit, quasi degeneres filios senescēs Samuel Bersabee iudices statuit: quia prauis sensibus baptismi mysteriū subdit.

Congregati ergo uniuersi maiores natu Israel, uenerunt ad Samuelem in Ramatha, dixeruntq; ei: Ecce tu sustinuisti, & filij tui non ambulant in uis tuis, constituue nobis regem. & cætera. Congregati ergo post ascensionē Domini uniuersi maiores natu carnalis Israel, uenerunt aduersus eum, miseruntq; regionē post eum in Ramatha, id est in altitudinē celorum, ubi omne quicquid terris agimus, dicto citius patet, dicentes: Nolumus hunc regnare super nos. & quasi ad eum quem latere nū potest, uerba facientes: Ecce, inquit, tua in nobis fides & charitas senuit, & filij quos enutristi & exaltasti, ipsi spreuerunt te. Maluimus ergo instar gentiū, quæ te non nouerūt, & regnorū quæ nō inuocauerunt nomē tuū, extranei à tuo ducatu manere, quam tuæ gratiæ fidei & regno & patriæ priuari. Si enim relicta pugnandi solertia, omnes tuæ doctrinæ simplicitatē sequimur, uenient Romani, & tollent nostrum & locum & gentē. Hæc quidē Iudæi, quamuis nō uoce, mente tamen reproba, & intentione aduersus Dominū sunt, & aduersus Christum eius locuti.

Difficiliq; sermo in oculis Samuelis, eo quod dixissent, Da nobis regem, ut iudicet nos. Et orauit Samuel ad Dominum. Difficilius infidelitas Iudæorum corā prudentibus in Christo, qui sunt oculi Ecclesiæ, eo quod infima pro summis eligendo, nescientes licet Domino dixissent, Da nobis regnum terrestre, quod nos perpetuò damnet. Nam de celesti, quod pauperibus spiritu promittis, nobis cura nō est, pro quorum salute, uel per se ipse, dum esset in mundo, uel per sua membra, etiam post ascensionē patrē Saluator orauit. Quod de Iacob fratre Domini specialiter Ecclesiastica narrat historia, quia tanta uidelicet instatia & sedulitate pro populo templū frequentās supplicauerit, ut camelorū duritiā traxisse eius genua crederent.

Dixit autem Dominus ad Samuel: Audi uocem populi in

omnibus quæ loquuntur tibi: non enim te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. Ne liberum eis tollas arbitriū, sed da potestatem filios Dei fieri, his qui credere noluerint, nec te doleas opprobrium hominum ex abiectioe plebis effectum. Non enim tuam doctrinam in homine loquētis, sed meam diuinam per te operantis abiecerūt, ne regnum illis in te tribuā sempiternū. Cui simile est quod ipse dixit: Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me.

Sicut dereliquerunt me, et seruiērūt dijs alienis, sic faciunt etiam tibi. Id est, sic derelinquēt etiā gratiā Euangelij, & seruiēt alienis à Deo traditionibus suis.

Nunc ergo audi uocem eorum: ueruntamen contestare eos, & prædic eis ius regis, qui regnaturus est super eos. Et hæc personæ patris ad filium loquentis aptilissime congruunt, Dimitte eos secundum delideria cordis eorum, & ibunt in uoluntatibus suis. Veruntamen contestare eos per Euangelium, & prædic eis quid temporalis miserie coram hominibus, quid æterni tormētī apud inferos passuri sint, qui neglecto seruitio, uel potius libertate spiritali, sibi met regnare maluerint, dicens: Quia uenient dies in te, & circundabunt te inimici tui uallo, & relinquetur domus uestra deserta, & cætera, talia & ait:

Hoc erit ius regis qui imperaturus est uobis. Non qualis esse debeat moderatus ac iustus imperator exponit, cuius & in plerisq; scripturæ sanctæ locis, & maxime in Deuteronomio perfectio docet: sed potius rector improbus, à quo austeritate subiectos sit oppressurus intimat, ut per hæc populū à pertinaci illius petitione reuocet. Figurat autem quæ de bono rege scriptura loquitur, Christum significant. De quo sub Salomonis specie canitur, Deus iudicium tuum regi da. Quæ autem de malo, diabolus: iuxta illud Ecclesiastici, Rex insipiens perdet populū suum. Et merito, quia ille diaboli, iste membrum est Christi.

Filios uestros tollet, & ponet in curribus suis. Vos, inquit, in libertatem uocati estis fratres, tantum ne libertatem in occasionem carnis detis. Qui ergo libertatem, in quam uocatus est, in occasionem carnis dederit, mox impij regis, hoc est diaboli, quem pro domino elegit, potestate depressus, cuncta hæc quæ Samuel populo dixit, in seipso seruitia tolerabit. Nam quod de uno populo semel dictum specialiter, sed diutius, & ueritate historica, & typica est ratione actitatum, omnibus æquè mortalibus, qui iugum Domini suauē à se proiecerint, est generaliter aptandum: quorum filios tollit improbus rex, & ponit in curribus suis, cum eorum gesta præclara, ut ubi gratia, modestiam, patientiam, benignitatem, elemosynam, & cætera huiusmodi tollens antiquus hostis, hypocriti, cenodoxia, superbia, uel alia qualibet uitiosa peste commaculans, infidelium nequit operibus, in quorum cordibus nequitia freno constrictis, ipse pessimus auriga quasi suis per omnia superbus & gaudens libere circumfertur in curribus. Et quia quos nunc falso

Habac. 2. Act. 12.

10

1041. 70.

20

Psal. 80.

30

Lucæ 19.

Lucæ 19.

Esai. 1.

40

Psal. 71.

50

Eccle. 10.

60

Gal. 5.

Psal. 6.

Exod. 4.

Matth. 24.

falso fideles in fidelibus per opera sociat impius hostis, eosdē ipsi in fine per supplicia iudex sociabit districtus. recte de talibus scriptū est: Veniet dominus serui illius in die qua nō sperat, & hora qua nescit, & diuidet eum, partemq; eius cum infidelibus ponet.

Facietq; sibi equites, & præcursores quadrigarū suarum. In tantum, inquit, sibi diabolus uestra etiam fortiora subiurgauit studia, ut per hæc et alios freno erroris corrumpere, edomare, & ad impietatis studium calle deslectere, uirtutisq; sobolem uitiorum fatagat reddere præconē. Nam sicut in bono quadrigæ uirtutū ministrat, qui prudentiā, fortitudinem, iustitiam & temperantiam proximorum cordibus infert: ita econtrario quadrigam pelsimi regis præcurrit, qui suis sequacibus aduersa hisce uirtutibus uitiorum exempla præmonstrat.

Et constituet sibi tribunos, & centuriones, & aratores agrorum suorum, & messores segetum, & sabros arborum & currum suorum. Et ex uestris magnis actibus, quasi bonæ conscientie utero progenitis filijs, alios sibi corruptor antiquus, ut id officij delegabit, qui uelut tribuni quidam aduersum castra ueritatis hostilem ducant exercitū: alios qui in centuriones magnam uitæ æternæ perfectionem se sequentibus promittant: hos qui seminantes in carne, de carne metēt corruptionē: iuxta quod

Osee 10.

Osee dicit, Arastis impietatem, melluistis iniquitatem, comedistis frugem mendacij. Alios qui dialecticis insidijs fabricatores errorum, & cultores peruerforum dogmatum contra ueritatem confortent, fraudulētus ordinator distribuit. Possūmus autem aratores agrorum diabolū etiam eos sentire, qui corda miserorum exercitio prauū dogmatis excolant. Messores uerō, qui uelut perfectos in minoribus suorū fructus auditorum, ad secretiora sua contemplanda mysteria, quasi purgationes ad horrea perducant: quod hæreticorum proprium, & maxime Manichæorum solet esse commentū. Possunt namque filij populi contumacis, quos super diuersis personæ unius actibus interpretati sumus, etiam ad diuersas referri personas, ab eodē uno aduersario diuerso errore foedatas.

Filias quoq; uestras faciet sibi unguentarias, & facarias, & panificas. Synagogas quoque uestras, uel animas deceptorum, uel certē cogitationes ingenita quondam castitate liberas, faciet suis prauitatibus nefaria adulatione fauētēs: quod pelsimum genus unguenti detestās Propheta precatur: Oleum autem peccatoris nō impinguet caput meū. Cui contraria est boni regis unguentaria, Maria uidelicet Magdalene, quæ dicit:

Psal. 140.

Dum esset rex in accubitu suo, nardus dedit odorem suum. Faciet & uitiorum foco famulantes: de quo Propheta testatur, Omnes adulterantes uelut clibanus corda eorum. Cui contrarius est focus dilectionis supernæ, quem qui audit uerbo ueritatis perceperit, dixerunt ad inuicem: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in uia, & aperiret nobis scri-

Cantic. 2.

pturas: faciet & panificas, quæ ueroces quofque ad infanda hæresium contuuiua uocantes a-

Osee 7.

unt, Panes occultos libenter edite: aqua furtiua dulciores sunt, & panis absconditus suauior. De quo pane & alibi dicitur: Dulcis est homini panis mendacij, sed postea implebit os eius calculo. Cui contrarius est panis ueritatis, qui cor hominis confirmat. Cuius cognitionē, quia caro & sanguis non reuelabit, sed pater qui in cœlis est: recte sub mulieris specie fortis de Ecclesia canit, Facta est quasi nauis institoris, de longē portans panem suum.

Luce 24.

Noluit autem populus audire uocem Samuel, sed dixerūt: Nequaquam rex erit super nos, & cætera. Hæc inobedientis

pturas: faciet & panificas, quæ ueroces quofque ad infanda hæresium contuuiua uocantes a-

Prouer. 9. Prouer. 20. Psal. 105.

Agros quoque uestros, & uineas, & oliueta optima tollet, & dabit seruis suis. Ampliſsimas quoque copias uirtutum spiritualium uestrarum, & fructus feruentissimæ dilectionis, necnon & dona suauissima misericordiæ fulgentis auferens a uobis, immundorum potius spirituum uoluptatibus subijciet.

Prouer. 31.

Sed & segetes uestras, & uinearum redditus addedicabit, ut det eunuchis & famulis suis. Sed et opera uestra quasi ad naturæ usque perfectionem iam perducta, spemq; totius uitæ uestræ cœlesti mercede, quæ denario numero signata est, corruptor antiquus ex integro priuabit, ut horum damno seruientium sibi malignorum spirituum, quos angelica quondam uirtute nudatos, humanam fecit esurire perniciem, desideria semper insaturabilia reficiat.

Seruos etiam uestros, & ancillas, & iuuenes optimos, & asinos auferet, & ponet in opere suo, & cætera. Motus etiam animi uel carnis ineptus, uerbi gratia, iram, æmulationem, gulam, luxuriam, & cætera talia, quæ sapientiū necesse est disciplina coercentur & refrenantur: sed & cætera rectæ intentionis officia, suo potius iuri seuus fraudator mancipabit, gregibusq; uirtutū opimis, in quibus diu frustra seruebatis, denaria perfectione carentibus, ipse in fine pasturæ palmam hostis accipiet. Sicq; tandem uos sub aduersario seruos effectos gemetis, quos sub domino liberos pridem uiuere tædebat.

Et clamabitis in die illa a facie regis uestri, quem elegistis uobis, et non exaudiet uos Dominus in die illa. Patet hæc prophetia, & usq; hodie apud Iudæos non cessat impleri: qui licet in septimo decimo psalmo scriptum est, Clamabunt (& non est qui saluet) ad Dominum, nec exaudiuit eos. Ad quos dicit Dominus: Non exaudiam preces uestras. Manus enim uestræ sanguine plenæ sunt. Illo uidelicet quem in huius electione regis nefandi sibi imprecabant dicēdo: Sanguis enim super nos, & super filios nostros. Hunc baptismatis aqua diluant, & clament ad Dominum de tribulatione sua, & de necessitatibus eorum liberabit eos. Alioquin audiunt ab apostolo Iacobo: Petitis, & non accipitis, eo quod malè petatis. Sed & morali intellectu, difficile ac sero uincuntur uitia, quæ diu libenter iacentes, scēp sponte prosternentes oppreſſerant.

Esa. 7.

Mat. 27.

Psal. 106.

Acl. 4.

Noluit autem populus audire uocem Samuel, sed dixerūt: Nequaquam rex erit super nos, & cætera. Hæc inobedientis

Matth. 6.

dientis populi pertinacia regē pro domino postulans, non in solo prædicatæ gratiæ tempore, sed etiam ante Dominicę incarnationis celebra ta mysteria, synagogam, imò totum penè genus humanum, ab ipso primo parente, quando serpētis uerba Deo proposuit, occupauit. Semper enim contumaces quicq; liberum suæ uoluntatis arbitrium diuinę gratiæ student anteferre regimini. At uerò boni quicq; filij patris spirituū supplicantes, non nostrum regnum, neq; uoluntas nostra: sed, Adueniat, inquit, regnū tuum: fiat uoluntas tua, sicut in cœlo & in terra.

Et ait Samuel ad uiros Israel: Vadat unusquisque in ciuitatem suam. Docet & hodie sermo diuinus, contumaces quosq; ac rebelles contra Dominū a publico cōtentionis obstinate singulos ad curiam redire pectoris: quatenus suo secum quisq; liberior in corde, quid contra uoluntatem tuam supernæ dispositionis gesserit, quam a districto iudice sententiā excepturus sit, sedulus exploret.

Et erat uir de Benjamin nomine Cis, filius Abiel. & cætera, usq; ad id quod ait Saul ad patrum suum: Indicauit nobis, quia inuenta essent asinæ. De sermone autem regni non indicauit ei quem locutus ille fuerat Samuel. In eo quidē Saul rex, quod pro Samuel electus a populo pertinaci, quod Dauid persecutus, q; cetera flagitia est operatus, quod eundem Dauid reprobatum et mortuus regni successorem accepit: Iudæorum significat malitiam, qui & prophetas & Dominum spernentes ac persequentes, sibimetipsi regnare maluerūt: ideoq; regnū Dei, de quo eiecti sunt, reliquerūt genti facienti fructus eius. In eo uerò quod oleo sancto unctus est, quod Israel ab hoste saluabat, Dominū Iesum Christum figuratē denūnciat. Atq; ideo præfens lectio, quæ eiusdem Saulis unctionis historiam, nullam uerò notam reprehensionis continet: Domini saluatoris propter nos homines, & propter nostram salutem, descensionem de cœlo, baptismi a Ioanne susceptionem, ceteraq; dispensationis temporariæ mysteria celsa designat. Et primò quidē sensum, qui est de Domino, iurat, q; Saul de Benjamin ortus, quod electus & bonus perhibetur: siue quia Benjamin filius dexteræ interpretatur, siue quia minima tribus est in Israel, semper enim in humilibus spiritu, quorum est regnum cœlorum, Christo solet gratia generari.

Ioan. 3.

1. Pet. 2.

Et erat, inquit, ei filius uocabulo Saul, electus et bonus, & non erat uir de filijs Israel melior illo, ab humano & sursum eminebat super omnem populum. Qui enim est de terra, de terra est, & de terra loquitur: qui de cœlo uenit, super omnes est. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Sed & nomen Saul, quod dicitur expetitus, siue petitio, Christo aptissimè congruit: qui magno sanctorum desiderio semper imploratur, & adesse rogatur. Necnon & Cis patris illius, id est duri uocabulum, mysterijs alludit: siue Deum patrem designet, seu Dauid, uel Abraham, aut aliū quemlibet patrum, ex quibus Christus secundum carnem. Nam et dura est natura illa, quæ non solum

uinci uel mutari, sed nec ab ulla potest condita natura comprehēdi. Dura est per distinctionem iudicij reprobis, quæ per gratiam misericordiæ suauis est bonis. Hic etenim de his dicit: Quam bonus Deus Israel, his qui recto sunt corde: De illis autem: Omnipotens sermo tuus de cœlo a regalibus sedibus. Durus debellator in mediā exterminij terram prosiliuit: et dura in tentationibus sunt fidelia corda honorum, quibus sub Ezechielis specie dicitur: Ecce dedi faciem tuā ualentiorē faciebū eorum, et frontem tuā duriorē frontibus eorum, ut adamantem & silecem dedi eum.

Psal. 72.

Sapient. 18.

Ezech. 3.

Perierant autē asinæ Cis patris Saul. Et dixit Cis ad Saul filium suum, Tolle tecum unum de pueris, & confurgens uade, & quære asinas. & cætera. Perierant autē etiam ad Deum patrem Domini nostri Iesu Christi pertinetes: quia et si iuste uiuerēt, priusquam Dei filius descenderet ad terras, primam stolam recipere non poterant. Et dixit Deus pater ad unicum filiū suum: Iunge tuo comitatuū unāhima sanctorum, qui tibi obtemperanter adhæreant, desideria præclara, & ipsis pro sua te uirtute sequentibus, opus humanæ saluationis ingredere. Quod si in Cis patre Saul cœtum patrum antiquorum libet accipere, constat hunc curam animarum gessisse fidelium, & Christum sedulo rogasse, ut ad harum saluationem dignaretur in carne uenire, dicendo: Domine Deus uirtutum conuertere nos, & ostende faciem tuam, et saluati erimus. & cætera huiusmodi.

Psal. 72.

Quærens asinas patris sui Saul, deuenit Samuel, qui eum gratè suscipiens, asinas docet inuentas: & manē oleo sancto perungens in regē, quæ ei sunt uentura præmonstrat.

CAPVT II.

Quærens asinas Saul per quinq; loca, non inuenit, montem uidelicet Ephraim, terrā Salisa & Salim, terram quoq; Gemini & Sulph. Quæ a progenitoribus eiusdem Saulis, & beati Samuelis cognomen traxisse uidentur. Et Dominus Christus perditas in protoplasto mortalium animas ad uiam uitæ reduci desiderans, per quinque huius seculi ætates cœpta non expleuit: quia ad tempus usque suæ incarnationis neminem, quamuis perfectē uiuentem, in cœlestis regni gaudia reduxit.

Cum autem uenissent in terrā Saph, dixit Saul ad puerum suum, qui erat cum eo: Veni, & reuertamur, ne forte dimiserit pater meus asinas, & sollicitus sit pro nobis. A quinto loco cassatæ quæstionis Saul, quasi redire disponit. Et Dominus enormitate prauaricationis humanæ uidebatur, quasi a curanda impiorum salute uoluisse reuerti, dum in quinta seculi ætate subtractis prophetarū oraculis, subtracta frequentia colloctionis angelicæ, sola prauorum hominum scelerata acta crebrescerent. Et reuera tot ac tantis ante aduentum Domini mundus sceleribus urgebatur, ut plus de iustorum tuenda, quam de acquirenda impiorum salute, conditor humani generis putaretur esse sollicitus. Verum ille pro aduersitatum molestijs suorum prouidus electorum, & patientiam probam

M re inuini-

re inuincibilē, & desideria uolebat cōstātia diffe- rēdo iam magis ac magis ac uere. unde sequitur:

Qui ait ei: Ecce est uir Dei in ciuitate hac, uir nobilis, om- ne quod loquitur, absq; ambiguitate uenit: nunc ergo eamus il- luc, si forte indicet nobis de uia nostra propter quā uenimus.] Hæc est enim patientia & fides sanctorum, hic amor continuus, hæc præstolatio diutina à lon- ge aspiciens & salutans incarnationis Domini- cæ & humanæ reparationis gaudium: hæc in- quam illa frequens scripturis gratiæ saluātis ob- secratio: Excita potentiam tuam, & ueni, ut sal- uos facias nos. Exurge, quare obdormis Domi- ner exurge, & ne repellas usq; in finem. quare fa- ciem tuā auertis: & cætera talia. Ecce, inquit, est in ciuitate mundanæ conuersationis, cœlesti gratia nobilissimus, & absq; ulla dubietate uera- cissimus prophetarum chorus. Nunc ergo eamus illuc, & à contemplanda tuæ gloria diuini- tatis, quæ mundis solum cordibus patet, ad hu- manitatis etiā olim promissæ, ac diu iam deside- rata mysteria cernenda ueniamus. Beati namq; oculi qui uiderunt, & aures quæ hæc audire me- ruerūt. Fortè resonantibus ibi de te, ac uiam nos- træ deuotionis attestando iuuantibus prophe- tarum præconijs, credere incipiet mundus, & ip- si reductis ad uitam qui perierant, à tanti tem- poris longo labore quiescemus. Verbum dubi- tationis ponit, ad ostendendā erroris humani grauitatē, difficultatemq; curādī, iuxta illud Sal- uatoris: Putas inueniet fidem in terra: & si cre- deretis Moysi, crederetis forsā & mihi. Huic lo- co simile quid illa sapiens amatrix in amoris sui cantico loquitur Christo: Quis det te fratrem meū, fugentem uera matris meæ, ut inueniam te for- sis, & deosculer: Ac si aperte diceret, quem inui- sibilem intus Deum credo, confiteor & adoro, hunc etiā foris meæ substantiæ conformem ui- dere & alloqui desidero.

Psal. 79. Psal. 43.

Math. 12.

Luc. 18.

Cant. 8.

Dixit Saul ad puerum suum: Ecce ibimus, quid feremus ad uirum? panis defecit in sat archijs nostris, & sportulam non ha- bemus ut demus homini Dei, nec quicquā aliud.] Saul qui- dem & puer eius errabāt, in eo quod hominem Dei munera prophetiæ querere putabāt, ideoq; frustra turbati sunt, quod ne sportulam quidem, quæ ei dari potuerit, ad portādum secum uia- tione sollicitat, ne ad audiendum uerbum Dei, & quærēdam suam uiam, quæ Christus est (nemo enim uenit ad patrem, nisi per illum) uacui mente uel actione conueniant, sed sedulo per- quirant quid obedientiæ congruentis, quid reli- quarum uirtutū suo doctori, quibus meritō uer- bum committere debeat, ostendāt. Sed et in ue- teri Testamento, quicumque Christum ad com- plenda uaticinia prophetarū in mundum ueni- re, qui Saulem in ciuitatem Samuelis intrare, & quæ ipse doceret agere desiderabant, mox ab i-

pro Christo secreta inspiratione bonis docebā- tur operibus insistere, quod digni fierent uidere & audire, quæ multi iusti & reges antea cupien- tes non audierunt, neq; uiderunt. Ecce, inquit, i- bimus: quid feremus ad uirum? panis defecit in sat archijs nostris, et sportulam nō habemus. Ec- ce instat tempus complendē in Christo prophe- tiæ, quid boni operis habemus, quo prædicato- ribus illius temporis nos commendare, & de il- lo quo opus habemus mereamur ediscere? Le- gis quidem obseruatio per pharisæorum tradi- tiones corrupta, imō ipsa sua uetustate, & quasi longo usu cōsumpta, defecit in actibus nostris: & conuersatione nouæ gratiæ, quæ regnum cœ- lorum expectet, priusquam ille cui repositum est ueniat & doceat, habere nequimus. Nam palmarum quæ uincetibus in primio dari sole- bant, plectæ, cœlesti remuneratione dignas ac- ctiones significant: palmarum folijs texta ua- scula, spe æternorum gaudiorum dilatata cor- da demonstrant.

Rursum puer respondit Saul, & ait: Ecce inuenta est in ma- nu mea quarta pars stateris argenti, demus homini Dei, ut indi- cet nobis uiam nostram.] Stateram argenti perfectio- nem humanæ salutis, qua ad laudandum Deum proficit, intellige: quæ quatuor nimirū partium incrementis ad summam suę soliditatis attingit: quia in ueteri uidelicet Testamento futura fide- Dominicæ incarnationis erecta, in nouo eius- dem susceptæ incarnationis sacramentis imbu- ta, in absolutione carnis æterni regni perceptio- nis sublimata, & in die iudicij etiam carnis est re- surrectione glorificanda. Dicit ergo Sauli puer eius: Ecce inuenta est in manu mea quarta pars stateris argenti, demus homini Dei, ut indicet nobis uiam nostram. Dicit Christo ad bona se opera cohortanti uetus fidelium populus, nouę gratiæ dulcedinem suspirans: Ecce inuenta est apud me spes, fidesq; uenturi in carne Christi. Confiteamur hanc incarnati uerbi ministris, ut plenius nos de uia nostra, quæ Christus est, in- struant. Nec frustra puer cum eodem Saule, qui Christum significat, hæc se facturum promittit. Ipse est enim qui operatur in nobis & uelle & perficere pro bona uoluntate.

Olim in Israel sic loquebatur unusquisq; uadens consilere Deum, Venite eamus ad uidētem. Qui enim propheta dicitur hodie, uocabatur olim uidens.] Idem secretorū scrutator & enarrator & propheta recte dicitur, quia profatur, id est preloquitur futura. Et uidēs non immeritō uocatur, quia mundatis cordis oculis, quæ minus perfectis nequeunt, arcana rimatur. Vnde & eorū scripta nō minus uisiones quàm prophetiæ uocantur. Visio, inquit, Esaiæ filij A- mos. Liber uisionis Nahum Elcesai. Verbum quod uidit Esaias filius Amos. Quare nimirum redarguendū sunt, qui prophetas Dei iuxta ca- taphrygas in extasi locutos autumant, ut tot sa- pientia uerba promentes quæ dicerent, ipsi ne- scirent. Et iuxta apostolicæ sententiæ ueritatem catholicè sentiendum, spiritus prophetarū pro- phetis fuisse subiectos, ut ex ratione uel loqui- noissent,

Esa. 1. Nahum. Esa. 2.

Psal. 118. Psal. 100.

noissent, uel tacere. Deniq; Psalmista, qui manda- ta Dei diligentius exquisierit, super seniores se intellexisse gloriatur. Et in alio loco: Psallam, in- quit, & intelligā in uia immaculata, quando ue- nies ad me. Non ergo quasi arreptitius nesciens psallit, quia quæ psallit, adueniente in se sapien- tiæ spiritu intelligit: sed & plerunq; propheta de quibusdam sibi diuinitus ostentis, quæ præ sui magnitudine quasi homines capere non po- terant, ab astantibus angelis quasi ratione uen- tes, & sapientiam sitientes inquirebāt. Sed quæ- ritur quomodo Samuel, qui non de longē prio- ribus, sed de præsentibus, hoc est sui æui tempo- ribus sermonem facit, dicat: Qui enim prophe- ta dicitur hodie, uocabatur olim uidens. Voluntq; hos & huiusmodi uersiculos ab Ezra sacerdote & scriba, cum scripturam sanctam restauraret, quasi de olim transactis interfectos esse tempo- ribus. Nam & longē post mortē Samuelis usq; ad Ezræ tempora, nomen uidentium aequē ut prophetarum scripturis inditum claret.

Et ierunt in ciuitate in qua erat uir Dei.] Et uenit Do- minus per incarnationem in mundum, ubi erat tunc temporis maximus prophetarum Baptista Ioannes: uenerunt cum illo etiā sancti illius, non quidem iterum nascendo in mundo, quo iam ui- xerant, & quod eum uenire cupiebant: sed men- tem suam ad eum etiam in carne diligendum re- torquēdo, quem semper in diuinitate secretum spiritualiter amabant.

Cumq; ascenderent cliuum ciuitatis, inuenerunt puellas e- gredientes ad hauriendam aquam, et dixerunt eis: Num hic est uidens?] Cum sequētib; se ministris incarnatio- nis suæ, primisq; credētium Dominus sublimia nouæ uitæ præcepta inchoaret, apparuerunt ani- mæ humiles & castæ, de futurorum latebris pecca- torum confitendo egressæ, atq; ad hauriendas aquas in gaudio de fontibus Saluatoris, ab ipso Ioanne prædoctæ, quas ipse sollicitus sit, apud eas si uidens interrogat, quia conscientias disci- tiens singulorum ad se uenientē, an Ioannem prophetam intellexerint ueritatis, an eius dicta cum amore susceperint, inuestigat.

Quæ respondentes, dixerunt illis: Hic est, ecce ante te, se- stinate nūc. Hodie enim uenit in ciuitatem, quia sacrificium est hodie populi in excelso. Ingresses urbem, statim inuenietis eum, antequam ascendat excelsum ad uescendum.] Respon- dentes animę simplices Christi, cui conscientiæ singulorum quicquid cogitant patet: Hic, in- quunt, Ioannes, cœlestia uidere doctus, præcur- sor tibi factus est, & tu festinus illum quæsumus ad saluandum nos insequere: adiutor enim & li- berator noster es tu Domine, ne tardaueris. Nā & ille hodie, hoc est eiusdem cuius & tu gratiæ fideiq; lucifluæ prædicator, uenit in mundum. Quia tempus est, ut populus omnis electorum in excelso nouæ conuersationis culmine sacri- ficium Deo spiritualiter consecretur; siquidem ipse qui medius nostrū, necdum agnitus con- sistis, postquam te mundo manifestare uolue- rim, statim inuenies eum ad tui aduentus obse- quia paratum, Neq; enim uel ipse tantæ gratiæ

Psal. 39.

uir, antequam te uidere meruerit, aut summa uirtu- tum fastigia conscendere, aut perfectis gaudijs spiritalis potest dapibus refici.

Neq; enim comesturus est populus, donec ille ueniat: quia ipse benedicit hostiæ, & deinceps comedunt qui uocati sunt.] Neq; enim uulgus imperitum, in quibus dulce- dinem potest uitæ cœlestis, à qua diu iam exula- bat, sperando degustare, donec ille ueniat, qui pœnitentiā agentibus regnum cœlorum ap- propinquare testetur. Quia ipse primò eos, qui hostia Dei uiua fieri desiderant, pristinis errori- bus castigatis baptizādo abluuit, & deinceps spe æternæ hereditatis gaudere suadet.

Et ascenderunt in ciuitatem. Cumq; illi ambularent in me- dio urbis, apparuit Samuel, egrediens obuiam eis, ut ascende- ret in excelsum.] Et coepit fama Christi fideliumq; eius paulatim prædicante Ioanne crebrescere. Cumq; baptizato omni populo, & ipse uenisset ad Ioannem, ut baptizaretur ab eo, occurrit ei idem Ioannes deuotæ seruitutis obsequijs, ut post præconiā uenturi etiam præsentem bapti- zaret, populisq; Dei agnum ostenderet: ac tale tantumq; meritum proficientibus, & martyrij san- guine perfectis, uirtutum cacumen ascenderet, cui in natis mulierū propheta maior nemo esset.

Dominus autem reuelauerat auriculam Samuelis ante u- nam diem, antequam ueniret Saul, dicens: Hac ipsa quæ nunc est hora, cras mittam ad te uirum de terra Beniamin, & unges eum ducem super populum meum Israel, & cætera.] Et Deus pater sui secreta mysterij reuelauerat Ioan- ni, manente adhuc statu Moisaicæ legis, dicens: Quia postquam nouæ gratiæ diem figuris lega- libus per omnia quasi æqualibus horarum spa- cijs comparatam manifestaueris mūdo, mittam ad te uirū de terra filij dextræ, id est qui carnem portet non uirili semine conceptam, sed diuino singulariter opere sacram, qui iuxta nomē suum saluabit crediturū mihi populum, Deum uidere cupientium, de potestate tenebrarum: hunc ba- ptizans, et spiritu sancto perunctum uidens, du- cem populi mei cunctis prædicare incipies.

Cumq; respexisset Samuel Saulem, Dominus ait ei: Ecce uir quem dixeram tibi, iste dominabitur populo meo.] Cum uideret Ioannes Iesum uenientē ad se, admoni- tus à spiritu sancto, intellexit ipsum esse agnum Dei, ipsum qui tollit peccata mundi, ipsum de quo Micheas propheta loquitur: Et tu Bethleem Ephrata paruulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel.

Accessit Saul ad Samuelem in medio portæ, & ait: Indica oro mihi, ubi est domus uidens.] Venit ad Ioannem Dominus in confinio legis adimplendæ, & in- choatæ gratiæ. Lex enim & prophetæ usq; ad Ioannem: ex eo regnum Dei euangelizetur, & omnis in illud usum facit. Et interrogat eū in qua sit humilitate, cæterarumq; uirtutum perfectio- ne posita ei conscientia, qui tantum diuinæ con- tēplationis præ cæteris tunc mortalibus uidere meruerit. Domus quippe singulorum, ipsa est conscientia, in qua per cogitationes semper in- habitant. Interrogat autem eum non uerbis sci- ficitando, sed ei sua dona tribuēdo. Respondens

Mich. 5.

Math. 12.

uerò ille, ubi sit domus sua pandit: quia in cunctis se quæ gerebat uirtutibus, in humilitatis mansione positum ostendit: illum, inquit, oportet crescere, me autem minui. Et cætera talia, quibus sequentia Samuelis aptissime conueniunt responsa.

Et respondit Samuel Sauli, dicens: Ego sum uidens, ascende ante me in excelsum, ut comedas mecum hodie, et dimittam te mane, et omnia quæ sunt in corde tuo indicabo tibi. Respondit Ioannes Domino cœlestia sibi donalargiente, dicens: Ego amicus sponsi: ego præcursor tuus sum: ego à te debeo baptizari, qui præ me ueniens, ante me factus es. Et quidem ipse nunc à me baptisma cum populo credentium accipies, pariter audientibus ambo dapes uerbi ministrabimus, atq; ipsi uicissim audientium fide reficimur. Verum tuæ ubi cunctis gratiæ splendor illuxerit, finito meæ præcursoris officio, te prædicare dimittam, iunctoq; mihi choro, præcedentiū prophetarum, omnia temporariæ dispensationis tuæ mysteria fidelium turbis, membris utiq; tuis, indicare curabo.

Et de asinis quas perdidisti nudius tertius, ne sollicitus sis, quia inuenta sunt. Et de animabus, quæ tempore tertio seculi, id est mundi nascentis exordio, perire cœperunt, gaude, quia me prædicante iam resipiscere, & acta poenitentia regnum cœlorum sperare didicerunt. Tria tempora, ante legem, sub lege, sub gratia intellige.

Et cuius erunt optima quæque Israel? nonne tibi et omni domui patris tui? Et quis erit gratiæ quam prædico largitor atque autor, nisi tu? cuius omnia esse quæcumq; habet pater, rectissime confitentur. Optima enim Israel sunt dona cœlestium gaudiorum, quæ domui patris sui qui in cœlis est ministrat.

Respondens autem Saul, dixit: Numquid non filius Iemini ego sum de minima tribu Israel, et cognatio mea nouissima inter omnes familias de tribu Beniamin. Et Dominus contenta superbiorum profapia, pauperes parentes, & humiles spiritus, de quibus nasceretur, elegit. & ipse de se loquitur: Ego non quero gloriam meam. Et pulchre Saul filius Iemini, id est dexterae meae dicitur, quia ipse sibi Christus ex diuinitatis sue potentia cōdidit hominis substantiam, quam ex uirgine nascitur susciperet. iuxta quod alibi legitur: Sapientia ædificauit sibi domum. Pulchre de cognatione nouissima inter omnes familias tribus Beniamin, id est filij dexterae. Filius enim dexterae Christi Deus est, ad cuius tribum pertinent omnes electi: sed quanto quisque inter sanctos humilior, tanto illi est quasi uicina cognatione coniunctior. quia & ipse homo Christus, ut celsior maiestate, ita sanctis omnibus est humilitatis uirtute præstantior.

Assumens itaque Samuel Saulem et puerum eius, introduxit eos in triclinium, et dedit eis locum in capite eorum qui fuerant inuitati: erant enim quasi triginta uiri. Triclinium Græcè coenaculum. Triclinos dicitur coenatio, à tribus lectulis discumbentium ita uocatum, Kalinin enim Græcè lectus, siue accubitus

dicunt. Si quidem apud ueteres in loco ubi apparatus exponebatur conuiuij, tres lectuli strati erant, in quibus discumbentes epulabantur. Itaque Ioannes multos ad epulas uirtutum prædicando conuocans, omnibus his Christum & Apostolos eius, tametsi post ueniens, prætulit: & merito, quia non nisi per eius baptismum, quod illorum ministerio dari incipiebat, potuit regni cœlestis aula referari. Erant enim quos imbuebat, Decalogum legis per agnitionem sanctæ Trinitatis fortiter & infatigabili mente completuri.

Dixitq; Samuel cocco: Da partem quam dedi tibi, et præcepi ut reponeres seorsum apud te. Leuauit autem cocus armum, et posuit ante Saul. Dixit Ioannes suæ ipsius linguæ, quæ audientibus alimenta uitæ solebat adhibere: Prædica potentia singularis uirtutem, quam præcepi tibi, ut nulli puro homini datam dices. At illa mox propheticæ cordi obtemperans, protulit diuinæ solum uirtuti ac maiestati uerba congrua. Et hæc mediatori hominum, homini Iesu Christo cōuenire perhibebat, dicens: Qui habet sponsam, sponsus est: & qui defursum uenit, super omnes est. Et iterum: Non enim ad mensuram dat Deus spiritum. Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius.

Dixitq; Samuel: Ecce quod remansit pone ante te, et comede: quia de industria seruatum est tibi, quando populum uocauit. Dixit Ioannes Christo, magnalia diuinæ uirtutis eius unncians: Omnes quidem quos ad fidem & poenitentiam conuocare potui, uirtuti operam dare suasi. Verum quia nos in iniquitate concepti, & in delictis editi, quamuis multum nitentes, peccato ad integrum carere, & uirtutis arcem comprehendere nequimus: tu qui uerbum caro factus es, perfecti per omnia uincendi ac docendi, quas nostra fragilitas non capit, dapibus uescere. De quibus profecto dapibus ipse Saluator aiebat: Meus cibus est, ut faciam uoluntatem eius qui misit me, ut perficiam opus eius. Tunc autem uerba huiusmodi dicebat Domino Ioannes, & cum eius celsitudinē, & humane conditionis fragilitatem commemorans ait: Qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur: qui autem de cœlo uenit, supra omnes est.

Et comedit Saul cum Samuel in die illa, et descenderunt de excelsu in oppidum. Et prædicabat Dominus cum Ioanne in oppido gratia fulgenti, usq; dum mitteretur in carcerem Ioannes, dicens de credituris sibi populis: Ego cibum habeo manducare, quem uos non scitis. Et non solum perfectis alta uirtutum ascendendo, sed in infimis quibusque descendendō, communia uiuendū tradidit mandata, his dicentes: Vendite quæ possidetis, & date elemosynā. illis uerò: Non homicidij facies, non adulterabis.

Et locutus est cum Saul in solario. Cum enim mane surrexisset, et iam cū diluisceret, uocauit Samuel Saul in solario, dicens: Surge, ut dimittam te. Locutus est Ioannes cum Domino in lumine cognitæ diuinitatis illius. Solarium quippe (quod nomen trahit ex eo quod præ altitudine sui prius ædificijs inferioribus orti folis

Matth. 3. Mar. 1. Cant. 1. Psal. 44. Luc. 12. Matth. 19.

ti folis subar excipiat) illorum nimirum corda significat, quibus à terrenis desiderijs diuino timore suspensis, familiarius oritur sol iustitiæ. Cum enim uterq; Dominus uidelicet & Ioannes, suæ propter quam missus est dispensationis inchoasset exordium, nouæq; lucis gratia iam iam mundo clarete cœpisset, cōfessus est idem Ioannes Iesum Christum esse filium Dei, se autem missum ante illum, tota illum mentis intentione desiderans, ad operandum diuina in carne surgere, & se præcursoris officio congruo tempore quiescere.

Et surrexit Saul, egressiq; sunt ambo, ipse uidelicet et Samuel. Et manifestauit Iesus gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius. Egressiq; ambo, ipse uidelicet & Ioannes, de occulta diuinæ uoluntatis contemplatione, ad ostendenda foras operum magna procefferunt.

Cumq; descenderent in extrema parte ciuitatis, Samuel dixit ad Saul: Dic puero ut antecedat nos, et transeat: tu autem subsiste paulisper, ut indicem tibi uerbum Domini. Cum sedens Dominus humilitate ac paupertate pro nobis assumpta, despectum nouissimumq; uirorum, atq; inter ciues mundi extremum ostendens, suos quoq; sequaces pauperes spiritu esse doceret, non tamen statim machinantibus licet scire impijs, occasum mortis subijt: sed iuxta uaticinia prophetarum, quorum & Ioannes portio est, antecedere se obedientes sibi famulos, & de uitijs ad uirtutes, de morte iussum transire ad uitam. Ipse autem eis decedentibus paulisper subsistit in mundo, donec indicatum fidelibus suis de se per prophetas uerbum patris expleret.

Tulit autem Samuel lenticulam olei, et effudit super caput eius. Tulit Ioannes prædicadam spiritus sancti gratiam, & totam eius plenitudinem in Christo requiescere testatus est, dicens: Quia uidi spiritum descendentem quasi columbam de cœlo, & mansit super eum. Et bene effudit, quia oleum, inquit, effusum nomen tuum.

Et deosculatus est eum, et ait: Ecce unxit te Dominus super hereditatem suam in principem. Et prophetiæ figuræ Euangelicæ ueritati fideiq; gratiæ legis decreta diu desideratæ pacis unione sociauit, et ait: Ecce unxit te Deus Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis, ut postules ab eo, & det tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.

Cum abieris hodie à me, inuenies duos uiros iuxta sepulchrum Rachel in finibus Beniamin meridie, dicentq; tibi: Inuentæ sunt asinæ, ad quas ieras requirendas, et intermissis pater tuus asinis, sollicitus est pro uobis, et dicit: Quid faciam de filio meo? Cum abiret Iesus plenus spiritu sancto de Iordane ab Ioanne, inuenit diu perditos perfidia populos, sed iam tunc fide & operatione confirmatos. Inuenit autem eos, ad salutis uitæ reuocando: & hoc cessante paulatim & ueluti moritura ac sepelienda synagoga carnalis obseruanti, de qua ipse carnē suscipere dignatus est. Rachel quippe fuit mater Beniamin, e tribu de qua Saul originem duxit. Inuenit autem quos saluaret Dominus: & quasi meridia-

Matth. 3.

Mar. 1.

Cantic. 1.

Psal. 44.

Luc. 12.

Matth. 19.

no nouæ dilectionis, in seruire ac scientiæ lumine fulgente de cœlestibus, in finibus gratiæ & ueritatis, quæ ad comparationē legis per Moysen data, quasi dextera est ad sinistram. Unde rectè Beniamin filius dexterae interpretat. Qui nimirum populi credentes inuenti misericorditer à Christo cōfessi sunt, eius beneficijs gratias agendo, quod animæ ipsorum instar brutorum animalium quondam erroneæ, cœlesti iam sint gratia redemptæ, per eum qui uenit quaerere, & saluum facere quod perierat. Cōfessi sunt etiam fidei mysteria, quæ didicere, quod intermissa, hoc est ad horam dimissa, pater omnipotens factorū hebetudine à pigritia, sollicitus fuerit pro filio suo, & credentibus in eum, ne forte turbati passione illius, à fide descicerent, donec completa passionis eiusdem dispensatione, & resurrectionis gloria celebrata, opportunus uel Iudæorum uel gentium immundas, quæ ad tempus intermiserat animas quaerere, & saluari precipere: ut quæ ex parte iam fuerat inuenta, perfecte Domini sui congregarentur ad præsepē.

Cumq; abieris inde, et ultra transieris, et ueneris ad quercum Thabor, inuenient te ibi tres uiri ascendentes ad Deum in Bethel, unus portans tres hœdos, et alius tres tortas panis, et alius lagenam uini. Cumq; te saluauerint, dabunt tibi duos panes, et accipies de manu eorum. Crescente cursu sue doctrinæ Saluator peruenit usq; ad insinrandū discipulis sue passionis arcanū, quod mundo esset excelsæ lucis dona redditurus. Thabor quippe, qui est mons altissimus, & interpretatur ueniens lumen, & nomine & situ uiuificæ crucis mysterijs arridet, cuius sacramenta pandentem Dominum quaesierunt suppliciter, et inuenerunt fortes quiq; sanctæ Trinitatis confessores ascendentes pijs profectibus ad Deū in Ecclesia, quæ est Bethel, id est domus Dei: qui secundū datā sibi gratiam quidam pinguisima poenitudinis remedia pro cogitatione, locutione & operatione offerenda: alij confirmantia cor hominis scripturæ sancte cibaria, quæ triplici ratione constat, diuino sibi munere reuelata: alij feruentissima cōpunctiua dilectionis pocula in uasis cordium fidelibus Deo dicanda ferebāt. Qui cum in suis singuli gradibus Christum saluatorem agnoscerent, eiusq; incarnationem ad mundi optarent prouenire salutem, dederunt ei geminā scripturarum interpretationē: ut post primam uidelicet historiae lectionem, quæ ante eius incarnationem per legem completa est, ipse allegoricum quoq; & anagogicum sensum, qui uel præsentis gratiæ ueritati, uel futuræ uitæ beatitudini congrueret, actū susceptæ dispensationis aperiret. Quos nimirum quoq; panes de manu offerentiū accepit, quando discipulis dignā operationem pro meritis aperuit sensum, ut intelligerent scripturas. Cui, ni fallor, trium panum interpretatio pulcherrima ratione concinit: quod & in Euangelio petitor improbus, instant inopiæ necessitate, tres æquæ panes ab amico fidei quaerit, & accepit. Et in Leuitico, offerendi ad sacrificium panes trimodo iubentur cœtu

Luc. 12.

Luc. 12.

Leuit. 2.

ra genere preparari, in clibano uidelicet, in sartagine, & in craticula. In craticula namq; affatis panibus alimur, cum ea quæ iuxta literam aperte, & sine aliqua obtectione dicta uel acta sunt, ad tutandâ animi salutē percipimus. In sartagine autem frixis, quando literæ superficiem sæpe uersando ac retractando, quid in hac Christi mysterijs, quid Ecclesiæ catholicæ statui, quid castigandis singulorū moribus allegoricè cōgruat, inspicimus. Porro in clibano panem uerbi quærimus, quando etiam ea quæ nondū uidere possumus, sed in futuro uidenda speramus, in scriptura anagogica, id est sursum latura mentis intentione complectimur.

Post hæc uenies in collem Domini, ubi est statio Philistinorum: & cum ingressus fueris ibi urbem, obuiam habebis gregem prophetarum descendentium de excelsis, & ante eos psalterium & tympanum & tibiam & citaram, ipsosq; prophetantes: & insiliet in te spiritus Domini, & prophetabis cum eis, & mutaberis in uirum alium.] Collem Domini Gabaatha ciuitatem, quæ interpretatur collis, intellige. Veniens ergo Dominus usque ad celsitudinem diuinæ suæ maiestatis exponendam mortilibus, quam sibi immundi spiritus procaciter usurpabant, consortem adiutorem & testem suæ prædicationis gregem prophetarū accepit: iuxta quod & ipse uno ex eis Esaiâ lecto, perdocuit: qui nimirum prophetæ uita & uerbo quasi organo quod tangebant, & carmine quod dicebāt, consoni, de occulta summæ gloriæ ad cōmuniā humanitatis infirma solebant operando pariter & loquēdo redire. Et pulchrè grex prophetarum de excelsis descendens & prophetās, non post se genera musicorum, sed ante se habuisse describitur. Ille enim doctor uerè in excelsis diuinæ contemplationis se fuisse demonstratur, qui ad loquendum humilibus infirmisq; condescendens, cuncta quæ dicturus est prædicando, consona uoci manu præmonstrat operando, quomodo de Domino scriptū est: Quæ

Luce 4.

coepit Iesus facere & docere. Occurrentibus ergo sibi prophetis, Saul accepto spiritu Domini prophetauit cum eis, alium que est statim mutatus in uirum. Et Dominus noster post patefacta de se prophetarum præfagia, manifestè quo plenus erat spiritus gratiæ propherandi, hoc est futura gaudia prædicandi, & ipse ministeriū suscepit: nec mora proficēte credentiū animo, de propheta est mutatus in Christū, nō quidē esse incipiēdo quod nō erat, sed apparēdo quod erat.

Actuum 1.

Et descendens ante me in Galgala (ego quippe descendam ad te, ut offeras oblationem, & immoles uictimas pacificas) septem dies expectabis, donec ueniam ad te, et ostendā tibi quæ facias.] Descendit ante Ioannē Dominus in Galgala, id est uolutabra, illa uidelicet de quibus in Psalmo loquitur patri: Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ usque ad animam meam. Infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Non quia ante Ioannē Dominus mortis subierit exitium, sed quia antequam Ioannem occiderent, persequerentur Iudæi, Iesum, & quærebant eum interficere: quia non

Psal. 68.

solum soluēbat sabbatum, sed & patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo. Descenditq; ad illum Ioannes, quia ad exemplum humilitatis ac patientiæ illius, & carceris uolutabrum suscepit & mortem. Obtulit autem Dominus semetipsum hostiam patri, & pacificauit per suum sanguinem quæ in cœlis & quæ in terris sunt in ipso. Sed expectabit usque ad tempus sui præcursoris exemplum. Cuius uniuersitas iuxta consuetudinem scripturarum, septem dierum numero signatur, donec scilicet idem morte ab impijs suscepta, quid ipse Dominus esset passurus, ostenderet.

Ioan. 8.

Itaque cum auertisset humerum suum, & abiret à Samuele, immutauit ei Deus cor aliud, & uenerunt omnia signa hæc in die illa. Veneruntq; ad prædictum collem, & ecce cuneus prophetarū obuius ei. & cætera.] Cum abiret Dominus à Ioanne, mox paternæ dispositionis executus imperium, noua est cogitatione mutatus, ut eum qui eatenus subditus erat parentibus suis, ceterorumq; mortalium æstimabatur similis, exinde clarescentibus uirtutum indicijs Deus quoque patefceret. Omnia autem quæ Ioannes de illo, quæq; propheta alij prædixere, uera erant.

Videntes autem omnes qui nouerant eum heri et nudius tertius, quod esset cum prophetis, et prophetaret, dixerunt ad inuicem: Quæ nam hæc res accidit filio Cis? num & Saul in prophetis? & cætera.] Docente Iesu in patria sua, multi audientes admirabantur in doctrina eius, dicentes: Vnde huic hæc omnia? & quæ est sapientia quæ data est illi, & uirtutes tales quæ per manus eius efficiuntur? Non ne iste est sabinus filius Mariæ, frater Iacobi & Ioseph & Iudæ & Simonis? Non ne & sorores eius hic nobiscum sunt? & scandalizabantur in illo. Et dicebat eis Iesus: Quia non est propheta sine honore, nisi in patria sua, & in cognatione & in domo sua.

Matth. 13.

Cessauit autem prophetare, & uenit ad excelsum.] Cessauit autem Iesus propheta æstimari, & coepit Deus omnipotens credi, de quo Esaias persequentibus eum populis aiebat: Quiescite ergo ab homine, cuius spiritus in naribus eius, quia excelsus reputatus est ipse.

Esai. 2.

Dixitq; patruus Saul ad eum: Indica mihi, quid dixerit tibi Samuel. Et ait Saul ad patruum: Indicaui nobis, quia inuenta sunt asina: de sermone autem regni non indicaui ei, quem locutus fuerat illi Samuel.] Patruus Saul qui hæc cum illo loquitur, Ner intelligitur, pater Abner, qui erat filius Abiel aut Saul. Querētibus ergo Domini cognatis ac fratribus, quale Ioānes de illo testimonium dixerit, sed necdum credentibus in eum, sicut Ioannes Euangelista testat: respondens ipse Dominus, iam regni cœlestis introitum poenitentibus a suo præcurfore prædicatum, promissumq; docuit: sed se eiusdem Deum ac Dominum ab eodem ipso prædicatum, regem quæ cunctis gentibus prædicandum ingratum ac superbis dicere distulit. Hactenus uicisionem Saul allegorica super Domino expositione succinctè transcurrimus. Sed & tropologicè, id est iuxta moralis intelligentiæ regulas, quisq; nostrum simplices cogitationes & æferenda

ferenda fraternæ necessitatis onera Dei uerbo refectas, intra sui pectoris septa custodit, quasi paratas ad opus quotidianum asinas pascit, quæ uidelicet saluberrima cogitationum deuotio sibi surripiēte aliquo, ut allolet tentationis articulo à suimet custodia relapsa, ad exteriora quæq; ac secularia sectanda, ruptis continentiæ frenis effugerit, omni mox necesse est instātia mentis uagabundas recolligere, & intrinsecum ad pabuli cœlestis reducere festinemus præsepe. Et quia sufficientes non sumus agere aliquid ex nobis, quasi a nobis, sumptis obedientiæ & humilitatis muneribus, ascendamus ad audiendū Dei uerbum, atq; eius modestis cōsolationibus erecti, quod nostra infirmitas nequiuerat, acquiramus. Et ueniet profectō diuina opitulante gratia, ut non solum intermissam mentis recuperemus obseruantiam, sed & perfectioris doni scenore ditati, etiā regni cœlestis incipiām gaudia sperare: imō ipsi charitatis, gaudiij, pacis, patientiæ, longanimitatis, bonitatis, benignitatis, fidei, modestiæ, continentiæ, ceterorumq; fructuum spiritaliū deuotos Deo populos regentes, super hanc hereditatē Domini oleo gratiæ cœlestis ungamur in principē necnō et prophético ore deoiculi, id est exhortatoria scripturæ sanctę monita, quib. uel nostra uel pximorū corda consolenē, nostro mereamur more suscipere.

Conuocato Samuel populo in Massphat, sorte regem querit, & inuenit Saul: quem demum reuersum pars electa sequitur, cætera despicit.

CAPVT III.

Et conuocauit Samuel populum ad Dominū in Massphat, & ait ad filios Israel: Hæc dicit Dominus Deus Israel, Ego eduxi Israel de Aegypto, & erui uos de manu Aegyptiorum, & de manu omnium regum qui affligebant uos: uos autem proiecistis hodie Dominum uestrum. & c, usq; ad id quod scriptum est: Ille uerò dissimulabat se audire.] In hac lectione Saul & superborum proteruitiam et humilitatem Domini ac fidelitū eius designat. In eo siquidem quod proiecto Domino, qui de Aegypto Israel eduxit, qui de manu Aegyptiorum eruit, qui omniū regū, qui solus saluabit de uniuersis malis, rex constituitur, cōtumacem, si hiq; pro Deo regnare malentem, uel synagogæ uel Ecclesiæ plebem demonstrat. Etenim hodie non pauci neglectis Christi imperijs, qui se de tenebris erroris ad fidem uocādo eduxit, qui de potestate tenebrarum baptizando eruit, qui de omnium malorum incurſu protegendo semper castigando saluauit, malunt suis improbis seruire corruptelis. Dominum uerò saluatore idem Saul indicat, in eo quod de tribu Beniamin, id est filij dexteræ descendit, quia charitas & fides, illius in eis solum qui ad dexteram regni partem pertinent, perfecte generatur. Quod de cognatione Metri, id est plurimæ genus ducit, illius uidelicet quæ ait: Audiat terra uerba oris mei. Expectetur sicut pluuia eloquū meū. Vnde & ardens regni illius appetitor aiebat: Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Et de illo alibi: Et descendit sicut pluuia in uellus. Quod Saul, id est:

Psal. 142.

Psal. 71.

petitio uel expetitus appellatur: quia nimirum semper ab eo regni cœlestis est appetendus, & omni intentione quarendus introitus. Quod filius est Cis, id est duri, uel quia Deus pater non est pater homo ut miretur, nec filius hominis, ut agat poenitentiā: uel quia populus fidelium eius, in qua semper dilectione generatur fortis inter aduersa proclamat: Ideo posui faciē meam ut petram durissimam, & scio quoniam nō confundar. Quod in regem ungendus absconditus est domi: uel quia cum uenturi essent, ut raperēt eum, & constituerent sibi regem, fugit: uel quia intus se quari debere, intus inueniri posse, intus esse quæ docet, intus qua ducit ostendit. Quod altior fuit uniuerso populo: quis enim similis erit Deo inter filios Dei? Quod domum habuit Gabaath, id est in colle, siue sublime, ipsa est enim ciuitas in mōte posita, de qua scriptum est: Et homo factus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. Quod abiit cū ea pars exercitus, quorum tetigerat Deus corda. Quod filij Belial, id est diaboli, siue pestilentiæ, qui eum despexere, nuncupantur. Quod ille dissimulabat se contraria loquentes audire, ait enim: Et non quero gloriam meam, est qui quærat & iudicet.

Esai. 50.

Psal. 86.

Ioan. 8.

Locutus est autem Samuel ad populum legem regni, et scripsit in libro, & reposuit coram Domino.] Locutus est Ioannes Baptista, locuti sunt propheta cæte. i ad populum legem regni cœlestis, quod per Christum datur: & scriperunt in suo singuli libro, & reposuerunt inter sacras scripturas, in quibus solis semper diuina uoluntas inuenit. Sanè iuxta literam dicendum, quod supra, ubi ius regis promulgatur, superba eius præsumptio ad sedandū populi petentis pertinaciā prædicatur. Hic uerò per legem regni dictam, scriptā, & memoriæ causa coram Domino repositam, qualis rector bonus, qualisq; animo ad subditos esse debeat, iuxta Deuteronomij iussa declaratur.

Et dimisit Samuel omnem populū, singulos in domum suā.] Dimittit & hodie doctor finito sermone, dimittit & pagella finita lectione omnes auditores singulos in conscientiam suam: ut quæ audierant, meditando retractent, & operando meditata perficiant. Quod si quem mouet, quare reprobis regis acta super Christo, qui est rex regū, per allegoriam interpretari præsumpserim: sciat hoc esse consuetudinis expositorum, imō rationis scripturarum, ut uel de malo bona, uel de bono homine malam allegoriæ formam, ubi sic ordo poposcerit, indifferēter assumant. Alioquin nunquam nigro atramento, sed lucido semper auro, uel qualibet alia decora specie scribi oporteret: quoniam Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ. Non inordinatè nigredo candorem significat. Deniq; beatus papa Gregorius eiusdem Saulis non solum unctionem ad Christi regnū, sed & ipsam eius quæ pro peccato euenit mortem, ad innoxiam Christi mortem allegorice significandam, non dubitauit transferre. Lege enim expositionem eius in Iob, ubi dixit, Pereat dies in qua natus sum. Item in Iechoniam

Ioan. 11.

rege, qui pro suo scelere damnandus, de Iudæa transfugit ad Chaldaeos, Dominum intelligit de Iudæis non credentibus ad gentes saluandas translatum. Salomonis, quamuis postmodum grauissimè peccantis, sapientia dicta uel acta omnia ad Christi laudes figurandas Ecclesia refert. Nec pauci Ecclesie tractatores, dicente Aposto-
 10 lo, Petra autè erat Christus: uirgam qua percussa est petra, crucem Christi, Moysen autem & Aaron uiros sanctos, qui percusserunt, crucifi-
 gentes Dominum principes sacerdotum, & legis doctores, id est pharisæos intelligunt. Et si hæc petra quamuis salubria plebi pocula fugge-
 rens, petra tamen naturali mole dorso rursus in-
 hærens, ineffabilia Christi munera signat, uel-
 20 lapis ille patriarcha chrisimate sancto perfusus, Dei filium oleo sancti spiritus unctum denun-
 ciat: uel certè Cyrus ille Persa, quamuis homo ra-
 tionabilis, à Christi tamen fide et sacramentis fun-
 ditus extraneus, ob figurandi congruentiã Chri-
 sti uel typo, uel nomine potuit rectè consecrari:
 cur non homo Christi, cui in iuuentute mystica
 unctioe dedicata sunt Christi, usq; ad mortem
 nomine sacrosancto præclarus, futura Christi in
 carne gesta possit figurando prædicere? Notan-
 dumq; attentius, quia nec ipsa scriptura cuncta
 quæ in exemplū assumit probat. Neq; enim pu-
 tandum est Marforum, quæ dæmonica non du-
 bitatur, artem prædicasse uir sapiens, cum ait:
 Quis medebitur incantatoria serpente percus-
 so: Cuius dicti sensus est, quis emendat doctore
 à diabolo deceptum? Quod si uel hoc cuiquam
 forte nouum uideretur, quod idem Saul uno eo-
 demq; tempore bonum pariter & malum signi-
 ficare dicitur, uideat sanctum uirum Isaac filio
 benedicientem, sed eundem filium minimè co-
 gnoscentè, typum habere Iudæorum, qui Chri-
 stum saluatorem, quem uenturum benedictum
 in nomine Domini diu cecinerant, iam præsen-
 tem in carne fide non uiderint. Videat eundem
 40 filium benedictum ab angelo simul, et claudum
 effectum, gentem significare Iudæicam, benedi-
 ctam quidè in credentibus Christo, sed claudam
 in persecutibus Christum. Et per bonos ergo
 bona, & per malos mala, & per malos bona libe-
 re pro locis & temporibus figurantur. Nec ta-
 men in præmiorum receptione boni nisi bona,
 nec mali nisi sola que gessere, secum sua mala re-
 ferunt. Quomodo unis licet isdemq; coloribus
 scripti niger Aethiops, & Saxo candidus, cuius
 50 sit quisq; coloris indigena, possunt facile statim
 & sine ulla cõtrouersia discerni: aliter in pictu-
 ra, ubi nisi sui quisq; coloris, sicut & habitus de-
 formetur, mendacj prorsus impudentis tabula,
 quæ imaginem promissit, arguitur.

Iabes Galaad obfessam ab Ammonitis in Gabaath Saulis mandatur, & superueniente, cum exercitu Saul primo mane liberatur.

CAPVT IIII.

Ascendit autè Naas Ammonites, & pugnare cepit ad-
 uersus Iabes Galaad, & cætera, usq; ad id quod
 scriptum est: Et lætatus est tibi Saul, & cuncti uiri Israel ni-

mis. Hæc lectio typicè docet hæreticorū contra
 Ecclesiam bella grauius quidè seuitura, sed Do-
 mino semper opitulante deuincenda. Vincto igitur
 in regem Saule, cõfestim ascendit Naas Am-
 monites, & pugnare cepit aduersum Iabes Galaad.
 Diffusa nuper in mundo gratia fidei, ascendit
 de abyssò, id est de cõrdibus impiorum dia-
 bolus, & hæreticorum trahens agmina secū, pug-
 nare cepit aduersus Ecclesiam Christi. Quod
 de omnibus generaliter hæreticis, & de his qui
 10 ipsis apostolorum temporibus pullulantes cir-
 cumfessionem dogmatizauerunt, potest specialiter
 accipi. Naas quippe, qui interpretatur serpens,
 diabolus est. Ammon, qui in populū moeroris
 transfertur, hæreticorum conuentus exprimit,
 nõ solum propter nomē, quo Ecclesiam de suo
 casu moerentem significat, sed etiam qui nocte
 et de incesto cõceptus est. Hæresis namq; solet
 in cæcitate miseræ cogitationis non rectè præ-
 sumpto à doctore uerbi semine nasci. Iabes Galaad
 ciuitas est, quæ abscondi nõ potest, in monte
 constituta, id est Ecclesia in Christi fide subli-
 mata. Vnde bene Iabes exiccata uel siccitas in-
 20 terpretatur: significans Ecclesiam, uel singulam
 quamq; animam fidelem, & à fluxu uitiorum ca-
 strigatam, ne sint uia eius tenebræ & lubricum,
 & instar cerui ad fontes aquarū anhelantis, amo-
 re continuo Deum fontem uitium uidere sitien-
 tem. Galaad, qui aceruum testimonij, siue trans-
 migrationis testimonij sonat, Dominus est: quia
 cõgeriem nobis uiuorū lapidum non exiguum
 suæ in fide firmatam in testimonium rectè con-
 uersandi præmõstrat: uel qui de ueteri ad nouū,
 de literali testimonio ad spiritale, de terrestri ad
 celestia nos transmigrare desiderat.

Dixeruntq; omnes uiri Iabes ad Naas: Habeto nos fede-
 ratos, & seruiemus tibi. Et respondit ad eos Naas Ammoni-
 tes: In hoc seruiam uobiscum fœdus, ut eruam omnium oculos
 dexteros, ponamq; uos opprobrium in uniuerso Israel. Con-
 sentiebant sãpe nõnulli fideles Ecclesie uiri fœ-
 derati germanè diligendo, & seruire humiliter
 obtemperado doctoribus, quos crebra scriptu-
 rarum meditatione prudētes sicut serpētes aesti-
 mabãt: sed Ecclesiasticæ pacis custodia, sicut co-
 lumbas non esse nesciebant. Verum quia nihil
 opertum, quod nõ reuelabitur, cõtinuò se pro-
 debant fabricatores errorum, & cultores puer-
 40 forum dogmatum illuminatos sui cordis oculos
 non habere, nec eis dici posse, Oculi uestri sicut
 columbae: sed cõtrariò cunctis suis auditoribus
 oculos dextros, id est celestis & supernæ con-
 templationis sensus auferre desiderare, & ad so-
 la eos sinistra ac peruersa contuenda desistere,
 belloq; quotidiano, quod contra spiritalia ne-
 quitia in celestibus agimus, impotes efficere.
 Ob hoc namq; Naas labitis oculos dextros uo-
 lebat eruere, ut dum sinistram uultus partem in
 certamine scutis obtexissent, quid cõtra hostē,
 quid pro sua salute agere deberent, intueri non
 possent. Ob hoc antiqus hostis fideles celesti
 lumine priuare conatur, ut eos per omnia spiri-
 tali pugna inuitiles reddat.

Et dixerunt

Et dixerunt ad eum seniores Iabes: Concede nobis septem
 dies, ut mittamus nuncios in uniuersos terminos Israel. Et si nõ
 fuerit qui defendat nos, egrediemur ad te. Dixerunt pru-
 dentiores quicq; & in fide cautiore ad hæreti-
 cos, in quibus loqui cognoscebant draconem,
 serpentem antiquum, qui est diabolus & fana-
 nas, sicut ediuerso in Paulo & similibus eius lo-
 cutus est Christus: Ne nos cogatis uestro nouo
 dogmati credere, donec spiritus sancti, qui septi-
 formis Ecclesie datus est, lumen inquirentes, pa-
 10 trum scripta legendo transcurramus: & si nõ fue-
 rit in eis qui nostram fidem defendat, egredie-
 mur ad uos, & derelicta unitate catholica, quæ
 intus, uobis potius, quid de illa dudū egressi, nõc
 deforis eã impugnatis, so ciabimur, audiemusq;
 nobis in ea legi etiam contra nos. Ex nobis exie-
 runt, sed non erant ex nobis. Si enim fuissent ex
 nobis, permansissent utiq; nobiscū. Hæc autem
 dicebant, non ulla conditione assensum præbi-
 turi hæreticis, sed de paterna fide certissimi, iu-
 20 stæ rationis eos allegatione deuicturi. Cui simi-
 le est illud Psalmistæ: Si reddidi retribuentibus
 mihi mala, decidam meritò ab inimicis meis ina-
 nis. Et quod Apostolus ait: Nam si mortui non
 resurgunt, neq; Christus resurrexit. Si autè Chri-
 stus non resurrexit, uana est fides uestra, inanis
 est & prædicatio nostra. Inuenimur autem & fal-
 si testes Dei, quia testimonium diximus aduer-
 sus Deum, quod suscitauerit Christum: quem
 non suscitauit, si mortui non resurgunt. Hæc e-
 30 nim dicta sunt, nõ ut uel Christi resurrectio de-
 negetur, uel Propheta retribuentibus sibi mala
 reddidisse doceretur: sed ut per ea quæ falsa con-
 uinci non poterant, etiam ea de quibus ambie-
 batur, alruerentur esse ueracia.

Venerunt ergo nuncios in Gabaad Saulis, et locuti sunt uer-
 ba audiente populo: & leuauit omnis populus uocem suam, &
 fleuit. Venerunt pro fidei necessitate missi nun-
 cij in Hierosolymã, uel aliquam aliam nobilem
 fide ciuitatem, in qua Dominū regnare dubium
 non esset: & narrabant apud se turbatam hæresi
 Ecclesiam. Quod audiens omnis rectè creden-
 tium populus, dolorem intimi pectoris etiam la-
 chrymis & fletu testabatur: ut sæpius contigisse,
 qui historiam Ecclesiasticam legerit, inueniet.

Et ecce Saul ueniebat, sequens boues de agro, & ait: Quid
 habet populus, quod plorat? Et narrauerunt ei uerba uirorum
 Iabes, & cætera. Et ecce Dominus adiutor in op-
 portunitatibus, in tribulatione ueniebat, qui na-
 tus est homo in mundo post legis peritos, et phi-
 50 losophiæ doctores non paucos, quos tamen de
 agro forinsecæ libertatis ad subeundos Ecclesie
 muros celestia docendo agebat, sedulusq; sem-
 per de Ecclesie lachrymis, ut has pius miserator
 abstergeret & consolaretur, inquirebat.

Et assumens utruq; bouem, concidit in frustra, misitq; in
 omnes terminos Israel per manus nunciorum, dicens: Quicum-
 que non exierit, secutusq; fuerit Saul & Samuelem, sic fiet bo-
 nus eius. Et assumens Dominus utruq; sapien-
 tem, & eum uidelicet, qui de carnali legis obser-
 60 uantia, & eum qui de seculari philosophia glo-
 riabatur, quicquid superbum sapiebant, Euan-

gelica simplicitate, ueritate & humilitate destru-
 xit: misitq; in omnes terminos Ecclesie per
 Euangelistarum, qui bene nunciando nomē ac-
 ciipiunt, opera illo cooperante firmata: Quicum-
 que non exierit, in quiens, à paterna sua conuer-
 satione, quæ in mundo erat, secutusq; professio-
 ne & opere Euangelij prophetiæq; monita, ad
 subeundum se spiritale certamen accinxerit, om-
 ne quod uel actionis incessu discretum, uel me-
 10 ditatum utiliter ruminatione uerbi regere puta-
 uerit in exemplū eorum, de quibus dicitur: Vbi
 sapiens, ubi scriba, inueniet in fine perendum.

Inuasit ergo timor Domini populum, & egredi sunt quasi
 uir unus, & recensuit eos in Bezecc. Audito per Euan-
 gelium populus fidelium, quid heretici & schis-
 matici, quid gentiles & Iudæi infideles pati ha-
 beant, salubri timore correptus, ab illecebris eg-
 20 grediens ueteris hominis, in unitatem sese ca-
 tholicæ recepit Ecclesie: contemptisq; omni-
 bus apocryphorum latebris, in luce coruscantis
 Euangelij recensendus à Christo, ac suo nomi-
 ne in cœlo daturus affuit. Vnde meritò Bezecc
 fulgur interpretatur, illud nimirum ueritatis &
 gratiæ lumen cœlestis significans, de quo Domi-
 nus, cum hæreticos uitandos doceret, dicens: Et
 dicent uobis, Ecce hic, ecce illic. Nolite ire, neq;
 sectemini: adiunxit, atq; ait: Nam sicut fulgur
 coruscans sub cœlo, in ea quæ sub cœlo sunt ful-
 30 get, ita erit filius hominis in die sua. Et de quo
 Psalmista, Fulgura, inquit, multiplicauit, & con-
 turbauit eos. Nec frustra Bezecc etiam egestatē
 sonare perhibetur. Beati pauperes spiritu, quo-
 niam ipsorum est regnum cœlorum. Et qui reli-
 ctis omnibus sequuntur Dominum, cur non à
 rege suo recenseri putentur in Bezecc?

Fueruntq; filiorum Israel trecenta millia, uirorum autem Iu-
 da triginta millia. Fuerunt in populo gentium, fue-
 runt qui ad defensionem fidei promptissimi re-
 ctè crederent, sperarent, & per dilectionem ope-
 40 rarentur. Ternarius numerus quippe propter
 consensionem sanctæ Trinitatis ad fidem: dena-
 rius & centenarius propter dextre mercedis ele-
 ctionem, & denarium diurnum bonis uinitori-
 bus dandum, referuntur ad spem. Porro millena-
 rius propter solidam denarij, quod natura ad im-
 mobile stabilemq; perfectæ dilectionis respi-
 cit operationē, quamuis rectè potest in eadem
 ipsa uel Iudæ uel gentium Ecclesia, per uiros Iu-
 da primò Deum confidentium fortitudo: per fi-
 50 lios autem Israel, sublimitas eorū qui perfectius
 eum speculari didicerunt, intelligi. Iuxta quod
 Psalmus ait: Notus in Iudæa Deus, in Israel ma-
 gnum nomen eius. Notandum, quod iuxta lite-
 ram multo ante tempora Roboam filij Salomo-
 nis, seorsum tribū Iuda, seorsum autem cæteras
 quæ uocabantur Israel, fuisse recēditas, quamuis
 nedum imperio uel religione discretas.

Et dixerunt nuncios, qui uenerunt: Sic dicetis uiris qui sunt
 in Iabes Galaad: Cras erit uobis salus, cum incalescit sol. Dixerunt
 olim uirua uoce præsentibus, dicunt &
 nobis hodie sua scripta consulentibus, Eccle-
 60 siæ propugnatores, iubentq; mandari pericli-
 tantibus

1. Cor. 10.

1. Cor. 11.

1. Ioh. 2.

Ps. 7.

1. Cor. 15.

Lucæ 17.

Ps. 17.

Math. 5.

Cant. 2.

Ps. 75.

tantibus eiusdem Ecclesie membrs, nunquam ad hæreticos audiendos excant, certi sive salutis, ubi veritas Evangelici solis illuxerit. Dicitur & omnibus persecutionem patientibus propter iustitiam: quia patientia pauperum non peribit in finem. Sed ubi iudicij dies inclinaverit, salus aeterna dabitur.

Psal. 9.

Venerunt ergo nuncij, & annunciauerunt uiris lates, qui letati sunt, et dixerunt: Mane exhibimus ad uos. Qui prius hæreticorum uersutias, & argumentorum spine formidabant, postmodum iam fortiorum doctorumq; solatijs confirmati, promittunt se non iam in nocte dialecticæ deceptionis, sed in ostensione lucidissimæ ueritatis & uirtutis exire ad eos, non iam cum ipsis ab Ecclesia damnâdi, sed contra ipsos arma cum Ecclesia laturi.

Et facietis, inquit, nobis omne quod placuerit uobis. Latu hac nocte, licet conflictu ingruente dixerunt, qui sciebant certissime mane fidei aspirante, mox placitum hostibus, nō aduersa ueritatis piacula profyllogismorum, sed sola surgendi, tenebrasq; suas repetendi solatia querere.

Et factum est cum uenisset dies crastinus, constituit Saul populum in tres partes. Factum est cum apparuisset gratia Dei saluatoris in Ecclesia periclitantis auxiliū, constituit illam in tres fidelium partes, coniugatorum uidelicet, continentium, & doctorum: quos Propheta sub Noe, Danielis, & Iob appellatione designat, præcipiens solerter, ut suos quicq; cuneos pro defendenda Ecclesia pace acuerent.

Et ingressus est media castra in uigilia matutina, et percussit Ammon usq; dum incalesceret dies. Surgente inter hæresium tenebras Luciferi sanæ doctrinæ, mox perfidia castra turbantur. Incalescente autē scripturas sole iustitiæ, funditis anathematizata dispereunt. Lux enim lucet in tenebris, & tenebræ eam non comprehenderunt.

Ioan. 1.

Reliqui autem dispersi sunt, ita ut non relinquenter in eis duo pariter. Multitudinis credentium, quamuis late dispersæ, cor unum & anima est una. Hæretici autem, qui ad tempus Ecclesie iudicium effugisse sibi uidentur, & ab illa longius expulsi, & inter se sunt ipsi discordes. Iuxta quod Esaias ait, Et concurrere faciam Aegyptios aduersus Aegyptios. Sabellius enim contra Arium, contra Nestorij Euthices, Fotinus contra Manichæū, & cæteri contra cæteros impij impij arma iniquitatis commouent.

Esa. 19.

Et ait populus ad Saul: Quis est iste qui dixit, Nō Saul regnabit super nos: date uiros, & interficiemus eos. Et ait Saul: Non occidetur quisquam in die hac, quia hodie fecit Dominus salutem in Israel. Nolentibus Dominum recipere Samaritanis, dixerunt filij tonitruū: Domine, uis dicamus, ut ignis descendat de cælo, & confirmat illos: Et cōuersus Iesus increpauit illos: Nescitis cuius spiritus estis: filius hominis non uenit perdere, sed saluare.

Luce 9.

Dixit autem Samuel ad populum uenientē: Eamus in Galgala, & innouemus ibi regnum. Victis damnatis, uel correctis hæreticis, dicit perfectus quisque doctor ad subditam sibi Ecclesiam: Venite reuela-

ta facie cordis, gloriā Domini speculemur. Galgala quippe reuelatio dicitur. Et eo magis reuouemur spiritu mentis nostræ in agnitionem eius qui creauit nos, quo illorū uictores pericula cernimus: quia in uetustate remanentes, noluerunt reuelare ad Dominū uia suā, & sperare in eum, nec obsecrare subnixi, ac dicere: Reuela oculos nostros, ut consideremus mirabilia de lege tua.

Psal. us.

Et perrexit omnis populus in Galgala, & fecerunt ibi regē Saul coram Domino in Galgala, et immolauerunt ibi uictimas pacificas coram Domino. Audito magistrorum spiritualium hortatu, creuit populus electorum in fide et agnitione ueritatis, atq; in reuelatione cordis, sese illustrati humiliando ac despiciendo, Christi per omnia gloriam quaesire, & exaltare nomen eius ad inuicem, proq; pace Ecclesie quicquid ualere deuotionis obtulere coram Domino.

Et letatus est ibi Saul & cuncti uiri Israel nimis. Letatus est Saul in Galgala, quod dicitur reuelatio. Exultauit spiritu sancto Iesus, et dixit: Confiteor tibi pater Domine cæli & terræ, qui abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, hoc est serpentina sapientia fidei, quasi sub Naas rege contra Israel dimicantibus: & reuelasti ea paruulis, hoc est, eis quos & in fulgore ueritatis, & in paupertate spiritus quasi in ciuitate Bezeec timor Domini collegit, confortauit, adiunxit. Iterum, inquit, uidebo uos, & gardebit cor uestrum, & gaudium uestrum nemo tollet a uobis.

Matth. 11.

Luce 10.

Ioan. 16.

Constituto rege Samuel, se innocentem probat & iustum, et ad terrorem populo pertinaci incutiendum, pluuia de cælo tempore messis euocat.

CAPVT V.

Dixit autem Samuel ad uniuersum Israel: Ecce audiui uocem uestram. & cætera, usq; ad id quod ait, Quod si perseueraueritis in malitia, & uos, et rex uester pariter peribitis. In hac lectione Samuel proprie statū Israelitici regni describit. Contestatus namq; populum, quod & se innoxio & Domino semper saluatore adiuncto regē sibi male petierint, sub eiusdē regis figura uariantia totius eorum regni tēpora comprehendit. Quod enim de uno dicit:

Si timueritis Dominum, & serueritis ei, eritis & uos & rex qui imperat uobis, sequentes Dominum Deum uestrum: si autem non audieritis uocem Domini, erit manus Domini super uos, & ad extremum, quod si perseueraueritis in malitia, & uos & rex uester pariter peribitis. De omnibus intelligendum signauit: quia uidelicet eorum exigentibus meritis, sicut unius primi regis imperium, sic & totum illud quod contra Dei sibi uoluntatem impetrauerit regnū, tempora esset habiturū posteriora peiora prioribus: & interim quamdiu timuerunt Deum, bonis regibus illustrandis: quoties neglexerint, cum malis puniendi: & ultimum, aggrauescente malitia, regnum ipsum pariter libertatem & patriam essent captiuitate uel morte mutaturi. Signum quoq; præuaricationis & duri cordis populi non minimum, & eo magis terribile, quo illis regionibus inusitatum exhibuit, uoces scilicet & pluuiam tempore messis triticeæ, quæ toto aestatis tem-

60

pore

pore in terra promissionis, nisi magno miraculo uenire non solent: ut hinc nimirum omnes qui neglecto post longam agnitionem diuinæ uoluntatis imperio, sibimet ipsi regnare, suisq; cupiditatibus seruire desiderant, peruerso se ordine gerere signaret: qui uidelicet tempore quo postmodum percepti uerbi rigationē, maturos iam boni operis fructus ferre debuerant, adhuc se moribus incompositis, uoce supernæ correctionis, uel exhortationis, qua doceantur quæ sint elementa exordij sermonum Dei, opus habere demonstrant. Quod si & hanc quis lectionem allegoricè quærat exponi, facile quidē occurrit, quid sit quod Samuel constituto super Israel rege gradiente ante eum, se iam tunc tenuisse: ab adolescentia autem sua coram ipsis, testibus Domino & Christo eius innocenter uixisse pronūciat: quia regnante nunc secundū præfagia prophetica in Ecclesia Domino Iesu Christo, ipsi legis et prophetarum libri quidem de illo testimonium dant: & hoc ubiq; affirmat, quia testante patre & filio, immo & spiritu sancto lex sancta, & mandatum sanctum, & iustum & bonum. Nec detur aliquis Manichæo socijsq; illius locus, quo uel cætera instrumēti scripta, de quo unus apex præterire non potest, uel datorē eiusdem reprehendat: nec prophetarum figuræ seruasse, ullus qui se noue lucis gratia redemptum nouit, ambigit. Quid quod nec bouem se cuiuspiam, nec alium tulisse perhibet: quia scilicet prophetica legalisq; scriptura nemini uel triplicitatem recte conuersandi ad proximū, uel grauitatem corripiendi & instruendi proximū, sinistra suggerēdo subtraxit. Alinus namq; qui ingenua mansuetudine et hominum necessaria, & ipsos homines portare consueuit, amorē fraternæ utilitati accommodum designat. Bos autem, cui nō solum imposita caro onera gestare, sed & arua uertendo sulcos seminibus præparare moris est: eos nimirum, qui nō modo fratrum infirma tolerare, uerum eorundem quoq; pigrescentia corda castigando euertere, & ad suscipiendum uerbi fermen solent excolere, demonstrat: quibus solum personis duabus tota, ni fallor, operariorum Ecclesie solet caterua comprehendī. Non ergo Samuel bouem cuiquam, non alinum tulit: quia nec peritiam docendi eruditus, nec simplicioribus quibusq; piē uiuēdi cum fratribus modestiam uetus sancta scriptura præripuit. Sed & illud in promptu est, quid sit quod ait: Si timueritis Dominum, eritis uos & rex qui imperat uobis consequentes Dominum: in autem, erit manus Domini super uos. Et quod in conclusionē subiunxit: Quod si perseueraueritis in malitia, & uos & rex uester pariter peribitis. Qui enim percepta fidei sacramenta recte seruauerit, eius Dei & Domini monita sequetur, de quo solus uerus rex Israel ait: Sicut & ego patris mei præcepta seruauit, & maneo in eius dilectione. Qui uero audiens non audierit uocem Domini, diuinæ super hunc manus est ultio, donec poenitentiam egerit, intenta. At qui ad mor-

Ioan. 15.

tem usq; impoenitens perdurauerit, talis profecto, quia ad Antichristum pessimum regem pertinet, aeterna cum eo perditione damnabitur. Neq; enim illi soli, qui in fine mudi Antichristo illi contra Deum se erigenti adhaerint, eius regno seruire putandi sunt: sed & hodie quam plurimi fidei mysterijs initiati, cum diuersis se facinoribus immerferint, regno eiusdem impiē militare probantur: diciturq; & eis ē lectione prophetica: Si timueritis Dominum, & serueritis, & eritis uos & rex qui imperat uobis, id est Dominus Iesus Christus sequētis Dominū Deum patrem eiusdē Dei & Domini nostri Iesu Christi: quod si perseueraueritis in malitia, & uos & rex uester Antichristus (tunc enim illū habebitis regem) pariter peribitis. Verum quod inter cætera dicit, & sciētis & uidebitis quia grande malum feceritis uobis in conspectu Domini, petentes super uos regem: non facile uidetur ad Christum regem posse referri, quem omnis qui super se humiliter regnare petit, non malum aliquod, sed grande bonum facit, ad eō uel quisquis hoc unum facere neglexerit, nullum facere possit: nisi forte dicatur, quia crescente hominū peccato, factū sit, ut filius Dei in carne humana passurus ueniret: qui si nunquam homo peccasset, nunquā pro hoc contra hostem in homine pugnaret: atq; ideo toties ad erudiendum genus humanū, angelis, patriarchis, prophetisq; præmissis, in plenitudine temporum, quando grauius peccatos homines præsciebat, sum ipse aduentum seruauerit, ut ubi abundauit peccatum, superabundaret gratia: meritoq; intelligatur, quia grande malum fecerint, qui noluerunt audire Moysen & prophetas, sed enormitate caelerum ipsum Dei filium in carne uenire coegerunt. Neq; huic sensui uinæ Evangelicæ parabola contradicere uidetur, cuius pessimi coloni fructus in tempore reddere nolentes, seruosq; domini sui impiē cædendo, lapidando, & contumelijs afficiendo, filium ad se unicum mitti fecerunt. Potest autem hoc quod in die messis tritici uoces & pluuia de cælo data referuntur, etiam in bonam partem interpretari: ut intelligamus uocem Evangelicæ prædicationis spiritibus in tonuisse de cælis, in tempore quo corda legi fructum ferentia ad horrea Ecclesie primitiæ oporteret aggregari. Potest & ita, quod huiusmodi prædicantes apostoli messorum fuerint in his qui legem iam nouerant & fecerunt, ad Euangelij gratiā uocandis: rigatores autem in his qui legis necdum uerba cognouerant, & de his dictum, Leuate oculos uestros, & uidete regiones, quia albæ sunt iam ad messem. De illis autē, Ego plantauit, Apollo rigauit, Deus autē incrementum dedit: diligentius sanē intelligendum, & ad imitationem uirtutis est trahendum, quod beatus Samuel spernente se populo, & de principatu eijciete, nihilominus uerbum sedula exhortationis et piæ intercessionis opem ferre nō omitteret. Absit, inquit, a me hoc peccatū in Dominum, ut cessem orare pro uobis, & docebo uos uiam

Ioan. 4.

1. Cor. 5.

uiam bonam & rectam. O' eximium fraternæ dilectionis exemplum, de ducatu innocens, imò etiã sanctissimus propheta & sacerdos eicitur, & peccatum ducit in Dominũ, si ipsos suos electores ad æterni gaudia subleuare orando pariter & admonendo non fatagat.

Saul & Ionathan ex populo sibi milites eligunt, & Statione Philistim percussa à Ionathan, maioribus copijs iisdem filios Israel terrent.

CAPVT VI.

Filius unius anni Saul cum regnare cepisset. & cætera, usq; ad id quod scriptum est, Hebraei autem irantur Lordanem terram Gad et Galaad. In hac lectione multifaria dispensante Domino, et contra Ecclesiam bellorum, & pro Ecclesia defensionum spiritualium genera panduntur. Sed primò caput lectionis, quod pleroseq; turbat imperitos, intueamur ad literam.

Filius, inquit, unius anni Saul, cum regnare cepisset, duobus autem annis regnauit super Israel, & elegit sibi Saul tria millia de Israel. Et est sensus: postquã electus Saul, et à beato Samuele est oleo sancto perunctus in regem, toto anno primo humilis & priuato similibus mansit, nec regio habitu induit, ceteraq; regni insignia sumere curauit: quod etiam supra belli Ammonitici tempore, ubi boues de agro quasi rusticus agebat, probatum est, cuius initium belli Iosephus post mensem totius honoris eius contigisse perhibet. Secundo autem & tertio anno regiam quidem mentem induit, regali cura populo præfuit. Sed necdum milites ex populo, qui suo lateri familiarius adhærerent, usq; ad quartum demum anni principium elegit. Allegoricè autem filius est unius anni, populus fidelium, siue in synagoga, siue in Ecclesia, cum regnare incipit: quia sic quisq; ad regnum fidei pertinere, regisq; æterni potest membris incorporari, cum primò didicerit, quia unus Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus & pater omnium. Duobus autem annis regnat, & sic sibi de Israel tria millia militum elegit: quia dum unitati fidei sociandam spem & dilectione cognouerit, mox sibi doctores, qui eandem fidem, spem, & charitatem diligentius se suosq; doceant, atq; ab hostis irruptione turentur, eligit. Quod dupliciter intelligendum est. Quia uidelicet & antiquos Ecclesiæ magistros, olimq; cum Christo regnantes, nunc etiam nobis magistros, quorum scripta uel exempla sequamur, eligimus, & novos quotidie in locum præcedentium, quos dignos arbitramur, ut credentes, sperantes, amantesq; ab hoste defendant, ordinamus.

Et erant cum Saul duo millia in Machmas, et in monte Bethel: mille autem cum Ionathas in Gabaath Benjamin. Porro cæterum populũ remisit, unumquemq; in tabernacula sua. Fortiores quosq; & millenario numero dignos Ecclesia sibi, quorũ gladio uerbi & fidei scuto muniatur, eligit: porro infirmiores in fide ad tuenda propriæ conscientia, in quibus peregrinatur à Domino, tabernacula remittit. Verũ quia Saul & Ionathan ambo ad regnum pertinent, sed nõ idem est meritum amborum: quorum, ut cætera

taceam, unus delictũ Deo David persequit, ut hostem, alter ut suam diligit animam, uidetur in eis binus credentium uel prædicantium ordo signari. Vnus eorum qui dicunt: Domine Domine, non ne in tuo nomine prophetauimus? Alius eorum qui audiunt: Vos autem estis qui per-

Matth. 7.

Luce 22.

Luce 22.

manfistis mecum in tentationibus meis. Vnde bene Saul expetitor dicitur, haud dubium quoniam ab illo de quo Dominus apostolis loquitur: Ecce satanas expetijt uos, ut cribraret sicut triticũ.

Ionathan autem columbæ donum, uel columbæ dedit, uel Domini donum interpretatur: significans eos, qui omne quicquid habent uirtutis, spiritui gratiæ tribuunt, atq; ab eo se accepisse confitentur. Et Saul in Machmas et in monte Bethel, id est in humilitate & in monte domus Dei: Ionathan autem in Gabaath Benjamin, hoc est in colle filij dexteræ cum suis quocq; militibus mansisse referunt. Quia & reprobi nonnunquam, quamuis sinistra uel instabili mente uirtutes spirituales exercere, uel etiam docere uidentur, soli autem columbina simplicitate præditi, ad regnum sublime Christi, qui est in dextera Dei, pertinere probantur. Sed & hoc quod duo millia cum Saul, mille autem cum Ionathan fuerunt, profecto docet, quia quantum perfectiores, tanto sunt quicq; pauciores. Vel certe duo millia sunt in humilitate & in monte domus Dei, puritate fidei deuoti, et spei sublimitate prouecti: mille autem in colle filij dexteræ charitatis, quæ nunquam excidit, perfectione gloriosi.

Et percussit Ionathan statione Philistim, quæ erat in Gabaath, & cætera. Et deuincit humilis quisq; doctor, & spiritus sancti iuuante gratia decertans, aciem spirituum malignorum, patefactis eorum insidijs, quibus altitudinem uitæ celestis hominibus eripere moluntur.

Et erexit se Israel aduersus Philistim. In statibus uerbi ministris, uel hostes uirtutis sue conterere, uel excelsæ prædicationis buccina proximos ad uiam uirtutis excitare, eriguntur animi audientium ad subeundum spirituale certamen, indagandas cauendasq; ac superandas aerearum uertutias potestatum.

Clamauit ergo populus post Saul in Galgala, et Philistim congregati sunt ad præliandum contra Israel triginta millia currum, & sex millia equitum. Crescente in bonis ardore uirtutis agenda, crescit & immundis spiritibus ardor eiusdem impediendæ ac refringendæ uirtutis: qui uidentes fidelium contra se amicos erectos, hos colles insidiarum deceptionumq; uariarum copijs expugnare contendunt: & quasi currus ascendunt Philistim, cum plurimas simul cohortes gentilium, uel perfidorum synagogas, uel conuenticula hæreticorum, hoste nequissimo contra militiam uirtutis ascendunt: equis sedent, cum singulorum corda prauorum erroris freno constrieta, fidelibus contraire compellunt: pedestres incedunt, cum sibijpsis decipulas tendunt. De quibus aptè subiungitur.

Et reliquũ uulgus sicut arena, quæ est in litore maris plurima.

rima. Ipsa est enim arena crebris uicinorum uitorum fluctibus obnoxia, necnon & uento superbiæ semper instabilis & fugax, supra quam domus sine fundamento petra fidei cõstructa, ingruente tentationũ articulo corruit, & fit ruina eius magna. Nec sine certo mysterio contrarius uirtuti exercitus tricenario et senario numero, uel etiam millenario, qui fidei & operis solent perfectionem significare, comprehenditur. Ipse enim satanas trãfiguratur se in angelũ lucis. Quid igitur mirum, si ministri eius transfigurentur uelut ministri iustitiæ? Inter quas sæpe transfigurandi uertutias, etiã fide uel operatione se perfectos ostendunt. Aliter, senario numero includuntur, neq; ad septenariũ conscendere norunt, qui hanc solummodo uitam, quæ sex diebus creata est, diligentes, ad futuram requiem tendere negligunt. Triginta quoq; quia malos figuratim expriment, intelligit, quia Dominũ saluatorem triginta argenteis non tantum à Iuda semel, sed & à multis quotidie falsis fratribus uenditũ nouit: quicunque enim neglecta fidei, qua imbuti sunt, ueritate, cunctos sui corporis sensus seculi huius illecebris subdunt, quali quinquies senis argenteis Dominum produnt.

2. Cor. 11.

stacula Iordanis fluuius nõ solum nomine: quia descensio eorum, uel apprehensionem eorum dicitur, uidelicet immundorum, uel hominum, uel dæmonum: sed etiam situ, quo in mare mortuum defluens, laudabiles aquas perdit, figuratim ostendit. Quia nimirum cunctas seculares illecebras, fluxusq; concupiscentiæ carnalis ima obscuritate perpetuæ mortis extinguit. Quem profecto Iordanem, id est apprehensionem, descensionemq; prauorum electi transcendentem, terram Gad & Galaad, id est accincti & acerui testimonij, subest: quia mentem iugi uirtutum exercitio præditam, & honorum semper operum, quæ de se ipsa laudabile testimoniũ ferant, frugem fecundam conscendit. Et pulchrè qui uitorũ flumen aduersum transire dicuntur, Hebræi, id est transitores uocantur. Et quibus unus uicinus impium super exaltatum, & eleuatum super cedros Libani: & transiuit, inquit, & ecce non erat. Et alibi: Et in Deo meo transgrediar murum.

Psal. 36. Psal. 17.

Dilapso à se populo Saul, offert holocaustum: & quod stulte egerit, à Samuele radarguitur: quodq; alter pro eo sit in regnum ungenus, edocetur.

CAPVT VII.

Et ascendentes castrametati sunt in Magmas ad orientem Bethauen. Magmas, ut diximus, humilitatè: Bethauen domum idoli, uel domum inutilem sonat. Ascendentes autem de occultis suis machinationibus immundi spiritus, uel per se ipsos quasi uulgus pedestre latenter suadendo, uel quasi ascensores equorũ & currum per deceptos homines seducendo, primò suis uictoribus cuncta munimina humilitatis eripere tentant, ut per quam ipsi de cælo corruere, cordibus humanis superbiæ pestem inserant: pariter fatagentes, ut quamcunq; domum mentis inutilem, sibiq; dicatam repererint, quasi ad orientem Bethauen castrametantes, omnem illi ueræ lucis exortum suis tenebris mediaticibus obcludant.

Cumq; adhuc esset Saul in Galgal, uniuersus populus perterritus est qui sequebatur. & cætera, usq; ad id quod scriptum est: Surrexit Samuel, & ascen. t de Galgalis in Gaba Benjamin. Hac lectio sub Saulis & David, synagogæ & Ecclesiæ speciè docet, cadentibus à fide quibusq; alios promissa illis regni celestis præmia accipere. Sed ut manifestior allegoriæ sensus eluceat, primò iuxta historiam, in quo peccauerit Saul, & regnum perdere meruit, inquiramus. Patet ergo, quod imminente belli discrimine, sicut etiam antiquitatũ historia prodit, mittens uocauit Samuelem, ut in tempore tantæ necessitatis eius precibus & consilio iuaretur, qui expectare eum ibi præcepit, & hostias præparare, septima die uenturus ad eum, ut tunc sacrificantes ita cõgredierentur ad bellũ. At ille quidem septem diebus, ut mandauerat Samuel, sed nequaquam mandatũ cum perfectione seruauit. Cum enim uideret ipsum quidẽ morari, se autem à militibus derelinqui, obtulit holocaustum: quod ubi Samuel adueniẽs comperit, stulte eum fecisse testatus est, eo quod orationes & sacrificia, quæ uoluntate Dei erant facienda pro populo, ipse præoccuparet offerre. Saul ergo, sicut sæpe, doctores Iudæorũ, septem dies expectati Samuelis, tempus legis, quæ sabbati mysteriũ docebat: Samuel prophetiam, uel ipsum qui loquebat in prophetiis Dominũ significat. Saul in Galgalis, id est in reuelatione, Samuelẽ hostias oblaturũ, & pro populo deprecaturum, septem diebus expectare iubetur. Et pharisæi ac doctores Iudæorũ, prophetas eos contestantibus, in obseruatione reuelatæ & datæ sibi legis sunt manere præcepti, donec ipsius prophetia manifestior & apertior, qua ratione uiuendum, quomodo malignis hostibus esset obuiandum, ostenderet. Imò donec

Quod cum audissent uiri Israel, se in alto sitos (afflictus erat enim populus) absconderunt se in speluncis & abditis, in petris quocq; & in antris, & in cisternis. Cum uiderint quique fideles antiqui hostis insidias ad delandam, uel in semetipsis uel in proximis humilitatis moenia paratas, uel fortasse etiam aliquos infirmiorum crebris eorum incurfibus afflictos, præsidia mox necesse est lectionum spiritualium, ieiuniorum, elemosynarum, orationum, cæterarumq; uirtutum, quibus defendatur, adeant, abscondanturq; in eis à contradictione linguarum: & pater qui uidet in abscondito, misereatur & adiuuet.

Hebraei autem transferunt Iordanem terram Gad et Galaad. Perfectiores quicq; incumbentibus tentationum pressuris uniuersa mundi negocia postponunt, in quibus reprobi descendere, & in seculũ labi, quorumq; laqueis uel tentates apprehendere, uel tentati solent apprehendi: superbiæ quoq; tumorẽ, ob quẽ satanas de cælo cũ suis satellitibus descendit, salubriter inclinati transcendent. hæc namque & huiusmodi uitorum ob-

N ipse

ipse Dominus & caput prophetarū adueniens, ad debellandas aerias potestates seipsum promūdo offerret hostiam patri. Sed posito adhuc in Galgalis Saule, populus perterritus est, qui se quebatur eum. Positis in agnitione diuinæ uoluntatis legisperitis, perterriti sunt legis auditores, qui eos sequebantur, & uel uitiorum tentantium incurfibus, uel præceptorum legalium asperitatibus, uel certè eorū exemplis magistrorum, ab agenda quam audiebant, coeperunt legelassescere. Rectè namq; in Galgal, id est in reuelatione positi legisperiti dicuntur, ad comparationem uidelicet gentium, quæ ne legis quidem uerba perceperunt, à tenebris obscuratum non habentes intellectum: quamuis idem ipsi ad comparationem Euangelicæ claritatis uelamen habēt super cor suum: nec nisi ad Christum conuersi, possunt reuelata facie gloriam uerbi speculari. Neque hoc quod Galgal, in qua erat Saul, etiā uolubrabū interpretari fertur, ab infirmi cordis, & necdū ad fontem aque uiuæ peruenientis significatione discrepat: de qualibus dicitur: Et sus lota in uolubrabro luti.

1. Pet. 2.

Et expectauit septem diebus iuxta placitum Samuelis, & non uenit Samuel in Galgala, dilapsusq; est populus ab eo. Expectauit cœtus legalium doctorum cum suis auditoribus toto tempore quo sabbatum celebrabat in lege, Christi aduentū in carne, quem in nouissimis iam legalis obseruantia temporibus didicerat ad futurum: sed tardante illo, ut in plenitudine temporum, quam prædestinauerit, ipse ueniret, lapsa eorundem auditorum portio non minima, spiritalis exercitu castra reliquit. Et quidem de bene expectantibus Propheta dicit: Iustus autem meus ex fide uiuit. De lapsis uerò subiungit: Quod si subtraxerit se, non placebit sibi in illo anima mea.

Habac. 2. Hebr. 10.

Ait ergo Saul: Afferte mibi holocaustum, & pacifica, & obtulit holocaustum. Cumq; compleisset offerēs holocaustum, ecce Samuel ueniebat. Et egressus est Saul obuiam ei, ut saluaret eum. Locutusq; est ad eum Samuel, &c. Vidēs delapsū à se populū Saul, sed Samuel propinquātem nō uidens, obtulit holocaustum. Videntes legis doctores, qui tum temporis erant, longè à primorum perfectione degenerantes dilapsū à legis custodia populū, & incarnationis Dominicæ tempus instare nescientes, statuere suas traditiones seruandas, quasi Domino per omnia placituras. Cui sensui suffragat, quod idem Saul redarguētī se pro stulta temeritate Samueli cum respondisset, dicens:

Quia uidi quod dilaberetur populus à me, & tu non ueniras iuxta placitos dies. Quorum uerborum qui sit mysticus sensus, ex his quæ superius exposita sunt, facillimè patet. Adiūxit protinus, & ait: Porro Philistinū congregati fuerant in Magmas, id est humilitate: quia nisi humilitati priuati, nequaquam sua Domino præferrent: nec nisi oblidentibus claustra cordis superbiz spiritalibus cum qui in altis habitat, & humilia respicit, contumaces spernerent.

Dixi, Nunc descendet Philistinū ad me in Galgala, & fa-

ciem Domini non placuisti, necessitate compulsus obtuli holocaustum. Timentes pharisæi & scribæ, ne à demonibus, uel in uolubrabro uitiorum mergerentur, uel in data legis reuelatione redderentur inutiles, coeperunt æmulationem Dei habere, sed non secundum scientiam: & sicut Psalmista testatur, Illic trepidauerūt timore, ubi nō erat timor.

Psal. 52.

Dixitq; Samuel ad Saul: Stulte egisti, nec custodisti mandata Domini Dei tui, quæ præcepit tibi. Et ipse Dominus in Euangelio, & prophetæ, suis quisq; temporibus corripunt eos, qui quasi absq; Samuele sacrificantes, neglecto diuini sermonis auxilio, sine causa Deum colunt, doctores doctrinas & mandata hominum.

Quod si non fecisses, iam nunc præparasset Dominus regnum tuum super Israel in sempiternum. Non sic accipiendum, quasi æternū Sauli regnum Deus statuerit, & hoc postea noluerit seruari peccanti, quem & peccaturum præscierat: sed præparauerat regnum eius, in quo figura regni esset æterni. Sed & omnis scriba doctus in regno cœlorū, proferēs de thesauro suo noua & uetera, regnat super Israel in sempiternū. Illum uidelicet Israel, quem erudiēdo et regendo fecit esse spiritalem: qualibus dicit Apostolus, Quæ est enim corona mea aut gaudium? non ne uos ante Dominum Iesum? Unde & intraturo in gaudium Domini sui bene negocianti, id est multos per suam doctrinā acquirenti seruo dicitur: Eris potestatem habens super decem ciuitates: id est, ex eorum quos de lege spiritaliter imbuiti meritis & scientia, gloriosior in regno fulgebis. At si doctor aliquis suum sensum scripture uerbis prætulerit, & per ea quæ ipse sibi composuit dogmata suos auditores, quam ad spiritalia accenderit: quod est Saulem absq; Samuele hostias offerentē, suam ad bellandum sanctificare militiam, perdet stultus imperium. Quod si non fecisset, habere potuisset super Israel æternum. De qualibus Saluator in Euangelio: Qui ergo soluerit, inquit, unū de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus uocabitur in regno cœlorum. Minimus namq; est talis in præsentī regno Ecclesie, extraneus prorsus à futuro.

Matth. 23.

1. Thes. 2.

Luce. 9.

Sed nequaquam regnum tuum ultra consurget. Omnis enim, inquit, plantatio, quam non plantauit pater meus cœlestis, eradicabitur. Quæsiuit sibi Dominus uirum iuxta cor suum, & præcepit ei ut esset dux super populum suum. Sub persona Dauid Christum & Christiani populi duces significat: unde signāter Populum situm dicit, et non addit, Israel: ut etiam præputium ad huius ducis imperiū pertinere demōstraret. Non autem quasi nesciens Dominus quæsiuit, sub humano more loquens hominibus, etiā sic loquendo nos querit. Venit enim filius hominis quærere & saluare quod perierat. Cui adeo iam eramus notī, ut in ipso essemus ante cōstitutionē mundi. Quæsiuit ergo sibi Dominus uirum iuxta cor suum, id est, qui consiliū uoluntatis eius & pura mente cognosceret, & pia deuotione sequerē. Quod & de Dauid quidem rectè intelligitur, qui super

Matth. 23.

Luce. 19.

omnes

omnes docentes se intelligens, incerta & occulta sapientiz diuinæ, & manifesta reuelatione cognouit, & mirabili suauitate decantauit. Sed melius multo ac perfectius de illo magni cōsiliij angelo, qui solus paternorum est conscius reuelator arcanorum. Neq; enim cor Dei, humani corporis membrū, iuxta anthropomorphitas, sed consiliij et sapientiz diuinæ secretum interius significare credendum est. Iuxta quod & supra dictum est, cum nouum Christi & Ecclesie sacerdotium, quomodo & hic regnum abiecto uetere, prophetaretur futurum, dicente uiro Dei ad Heli: Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum & animam meam faciat.

1. Reg. 2.

1. Cor. 14.

Surrexit autem Samuel, & ascendit de Galgalis in Gabaa Beniamin. Eandem regni mutationem Propheta quam uerbo prædixerat, etiā ipso locum mutando demonstrat. Et ipse enim Dominus, qui de incredulis ait, Surgite, eamus hinc: relicta synagoga collem filij dexteræ, id est celsa illius populi præcordia: qui non terrenæ cuiuslibet, sed cœlestis & æternæ beatitudinis filius esse uoluerit: & propheticus sermo per dispensationem Saluatoris illustratus, de reuelatione literalī, qua rudæ mentes imbuebantur ad altiora quæq; ac sacratiora Christi & Ecclesie mysteria perfectos docendo subiit. Verum quæ de duobus populis dicta sunt, in singulis quotidie uide mus gesta personis. Namq; Saulis in Galgal cōstituti populus terretur, dum quemq; fidelium uel in reuelatione scientiz, quæ percepit minus fortem: uel in uolubrabro uitiorū, quo turpis incidit eneruiter infixum, conscius suæ fragilitatis animus turbat, & pro sua salute quæranda utiliter compungit, ne forte spiritalis aduersarius Machmas, id est humilitatem, quam maximè cupit, expugnet: ne reuelationem doctrinæ cœlestis auferat: ne cæterarum mœniū uirtutum fraudulētus uictor irrumpat. Expectat Saul septem diebus, iuxta placitū Samuelis, dum quis in tribulatione positus, fide & actione sollicita promissum Domini quærat auxilium. Septem quippe tribus & quatuor constant, tria autem ad fidem pertinent propter confessionem sanctæ trinitatis: quatuor ad opera, propter prudentiam, fortitudinem, temperantiam & iustitiam: quibus quatuor quasi angulis tota uirtutum spiritalium structura firmatur. Sed hos septem dies, id est septenarię deuotionis lucē, dum quis perfecte cōsummauerit, iuxta quod Psalmus admo-

Psal. 26.

Eccle. 10.

net: Expecta Dominum, & uiriliter age, & confortetur cor tuum: adueniet Dominus in corde, & mansionem in eo faciens, cunctas statim hostilis exercitus insidias destruet illustratiōe aduētus sui. At qui minus aliquid huius perfectionis habuerit, minus uidelicet patiens in aduersis, minus de superni iuauinis respectu confidens, oblitus illud Ecclesiastici, Noli cunctari in tempore angustiz: omnes confestim, in quibus sibi applauserat, uirtutū cuneos desperando amittit: quomodo Saul, quia septima die necdū bene completa, de promisso Samuelis aduentu

desperat, à populo dilabente relinquitur: qui si tempus constitutum compleisset, pollicito Propheta non fraudaretur auxilio. Propè est enim Dominus omnibus inuocantibus eum in ueritate. Auxit autem Saul peccatum, non solum de promissis Prophetæ titubado, sed etiā ipse holocaustum, quod sacerdotem decebat offerēdo. Auget blasphemiam Pelagius, auget alius aliquis infideliter fidelis, dum de gratia superna minus sollicitus, sua se uirtute saluari posse confidit: & quod solius summi sacerdotis est donum, suæ libertatis arbitrio conquirere stultus arbitratur. Ideoq; iuxta Apocalypsim Ioannis: Venit alius, & promissum talibus regnum coronamq; uitæ & benedictionis accipit. Quam mutationem non consiliorum supernorum, sed rerum humanarum significauit ipse Samuel, cum reiectione perfidi, ac fidelissimi regis electione prædicta, surgēs ascēdit de Galgalis in Gabaa Beniamin. Quia missum in mundo Dei uerbum, non reuertetur ad eum uacuum, sed faciet quæcunq; ipse uoluit, et prosperabitur in his ad quæ misit illud. Relictisq; simulatoribus & callidis, qui prouocant iram Dei, simplices ac fideles, quos ad regnum cœlestis prouocat, quærat auditores.

Psal. 144.

Esaiæ 55.

Arma ob inopiam fabricorum non habente Israel, Philistinū tribus cuneis terram eius Saul aspectante deustat: at Ionathan cum armigero inter scopulos ereptis, belli simul & uictoria caput existit.

CAPVT VIII.

Et recensit Saul populū, qui inuenti fuerant cum eo, quasi sexcentos uiros. & cætera, usq; ad id quod ait: Et uir Israel sociatus sibi est in die illa. In hac lectione rarefcentibus astu spirituum immundorum studijs scripturarum, uniuersa per eos statim humani cordis itinera, quæ triplici diuisione constant, miserè uastanda produntur: sed non defutura periclitantibus superni miracula præsidij, quod per spiritalium doctorum auditorumq; obedientiū laborem, hostem quidem ad accelerandam fugam, suos uerò milites ad sperandam obtinendamq; uictoria palmam concitet. Fugientibus ergo cæteris à timore Philistinorum, sexcenti tantum uiri cum Sauleremātere. Quia trepidantibus in spiritali certamine quibuslibet infirmis in fide, & aliquādo etiā lapsis, soli qui rectum opus sola supernæ retributionis intentione faciunt, cum suis doctoribus uigilare, stare in fide, uiriliter agere, confortari, & charitati per omnia studere non desistunt. Senarij etenim numerus, quo mundi est creatura perfecta, rectam operationē: centenarij autem, qui decem decadibus quadratur, & de laeva transit in dexteram, dexteræ, id est æternæ mercedis perfectionem designat.

Et Saul & Ionathan filius eius, populusq; qui inuentus fuerat cum eis, in Gabaa Beniamin. Porro Philistinū confederat in Machmas. Machmas humilitatem, ut sape dictum est, Gabaa Beniamin collem filij dexteræ sonat. Quærendum ergo, quomodo spiritibus immundis humilitatis portas obsidētibus, perfecto in colle uirtutum possint, uel magistri, uel

auditores spiritalia sua castra metare: uidendū que quod infra scriptum est, quia Saul cum sexcentis suis morabat in extrema parte sub malo granato. Sub malo granato em̄ populus, qui potest dicere: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Fructus namque crucis Domini cruce rubicundus instar mali granati, multa credentium grana quasi uno charitatis et spei cortice circumuertit. Sed in extrema parte Gabaa, eandem sub qua requiescat uita arborem habet: qui necdum perfecte consummatus, queritur cum Apostolo, dicens: Condelector legi Dei secundum interiorem hominem: uideo autē aliam legem in membris meis, repugnantē legi mentis meae, & captiuantē me in lege peccati, quae est in membris meis. et cetera.

Rom. 7.

Et egressi sunt ad praedandum de castris Philistinorum tres cunei: unus cuneus pergebat contra uiam Ephraim, ad terram Saul: porro alius ingrediebatur per uiam Bethor: tertius autem uertebat se ad iter termini, imminētis uallis Seboim contra desertum. Et his tribus cuneis Ecclesiam quotidie tentari, omnis qui in castris illius legitime militat, sentit. Tres etenim ad praedandū de castris Philistinorum egredientur cunei, cum immundi spiritus interioris nostri hominis custodiam tentantes, aut rationabilem eius partem, aut irascibilem, aut concupiscibilem, uel in singulis singulas, uel in uno omnes, uirtutum diuitijs nudare conantur. Quibus profecto partibus etiam ipsorum locorum, atque praefati cunei, qui egressi sunt, nomina conueniunt. Via quippe Ephraim, id est crescentis, contra quam primus cuneus pergebat, concupiscibilis animae pars est: recte hoc nomine dicta, quia crementum quare necdum definit: honorum quidem, si ab Israel, id est recta & Dei uisionem suspirante anima regitur: malorum uero, si contra legis iura stauens, uitiorum immundorumque spirituum improbitate uastatur. Et bene de primo cuneo cum diceret, Pergebat contra uiam Ephraim: addidit, Ad terram Saul: quia prima nimirum maximaque nequissimis spiritibus intentio est, ipsos sacri certaminis duces concupiscentia uel animae, uel carnis, a uirtutum coeptis auertere: quod de priuatis iustitia principibus, liberius dira per incautum serpent contagia uulgius. Via Bethoron, id est domus irae, ad quam secundus cuneus ingrediebatur, ipsam quam signat passionem mentis etiam nomine demonstrat. Quam utique domum bene gubernabat Israeliticus possessor, cum uir ille mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra, liberaturus Dei populum: exiit ut ad Pharaone iratus nimis. Philistaeus autem praedabatur, cum fratris boni iustitia, Cain, qui ex maligno erat offensus, iratus est uehementer: adeo ut per iram homicidij prima fraternitatis iura dissiparet. Vallis Seboim, id est caprearum, siue damarum, ad quam tertius se uerterat cuneus, rationabilem mentis intuitum figuratē denunciat. Namque haec animalia oculorum acie perhibentur excellere: unde & a Graecis ab acute cernendo dorcades appellantur: nec frustra to-

ties in Cantico canticorum sub Christi et Ecclesiae laude repetuntur. Recte autem non mons, sed uallis caprearum, recte contra desertum posita memoratur: quia cum semper humilitatis auxilio, tum maxime in discernendis bonis ac malis, ne sensus oberret, indigemus, & quanto quis humilior, ea quae mundi sunt minus diligenda & quaerenda cognoscit. Iter ergo termini imminētis ualli Dorcadem uiam crescentis, uiam quoque domus irae Israel in pace possidet, dum populus Dei, uel unusquisque fidelis humiliter intentione quae sint sequenda, quae spernenda dignoscit, atque in his quae sequenda utiliter cognouerit, usque ad perfectum diem crescere: pro his uero quae eius uel intuitum spiritalem, uel cursum profectum que retardare tentauerint, salubriter irasci & non peccare fatigat: ut quicumque mala pro bonis stultè ratiocinando elegerit, & haec noxiè electa noxius exequi concupierit, proque omnibus quae tali concupiscentiae obstrepunt irascendum putauerit, huius omnes uigilantis ac termini, hostis inuisibilis acerbitate deuantantur.

Porro faber ferrarius non inueniebatur in omni terra Israel. cauerant enim Philistinum, ne forte facerent Hebraei gladium aut lanceam. Patet profecto causa, quae maxime hostibus terram repromissionis populandi, id est Ecclesiae uirtutes uitandi spacium tribuat: uel dicitur si desit ei doctor, & spiritalium fabricator armorum, quae Apostolus aduersum nequissimi tela ignea docet esse tenenda. Cauent enim, quantum ualent, improbi tentatores, ne in duamur armatura Dei, ne gladii ancipites in manibus nostris ad faciendam in eis uindictam appareant.

Descendebat ergo omnis Israel ad Philistinum, ut exaceret unusquisque uomerem suum, & ligonem, & securum, & sarcolum. Descendunt & hodie nonnulli relicta altitudine uerbi Dei, ad quod audiendum ascende re debuerant, auscultantque fabulis secularibus, ac doctrinis daemnoniorum, & legendis dialecticos, rhetores, poetasque gentiliū, ad exercendum ingenium terrestre, quasi ad fabros Philistinum pro exacuendis syluestris siue ruralis culturae ferramentis, inermes, hoc est spiritali scientia priuati conueniunt.

Cumque uenisset dies praelij, non est inuentus ensis & lancea in manu totius populi qui erat cum Saul & cum Ionatha, excepto Saul & Ionatha filio eius. Cum quotidie inflet dies praelij contra aduersarias potestates, plurimis sua rusticitate contentis, pauci admodum idonea lectione uel auditione scripturarum ad hoc praelium rite armati procedunt: unde nostro torpore adiutus quotidie facit nobis spiritalis, quod tunc Israeli carnalis aduersarius fecisse describitur.

Egressa est autem, inquit, statio Philistinum, ut transenderet in Machmas. Arma quippe non habendo Israel hostibus patriam prodidit: & nos desidia uel legēdi, uel magistros spirituales interrogandi, quasi incuria fabricandi arma, uel Israelitas fabros petendi, occasionem damus hostibus, quo post oppressam

pressam humilitatem, quam Magmas obfessa significat, etiam caeteris uirtutibus, quasi terrae sanctae finibus arma impietatis inferant. Sed ad haec teterimi hostis arma repellenda, non artis humanae peritia, sed iuuante spiritus sancti gratia, doctorum coelestium est exhortatio flagitanda. Unde sequitur:

Et accidit quadam die, ut diceret Ionathan filius Saul ad adolescentem armigerum suum: Veni & transeamus ad stationem Philistinum, quae est trans locum illum. Ionathan namque, qui interpretatur columbae donum, praeditos spiritus gratia doctorum: adolescens armiger eius, discipulus, obediēter arma non carnalia, sed Deo potentia gestantes: quorum renouatur sicut aquile iuuentus. quaedam dies inchoati certaminis, eorum subitam contra hostium tentamenta superna lucis inspiratione designat. Horaturque die quadam Ionathan armigerum, ut ad Philistinum transeat stationem, cum magister quisque perfectus a coelesti subito gratia respectus, ad deuincendos uitiorum incurfus, piorum praecordia concitat adiutorum.

Psal. 102.

Patri autem suo hoc ipsum non indicauit. Transitum usque ad stationem Philistinum Ionathan patrem suum simul & populum quod disposuisset celauit: quia sicut spiritalium consilio semper uti aptissimum est, ita aliquando carnales meditata, uel etiam inchoata uirtutum maiorum opera celari utile est: ne uel eorum trepidatio teneret adhuc, ut ita dicam, nostrae mentis desiderium terredo refringat, uel etiam, ipsi nos amulando, quae necdum ualent incipiunt, uel certe fauor imperfecte laudantium integritatem spiritalis nostri propositi corrumpat. Nam quia Saul hoc loco, & populus qui erat cum eo, necdum perfectos uirtutibus expriment, sequentia uerba produunt, cum dicitur:

Porro Saul morabatur in extrema parte Gabaa sub malo granato, quae erat in Magron. Et erat populus cum eo quasi sexcentorum uirorum. Namque ad indicium quidem uirtutis pertinet, quod in Gabaa, id est colle morabatur, quod sub malo granato, quod sexcentos habebat comites. Ut enim & supra iam diximus, collis celsitudinem uirtutum: mali granati tegmen, protectionem Dominicae crucis: sexcentarius militum numerus, perfectos spe & operatione demonstrat. Verum quod in extrema parte collis sedebat, quod arbor cuius umbraculo tegebatur, in Magron, id est in gutture sita erat, minus perfectae adhuc signa sunt mentis, hoc est, eius quae necdum plenè desiderata potuit mentis subire uirtutum: quae Dominicae passionis mysterium ore tenet, sed imitari necdum ualet. Quod si iuxta antiquos interpretes pro Magron legamus Mageddon, id est tentantem, ad eundem sensum respicit. Quia sunt qui recta fide praediti, rectae operationis desiderijs accensi, dura tentantium uitiorum certamina pati non desunt: atque ideo perfecti athletae Christi quaedam sua secretiora, quae contra immundos spiritus disponunt bella, ab huiusmodi commilitonibus de industria abscondunt.

Erant autem inter ascensus, per quos nitentur Ionathan transire ad stationem Philistinorum, eminētēs petrae ex utraque parte, & quasi in modum dentium scopuli hinc & inde praerupti. Sunt ascendere nitentibus aduersus malignorum spirituum uersutias doctoribus sanctis imminētēs a dextris & sinistris, id est in gloria & ignobilitate, in prosperis & in aduersis insidiae frequentes: & sicut dentes mandere, & uentri mansa solent immittere, sic immundi spiritus olim beatorum compage praerupti, quomodo simplices seducant, corrumpant iustos, castos uident, inque perditum suae nequitiae corpus traiciant, inquirunt.

Nomen uni Boses, & nomen alteri Sene. Boses, in ipso floruit: Sene, angustia dicitur. Quorum in promptu est interpretatio, quia non minus florente mundo, sanctorum ascensus impeditur, & ut uel corpore, uel corde deficiat, ab infatigabili hoste pullatur.

Unus scopulus prominens ad aquilonem ex aduerso Magmas, & alter a meridie contra Gabaa. Gabaa collem, id est sublimitatem uirtutum: Magmas humilitatem mentis, ex qua uirtutes prodeant, indicat. Et recte Magmas ad aquilonem, Gabaa a meridie posita refertur: quia in frigore tentationum, maxime humilitas & discitur et probatur: in luce autem iuuantis se gratiae spiritus prosperata perficitur. Sed quia antiquis hostis & prosperum iter datae uirtutis impedire, & humilitatem quaesitae inter aduersa uirtutis magistris simul & discipulis auferre conatur, recte ascendentes contra Philistinum Ionatha & armigero eius ad aquilonem, ex aduerso Magmas, & prominens a meridie contra Gabaa scopulus obstat: atamen faciente pro suis Domino, cuncta mox hostium molimina saeva deficiunt. Quia sicut uerba Ionathae non minus fidei quam uirtutis plena testantur, non est Domino difficile saluare, uel in multitudine, uel in paucis.

Apparuit uterque stationi Philistinorum, dixeruntque Philistinum: En Hebraei egrediuntur de caernis in quibus absconditi fuerant. Quamuis irridendo Philistinum uera mystice loquuntur: quia uidelicet Hebraei spirituales, hoc est uitiorum transitores, in tutissimis scripturarum praedictis ab hostium defenduntur incurfibus: & harum consolatione recreati, ad superandos eosdem nequissimos aduersarios, ubi tempus arripserit, publica procedunt in opera uirtutum.

Et locuti sunt uiri de statione ad Ionathan & ad armigerum eius, dixeruntque: Ascendite ad nos, & ostendemus uobis rem, & caetera. Superba hostium irrisio & despectio, fidelibus fiduciam nanciscenda uirtutis tribuit. Ante ruinam enim exaltatur spiritus, et ante gloriam humiliatur.

Prouer. 16.

Ascendit autem Ionathan, reptans manibus & pedibus, & armiger eius post eum. Manifestum quidem est, maiora tentationum obstacula, maiora uirtutum nisi deberent transcedi: quod tunc rite perficitur, cum armatus contra hostem, humilis auditor spiritalis per omnia sequitur exempla praceptoris. Sed

Josephus An
tiquit. lib. 6.
cap. 6.

de situ loci huiusce, quod lectori manifestior fiat, Iosephi uerba uideamus. Erant, inquit, castra hostium super scopulum, habentem subtilissimam longitudinem tribus uerticibus acutissimis prominentem scopulis per circuitum euntibus, & quasi propugnaculis inuasiones pugnantium prohibentibus. Vnde contingebat, ut custodes minorem haberent solitudinem castrorum: quia natura locus ille omnibus uidebatur esse munitus, & ad capiendum ualde difficilis, eo quod non solum illic ascendere, sed etiam accedere difficile uideretur. Cum ergo uenisset ad castra Ionathas, armigerum confortabat. Et paulo post: Accedentes igitur ad exercitum hostium, apparente iam die uiderunt eos Palæstini. Item post aliquanta, cum insultatum Philistinorum uerba narrasset, adiunxit: Quam uocem gratæ suscipiens Saul filius, tanquam ei uictoriam designantem, tunc quidem ab illo loco in quo hostes fuerant uisi, recessit: mutansque locum uenit ad petram, quæ erat propter munitiones locorum desolata custodiens, et exinde quasi repentes et trahentes semetipsos cum multo labore, naturam loci uicerunt, ut ad inimicorum castra descendere: irruentesque eis dormientibus, occiderunt quidem quasi uiginti. Verum his locorum gratia commemoratis, ad scrutanda sacra scripturæ mysteria redeamus.

Et facta plaga prima, qua percussit Ionathas & armiger eius quasi uiginti uirorum, in media parte iugeri, quæ par bouum in die arare consueuit. Denarius numerus, ut certum est, perfectionem bonæ uel operationis solet significare, uel mercedis. At contra uicenarius, in quo Iacob seruiuit Laban Syro, & fratri Elau, quem Deus odio habuit, munera misit, duplici tatem prauorum dogmatum, quæ simplicibus & Ecclesiæ membris, uel actionis deuotionem, uel certitudinem supernæ retributionis fatagunt auferre, demonstrat. Media pars iugeri arandi, Ecclesia est, quæ in terris adhuc inter reprobos conuersata, correptione prædicatorum gaudet ad gignendos uitæ fructus exerceri. Par bouum in die arans, concordia doctorum est, de legis et Euangelij disciplina sub eodem fidei iugo conuenientium, in luce præceptæ scientiæ subditorum corda castigas, & ad ferendum Deo fructum spiritus excolens, de quo Salomon ait: Vbi autem multe segetes, ibi manifesta fortitudo bouis. Prima ergo plaga, quam Ionathan & armiger eius percussit, uiginti uirorum est, in media parte iugeri: ac inde turbati, atque huc illucque diffugiens Philistinum, alterutrum se magna nimis caede prosternunt. Primum suos hostes Ecclesia, quæ peregrinatur à Domino, per spirituales magistros ac discipulos obedientes ab obsidenda turbandaque suorum fide uel operatione compescens, filios mortis ostendit: deinde se inuicem ipsi uariantium errorum quasi aduerso mucrone confingunt, ita ut triumphante Ecclesia, palmam de his possit intelligi, quod dicitur: Quia uersus fuerat gladius uniuersusque ad proximum suum.

Et factum est miraculum in castris per agros: sed & omnis

populus stationis, & eorum qui erant ad prædandum, obstupuit. Miraculo sit reprobis constantia uirtusque iustorum, quasi castrametantibus per agros, cor exercitatum, malitia pariter & deliciarum affluentia resolutum habentibus. Vnde beatus apostolus Petrus, cum luxuriam describeret eorum qui uelut in agro liberae uoluptatis residentes, in desiderijs, uinolentijs, comestationibus, potationibus, & illicitis idolorum cultibus uitam ducunt, adiunxit dicens: In quo admirantur non concurrentibus uobis in eandem luxuriæ confusione. Sed & spirituales aduersarij, quamuis humanæ salutis acerrimi prædones, & ipsi perfectorum uirorum obstupescere facta, perfectarum precum cæterarumque uirtutum solent cedere deuotioni. Et conturbata est terra, & accidit quasi miraculum à Deo. Vt terrena sapientes ad cælestium uirorum facta conturbentur: ut demones ab hominibus attendendis, fracta suarum uirium malignitate, trementes, gementesque resiliant, non humanæ uirtutis opus, sed miraculum est diuinæ pietatis. Vnde Paulus cum diceret, se plus illis omnibus laborasse, continuo subiunxit: Non autem ego, sed gratia Dei mecum.

Et respexerunt speculatores Saul, qui erant in Gabaa Beniamin: ecce multitudo prostrata, et huc illucque diffugiens. Respiciunt præ cæteris hi qui scripturæ sanctæ speculam conscenderant, & sunt in colle filij dexteræ, id est in sublimi cælestium operum arce constituti, & scientia uidebunt pura, & simplici actione præclari, ac primi ruinam uident instantem, fugamque prauorum. Non enim omnium est catholicorum, lectis hereticorum gentilium uel libellis, mox quid in eis erroris contineatur agnoscere: auditis dialecticorum uersutijs, illic ruinosos deceptionum laqueos acutæ mentis sagacitate discernere: sed eorum qui diutina uel meditatione scripturarum, uel uirtutum gratia promerente exercitatos habent sensus ad discretionem boni & mali: multorum penè moti pedes, penè effusi sunt gressus: quia zelauerunt in peccatoribus, pacem peccatorum uidentes. At speculator ille nobilissimus usque ad collem filij dexteræ mirabiliter ascendens, uidit impium super exaltatum & eleuatum super cedros libani. Et transiit, inquit, & ecce non erat: & quæsiuimus eum, & non est inuentus locus eius. Et hoc est speculatores in Gabaa positos multitudinem cernere prostratam, quam in inferioribus siti quilibet, necdumque perfecti scientiæ cacumen subeunt, stare in prosperis, & se spitate degere putabant: sapientes quosque in prauitate uicium certissimum præuidere supplicium.

Et ait Saul ad Achiam: Applica arcam Dei. erat enim ibi arca Dei in die illa cum filiis Israel. Cumque loqueretur Saul ad sacerdotem, tumultus magnus exortus est in castris Philistinorum, cresecbatque paulatim, & clarius resonabat. Et ait Saul ad sacerdotem: Contrabe manum tuam. Achias frater illius, siue frater eius dicitur. Aiuunt ergo boni deces Ecclesiæ, aiunt quique fideles quotidiana contra potestates aerias bella gerentes, fratribus suis scripturæ sacrae lectione præditis, et maiore uirtutum

Prover. 14.

1. Pet. 4.

1. Cor. 13.

Psal. 72.

Psal. 36.

uirtutum exercitio, seipsum quotidie per sacerdotium regale Deo hostiam uiuam offerentibus: aiunt inquam talibus hi qui per semetipsos adhuc tentationibus agitari, uel Ecclesiam generaliter hæresibus turbari conspiciunt, ut patefactis diuinorum eloquiorum arcanis, testimonia sibi manifestiora, quibus contra hæresium fabricatores uti debeant, quibus cætera tentationum lutamina deuincere possint, aperta ratione dilucident. Sed sæpe contingit tot ac tantas inter se hostes Ecclesiæ (hostes hæreticos dico, uel gentiles) habere pugnas conflictusque uerborum siue dogmatum, ut melius sua dispensatione altrinseca, quam assertionem spiritualium paginarum conuincantur esse falsa quæ docent, & quæ agunt immunda: faciendumque sit cælestis militiæ ductoribus, quod Saul fecisse describitur, qui exorto in castris Philistinorum tumultu, & in maius ac maius augetente, non amplius Deum per sacerdotem consulere, sed ipse arrepta militum manu, hostes quos inuicem disside re compererat, insequi, atque ad fugam urgere festinat. Potest autem Achias sacerdos, arca Domini custos, etiam ipsos sacra scripturæ conditores non inconuenienter exprimere: qui nobis, quoties pie petuntur, arcam quam seruant diuini proferunt oraculi: proferunt & exempla bonorum operum quæ gessere, quod significatum est supra, ubi idem Achias ephod portasse perhibetur. Nec uacat, quod filius Achitob fratris Ichabod filij Phinees, qui exortus fuerat ex Helisacerdote Domini, in Silo fuisse memorat. Achitob quippe frater bonus interpretatur. Nam & ipsi sacrarum literarum conditores, ex sacerdotibus non pauci genus duxere: & à fratribus bonis eruditi, nonnullos etiam fratres, sicut ipsa scriptura testis est, habuere non bonos: & eiusdem hodie lectores æque à bonis instructi, malorum tamen quos Ichabod & ortu & nomine inglorius signat, nequeunt carere consortio.

Conclamaui ergo Saul, & omnis populus qui erat cum eo, & uenerunt usque ad locum certaminis: & ecce uersus fuerat gladius uniuersusque ad proximum suum. Iudæi, gentiles & hæretici, cum sint hostes Ecclesiæ cum ceteri, alterutrum se singuli uerbo gladio ferunt. Ipsi Iudæi per Phariseos & Saduceos inuicem pugnant: item hæretici & pagani tantâ uariorū dogmatum sacrorumque dissonantia, non minora sibimet quam Ecclesiæ bella inferunt. Vna est autem, inquit, columba mea, perfecta mea: una est matri suæ, electa genitrici suæ, à qua Ionathan ductor ille fortissimus, ut columbæ donum uocaretur, cognomen uirtutis accepit: cuius paciperpetuæ etiam malorum discordia seruit. Vnde sequitur: Sed & Hebræi qui fuerant cum Philistinum heri & nudius tertius, ascenderantque cum eis in castris, reuersi sunt ut essent cum Israel, & his qui erant cum Saul & Ionatha. Multi namque seducti ab hæreticis, impugnatique cum eis Ecclesiam, ubi dissonantiam dogmatis eorum cognouere, & catholica simplicitate quasi opere Ionathæ dialecticas eorum cautes transcendere

Cantic. 6.

atque exuperari uiderunt, reuersi sunt, ut impositione manus sacerdotalis, catholicæ reconciliarentur Ecclesiæ.

Omnes quoque Israelitæ qui se absconderant in monte Ephraim, audientes quod fugissent Philistinum, sociauerunt se cum suis in prelio, & saluauit Dominus in die illa Israel. Recte discretionis est, ut qui potest, contra reprobos docendo uel arguendo pro Ecclesia certet, cauens illud propheticum: Maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine. At qui docendi efficax non est, in frugifere se mentis altitudine, ne uirtutibus spoliandus ab hoste fraudulento reperiat, abscondat. Sunt enim qui adprehendendam expugnandamque uersutiam hæreticorum, cæterasque antiqui hostis insidias idonei non sunt, sed has per alios expositas, iuxta uires insequi, & odio habere non cessant: & hoc est, quod fugatos audientes Philisteos abscondi prius in monte Ephraim, id est frugifero, Israelitis suis se confestim in acie iungunt: nec suo tamē nisur, sed diuino semper Ecclesia saluatur auxilio.

Pugna autem peruenit usque Bethauen. Bethauen domus idoli, uel domus inutilis dicitur: & usque ergo Ecclesia persequitur hæreticos arguendo, donec eos in plerisque paganorum dementiæ æqualia blasphemasse conuincat: & usque uerbi gladium protendit, donec impios quoque & infideles pietati fideique restituat.

Et uir Israel sociatus sibi est in die illa. Fugatis per diuersa hostibus, Ecclesia toto terrarum orbe diuisa, uno eodemque semper fraternitatis amore lætatur.

Adiurat Saul populum, ne prius quam hoste extincto comedat, & ne hoste extincto cum sanguine comedat. Vetat edificare altare: & oraculum Domini quod querit, ob reatum Ionathæ non meretur: quem tamen populus, ne moriatur, eripit.

CAPVT IX.

Adiurauit igitur Saul populum, dicens: Maledictus uir qui comederit panem usque ad uesperam. &c. usque ad id quod scriptum est: Porro Philistinum abierant in loca sua. Hæc lectio doctores ueritatis instruit, sicut à cæteris mundi illecebris, sic etiam ab appetenda seculari eloquentiæ dulcedine abstinere, necnon & eos quos imbuunt, in petra fidei ab omni prioris uitæ corruptione mactare. Adiurauit igitur Saul populum fugientes Philisteos persequentem, ne quisquam nisi completa de hoste uictoria comederet: qui timens iuramentum, & pane sedulus, & melle quod fluens in saltu uidit, abstinuit. Præcepit magister egregius, ut quisquis in agone fidei contendit, ab omnibus se mundi abstineat illecebris: & suo cæteros accedens exemplo, Castigo, inquit, corpus meum, & seruituti subijcio: ne forte alijs prædicans, ipse reprobos efficiat. Siue enim caro aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem concupiscat, siue hæreticus catholico, siue Iudæus aut gentilis Christiano contradicat, seu quilibet immundus spiritus obliuiscat, cum cetera tentationum molimina melius cōtinētis superant in industria: cuius adeo late patet uirtus, ut etiam à diligēdā nimitū, sequēdāque seculari eloquentiæ suauitate,

Hier. 48.

1. Cor. 9.

Prover. 5.

qua superbus incultusq; philosophorum quasi saltus fluit, abstinere conueniet. Fauus enim distillans, labia meretricis.

Porro Ionathan non audierat, cum adiuraret pater eius populum, extenditq; summitatem uirgæ quam habebat in manu, & intinxit in fauim mellis, & conuertit manum suam ad os suum, & illuminati sunt oculi eius. Illuminatos dicit oculos, recreatos & renouatos ad intuedum, qui longa, ut solet, inedia uel labore tabere iam cœperant. Ionathan igitur, qui prius scopulorum dentes & icus deuicerat ensium, qui hostis audacia compressa, suis uictoriæ causam salutisq; prebuerat, improuisa subito blandientis gastrimargiæ culpa cõsternitur. Et nobiles sapie magistri Ecclesiæ, magnorumq; uictores certaminum, ardẽtiore quàm decet oblectatione libros gentilium læsitantes, culpam quam non prauide pro contrahebant: adeo ut quidam eorum se pro hoc ipso scribat in uisione castigatũ, obiectumq; sibi à Domino inter uerbera ferientia, quod non Christianus, sed Ciceronianus potius esset habendus. Sed & auditorum fidelium non pauci uirtutum gratia pollentes, minoribus uitijs tentari non desinunt, quod diuina geri dispensatione non latet: ut qui minora certamina per se superare nequeunt, in magnis quæ habent, non sibi aliquid tribuere, sed solo patri luminum gratias agere discant. Intinxit autem Ionathan fauõ syluestri uirgã, qua uel ad equũ, uel ad uianã prælidium utebatur: et sic eam manu ad os conuertit suum. Et magister quilibet nonnunquam autoritate potentie uel subditos regere, uel seipsum sine offensione gerere curans, argumentis siue sententijs gentilium credit adiuuandum. mellitoq; ut ita dixerim, ex his ore illuminantur quidem, quasi fauosa compositione uerborũ oculi mentis, ad enuncianãdum quæ recte nouerint acutius: sed retardantur plerumque mentis eiusdem incessus, recordata sensuum uanitate à persequendis prauorum siue actuum siue dogmatũ cultoribus. Quod canens Psalmita, Narrauerunt mihi, inquit, iniqui fabulationes, sed non ita ut lex tua Domine, omnia mandata tua ueritas.

Psal. 118.

Respondensq; unus de populo, ait: Iure iurando constrinxit pater tuus populum, dicens: Maledictus qui comederit panem hodie. Defecerat autem populus, dixitq; Ionathan: Turbavit pater meus terram. Turbavit, quia totũ interdixit: quod si ex parte interdixisset, & ex parte concessisset, commodius res uideretur exacta. Verum quia in huiusmodi rebus spiritaliũ patrum sit iussis obsequẽdum, Ionathan sorte deprehensus, & oraculum Domini die illa consulenti Sauli subductum manifestissimẽ declarat. Si enim tanti apud Deum ualuit terreni regis imperium, quanti putas ualere magistri spiritalis? Sed & in typica parte turbat terrena præcordia, si quis hæc sola cœlestia gerere præcipiat, cum Dominus uinum nouum in utres ueteres mittendum non esse resertur. Turbat autem legentium, & deficere cogit, qui eos à legendis secularib. literis omnimodẽ æstimat pro

Secularium literarum lectio non prohibenda.

hibendos, quibus ubilibet inuenta utilia quasi sua sumere licet. Alioquin nec Moyses & Daniel sapientia uel literis Aegyptiorũ Chaldæorumq; paterentur erudiri: quorum tamen superstitutiones, simul & delicias horrebant. Nec ipse magister gentium, aliquot uersus poetarũ suis uel scriptis indidisset, uel dictis: sed multo cautius necesse est acutis rosa in spinis, quàm mollibus klum colligatur in folijs: multo securius in apostolicis quàm in Platonicijs quaritur consilium salubre pagellis. Nam & apes ipsæ, quæ huiusmodi mella faciunt, ore quidem præterdunt dulcia dicta quæ mulceant, sed in posterio ribus seruant uenenata gesta quæ feriant.

Vidistis ipsi, quia illuminati sunt oculi mei, eo quod gustauerim paululum de melle isto: quanto magis si comedisset populus de præda inimicorum suorum, quam reperit: nonne maior facta fuisset plaga in Philistis? Hæc eius personæ uerba cõueniunt, qui doctis in Ecclesia, siue etiam doctoribus lectionem literarũ gentilium nõ autumat esse nocuam. Videtis, inquit, quia efficacior sum factus, & acutior promptiorq; ad peroranda quæ decent, eo quod gustauerim paululum de flore Tullianæ lectionis: quanto magis si didicisset populus Christianus sectas & dogmata gentilium, nonne multo confidentius & certius eorum derideret simul & cõuinceret errores, multo deuotius de sua sana fide gauderet, patriq; luminum pro hac gratias redderet? Neque enim aliam ob causam putandum est Mosen uel Daniele m sapientiam uoluisse discere secularem, quàm ut cognitam destrueret melius, & deuincere possent.

Percusserunt ergo in die illa Philisteos à Magis usque in Aialon. Magmas humilitatem, Aialon campos significat. In omnibus autem quæ recte gerit Ecclesia, Philisteos percutit: quia per bona que facit, malorum spirituum uires minuit: quia percutiendi sunt ab humilitate inchoata, usque ad latitudinem consummata uirtutis, ab initio fidei usque ad fructiferam charitatis amplitudinem. De qua dicitur: Latum mandatum tuum nimis. Sed & ipse status uniuersalis Ecclesiæ ab humilitate incipiens unius Iudææ gentis, ad totius usque mundi fines crescendo peruenit. De quibus Psalmita Domino canit: Et campi tui replebuntur ubertate, pinguescent fines deserti.

Psal. 118.

Psal. 64.

Defatigatus est autem populus nimis, & uersus ad prædam, tulit oves & boues & uitulos, & mactauerunt in terra, comeditq; populus cum sanguine. Quod dicitur populus comedisse cum sanguine, non est putandum cruentam eum carnem, crudamq; comedisse: quod nequaquam humanæ, sed est naturæ bestialis: sed occisis pecudibus, anteq; sanguis bene dilueretur, nondum purgatas carnes coxisse uel affasse, & sic comedisse. Significat autem magistros inertes, qui sicut hodie cernimus, longo saepe catechizandi labore defatigati, nonnullos quos daemoniacis erroribus prædicando eruerant, à gentilibus quidem ritibus erudiẽdo mactant: imitari conati illum, cui de-

stinatis

Act. 10.

stinatis de cœlo cuncti generis animantibus dictum est: Macta & manduca. Sed quasi in terra mactant, & cum sanguine manducant, quos à terrenis sensibus, carnisq; & sanguinis illecebris minus perfecte, uel docendo, uel ipsi uiuendo non subtrahunt, assuetosq; adhuc uitijs, necdumq; agendis uirtutibus institutos, accelerant Ecclesiæ membris incorporare: contra exemplum primi pastoris Ecclesiæ, qui in cœnaculo, hoc est in summa uiuendi uel docendi locatus, mactare oblata, & à Deo purgata manducare præcipitur. Et notandũ, quamuis perfecta & imbecillis est mentis humanæ perfectio, Ionathan tot tantorumq; patrator operum, talis triumphũ author, gula surreptionem nescius incurrit. Populus omnis post obseruatum solite continentie tempus statutum, post tot una die prostratos aduersarios, & ipse gastrimargia uictrice prosternitur. Verũ quia multiplex est gula tentatio, hunc ante tempus concessum ad comedendum pertraxit, illum tempore concessominus concessa sumere persuasit.

Nunciauerunt autem Sauli, dicentes quod populus peccasset Domino, comedens cum sanguine. Qui ait: Præuaricati estis, uoluite ad me iam nunc saxum grande. Et dixit Saul: Disbergimini in uulgus, & dicite eis, ut adducat ad me unumquisque bouem suum & arietem, & occidite super istud, & uescimini, & non peccabitis Domino, comedentes cum sanguine. & cætera. Cognita perfecte quicq; rectoris desidia negligentium doctorum, quod peccent Domino, baptizantes eos quos à carnali cogitatione, necdũ plena fidei institutione purgarint, continuo tales præuaricationis reos arguunt, & catholica autoritate uite cœlestis regulam palam proponi iubent: magistrisq; inertibus, quos uulgaris catenus imperitia uexaret, imperari, ut adductis usque ad eam quam ipsi à patribus didicerant uitæ formulã, cunctis quos imbuendos susceperint, super firmissimum catholice perfectionis exemplar eos catechizando, à pristina conuersatione paternæ traditionis occidant, & baptizando Ecclesiæ membris incorporent, neque ultra peccent Domino, fidei & uitæ cœlestis ignaros, unitati sui corporis, hoc est Ecclesiæ Christi nec tentes. Bouem & arietem Philisteis ereptos, atq; à populo Dei super saxũ intellectuale mactatos & comestos, stultum quemlibet & superbum intellige, à conuetudine mortifera spiritalem renouatos in uitam: sicut & supra oues & uituli cum bubus ab eisdem ablati, æque motibus anime uel carnis irrationabilibus & lasciuia deditos, sed per Dominum saluatos, insinuant.

Coloff. 2.

Aedificauit autem Saul altare Domini. Aedificauit altare, ut celebrato super illud holocausto, pro peccato quoque populi, quod temerẽ comiserat, interueniret. Aedificat magister quisq; perfectus in audientium corde fidem Dominicæ passionis, ubi in altare uiuifica crucis sanguis ille preciosus in remissionem fusus est peccatorum, manifestõ cunctos informãs exẽplo: quia si et Domini exitus mors, multo magis serui mor-

tificare debent membra sua quæ sunt super terram: fornicationẽ, immunditiã, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiã, quæ est simu lacrorum seruitus, & cætera talia, quæ opera carnis & sanguinis esse, nec fructui spiritus sociari posse, manifestissimẽ claret. Sed & ipsi quotidie ueterum patrum plebiumq; dicta uel acta repli cantes, ac per hæc inter luctandum cum hostibus spiritualiter refici desiderantes, quotquot ad literam solum tantæ autoritatis uerba sentimus, quasi in terra boues ouesq; mactantes, cum sanguine comedimus: quia cœlestia carnali & terreno intuitu summa contrectamus. At quicunque spiritualiter uniuersa in Christo & Ecclesia recapitulari dignoscimus, super saxũ illud grande, quod præcisum de monte sine manibus creuit, destructo mundi imperio, & impleuit omnem terram, occidentes absque noxa uescimus, gratumq; iam Domino nostræ deuotionis ac pijs sensus altare construimus.

Et dixit Saul: Irruamus super Philistim nocte, & uastemus eos, usque dum illucescat mane, & cætera. Disposnens Saul irruere super Philistim nocte, & uastare eos usque ad interneccionẽ, consulit oraculum Domini, nec meretur: autoremq; peccati inquirens, sorte deprehensum, & confitentem morti adiudicat Ionathan: quem tamen, quia salutẽ magnã fecit in Israel, populus à iudicio mortis eruit. Volentes saepe boni rectores cunctos daemorum insidias expugnari, ac super feminata bono semini zizania funditis, si fieri possit, ab agro mundi huius expurgari, responsum Domini per scripturas, quod hoc fieri ualeat, nõ accipiunt: causam querentes, nullam magis quàm humanæ fragilitatis atq; ignorationis audient: quia uidelicet nec ipsi doctores eximij, ducensq; credentium, in bonis quæ agunt, à peccati surreptione possint immunes existerẽ, sed in multis offendunt omnes: uertim ne propter hæc mortem luant aeternam, & bonorum que gessere meritis, et Ecclesiarum, quas certando munire re, precibus adiuuantur.

Recessitq; Saul, ne persequeretur Philistim. Porro Philistim arbierant in loca sua. Recedunt quidem doctores suæ fragilitatis conscij, nec ad omnes daemorum uersutias indagandas uel eracrandas sufficere sese posse deprehendunt: sed uæ illis cordibus, ad quæ repulsi atq; abiecti immundi spiritus quasi ad propria loca recurrunt.

Saul per circuitum hostes Israel expugnat, filiorum simul & militum gloria clarus.

CAPVT X.

AT Saul cõfirmato regno super Israel, pugnat per circuitũ aduersus omnes inimicos suos, & cætera, ad id quod scriptũ est: Nam quocunq; uideret Saul uirũ fortẽ et aptũ ad præliũ, sociabat eum sibi. In hac lectiõẽ sub figura crescentis regni uel domus Saul, Christi fides per orbẽ propalanda describit, qui pugnat per circuitũ aduersus omnes inimicos suos: quia de Iudæa, quæ in medio nationum est, missis prædicatoribus Christus inimicas suo nõmni gentes suo uerbo subiugauit, iuxta quod Psalmita

Psal. 75. mista prædixit: Omnes qui in circuitu eius sunt, offerent munera.

Ephes. 5. Contra Moab, inquit, & filios Ammon, & Edom, & reges Soba, & Philisteos: & quocumque se uertebat, superabat. Moab & Ammon, qui iuuante ebrietate, in qua est luxuria, nocte de incesto concæpti sunt: hæreticos intellige, inordinatè accepto paternæ fidei femine degeneres. Edom, qui maior natu minori fratri seruire addictus est, Iudæorum populum exprimit: qui nationibus gentium per orbem, & cæcitate perfidiæ mentis, & terrenæ seruitutis est conditione submissus. Reges Soba Philistij & Amalec, de quo consequenter dicitur:

Congregatoq; exercitu percussit Amalec, & eruit Israel de manu uastatorum eius. Exteras à patriarcharū sanguine fide & sacramento nationes significat, quos uniuersos suæ pacis inimicos duplici ratione Christus superat, ut Israel spiritale de manu uastatorum eius eruat, uel sua uidelicet fide saluando credentes, uel incredulos sua iusta exa minatione damnando.

Fuerunt autem filij Saul Ionathan, et Iesui, & Melchisua, nomina duarum filiarum eius, nomen primogenitæ Merob, & nomen minoris Michol, & nomen uxoris Saul Achinoem filia Achimaas, &c. Tres filij Saul magnos fidei catholicæ, quæ unum in tribus personis Deum prædicat, duces expriment. Qui quoniam non sua uirtute, sed Dei gratia sunt quod sunt, quoniam aeterna sui conditoris (cui dicitur, Tu autem idem ipse es) uisione perfrui desiderat: quoniam per Christum Iesum, uerum uidelicet regem & saluatorem se perpetuo saluandos ac regnaturus confidunt. Rectè primus filius columbæ donū, secundus desiderauit, tertius rex meus salus interpretatur. Duæ filia eius, infirmiores fidelium plebes, sed corpore & mente Deo deuotas indicant: uel certè primogenita filia synagogæ, minor Ecclesiæ speciem tenet. Quibus etiam nominum etymologia cõgruit. nam quia synagoga electorum non de cunctis latè nationibus, sed de multitudine solius est Israeliticæ stirpis collecta: Ecclesia autem omnibus est ad fidem conuocata de gentibus, rectè primogenita filia de multitudine, secunda ex omnibus interpretari perhibetur. Vxor Saulis Achinoem, quæ interpretatur fratris decor, totam catholicæ Ecclesiæ perfectionem figuratè denunciat, quæ frequenter in amoris Cantico soror, & decora sui conditoris, qui ei per incarnationis mysterium frater fieri dignatus est, appellatur. Abner princeps militiæ eius, qui patris lucerna dicitur, uel Ioannem Baptistam, qui erat lucerna ardens & lucens, uel omnium qui singulari præcæteris Ecclesiæ propugnatorib. altitudine præfulgent uiros uirtutis insinuat. Admonendū sanè putauimus lectorem, non semper easdē personas unum eundemq; typica in parte modum tenere figurarum, sed mutatis rerum circumstantium causis, mutari etiam pro tempore & loco speciem ordinesq; typorum.

Psal. 108. Erat autem bellū potens aduersus Philistæos omnibus die

Ioan. 5.

108. Erat autem bellū potens aduersus Philistæos omnibus die

bus Saul. Nam quemcunque uideret Saul uirum fortem & aptum ad prælium, sociabat eum sibi. Causa belli potens aduersus Philistæos illa maximè extitit, quia Saul fortes quosq; & aptos ad prælium uiros sociabat sibi. Nam si rex ipse nulla fortioris militiæ manu stiparetur, nequaquam uicinis hostibus terribilis, eos ad bellum potèter excitaret: sed sicut prioribus eousq; temporibus Israel illis turpissimè, sine aliqua spe libertatis seruiret: sic nimirum, sic in Ecclesia quotquot dissoluti à bonis operibus, nec uirtutū spiritualium sumas militia præditi: quia desidiōsi negligētesq; peccamus, hostibus infestis enerui torpore tributa sinistra conuersationis soluimus. At cum à peccati seruitute relapsi sumus, spem uincendi resumimus, insurgit hostis, & crebriorib. nos acrioribus que tentationum stimulis appetit, ut uel ad flagitiorum nos, si possit, seruitum reuocet: uel si non possit, ipsam saltem sui cõtemptus iniuriam grauius sãuēdo uindictet. Verum ut de moralibus nostris ad allegorica maiorum gesta contuenda subeamus: & in ipso Ecclesiæ nascēntis exordio, quanto fortiores quosque aptiores que ad prælium spiritale uiros sociabat sibi Christus, tanto plura id temporis ac frequentiora per eos immundis spiritibus animarum spolia tollebat: sed et maiora ab eisdem martyrii certamina tolerabat.

Saul demoliri iussus Amalec, cognatos Moysi, ne simul intereant, iubet secedere. Et quia præceptum ex parte uiolauit, scisso Samuelis pallio, scindendā a se regni gloriam audit. Porro Samuel occiso per se rege Amalec, ultro Saul uidere contemnit.

CAPVT XI.

ET dixit Samuel ad Saul: Me misit Dominus, ut ungerem te in regem super populum eius Israel. &c. usq; ad id quod scriptum est: *Lugebat Samuel Saul, quoniam Dominū poenitebat, quod constituisset regem Saul super Israel.* Hæc lectio super Samuelis & David specie Iudæorū regnū ob culpā perfidiæ ad gentes transferendū, imò omnes qui peccata cum suis autoribus perfecto odio non oderint, extirpandos docet à regno fidei: et hoc melioribus proximis dato, nihilominus eos qui operantur iniquitatem, cum suis operibus esse peridendos.

Dixit ergo Samuel ad Saul: Me misit Dominus, ut ungerem te in regem super populum eius Israel. Nunc ergo audi uocem Domini. Dicit sermo propheticus quotidie rectoribus Ecclesiæ, quod non propriè libertatis industria, sed ipsius ministerio per Dominū ad regendum sint populum eius electi: ideoq; uocem imperij illius intenta semper debeāt aures percipere. Dicit & omnibus Ecclesiæ filiis, ut Domini iussis obtemperent: quia nimirum omnis mundo corde, qui Dei uisionē desideranter expectat, rex super populum eius Israel unctus est: super ipsum scilicet bonarum cogitationum actionumq; coetum, cuius se meritis sperat ad eius uisionē pertingere. Israel quippe, uir uidens Deum interpretat. Et beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt.

Hæc dicit Dominus exercituum: Recensui quæcumque fecit

Math. 5.

cit Amalec Israel, quo modo restitit in uia, cum ascenderet de Aegypto. Nunc igitur uade Amalec, & demolire uniuersa eius. Apta præfatio ad bellum spiritale cohortanti, ut Deum qui hoc adire præciperet, Dominum exercituum cognominet: hoc est agminum angelicorum, quorum nos necesse est contra potestates aerias dimicantes, protegamur auxilio. Aegyptus autè, quæ tenebras sonat, priora peccata, quæ nos usq; ad mare baptismatis secuta, sed in eo sunt demersa, significat. Amalec uero, qui transitu mari rubro restitit in uia solitudinis Israel, & interpretat̃ populus brutus, ea nimirum peccata demonstrat, quæ nobis post undam baptismi quotidianis armis insistentes, ne ad promissā celestis patriæ regna perueniamus oblitunt: ne fructum nostri cordis in sanctificatione conseruemus, lethifero hunc tentant quasi dente decerpere: quorum omnia demoliri, neq; eis parcere iubemur: hoc est, deponere omnia propter quæ uenit ira Dei in filios incredulitatis, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore uestro, & cætera huiusmodi.

Non parcas, inquit, eis, sed interfice à uiro usque ad mulierem, & paruulum atq; lactantem, bouem & ouem, camelum & asinum. A uiro usq; ad mulierem, ab opere perfecto peccati usque ad cogitationem carnalem dicit, genitricem uidelicet nutricemq; solis immunda. Paruulum & lactentem, ipsa initia propositumq; nefariæ actionis, quæ sinistra cogitatio malè nuper edita, peius alere delectat: intellige, bouem, ouem, camelum, & asinum, hebetudinem stultitiæ, dissolutionis inertiam, turpitudinem superbiam, & luxuriæ petulantiam dicit.

Præcepit itaq; Saul populo, & recensuit eos quasi agnos ducenta millia pedum, & decem millia uirorum Iudæ. Et nos ut uitiorum bella uincere ualeamus, mites necesse est, & innocuos in corde nostro sensus aggregemus: imitatores uidelicet agni illius immaculati, qui nos suo sanguine de mundi huius Aegypto redimere dignatus est. Qui uidelicet sensus imperio modesti spiritus obsecūdantes, quia tunc ueraciter aduersus hostem præualent, cum gemina, id est Dei & proximi dilectione muniti, ueritatis uiam incedunt: cum sola denarij celestis spe uniuersas terrenæ habitationis delicias, simul & miserias spernunt, rectè pedites memorati duces ducentenario & denario numero comprehenduntur. nam quia millenarius numerus, eius de quo agitur rei siue personæ perfectionem signet, nulli dubium est.

Cumq; uenisset Saul usque ad ciuitatem Amalec, tetendit insidias in torrente. Ciuitas Amalec cõstipatam aduersus fideles tentationum aciem exprimit, quæ nunc à dæmonibus, nunc ab hominibus, nunc à nostra ipsorum cõcupiscentia cõtra nos excitata desæuit. Cui nimirum ciuitati tentantium uitiorum proximus est torrens inundans, hoc est turbidus cogitationum fluctuantium impetus, qui de superbiam dæmoniacæ montibus cadens, tanto muros prauitatis grauius alluit, ac

nobis inexpugnabiles reddit, quāto acrior animum Domini placabilem hyems persecutiōis exasperat. In quo tamen torrente insidias contra Amalec tendimus, cum occultis animi uirtutibus, & quæ solus pectoris nostri arbiter nouit, deuotionū studijs hostem præoccupare & deuincere satagimus. Nam quasi aperto ei certamine occurrimus, quoties elemosynis, precibus, ieiunijs, & cæteris talibus spiritualis armaturæ generibus, autoris nostri contra eum flagitamus auxiliū: at cum fide, spe & dilectione, horumq; similibus armis apostolicis, quæ quantum in nobis abundant, solus qui donauit cognoscit: homines autem alios, & ipsos spiritus nequissimos, quamuis sedulo ac sollicitè nobis insidiantes, later. Cum inquam huiusmodi armis inuisibilibus contra spiritualia nequitia in celestibus, uel inter ipsas tentationum procellas induimur, quasi insidias in torrente contra Amalec tendimus: quia palam furentem aduersarium, ubi non uidet, sternimus.

Dixitq; Saul Cinæo: Abite, recedite atque descendite ab Amalec, ne forte inuoluam te cum eo. Tu enim fecisti misericordiam cum omnibus filiis Israel, cum ascenderent de Aegypto. Et recessit Cinæus de medio Amalec. Cinæos cognatos fuisse Moysi, sacra refert historia, dicēs: Abner autem Cinæus recessit quondam à cæteris Cinæis fratrib. suis filijs Obab cognati Moysi: & tetenderat tabernacula usque ad uallem, quæ uocatur Sennimi, & erat iuxta Cades. Præcepit ergo Saul Cinæo recedere ab Amalec. Curat doctor egregius, ut si quid inter uitia quæ arguit, uirtutum quas amplectatur repererit, seruet incolumem. Plures enim etiam inter paganos inuenies mansuetos, humiles, benignos, patientes, & in exemplum Cornelij centurionis elemosynis atq; orationibus seruientes. Quæ nimirum uirtutes, quia legi Dei uicina quasi cognatione congruunt, et de imis mundi tenebris ascendentes, quo ad requiem lucemq; promissam peruenire possint adiurāt, nequaquam inter uitia perdenda, sed ut possessori suo prodesse queant (Cinæus namque possidens dicitur) à uitiorum sunt omnium secerndæ catalogo. Recedit enim iubete Saule Cinæus, qui saluandus est, ab Amalec perpendo, cum separantur examine districti doctoris uirtutes catechizandorum quæ iuuant, à uitijs quæ grauant: ut nec propter uitia detestanda cuiusquam mali detestentur etiam uirtutes, quas inter uitia detestanda sedulus exercere probatur. Nec rursus bonorū cuiuspiā uitia, quibus inter uirtutes quasi homo carere nequit, propter uicinā uirtutum amplectenda iudicent: sed a quo discrimine in omnibus corrigant̃ praua, quæ uiam salutis impediunt: seruentur recta, quæ adiuant.

Percussitq; Saul Amalec ab Euila, donec uenit ad Sur, quæ est eregiōne Aegypti. Euila, quæ dolens siue parturiens dicitur, initium cõuersionis, quæ non sine dolore & molesta quadā quasi parturitione noui hominis inchoat, insinuat. Sur, quæ in rectā transfert, perfectū correctiōis finem designat.

Quæ

Indic. 4.

Quæ bene eregionē Aegypti sita solitudo describitur, quia sic quisque melius rectitudinem quam accepit conseruat, si pressuræ tenebrarū, de qua ereptus est, semper meminit. In Euila positus gladio uerbi qui dicit: Pœnitementi igitur, inquit, & conuertimini, ut deleantur uestra peccata. Sed & apostolus Iacobus, cum ait: Misericordie estote, & lugete, & plorate: risus uester in luctū cōuertatur, & gaudium in moerorem. Humiliamini in cōspectu Domini, & exaltabit uos. Eosdem percussit uenit Sur, quæ eregionē, sicut ut alibi scriptura dicit, contra faciem Aegypti: cum ait apostolus Paulus: Fuiſtis enim aliquando tenebræ, nunc aut lux in Domino, ut filij lucis ambulate. Et ipse in Sur positus, Aegyptum, de qua exierat, attēdere nō neglexit, dicens: Qui nō sum dignus uocari apostolus, quia persecutus sum Ecclesiā Dei, sed misericordiam consecutus sum. Percussit se salubriter, ut melius post eadem uiuere, ostendit, cum ait: Viuo aut iam non ego, uiuūt uerō in me Christus. Nec solum qui conuertunt, sed & hi qui accepto uerbo ueritatis, cōuertī a prauitate non curant, percussit ab Euila usq; Sur: quia perpetuis addicti doloribus, iustam diuinæ dīstrīctiōis sententiam sustinent, quæ est eregionē Aegypti: quia secundum nequitiam studiorum ipsorum retribue illis. Et hos quoq; iubēte Samuele percussit Saul, cum idem Ecclesiæ magister iuxta sanctæ scripturæ monita, qui obediētes corripit ad uitam, contemptores iuste damnandos prænunciat.

Et apprehendit Agag regem Amalec uinum, omne autem uulguſ interfecit in ore gladij: & pepercit Saul & populus Agag, & optimis gregibus ouium & armentorum, & uestibus, & arietibus, & uniuersis quæ pulchra erant, nec uoluerunt disperdere ea: quicquid uerō uile fuit, & reprobum, hoc demoliti sunt. Hactenus pugna Saulis optimum discretumq; uel summetipsum, uel subiectæ sibi plebis rectorē, ab hinc inertem designat & reprobum, qui recte quidem innocuis Moyſi parci cognatis. Recte uulguſ omne, & uilia quæq; ac reprobam demolit: sed non recte greges ouium, cæteraq; in terrā prona animalia, uestes, & omnia pulchra simul cum ipso rege reſeruat. Et spiritalis militiæ duces uniuersos, qui Aegyptum intellectualem, hoc est tenebras mundi fugientibus Dei famulis obſiſtunt, uel homines uel actus reprobos gladio uerbi & uitæ rectoris exterminare: quicquid uerō infons & Mosaicum inter eos inuenerint, debent immune feruare. At qui abominabilia solum & infanda, uerbi gratia, fornicationem, idololatriam, perurium, maculorum cōcubitum, furta, fallā testimoniā, & cætera huiusmodi flagitia, uel in suis, uel in subditorum moribus eradice fatagūt: comestiones uerō & ebrietates, contentiones & amulationes, auaritiā, odium, uanæ laudis uel honoris appetitū, quasi minus noxia, uel etiam salubria, necnon & ipsum regem uitiorum pinguisſimum, hoc est superbiæ tumorem, nolunt disperdere, reatum profecto grauissimæ præuaricationis incurrunt. Cuius ob meritum reatus,

& Iudæorum populo quondam in exemplum Saulis, oblatum regnum Dei datum est genti facienti fructus eius. Et multi hodie Christianorū promissam sibi uitæ coronam alijs obtinendam relinquunt. Vbi etiam iuxta literam saluberrimē monemur, ut diuini præcepti autoritas, humanum semper in nobis uincat affectum. Stulta enim miseratione parit homo homini, cui Deus nō parcendū præcepit: quasi melius nō uerit quid de homine fieri debeat homo, quam qui hominem fecit. Non autem sola autoritate regni superbiā designat Agag (quia inſitiū omnis peccati superbiā) sed & ipſo nomine, quod transfertur in tectum, quia contentus sape a cognitione proximorū, factus elationis tumet in corde prauorum. Apprehendit autem Agag regem uinum, & uulguſ interfecit, qui uita carnis eradicans, caput eorum superbiā disputando a uirtutibus ſecernere, & quantum sit noxia nouit definire: sed hanc humiliter uiuēdo, in se ipſo nō nouit extinguere. Parciq; Saul Agag, parci & populus, quando et dux ipse uirtutum animus latenti in præcordijs superbiæ molliter annuit: & uniuersa quæ hunc sequitur operum spiritalium turba, eiusdem nefandi tumoris assensione corrumpitur.

Factum est autem uerbum Domini ad Samuel, dicens: Pœnitent me, quod constituerim Saul regem, quia dereliquit me, et uerba mea opere non impleuit. Pœnitentia Dei, non perturbatio sensus, quæ in homines cadere solet, retractantes quid improuide mali commiserint: sed mutatio dicitur rerum tranſeuntium, immutabili præſcientia manēte diuina. sicut enim non pœnitere, mutare nolle quæ statuit significat. Iurauit Dominus, & non pœnitēbit eum, tu es sacerdos in æternum: hoc est, quod semel statuit, nunquam sacerdotiū Christi mutauit. Pœnituit autem Saul constituisse regem: quia & perfidiam totius Iudææ gentis, & fidem falsorum Christianorum promissio regni mutare priuet.

Contristatusq; est Samuel, & clamauit ad Dominum tota nocte. Non hæc per allegoriam exponenda, sed ad imitationem potius sunt trahenda uirtutis: ut pro fratrum erratis, quæ ipsi in se intelligere nondum queunt, non solum contristemur in animo, sed & omni ad Dominum pro eis intentione clamemus: necnon & ipsos mox ut locus & tempus arriserit, ad agnitionē correptionēq; admissorum reuocare curemus.

Cumq; de nocte surrexisset Samuel, ut iret ad Saul manē, nunciatum est Samuele, quod uenisset Saul in Carmelum, & erexisset sibi fornacem triumphalem, et reuersus transfisset, descendissetq; in Galgala. Carmelus, notitia circumcissionis: Galgala, reuelatio dicit. Multi ergo necdum plene uitiorum certamine deuicti, certamiam sibi quasi perfecta purificationis agnitione consummatis coronā iustitiæ superesse promittunt: quod est signum sibi triumphale fiducia iam consummati agonis erigere, & hoc in monte altissimo uirtutum, qui notitia circumcissionis appellatur. Descenduntq; post hæc in reuelationem,

nem, cum se ipsi post uirtutū culmen ascensum, post prælibatū supernæ retributionis gaudium, uera iam humilitate gloriosos antumant ueraciter reuelata cordis facie nosse arcana. De quibus patri Dominus ait: Abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.

Et dixit ei Saul: Benedictus tu Domino, impleui uerbum Domini, dixitq; Samuel: Et quæ est hæc uox gregū, quæ resonat in auribus meis: et armentorum, quam ego audio? Vocem gregum & armentorum, inconditos animi motus, dissonosq; cogitationum insolentium tumultus intellige: quos quicumque in se edomare ac reprimere disſimulat, frustra se uerbum Domini, quo uitia cuncta demoliri præcepit, iactat impleuisse.

Et ait Saul: De Amalec adduxerunt ea. Pepercit enim populus melioribus ouibus & armentis, ut immolarentur Domino Deo tuo: reliqua uerō occidimus. Hæc nolentes licet rea conscientia Prophetæ confitetur: cum nō solum Deo, cuius oculis nuda & aperta sunt omnia, sed & uiris spiritalibus fraudulenta prauorum peccata patent. Nam & Heliseus longè posito Giezi, præſens erat corde. Et Apostolus corpore absens, præſens autē spiritu arguit peccantem in Corintho. De exemplis, inquit, reproborum adduxerunt multimodos brutorum lasciuorumq; affectuum clamores. Pepercit enim sensus imprudens his uitijs, quæ minus nocua uidebantur, neq; ea delere curauit: quin potius hæc ipsa uirtutes arbitratus, auctori suo grate offerenda putauit. Verbi gratia, stultitiam simplicitatem putando, iracundiæ procacitatem zelum Phinees & Helie nuncupando, desidiam torporis, patientiam Dauid aestimando, & angustiam tenacitatis parsiſmonia, discretionem uocando: & notanda pariter ac uitanda prauorum consuetudo nequissima, qui excusando sua solent admilla cumulare. Ecce enim Saul ea quæ Domino iubente occisa sunt, se cum populo occidisse: his uerō quæ contra in tectum eius reſeruata sunt, non se, sed & populum pepercisse testatur. Et multi negligentes ac desidēs, si quæ uitia superauerint, uel se superasse putauerint, non hæc auctoris gratie, sed suo sudori tribuūt. Quæcunque autem in se extinguere aut nolunt aut nequeunt, hæc inditæ sibi naturæ uitio, præualluisse causantur, ut ex obliquo & in ipsum naturæ autorem reatus humani causa refundantur.

Dixit autem Samuel ad Saul: Sine me, & indicabo tibi quæ locutus sit Dominus ad me nocte. Supra legimus, quod in die sit unctus in regē Saul: in die quod ungi debeat prædictus, & nunc nocte reprobus ostēditur. Non hoc fortuitu & sine causa: sed quia dies aliquando iustitia, nox peccatum dicitur, in die electus, & nocte reiectus est, qui propter humilitatis modestiā regnare, propter noxam inobediētiæ meruit reprobari, non diuino iudicio, sed merito uariante humano. Sed & hodie dicente Domino: Quia multi sunt uocati, pauci autem electi: quicumq; uocati, per opera sunt tenebrarum ab electorum luce separati.

Et ait Samuel: Nonne cum paruulus essem in oculis tuis,

caput in tribubus Israel factus es? unxiq; te Dominus regem super Israel, & misit te Dominus in uiam, & ait: Vade et interfice peccatores Amalec, et pugnabis contra eos usq; ad interfectionē eorū. Quare ergo nō audisti uocē Domini, sed uersus ad prædam es, & fecisti malum in oculis Domini? Et hæc beati Samuelis increpatio congruit cuiſlibet Christiano, fidem qua imbutus est præuaricanti: dicente ad eum aliquo spiritalium magistrorum, quorum idem Samuel speciem tenet: Nonne cum humiliatus in animo tuo pro uita præterita, quæ erat sine Deo, ad Ecclesiam uenisses, accepta iam fidei et baptisimi gratia, caput in exercendis spiritus fructibus factus es? quibus ad uisionem diuinæ claritatis pertinerē deberes. Israel namque uir uidens Deum interpretatur. Unxitq; te Dominus chrisimate sui spiritus, ut bonorum rector ac moderator actuum, ad æterni regis imperium pertineres. Mittens quoque te in uitam noitæ conuersationis, expugnato uetere homine cum actibus eius, omnia quæ sunt super terram membratim mortificare præcepit. Quare ergo contempta Euangelica & Apostolica uoce, aliam tibi uiuendi regulam condere, ac uitiorum spolia congregare maluisti? in quibus nonnunquam etſi oculos mortaliū tibi fallere uisus es, ante interni tamen arbitris examen malum grande fecisti.

Et ait Saul ad Samuelem: Imò audiui uocem Domini, & ambulauit in uia per quam misit me Dominus. & cætera. Quantum hæc responsio Satilis rebelli superborum peruicaciæ conueniat, ex his quæ superius expolita sunt, facillimè patet. Sunt enim qui uel scripturæ sacræ lectione, uel magistrorum sermone conuicti, ac pro suis redarguti commissis, non humiliter remedium flagitare, sed insuper excusando malint augmentum conquirere peccatorum.

Et ait Samuel: Nunquid uult Dominus holocausta aut uitimas, & non potius ut obediat uoci Domini? melior est enim obedientia quam uictima: et auscultare, magis quam offerre adipem arietum. & cætera. Et hæc quidem proprie Iudæis dicta conueniunt, qui neglecto iudicio, misericordia & fide, cæterisq; talibus, per hostias se & holocausta Dominum placare posse rebantur. Sed & nunc in Ecclesia sunt nō pauci diuitijs pariter & criminibus aggrauati, qui peccata quibus adherere non desistunt, elemosynis se quotidianis abluere confidunt. Sunt alij qui ieiunijs & orationibus, psalmodiæq; frequentia castigari se arbitrentur a sordibus uitiorum, quibus abstinere non curant, cum Dominus huiusmodi sibi hostias nō peccatores quoslibet & impuros, sed a peccato continentes offerre præcipiat. Deniq; Psalmista non ait, Inter mala opera fac bonum: sed, Declina, inquit, a malo, & fac bonum. Et leprosus in legē uel immundus, nequaquam cum ipsa immunditia, sed ubi mundatus ab hac uideretur, hostias Deo iubeatur offerre. Notandum autem, quod nō uictimas malas, sed obedientiam dicit esse meliorem, ut illas quoque suo tempore bonas ostendat. Non utuperat legem, sed Euangelium præfert. Laude dignum

dignum dicit populū legis, quia pia cordis deuotione suis holocausta de gregibus offerebat autori: sed laudabiliorē multo designat eum qui ad consiliū Euangelij exhibet corpus suum hostiam uiuentem, sanctam, Deo placentem.

Pro eo ergo quod abiecit sermonem Domini, abiecit te Dominus, ne sis rex super Israel. Sicut cætera huiusce lectionis, sic & hæc reprobati Saulis abieccio, iuxta allegoriā quidem synagoga, iuxta uerō legis tropologiam cuiuslibet falsi Christiani, uel magistri uel discipuli primò fidei, ac postmodū damnabili possunt cōuenire statui, impleta propheta Balaā, quæ dicit: Tollitur propter Agag rex eius, & auferetur regnum illius: quia uidelicet propter contectam in peccatore, nec deletam funditus superbiam pestem, & populus quōdam Iudaicus, & nunc Christianorum quā plurimi regni cœlestis sint sede priuati.

Nh. 24.

Et conuersus est Samuel ut abiret: ille autem apprehendit summitatem pallij eius, quæ et scissa est. Et ait ad eum Samuel: Scindet Dominus regnum Israel à te hodie, & dabit illud proximo tuo meliori te. Conuersa gratia prophetali, ut propter peccata discederet à Iudæis, apprehendere illi non totum prophetiæ lectionis indumentum, quo animam calefacere fide, & ornare possent operibus: sed extremam solummodo summitatem, quæ est in parte literæ, quam & ipsam à soliditate sensus spiritualis abstrahentes, quasi à prophetiæ uestis integritate sciderunt. Ideo quoniam prophetas scindere non timuerunt, scindi à se regnum Dei, & gentibus tradidit meruerunt. Sed & hodie quisquæ sacra eloquia, quibus eruditus est, & ad querendum regnum cœlestis imbutus, improba mente contempserit: quia uestem sacrosanctam ungentis se in regnum, maculat, ablatā sibi regni beatitudinem proximo meliori relinquit. Neque à talium significanda miseria discrepat, quod Samuel audita Saulis superbia, cōuersus ut abiret dicitur. Multi enim dum ea quæ norūt, bona operari contemunt, ad extremū iusto Dei iudicio, quæ agēda sint, nescire merētur. Hinc hæreticorum luxuria multimoda zizaniorum, messem seminis Euangelici nefario germine polluit, dum repulsa scriptis ab actione ueritatis scientia, conuersa tandem sese auferēbat & à mente.

Porrò triumphator in Israel nō parceret, & poenitudine non flectetur: neque enim homo est, ut agat poenitentiam. Qui te, inquit, solus, imò cunctum Israel cōtra Amalec dimicantem sua gratia triumphare fecit, ipse etiam tibi uerbum eius prauaricanti non parceret: qui quanto uincendi facultatem non tua fortitudine, sed cœlitus accepisti, tanto in seruando anathema minus excusandus ostenderis. Quia sicut Moyses ait: Bellum solius Domini est contra Amalec. & Delebo, inquit, memoriam Amalec sub cœlo. Quod idem & de spiritali est certamine sentiendum, ubi eo maiore periculo parcimus hostibus, id est uitij indulgemus, quo maius in remisio remittendis quotidiē peccatis, autoris nostri munus accipimus. Timendum quæ ne & ipsi superne uisionis minus solliciti, merea-

Exod. 17. Ibidem.

mur audire cum Saul, Quia triumphator in Israel non parceret: hoc est, qui in plurimis uictorię donum concessit, ut ad gratiarum uos actionem, uiuendiq; industriam prouocaret, idem uos ad ultimum suæ sanctionis in curia seuera examinatione damnabit. Quidam putant hoc quod dicitur, Porrò triumphator in Israel non parceret: non ad Dominum, sed ad illum esse referendum, de quo præmissum est, Et dabit illud proximo tuo meliori te: quod uidelicet Dauid acceptare gni potestate, uel domui Saul, uel exteris hostibus, Domini iussu trucidandis parcere noluerit. Quod ita moraliter exponit, quia meliores nobis proximi uitia, quæ nobis præualuisse conspexerint, summo in se studio conentur extingere, ne & ipsi eandem prauaricationis foueam, qua alios misere dilapsos contemplantur, incidant. Porrò quod sequitur, Et poenitudine non flectetur: æternam quam minatus est, atque immutabilem Domini sententiā significat. Quod uerò subiungitur, Neque enim homo est, ut agat poenitentiam: manifeste innuit, quod supra, ubi poenituisse Deus dicitur, nō passibilitas diuinæ substantiæ, apud quam nō est transmutatio, nec uicissitudinis obumbratio, sed humano more hominibus temperata Deo locutio signat. Non ergo sicut hominem, ita Deum cuiusquam peccati sui poenitet, cuius de omnibus omnino rebus tam fixa sententia, quā certa est præsentia.

At ille ait, Peccaui: sed nunc honora me coram senibus populi mei, & coram Israel, & reuertere mecum, ut adorem Dominum Deum tuum. Reuersus ergo Samuel secutus est Saulem, & adorauit Saul Dominum. Et obstinata Saulis superbia, & beati Samuelis humilis semper modestia declaratur. Quid enim superbius, quā ut cognito quisque suo scelere, quo apud Dominū prauaricator, imò & anathema monstretur, adhuc tamen ab hominibus & coram hominibus honorari deponat? Quid econtra benignius, quā ut agnita quisque alterius nequitia, qua coram Domino reprobis ostendatur, adhuc tamen eum coram hominibus honorari non recusat? Vnde quia nunc quoque non desunt, qui uel à magistris spiritalibus, uel à sacris paginis ob sua facinora redarguti, plus interdū nocua adhuc proximorum laudatione grauari, quā sua salubri gaudeant poenitudine curari. Nos quoque in exemplum beati Samuelis erga tales modestè agere, neque eos traducere oportet, quos incorrigibiles, & diuino iam iudicio non dubitamus esse damnandos: maxime si hos aliquo gradu ecclesiastico, quæ eiusdē Saulis unctio nō indecenter exprimit, agnouerimus insignitōs.

Dixit ergo Samuel: Adducite ad me Agag regem Amalec. Et oblatu est ei Agag pinguisimus. Agag, ut supra dictum est, tectum: Amalec populus bruchus, siue populus lingens appellatur. Dicit ergo scriptura prophetica, dicunt ministri & dispensatores eiusdē scripturæ suis auditoribus, ut tectum diu superbie uulnus, ac male seruatum in corde, producant in medium confitendo. Quæ uidelicet superbia rex & caput est scelerū cæterorum, utpote

P R A E F A T I O.



EXPLICATIS iam non pauco sudore duobus in Samuelem expositionis nostræ libellis: unio, qui eiusdē beatissimi prophete Samuel, & sacerdotis natiuitatem, uitam & ducatum: altero, qui Saulis primò electi à Domino, postmodum uerò reprobati gesta contineret: nunc ad tertium à beati Dauid auspicijs inchoandum mittimus nianum: non nostro freti ingenio, sed superni adiutoris per omnia cum tuis sacrosanctis orationibus, dilectissime antistitum, confidentes auxilio, ac pro certo sperantes, quia qui inter tam dissonos historici callis anfractus, Saulis dico nunc placetia Deo, nunc acta peruersa, nostrū sine offendiculo, ut credimus, allegoricum seruaui in celsum: ipse in beati Dauid, qui non erroneam coangustato, sed dilatato corde uiam mandatorum Domini cucurrit, actis spiritalibus ad altiora mysterij spiritualis arcana typicè transferendis, suę nos pietatis gratia comitari dignet. Vbi breuiter in præcæmio commemorandum, quia cum uetera transitura, & facienda essent omnia noua, ipsam quoque mutationem crebrius figuraliter oportebat intuari.

Psal. 71.

utpote ex sua radice prodeuntium: quæ incautos sic blandiendo, quasi lingendo decipere, atque uniuersa uitales gratiæ quærunt erodere genimina. Pinguisissimus autem idem nefandus rex dicitur, hoc est crebrescentium supra modum criminum, male delectabili sagina prægrauatus. De qua Psalmista loquitur: Prodit quasi ex adipe iniquitas eorum.

Et ait Samuel: Sicut fecit absque liberis mulieres gladius tuus, sic absque liberis erit inter mulieres mater tua. Gladium Agag ipsum efficacissimum superbiæ furorē intelligit: mulieres Hebraeas liberis ab eo priuatas, animas fideles, sed superbia uictore operum operum fructu spoliatas. Sed sicut tunc inquit, innumeros, o præsumptio superba, a ueritatis auertisti: sic tempore præfinito, cum uenerit qui totum iniquitatis imperium iuste iudicando destruat; tua genitrix impietas interminorum facinorū captiuata, omni illa uitiorum nequissima sobole carebit, nullos ultra habendo quos seducat.

Et in frustra concidit Samuel Agag coram Domino in Galgalis. Et spiritalis quisque ac propheticus doctor in frustra concidit regem populi lingentis: cum multiplices superbię deceptiones euentilans, diligentissimeque uitium euiscerans, quid cōtra singulas eius ueritas sibi suisque agendū sit, intretur & explicat. Quod intra pinguisissimū Agag, id est tectum malitiæ, putredinis & corruptelæ sint receptacula caeca, dilucidat et pandit: & hoc in Galgalis, id est in reuelatione manifestatæ ueritatis & fidei, facit hoc doctor. Et aliter: Cum uidelicet in reuelatione nouissimi examinis concidendum per omnia peccati corpus, cui nunc reprobi stulte parcent, comminandumque prædicat.

Psal. 135.

Matth. 5.

Et non uidit Samuel ultra Saul usque ad diem mortis suæ: ueruntamen lugebat Samuel Saul, quoniam Dominum poenitabat, quod constituisset regem Saul super Israel. Imitandum potius quā allegorizandum, quem ob peccati meritum adeo detestatur, ut nec uidere aliquando dignetur. Huic ipsi fraternitatis intuitu tantum pietatis impendit, ut hanc etiā luctu lacrymisque testetur. Vnde non indecenter talis animi uiris, & illud Psalmistæ, quod ait: Non ne qui oderunt te Deus, oderam illos, & super inimicos tuos tabescebam: Et Euangelica illa nisi hominū congruit beatitudo, qua dicitur: Beati qui lugent nunc, quoniam ipsi consolabuntur. Si enim sine ulla dubietate beatus est, qui turbatis à timore iræ uentura: oculis, propriū lectum, id est opera uirtutū, in quibus ipse requiescere debeat, laborans in gemitu suo singulas lauat lacrymando per noctes: quanto beator ille qui de sua salute Deo propitio iam factus securior, pro fraternis Domino supplicans plorat & lamentatur excessibus?

Sicut enim supra Samuel sacerdotium reprobato Heli substituitur, ut sacerdotium Christi, quod nunc in Ecclesia geritur, indicetur legali sacerdotio successurum: ita & hic pro Saule Dauid unctus in regem, significat regnum Iudæorum, quod per legem erat, Christi Ecclesiæ regno mutandū. Iuxta quod eiusdem Iudæi Dominus protestatur, dicens: Ideo dico uobis, auferetur à uobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.

Matth. 22.

Samuel iubente Domino Dauid Bethlehemitem de patris adductum ungit in regem, mox perpetua spiritalis gratia coronatum, ita ut etiam Saule malo spiritu arreptum, cubara psallendo releuet.

C A P V T I.

Dixitque Dominus ad Samuel: Usquequò tu luges Saul? cum ego proiecerim eum, ne regnet super Israel. & cetera, usque ad id quod scriptum est: Et refocillabatur Saul, & leuius habebat: recedebat enim ab eo spiritus malus. Hæc lectio significat Dominum saluatorem ad regnandum in Ecclesia singulariter, oleo lætitię perunctum, cuius imperio clarescente, remota legis umbra, Iudæi partim ad persequendum inestigati, partim sint Dominicæ incarnationis & passionis accepta fide saluati. Dixit ergo Dominus ad Samuel: Usquequò tu luges Saul? cum proiecerim eum, ne regnet super Israel. Dixit Deus pater ad prophetas & apostolos de Iudæorum, uel præsentis, uel etiam futuræ reprobatione moerentibus: Usquequò luges tuos ruina populū contumacis? cum ego culpīs exigentibus proiecerim eum, ne regnum sibi singularē

gularē fidei & ueritatis, quasi cæteris gentibus excellētior, & Deo familiarior usurpet: sed gentium potius nationes Christi misericordia saluatas, se multo sublimiores agnoscat. Nam ut etiā antiquos prophetas de futura suæ gentis excæcatione, quæ nobis causa illuminationis fuit, cōtristatos, imò etiam lamēatos fuisse cognoscas, audi Esaiā, qui cum de Dominici aduentus gratia pramississet, dicit: *Habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis. Mox eiusdem lucis aduentui respondens subiunxit, & ait: Multiplicasti gentem, & non magnificasti lætitiā. Et alibi de eiusdem populi adiectione commemorans, dicit inter cætera: Et angeli pacis amare fletibus: prophetas utique significans, diuini uerbi nuncios. Sed & Ionas propheta Niniuitis prædicare iussus, maluit se periculo maris fugiēdo, quā prædicando gentibus fidei uerbum cōmittere: metuēs nimirū ne fractis non credendo bonæ oliuæ ramis, insertus per fidē oleaster, socius radicis & pinguedinis efficeretur oliuæ.*

Imple cornutum oleo, & ueni, ut mittam te ad Isai Bethlehemitem: prouidendum in filiis eius mihi regem. Relicta, inquit, cura regni carnalis, illud potius imperiū, quod spiritus sancti lumine probatur esse pinguisimum, sperandum amandumque suscipite. Hoc non à uobis ipsi uenientes, sed à meo spiritu missi, populo illi, qui à mundi illecebris secretus, æternæ salutis gaudia suspirat, intimare cure. Prouidit enim in filiis eiusdē populi mihi regem. Isai quippe insulæ holocaustum siue sacrificium, Bethlehem domus panis interpretatur. Insula autem unaquæque anima fidelis: insula omnis Ecclesia sanctorum, quæ ab huius seculi fluctibus altiora petēdo separata, totam iam se per spiritus sancti feruorem purificans, hostiam acceptabilem Deo reddit, & sui pectoris hospitium uiui panis domicilium facit.

Et ait Samuel: Quomodo uadam? Audiet enim Saul, & interficiet me. Et ait Dominus: Vitulum de armento tolles in manutua, & dices: Ad immolandum Domino ueni. Et uocabis Isai ad uictimam, & ego ostendam tibi quid facies, & unges quemcumque monstrauero tibi. Aiebant Domino propheta, aiebant & apostoli: Quomodo regnum noui Testamenti prædicare poterimus? audient enim legis æmulatores Iudæi, & interficiēt nos. Quem enim prophetarum non sunt persecuti? et occiderunt eos qui prænucciabant de aduentu Christi. Quibus Dominus respondens, corpus suum de plebis conuersatione segregatum, arctioris cōtinentiæ manu corripere, & ad mortem pro Domino suscipiendam paratum gestare præcepit, necnō & suos auditores ad subeundam martyrii gloriam accendere, quasi ad uictimam Isai uocare mandauit. Numquam enim melius allator mortis superatur, quā cum suo amore toleratur. Et ego, inquit, uobis o prophetæ mei, præconesque futurorum, non ut alijs per homines, sed per infusionem mei spiritus, quid dicatis aut faciatis, et quis, ubi, uel quando uenturus sit Christus, ostendā. Possunt hæc de Ioanne Baptista specialiter intelligi, quem de

Esai. 9.
Ibidem.
Esai. 33.
Iona. 2.

Christo euangelizantem audierunt, & occiderunt Iudæi: sed ille & corpore & mente paratus ad martyrium, auditores ad uictimā, hoc est ad baptismum pœnitentiæ uocabat. Cui non alius quis homo magister, sed Deus ipse quid faceret ostendit: datoque sancti spiritus signo, cui de omnibus quos baptizabat diuinitatis testimonium daret, edocuit.

Venitque in Bethlehem, & admirati sunt seniores ciuitatis, occurrentes ei, dixeruntque: Pacificus ne ingressus tuus? Et ait: Pacificus. Exortis in mundo prophetarū de Christo præconijs, occurrentes eisdem prophetis deuota mente quicquid prudentiores, iam digna miraculo eorum dicta ducebant, solliciti & intentione perquirebant, si hæc eadem prophetarum oracula pacem seculis aduenturam signarent: an Mosaicæ legis instar iugum importabile super discipulorum essent impositura ceruices. Responduntque prophetæ, ac suis singuli proclamabāt in libris, ad hoc se in Dei missos ciuitatem, ut testimonium perhiberent illi, qui uenturus esset ad pacificanda terrestria cœlestibus: & post longa inimicitia discrimina, quæ humana merebatur iniquitas, reconciliandū Deo mundum, per ueneranda sui sanguinis mysteria. Quod eodem ordine potest & de Ioanne accipi, quia uitam & doctrinā eius admirantes populi, putabant eum Christū, & de statu eius solliciti quærebant. At ille pacem se terris uenturā annunciare testatus.

Ad immolandum, inquit, Domino ueni: sanctificamini, & uenite mecum, ut immolem. Id est, ad docendum et patiendum pro Domino ueni: baptizamini & credite mecum, ut pariter in Christo uiuamus.

Sanctificauit ergo Isai, & filios eius, & uocauit eos ad sacrificium. Omnes sanctificauit, sed Dauid solum oleo chrisimatis unxit: quia multa Ecclesiæ membra, sed unum est caput. Multos baptizauit Ioannes, sed in unum columba descendit.

Cumque ingressi essent, uidit Eliab, & ait: Num coram Domino est Christus eius? Et Dominus dixit ad Samuel: Ne respicias uultum eius, & cætera. Inducit filios Isai, primum, secundum, & tertium. In his quisquam quid dignè ungetur, nō inuenitur: quia prouidit synagoga legis doctores, prophetas & psalmistas: sed omnes hi participes, nemo in eis author humanæ salutis inuenitur.

Adducit itaque Isai septem filios suos coram Samuel, et ait Samuel ad Isai: Non elegit Dominus ex istis. Septenarius numerus propter sabbatum legis, sicut octonarius Euangelio propter resurrectionis mysterium congruit. Nullus igitur ex his qui secundam legem perfecti, sabbatū tantummodo uel corporis in presenti, uel etiam spiritus in futuro seculo sperant, prædicant, percipiunt, tametsi celsus meritis, & uiribus fortis existens, mundum saluare sufficit.

Dixitque Samuel ad Isai: Nunquid iam completi sunt filij? Qui respondit: Adhuc reliquus est paruulus, et pascit oues. Præmissis in mundo legis doctoribus, præmissis prophetis præconio, præmissa deuotione psalmodiæ, præmissa denique longa deuotione populi, per legem Moyli prophetis & psalmistis

10
20
30
40
50
60

mittis in diuinis obsequijs eruditus, supererat ad huc Christi incarnatio, in temporum plenitudine uentura. De quo rectè intelligitur, quod ait Isai: Adhuc reliquus est paruulus, et pascit oues. Paruulus enim natus est nobis, filius datus est nobis. Qui loquitur in Euangelio: Ego sum pastor bonus, & cognosco meas, & cognoscūt me meæ. Nec sine certatione mysterij idem paruulus, & antequam à propheta ungeretur, oues pauisse narratur: quia pastor ille bonus, qui uenit ut uitam habeant, & abundantius habeant, nonagintanouem oues pascebat in coelis, antequam centesimam quæreret atque inueniret in terris. Hic octauum numerum impleuit: quia & nostræ spem resurrectionis & suæ nobis tribuit exemplum. Siquidem dies quo Dominus surrexit, à die quidem passionis eius tertius, sed à die primæ conditionis est octauus. Sic etiam post sex huius seculi ætates, & septimam, quæ nunc illa in uita geritur, sabbati animarum, quæ si octaua ætas nostræ resurrectionis aduentura speratur.

Et ait Samuel ad Isai: Mitte, & adduc eum, nec enim discumbemus, priusquam ille huc uenerit. Dicebant propheta sanctis illius temporis: Mittite uestre deuotam mentis intentionē, & crebris ad Deum fufis orationibus, Christi aduentum impetrate, dicētes: Ostēde nobis Domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis: & cætera humilissimi. Nec enim completo presentium passionum uel operum honorū sacrificio, discumbere possumus cum Abraham, & Isaac, & Iacob, in regno cœlorum, priusquam Dei filius humilis & pauper adueniēs, contrito mortis laqueo, uitæ nobis sanuas sublimiter aperiat. Nam & ipse nos in Euangelio non à nobis ipsis, sed per suam gratiā discumbere posse, hoc est in regno requiescere testatur: Amen, inquit, dico uobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis.

Misit ergo, & adduxit eum: erat autem rufus & pulcher aspectu. Desiderabat Simeon senex, desiderabant cæteri illius temporis sancti uenisse Dominum in carne, & uenit. Erat autem rufus ob cruorem passionis: quia pastor bonus animā suam posuit pro ouibus suis. Erat & speciosus forma præ filiis hominum: quia peccatum nō fecit, nec inuētus dolus in ore eius. Cui similitū est, quod in eius laude sponsa loquitur: Dilectus meus candidus & rubicundus: candidus scilicet actione, rubicundus sanguine. Et quod ibi sequitur, Electus ex milibus: hoc est quod hic reprobatus fratribus solus ungitur Dauid.

Tulit igitur Samuel cornu olei, & unxit eum in medio fratrum eius: et directus est spiritus Domini in Dauid à die illa. Accepit propheta prædicandam ueri regis gloriam, & ait: Dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus, & cætera. Qui de spiritu sancto cōceptus, plenitudinem eiusdem spiritus ab hora conceptionis illius nunquā habere cessauit. Accepit Ioannes officium, Christo testimonium perhibendi: & descendente in

Esai. 9.
Ioan. 10.
Ibidem.
Psal. 84.
Luc. 12.
Ioan. 10.
Psal. 44.
1. Pet. 2.
Cantic. 5.
Psal. 44.
Matth. 3.

eum spiritu sancto in medio eorum, quos baptizauit, uidit, & testimonium perhibuit, quia hic est filius Dei: & egressus est Iesus in uirtute spiritus in Galilæam.

Surgensque Samuel abiit in Ramatha. Impleto unctio nis officio Samuel domū rediit: quia iam ueniente Domino, qui prænucciabatur uenturus, prophetarum præconia siluerunt. Lex enim & propheta usque ad Ioannē, ex eo regnum Dei euangelizatur. Sed & ipse Ioannes ex suæ præcur sionis officio: Illum, inquit, oportet crescere, me autem minui.

Spiritus autem Domini recessit a Saul, & agitabat eum spiritus nequam a Domino. Crescente Christi præconio, perfidorum mox corda Iudæorum spiritus gratia deseruit, atque ad persequendum nomen illius impia peste commouit: & hoc Domino iusto permittente iudicio, ut & probati quicquid manifesti fierent in Ecclesia, & exigentibus meritis improbi profundiorē suæ malitiæ mergerentur in foueam.

Dixeruntque serui Saul ad eum: Ecce spiritus Dei malus exagitāt te, iubeat dominus noster rex, & serui tui qui coram te sunt, quærant hominem scientem psallere cithara. & cætera. Dicebant apostoli Iudæis, eorum per omnia cupientes seruire salutis: Videte & cognoscite, quā malus est spiritus, qui uestris culpa exigentē mentibus, a Domino immixtus aduersus nomen unigeniti filij eius uos conuenire, & consilium fecit inire: & iam modò acta pœnitentia de erratis, ad auxilium uituifici ligni, ubi innoxia eiusdem agni immaculati Dei & Domini nostri Iesu Christi sunt membra extensa, confugite. Quæremus enim, id est acquiramus uobis, fidem planius exponendo, si uultis, hominē illum, nobis quidem notissimum, sed adhuc uobis ignotum, qui singulari præ hominibus scientia præditus, saluifero crucis suæ ligno cuncta nocentis aduersarij nouit mortifera tela fugare: ut quodcumque uos diabolus ad æmulandum contra gratiam Euangelij, legis umbram cœperit commouere, adsit memoria Dominicæ passionis, & uestra mox à furiosa intentione corda compefcant.

Et ait Saul aduersus suos: Prouidete mihi aliquē bene psallentem, & adducite eum ad me. Multos quidem, inquit, scientes psallere noui, sed bene psallentem aliquem mihi prouidete & adducite, quod est annuentes apostolorū oris dicere Iudæos, multos quidem cruci affixos pro peccatis nouimus, sed eos nec sibi nec nobis profuturos agnouimus. Vnde prouidete, ut eius nos sacramentis imbuatis, eius nostro in pectore fidem ac dilectionem catechizando adducatis, qui bene sua super lignum membra mortificando perpetua nos à morte redimeret.

Et respondens unus de pueris ait: Ecce uidi filium Isai Bethlehemitem scientem psallere, & fortissimum robore, & uirum bellicosum, & prudentem in uerbis, & uirum pulchrum, & Dominus est cum eo. Unus de pueris est imitas humillum Christi, uno uidelicet eodemque corde animaque conueniens, Quæ sciscitantibus de

Matth. 12.
Ioan. 3.
30
40
50
60

fide Iudæis, & uiuifica crucis pedetentim ut ita dicam, signacula clausa pulsantibus, apertiora statim quæsitæ fidei, & Dominicæ dispensationis arcana dilucidans: Ecce, inquit, ipsa uel carnis uel fidei oculis uidi & cognoui natum de radice Iesse, in Bethlechem Iuda, uirum sciẽtem ferre infirmitates, & mortis subire patibulum, potestates aerias debellare idoneum, fortitudinẽ pariter & prudentia sublimem, imò ipsum Dei uirtutem, & Dei sapientiam, speciosum forma præ filijs hominum, & innocentia uitæ & operum exhibitione cœlestium: & ut ad summum ueniam, ipse est qui solus dicere potuit, Ego in patre, & pater in me est: & qui uidet me, uidit & patrem: cuius eximij uirtutibus etiam nominis concinit gloria. Dicitur enim Dauid, id est manu fortis, siue desiderabilis. Manu fortis est enim in uirtute passionis, quia aduersarios strauit. Desiderabilis in claritate resurrectionis, qua suos sublimauit. De quo enim scriptum est: *10* Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio: ipse est in quem desiderant angeli prospicere. & qui, sicut propheta dicit, ueniet desideratus omnibus gentibus, et implebitur gloria domus Domini.

1041.14.

Psal. 23. Agg. 2.

Misit ergo Saul ad Isai dicens: *Mitte ad me Dauid filium tuum, qui est in pascuis.* Tuliq; Isai osinum plenum panibus, et lagenam uini, & hœdum de capris unum. Et misit per manum Dauid filij sui Sauli. Mittebant catechizati nuper Iudæi indices suæ uoluntatis sermones ad eos, qui præcesserant in Christo, dicentes: Societatem nobis credite seruandam per baptismum in Christo, quem uestris semper in cordibus, fide, spe & charitate progenitum, uitæ æternæ pascua beatissimis quibusq; & angelis & hominibus ministrare didicimus, qui iustis fratrum petitionibus assensum præbentes, commodauerunt eis Christi suscipienda mysteria. Neque hæc fidenter agebant, sed iuxta eum qui cum discipulis suis dicens: *10* Ite docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti: continuo subiunxit & ait, Docentes eos seruare omnia quæcunq; mandauit uobis. Inter sacramenta fidei, quibus extrinsecus imbuerentur, mittebant etiam uirtutum exempla, quibus alerentur interius: panes quippe & uinum, uirtutes & doctrina spiritalis est. Panis enim cor hominis confirmat. Et poculum tuum, inquit, inebriat, quam præclarus est: Hœdus de capris, unus humilis poenitentium luctus est, de lasciuo peccantium turbarum grege sequestratus hoc. hœdus namque in lege solebat pro peccatis offerri. Hæc alino uectore per Dauid Saul mittit Isai, cum doctor quisq; sapiens, instituendis Christo donante suis auditoribus, in simplicibus quibuslibet, & humano iudicio despectis gratiam uirtutum, quas imitentur, crebrius abundare cõmemorat. Nota & in Saulis unctio, quæ & ipsa Christi regnum significat, alinas, panes, lagenam uini, necnon & hœdos inueniri. de quibus suo loco tractatum est.

Et uenit Dauid ad Saul, & stetit coram eo. At ille dilexit

eum nimis, & factus est eius armiger. Venit Dominus ad corda credentium Iudæorum per fidem, & stetit coram eis per indefatigabile desiderium agnitæ & concupitæ suauitatis illius. Quibus se diligentibus ipse contra cuncta maligni hostis certamina, fidei & ueritatis arma copiosa, & hæc inuincibilia ministravit, lorica uidelicet iustitiæ, scutum fidei, galeam salutis, & gladium spiritus, quod est uerbum Dei.

Ephes. 6

Igitur quando cunq; spiritus Dei malus arripiebat Saul, tollebat Dauid citharam, & percutiebat manu sua, & resocillabatur Saul, & leuius habebat. recedebat enim ab eo spiritus malus. Patet sensus ex superioribus, nec Iudæis solum fideibus, sed & nobis congruit. Oportet enim, ut quando cunq; mentem nostram aliquatentatio maligni spiritus arripies, à tranquillitate sui status auerterit, quisquis adest fratrum spiritalium, Dominicæ nobis passionis humilitatẽ ad memoriam reuocet, sedula nos exhortatione contestans: quia qui innocens & iustus sponte pro nobis sustinuit crucis supplicium, exemplum profecto reliquit, ut sequentes uestigia eius, innocenter in prosperis, patienter agamus in aduersis. Ita enim fiet, ut allocutione fraterna quasi citharizantis Dauid manu resocillati leuius habeamus. Dauid quippe semper redemptorem nostrum, sed aliquando in se, aliquando in suis membris significat: ac recedente diri spiritus instinctu, mox sancti spiritus gratia nos illuminatura succedat. Quod si quæ mouet, quare idem spiritus & Dei appelletur, & malus: sciat illum Dei quidem dictum propter iustissimam eius permissionem, malum uero propter ipsius spiritus nequissimam uoluntatẽ. Uirtur enim Deus etiam malis spiritibus ad probationem quorundam, uel damnationem, uel correctionem, uel etiã in bonis cõseruationem. Ad probationem quidem, sicut beatum Iob Dominus per Satan tentando probauit: ad damnationem uero, sicut Achab regem præcedentium causa scelerum Domino permittente, spiritus mendax, ut bello periret, decepit: ad correctionem autem, sicut tradit Apostolus peccantem in Corintho Satanæ, ut spiritus saluus sit in die Domini Iesu. Porro ad cõseruationem uirtutum, sicut idem Apostolus, ne magnitudine reuelationum extolleretur, angelum Satanæ, qui eum colaphizaret, accepit. Iosephus in Antiquitatum historia, loci illius ita meminit: Saul uero quædam passionis & dæmonia repente comprehenderunt, suffocationes ei, et angustias inferentes. et paulo post: Iusserunt, inquit, ut cum eum dæmonia inuaderent & turbarent, super caput eius stans palleret, et hymnos ediceret. Neq; enim putandũ est, citharam illam, quamuis dulcissime resonatẽ, tantã potuisse uirtutis existere, quæ spiritus pelleret immundos: sed figura sanctæ crucis, & ipsa quæ canebat passio Dominica, iam tunc diaboli refringebat audaciã: sicut & Aegypti uastator angelus, nõ ppter sanguinis in forib. positi uirtutẽ, sed quia idẽ sanguis typus fuit: locus quoque medij liminis superliminatis, & utriusq; partit, qua

1. Cor. 5.

2. Cor. 12. Ioseph. lib. 6. cap. 20.

Exod. 12.

ffis, qua inunctus erat, ipsam salutiferæ crucis figuram exprimebat. Domus Hebræorum, quas signatas uidit, illasas transiit, diuino præmonstratẽ cõsilio, uenturũ eum in carne, qui suo nos sanguine per crucem æterna à morte liberaret.

Castra Israel Goliath quadraginta diebus monomachiam petendo terrenis, tandem à Dauid in funda & lapide superatur.

CAPVT II.

Congregantes uero Philistinum agmina sua in prælium, conuenerunt in Socho Iudæ, & castrametati sunt inter Socho & Azeca in finibus Domini. Porro Saul & uiri Israel congregati, uenerunt in uallem Therebinthi, & direxerunt aciem ad pugnandum contra Philistinum, &c. Omnis autem Israel diligebat Dauid: ipse enim egrediebatur et ingrediebatur ante eos. Hæc lectio mysticẽ docet diuitias crebrasq; antiqui hostis contra humanum genus insidias, sola Christi in carnati potentia simul & patientia deuictas. Philistinum ergo contrarias potestates, Israel autem populum fidelium, uno solum merito actionis, sed & nominis significatione denunciat. Israel namq; est uidere Deum, siue uir aut mens uidens Deum dicitur: Et beati mundo corde, quoniã ipsi Deum uidebunt. Philistinum ruina duplex interpretatur. Et angeli uel homines mali prius in peccata labentes, & post in ignis æterni poenam corruunt. Congregantes autem Philistinum agmina sua in prælium, conueniunt in Socho Iudæ, id est humilitate laudationis, siue confessionis, cum maligni spiritus unanimiter contra Ecclesiã ueniunt, diuersis eam tentamentis uitiorum quatunt. Non enim unum, sed plura contra Israel agmina ducunt: cum iuxta dispersitam suæ nequitie qualitatẽ, alij spiritus iræ, alij inuidiæ, alij superbiæ, alij cenodoxiæ, alij luxuriæ, alij gastrimargiæ, alij discordiæ, alij phylargiriæ telis electos sternere tentant. Quia hæc uniuersa laborat, ut humilitatem Deo deuotæ confessionis & laudis, quam ipsi superbiendo amiserunt, etiam hominibus improbis tollant. Ipsa est enim fundamentum illud nobile, in quo domus uirtutum fideiq; cõstructa, nullo tempestatis turbinis cadere nouit impulsu. Metanturq; castra inter Socho & Azeca in finibus Domini, hoc est inter humilitatem & fortitudinem, in finibus sanguinum, cum tota nefandi certaminis intentione fatagunt fidelibus, uel fortitudinem operis, uel inter opera fortia custodia humilitatis adimere. Neq; enim ipsi cum sint superbissimi & infirmi, possunt humilitatis aut uirtutis moenia celsa subire. Sed inter hæc insidias tendentes Iudæ, eius enim, id est piorum confessioni, destruentes ea moluntur eripere. Ipsi potius in finibus sanguinum positi, id est electis quibusq; uulnera prauæ suggestionis semper infligere quærentes. At contra uiri Israel in ualle Therebinthi aciem ad pugnandum contra Philistinum dirigunt, cum fortes quique in Ecclesia dæmonum tentationibus lacerati, præsidium ueræ humilitatis arripiunt. Quæ aptissime uallis Therebinthi uocatur. Therebinthus enim est arbor, lachrymã re-

Matth. 5.

finæ præstantissimã manans: quæ industria medici dissoluta, quæque coniungit, & scissa conglutinat. Talis est nimirũ humilis ac lachrymosa conuersatio sanctorum, quæ uitiorum fluxa restringens, dissoluta animæ membra continendo restaurat. De qua ualle Psalmista: *Beatus inquit, uir, cuius est auxiliũ abs te Domine: ascensus in corde eius disposuit in cõualle lachrymarum, in loco quem disposuisti eis. Quia uidelicet auxiliante Domino, per lachrymas humilitatis ad locum usque regni cœlestis ascenditur. Potest therebinthus etiam ipsum uitæ lignum, quod est in paradiso, hoc est cõaeterna Deo patri sapientia, non inconuenienter accipi: quod ut nos donorum suorum ramis obumbraret, imò & de conualle lachrymarũ, in locum quem disposuit nobis, erigeret: atq; odorem suæ notitiæ sublimius aperturum, ad uidentium nos Deum deorum exaltaret in Sion, prius ipsam lachrymarum conuallem, secundo de terra nasciturum adijt. Vnde eadem ipsa sapientia, quæ lignum uitæ est amplectentibus eam, loquitur in Ecclesiastico: Ego quoque quasi therebinthus expandi ramos meos, & rami mei odoriferi & gratiæ.*

Psal. 63.

Eccle. 24. honoris

Et Philistinum stabat super montem ex hac parte, et Israel stabat super montem ex altera parte, uallisq; erat inter eos. Et usque hodie spiritus immundi aduersus Ecclesiam certantes, stant superbo rumor: elati, ad exemplum illius primi superbi. de quo in Apocalypsi Ioannis scriptũ est: *Et tanquã mons magnus, igne ardens missus est in mare. Stat & miles iustitiæ, non suis fidens armis, sed eius auxilio sublimis, qui dicit: Non potest ciuitas abscondi super montem posita. Vallisq; erat inter eos: locus utriusque certandi ipsa est uita temporalis, in qua bonis malisq; inter se dimicantibus, arbor uitæ media dignos iuuat & reficit, improbos damnat & eiicit: quam & ipsam uitam mundi communem, & iusti in Christum summum uidelicet montẽ sperando, mente sedula transeunt, dicentes: Nostra autem cõuersatio in cœlis est. Et reprobi per diabolum tumendo, despecta proximorum societate transcendunt. Contra quod fideles admonet Apostolus, dicens: Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Philistinum namq; peruersos non minus homines, quam angelos figurat, uno eidemq; diaboli regno militantes.*

Apoc. 8

Mat. 9

Philip. 3

Rom. 12

Et egressus est uir superius de castris Philistinorum, nomine Goliath, de Geth, altitudinis sex cubitorũ, & palmo. Vir iste notabilis, diabolus est, qui quotidie de castris Philistinum, id est de cordibus impiorũ ad rebellandum Deo paratus egrediẽs, pios lacerare non desistit. Et recte Goliath, id reuelatus siue transmigras appellatur. Diutius enim mortalibus tectus quasi frustra Saulẽ & uiros Israel terreat: frustra prauorũ mentibus quasi castris Philistinum se fortissimũ iactabat: sed iam modò per pueri Dauid industriã reuelatus est eis, qui dicere possunt: Nõ em ignoramus cogitationes eius. Diu miserorũ corda superbus inhabitans,

1041.12.

iam modò transmigratus est per eundem manu
fortem, id est Dominū saluatorē, qui ait: Nunc
iudicium est mundi, nunc princeps mundi hu-
ius eijcitur foras. Vel certè transmigrās non in-
congruè uocatur, quia de angelica beatitudine
quondā superbiendo transmigravit ad inferos.
Quod si transmigrantem actura significatione
eum qui alios transmigrat, id est de loco ad lo-
cum transferat, intelligere uoluerimus, illò no-
men referendum est: quia cum eos suos sequa-
ces de terra repromissionis ad terram perditio-
nis, de uita transmigrare fatagit in mortem. Qui
bene sex cubitos & palmum altus scribit̄, quia
qui se altissimo similem gloriatur, & perfecta se
opera & finem beatum per philosophos suos
prædicare promittit. Sex namque diebus fecit
Deus mundum, septimo requieuit: & mortali-
bus per legem sex dies operationis, septimum
quietis statuit. Denique Ezechiel in manu uiri
cuiusdam nouam mententis, calamum uidit sex
cubitorem & palmo: quia Dominus in electis
suis perfectionem operis, quasi sex cubitos me-
titur: & spem quietis æternæ, quæ in futuro per-
ficietur, quasi partē septimi contemplet. Quia
ergo quod Dominus ueraciter exhibet, hoc dia-
bolus falsò pollicetur. Casura Goliath altitudo,
mensuræ Dominicæ similis asseuerat. Cuius et-
iam ciuitas Geth, quæ interpretatur torcular,
aptissimè prauorum multitudinem, diaboli ui-
delicet ciuitatē, ad honorum in seculo tormen-
ta semper exercitatā monstrat. Sanè nescijs inti-
mandū, quia spurcius est, qui patre ignobili, sed
nobili est matre generatus: sicut econtrā nobi-
li patre, sed matre procreatus ignobili, nothus
confusè uocatur.

Et cassis ærea super caput eius, & lorica hamata indueba-
tur. Porò pondus lorice eius quinque millia scilorum æris e-
rat. Si lorica hamata quæ sit inquiris, lege in
Virgilio, Lorica consertā hamis, auroq; trilicē.

Et ocreas æreas habebat in cruribus, & clypeus æreus te-
gebat humeros eius. Cassis, lorica clypeus, et ocreæ,
diuersa sunt argumentorū uel argumentantiū
genera, quibus contra Dominum rebellans dia-
bolus, uel suimet ipsius capitis, uidelicet in quo-
rum omnium, uel corporis sui miserimi stulti-
tiam defendere conatur. Tegit enim caput pec-
cati, cum se etiā damnatus Deum dicere & cre-
di nō metuit. Tegit & corpus, cum declinat cor
prauorum in uerbum malū, ad excusandas ex-
cusationes in peccatis. Tegit, cum latus omne
mentis humanæ cōtra spicula ueritatis obsepit.
Quæ cum cte species defensionum ex ære facte
perhibent, metallo uidelicet cæteris amplius ca-
noro: quia siue opera nefanda, seu dogma per-
uersum, nō in uictæ ueritatis agnita ratione, sed
fabulosa dulcedine consueuit eloquētiæ defen-
dere secularis. Et bene pōdus lorice eius quin-
que millia scilorum æris dicit̄: quia per suauitatē ma-
laxuadæ locutionis, nō ut ipse pollicet̄, suorum
sensus omnes militū ab hostis irruptione prote-
git: sed econtrario sensus eorū omnes, qui quin-
que sunt notissimi, ab accipiendo uerbo uerita-

tis, quo saluentur, obcludit. Hasta autem dexte-
ram armat, cum etiam per quosdam cautiōris in-
genij uiros Ecclesiæ fidem turbare, uel etiā ex-
pugnare fatagit. Casside namque, lorica uel cly-
peo, & cæteris huiusmodi nos a uulnere tūta-
mur: hasta autem uel gladio etiam aduersariū
ferire solemus. Vnde nō inconueniētē ea quæ
munimini sunt bellatibus arma, cum Philistæis
gestat, illas nimirum personas uel loquelas indi-
cant, quibus improbi, quiq; sua scelera tegunt:
ea uerò quibus aduersarius uulnerari cōsueuit,
illos sermones uel homines signat, per quos et-
tiam honorum uirtus lacerata turbetur. De qui-
bus rectè subiungitur:

Hastile autem hastæ eius erat quasi licitorium texerim.
Ipsam autem ferrum hastæ eius sexcentos siclos habebat fer-
ri. Namque opus quidem eorum quos aduer-
sus Ecclesiā diabolus ad certamen profert, qua-
si ad texendum iustitiæ & sanctitatis indumentum,
oculis insipientium uidetur aptissimum.
Ipsam autem acumen dicendum non aliquid ultra
mūdi huius, qui sex ætatibus perstat, terminos
intueri ac dicere nouit. Qui cum tanti sint inge-
nij, ut possint æstimare factum, creatorem ta-
men eius inuenire nesciunt. Sed reuera telæ eo-
rum non sunt in uestimento, quæ animam cale-
faciant: quia sicut dixit Esaias, Telas aranæ te-
xerunt. Et sicut in Psalmo centesimo quadrage-
simotertio, qui propriè aduersus Goliath scri-
bitur, uictor eiusdem Goliath Psalmista testat̄:
Quorum os locutum est uanitatem, & dextera
eorum dextera iniquitatis.

Et armiger eius antecedit eum. Egre dientē con-
tra Israel Goliath armiger antecedit, cū decipe-
re fideles nitentē diabolu, etiā arma iniquitatis
induta præcedit & adiuuat exēpla reprobōrū.

Stansq; clamabat aduersum phalangas Israel, & dicebat
eis: Quare uenistis ad prælium? Nunquid ego non sum Philis-
teus, & uos serui Saul? Eligite ex uobis uirum, & descen-
dat ad singulare certamen, et cætera. Superbia est ho-
stis antiqui, quare usque ad incarnationem pas-
sionemq; Domini saluatoris à nullo mortalium
superari posse præsumebat. Neque enim frustra
beato Iob dictum est: Quia non est potestas su-
per terram, quæ comparetur ei, qui factus est ut
nullum timeret: qui & usque ad terminum se-
culi præsentis, cum per Iudæos, gentiles & hæ-
reticos Ecclesiā turbat, quasi armigero nequam
præcedente, stans aduersus Israelis agmina cla-
mat. Nec mirandum, si hunc omnes Israelitæ ti-
mentes fugiant. Quomodo enim, si non Domi-
nus adlit, contra archangelū caro pugnet? Sed
ut caro contra carentem carne spiritum præua-
leat, primò Deus contra eundem latens in car-
ne triumphet. De quo typicè subiungitur:

Dauid autem erat filius uiri Ephraei, de quo supra dictū
est, de Bethlehem Iudæ, cui erat nomen Isai, qui habebat octo
filios, & erat uir in diebus Saul senex & grandæuus inter ui-
ros. Dauid quippe, sicut semper, Christus Do-
minus est: q; filius est uiri Ephraei, id est frugi-
feri: quia antiquo illo Hebræorū populo, q; mul-
tas iustitiæ fruges credēdo protulit, carnē fumere
dignatus

dignatus est, quamuis etiam semper in frugife-
ro fidelium suorum pectore per dilectionem na-
sci simul & nutriri non desinit. Necnon solum
nomina loci mystica, quorum notissima est in-
terpretatio, sed et ipse locus Ephratæ uel Bethle-
hem nascituro ibidem Christo testimoniū per-
hibebat. Et bene uir ille grandæuus, id est matu-
rus iam in legis scientia populus, octo filios ha-
buisse memoratur, quia post sabbati ueterisq;
Testamēti præconiū, Euangelij quoq; gratiam
ac resurrectionis fidem, quæ per Christum esset
uentura, prophetauit.

Abierunt aut tres filij eius maiores post Saul in prælium. Do-
ctores populi illius, quorum tres ordines su-
prā exposuimus, uel contra suæ carnis ac mentis
illecebras accincti, uel pro erudiendis alijs solici-
ti, bellum semper spiritale gerebant.

Dauid autem erat minimus. Duplici ratione Do-
minus intelligendus minimus inter fratres, in
quibus octonarum numerum suppleret, id est
eos, quibus in lege perfectis Euangelij sacra-
menta committeret, & tempore scilicet & humilita-
te. Quia & postquā uenit plenitudo temporis,
misit Deus filium suum factū ex muliere, factum
sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret. Et
filius hominis non uenit ministrari, sed ministra-
re, & dare animā suam redemptionem pro mul-
tis. Nam et granū illud Euangelici sinapis, quod
ipse in agro suo, credentium uidelicet cordibus
seuit, minimum quidē est omnibus seminibus,
dogmatum humilitate disciplinæ, sed spiritualis
gratiæ feruore præcipuum.

Tribus ergo maioribus secutus Saulem, abiit Dauid, et re-
uersus est ad Saul, ut pasceret gregem suum in Bethlehem.

Quia in multis offendimus omnes, solus qui de
sanctificatione conceptus est, Anamartitis, id
est sine peccato, in carne potuit uiuere, Deus re-
ctè intelligitur: quia etiam doctoribus, quiq; in
Iudæa certæ legis latoribus, prophetis, & psal-
mistis, sicut quidam interpretantur, pontifici-
bus, scribis & pharisæis, contra legem peccati
repugnantem legi mētis suæ spirituali agone de-
sudanibus, solus conditor & redemptor noster
inimicus ab omni culparum pulsantium consi-
cturū redierit, qui insuper etiam gregem patris sui
fidelem, larga pietate diuinitatis æternæ, quam-
uis humilis in carne mortali, paruulusq; refecit:
quia enim mortalibus ueritate naturæ concor-
dabat, sed ab eisdem in peccandi uirtute discre-
pabat, homines spiritualibus donis imbuens, sed
inter eos uitiā nulla committens. Rectè Dauid
ad medendum Sauli psalmista producit̄, sed
expurgandis Philistæis, quasi securus ab hoste
reuerit̄. Insuper et quasi pastor bonus, ceteris
in pinctu belli positus, ipse liber à bello, Bethle-
hem suos mitissimos in pascua prouocat agnos.

Procedebat uerò Philistæus mane & uespere, et stabat xl.
diebus. Quadragenarius dierum numerus, quo
Philistæus procedebat, & stabat contra Israel,
omne tempus Ecclesiæ, quo in hac uita dimiccat,
& Euangelij inuante gratia, Decalogū legis, in-
ter antiqui hostis insidias implere conatur, ex-

primit, qui mane & uespere quotidie tentatu-
rus procedit: quia singulorū quæ gerimus ope-
rum lucis uel initia contendit deprouare, uel fi-
nem. Mane & uespere terret infirmos, quos uel
aduersis uel prosperis debellare laborat: quod
idem laborantis Ecclesiæ tempus in ipso eius ca-
pite, cum esset in deserto quadraginta diebus, et
tentaret à Sarana, specialiter expressum est. Sed
tētator astutus, qui primū Adā se uicissè diutius
exultrabat, à secundo se uictum perpetuò dolet.

Dixit autem Isai ad Dauid filium suum: Accipe fratribus
tuis ephi polentæ, & decem panes istos, & curre in castra ad
fratres tuos: & decem formellas casei, has deferes ad tribu-
num. Dicebat omnis fidelium Hebræorum pop-
ulus ad Dominum saluatorem de suo semine
nasciturum, sedulo utiq; desiderio aduentum il-
lius suspirans: Accipe obsecro ad reficiendum
iuuandūq; in spiritali acie populum tuum Is-
rael, qui sunt fratres tui: quia & ipse homo fieri,
& ex eis secundum numerum nasci dignatus es: acci-
pe, inquam, inter eorum castra quotidianum bel-
lo defessa corporalis apparens perfectè humili-
tatis formam: legisq; custodiā, cui nihil debes;
ultroneus subire dignare. Polenta namq; spiri-
tuum contribulatum, corq; contritum & humi-
liatum significat. Ephī mensura, quæ tres am-
phoras habet, uel ipsius Domini saluatoris, uel
uniuscuiusq; electi spiritum, animam & corpus
digno humilitatis ritu perfecta atq; adunata de-
monstrat. Quæ uidelicet humilitatis polenta, in
Domino propria potestate, quanta ipse uoluit,
ad nos instruendos apparuit. At uerò in nobis
omnibus non aliter quā inferiori & superiori,
hoc est timoris & spei potest mola confici. De-
cem quoq; per Dauid panes allati, perficiendū
Decalogi pabulum, quod non à nobis ipsis, sed
donantis munere habentus, aperta ratione de-
monstrant. Qui postquam ipse sub lege factus
est, nobis quoque portabilia legis onera fecit: si-
cut etiam sua humilitate in debita nos tantorum
gratia debitorum, quæ nequaquam reddere ua-
lebamus, humiles esse docebat. Sed ab eiusdem,
inquit, Decalogi lactea, ut ita dixerim, tēditū-
dine, & quasi adhuc parutulis apta, ad spiritalis
intelligentiæ robur, quo etiam magnos quosq;
& egregios celestis militiæ duces reficere ac
confortare possit, conuerte. Tunc etenim manu
fortis ac desiderabilis noster, post datos fratri-
bus suis panes, & polentam, etiam formellas ca-
sei ad tribunalum detulit, quando post ostensum
Iudæorum magistratibus patientiæ & humili-
tatis exemplar, post legis & prophetarum non
soluta, sed adimpleta mandata, etiam discipulis
suis, quos familiariter instituendo rectores Ec-
clesiæ præficebat, aperuit sensum, ut intellige-
rent scripturas.

Et fratres tuos iustabis, si rectè agant, & cum quibus ordi-
nati sunt disce. Et per seipsum Dominus in carne
diligenter suos, si rectè agerēt, intendit. Atq; tri-
bicumq; uel cum quibuscunq; reperit, eos uisita-
re atq; aduocare curauit, & per sua nunc quo-
que membra sedulus id ipsum agere non cessat,

cum

cum bonos a malis discernens, his sua munera partitur, illos dimittit inanes. Quod Isai, sicut cætera Dauid facere mandauit, quando fideles quicq; in Israel uel suis uel propheticis sermonibus Dominum citius uenire, ac mundum redimere flagitabant, dicentes: Domine Deus uirtutum conuerte nunc, respice de cælo, & tunc, & uisita uineam istam, & dirige eam, &c. talia.

Psal. 79.

Surrexit itaq; Dauid mane, & commendauit gregem custodi, & onusius abiit, sicut præceperat ei Isai. Inclinata legis umbra, ueritas de terra orta est: id est, Dominus in carne, qui Euangelij lumen mundo ministraret, apparuit: qui nonaginta nouem oues electas non deseruit diuinitus in cælo, etiã cum unam erroneam quære homo factus in mundo. Venit autem plenus gratia & ueritate, & de plenitudine eius nos omnes accepimus, gratiam pro gratia: qualem eum uenturum omnium piorum uota sperabant, credebant, prædicabant, amabant.

Ioan. 1.

Et uenit ad locum Magala, & ad exercitum, qui egressus ad pugnam, uociferatus erat in certamine. Direxerat enim ad ciem Israel: sed & Philistinim ex aduerso fuerant præparati. Apparens in carne Dominus, & sanctos quoscq; pro fide certantes, & immundos spiritus inuenit fidei munimina destruere & machinantes. Talis nato Domino mundi status erat, talis usq; ad huius seculi terminum perdurat.

Derelinquens ergo Dauid uasa quæ attulerat, sub manu custodis ad sarcinas, cucurrit ad locum certaminis, & interrogabat, si omnia rectè agerentur erga fratres suos. Derelinquens Dominus apud memoriam fidelium suorum cælestia, siue terrenæ generationis indicia, quæ mundo mox natus attulerat, ut & hæc inter eorum bonas quasi sarcinas uirtutum diligentia seruarentur: ipse ad præliandum mundi principem promptus festinare nõ differt, sed & de suorũ salute sollicitus, opera iustitiæ faciendo & docendo, quasi de fratribus suis palam sciscitatur, si eorum sint recta opera, an adhuc cor-

Psal. 30.

rigenda uideantur. Cumq; adhuc ille loqueretur eis, apparuit uir ille spiritus ascendens, Goliath nomine, Philisteus de Geb, ex castris Philistinorum: & loquente eo hæc eadem uerba, audiuit Dauid. Loquente ad homines Domino saluatore, & per sua uel acta uel dicta iustitiæ diligentius inquirentes, illorum ei opera quasi rectè gesta placerent, apparuit hostis antiquus ex impiorum præcordijs ascendens, & per actiones linguasq; eorum nefarias malitiæ suæ superbæ contra electos, quod & hodie facit, uenena dira iaculans: neq; illum maligni ulla fraus latuit, sicut nec terruit uirtus. Vnde aperte subiungitur:

Rom. 3.

Ioan. 1.4.

Omnes autem Israelitæ cum uidissent uirum, fugerunt a facie eius, timentes eum ualde. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. Solus potuit dicere Christus: Venit enim princeps huius mundi, & in me non inuenit quicquam. Et ideo Dauid solus contemnit, & pro nihilo ducit superbiam Philistei, quæ cæteri cuncti declinant, fugiuntq; parentes.

Et dixit unusquisq; de Israel: Num uidisti uirum hunc

qui ascendit? Ad exprobandum enim Israel ascendit. Nusquispiam de Israel, qui Dauid, an Philisteum uiderit, interrogat: unitas eorum qui expectantes redemptionem Israel, clarescente iam miraculis natiuitate Dominica, sollicita mente quærebant, utrũ idem Dominus hostis illius antiqui, qui cunctis fidelibus exprobrare confurebat, aliis quibus fuerit insidijs, an inter mortuos liber: nil per omnia morti, nil ei qui habebat mortis imperiũ, debuërit hosti: neq; enim facile mox omnibus patuit, quod Dei filius, quod de sanctificatione conceptus, quod sine peccato natus fuerit, & in mundo uicturus.

Virum ergo qui percussit eum, dicit rex diuinitus magnis, & filiam suam dabit ei, & domum patris eius faciet abscis: tributo in Israel. Virum, inquit, illum, qui diaboli regnum deiecerit, confitetur omnis populus Israel, regali uidelicet sicut & sacerdotali mysterio præ cæteris gentibus insignis, possessorem omnium quæ in cælis, & quæ in terra sunt diuitiarum, id est totius mundi dominum. Sed & Ecclesiam primitiuam de sua natiuitate carne progenitam, eidem uiro præ cæteris eximio sponse foedere coniungendum casto ac fideli congaudet amore, nec nõ et omnes electos eius a seruitute peccati soluendos, ac spiritus sancti libertate sublimandos, fide nõ ficta testatur: siue enim patrem Christi Domini, seu populum sanctorum, ex quibus Christus secundum carnem, intelligere uolueris, eandẽ expositio finem ratam habebit: quia & una est domus omnium fidelium, una eademq; fide & spe & charitate uiuentium, & eadem ipsa domus est cui canitur: Et latentur omnes qui sperant in te, in æternum exultabunt, & inhabitabis in eis. Talis enim erat de Christo in carne uenturo fides antiquorum, talis & nostra de eo quem iam tenuisse gratulamur.

Psal. 4.

Reserebat autem ei populus eundem sermonem, dicens: Hæc dabuntur uiro qui percussit eum. Quod cum audisset Heliab frater eius maior, iratus est contra Dauid, et ait: Quare uenisti? Docente palam Domino, & electio nem ruinaq; principis mundi prædicente, populus quidem omnis, ut Euangelista commemorat, suspensus erat, audiens illum: sed inuidentes legisperiti, ac principes sacerdotum, quomodo eius salutaria cœpta restingerent, immo & ipsum perderent, inquirebant, superbiam furorisq; notantes eum, quia autor sobrietatis humilitatisq; patebat.

Quare, inquit, uenisti, & quare dereliquisti pauculas oues illas in deserto? Ego noui superbiam tuam, & nequitiã cordis tui: quia ut uideres prælium, descendisti. Succenseant licet Christo Iudæi, aduentusq; & incarnationis suæ pietatem ei blasphemantes exprobrent: nos debitas illi grates referamus, quod nos quærens in terra, relinquere dignatus est in cælo beatissimas illas angelorum cohortes: quæ cum multiplicibus spiritalium agrinorum sint choris innumeræ, non tamen immerito paucula oues appellantur, donec reducta quæ errauerat oue centesima, plena nobis adiunctis

adiunctis sui numeri perfectione lætetur. Gaudeamus quod in inclinatis suis cælis, in quibus pax & iustitia regnat, ut nostrum prælium uideret, sua sponte descendit. Descendit enim, ut hosti congregiens enormi, suis in prælio uinceret: suos quibus uicerat, sibi cõgaudentes in regno coronaret.

Audita sunt autem uerba quæ locutus est Dauid, & annuntiata in conspectu Saul. Ad quem cum fuisset adductus, locutus est ei: Non concidat cor cuiusquã in eo. Ego seruus tuus uadam, & pugnabo aduersus Philisteum. Credita sunt uerba quæ locutus est de regni uenturi præsumenda gloria Christus, & ad ipsos usque Iudæi imperij principes fama uulgante delata. Qui cum et ipsi ex parte non pauca ad audiendũ uerbum confluerent, locutus est eis: ne deceptoris antiqui uirtute mox infirmenda, ne mox euacuanda fraude turbarentur, ne de generis humani, iamq; affutura saluatione diffiderent. Ego, inquit, qui ob hoc ipsum seruilẽ indui formam, ad maiora progrediens opera uirtutum, expugnatores mundi antiqui expugnabo diaboli.

Ioan. 8.

Et ait Saul ad Dauid: Non uales resistere Philisteo isti, nec pugnare aduersus eum, quia puer es, hic autem uir bellator ab adolescentia sua. Trepidatio est infirmorum, uel etiam repugnancia superborum. Nunquid ualet iste diaboli uirtutem depræliari, quod diuinitatis est solius: cum sit humana, imo et humili carne uestitus: aduersarius autem eius spiritali natura præpotens, insuper rebellio ex quo creatus est, contra creatorẽ, contra quoq; nostrum genus arma ferre didicerit: ille enim homicida erat ab initio, & in ueritate nõ stetit. Homicida uidelicet primò sui superbiendo, deinde & hominis seducendo: in quo geminato homicidio longius ab olim deserta ueritate cecidit, imo & usq; in finem seculi cadere peccata accumulando non omittit.

Dixitq; Dauid ad Saul: Pascebat seruus tuus patris sui gregem, & ueniebat leo & ursus, tollebantq; arietem de medio gregis: & sequebar eos, & percutiebam, et uehebãq; de ore eorum. Et illi conjurgebant aduersum me, & apprehendebam mentum eorum, & suffocabam interficiẽbamq; eos: nam & leonem & ursum ego interfeci seruus tuus. Erit igitur & Philisteus hic incircumcisus quasi unus ex eis, qui ausus est maledicere exercitui Dei uiuentis. Confortat Dominus infirmos in fide, conuocat incredulos ad fidem, modestius exhortans, ut inter fragilia humanitatis suæ, qua dolores nostros susceperit, etiam diuinitatis, qua ipsos dolores sanare sufficiat, excelsa cognoscant. Ipse, inquit, nunc serui habitu deformis, uestræ salutis gratia pascebam a seculo cælestibus alimentis cunctorum corda fidelium, patris uidelicet mei gregem. Et ueniebat aliquis immundorum spirituum, uel uir præpotens, uel astutus insidijs. Leo namque & ursus, quamuis uterque simul & uirtute præmineat, plus tamẽ fraudis ursus, plus habet leo fortitudinis: atque ideo hic fraudulentiam, uiolentiam ille, utque nequitiam demoniorum figuratiter exprimit. Qui ueniebant, inquit, tollebantq; decipiẽdo aliquem fortium Ecclesiæ

ducum, abstrahentes eum peccando de medio fraternæ societatis. At ego uel per angelos aut homines palam contestando, uel per me ipsum inuisibiliter compungendo, tales deuictis nequam spiritibus, ad salutis iter reuocabam: contra ipsi spiritus grauius ferentes, animas fidelium a suis tenebris ereptas, ad lacerandum improbi, blasphemandumq; mei nominis cultum, surg statim uesaniẽ cõuertere furorem: quorum ego blasphemiam in lucem traducendo, ac manifestando per prophetas meos, totum penitus idolatriæ ritum redigebam ad nihilum: apprehendensq; sapientes in astutia eorum, suffocabam ora nefandę professionis, dicẽs: Quoniam omnes dii gentium daemonia: Dominus autem cælos fecit. Et: Idola gentium argentum & aurum, opera manuum hominum. Os habent, & non loquuntur, & cætera. Sed et per alium Prophetam: Diuinitas non fecerunt cælos & terram, pereãt de terra, et de his quæ sub cælo sunt, nam & uirtutem omnem, & prudentiam prophanorum, quæ per ipsos, seu per deceptos ab eis homines solet ostentari, potẽter euacuabam ipse, qui semper in diuinitate Dei uirtus & sapientia permanens, in humanitate ad tempus hominũ saluti seruiturus apparuit. Erit igitur & iste totius mali repertor & origo, quasi unus ex fatellitibus suis, hoc est suis capietur in laqueis: qui ausus est & quondam angelos in cælo, & post in terra homines ad maledicẽdum prouocare conditor: sed & illos qui in fide sui persistere conditoris, iniuste semper maledictionis exacerbare iaculis, quasi non uero Deo seruiant adoratores cultoresq; illius, de quo dicitur: Sicut enim pater habet uitam in semetipso, sic dedit & filio uitam habere in semetipso. Quod per gentiles, Iudeos, & hæreticos nunquã eis dicere cessabit.

Psal. 97.

Psal. 113.

Sapient. 15.

Ioan. 7.

Dixit autem Saul ad Dauid: Et Dominus tecum sit. Annuit tandem Domini cœptis Iudæorum populus in his qui ad fidem uenire potuerunt, agnitiscq; ueraciter eius duabus in una persona naturis, optarit ut hominis humilitate superbis diaboli telis occurrẽs auxiliatrice diuinitate, uictoria palmam obtineret.

Et induit Saul Dauid uestimentis suis, & imposuit galeam æream super caput eius, & uestiuit eum lorica. Adhibuit Domino incarnato populus Iudæorum figuras obseruationũ legalium, octauo eum die circumcidendo, tricesimo tertio dehinc ad templum ferendo, hostiam pro eo dando, sabbatum carnale docendo, & per singulos annos immolandi agni paschalis exempla præbẽdo, cæteratq; humani di, quæ suo tempore saluberrima, & spiritalis in lege Iudæici populi præceptores quasi caput, & ipsum populum quasi corpus Saulis contra omnia tela nequissimi ignea multum utiliter armabant.

Accinctus ergo Dauid gladio eius, super ueste sua cepit tentare, si armatus posset incedere. Non enim habebat consuetudinem. Gladius Saulis est lex, quæ per Moysen data est: uestis Dauid, opus gratiæ et ueritatis, quæ Iesum Christum facta est. Accinctus ergo Dauid gladio

gladio Saulis super ueste sua, cœpit tentare si armatus posset incedere. Non enim, inquit, habebat consuetudinē. Obseruans ad tempus Saluator imperium legis carnale, latente interim intrinsecus, nec adhuc in populos diuulgato munere gratiæ spiritualis, cœpit paulatim ostendere: quia non posset corpus eius, quod est Ecclesia, legis oneratum cerimonijs ad certamen spirituale sufficere, maxime in his qui de gentibus ad fidem uocandi, nullam profusus habebat consuetudinem grauiora legis edicta sufferēdi. Deniq; apostolus Petrus, eos qui membra David aduersus agonem processura giganteum, Saulis arma uolebant aggrauare, contestatur & arguit, dicens: Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque patres nostri, neq; nos portare potuimus: sed per gratiam Domini Iesu credimus saluari, quemadmodum & illi.

Et posuit ea, & tulit baculum suum, quem semper habebat in manibus.] Disposuit Dominus legis sacramenta, que ut suo tempore bona probaret, ad modicum suscipere dignatus, & potestatem iudicij sui, qua cuncta semper regebat, liberē etiam circa dispositionem legis exercebat. Deposuit arma Saulis, cum ait: Dominus est enim filius hominis etiam sabbati. Tulit baculum suum semper in manibus habitum, quando erat docens eos, sicut potestatem habens, et non sicut scribæ eorum, et pharisæi. Induit arma Saulis, ad præliū singulare uenturus, cum appropinquante suæ certamine passionis, discipulis ait: Desiderio desiderauit, &c. Deposuit eadem, cum subiūxit: Dico enim uobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleat in regno Dei, &c. Quibus pari modo calicē quoq; Paschæ legalis non amplius carnaliter obseruandum prædixit. Tulit baculum, quem semper habebat in manibus, cum crucis suæ mysterio ad saluationem mundi profuturo (nam & ipsum potest baculi figuræ non inconuenienter aptari, cuius semper in potestate tempus modumq; habebat) discipulos imbuens: Accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens: Hoc est corpus, &c.

Et elegit sibi quinque lapides limpidissimos de torrente, & misit eos in peram pastorem, quam habebat secum: et fundam in manu tulit, & processit aduersus Philisteam.] Ostensa reprobatione præcedentis mandati, propter infirmitatem enim & inutilitatem, magis se Dominus eligere docuit ipsam legem, quæ quinque libris scripta est, spiritualiter obseruari, extrahendo eam de turbidis sensibus eorum, qui uelamē habentes super cor, non poterant intendere in faciem Moyssi, atq; in liberas Euangelicæ lucis auræ eleuando. Quamobrem & eandem sublimitate legis intelligentiæ spiritalem, spiritualium pastorum, quos secum familiariter habebat, præcordijs committere curauit. Cui etiam allegorici, moralis & anagogici sensus quasi triplici parte cōtextæ fundæ iuuamen adiunxit. Ac talibus compenter armis indutus, debellandum mundi principem uictor futurus aggressus est.

Cumq; inspexisset Philistæus, & uidisset Dauid, despexit eum. Erat enim adolescens rufus, & pulcher aspectu.] Cūq; inspexisset solertissimē diabolus, & uidisset Dei filium in mundo contraria sibi facientem & docentem, quasi aduersus se procedētem, quia humilem deprehendit, ipse nihil nisi superbum sapiēs, despexit eum. Erat enim plenus nouæ uirtutis & gratiæ, passionum sanguine rubens, & pulcher actione magnalium.

Et dixit Philistæus ad Dauid: Nunquid ego canis sum, quod tu uenis ad me cum baculo?] Siue potentiam Saluatoris, seu crucis intelligas lignum, ad eundem sensum respicit. Negat se enim superbissimus hostis similem cani, id est immundum opere, & infirmitate cōtempibile. Insuper & omnes qui in mundi huius uitam transeunt, citis, insanis, furiosis & latratibus persequentem, & laceratē morsibus, negat patientia Saluatoris, negat superandum potentia. At uerō manu fortis ipse cum crucis baculo ueniens, uideamus quid de occurrente aduersario sentiat. Dicit enim patri: Erue a frætea animam meam, & de manu canis unicam meā. Sed & alibi membra eiusdem aduersarij canibus comparanda signauit, cum ait: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. Quorum tamen non paucos panem filiorum ministrādo, de canibus impudentissimis uel rabidis castissimas ac mitissimas conuertit in oues.

Et maledixit Philistæus Dauid in dijs suis, dixitq; ad Dauid: Veni ad me, & dabo carnes tuas uolatilibus cœli, & bestijs terræ.] Maledicit Deo uiuo et uero diabolus, cū deceptos a se spiritus, & ob hoc aeterno igni damnatos atque damnandos, mortalibus deos dare non timet: insuper & spiritales Ecclesiæ uiros uitę carnalis arguens, a suis posse deuinci in suorum iactat doctorū, qui partim angelica natura coelestes, partim sunt terrestri carne mortales, debere membra transferri. Maledicit & per hæreticos corpori ueri Dauid in dijs suis, cum fictos de corde suo ac pessimo igni conflatos sensus, Euangelicæ ueritati præponere. docet: qui etiam carnalia docentes, spiritualium dicta uel acta præsumant se posse conuincere. Talia magis gentiliū superbis philosophis, uel barbaris quibusdam (his enim uolucres cœli, ac bestię terræ, possunt decentissima significatione cōferri) quam Ecclesiasticę eruditioni & humilitati congruere.

Dixit autem ad Philistæum Dauid: Tu uenis ad me cum gladio & hasta & clypeo: ego autem uenio ad te in nomine Domini exercituum.] Ostendit aptē Dominus, & omnibus quos adiuuabat, et potestatis quas debellabat, aeris diabolus superbiæ solum ac fallaciæ armis, quibus uel sua parua defendat ac tuetur, uel ueritatis sensa perfringat, indutum: se autem ipsum esse, de quo Psalmista præcinnuit: Benedictus qui uenit in nomine Domini. Deniq; non credentibus quibusdam exprobrans, ait: Ego ueni in nomine patris mei, & nō suscepistis me.

Et dabit te Dominus in manu mea, & percussam te, & auferam

feram caput tuum a te, & dabo cadauer castrorum Philistin hodie uolatilibus cœli. & cætera. Et diuinitatis, inquit, meæ uirtute superaberis, qui conspecta in me carnis uilitate superbus extolleris, & auferam te qui caput es omnium malorum, a coniunctis tibi iniuste membris mortalibus: & dabo cadentia mēbra tua tuorumq; satellitum, hoc est separatos a uobis, & humiliatos meā uirtute uel gratia homines, qui uestris miserē decepti culturis adhæserāt: dabo inquam, eos a meis instruendos, meisq; sociandos ministris, qui partim angelica natura coelestes, partim sunt terrestri carne mortales, ut prædicato per totū orbem Euangelio, sciat omnis homo, quia unus & uerus est Deus, qui nūc notus in Iudæa, & in Israēl magnum nomen eius. Tunc catholica, id est uniuersali laude celebrabitur, a sinibus terræ ad eum clamantium ac dicētium: Domine Deus noster, quam admirabile est nomen tuum in uniuersa terra. Nec cuiquam uideatur absurdū, quod carnis ima cœli uolatilia ac bestias terræ audios, ac capiendos per fidē prius carnales animas, dixerimus significare doctores. Nam & ipse Dominus apertissimē leo de tribu Iuda, & Ecclesia typicē leona uocatur: nec solum propter fortitudinem, sed & propter infinuādum solers sanctæ rapacitatis studiū.

Dicit enim patriarcha Iacob de Domino, Caput leonis Iuda, ad prædam fili mi ascēdisti. Dicit & ipse Dominus de Ecclesia ad Iob, Nunquid capies leonæ prædam, & animā catulorum eius implebis? Sed & per quatuor animalia designatur Saluator. Sicut per hominem & uitulum incarnationis & immolationis humilitatē, ita etiam per leonem & aquilam fortitudinem uoluit, ac sublimitatem suæ resurrectionis, atque in cœlos ascensionis indicare. Qui etiam ad beatū Iob ipse de Ecclesia loquitur, dicens: Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum suum? Cuius ne altitudinē solum nidificandi uel uolandi, uel etiam perspicax intuenti solis acumen, & non uorandi quoque unitatem typicē commendatam putares, ad ultimum subiūxit: Et ubi fuerit cadauer, statim adest. Vbi cūque aliquem a congruo uitæ ita tu cecidisse conspexerit, hunc continuo dicitis corripiendo mordacibus, in uita sui corporis membra traicere, & quasi a morte suscitatum catholicam restituere festinus curat in uitam. De duobus exemplum dandum putauimus, ut per hæc qui legerit, etiam de cæteris uolatilibus uel bestijs, quid absque scrupulo fidei sentire possit, nouerit.

Et manum suam misit in peram, tulitq; unum lapidem, & funda iecit, & percussit Philistæum in fronte, & cætera. Peram pastorale diximus supra corda esse pastorum, Christi nimirū lateri familiarius adhærentium. Cur non ergo magis ipsius summi ac singulariter boni pastoris conscientia, uel anima, pastoralis pera uociterur: quæ

quinque lapides limpidissimos, sed ad hostē prosternendum fortissimos cōtinet: quia purissimam diuinæ legis sciētiam, qua omnis error debelletur: cuius & in lapide expressa plenitudo, & in quinque libris est latitudo diffusa, solus perfectē nosse & implere potuit Christus. In quam profectō peram manum mittēs, unum de quinque quos ibi miserat lapidibus tulit, cum opus loquendi de arca sacri pectoris, armans unum de quinque libris Moyssi, quorum omnium author atque adimpletor existeret, hoc est Deuteronomiū, in testimonium sibi ad repellenda hostis antiqui tentamenta suscepit. Sed & nos sacris literis instructos, eiusdem hostis insidias unitate fidei & charitatis uincere docuit. Et bene funda iecit: quia spiritali sensu scripturarum, quem triplicem supra ostendimus, hostis superbiam fregit, spiritalis etiam nobis intellectus contra eundem arma donauit. Et bene in fronte percussit Philistæū, quia & ipsa suæ præsumptionis audacia diabolus stravit: ex ipso suæ professionis ostentatu, peruerforum dogmatum cultores stultos esse patefecit. Sicut enim manus fortitudinem operationis, ita frons agnitionē professionis indicat. Quisquis igitur in fronte feriri timet, signo salutiferæ crucis ipsum frontem armet, dicens cū Apostolo: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Denique Dauid ipse, quia dicere nouerat: Signatum est super nos lumē uultus tui Domine: opertam quidem casidie iactantiæ loquacis, sed supernæ gratiæ lumine minimē signatam Philistæi frontem deiecit. Et aptē in iuxta lapidē in fronte eius asseritur: quia diuini uerbi sententiam diabolus, quam uel in se uel in suis sequacibus a Christo saluatore, eius uel membris excipit, nunquam omnino liberādus excutiet, sed & execrabilem luet damnatus sine fine gehennam. Cui simile est quod Esaias irreuocabilē eius damnationem testatur, dicens: Et erit transitus uirgæ fundatus, quam requiescere faciet Dominus Deus super eum: hoc est, neque in æternum saluandus eximetur tormentis, neque per tempora uariatā inter pœnas discurret: & requiem nostro uerberantiæ more, qui uirgam uel scuticam dorso uapulantis creberime ad punctum subleuādo tollimus, ut iterum ferire queamus, sed absque ullius interca pedine quietis, perpetua subactus ultione gemet. Hoc contra eos, qui propter Esaiæ testimonium, quo de impijs scribens, ait: Et claudentur ibi in carcerem, & post dies multos uisitabuntur: diabolo & angeli eius, omnibusq; reprobis, quamuis post longa & innumera sculorum uolumina remissionem tatorum criminum, & uitam cum Domino promittunt æternam, contra ipsius Domini & iudicis sententiam, qui se in examinis ultimi discrimine dicturum esse prædixit: Discedite a me maledicti in ignem æternum. Percussus autem lapide

pide cecidit in terrâ gigas: quia pulsatus Dei verbo diabolicus error, nequaquam celsus, ut multo antè tempore iactabat, & coelestis, sed terrenus fuisse innotuit, & infimus.

Cumq; gladium non haberet in manu David, cucurrit, & stetit super Philisteam, & tulit gladium eius, & eduxit de uagina sua, & interfecit eum, præciditq; caput eius. Cui neminem haberet & Dominus sui uerbi ministrum, per quem diaboli superbiam docendo perfringeret, nisi quem prius ipse diabolo uictor eripuisset: omnes enim natura filij iræ, omnes in iniquitatibus concœpti, & in delictis sunt à matre generati: superuenit inopinitus, & aduersarium malè diu fortem, quasi fortior exuperans, uniuersa arma eius, in quibus confidebat, abstulit, ut per quos hostis antè quasi per arma sua miserorum animas truncidabat, per eos postmodum Saluator in arma iustitiæ commutatos, caput iniquitatis suo præcidat à corpore, hoc est conuersos ad fidem peccatores anathematizare Satanam, & operibus eius, ac pompis omnibus abrenunciare compellat. Et rectè gladiū quo Philisteum interficeret, primò manu tulisse David, ac de uagina sua eduxisse narratur: quia magnum quenque imperij diabolici strenuū, quem propugnatorem primò Dominus suæ uisitatione pietatis suscipiens, de obscuris errorum latebris in lucem gratiæ liberantis extrahit: ac sic per eum etiam ceteros corripit pariter concedit, & corrigi. Sed & nos cum hæreticorum uesania disputando occurrentes, non alijs quàm his quæ ipsi ad nos reducendos proposuerant, uel argumentationum probamentis, uel testimonijs scripturarum conuincimus, eos fabricatores mendacij, & cultores esse peruersorum dogmatū: gigantjs profectò proteruiam suo ente deijcimus.

Videntes autem Philistim, quod mortuus esset fortissimus eorum, fugerunt. Et consurgentes uiri Israël & Iuda uociferati sunt, & persecuti sunt Philisteos usque dum uenirent in uallem, & usque ad portas Accaron, &c. Videntes in mundi spiritus, quod incarnatione & passione Dominica uictus & prostratus esset fortissimus eorum, fugerunt à cordibus credentiū. Et consurgentes fortes quique in Ecclesia de circuncisione & præputio congregati, leuauerunt terribilem malignis uocem diuinæ prædicationis & laudis, persecutiq; sunt eos usq; dum se humiliandos à Christo, & quasi in ualle deiectione submergendos agnosceret, qui prius in monte superbix contra illum se castra posuisse iactabant: repeterentq; profugij corda, quæ pridem malè inhabitando omniprorsus spoliabant fruge pietatis & fidei. Por tas nanque Accaron, id est sterilitatis, Philistim fugientes adeunt, cum maligni spiritus à fidelium mente repulsi, ad doctores se denudò referunt. Vanitatis & mendacij ipsius ciuitatis mœnia subintrant, cum etiam uulgus imperitum ad augmentum operis infructuosij & incendio digni coartant. Sed & Geth usq;

id est torcular perueniunt, cum ad bonos quosque iniqua persecutione torquendos, deceptorum corda prorahunt. Quæ cuncta eodem ordine etiam de peruersis possunt hominibus accipi.

Et reuertentes filij Israël, postquam persecuti fuerant Philisteos, inuasunt castra eorum. Recti ordinis est, ut doctores ueritatis prius ab auditorum præcordijs omnem spiritum immundum exufflando & catechizando abigant, & sic eos qui fuerant castra demonum, sed facti iam possessio spiritualis Israël, societati forti sanctorum mysterijs salutaribus imbuendo aggregent.

Assumens autem David caput Philistei, attulit illud in Hierusalē, arma uero eius posuit in tabernaculo suo. Iuxta literam quidem puto sentiendum, quod caput tam fortis aduersarij detruncatum, non aliam ob causam David in Hierusalem urbem rebellem, & leuiseis, adhuc ciuibus inhabitatam afferre curauerit, quàm ad terrendos eos qui in expugnabili murorum firmitate uel altitudine fidentes, à nullo se superandos præsumebant. Denique in eius expugnatione, quæ per ipsum David facta est, legimus in tantam eos conscendisse superbiam, ut dicerent: Et si non alios quàm cæcos & claudos, qui in ciuitate fortè reperire possent, in propugnaculis sisterent, ipsi ad conseruandam eam & numero & uirtute sufficerent. Suspendit ergo contra ciuitatem aduersariam caput gigantjs uicti puer triumphator, ut se quoque ciues licet immanes, ab eodem uinci posse non discrediderent. Iuxta uero allegoriæ leges, dicendum quod uictoriam de antiquo hoste susceptam per Apostolos prædicantes, & miracula facientes, perfidis adhuc Gentibus Dominus festinari ostendere, ut huius eas signo uictoria ad perficienda uitæ & ueritatis sacramenta pariter & dogmata conuerteret, cuius etiam arma in suo tabernaculo posuit: quia sanctæ Ecclesiæ & homines diabolo ereptos sociauit, & eius infidias (nā & ipse posuit in armis intelligi) patescit. Nulli enim dubiū, quin tabernaculum David, Christi domum, quæ est fidelium Ecclesia, monstret.

Jonathan & David inuenerunt sœdus: & occurrentes reuerso exercitui mulieres, quia David in laudando Sauli præferunt, perennis ei odij luorisq; fomitem creāt. Denique inuasus spiritu malo Saul, miratur eum percussere: sed quia nequit, remotum à se facit tribunum super mille uiros.

CAPVT III.

EO autem tempore quo uiderat Saul David egredientē contra Philisteam, ait ad Abner principem militia: De qua stirpe descendit hic adolescens Abner? Hæc lectio figuratè designat uictoriam Christi, qua diabolus superauit, deuotos quosque & humiles debita seruitutis honorasse seruitijs: at uerò contumaces ac superbos gloriosis eiusdem inuidisse triumphis: nec tamen raptis licet ad re-

ad rebelladum impietatis armis, supernæ gratiæ quin per mundum clarescat, potuisse resistere. Quæritur autem, quomodo Saul ignorans stirpem David requireret, sui tanto tempore ministri, pariter exorcistæ & armigeri. Et uolunt quidam mentem eius à malo, quo agitabatur spiritu, ab agnoscendo interdum, quamuis noto homine, præpeditam: non intuentes, quia nec ipse Abner tãtæ seueritatis & prudentiæ uir, eius se progeniem nosse testetur. sequitur enim: Dixitq; Abner, Viuit anima tua, Rex, si noui. Vnde uidetur credibilis eum nō solos illos dies quadraginta, quibus in ualle Therebinthi est, contra Philisteos pugnatum, abfuisse à latere Saulis, uerum tanto antè temporis spacio ad pascendas sui patris oues fuisse reuersum, quando sicut pubescentium ætas solet, contingere posse, ut mutato inter crementa cætorum artum etiam ipso frontispicio, non facile & citò cognosceretur ab eis, quibus pridem notus existeret. Sed quicquid causæ illud erat, nos trãsmissa historiæ radice, ad carpenda allegoriæ spiritualis odorifera poma scandamus. Egre-diente contra Philisteam David, quærit de genere eius Saul: sed quia ab ipso nō quærit, quod quærit, discere nequit. Percusso Philisteo, querit ab ipso, & audit.

Filius serui tui Isai Bethlehemitæ ego sum. Prædicante ante passionem Domino, & sanante omnes oppressos à diabolo, quod est contra Philisteam egredi, crucis baculo & scripturarum, quæ de eò erant adimpletione sternendum: quærebant inter se nonnulli ex Iudæis, quis ipse esset, Helias, an Hieremias, an Baptista, an alius quis prophetarū eximius. Sed quod necessarium quærebant, scire nequiverant, eo quod ad fidem ueniendo, ab ipso quærere nescirent. At post passionis, resurrectionis, ascensionisq; eius triumphum prædicantibus apostolis, multi credentes de eis ueraciter eū Christum cognouerunt, ex Bethlehem Iuda, & radice Iesæ, iuxta uaticinia prophetarum egressum, principis mundi regnum inuicta uirtute uicisse: quod est manu fortem iuuenē gigantjs occisi caput habuisse in manu.

Et factum est cum compleisset loqui ad David Saul, anima Jonathan colligata est animæ David, & dilexit eum Jonathan quasi animam suam. Tulitq; eum Saul in die illa, & non concessit ei ut reuerteretur in domum patris sui. Cum per apostolos Saluator Iudæam mœnera prædicando suæ incarnationis impleisset, multi quidem audito uerbo crediderūt. Sed perfectiores quique in his spiritali gratia redundantes, quod, ut sæpe dictum est, Jonathan uocabulo designatur, tanta ei dilectione colligati sunt, ut etiam animam suam pro eo dare non dubitarent. Porro alij non pauci, & maximè qui terreni principatus siue abiecto seu desiderato culmine gaudebant, minore quidem seruo re amoris, sed eadem fidei agnitione præditi susceperunt: eius & ipsi sacramento pro cer-

to credentes & confitentes, nequaquam eum patrum, ex quibus carnem suscepit meritis, quauis multum sublimibus, æquandum, sed sequendum Apostoli sententiam qua dicit, Quorum patres, & ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia benedictus in secula.

Inierunt autem Jonathan & David sœdus. Diligebat enim eum quasi animam suam. Nam expoliavit se Jonathan tunica qua erat uestitus, & dedit eam David, & reliqua uestimenta, usque ad gladium & arcum suū, & usque ad baltheū. Inierunt Christus & Ecclesia sœdus mutux charitatis & pacis. Diligebat enim eum Ecclesia in membris suis perfectioribus, ita ut mori esset parata pro illo: iustum rata pro eo corpus se simul, & animam dare, qui pro sua redemptione, cum esset Deus uerus ex Deo uero, humanam carnem induere sit dignatus & animam. Nam & uerbum caro factum est, & Dominus susceptor est animæ meæ. Denique expoliavit se in martyribus carne, qua e-raquestitus, & dedit eam Christi obsequijs: nec non & aliud, quicquid habebat ingenij, uirtutis & operum, eius uoluntati deuota impendit, usque ad acumen peritiamq; dicendi, & usque ad industriam, argumenta fide & ratione ueracia, contra malè sapientium uersutias emittēdi, & usq; ad gloriā castitatis, & immaculati pudoris pro eius amore seruadum.

Egredebatur quoque David ad omnia quæcumque mississet eum Saul, & prudenter se agebat, posuitq; eum Saul super uiros belli. Siue credere Christo populus Iudæorum, seu contradicere mallet, siue eum regem facere, seu cruci affigere, prudēter se cœterna patris sapiētia semper agebat, & pios potenter munerando, & patienter impios tollerando. Posuitq; eum populus idem super uiros belli spiritualis, in quibusdam uidelicet credendo & cōfitendo, quia ipse sit solus, qui pro salute animæ dimicantes, ut uincere possint, adiuret. In alijs uerò, quia reus sit mortis exclamando, qua tandem morte ad uotum impiorum suscepta, cum mortis autorem superasset, nobis quoque belligerandū cum eo pariter, & triumphandū cōdonat exemplum.

Et acceptus erat in oculis uniuersi populi, maximeq; in cōspectu famulorum Saul. Acceptus erat Dominus uniuersis, illos oculos habentibus, de quibus ipse loquitur, Beati oculi, qui uident quæ uos uidetis. Maximeq; in corde mundo apostolorum, qui speciali prouidentia Iudæorum salutis iusi sunt prædicando famulari. Quibuscunque enim acceptus non erat Dominus, nō æstī mandī sunt tales oculos habuisse apertos: sed esse de quibus dicitur, Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum.

Porro cum reuerteretur percusso Philisteo David, egressæ sunt mulieres de uniuersis urbibus Israël, cantantes, & chorosq; ducētes in occursum Saul regis, in tympanis lætitiæ, & in sistris: & cecinebant mulieres ludentes atque dicentes, Percussit Saul mille, & David decē millia. Cum reuerteretur uictor per suam passionem antiquo ho-

ste Dominus, & in gloria resurrectionis suis apparet electis, diffamata per Iudæam huius triumphus gloria, egressæ sunt animæ quæque humiles, & propriæ fragilitatis conscientia de uniuersis urbibus Israël, gaudentes in Christo, quem autorem uitæ, & mortis cognouere uictorem, ac per multas Ecclesias, quæ unam catholicam faciunt, eum concordia laudatione celebrantes, in diuersis ab uno eodemque spiritu datis uirtutum charismatibus, quæ congruis deuotæ humilitatis obsequiis Domino suo membra mancipantes, alacri ante omnia fide, quasi triumphali carmine declarant: quia legis quidem institutio opera iustitiæ iubendo, non paruam de hostili exercitu stragē dederit, non pauca eidem animarum prædas eripuerit: sed incomparabili uirtute Christi gratia, uitæ cœlestis denarium tribuendo, ipsas etiã portas mortis uictor diruerit: ita ut suos percepta uitæ æternitate morti insultaturos, ac dicturos asseueret: *Vbi est, mors, cōtentio tuarū ubi est, mors, stimulus tuus?* Et notandum, quod non uniuersæ mulieres Israël, sed de uniuersis urbibus Israël egressæ sunt mulieres. Non enim omnium est fides, sed de omnibus tamen personis, conditionibus, locis, & ætatis, qui fidem suscipiunt, eliguntur ab eo qui dixit: *Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me.* Neque ibi dixit, omnes, sed omnia: ut significaret, ex omni genere hominum futuros esse credentes. Notandum etiam, quod Sauli quidē occurrisse mulieres, sed in laudes Dauid uocem extulisse dicuntur: quia pietate credentium Christo animæ palam legis æmulatori populo, quid de umbra legis ipsius, quid de Euangelica luce esset sentiendum, dicebant: quatenus hunc quoque prædicando ad uiam gratiæ & ueritatis accirent. Possimus & hoc dicere, quod reuerso ad cœlos cum carne immortalis Domino Christo, egressæ obuiam angelicæ cohortes de uniuersis, quæcunque & qualescunque illæ sunt, supernorum agminū sedibus, & uictorem hostis, ac uitæ nobis largitorem socia debita laudis exultatione susceperint.

Iratu est autem Saul nimis, & displicuit in oculis eius iste sermo, dixitque: Dederunt Dauid decem millia, & mihi dederunt mille. Quid ei superest, nisi solum regnum? Iratus autem populus, qui in lege gloriabatur aduersus gratiæ præcones, & displicuit ei sermo, qui Euangelio coruscante, finem legalibus umbris imponebat: dixitque fremens aduersus Dominum, & aduersus Christum eius: En huius doctrinæ sequaces asseuerant, me quidem Mosaicæ legis iussa facientem, umbris figurisque seruire: Iesum uero suum ueritatis & uitæ mundo lumen attulisse. mihi per legem bonam terram, quæ diuturna esse nequeat, promissa: illum per Euangelij sui gratiam, æterna suis fidelibus cœlestis regni gaudia donare. Omnibus ergo certatim neglecto altaris, & hostiarum ritu, ad dogmatis huius audien-

tiam confluentibus, quid ei superest, nisi solū quod non etiam mihi regni culmen ademit? eo quod Christiani, etsi numero nos superantes, noua sint omnes, & incognita nobis humilitate ac paupertate deiecti.

Non rectis ergo oculis Saul aspicebat Dauid in die illa, & deinceps. Non recto sensu accipiebat populus Iudæorum uerba Euangelij, ex eo tempore quo inuidiæ facibus accensus, eius doctorum uel auditores cœpit odio habere, timendo uidelicet, ne gloria suæ legis subtracta, illius magis per orbem fama fidesque regnaret.

Post diem autem altera inuasit spiritus Dei malus Saul, & prophetauit in medio domus suæ. Dauid autem psallebat manu sua, sicut solebat per singulos dies. Crescente paulatim luce fidelium, Iudæorum creuit, & infania cæcitasque perfidorum, qui medio synagogæ suæ aduersus Dominum spiritu immundo commoti, prophetiæ uerba, quæ non intellexerunt, uasano ore decantarent. Dominus autem ad sedandam eorum, mitigandamque malitiam, patientiæ passionisque suæ per apostolos quotidiana instantia replicabat exemplum. Psallebat enim eis manu sua, cum per eximium sui corporis operarium dicebat: *Certissime ergo sciat omnis domus Israël, quia & Dominum eum, & Christum Deus fecit hunc Iesum, quæ uos crucifixistis.*

Tenebatque Saul lanceam, & misit eam, putans quod confingere posset Dauid cum pariete. Tenebat populus Iudæorum regni potestatem, & exercuit eam contra Dominum Saluatorem: putans quod fidem eius & gloriam posset persequendo extinguere, instar mortalium cæterorum, quorum sæpe laus & memoria amor siue odium cum ipsa solet uita deficere. Contra quos ipse patrem precatur in psalmis: *Ne efficiatur similis descendentibus in lacum.* Quantum enim Dauid parietem, homo lapidem uiuens, sentiens & discernens, natura, uita, sensu & ratione carentem antecellit: tantum mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus puris hominibus, quamuis sanctissimis, differt. Qui quidem & ipse locis congruis, lapidis uocabulo figuratur, non tamen cuiuslibet in pariete, iuxta eos quibus dicitur: *Et uos tanquam lapides uiui superædificamini.* Sed lapidis summi, angularis, electi, preciosi, in fundamento fundati, qui totum Ecclesiæ surgentis ædificium portans, simul & protegens, circumscriptioni præputium unanimi pace coniungat. Nam & ita potest non incompetenter intelligi, putasse Saul quod confingere posset Dauid cum pariete: putasse Iudæos, Christi se nomen & memoriam tollere posse, & eradere de terra uiuentium, si prædicatores resurrectionis eius apostolos, qui sunt proxima illi portio domus eius, id est Ecclesiæ, uel occidendo à se, uel fugando repellerent. Sed non Dauid configi cum pariete, non Christi gloria minui, non ipsis quamuis multum nitentibus, impijs potuit assimilari descendentibus in lacum: hoc est

est sepulchro conditis, neque ante diem iudicij resuscitandis.

Et declinauit Dauid à facie eius secundò. Et fugit Christus à corde impiorum, qui nunquam pia pectora, quin in eis requiescat, deserit. Sed non frustra additur secundò. Primò enim Dauid abiit, & reuersus ad Saul, uenturo in prælium contra Philistinum, quo tamen postmodum adueniens, quem cuncti diu nequiere, solus citò prostrauit inimicum: & nunc secundò declinauit à facie eius se interficere nitentis, congruit mysticus sensus. Primò namque, sicut & supra expositum est, certantibus contra uitia cunctis mortalibus, apprensus in carne Dominus, liberam ab hoc conflictu uitam gerebat in mundo: sed & diu frustra laborantes eosdem mortales mira superueniens suæ gratiæ uisitacione adiuuit. Verum quod non sine dolore commemorandum est, non sine gemitu castigationum, multi suum à se uiuificatorem ac protectorem, dicta eius aspernando, & præuaricando repellunt: & quod fecisse Iudæos non credendo arguimus, ipsi credentes male uiuendo facere non timemus. Declinat autem Dauid inuitus à facie eius secundò, ut non eum citharizans ab hoste liberet, à quo prius sponte rediit, ut non cum eo contra hostem pugnet: cum exigentibus nostris meritis Saluator omnipotens, lucem nobis suæ cognitionis abscondit, suæ defensionis gratiam tollit, ut non nos quotidiano suæ crucis auxilio ab hostium tutetur insidijs, qui pro nostra salute carnem suscipere dignatus est, ut nobis confligere posset fragilem, ut nobis uincere sanctam. Deus igitur cum hominibus conuersatus, primò in hoc ab eorum confortio recessit, ut non cum eis aduersus legem peccati, quæ ei in nullo repugnabat, certaret. Secundò, & in hoc non omnium, sed superbientium cōsortia declinauit, ut non eis sua munera crederet: superbis enim resistit, humilibus autem dat gratiã.

Et timuit Saul Dauid, eo quod Dominus esset cum eo, & à se recessisset. Timuit populus Iudæorum Ecclesiæ Christi, eo quod se derelicto gratiam in ea diuinæ uirtutis aspiceret. Scriptum est enim: *Multa quoque prodigia & signa per apostolos fiebant in Hierusalem, & metus erat magnus in uniuersis.* Omnes enim qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia: quæ & ipsa societas mutua dilectionis, indicium est præsentis gratiæ cœlestis. Et alibi: *Per manus autem apostolorum fiebant signa, & prodigia multa in plebe, & erat unanimiter omnes in porticu Salomonis: cæterorum autem nemo audebat se coniungere illis, sed magnificat eos populus.*

Amouit ergo eum Saul à se, & fecit eum tribunum super mille uiros. Quomodo quinquagenarij uocantur, qui quinquaginta militibus præstant, & centuriones qui centum: sic appellantur græcè chiliarchi, qui in capite sunt mille militum,

quos latina consuetudo ab eo quod præstant tribui, magis tribunos quam millenarios dicere gaudet. Amouerunt ergo Christum à se, sprete eius fide Iudæi, & fecerunt eum credentibus amplius spiritalis militiæ ducatum præbere. Illorum enim delicto salus gentibus. Maxime autem regnat super eos Dominus, qui stabiles & immobiles, abundantes in opere Domini semper sciunt, quod labor eorum non est inanis Domino. Quorū quadratam quandam, ut ita dicam, conuersationem, & nulli obnoxiam lapsui millenarius numerus, qui est denarius quadratus solidus ostendit. Denario quippe perfectio uel operis solent indicari, uel præmij. Sed ut hæc eadē perfectio latitudinem fraternæ dilectionis auget, decem decies ducito, ut ad centum ualeas peruenire. Quæ uidelicet summa iuxta arithmeticam rationem æqualibus est quadratibus, sed adhuc plana, & ideo proximorum dilectioni, quos in terra uidemus, per figuram accommoda. Ut autem ipsa fraterni amoris quadratura, diuini etiam amoris altitudine solidetur, singulas centenarij numeri particulas per decem accumula, ut ad millenarium ascendere queas: sicque fit, ut denarium non solum quadriformi firmitate æqualem, sed & solidū complendo perfectio intelligas: quia talis numerus eorum quibus Christus præsit, & altitudinis stabilissimæ, & altissimæ stabilitati cōueniat. Quocunque enim uerteris quadratū, solidum stabit: quicquid iustis occurrit, stabiles eos prorsus, & immobiles probat.

Omnis autem Israel & Iuda diligebat Dauid. Ipse enim egrediebatur, & ingrediebatur ante eos. Omnes qui crediderunt de Iudæis ac gentibus, diligebant & diligunt, & dilecturi sunt Christum. Ipse enim egrediebatur in carne apparendo, ingrediebatur ad patrem reuertendo: ante eos autem, ut & recte conuersandi foris adhuc remanentibus, & beatè regnandi intratibus spem formaque tribueret. Egredietur & hodie ante nos, cum pugnantibus in terris auxiliando protegit. Ingredditur autem, cum finito certamine coronandos æternam perducit ad uitam. Admonendum sanè putauimus lectorem, non eundem semper allegoricæ completionis, quæ historice præfigurationis ordinem posse seruari. Verbi gratia, Primò tunica nudatur, atque in cisternam missus Ioseph, ac postea Iuda docente uenditur: primò Iuda agere uenditum, ac post indumento corporis spoliatū sepultūque significat Christū. Quod propheticis non solum in factis, sed in dictis fieri consuevit. Primò enim dixit Esaias: *In die illa radix Iesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur.* Ac deinde subiunxit: *Et erit sepulchrum eius gloriosum. Cum cunctis fidelibus pateat prius Domino à mortuis resurgente sepulchrum eius glorificatum, ac postmodum apostolis signum crucis eius exaltan-*

tibus in populos factum, ut ipsum gentes deprecarentur. Quod scripturarum periti anacephalosis in græcè, id est recapitulationem uocare consueuerunt. Admonendum & hoc, quod non una eademque persona, unam semper eademque portionem personæ siue rei, quâ demonstrat, insinuet. Verbi gratia, Dauid Christum significat, sed aliquando in seipso, aliquando in sanctis eius prædicatoribus, aliquando in cæteris fidelibus. aliquando in septies cadentibus iustis, sed poenitendo resurgentibus: quos uniuersos quasi multa eiuſdē corporis membra uniformi capiti constat adherere Christo. Item Saul populum Iudæorū figuratē denunciāns, aliquando regnātem, aliquando rectē docentē, aliquando Christo credentem, aliquando Christi iussa negligētē, aliquando Christo inuidētem, atque eum persequentem. aliquando fidelibus suis minas, insidias, caedes & mortes inferētē, eiuſdem pariem præmonſtrat. Item Goliath, qui diaboli typum gestat, modò hunc in ipſo omnium impiorū capite, modò in membris eius, paganis uidelicet, perfidis Iudæis, hæreticis, & falsis fratribus exprimit. Ex quibus tamen membris Saluator p̄simo capiti excisa salubriter nonnulla sua membra facere dignatus est. Quæ cuncta exemplis probare maioris est operis, quàm huic loco conueniat.

Maiores Saul filiam, quam Dauid promiserat, Adrielidans, minorem dat illi, & hanc præputijs Philistinum desponsatam.

CAPVT IIII.

Dixit autem Saul ad Dauid: Ecce filia mea maior Merob, ipsam dabo tibi uxorem. & cætera, usque ad id quod scriptum est: Factusque est Saul inimicus Dauid cunctis diebus. Hæc lectio figuratē designat, maiore licet parte synagogæ Phariseos, minore Christum diligente, commotos inuidia proceres, regni illius quæ sitis causam, qua traderent illum principatui & potestati præsidis. At ipsum multis, & ex eorundem Gentilium numero ad fidem uocatis, nolentibus, licet Iudæorum primatibus, Ecclesiam sibi de Iudæa nuptijs copulare cœlestibus.

Dixit ergo Saul ad Dauid: Ecce filia mea Merob, ipsam dabo tibi uxorem, tantummodo esto uir fortis, & præliare bella Domini. Saul autem reputabat, dicens: Non sit manus mea in eo, sed sit super illum manus Philistinorum. Supra ubi Saul per unctionem sancti chrisimatis, & regni gubernaculum, Christi typum tenet, duas filias Saulis intelleximus plebes, quæ Christi fide & dilectione ad salutē progenitæ gemina, id est corporis & mentis sint castigatione perf. Et: uel certè maiorem synagogam, minorem designare Ecclesiam. Hoc autem loco, quia mutato rerum circumstantium ordine, Dauid quidem Christum Dominum, Saul autem inuidētem ei, & populum designat Iudæorū. Rectè maior filia, quæ Dauid

promissa, nō autem reddita est, illam populū eiusdem partē significat, quæ numero & potētia maior, quasi iungenda manu forti, & desiderabili sponſo promissa est, cum ipsius partis præcellentes, id est scribæ, sacerdotes, Pharisæi, & seniores plebis ad eius audientiam confluere, eum magistrum bonum uocarent, nec solum, sed & quasi magistrum singulariter doctum, siue discendi, seu tentandi gratia, frequenter quæstione pulsarent. Non autem illi, sed alteri data est, cum ipſem doctores rabbi ab hominibus uocari quærētes, ad se audēdos potius quos potuerit cogebāt. Minor autem filia, quæ diligendo Dauid dari promeruit, illa est nimirum Iudæicæ portio plebis, quæ & paucitate & contemptu abiectior, Dominum Saluatorem, quàm scribæ & legis peritos sequi, diligere & audire maluit, audēs ab illo: Noli timere pusillus grex, quia complacuit patri uestro dare uobis regnum. Dixerunt igitur Pharisæi, & cæteri principes Iudæorum Christo: Ecce maiorem subditā nobis synagogæ partem tibi ad docendum credimus, tantummodo uide, ut fortis animo existens, præliaris uerbo pro libertate populū, cui legem Dei seruare, & illi soli seruire præceptum est. Scimus enim, quia uerax es, & non curas quenquam: nec enim uides personā hominis, sed in ueritate uiam Domini doces. Licet dari tributum Cæsari, an non dabimus? Hæc autem dicebant præsentibus Herodis ministris; ut si tributum dari ueraret, illis eum punientibus, ipsi à morte eius uiderentur immunes.

Aut autem Dauid ad Saul: Quis ego sum, aut quæ est uita mea, aut cognatio patris mei in Israel, ut siam gener regis? Nō se fateatur indignum qui fiat gener regis, sed eidem regi cognoscendum recordandumque proponit, quis ipse sit, quæ uita eius, quæ cognatio patris eius in Israel: atque hinc conueniens, si eius sit dignum accipere filiam. Ipse autem est manu fortis actus, & desiderabilis aspectu. uita illius, oues patris sui pascere, & pro harum cura leonibus ursisque perimendis occurrere, sed & pro gentis suæ salute contra armatū ære & ferro gigantē egrediendo animā suā periculo dare. Cognatio patris eius in Israel illa, cui idē Israel benedicēs ait inter cætera: Non deficiet princeps ex Iuda, neque dux de semine tuo, donec ueniat qui mittendus est. Quod eodē ordine potest de Domino interpretari, quia non se dignū negauerit, qui plebē regali per legis eruditionē profapia generatam, unanimes sibi pacis & charitatis foedere cōiungeret, de quo suus præco personaret: Qui habet sponſam, sponſus est. Sed & ad eius fidē uenturis quærendum signauerit, quis ipse sit, quæ uita eius, quæ cognatio patris eius in Israel: atque hinc cognoscendum, quia ipse, imo solus ipse dignus sit, qui Ecclesiam sibi fidelium iure sponſi copulet. Ipse autē est, de quo scribit Ioannes:

bit Ioannes: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum, & cætera, usque ad id quod ait: Et uerbum caro factum est, & habitauit in nobis, & uidiuſus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à patre, plenum gratiæ & ueritatis. Vita eius est, de qua ipse loquitur: Sicut enim pater habet uitam in semetipſo, sic & dedit filio uitam habere in semetipſo. Vita eius est, ad cuius imitationem suos auditores prouocans apostolus Petrus ait: Qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. Qui cum maledicere tur, non maledicebat: cum pateretur, non comminabatur, & cætera. Cognatio patris eius in Israel, ipsa est de qua: Iurauit Dominus Dauid ueritatem, & non frustrabitur eam, de fructu uentris tui ponam super sedem meam. Cognatio patris eius, de qua ipse testatur: Qui cunquē enim fecerit uoluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse meus frater, & soror, & mater est. Non se ergo Dominus sponſum Ecclesiæ, id est Christum esse renuit: sed quærendum intelligendum que, quia ipse est. Docet denique pharisæos proposito Psalmi testimonio, quomodo Christus sit filius simul & Dominus Dauid, interrogans non Christum se esse negat, sed illos ad petendam, quærendam pulsandam que agnitionem ueritatis excitat. Et alibi scribæ bonum se magistrum uocanti, ac de bono faciendo quærenti respondit: Quid me dicis bonum? nemo bonus nisi solus Deus, neque tibi se bonum non esse, sed Deum credendum esse significans.

Factum est autem tempus, ut cum deberet dari Merob filia Saul Dauid, data est Hadriel Molathitæ uxor. Dilexit autem Michol filia Saul altera Dauid. Factum est, cum deberet Christo in carne docenti credere maior pars Iudæicæ plebis, credidit potius & ad hæsit scribæ & pharisæis. Dilexit autem pars altera eiusdem populū, & ipsa regulariter educata per legem Domini, Saluatoris aduentum. Congruit autem legis doctoribus significandis etiam nomen ipsum. Hadriel Molathitæ. Hadriel namque grex Dei, Molathitæ à parturiente me dicitur. Et legalium coetus magistrorum, qui à uulgaris actione & rusticitate selectus, diuinis rebus uacare, diuina meditare, agere & prædicare iustus est, non immerito gregis Dei singularis quasi cognomine fulget. Nec pastoris boni culpa est, si qua portio gregis ab eius custodia resiliens, denti lupino malit, quam uirgæ pastorali subijci. Qui nimirum coetus doctorum, quoniam per literam noua gratia grauidam recte uiuendi primordia nactus est, pulchrè ciuitas Hadriel à parturiente me dicitur. Quem uidelicet alium parturientem, nisi eum cuius figurandis mysterijs omnis uetus scriptura deseruit? quem tota legis & prophetæ scientia dñi tenebat occultum, sed post longam quasi parturitionem tempore congruo nobis intuendum protulit. Et nunciatum est Saul, & placuit ei, Dixit que Saul, Da

bo eam illi, ut sit ei in scandalum, & sit super eum manus Philistinorum. Cognoscentes inuidi principes Iudæorum, dilexerunt Dominum turbam, atque ad eum audiendum sedula intentione confluxerunt, quod in cæteris execrabantur, in una hac parte placitum habere cœperunt, quod putarent se illum doctrinæ frequentis gratia posse reprehendere in uerbo, & capere aliquid ex ore eius, ut accusarent eum, & traderent gentibus occidendum: æstimantes etiam Dei sapientiam illi sententiæ subditam, qua dicitur: In multiloquio non effugies peccatum. Dixeruntque, Permittamus eum docere, ut sit ei in scandalum, & nobis à sanguine eius innoxii: sit super illum manus Romanorum, accusantibus nobis quod eum inuenerimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dari Cæsari, & dicentem se Christum esse.

Dixit ergo Saul ad Dauid: In duabus rebus gener meus eris hodie. Et mandauit Saul seruis suis: Loquimini ad Dauid, Ecce places regi, & omnes serui eius diligunt te. Neglectis sermonibus Saulis, quæ dolo & fraudulentiæ sui manifestè scribarum & pharisæorum hypocrisis, qua Dominum circumuenire moliebantur, significant, ad perscrutanda magis fortissima beati Dauid gesta ueniamus, quia in duabus rebus gener factus est Saulis, in occidendo uidelicet gigantem & in afferendo præputia percussorum Philistinum. Illum nimirum significans, qui ut Ecclesiam sibi de Iudæis adoptaret, prius insidias uires, que antiqui hostis euacuauit, & traduxit in lucem: ac postmodum conuersæ ad fidem gentilitatis exempla eidem imitanda proposuit. De gentibus namque erat, cuius fidem Iudæis sequendam Dominus ostendit, ubi ait: Amen dico uobis, non inueni tantam fidem in Israel. De gentibus illa quæ audire à Christo meruit: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut uis. De gentibus illi qui ascendent inter alios, ut adorarent in die festo, dixerunt ad Philippum: Domine uolumus Iesum uidere. De gentibus & ille centurio, qui tradente spiritum Domino solus cum sua centuria, tacentibus cunctis qui aderant Iudæis, timuit & glorificauit Deum dicens: Vere filius Dei erat iste. Sanè quod dolum nequens ait Saul:

Sic loquimini ad Dauid: Non necesse habet rex sponsalia, nisi tantum centum præputia Philistinorum. Ita possumus uera ceter figuratum intelligere de superbis, quod nō se putauerint munera Christi necesse habere: sed hoc tantum indigere, ut traderetur in manus gentium, & occideretur.

Et post dies paucos surgens Dauid abiit cum uiris qui sub eo erant, & percussit Philistinum ducentis uiris, attulit præputia eorum, & ceter. Post dies paucos, ex quo Iudæorum proceres decreuerunt tradere occidendum gentibus Christum, surgēs ipse Dominus cum Apostolis, qui cum eo erant ad operandam mundi salutē, in tantum uirtutibus

& doctrinæ gratiæ fulgebat, ut cōtra impiorū studia, etiam gentiliū non paucos, sicut & suprà docuimus, ad fidei gratiā uocaret. Percussit etiā Dauid uiros Philistīm, cum dominus superbam gentilitatis immundiciā uerbō uel exemplo humilitatis & castimonie confregit. Attulit præputia eorum, & annumerauit regi, ut esset gener eius: cum Iudæorum populo emortua membra peccati, conuersæ ad Deum gentilitatis ostendit, ut ita deum etiam de eis qui conuersionem gentium sequerentur susciperet. Nec frustra Dauid Sauli centum præputia postulanti, ducenta attulit: quia præsumptibus Iudæis quōdāmodo inuis, ne carnalis quidē castimonie professionem gentibus imponere posset, ipse mundauit eos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficiens sanctificationem in timore Dei. Centenarius quippe numerus, ut semper ad indicium magnæ perfectionis attinet, quod ante passionis triumphum per se inchoans, post assumptionis suæ clarificationem in eis etiam sacramentorum suorum confirmatione per apostolos impleuit.

Dedit itaque ei Saul Michol filiam suam uxorem, & uidit Saul & intellexit, quia Dominus esset cum Dauid, & cetera.] Non potuit prohibere populus infidelis, quin de sua gente prædestinati ad uitam crederent. Vidit namque & intellexit, quod Dominus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, quantumcunque creuit eius in credentibus amor, tantum in perfidis timor. Qui dam ablata percussis Philistæis præputia per Dauid, præsentis æui statui, quoniam Christi gratia operatur in gentibus, aptant: dilatas autem aliquandiu, sed tandem aliquando celebratas nuptias Michol, ad eos qui in fine mundi credituri sunt, de Iudæis referunt: cum intrante plenitudine gentium, sic omnis Israel saluus erit.

Quærens Saul occidere Dauid, Ionathan interueniente placatur.

CAPVT V.

Egreffi sunt principes Philistinorum. A principio autem egressionis eorum prudētius se agebat Dauid, quam omnes serui Saul, et celebre factum est nomen eius nimis, & c. usque ad id quod ait: Introduxit Ionathan Dauid ad Saul, & fuit ante eum sicut fuerat heri & nudius tertius.] Hęc lectio figuratim ostendit, motis in Iudæa persecutionibus, quasi ad tollendum de terra nomen Christianum, plerisque & ex ipsis persecutoribus per apostolorum instantiam non solum redactos à persequendo, sed etiam ad credendum Christo perductos. Egreffi sunt ergo contra spiritalem Israel, id est Ecclesiam, non semel immundi spiritus, retores uidelicet tenebrarum, id est principes hominum peruerforum. A principio autem egressionis eorum prudētius se regebat Christus in membris suis, quam omnes emulatores legis: & celebris facta est fama Christianismi & Ecclesie nimis, à Deo ut fideles Ecclesie cognomi-

narentur per orbem Christiani.

Locutus est autem Saul ad Ionathan filium suum & omnes seruos suos, ut occiderent Dauid.] Locuti sunt principes Iudæorum & seniores & scribæ ad apostolos, & præcipiendo præceperunt eis ne omnino loquerentur, neque docerent in nomine Iesu.

Porrò Ionathan filius Saul diligebat Dauid ualde, & indicauit Ionathan Dauid dicens: Querit Saul pater meus occidere te, quia propter obserua te quaso manè, & manebis clam, & abscondèris. & cetera.] Porrò apostoli diligebant Christum ualde, rogabantque enumeratis perfidorum oblocutionibus, ut ipse defenderet Ecclesiam suam, ipse fidem nominis sui seruaret in Ecclesia: manens clam in corde credentium, absconditus uero à conturbatione hominum. Nos autem, inquit, te inhabitante florifera in mente piorum. Hic est enim ager plenus odoris & gratiæ, cui benedixit Dominus: loquemur & docebimus populum hunc in nomine tuo: & qui ex illo crede, quam discedere maluerint, nunciabimus Ecclesie tuæ sanctæ, ut cognito statu singulorum sociare se fidelibus, ab infidelibus seruare nouerit.

Locutus est ergo Ionathan de Dauid bona ad Saul patrem suum, dixitque ad eum: Ne pecces rex in seruum tuum Dauid, quia non peccauit tibi, & opera eius bona sunt tibi ualde.] Locuti sunt apostoli de Christo bona ad Iudæos, commemorantes eum uirum approbatum à Deo in eis uirtutibus & signis & prodigijs, quæ fecisset per illum Deus in medio eorum: qui non solū nō posset argui de peccato, sed & uirtutibus instans circuiret ciuitates omnes & castella, docēs in synagogis eorum, & prædicans Euangelium regni, & curans omnem languorem, & omnem infirmitatem.

Et posuit animam suam in manu sua, & percussit Philistæum, & fecit Dominus salutem magnam in Israel. Vidisti & latatus es.] Commendauit, inquit, Dominus in uobis charitatem suam, qua maiorem nemo habet, animam suam ponendo pro uobis: ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, id est diabolus: & liberaret eos qui per totam uitam obnoxij erant seruituti. Viderunt multi ex nostro numero resurrectionis eius gloriam, & ascensionis in cœlos, & latati sunt.

Quare ergo peccas in sanguine innoxij, interficiens Dauid, qui est absque culpa?] Quare peccas eius fidem extinguere, eius molens amorem de Ecclesia tollere, qui solus mortalium uiuere potuit absque culpa?

Quod cum audisset Saul, placatus uoce Ionathæ, iurauit: Viuit Dominus, quia non occidetur.] Cum audisset populus Iudæorum uocem prædicantium apostolorum, placatus est ab ira prisca furoris: & uera fidei affirmatione testatus, quia nunquam exterminari potest Ecclesia Christi de medio, nunquam eius perire memoria, qui est ante secula, & manet in æternum. Hęc dicebat populus idem in his qui spirituali, quos Ionathan & meritis signat, uocem audire doctorum. In quibus-

quibuscumque enim hæc non dicebat, illi sunt de quibus scriptum est: Et auribus grauius audierunt. Et alibi: Et quis surdus, nisi ad quem nuncios meos misit?

Et introduxit Ionathan Dauid ad Saul, & fuit ante eum sicut fuerat heri & nudius tertius.] Loquitur Ionathan bona de Dauid ad Saul, & auditur, cum euangelizantes de Christo apostoli catechizant Iudæos, sibi fidē accommodantes. Introducit autē eundē, cum etiam baptizantes eos dē Christi carne & sanguine reficiunt, Christi præceptis instituunt, Christi amore roborant. Fit uero ante eū sicut fuerat heri & nudius tertius, cū eadē illū fide, & spe, & charitate susceperint huius generis auditores, qua susceperat & illi qui ex ipso populo eū in carne uiderent, Deū cognouerunt, uel qui eū in carne uenturū à seculo sperabant.

Saul nisus percute Dauid, sed non ualens, domum in quam fugit, iubet custodire: qui posito pro se simulacro, desiliens per fenestram uenit ad Samuel. At Saul audiens, præmissis nuncijs ternis, aduenit ipse, & prophetat cum cæteris coram Samuel.

CAPVT VI.

Mortuum est autem rursus bellum, & egressus Dauid pugnauit aduersus Philistīm, percussitque eos plaga magna, & fugerunt à facie eius, & c. usque ad id quod scriptum est: Exiuit prouerbum, Num & Saul inter prophetas?] In hac lectione recapitulatis ab exordio Christi incarnati mysterijs, natiuitas eius, uirtutes, doctrina, passio, resurrectio, & ascensio in cœlos, necnō & fides sequentium eum, simul & perfidia demētiaque interitus persequētium, typico sermone describitur. Moto nāque ab immundis spiritibus bello tentationū, egressus est de sinu patris ad publicū nostrū manus fortis propugnator humani generis, ille uidelicet, qui ait: Exiui à patre, & ueni in mundum: iterum relinquo mundū, & uado ad patrē. Et de quo psalmista sub figura solis hoc ipsum alij uerbis edisserens, dicit: A summo cœlo egressio eius, & occursum eius usque ad summum eius. Qui omnē temporariæ suæ actionis aciem contra nefandorū tentamēta dirigens, à seducendis eos statim, uexandisque mortalibus magna ex parte cohibuit: fugiebantque, & usque hodie fugiunt à facie eius: quia ubicumque agnoscitur iuuantis gratia Christi, pellitur inde continuo diaboli nequitia fallentis.

Et factus est spiritus domini malus in Saul. Sedebat autem in domo sua, & tenebat lanceam. Porrò Dauid psallebat manusua.] Coruscante miraculis filio Dei in carne, accensus est contra eum inuidiæ spiritus in animo Iudæorum, dimittente eos Domino secundum desideria cordis eorū, ob merita precedentium delictorum. Sedebant autē adhuc in regno suo & patria quieti, atque eiusdem regni fidentes infulsis, Saluatoris sui necem parere non timuerunt. Porrò ipse contradicentes sibi, imō etiam blasphemando, in furorem uersos, exemplo mansuetudinis & patientiæ suæ quasi dulcedinem cithara ad modestiam spiritus, ac sobrietatem reuocare studebat,

Nisusque Saul configere lancea Dauid in pariete, & declinauit Dauid à facie eius. Lancea autem castro uulnere perlata est in parietem, & Dauid fugit, & saluatus est nocte illa.] Nisi sunt Iudæi occisi in carne Christi totum occidere, qui est Deus anima & caro. At ille commendans in manus patris spiritum suum, inclinato capite tradidit illū. Porrò plaga mortis corpus solum tetigit, fugit autem è corpore, & saluata est à framea anima eius, & de manu canis unica eius carnificibus sola suæ perfidiæ nocte depressis.

Misit ergo satellites suos Saul in domum Dauid, ut custodirent eum, & interficeretur manè. Quod cum annunciaisset Dauid Michol uxor sua dicens, Nisi saluaueris te nocte hac, cras morieris: deposuitque eum per fenestram. Porrò ille abiit, et aufugit, atque saluatus est.] Miserunt principes sacerdotum & pharisæi satellites suos ad monumentum Domini, ut custodirent eum, & negata resurrectionis ueritate, memoria nominis eius deleteretur in posterum. Quod cum annunciaisset illi frequens Ecclesia gemitus (desiderium enim pauperum exaudivit Dominus) & tremens de coniuratione perfidorum quodammodo dixisset, Nisi resurrexeris à morte, non poterit in te credentium fides & confessio firma persistere: nisi uigilantiam custodum mortem superando euacuaueris, cuncta fides mundo futuræ resurrectionis tolleretur: tandem didicit eum, ne suis custodibus tumuli se dem reliquisset. Abiit autem, & aufugit à carnificibus suis, custodibusque mendacibus: & dilectoribus suis post resurrectionem apparendo, saluam illorum per omnia spem fidem restituit. Potest specialiter cithara Dauid crucem Domini, lancea Saul in pariete clauos crucis, uel ipsam militis lanceam, qua latus eius apertum est, figuratim ostendere. Domus autem Dauid, ut diximus, sepulchrum Domini est. Saltus per fenestram, occulta ac subita est resurgendi pernicitas. Coniux cuius oris aufugit, Ecclesia est credentium Iudæorum, quæ Dominum saluatorem & surgere cupiebat, & resurrexisse docebat.

Tulit autem Michol statuam, & posuit eam super lectum, & pellem pilosam caprarum posuit ad caput eius, et operuit eam uestimentis.] De pelle pilosa, pelle caprarum patet historia: quia puluillus erat de caprarum pelle confusus, qui intōsis pilis caput inuoluti in lectulo hominis mēturatur. Statua autem, est imitatio ueri & ueritatis: mortua pellicaprarum, mortui animantis exuuiæ. Tulit igitur Michol statuam, & posuit super lectum Dauid per fenestram dimissi, & occulte saluati. Didicit Ecclesia Iudæos æstimare Dominū, qui in sepulchro positus sit, non Christum esse, uitam & ueritatem, sed quasi simulationem ueritatis & uitæ, dicentem, se Christum regem esse. Quem tamen ipsa ueraci resurrectionis, eo enim more loquendi dicitur Ecclesia facere, quæ ab impijs faciendā uel factā testatur, quo in Leuitico scriptum est, Ecce contaminabit eam sacerdos: non quia ipse lepram

lepram mundis afferre potuerit, sed eam quæ immundis inerat ostendere. Posuit & pellem caprarum pilosam ad caput statuae Michol. Cõperit in exordio sui Ecclesia etiam illorum perfidiam, qui Dominum saluatorem non solum Christum negant, sed & peccatis grauati, neque à mortuis resuscitatum autumant. Capram enim saepe peccatoris, sicut & iusti typum orem tenere certum est. Pili quoque qui fragiles & externi corpori superfluum, operamortua, ac prae suae densitate frequentia cunctis iam iam manifesta significant. Et pellem pilosam caprarum ad caput statuae pro David in lecto substituta collocant, qui carnem saluatoris capitalibus peccatis quasi hispidam asseuerantes, & impuram dilato resurrectionis tempore dicunt haec tenus lectulum sepulchri, in quem mortua descendit, tenere. Quam tamen statuam Michol uestimentis operit, cum huiusmodi perfidiam Ecclesia, postquam cognouerit, reprobatur: postquam fidelibus suis ostendit, confestim praecipuis operibus, quæ nemo alius facere potuit, damnatam per omnia demonstrat, & uictam.

Misit autem Saul apparitores, qui raperent David. & responsum est, quod ægrotaret. Misit ergo Iudæi infideles statim celebrata resurrectione Dominica cogitatus infidiatores, qui explorantes corda fidelium, Christi amorem eisdem uel blandiendo uel minando eriperent. At illi carnali adhuc timore silentes, & occulti usque ad diem Pentecosten, quasi hoc solum responsi reddere quaerentibus, quod ægrotaret in eis fides, & necdum bene floreret, sancti spiritus igne firmata.

Rursumque Saul misit nuncios, ut uiderent David, dicens: Adferre eum ad me in lecto, ut occidatur. Cumque uenissent, inuentum est simulacrum super lectum, & pellis caprarum super caput eius. Prædicante ab aduentu sancti spiritus Ecclesia Christum, miserunt principes Iudæorum, qui diligentius uiderent, quid crederetur de Iesu, Christus esset, an propheta, resurrexisset, an adhuc in sepulchro quiescisset, dicentes, Pronunciate nobis praesentibus: quia non surrexit à mortuis, sed adhuc in terra lecto iacens, diè uniuersalis resurrectionis expectaret, ut sic fides quæ in eo est, extirpetur radicibus, & eliminetur è mundo. Cumque pedes persecutores cum Ecclesia conferre cõpissent, fidelibus de Christi triumpho gaudentibus, nihil impius occurrit aliud quam lapis offensionis, & petra scandali his qui offenderunt uerbo, nec crediderunt: putantibus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum. Ipse autem, sicut propheta consequenter adiunxit, Vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra.

Dixitque Saul ad Michol, Quare sic illuisti mihi, & dimisisti inimicum meum ut fugeret: & respondit Michol ad Saul: Quia ipse locutus est mihi, dicens, Dimitte me, alioquin interficiam te. Dixero Iudæi non credentes ad Ecclesiam primitiuam: Quare neglectis tra-

ditionibus nostris, credere maluisti in Iesum, & confiteri quod nostros custodes resurgendo fugerit: Cui illa: Quia ipse, inquit, mihi, imò omnibus, qui in eum credere, & hæc cõfiteri nolunt, mortem minatur æternam.

David autem fugiens saluatus est, & uenit ad Samuelem in Ramatha, & nunciavit ei omnia quæ sibi fecerat Saul. Et abierunt ipse & Samuel, & morati sunt in Naioth. Ramatha excelsa, Naioth interpretatur pulchritudo, qui est locus in Ramatha. Nuncijs ergo Saul solum in lecto David cernentibus simulacrum, ac pellem caprarum, ipse David fugiens saluatur: & Iudæis tempore mortis Dominicæ conferentibus inuicem simulatorem fuisse, nec uerè innocentem & iustum, sed sui sceleris merito crucifixum Dominum, qui clausus tenetur in sepulchro, Dominus ipse potèter à morte resurgens in excelsa uitæ, immortalis gloria discipulis apparet, dicens: Quia sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis: abiitque, & moratur in pulchritudine regni perennis, quæ est in cælo. Abiit post illum & Ecclesia spe anima & carne, & sic semper cum Domino erit.

Nunciatum est autem Saul à dicentibus, Ecce David in Naioth in Ramatha. Misit ergo Saul liatores, ut raperent David: qui cum uiderent cuneum prophetarum uaticinium, & Samuel stantem super eos, & cetera. Quæ de secundis quoque nuncijs, necnon & tertijs pari ordine referuntur. Nunciatum est Iudæis ab apostolis, apostolorumque discipulis, quia Dominus Iesus Christus post passionem, resurrectionem & ascensionem suam, sedens ad dexteram patris regnet excelsus in cælis. At illi continuo ternos suæ quondam fidei & religionis, nunc autem impietatis & perfidiae nuncios, sacerdotes uidelicet, scribas & pharisæos destinauerunt, ut eius confessionem fidelibus persequentibus auferrent: qui uniuersi persequentium licet & infidelium gerentes animum, mox tamen ubi disputando, usque ad prophetarum dicta, quibus Apostoli Christi spiritualis intelligentiæ reuelatione praesunt, uentum est, hæc & ipsi diuino spiritu conscripta protestantes, simul & amando cum fidelibus, & credendo, quamuis non etiam intelligendo decantabant.

Abiit etiam ipse in Ramatha, & uenit usque ad cisternam magnam, quæ est in Socho, & interrogauit & dixit, In quo loco sunt Samuel et David? & c. Postquam doctrina Iudaica aduersus Christum non ualuit, addita sunt uerbis & arma, quæ sedentem ad dexteram Dei patris filium hominis persequeretur in terra. Sed & ipse terrenus eorum principatus, ubi abdita scripturarum de Iesu & discipulis eius quaesiturus adiit, nihil aliud in eis potuit inuenire responsi, quam quod ipse cum suis in Naioth in Rama. i. in pulchritudine paterni regni, in excelsis colorum habitet. Ac per hoc certissimè sciendum sit omni domui Israel, quia & dominum eum & Christum Deus fecit.

Et

Et bene cisterna, quæ propter altitudinem siue latitudinem aquarum, scripturarum abyssos congruit, in Socho, id est in humilitate sita memoratur: quia nimirum sancta scriptura contra morem secularium doctrinarum, humilitatis magistra existens, per humiles edita scriptores, humilibus solum auditoribus uel lectoribus patet. At superbi audita per eas Christi gloria cœlesti, quem non ualere gressu corporis sequi, nec gressu dilectionis uoluerunt assequi, hunc gressu nefandæ factionis cõpere insequi, ita ut ipse cuidam à talibus saluando, atque à sua perfidia refrenando, de Naioth, quæ est in Rama, hoc est de pulcherrima supernæ sedis altitudine protestetur, & dicat: Saule Saule, quid me persequeris?

Act. 9.

Et factus est etiam super eum spiritus Domini, & ambulabat ingrediens, & prophetauit usque dum uenirent Naioth in Rama. Cognouit quidem persecutor Ecclesiam Iudæus, quia spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines: sed eorum ipse dicta ore promere sciens, rectè autem sentire nesciens, contra eum à quo uel de quo dicta sunt, furiosus ingredi non timuit. Prophetauit autem insanus, imò usque hodie prophetauit, id est ueraciter prophetarum uerba non intelligens canit, legit, diligit, & eousque talis uaticinij protrahit officium, donec ad narranda ipsius pulchritudinis supernæ, quam in cœlis speramus, dans sine mente sonum, mysteria celsa perueniat.

Expoliatus se etiam ipse uestimentis suis, & prophetauit cum cæteris coram Samuel. & cecidit nudus tota die illa & nocte. Hæc manifestè furiosi sunt & amentis, expoliare se hominem, uexatum que cadere: ac tota die & nocte nudum in terra iacere. Nec tamen diuinæ potentia non subestretiani per talium ira mysticum quid, propter eos qui audiant & discernant dicere. Qui enim per Balaam mente sibi contrarium, tot & ante mysteria prædixit, per Caipham persecutorem impium salutiferæ suæ passionis dedit arcana prophetari, per subiugale mutum in hominis uoce loquens prohibuit, prophetae insipientiam: ipse per Saul arreptitum praesente Samuel, & cæteris prophetis, quæ que uoluit mystica pandit, ut sic David innocens salutus aditum capefferet: sic persequentis eum Saulis insania cunctis ubique patefceret: sic denique daretur intelligi, quantum praesentia perfectorum cõferat uotis humilium, quæ etiam superbum potuit prophetia uirtute sustollere: sic etiam futurus persecutoris populi natus signaretur informis, qui odijs insequendo Christum expoliare meruerit ornamento regni singularis, cadere à statu priscæ rectitudinis inter prospera & aduersa proficientis Ecclesiae, cœlesti simul & terrestri gloria nudus, solis desiderijs miser adherere mundanis, & inter hæc prophetie, quæ Ecclesie fidem firmaret uerbotenus, scripta tenere. Et bene dicitur,

quia prophetauit cum cæteris coram Samuel: equè enim adhuc synagoga infidelis cum Ecclesia legis & prophetarum dicta meditatur & lectitat: sed hæc spiritali intelligentia carens, illa de Domino cuncta intelligenda cognoscens.

Vnde exiuit prouerbum, Num & Saul inter prophetas? In prouerbum facti sunt Ecclesie Iudæi, qui mente sinistra inter fideles sacris lectionibus intentos etiam ipsi fide & sensu uacui scripturis utantur. In prouerbum & illi, qui in die nouissima dicent: Domine Domine, non ne in nomine tuo prophetauimus: & cetera. Sed & cum uideris indoctos quosque in Ecclesia docendi sibi cathedram praesumere, & sub persona fidelis magistri peruersos non madata Dei, sed suas traditiones seruandas, sua dogmata sectanda auditoribus imponere deceptis, dicit: Num & Saul inter prophetas?

Jonathan & David inuouant foedus: & disponente Saul interficere David, Jonathan illi ut aufugiat, sagitta porro iacta significat.

CAPVT VII.

Venit autem David de Naioth, quæ erat in Rama, & cetera. Usque ad id quod dicit, Surrexit et abiit, Sed & Jonathan ingressus est ciuitatem. In hac lectione Dominus persecutionem passus à Iudæis, amplius collectam ex eis Ecclesiam sua gratia confirmat: significans quid de eisdem Iudæis, quid de gentibus ad fidem uocandis oporteat fieri. Sed & eidem reprobi Iudæorum scripturarum epulis sine Christi fide celebratis, ipsum pariter cum eximjis membris eius, id est apostolis perdere disponunt: atque à se fugatum, ad saluandas gentes properare compellunt. Diximus autem, Naioth quæ erat in Rama, id est pulchritudinem quæ erat in excelsis, regni cœlestis gaudia, quæ Dominus corporaliter ascendendo nobis promittere & aperire dignatus est, typicè designare. Diximus scripturæ sanctæ uerba, quibus idem regnum praesigillum est, indicare. Sed in hac utraque pulchritudine excelsa Dominus fidelibus suis & manet semper & apparet: ab infidelibus uerò ac superbis sese auertit & aufert, quia neque audientes à doctore, quod regnet in cælis, credunt: neque ipsi legentes in propheta, quia ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Et, Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum: uel cetera huiusmodi de illo dicta intelligunt. Et hoc est, David ob Saulis insidias fugere. De pulchritudine posita in excelsis, Dominum saluatorem, qui est in dextera Dei, à superbis audientibus ad cœlum ascendisse non credi, cuius sacramentis tota prophetie scriptura redundat, ipsum quaerentibus impijs, in prophetica lectione nullatenus posse reperiri, qui semper manens ubique rotas, cum abest iniquis, & recedit, uideamus quò ueniat & adsit.

Veniens,

Veniens, inquit, locutus est coram Ionathan, Quid fecit quæ iniquitas mea, & quod peccatum meum in patrem tuum? quia quærit animam meam.] Expulsus namque non credendo Dominus à reprobis, dulcius amantium se solet corda reuifere, eosq; incarnationis suæ, ac uitæ innoxia, necnon & persecutionis iniustæ crebrius admonere, ut latantes in illo confiteantur memoriæ sanctitatis eius.

Quinimò uiuit Dominus, & uiuit anima tua, quia uno tantum, ut ita dicam, gradu ego morsq; diuidimur.] Vno tantum gradu à morte diuisus est: hoc est, ipsius in qua manebat domus pariete, quâdo (sicut etiam quinquagesimo Sauli Psalmi titulus continet) misit Saul, & custodiuit illum, ut eum interficeret. Sed mox eidem morti per fenestram lapsus ereptus est, atq; aufugiens ad integrum saluatus est, ut miserante Domino fieret, quod in eodem titulo præmissum est, in finem ne disperdas Dauid, in tituli inscriptione. Quod pari ordine etiam de Domino saluatore debet intelligi, quia uidelicet uno tantum, quantum ad hominum temeritatem, gradu sit à morte diuisus, quando miserunt principes sacerdotum, & custodierunt monumentum eius, ut ei quasi aditum resurgendi præcluderent, negato resurrectionis aditu, coherentes ei discipulos à fide detraherent, retractis à fide discipulis cunctam nominis eius de mediore memoriâ eraderent. Sed iuxta memoriæ inscriptionis testimonium, sicut non titulus, qui à Pilato scriptus est, Hic est rex Iudæorum: sic nec regis eiusdem imperium potuit aliquando corrumpi.

Et ait Ionathan ad Dauid, Veni egrediamur in agrum. Cumq; exissent ambo in agrum, ait Ionathan ad Dauid: Domine Israel, si inuestigauero sententiam patris mei crastino uel perendie, & aliquid boni fuerit super Dauid, &c.] Mirus ordo dicendi, quasi ad Deum cœpit, quod tamen ad hominem loquendo compleuit: sed hoc pro incomparabiliter ardente affectu iuuenum, uirtute mutua sibi inuicem commendatorum: hoc ad iudiciū fidei, Deo teste, semper & ubiq; seruanda, quam Grammatici figuram græcæ paraprofodiam, id est, inopinatum exitum uocant. Prius igitur in urbe secreti, deinde & in agrum egressi Ionathan & Dauid, foedus Domini feriunt, ut non Ionathan à Dauid, si quid de eo pater eius boni cogitet, abscondat: non illum ad patrem, nisi forte ad pietatem conuersum, introducat: sed & Ionathan ipse, si utxerit, misericordiam accipiat à Dauid: si uerò mortuus sit, misereatur Dauid domus eius usque in sempiternum. Quia primitiua Ecclesia in exordio sui non parua ex parte Iudaizans, sed mox in fructiferam Christianæ libertatis latitudinem egrediens, pactum cum Domino perpetuæ dilectionis inijt: placuitq; ut si qui de Iudæis persecutoribus Christi bonitatem agnoscere, atque ad eum conuerſi uoluissent, mox fidelibus eius membris, hoc est ipsæ Ecclesiæ eorum fides & conuersio panderetur, quatenus eius confor-

tio plenam possent obtinere salutem, & non porcis margaritas, non eius sacramenta profananda incredulis, sed potius his quicunq; in pace uiuere gauderent, pie suscipienda crederentur. Et si quidem apud Iudæos integer Ecclesiæ status & uita maneret, non tamen suo merito credentes, sed miseratione & misericordia sui coronarentur autoris. Si uerò illis spernentibus ad se uia uitæ cōuerteret, nihilominus tamen & uiritim usq; in finem seculi de illa gente credentibus, & cunctis simul cōuersis in fine reliquijs, misericordiæ non negaretur introitus.

Dixitq; ad eum Ionathan: Cras Calendæ sunt, & requireris. Requiretur enim sessio tua, usq; perendie.] Calendas scriptura sancta non disparia illa mensium initia, quæ annua duodecim habent Romani, sed nouilunia, quæ à Græcis neomenia uocantur, significat: quæ solenniter Hebræi iuxta institutionem legis, hostijs, epulis & ocio sabbathi, id est requiei celebrabant. Hoc significante spiritu sancto, quoties Christus Ecclesiam, quoties animam quancque fidelem quasi sol lunam nouo suæ gratiæ lumine resperferit, mox spiritualis uitæ hostias Deo solennius offerendas, mox diuinorum eloquiorum dapius dulcius indulgendum, mox à cunctis exterioris curæ tumultibus felici ocio esse ferendum. Vnde nunc Ionathan uenturus in crastinum, calendis loquitur ad Dauid.

Descendes ergo festinus, & uenies in locum ubi celandus es in die qua operari licet, & sedebis iuxta lapidem Ezel.]

Vt uidelicet die qua operari usq; ad calendas licebat, iret: quo per calendas, in quibus cunctos silere dicebat, quietus sederet. Dicit ergo Ionathan ad Dauid, futuras in crastinum calendas, & requirendum eum à Saule usque perendie. Dicit ad Christum Ecclesia primitiua, per ipsum iam docta quid dicat ad ipsum: instare tempus quo soli iusticia credentes siue credituros ex Iudæis, luce ueritatis innotuet: quasiturosq; illum incredulos, & in ipso nouæ lucis exortu, qui sit per auditum uerbi, & incremento lucis eiusdem, quod agitur per operationem uerbi auditi. Et audientibus enim in Ecclesia, & operantibus mandata Euangelij, concinnabant dolos illi, de quibus loquitur Dominus. Confundantur & reuerentur inimici mei, qui quærunt animam meam. Mo-
nebat Ionathan Dauid, ut descenderet festinus, teneretq; in locum ubi celandus esset, & hoc in die qua operari liceret: sederetq; iuxta lapidem Ezel, quod interpretatur abies, siue pergens. Rogabant maiores natu Ecclesiæ primitiua Dominum, ut per inspirationis suæ gratiam festinè descenderet in corda fidelium, locum uidelicet sui semper amoris receptorum, de quo canitur in Psalmis, Et factus est in pace locus eius. Vbi celandus esset per fidem ab eis qui Christianæ paci discredendo resisterent, ac solis exterioribus dediti, interna sui conditoris mysterijs non mererentur intueri. Precabantur

cabantur quoque deuoti, ut ueniens mansionem facere dignaretur apud fortes fide, qui prompti essent animo, uel ad uirtutem semper alta proficere, uel uirtutibus cōsummatis ad uisenda gaudia uitæ cœlestis abire. Hæc autem cupiebant in luce gratiæ presentibus, tempore uidelicet operandi bonum ad omnes, currendiq; in uia lucis, ne quis à tenebris exterioribus comprehendatur improuidus. Hæc & hodie sicut & tunc, & donec hodie cognominatur, sanctorum desideria Dominum saluatorem facere uotis insatiabilibus optant.

Et ego tres sagittas mittam iuxta eum, et iaciam quasi exercens me ad signum: mittam quoq; & puerum, dicens ei: Vade, et offer mibi sagittas. Si dixerit puero: Ecce sagittæ intra te sunt, tolle eas: tu ueni ad me, quia pax tibi est, et nihil mali est, uiuit Dominus. Sin autem sic locutus fuerit puero, ecce sagittæ ultra te sunt: uade, quia dimisit te Dominus. De uerbo autem quod locuti fuerimus ego & tu, sit Dominus inter me & te usq; in sempiternum.] Et ego, inquit Ecclesia Domino, te habitante in cordibus perfectorum, prædicatores sanctæ & indiuiduæ Trinitatis mittam, qui pennis uirtutum uolantes, acumine dicendi penetrabiles, arcu sedulæ lectionis exciti, fragiliores quosq; adhuc, & quasi terrestres, in uicinia tamen fortium sociæ dilectione manentes, fidei uerbo feriant, quatenus saluifero uulnere charitatis affecti, uisibilia quæq; grauius ferre, in sola sui autoris memoria quiescere, solam eius uisionem pro dulci habere cogantur. Mittam autem eos, non quasi in incertum uerbi cursum finituros, sed quasi exercens me ad signum ueræ & unicæ salutis, quasi ad solum diuinæ uoluntatis intuitum, cunctos meæ doctrinæ dirigens ictus ad destinatum persequar, ad brauium superne uocationis Dei in Christo Iesu. Mittam quoq; & auditores ad obediendum, & alacres: qui uniuersa spiritualium dicta siue gesta doctorum sollicitè perquireres, ad mei status gloriam pie sequendo referant. Quibus uidelicet auditibus, si proximos eosdem magistros, atq; intra eos positos bene uiuendo capiant, ostendero, si tu me uisitare digneris, solitam de Iudæis benedictionem augenda: quia pax tibi est, qui escens interim odientium armis. Sin autem ipsis meis humilibus doctores ultra se excussos, & à Iudæa persequendo repulſos intima uero, uade & intende ad uisitandas omnes gentes: quia hæc est æterni uoluntas & prouidentia patris, ut cōtingente in Israel cæcitate, plenitudo nationum uitæ ianuam intret. De uerbo autē unico patris, quod locuti fuerimus, ego confitendo, & tu docendo, sit ipse Deus pater omnipotens solus testis æternus inter me & te: & recte, quia solus arca filij nouit pater, & soli quibus reuelare dignatus fuerit pater. De quibus loquitur idē filius patri: Et reuelasti ea paruulis, Qui hunc Deum ante secula generatum, in fine seculorum incarnari, & illos disposuit eadem in carnatione saluari. Non autem hæc loquens Ecclesia, Dominum quæ agere debeat, quasi nescium instruit, sicut nec quasi nescium quæ ipsa factura sit docet: sed

quæ ab ipso misericorditer facienda per ipsum didicerit. Hæc ut citius faciat, deuotis precibus optat: quæ se recta facienda per ipsum acceperit, hæc sibi gratias agendo confiteri laudabunda non cessat.

Absconditus est ergo Dauid in agro, et uenerunt Calendæ, & sedit rex ad comedendum panem.] Absconditus est Christus in Christianis per fidem, ne uideretur ab eis, qui non nisi terrena & temporalia scire, credere & amare didicerunt: & uenerunt tempora quibus Ecclesiæ splendor nouo solis iustitiæ iam magis ac magis aufereret affectus: sed itaq; populus Iudæorum in his qui de terreno potius regno superbiri, quam pro cœlesti humiliari gaudebat, ad libandas epulas lectionum sacrarum.

Vacuuusq; apparuit locus Dauid, & non est locutus Saul quicquam in die illa.] Legentibus incredulis uacuum apparet locus Christi in scripturis: quia totam licet Testamenti ueteris seriem recensentes, nusquam reperiri merentur eum quem scriba doctus in regno cœlorum in omnibus propè diuinis nouit reperire pagellis. Deniq; Saul in typū Iudæorum ad comedendum scripturæ panem residens, Christum quem odiendo à sua mensa pepulerat, nequit habere presentem. At Cleopas hunc cum socio non quidem adhuc plenè agnuit, sed iam tamen amatum ad mensam uocauit: ideoq; cōfestim in panis fractione cognouit. Quod & nos utrunq; facimus hodie legentes, cum alij apertas etiam de Christo sententias ad aliud peruersi uertere conamur: alij allatis diuinorum apicū ferulis, Christum inibi, quamuis non statim cognitū, pie tamen & sobrie quærendo, presentem habere incipimus, donec ipso paulatim sua pridem clausa mysteria nobis pulsantibus referant, quasi eum in panis, quem ipse nobis fregerit, oblatione cognoscamus. Nec tamen omnis qui in scripturis quas legit, Christum intelligere non potest, mox etiam quæstiones uel persecutiones mouere contra Christum potest: quia paulatim deficere ad uitia, sicut & ad uirtutes proficere solet animus humanus. Potest autem et ita intelligi, epulante Saul uacuum apparuisse locum Dauid: Dominū sua membra, uidelicet Ecclesiam, à celebrandis legis carnalibus sacramentis ad spiritualia magis agenda uocasse. Vtriq; autem sensui concinit quod sequitur:

Cogitabat enim, quod forte euenisset ei, ut non esset mundus, nec purificatus.] Cogitabant enim Iudæi, quod non esset Iesus mundus, nec purificatus à peccatis, qui sabbatum uiolasset, et cætera cōtra legis, uel potius suarum traditionum decreta faceret simul & doceret. Atq; ideo merito nil in scripturis de illo signatum posset inueniri. Cogitabant quod non essent mundi Christi discipuli, quod iustitiam fidei operibus ac purificationibus legis antepone re cernebant, ideo que nec magni pendebant eos secum ad sacrificia non uenisse, quos ob uiuendi discrepantiā toto detestabatur ex animo, uel etiam extra synagogam fecerant.

Cumq; illuxisset dies secunda post calendas, rursum uacuuus apparuit locus Dauid. Dixitq; Saul ad Ionathan filium suum:

Cur nō uenit filius Isai nec hēri nec hodie ad uescendū?] Cū in corde fidelium nouæ gratiæ subar augetendo feliciter post silentium audiēdi sermonis ad tempus usq; ueniret operandi que docebantur, nihilominus infidelium procacitas uacuas sine Christo & scripturarum alimonias, & ritus carnalium celebrabat cæca sacrorum, quærebantq; perfidi parentes ab electis Christo filijs, de quibus dicitur: Filij uestri in quo eijciunt? Cur non Christiani ad carnalia legis opera; circuncisionem dico, uictimas, & solemniam multimoda uel audienda cum carceris, uel agenda confluerent. Cur non ipse Iesus, quem de radice Iesse incarnatum, mortuū, ac resurrexisset, Christū Deū crederēt, in prophetica lectione posset uspiā reperiri?

Luce 11.

Et respondit Ionathan Sauli: Rogauit me obnixē, ut iret in Bethlehem, & ait: Dimitte me, quoniam sacrificium solenne est in ciuitate, unus de fratribus meis accersit me. Nunc ergo si inueni gratiam in oculis tuis, uadam cūo, & uidebo fratres meos. Ob hanc causam non uenit ad mensam regis.] Mirum quidem uidetur iuxta literam, cur hoc modo de Dauid uel Saul cogitare & interrogare, uel Ionathan respondere uoluerit, cum manifestissima præcesserit causa regij liuoris, qua non frustra Dauid suæ salutis, immo etiam uitæ consulere debuerit. nisi forte putandus est Saul crebro se inuadente daemonio multa fecisse uel dixisse, quæ more energumenorum, nec præmeditari prius, nec post reminisci ualuerit: inter quæ hæc quoq; in Dauid furentis potius quam audientis animo gesta credi debere. Cui etiam sensui uidetur astipulari scriptura, quæ absente à mensa Saulis Dauid, non præmissam iniuriam retractasse Saulem, sed tantum cogitasse dicit, ne forte esset pollutus, uel nocturno uidelicet somno, uel coitu, uel aliquo rei funebri aut sordidantis tactu, quo à mundorum iuxta legis edictum arceretur conuictu. Ad stipulari & illud quod in capite totius huiusce lectionis scribit: Et factus est spiritus Domini malus in Saul.

1. Reg. 19.

Verum hæc utcumque se habent, mysticus sensus in promptu est. Respondit enim columbina simplicitas electorum Christi, principatui synagogæ persecutrici: Iesus Christus, de quo interrogas, Deus et dominus meus rogauit me obnixē, ut misis in hoc ipsum & circumquaque doctoribus, uenire facerem eum in cor noui Testamenti gratia gaudentium, ubi non cruor uictimarum, non manna Mosaicum, sed secundum ordinem Melchisedech acto sacerdotio, ipse panis uitus, qui de celo descendit, in mysterio celebratur. Vnde rectissime talium conuentus sacrosancto nomine Bethlehem, id est domus panis uocatur. Dimitte me, inquit, uenire ad tales, baptismatis eiusdem mysterium, simul & catholice tuæ pacis credendo consortiū. Sed & quod primum atq; ultimum decet, uerbi quo catechizentur, & perpetuò confirmantur, eis committendum præsidium: quoniam sacrificium solenne est ipsa uita conuersorum in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius. Vnitas electorū meorum, qui sunt fratres mei & cohæredes facti per

Psal. 47.

gratiam, me crebris precibus, ut eorum semper numerum nouo credentium fetu multiplicare digner, obsecrat. Nunc ergo si diligis me ex toto corde, etiam alios per te futuros meos fratres uisitando lucrifaciam ob hanc causam. Neq; typicam legis mensam cum suis ultra quærere curauit: neq; in scriptura, quam carnaliter legēdo non intelligis, eum qui spiritaliter est quærendus, inuenis.

Iratus autem Saul aduersus Ionathan, dixit ei: Fili mulieris uirum ultra rapientis, numquid ignoro, quia diligis filium Isai in confusione tuam, et in confusione ignominiosa matris tuæ? Omnibus enim diebus, quibus filius Isai uixerit super terram, non stabilieris tu, neq; regnum tuum. Itaq; iam nunc mitte, & adduc eum ad me, quia filius mortis est.] Irati synagogæ maiores aduersus spiritaliū coetū, matrē eius Ecclesiā adulteræ uocabulo notant, quia pro Moyse Christum, pro amico sponsi sponsum, pro seruo dominiū nobiliter regenda suscepit. Nunquid ignoramus, inquit, quia diligis Iesum in confusione tuam, & in confusione doctrinæ Christianæ? Quæ merito ignominiosa uocatur, quia legis sacra deferens, etiam augustissimam & longē lateq; glorificam templi frequentia ultro deserere, atq; in abditis potius suos conuentus despecta cogere gaudet. Quandiu enim fides in Iesum terris adfuerit, non stabilis eris tu, neq; regnum tuum. Itaq; iam nunc mitte doctores, & adduc eos qui Iesum Christum & Deum credunt & consententur, ad nos potius audientes, nostra sequenda dogmata: quia filius mortis est, huic nomini feruentiū coetus. Hæc quidem dicebant perfidi: quod tamen longē aliter quam querebantur, euenit: quia qui propter regni terrestri amorē peregrinantes in terra celi ciues persequebantur, & terre regnū simul perdidit & celi: quod utrunq; potuissent habere, si unū utriusq; Domini nō impiè persequendo repellere, sed piè sequēdo suscipere mallent.

Respondens autem Ionathan Sauli patri suo, ait: Quare morietur quid fecit? Et arripuit Saul lanceā, ut percuteret eum.] Respondēs infidelibus coetus fidelium Christi, ait: Quare moritur Christiana religio? Cur ipse Christus à uobis rapido dente laceratur, quem præses ipse, qui morti dedit, prius innocentem confessus est & iustū: quem Iatro, qui pariter & mortis sententiam accepit, nihil mali fecisse testatus est: Verum persistentibus in fide ei defensione cohæredibus Christi, concurrerunt ad arma perfidi, quibus eos debellarent: & quia ad Christum post resurrectionis gloriam pertingere, quia secūdo in eum manus mittere nequuerant, ipsius pro eo membra percuterent.

Surrexit ergo Ionathan à mensa in ira furoris, & non comedit in die Calendarum secunda panem: contristatus est enim super Dauid, eo quod confudisset eum pater suus.] Mora persecutione propter uerbum, retrahebant se paulatim Apostoli, ac primi Ecclesiæ magistri, etiā ab ipsa Iudaizandi consuetudine, quam ob deuitandum persequentium scandalum aliquandiu renuerant, sicut & in Epistola ad Galatas, & Apostolorum plenius acta restantur, Et quibus in audiendo

audiendo carnaliter sonantia legis uerba interesse non abnuerant (quod est, ut supra exposuimus, nouilunij intellectualis initium) eis in obseruando hæc carnaliter nequaquam annuere uel abesse uolebāt. Erat enim tristitia illis magna, & continuus dolor super Christo cordi eorum, eo quod docentes eos non audissent fratres & contribules sui, ut crederent in eum: qui cum esset super omnia Deus benedictus in secula, ex eis secundum carnem inter omnia nasci, & ut nos à maledicto legis eriperet, fieri dignatus est maledictum pro bonis.

Cumq; illuxisset mane, uenit Ionathan in agrum, iuxta placitum Dauid, & puer paruulus cum eo, & ait ad puerum suum: Vade et affer mibi sagittas, quas ego iacio. Cumq; puer cucurrisset, iecit aliam sagittam trans puerum. Venit itaque puer ad locum iaculi quod miserat Ionathan. & clamauit Ionathan post tergum pueri, & ait: Ecce ibi est sagitta porro ultra te. Clamauitq; Ionathan post tergum pueri: Festina uelociter, ne steteris.] Cum post doctrinam operationemq; gloriosam, etiam uirtutū exhibitio quasi tertia dies Calendarum in Ecclesia cœpisset oriri, uenit spiritalium concors societas doctorum, relicta literalis obseruantia mensa, in fructiferam gratiæ libertatem, iuxta dispositionem Domini saluatoris: secutus est & auditorū chorus humilium, cui ipsa præcipiens ait: Vide ut crescas bonorum palsibus actuum: & cunctos quos ego propè uel procul dispergo uerbi ministris, in mea catholica pace conseruandos intelligas, nec de cuiusquam quasi duro ad præsens euentu timberis, quamuis mors immatura præripiat, quamuis Indus ater, quamuis Scythia immanis barbarusq; rapiens ab inuicē dirimat, omnes mei status integritas uno corde & anima coniungit, uno eodemq; in coelis uitæ premio donauit. Vel certè ita dicentem colligere puerum, & afferre Ionathæ sagittas quas iecit, cognoscere discipulos bonos cuncta diligentius suorum dicta simul & facta magistrorum, atque hæc ad confirmationem uniuersalis Ecclesiæ piè & sobriè retractanda referri. Cumq; auditores seduli dicendo pariter & operando uerbo institissent, misit ipsa columbina unitas sanctorum, quæ consuetè uocatur Ecclesia, & alios doctores, qui ultra primos auditores progressi, etiam exteris, id est gentium ciuitatibus uerbum committerent. Venit itaque humilitas discipulorum, & ad intuentia gesta uel prædicamenta eorum quos misera Ecclesia, quia & ab ipsa missione repente fide feruentis Ecclesiæ noxia uox insonuit, quam præuidere minorum neficiuit humilitas: ostendens eos qui instar sagittarum uerbi acumine corda salubriter uulnerarent, porro in gentibus esse destinandos: quarum prima & eximia sagitta Cornelij centurionis præcordia petens, excussa sanie lethifera, recipiendā melius nouam uulnerauit ad uitam. Clamauitq; Ecclesia suis auditoribus supernæ adhuc dispositionis ignaris: Quod est post tergum pueri, ne quis tardaret crescētis gratiæ tempore iter peragere uirtutis.

Collegit autem puer Ionathæ sagittas, & attulit ad dominum suum, & quid ageretur penitus ignorabat. Tantummodo enim Ionathan & Dauid rem nouerant.] Didicit humilis piorum discipulatus suorum ex ordine gesta, didicit et dicta præceptorum, atque ad Ecclesiæ cunctā retulit laudē: siue iuxta quod supra exposuimus, uidit uel uita adhuc uegetos, uel iam morte præreptos Christi discipulos ab Hierosolymis, unde uerbū Domini exiitit, longē lateq; dispersos, & cunctos in una cœlesti Hierusalem recolligendos agnouit: nec tamē diuinę uoluntatis arcanum, quod poenitentia gentibus ad salutem danda esset, scire potuit. Tantummodo enim maiores quicq; in Domino, qualibus dicitur: Vos autē dixi amicos, quia omnia quæ curi que audiui à patre meo, nota feci uobis: & ipse manu fortis, ac desideratus cunctis gentibus, rem nouere secretam.

Ioan. 15.

Dedit igitur Ionathan arma sua puero, & dixit ei: Vade, deser in ciuitatem.] Dedit exempla doctorum, dedit suæ bonę conuersationis imitanda modèramina suis Ecclesiæ discipulis, & dixit eis: Ite proficientes de uirtute in uirtutem, conferte hæc legis & prophetarum testimonijs, & uidete: quia non alia Christo docente gerimus, quam quæ Moyse & prophetæ sunt futura loquuti.

Cumq; abiisset puer, surrexit Dauid de loco qui uergebat ad austrum, & cadens pronus in terram, adorauit tertio: & osculantes se alterutrum, fleuerunt pariter: Dauid autem amplius.] Cum abiissent discipuli obtemperantes imperio maiorū, ad comparanda ueterum scriptis suorum gesta temporum, apparuit gratia Christi copiosior de uirtutibus sanctorum emicans, eorum nimirum qui ad accipiendā dona feruentissimæ charitatis, quæ per sanctum spiritum dantur, humili semper subiectione sui nouerūt cordis pandere sinus. Hæc est enim splendidissima illa proficientis Ecclesiæ uarietas, quæ quadragesimus quartus Psalmus canit: ut alij miraculis coruscando, Christi in se præsentiam manifestent: alij adhuc literis sacris intenti, qualiter inuicem uetera & noua concordent, inspiciant: alij alia atque alia unius eiusdem que fidei obsequium gerant: in alijs deniq; geratur, quod uerba sequentia signant, ut cadens quodammodo, id est repentinus adueniens in terrena quondam præcordia diuini respectus amoris, ad adorandam hæc ardētius sanctæ Trinitatis gloriam sedula compunctione prouocaret: quod ipse manu fortis & desiderabilis noster agere dicitur, cum sanctos suos, ut agant, intus accendit. iuxta quod & de spiritu sancto dicitur: Spiritus autem adiuuat infirmitatē nostram (nam quid oremus sicut oportet, nescimus.) sed & ipse postulat pro nobis gemitibus in enarrabilibus: id est, facit, quæ figura locutionis scripturis sanctis usitatissima, Græcè à Grammaticis metonymia, id est transnominatio dicitur, dum per efficientem id quod efficitur, constat intelligendum. Sicut & illud legislatoris: Tentat uos Dominus Deus uester, ut sciat si diligitis eum an non: id est, ut sciri faciat. Et osculantes, inquit,

Rom. 8.

Deut. 12.

se alterutrum fleuerunt. Nec frustra: quia quanto mutua dilectio, quam uirtus altrinseca nutrebat, iuuenes sanctissimos dulcius ad complexus & oscula concitauit, tanto diuortium perenne, quod iamiani que sibi imminere cernebant, acrius ad lachrymas & lamenta prouocauit. Sed & in typica parte dicendum, quia Dominus noster credentibus sibi de ludæis sacrosancta sui munera contulerit oris: pro non credentibus uerò, & se persequando eijcientibus, flere non recusauerit, dicens: Quia si cognouissetes & tu. Osculari etenim se alterutrum David & Jonathan est, & Dominum Ecclesiæ salutaria sui uerbi dona conferre, & Domino Ecclesiam deuota uerbi eiusdem, uel confessione, uel doctrina respondere. Flere pariter eosdem est, & Dominum in carne nostra, uel pro excandis ad uitam electis, uel pro manentibus in morte æterna reprobis, pietatis lachrymas fundere: quorum in Lazari resurrectione unum, aliud in uiso & desleto Hierosolymorum excidio probatum est: & sanctos eius etiam nunc ipso inspirante lugere multos ex his qui peccare, nec ad salutem per poenitentiam curauere reuerti. Neque enim potuerunt credentes sine dolore & luctu uidere Dominum Christum, relictis in incredulitate suis contribulibus, ad saluationem gentium conuerti. Fleuerunt, inquit, pariter, David autem amplius: quia quicquid Ecclesia pro suo uel clemente quo gaudeat, uel detrimento quo contristatur, laborat, parum est omnino ad comparationem eorum quæ pro ea Deus in carne facere potuit.

Dixit ergo Jonathan ad David: Vade in pace. Quæcumque in uerbo ambo in nomine Domini, dicentes: Dominus sit inter me & te, & inter semen tuum et semen meum usque in sempiternum. Et surrexit David, & abiit: sed & Jonathan ingressus est ciuitatem. Surrexit autem Dominus de medio synagogæ non credentis, dicens: Hierusalem Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt: quoties uolui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta: & abiit ad Ecclesiam sibi de gentibus requirendam. Sed & perfectiores quique ad doctores in Ecclesia primitiua, reuerli sunt à considerata præfata immutationis dextera excelli, ad perficienda nouæ descendens à Deo de cælo cæpta culmina ciuitatis. Quod si ciuitas, ut supra uisum est, lectionis propheticae munio placet intelligi: unde dictum est, Et habemus firmiorem propheticum sermonem, cui bene facitis attendentes, quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec dies elucescat, & lucifer oriatur in cordibus uestris. et hanc afflictos moerentes que ingredi non parum placet, quatenus in eius tutela secretus quisque uel dulcius lachrymis uacet, uel doctius lachrymas tergat.

Abimelech sacerdos, David & socijs eius sanctificatū panem et gladium Goliath dat, Doech Idumeo de abditis speculante insidias.

CAPVT VIII.

Uenit autem David in Nobe ad Achimelech sacerdotem, & obstupuit Achimelech, eo quod uenisset David, & dixit ei: Quare tu solus? & cætera, usque ad id quod scriptum est: Non est huic alter similis, da mihi eum. Principaliter quidem in hac lectione David ostendit Dominum saluatorem de sua stirpe regem pariter & sacerdotem esse nasciturum, dum panem sanctificatum, solisq; comestilem sacerdotibus, sibi suisque manducandum accipit, regali iure deuicturus, gladio cæteris dissimili sese fortiter armat. Sed non aliquid uetat, etiam per panem, uerbi pabulum: per gladium uerò eos qui uerbo ueritatis improbos feriant, intelligi. Ideo que in hac lectione Dominum præcepisse Apostolis, ut continentibus se à uitiorum forde gentibus Euangelium crederent: & eos qui fuerant arma fortis iniqui, facerent arma iustitie, manu forti & desiderabili, non tantum ad consentiendum ueris, sed etiam resistendum falsis dogmatibus apta. Neq; indecenter bifario fulget argumento: cuius ipse Dominus in Euangelijs mentionem facere dignatus est. Venit ergo David, insidias Saulis fugiens, in Nobe ciuitatem, quæ uertitur in latratum, ad Achimelech sacerdotem, qui interpretatur frater meus. Rex uenit, insidias ludæorum declinat Saluator in conuentum doctorum fidelium, qui diuturnis noctibus uigilijs intenti, magnos quosdã pro Domino, ut ita dixerim, latratu prædicationis dare, ac domum fidei sagaciter ob memoriam internæ refectionis, ab improborum consuerunt incurrit defendere: qui & ipsi recte uocabulo Achimelech sacerdotis indicantur: quia uidelicet noui in Christo sacerdotij sunt ministri, qui audire merentur: Et ego dispono uobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedetis super thronos, iudicantes duodecim tribus Israel. Quos alibi Dominus, quia declinatis persecutoribus quærere uoluerit, patri supplicans ostendit, dicens: Tu autem Domine elongaueris auxilium tuum à me, ad defensionem meam conspice. Erue à framea Deus animam meam, & de manu canis unicam meam. Libera me de ore leonis, et à cornibus unicornium humilitatem meam. Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio Ecclesiæ laudabo te.

Et obstupuit Achimelech, eo quod uenisset David, & dixit ei: Quare tu solus, & nullus tecum? Obstupuerunt antiqui electi, obstupescunt & moderni, quoties mente simplici excipiunt Dominicæ uisitationis aduentum, non solum maiestate uisionis eius attoniti, sed & raritate eorum turbati, qui tantæ pietatis gratiam sequi concupiscant. Sic enim dictum est: Quare tu solus, & nullus tecum? Quomodo alibi dicit: Perijt fuga à me, & non est qui requirat animam meam. Cum certum sit, tempore passionis multos sanctorum, quamuis ad compara-

comparatione turbe persecutricis, paucissimos diligendo quæsisse animam Christi. Sed sicut ubi non erat in eis, de quibus præmissum est: Absconderunt laqueos mihi, qui quærunt animam Christi: sic & hic non erat de eis qui expulerunt Christum ullus qui sequeretur fidem Christi. Et alibi cum diceret: Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Ut non omnes prorsus homines, sed omnes de quibus loquendum susceperat, se significasse monstraret, subiunxit infra, & ait: Qui deuorant plebem meam sicut escam panis: Dominum non inuocauerunt, illic trepidauerunt timore, ubi non erat timor, et quoniam Deus in generatione iusta est. Et in Euangelio Dominus: Nisi granum frumenti, inquit, cadēs in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum adfert. Cum constet, eidem grano etiam ante mortificationem passionis suæ multos obsequijs adhaesisse fideles. Sed ipsum solum dicit sine societate illorum, qui prius increduli per eandem passionem erant ad fidem uocandi. Quare ergo, inquit, tu solus, & nullus tecum? Quare tu solus, id est cum membris tuis fidelibus, & nullus extra præfinitum à patre numerū potuit de tanta multitudinis saluari? Quod obstupescendo potius dictum est, quàm ut contra superbum consilium ratio cinando loquantur electi.

Et ait David ad Achimelech sacerdotem: Rex præcepit mihi sermonem, et dixit, Nemo sciat rem propter quam missus es à me, & cuiusmodi tibi præcepta dederim. Nam & pueris meis condixi in illo & in illo loco. Nunc igitur si quid habes ad manum, uel quinq; panes, da mihi, aut quicquid inuenis. Ait Dominus ad apostolos, regni utique perennis simul & sacerdotij hæredes: Præcepit mihi quantum ualuit populus persecutorum & incredulorum, ne cum docendo ad fidem uocarem. Et dixit quodammodo in auribus meis: Nemo sciat causam inuidie & insidiarum, propter quam me relicto ad Gentes salutem dandas missus es, et cuiusmodi te præceptis odio iniquo redundantibus, à finibus meis eliminare satagerim. Cui simile est illud Psalmista: Disputauerunt, ut absconderent laqueos: dixerunt, Quis uidebit eos? Cum ille uideret, qui etiam hæc disputantium renes & corda scrutatus est Deus. Nam et credituros, inquit, obediturosq; mihi populos nationum discreui uarijs in partibus orbis: quibus obsecro, si quid habetis ad manum perfecti operis, in exemplum conuersionis adhibete, uel alimenta sacrae legis, quæ quinq; Moisaicis præfulget scripta libris, aut quicquid ex uobis super inuenire poteritis, ad salutem eorum offerre curate. Iactant quidam uel impunitatem mendacij sui, uel scripturæ uisitationem aucupantes, quod David mentiendo suam suorumq; non dubitarit quærere salutem. Quibus respondendum est, & David ipsum alibi, & multos sepe sanctorum peccando Deum offendisse, immò non iustificare in conspectu eius omnem uiuentem, dicente tanto Apostolo, qui præ amore eximio in con-

ditoris & Domini sui pectore recumbere meruerit: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. Non autem scripturæ sanctæ nobis ob hoc eloquio ministrata, ut per exempla bonorum peccata scripturis sanctis indita, ut eis delinquentibus de nostra iustitia non præsumere, eis poenitentibus doceremur de nostri reatus uenia, per poenitentiam acquirenda, cōsidere. Hoc tamen loco facile reor posse defendi beatū David non mendacium dixisse, sed necessitate instante cautiore ueritatem occultasse sermonibus. Denique que non ait, amicum sibi regem, non se regis fugisse negauit insidias: sed Rex, inquit, præcepit mihi sermonem, & dixit, Nemo sciat rem, propter quam à me emissus es. Cui dicto talis sine mendacij fūco potest sensus non inconuenienter aptari: Idcirco solus & cæterorum comitatu desertus aduenio, quia tale mihi rex præceptū citius fugiendi dedit, quod nullus inimicorum, ne me hic fuisse prodatur, scire debeat. Sed si qui de mendacio, an iusti uiri cōstantia eius aliquando debeat quali necessariū flagitare præsidium, scire uelit, legat sancti Augustini librum de Mendacij generibus octo, mirifica salubriq; discretionem moderatum: sed & collationes patrum, ubi Ioseph non ignobilis inter patres, de nil definiendo eximie disputans, etiā huius quæstionem culae partem plenissime assumpsit. Proposui solum, ut hoc tantum in præsentiarum breuiter dicere sufficiat. Cum absq; ulla dubietate perferenda sit semper mendacio ueritas, aliquando tamen propter rerum circumstantiam hoc utiliter ad tempus usurpandum, & illa contra sit occulenda salubriter. Deniq; Raab meretrix, nonne ex operibus iustificata est, suscipiens nuncios, & alia uia eijciens: quod absq; mendacij ad tempus assumpto adminiculo, iustificationem meritum implere non potuit. At Doech Idumeus, cuius præsens lectio explorationem, sequens prodicionem continet, ob manifestam ueri cognitionem in typum ludæ Scariothis destrui in finem, euellit, emigrari & eradicari meruit de terra uiuentium.

Et respondens sacerdos David, ait ei: Non habeo panes laicos ad manum, sed tantum panem sanctum. Si mundi sunt pueri, maxime à mulieribus, manducant. Quia laos Græcæ populus dicit, panes laicos populares significat, id est non oblatione sacros, sed uiles, & communem preparatos ad usum. Respondens igitur Christo sacerdos ordo ducū spiritaliū: Non inquit, habeo quicquam sapientiæ secularis in opera iustitiæ, sed tantum uerbum Euangelij, quod mundis committam auditoribus. Sed neque hoc Gentibus credendum æstimo, nisi forte à diuersis errorum illecebris, ad unius Ecclesiæ uirginis castitatem pietatem que conuersis. Non est enim bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus.

Et respondit David sacerdoti, & dixit ei: Equidem si de mulieribus agitur, continuimus nos ab heri & nudius tertius, quando

quando egrediebatur, & fuerunt uasa puerorum sancta. Porro uia hæc polluta est, sed et ipsa hodie sanctificabitur in uasis. Respondit mittendis ad docendas Gentes apostolis: Quæ Deus purificauit, uos commu-

Act. 10.

ne ne dixeritis. Continuit enim se Ecclesia meo præsentis auxilio ab idololatria, cæterisque flagitijs, ex eo tempore, quo egressa per confessionem à prisca latebra cæcitatatis, usque dum ad lucem cognoscendæ sanctæ, quæ Deus est, Trinitatis accessit: & fuerunt corda humilium sancta per abrenunciationem satanæ. Porro conuersatio hæc, qua uiuunt inter gentes, polluta est, necdum his qui catechizantur, regenerationis fonte & gratia spiritus ablutis, sanctificatis & iustificatis: sed & ipsa præsentis luce reconciliationis sanctificabitur in eis, qui baptisma deuoto corde suscipiunt. Notandum sanè iuxta litteram, quam cauta solertia uel sacerdos Dauid interrogaret, uel ipse sacerdoti de sua suorūque puritate responderit. Non enim solum, ut panem sanctum accipere possint pueri, si mundi sint à muliere, perquirunt: sed ab omni pollutione, quæ mortalibus accidere solet, si sint mundi scrutatur, specialiter de muliebris contagio copula, quasi cæteris maiora perquirens. Reuera enim maximum est hoc eorum duntaxat, quæ non quidem per culpam reos faciant, sed tamen per immunditiæ cuiuslibet, uerbi gratia, mortifici, uel reptilis attractum, à sanctorum tactu deterrent. Sed & Dauid non sine discretione se suosque discutiens, ab uxoris quidem complexu cõtinuisse asserit, tempus eiusdem continentia sollicitus exponit. Vasa puerorū sancta omnia, id est arma, uestimenta, & ipsa quæ obmirandum forte uaticum gestabant uascula, munda à totius fordis attaminatiõe testatur. Et quia non sine maxima discretione, quæ diuinis erant sacrata ministris, in communem transferenda nouerat usum: ne dispensatorem horum sacerdotem quicquam sui status celaret, uiam tantum qua uenerant dicit esse pollutam, iacente uidelicet in ea re qualibet funebri, uel per seipsam immundam. Sed & ipsa, inquit, hodie sanctificabitur in uasis: id est, non tamen crediderim commaculari nos potuisse per hoc quod iter ipsum, cui quid immundum inesse, incederemus, qui nostra solliciti omnia & uasa & corpora ab eiusdem coinquinationis seruauimus attractu.

Dedit ergo ei sacerdos sanctificatum panem. Quia mundos qui acciperent audiuit, sanctificatum eis dare consensit: quod nullatenus facere auderet, si non eos per omnia mundos agnouisset. Si autem tam solerter munditia quærebatur eius, qui sanctificatum Moyli manibus panem typicum gustaret: quantam necesse est munditiæ curam gerat, qui in sanctas ac uenerabiles Christi manus acceptum panem, in sacramentum corporis eius consecratum, in memoriam mortis eius mortalibus creditum, ad uitæ perennis est auxilia sumpturus. Nempe illud Apostoli necesse est semper animo retineat: Quia quicumque manducauerit panem, uel bibe-

1. Cor. 10.

rit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Dedit ergo ei sacerdos sanctificatum panem.

Neque enim erat ibi panis, nisi tantum panes propositionis, qui sublatis fuerant à facie Domini, ut ponerentur panes calidi. Dabant apostoli his qui credebant, & baptizabantur ex gentibus, uerbum legis & prophetarum, Euangelij gratia sanctificatum. Neque enim erat in apostolis apostolorumque discipulis scientia literalis, nisi tantum libri prophetici, qui antiquo illo populo palam ad legendum propositi, nuper fuerant per incarnationem Domini, ne ultra dicere seruarentur, adimpleti: ut scriberentur libri noui Testamenti, ad reficiendas sacerdotales animas, id est sacerdotis æterni membrum adunatas, sancti spiritus igne calefacti. Et notandum, quod ait panes petisse Dauid, non autem quinque uel duodecim (tot enim fuere panes propositionis) sed singulari numero panem sanctificatum accepisse perhibetur: quomodo & supra quinque lapides in peram misisse, sed uno Goliath frauisse memoratur. Quinque sunt libri, quibus doctrinæ legalis elementa continentur. Sed sicut Apostolus ait, Omnis lex in uno sermone impletur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Quamuis etiam rectè potest intelligi, panem sanctificatum singulariter quidem dictum, uel propter unitatem fidei & dilectionis: pluraliter uero intelligendum propter uel opera uirtutum multifaria, uel diuinarum scripturarum, quibus ad uirtutes instruimur multiplicem copiam: quomodo quod singulariter in psalmis scriptum est, Immisit in eos muscam caninam, & comedit eos, ranam, & exterminauit eos, nulli dubium quia pluraliter accipiendum sit, præsertim cum Dominus in Euangelij huius exemplo lectioni misericordiam sacrificio præferendam affirmans, plurali numero panes ei datos asseret. Non legis, inquit, quid fecerit Dauid, quando eurrunt, & qui cum eo erant, quomodo intrauit in domum Dei, & panes propositionis comedit, quos non licebat ei edere, neque his qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus. Vbi secundum interpretationem, qua Dominum saluatorem nostrum in lectione hac, sacerdotem pariter & regem diximus figuratè ostensum, oportet præsignatum intelligi, sacerdotales cibos adueniente Domino, non ultra tribui Leui, uel uni populo filiorum Israel, sed omnibus ad fidem uocandis gentibus esse partiendos. Omnibus enim quicumque esurire iustitiam, quicumque ad ueri Dauid comitatum pertinere uoluerint, dictum est: Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. Et quia de mysterio pro uiribus diximus, refert etiam ad litteræ sensum planius dilucidandum, Iosephi dicta parumper de panibus propositionis quæ posuit intueri, quæ in beati quoque Lucæ expositione, ubi ad huius loci commemoratiõnem

Matth. 22.

Mar. 11.

Psal. 77.

Matth. 9.

Lucæ 6.

1. Pet. 2.

uentum

uentum est, nostro ad utilitatem legentium putauimus inferenda tractatui. Stante enim adhuc suis temporibus religione & statu Hierosolymorum ac templi, facillimè poterat ea quæ auita successione gerebant à sacerdotibus, utpote et ipse sacerdos, nosse ac manifestare legentibus. Dicit ergo, eos ex similia absque sermone assariorum uiginti & quatuor fieri solitos. Et adiungit: Coquitur enim duo, & duo diuisi ante sabbatum, & sabbato manè oblatis super sacram mensam ponuntur, sibi ad alterutrum conuersi, duabus patet aureis superpositis thure plenis, qui permanent usque ad aliud sabbatum, & tunc pro illis alij deportant. Illi uero sacerdotibus exhibentur, & thure incenso in igne sacro, in quo omnia holocausta fiunt, aliud thuris super alios panes adijcitur.

Ioseph. Antiq. libro. 3. cap. 13.

Erat autem ibi uir de seruis Saul, in die illa intus in tabernaculo Domini, & nomen eius Doech, Idumeus potentissimus pastorum Saul. Erant inter prædicantes Apostolos falsi fratres, princeps est Iudas: intus quidem in Ecclesia constituti per mysterium fidei, sed moti à firmitate suæ stabilitatis, sanguinei ad prodendam pacem fraternitatis (Doech namque Idumeus, motus sanguineus dicitur) potentissimi persecutorum Iudaicorum, quia proxime recepit. Nec prætereundum arbitror, quod Doech iste apud septuaginta interpretes, non quilibet pastor, sed multo, gregis uidelicet sterilis & infructuosus pastor extitisse perhibetur. Multum namque scimus, quia ex equa & asino promiscuum genus ducit, sicut econtra ex equo & asina burdo, uoluptatem solene coeundi sine fructu appetere generandi. Cui similia sunt opera infructuosa tenebrarum, de immundo quodam quasi sermine luxuriosa uel dolosa cogitationis edita. Vtrunque enim animal æque luxuriosum. Unde dicitur de quibusdam: Quorum carnes sunt ut carnes asinorum, & sicut fluxus equorum fluxus eorum. Sed asinum genus insuper acutiore sensu dolis est, insidijque semper intentum. Quibus nimirum operibus nequissimis in maius accumulandis, cum quilibet motus ipse à iustitia, iustis autem fraudes necere promptus, impia fedulitate præficatur, quasi pascendo Doech Idumeus mulorum gregi antefertur.

Ezech. 23.

Dixit autem Dauid ad Achimelech: Si habes hic ad manum hastam aut gladium, da mihi, quia gladium meum et arma mea non tuli mecum. sermo enim regis urgebat. Hortatur Apostolos Saluator, ut auditores suos non solum ad discendum, sed etiam ad docendum uitæ uerbum, in quibus ipse mundum uincere possit, instituant: quia uirtutes angelicas, per quas est ordinata lex in manu mediatoris, quæ que uigiles semper pro Ecclesia contra aërias potestates decertarent, Euangelij præcones per orbem mitte re distulerit. Sermo enim, inquit, regis urgebat, id est humane prauitatis, quæ sibi neglecto Deo regnare malebat, immensitas coquebat, ut non angelos, quorum gloriam spiritalem ob consuetudinem uitæ carnalis uidere nequiterant, mortales ad instruendos eos, sed mortales æque similes eis homines destinarem, qui annuntiarent

eis à uanitate cõuerti ad Deum uiuunt: qui si nunquam peccassent, domestica nunc angelicæ lucis societate gauderent.

Et dixit sacerdos: Ecce gladius Goliath Philistei, quem percussisti in ualle Therebinthi, est inuolutus pallio post ephod: si istum uis tollere, tolle. neque enim est hic alius absque eo. Erat autem Dauid: Non huic alter similis, da mihi eum. Dixerunt apostoli Christo, doctores aduersus mundi regnum quarenti: Ecce homines prauis diu dogmatibus pro diabolo certare soliti, quem superasti in humilitate crucis, sunt inuolucris primæ prauaricationis irretiti, longè post indumenta uel ornamenta sacerdotalia, id est opera diuinis conspectibus digna: si istos uis eisdem inuolucris absolueret, atque usque ad prædicandæ ueritatis gradum promouere, tuæ hoc uirtutis, non nostræ uel pietatis esse nos latet. Neque enim est in terris quisquam mortalium, qui non huius regni mox natus fuerit addictus seruitio: quia non alios uitata radix semel, quam uitiose ualuit proferre sobolis ramos. Erat autem Dominus: Non est qui melius sciat dogmata uanitatis expugnare, quam qui his aliquando imbuti, hæc contra Ecclesiam defendere consueuerant: ex horum mihi numero, quos diaboli manibus excussisse iam noui, docendo & baptizando etiam doctores præfulesque Ecclesiæ futuros. Aptè meminit huius electionis & titulus Psalmi xxxiiij. qui ita se habet: Psalmus Dauid, cum mutauit uultum suum coram Abimelech, & dimisit eum, & abiit. Mutauit enim uultum, causam sui itineris dicendo quæ non erat, & celando quæ erat. Quod ita potest de Domino interpretari: quia mutauerit uultum suum coram apostolis, uel post resurrectionis gloriam immortalis apparendo, mortalem se ante passionis agonem uidere solitis: uel imperando, ut euntes docerent & baptizarent omnes gentes, quibus paulo ante præceperat, ut soli Iudææ prædicantes, à uis gentium intrandis, Samaritanorumque ciuitatibus abstinerent: dimiserit autem eos profecturos, & prædicaturos ubique, ipso cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis, & abierit idem ipse per ascensionis sue triumphum, rediturus in cœlum. Sed & in Psalmo eodem loquens ipse Dominus, in prima parte se patrem semper benedicere testatur: admonens suos mansuetos, uidelicet apostolos, ut secum in eius laude prædicanda perseverent, qui se de tribulatione passionis & mortis eruerit. In secunda ad conuersionem fidelium, quæ sint bene meritorum præmia declarat: maxime prouocans ad epulas suauissimi panis illius, quem cum suis in regno patris edendum, in præsentis lectione sanctificatum percipit. In tertia uiros pueros quasi filios admonet, à quibus se, ad hunc panem accessuri, debeant abstinere contagijs. In quarta iustos dicit ex omnibus tribulationibus eruendos, et impios debitas penas esse passuros. Hæc per excessum breuiter dicta sunt, ut quam sibi pulcherrimè scriptura semper & ubique congruat, lector quisque dignoscat. Quod si quis obijcere uoluerit sacerdotem, ad

Matth. 23.

Matth. 10.

Matth. 16.

Q 4 quem

quæ uenit Dauid, Achimelech, non Abimelech fuisse uocatum: respondemus, eum fuisse binominum non nostra opinione, sed inscriptione psalmi alterius affirmantis, ubi scriptum est: Quia uenit Doeck Idumeus, & nunciauit Saul, & dixit ei, Ecce Dauid in domo Abimelech. Quo & ipso nomine sanctorum gloria non indecenter ostendit. Interpretatur enim patris mei regnum. Et ipsi sunt, de quibus Dominus regni parabolam dixit: Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reuertit. Id est, homo Christus de sinu patris exiit, abiit ad homines, qui longe à sua gratia peccando recesserant, facere eos dignos in quibus ipse regnet, & reuertit cum eis ad gaudia perpetuæ quietis. Et de quibus Apostolus cum resurrectionis gloriam prædicans dixisset, Primitiæ Christus, deinde hi qui sunt Christi, qui in aduentu eius crediderunt, deinde finis: adiunxit, & ait, Cum tradiderit regnum Deo & patri, id est cum sanctos quos redemit, ad patris uisionem glorificandos perduxerit.

Psalm. 119.

Lucæ 19.

1. Cor. 15.

Veniens Dauid ad Achis, & cognitus qui esset, furiosum se simulando euadit, fugiensque in speluncam Odollam, conuenientes ad se uiros quadringentos suscepit, & profectus inde regi Moab suos commendat parentes.

CAPVT IX.

Uirrexit itaque Dauid, & fugit in die illa à facie Saul, & uenit ad Achis regem Geth. &c. usque ad id quod scriptum est: Profectus Dauid uenit in saltum Hareb. In hac lectione Dominus persequentibus se & inuidentibus, despicientibusque ea quæ cepit facere & docere primatibus Iudæorum, abiit inde, & uenit in corda humilium: collectisque ad se non paucis credentium turbis, factus est eorum princeps. Nec mora etiam gentibus saluandis adfuit, mansionem faciens apud eos, Deo patri simul & Ecclesiæ matri omnium nostrum rediturus quoadque, iuxta uaticinia prophetarum, etiam reliquias Israel in fine mundi saluandas. Crebris enim scripturæ sanctæ paginis, crebris sanctorum actibus una eademque nostri saluatoris incarnati dispensatio, figura uariante repetitur. & recte: quia quod semper desiderabatur & sperabatur à sanctis, decebat ut semper ab eisdem prophetaretur, signareturque futurum. Fugiens ergo Dauid à facie Saul, uenit ad Achis regem Geth. Fugiens Dominus à contemptoribus sui sermonis, ne intelligatur ab indignis, uenit docendo ad alios, si forte uel ipsi audiant, & si forte quiescant. Neque ab hoc agendo cessat, donec eos qui se humiliter recipere uelint, inueniat. Achis frater meus, aut frater mi: Geth interpretatur torcular. Et quia Christus homo, quia ex populo Iudaico incarnari dignatus est, eundem populum fratrem habuit, quem persecutor e sustinuit. Vnde loquitur in Psalmo: Extraneus factus sum fratribus meis, et hospes filijs matris meæ, id est synagoga uel nature mortalis. Qui nimirum populus rex torcularis non immerito uocatur: quia tribulationes & pressuras Christi & Ecclesiæ gentibus cæteris prior excogitauit, & Domi-

Esaiæ 10.

Osæ 2.

Rom. 9.

Psalm. 68.

num uidelicet ipsum infantem occidere moliendo, iuuenem occidendo, & Ecclesiam postmodum persequendo, ac suis eliminando de finibus. Hoc autem mysticæ inter Achis & Saul distare arbitror, quod Saul imbutos scientia legis, Achis idiotas in eadem plebe significet: qui erudiendo licet dispares, pari aduersus Dominum malignitate conuenerunt: propter quod in ordine præposito legis periti, quo maius scientiæ munus perceperunt, eo maiore muneris ipsius largitorem persequerentur infantia.

Dixeruntque ei serui Achis: Nunquid non iste est Dauid rex terræ? nonne huic cantabant per choros, dicentes: Percussit Saul mille, & Dauid decem millia? Dixerunt scribæ & pharisei Iudaici regni, nequitie malè seruientes: Videtis, quia nihil proficiamus: ecce mundus totus post eum abiit, qui cantabant per choros, dicentes: Osanna, benedictus qui uenit in nomine Domini. Benedictum quod uenit regnum patris nostri Dauid, osanna in excelsis. Quæ concinna exultatione fidei sui glorificat, sublimè ferentes, quia plures per eius doctrinam ad promerendum uitæ coelestis denarium, quam per nostram sint ad legis seruanda iussa uocati.

Posuit autem Dauid sermones istos in corde suo, & extimuit ualde à facie Achis regis Geth, & immutauit os suum coram eis. Vidit in sapientia sua Dominus incredula simul & dolosa quorundam Iudæorum præcordia: & sicut humano more loqui de Deo scriptura solet, in tantum extimuit à facie populi, qui frater ei erat humanæ communionis fragilitatis: persecutorum uerò author impietate Dominicæ coniurationis, ut eidem sua sacramenta uel monita per parabolas magis & ænigmata quam aperta luce dixerit, ne uidelicet sanctum canibus, & porcis margaritas committeret. Sicut enim Dauid, qui sobrius se suis semper ostendere consueuerat, os suum coram Gethis immutauit: ita & Dominus loquens in parabolis coram superbis, & ad se suosque torquendos corda prompta gestibus, seorsum suis omnia manifesta expositione differebat: quin & aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas. Volunt quidam immutasse os Dominum, cum dicebat, Audistis, quia dictum est antiqvis, ego autem dico uobis: uel cum translato sacerdotio, legis, quoque & cerimoniarum translationem fieri uoluit. Sed intueri debent, quod non hoc specialiter hostibus, sed suæ potius fidei mysteria suscipientibus mutationis genus ostendit: atque ideo mutationem oris, quam in typum illius beatus Dauid, ne ab inimicis agnosceret, exhibuit, ad eorum potius sensum referendam, qui signa & doctrina Saluatoris uidentes non uidebant, & audientes non intelligebant.

Et collabebatur inter manus eorum, & impingebat in ostia portæ, defluebantque salina eius in barbam. Manus Getheorum, opera Iudæorum: ostia portæ, initia reuelatæ gratiæ coelestis: salina, infirmitatem: barba, uirtutè designat. Collabebatur Dauid inter manus Getheorum: labi in peccatum cæcis uidebatur Dominus, comparatus operibus Iudæorum, qui

1. Ioan. 11. Matth. 22. Mat. 11.

Matth. 7.

Matth. 6.

qui non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo. Impingebat Dauid in ostia portæ: casum mortis inuenit Dominus inter initia prædicatæ nouæ salutis, quæ uice ostiorum nunc dignis aperire, nunc claudere malebat indignis: imò ipsa sibi ostia uitæ mortis occasione habuit, uel quia persequentibus cum Iudæi, Euangelicæ gratiæ prædicationis occidere: uel quia ipse, ut paradisi nobis limina panderet, gladium qui oblittebat flammam, atque uersatilem, sanguine & aqua, quem de latere suo produceret, extinguere dignatus est. Vnde bene psalmista uidens eum, ut nos in portis filia Sion laudem suam annunciaturos induceret, prius impingentem in eiusdem ostia portæ, cum de nostræ spe saluationis præmississet, dicens: Prosperum iter faciet nobis Deus salutaris noster. Deus noster Deus saluos facienti, & Domini, inquit, exitus mortis. Defluebant salinae Dauid in barbam, & Dominus in cruce despectus ac blasphematus inter latrones ab impijs, omnia tolerando patienter obiecit fragilitatis humanæ ad tempus diuinitatis suæ fortia prætexebat. Vnde Habacuc propheta trophæum glorificæ crucis commendans: Splendor, inquit, eius ut lux erit, cornua in manibus eius, ubi abscondita est fortitudo eius. Neque enim frustra in Canticis canticorum, ubi tanta solertia, tam sedula repetitione mystica Christi, sicut & Ecclesiæ membra omnia describunt, de sola, quæ maxime uirum decet, barba nihil dictum inuenimus: quia nimirum quasi salina barbam uirtutè uerbi perpetuam induta, ex tempore carnis celabat infirmitas. Immutauit igitur os suum, mysteria regni Dei, quæ fidelibus patefaciebat, abscondendo eis qui foris esse malebant. Collabebatur inter manus illorum, peccator apparendo eis: qui de legis operibus & iustitia gloriabantur. Impingebat in ostia portæ, inter auspicia reuelata coelestis introitus, passionis abiecta subeundo saluas dimittebat in barbam, abscondita ad tempus diuinæ potentia maiestatis, inter uitia & irrisiones inimicorum, ignominiosa tunc temporis, id est crucis morte moriendo.

Ioan. 5.

Psalm. 67.

Et ait Achis ad seruos suos: Vidistis hominem insanum, quare adduxistis eum ad me? an desunt nobis furiosi, quod introduxistis eum, ut fureret me presente? hic ne ingredietur domum meam. Dauid quidem suspectus ob famam uirtutum Gethis, industriose furentis actus imitabatur, quatenus energumenus creditus, miserantibus his qui eum uiderat, dimitteretur illæsus. Sed eorum rex dispensatorie transfigurationis eius inscius, ut uerè furiosum eum à se repellit, suæ domus ingressu priuat ut insanum. Nec porro ab umbra historiæ graditur allegoriciæ ueritas. Dominus enim ad sanandos oculos cordis eorum, qui gloriam diuinitatis suæ uideri nequiuertant, protulit humanæ collyrii humilitatis: sed impiorum nonnulli & in passionibus eum quasi hominem fragilitatis arguebant, & in uirtutibus quasi demoniosum, & contraria Deo potestate miracula facientem abominationi

habebant. Denique narrante Euangelio, didicimus non solum quid ab aduersarijs, sed quid à suis etiam, necdum plena fide roboratis sentiretur, dicereturque de illo: Et uenerunt, inquit, ad domum, & conuenit iterum turba, ita ut non possent neque panem manducare. Et cum audissent sui, exierunt tenere eum: dicebant enim, Quoniam in furorem uersus est. Hæc quidem sui carnales adhuc ob inestimabilem crebrescentium uirtutum eius quantitatem simul & qualitatem egerunt: sed alieni uide quid etiam illi: Et scribæ, inquit, qui ab Hierosolymis descenderunt, dicebant, Quoniam Beelzebub habet, & quia in principe demoniorum eiicit demonia. Sed & post resurrectionem ascensionemque eius in coelos, prædicantibus apostolis ueritatem Euangelij, dementes nonnulli quasi fabulosam derisere & abiecere ueritatem. Vnde est, quod ille sapientibus & insipientibus debitor, Christo testimonium perhibens, arduiuit: Insanis Paule, multæ literæ ad insaniam te conuertunt. Quotquot ergo Christum furoris arguit, & mania, non mirum si hunc à domo suæ mentis furiose contemnendo reijciunt.

Matth. 3.

Matth. 12.

Act. 26.

Abijt ergo Dauid inde, & fugit in speluncam Odollam. Odollam interpretatur testimonium eorum: & Dominus superborum corda fugiens, in huiusmodi spiritu peccata, quæ de terreno culmine uel decore nihil habent, gratus manens ingrediatur: quorum ipsa humilitas testimonium est fidele, quoniam digni sunt, ut qui Christum suscipere debeant. Vel certe testimonium eorum, à quibus superbientibus Deus fugit, appellant humiles: quo uidelicet testimonio conuincantur, quia et ipsi Deo placere, Deum potuissent suscipere, si uellent. Quod cum audissent fratres eius, descenderunt ad eum illi, & conuenerunt ad eum omnes qui erant in angustia constituti, & oppressi aere alieno, & amaro animo, & factus est eorum princeps. Manente inter humiles Christo, descendit ad eum humiliatio seipsum omnes electi uel homines, qui sunt fratres eius, propter quod ipse homo factus est: uel angelus, qui sunt maxime domus patris eius, & locus habitatoris gloriæ eius. Conueniunt & omnes qui peccatorum suorum conscientia depressi, amaris poenitentia lachrymis desiderant abluui, liberarique ab aere alieno, id est fœnore peccati, quod diabolus contulit: Christo duce ac principe sperant ad regni gaudia prouehi.

Eueruntque cum eo quasi quadringenti uiri. Adherent Domino stantes quique in fide, uiriliter agentes, & confortati corda per doctrinam Euangelij, que quatuor librorum pulcherrima uinitate signata est, ad speranda, quaerenda & obtinenda coelestia regna uocati. Centenarius namque numerus, qui post totam laeta currentes numeros primus dexteram petere solet, sicut sæpe dictum est, finitis laboribus infimis superni regni pandit introitum. Sane notandum, quod hæc quæ in spelunca Odollam gesta, pro uiribus explanauimus, sic ad primitiua Ecclesiæ referri possunt, ut etiam totius Ecclesiæ non indecenter statui aptentur. Nam quæ sequuntur,

sequitur, specialiter ad nostram, id est gentium spectant Ecclesiam.

Et profectus est inde Dauid in Maspha, quæ est Moab, & dixit ad regem Moab: Maneat oro pater meus & mater mea uobiscum, donec sciam, quid faciat mihi Deus. & cætera. De Sion exiit lex, & uerbum Domini de Hierusalem, peruenitq; crescendo ad Ecclesiã gentium, in altissima fidei & uirtutum specula constitutam. Maspha namq; transfertur in speluncam. Peruenit & ad oratores dialécticos, philosophos, & ipsos rerum dominos sibi reconciliandos adiit: sed & his Christus, usq; ad complenda tempora nationum, fidem Dei patris, & Ecclesiæ pietatem religiofa sedulitate tutãdam commendauit.

Dixitq; Gad propheta ad Dauid: Noli manere in presidio, proficere & uade in terram Iuda. Et profectus Dauid uenit in saltum Hareth. Dicit Christo propheta, quæ nihil sacramentorum eius canere prætermisit, ut ingressa plenitudine gentium, non ultra suam fidem ab insidijs Iudæorum infirmissimo credentis Ecclesiæ studeat uniuersimè tutari: sed reliquias potius Israheliticæ gentis secundum electionem gratiæ saluas facere dignaretur: qui uaticinia exequens prophetarum, tempore præfinito ueniet ad inculta diu, sed per se iam extollenda superbæ pectora plebis, cui nomen Hareth, id est more, non immerito congruit. Ipsa est igitur, cui suus author, quasi desponsata sibi uirgini sponsus, sed à nuptialibus gaudijs inulto tempore dilata loquitur per prophetam: Dies multos expectabis me, non fornicaberis, & non eris uiro, sed ego expectabo te. Quod quomodo diceret idem propheta, consequenter exposuit: Quia dies multos, inquit, sedebunt filij Israhel sine rege, & sine principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine ephod, & sine theraphim. Et post hæc reuertentur filij Israhel, & quærent Dominum Deum suum, & Dauid regem suum, & pauebunt ad Dominum, & ad bonum eius in nouissimo dierum.

Saul querenti Dauid, Doech proditor simul facinus & carnifex, Nobe ciuitatem sacerdotum cum habitatoribus percutit, uno euadente ad Dauid Abiathar.

CAPVT X.

Et audiuit Saul quod apparuisset Dauid, & uiri qui erant cum eo. & cætera, usq; ad id quod ait Dauid ad Abiathar: Mane mecum, ne timeas: si quis quaesierit animam meam, quaeret & animam tuam, mecumq; seruaberis. Hæc lectio typicè signat, reuersa in fine seculi ad finem Iudæa, quid pressurarum sit à suis passura cõtribulibus, quid pro eisdem fidei etiam inter Antichristi tribulationes constantia sit à Domino, imò etiam cum Domino perpetuæ naturæ mercedis: quod æque primordijs quoque nascentis Ecclesiæ, ipsiq; apostolorum potest conuenire temporibus. Audiuit ergo Saul, quod apparuisset Dauid, & uiri qui erant cum eo: audituri sunt circa finem mundi infideles & impij Iudæi, post longam negationem prædicationi, credi & confiteri Iesum Christum inter se. nec dubium, quin ubi prædicantibus Enoch & He-

Esai. 2.

Osai. 3.

lia, ceterisq; qui tunc futuri sunt uerbi ministris, Saluator apparuerit cordi Iudæorum, non moram etiam Antichristi sit persecutio secutura.

Saul autem cum maneret in Gabaa, & esset in hemore, quod est in Rama, hastam manu tenens, cunctiq; socij eius circumstarent eum, ait ad seruos suos qui adstebant ei: Audite filij Lemini, numquid omnibus uobis dabit filius Isai agros & uineas, & uniuersos uos faciet tribunos & centuriones, quonia coniuistis omnes aduersum me, & non est qui mihi renunciet, maxime cum & filius meus sedus inierit cum filio Isai? non est qui uicem meam doleat ex uobis, nec qui annunciet mihi, eo quod suscitauerit filius meus seruum meum aduersum me, insidiantem mihi usque hodie. Populus persecutor ex Iudæis, cum manserit id temporis in Gabaa, id est in colle prophetica, non uidelicet intelligentiæ, sed lectionis solummodo: & fuerit in umbrato legis & prophetarum oblectatus eloquio, quod est in Rama, id est in excelso sensus spiritalis ceteris incomparabile scripturis, elatus de terreni regni gloria, quod in eo temporibus Antichristi nõ dubitauerit esse futurum, cunctiq; socij persecutionis eiusde uallauerint eum uigilantes, stantes in perfidia, fortiter agentes, ut omnia fidei & charitatis munimina subuertant. Huiusmodi dictis suos exhortans, ad depreliandam concitabit fidem, constantiamq; bonorũ: Audite filij Lemini, id est dextera mea, mecum uidelicet uita & gaudio meliore beandi. Sinistra namq; nomine censo notãdos eos, si quidem uestro numero cum Nazarenis damnari, quã cum Christo, qui nobis apparuit, regnare & uiuere malunt. Nunquid omnibus uobis Iesus, qui de radice Iesse uenisse non ambigitur, & hoc in seculo fructus dare potest operum perfectorum, uinumq; sapientiæ salutaris, quod latificat cor hominis, & in futuro uos facere uniuersos sedere super sedes ad iudicandos, sicut crebro promisit, duodecim tribus Israhel, subaudi, ut ego: qui & perfectam cum bonis operibus sapientiam docere, et beata recte operantes & sapientes possum mercede donare, quoniam coniuistis omnes in fidem nominis eius: nec est qui mihi cultores fidei eius, qui merito puniantur, ostendat ubi sint absconsi, maxime cum & per me eruditus in lege non modicè, maius foedus iunxerit cum Iesu Nazareno, credens & confitens illum esse filium Dei, qui seruili habitu deformis, multo melior apparuit, docueritq; eum in meam iniuriam Deum esse colendum, qui nifus est statuta legalia sua per Euangelium suum insidiando corrumpere, quod ipsum per suos usq; hodie ministros agere nullatenus cessat. Hæc & huiusmodi innumera ministros Antichristi ad euitanda pectora fortium Christi blasphemare non laet: ad quorum orsa nefanda pijs in fide persistentibus, mox impiorum caterua, quid intus habuerit, prodet. Nam sequitur:

Respondens autem Doech Idumeus, qui assistebat, et erat primus inter seruos Saul: Vidi, inquit, filium Isai in Nobe apud Achimelech filium Achitob, qui consuluit pro eo Dominum, & cibaria dedit ei, sed & gladium Philistei Goliath dedit illi.

Psal. 109. Matth. 23. Luc. 11.

dit illi. Doech, ut supra diximus, motus siue sollicitus: Idumeus, sanguineus: Nobe, latratus: Achimelech, fratris mei regnum: Achitob, frater meus bonus interpretatur. Respondet ergo persecutibus Christum Iudæis motum ad effundendum sanguinem innoxium, prauorũ cœtus sociorum: qui alijs aperte fidem impugnantibus, ipse interius insidiari solet ad exploranda sollicitus, & prodenda tempore persecutionis cõuentura fidelium Christi, quem merito primus seruorum Saul insinuat: quia quanto peruersior quisq; bonisq; est infensor, tanto maiorem apud impios locum tenet. Sine ulla autem dubietate plus grauant Ecclesiã falsi fratres, qui intus, quã manifesti hostes, qui hanc deforis impugnant. Respondet, inquam, tempus nouissimæ contra Christum coniuurationis hostis, sicut de Iuda scriptum est: Et nox nocti indicat scientiam. Quæ sobria, iusta & pia cognouit, impiet proder, uidisse se dicens fidem Domini Iesu in doctrina eorum, qui contra impiorum quasi furum latronumque nequitiam, more acutissimi ac uigilantissimi canis oblatrent: et iuxta exemplum honorum qui præcessere fratrum, etiam ipsi possessionem regni præstolentur æterni. Sed & patrem supplices pro Christi regno deprecantur, eumq; in membris suis spiritali semper pane reficiat: atq; omnes quos possunt diaboli manibus eripientes, pro ereptoris sui pace potius certamè agere suadeant, iubeant, adiuuent.

Misit ergo rex ad accersendum Achimelech filium Achitob sacerdotem, & omnem domum patris eius sacerdotes. & cætera. Accersitis ad rem Domini sacerdotibus, Saul amicitiam & susceptionem Dauid, crimen cõceptæ aduersum se coniuurationis appellat. Comprehensis impij Iudæi Christiana pietate cõsecratis, quicquid pro fide ueritatis actum uiderint, contra se hoc actum rati, mox ulcisci parabunt, & merito: abominatio est enim peccatori religio.

Respondensq; Abimelech Regi, ait: Et quis in omnibus seruis tuis sicut Dauid fidelis, & gener Regis, & pergens ad imperium tuum, & gloriosus in domo tua? num hodie ceppi pro eo consulere Dominum? Respondet Iudæorum populo, Christi fidem & dilectionem pro crimine ducenti, sacer ordo præceptorũ pro Christi regno militantium: Et quis in omnibus prophetis ac sanctis, quos dictis, precibus, exemplisq; suis constat tuis quã plurimum seruisse commodis, æquiparare potuit apostolũ & pontificem confessionis nostre Iesum, qui fidelis est ei qui fecit illum, sicut et Moyses in omni domo illius: ampliore enim gloria iste præ Moysè dignus habitus est, quanto ampliorem honorem habet domo, qui fabricauit illam: qui Ecclesiam sibi gentium ex antiqua patrum uestrorum fide progenitam, sponsæ sedere copulauit. Neque alia apparens in carne fecisse uel docuisse probatur, quã quæ uos ipsi secundum eloquia prophetarum didiceratis, imò semper optaueratis Christum, cum uenisset, esse facturum. Num ho-

Psal. 18.

Hebr. 3.

die fidem hanc in eum habere, & pro eius Ecclesiæ statu diuini querere cœpimus oracula uerbi, & nõ magis auita patriarcharum prophetarumq; traditione datam eam nobis commẽdatamq; suscepimus, ueneramur & colimus?

Non enim sciuit seruus tuus quicquam super hoc negotio, uel modicum uel grande. Ad hoc respondit, quod insimulabatur à Saule iurasse Dauid, sciens eum sibi fraudes insidiasq; neccentem: quia nihil id temporis huiusce negocij cognouerit. Sed & Christiana fides negat se nosse, si Dominus Iesus statuta legalia ullis unquã fraudulentis insidijs corrupit: quod est aperte confiteri se Christum Iesum non insidiatorẽ, cupidumq; laudis alienæ, sed uerum paternæ uoluntatis nuncium didicisse: qui & ideo rectè magni consilij angelus à propheta uocetur. Quale est illud Apostoli: Nesciebam fratres, quia princeps est sacerdotum. Pro eo ut diceret: Sciebam, quia princeps non est sacerdotum, apparente iam, & clarificato pontificatu illius, qui cum suis filijs electis est sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

Et ait rex emissarijs, qui circumstabant eum: Conuertimini, & interficite sacerdotes Domini, nam manus eorum cum Dauid est: scientes quod fugisset, non indicauerunt mihi. Noluert autem serui regis extendere manum suam in sacerdotes Domini. Disparem malorũ semper, disparem & bonorum cernimus statum. Alij namque ad summum nequitia uerticem cõscendentes, persecutionis sunt autores: quos Saul ipse Dauid persequendo designat. Alij nefandæ autoritati palam in exequenda eiusdem persecutionis rabie male astipulando subduntur: quorum Doech Idumeus typũ tenet. Alij quasi mitionis ingenij, à docenda quidem proximis, uel penitis extorquenda, quamuis non etiam ab agenda impietate manus seruare uident innoxias: quibus serui Saul à sacerdotũ Domini iniuria continentes, non indecenter aptantur. Item inter fideles malorum tentationibus probandos, alij sunt, qui usq; ad sanguinem pro ueritate decertant: qui sacerdotum Nobe cum suis perditorum præmonstrantur exemplo, qui pari fide ac dilectione, sed minori adhuc preferenda tribulationis fortitudine præditi, fugæ potius præsidia subeunt: scientes, quia motes quidem excelsi ceruis, sed petra refugium erinacis et leporibus: quibus unus, qui manus Saul ferictis euasit sacerdos, figuratiter æquat. Quam meritorum morumq; distantiam, quia in præteritis uidimus, etiam in ultima, quamuis cæteris maiore persecutione futuram credimus: uidelicet ut scruentibus licet, & infanda mandantibus impietatis autoribus, inter mutos ad mala obtemperantes non desint, qui à læsione se bonorum seruent immunes: nec talium tamen quantulamcumq; modestiam immanissimæ tribulationis feruorem posse remouere.

Nam sequitur: Et ait Rex Doech Idumeo: Conuerte te, & irruet in sacerdotes. Quod persecutores impij, ministris dicitur.

Esai. 9. Act. 23.

Psal. 103.

xere nequissimis, motis uidelicet ab omni statu rectitudinis, insuper & innoxio stabili sanguine coinquinatis. Conuertimini ad malū, & post proditiōnis scelus etiam suppliciorum acerbitates fidelibus Christi, quibus uel mori uel negare compellantur, augete.

Apo. 22.

Et trucidauit in die illa octogintaquinque uiros uestitos ephod lineo.] Octogintaquinque uiros trucidati in die illa, significāt eos qui ueniunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas in sanguine agni, fortes nimirum operibus, & Euangelij pariter & legis spiritali obseruatione perfectos. Quinquies enim deni & septē, octogintaquinque faciunt. & quinque quidem, ad totidem notissimos nostri corporis sensus: decem uerò & septem, ad legem & Euangelij, propter Decalogum legis, & sancti spiritus gratiam abundantius super omnem carnē temporibus Euangelij clarescentis effusam, pertinere, rarus qui dubitet: & ideo quicumque forti animo quicquid uidendo, quicquid audiēdo, quicquid gustando, quicquid olfaciēdo, quicquid tangendo ualent, ad legis & gratiæ perficienda iusta, & promissa nanciscenda conferunt, quasi decem et septem per quinque multiplicantes, octogenariā & quinariam uisorum summam perficiūt. Qui rectē etiam uestiti ephod, id est superhumerali lineo narrantur, ut cuncta sua opera (humeri enim solent pro operibus accipi) et ante gloriam martyrij mortificatione carnis commendata, & perfectius adornata demonstrant.

Nobe autem ciuitatem sacerdotum percussit in ore gladij, uiros & mulieres, paruulos & lactantes, bouem et asinum et ouem in ore gladij.] Trucidatis Antichristus doctoribus Christi, famam quoque doctrinæ illorum, qua contra impia dogmata quasi latrando certare, & in qua suam ipsi uitam semper operibus inhabitando munire consueuerant, ore pestiferæ locutionis infamare, ac funditus extirpare contendit: sed & fortes quosque in opere, secundos in generādis nutriendisque Christo filijs, paruulos quosque in Christo, & adhuc pia castæ matris ubera lambentes, nec nō & iugum eius suæ atque onus leue portantes, uocem quoque illius innocenter audientes, eumque ad æterna supernæ beatitudinis pascua sequētes, uel ad negandam eius fidem, uel ad subeundam pro eo mortem, tormentis impijs cogere non omittit.

Euadens autem unus filius Achimelech filij Achitob, cuius nomen erat Abiathar, fugit ad Dauid, & annunciauit ei, quod occidisset Saul sacerdotes Domini. Et ait Dauid Abiathar: Sciebā in die illa, quod cum ibi esset, &c.] Sicut Doeck Idumeus unus qui sacerdotes percussit, omnē carnificum manum: ita Abiathar unus qui percussit gladium euasit, omnes qui persecutioni illi scruissimæ superesse potuerint, Christi confessores exprimit. Vnde rectē Abiathar pater superfluus interpretatur, utpote illos significans, qui paterno in Ecclesia uocabulo gloriosi, tanto turbini superfuerint. Fugit autem ad Dauid, et annunciauit ei occisos à Saule sacerdotes Domini: cum pia remanentium, expleta cæde, de-

uotio cōuersa ad Dominum, ardentius occisorum sub testamento eius fratrum memoriā ei orando, uel sacras hostias offerendo commendat: cui ipse super suum responderet Euangelium, præcisse se & prædestinasse iam olim, omnes uolentes piē uiuere in eo, persecutionē pro eius nomine passuros: ideoque se quasi certi scenoris debitorem, uniuersas animas huiuscemodi morte solutas, ad uitæ æternæ gaudia perducitur. Sciebam, inquit, quod cum in Ecclesia nunquam defuturi essent falsi fratres, proculdubio per scandala intestina iuuarent hostes externos. Sciebā, quod cum in hoc toto seculo nunquam defuturi essent mali, quibus honorū uel sapientia disputantium, uel certantium patientia exerceret, simul & probaretur: proculdubio semper hic peregrinantē Ecclesiam tribulationes & tentamēta manerēt. Sed ego sum, qui singulas electorū animas post defudatos in terris agones, cœlesti in perpetuum corona donabo.

Mane mecum, ne timeas: si quis quaesierit animam meam, quaeret & animam tuam, mecumque seruaaberis.] Manete, inquit, in dilectione mea: ne timeatis eos qui occidunt corpus: si me persecuti sunt, & uos persequentur, sed ubi sum ego, illic & minister meus erit: si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus. Hæc proditio simul & percussio Doeck Idumei, et ipsi Domini apostolorumque temporibus in Iuda Iscariote, cæterisque falsis fratribus, et in fine mūdi in ipso maiore cæteris Antichristo potest intelligi, quo modo Psalmus quinquagesimus primus, qui in eius mentionē canitur, utriusque illi hosti non inconuenienter aptatur, dicente titulo, In finem intellectus ipsi Dauid, cum uenit Doeck Idumeus, & annunciauit Sauli, & dixit: Ecce Dauid in domo Abimelech. ubi nō ob aliud intellectus ipsi Dauid in capite ponitur, quam ut significetur intellexisse Dauid inter ærumnas, quas patiebatur innocens, quid contra uerum Dauid de suo semine nasciturum esset nequitia machinatura prauorum. Venit enim glorians in malitia, potens iniquitate, tota diē iniustitiam cogitans: & cætera, quæ in Psalmo subiunxit. Qui hæc futura per spiritum intellexit, peccatorum & ponderibus grauatus, & pœnis grauandus Iudas, annunciauit Iudæis, et dixit: Ecce Iesus in hortum montis Oliueti solet frequenter cū discipulis suis. Nam de ultima tribulatione quomodo titulus hinc accipi debeat, ex his quæ supra disputata sunt, apertissime lucet. Verum quia sermonem in longum duximus, tertiumque in expositionem beati Samuelis secundo & primo prolixiorum distauimus librum, & huic cum triumphatorum martyrio sacerdotum finem imponendum, aliquantumque censuimus ob reparandas silentio uitæ, à labore cessandum,

B E D A E

BEDAE PRESBYTERI IN SAMUELEM PROPHETAM ALLEGORICÆ EXPOSITIONIS LIBER QUARTUS.

PROOEMIUM.



Rectio in beatum Samuelem completo uolumine, putabam me aliquādiu reparata per quietem meditando uel scribendi uoluptate, sic demum ad inchoationem quartæ manum esse missurum. Verum hæc eadem mihi quies, si tamen quies dicenda est inopinata mentis anxietas, prolixior multo quam decreueram, noua circumstantium rerum mutatione puenit, maxime discessu Abbatis mei reuerendissimi, qui post longam monasterialis curæ obseruantiam, subitus Romam adire, atque inter loca beatorum apostolorum ac martyrū Christi corporibus sacra, extremum se nexhalitum reddere disponendo, non parua commissorum sibi animos, & eo maiore, quo improuisa conturbatione stupefecit. Sed qui Mosi longæuo ab humanis rebus tollendo lesum Naue in ducatum, qui Eleazarum in sacerdotium Aaron patri substituit, ipse prouecto ætate Ceolfrido, ad beatorū apostolorum limina sancta properanti, Huetberthum iuuenem, cui amor studijque pietatis iam olim Eusebij cognomen indidit, ad regendas sacerdotio ducatusque spiritali fidelium animas abbatis uice substituit. Eiusdemque substitutionis gradū post electionem fraternam, sua per tuum, dilectissime Antistes, officium benedictione confirmauit. Redeunte temporum statu tranquillo, redit & mihi ociū pariter ac delectatio mirabilia scripturæ sanctæ tota anima, solerti intentione scrutandi. Igitur quartū in Samuelem allegoricæ expositionis libellum, à uictorio beati Dauid, qua saluauit habitatores Ceilæ, atque ab oppugnantium Philistinorum irruptione defendit, cum tuis amantissime Pontificum orationibus incipiens, quicquid illo referante qui habet clauem Dauid, potero, mysticum legentibus communicare curabo.

Deut. 31. Num. 21.

Ioan. 11. Ioan. 12.

Oppugnatam à Philistinum Ceila saluat Dauid: & superuenturo contra se cum exercitu Saul, aufugit cum sexcentis suis in montem solitudinis Ziph.

C A P V T I.

Et nunciauerunt Dauid dicentes: Ecce Philistinum oppugnant Ceila, & diripiunt areas, &c. usque ad id quod scriptum est: Querebat tamen eum Saul cunctis diebus, & non tradidit eum Deus in manus eius.] Hæc lectio sub typo uirorum Ceilæ, per Dauid quidem ab hoste saluatorū, sed eundē Dauid mox hosti tradere paratorum, notat eorum leuitatem, qui uerbum audiunt, & continuo cū gaudio accipiunt illud: non habent autem in se radicem, sed sunt temporales: facta autem tribulatione & persecutione propter uerbum, continuo scandalizantur. Nunciauerunt igitur

Luc. 8.

Dauid, qui nouerant Philisteos oppugnare Ceilam: fugatisque intra muros incolis omnibus, areas quæ foris fortè reperiri poterāt, eorum uastatione diripi. Nunciant electi Christo ueraciter manu forti, non eum quasi nescium rerum humanarum loquendo instructes, sed ad eum quasi misericordem miserorum pericula supplicando referentes: cum uiderint uel unamquamlibet animam, uel multarum simul turbam animarum, siue uitiorum fascibus aggrauatam; seu certē gentilibus adhuc ritibus mancipatam, ab immundis spiritibus occupari: & si quid naturaliter insitæ uirtutis, ac uelut saluiferi germinis habet, totum hoc nimirum, quia foris inuentum, hoc est pro solis mundialibus est commodis actitatum, eorum improbitate depreddari. Nunciant enim hæc intellectuali Dauid, qui communi humanitatis miseria contemplata, contra regnum immundorum spirituum queruntur & exorant dicentes: Facti sumus in opprobrium uicinis nostris, derisui & contemptui his qui in circuitu nostro sunt. Vique, quod Domine irasceris in finem, accēdetur uelut ignis zelus tuus? Effunde iram tuam in gentes, quæ te non nouerunt: & in regna, quæ nomen tuum non inuocauerunt. Quia comederunt Iacob, & cætera, usque ad finem psalmi.

psal. 7.

Consuluit igitur Dauid Dominum, dicens: Num uadam & percutiam Philisteos istos? Et ait Dominus ad Dauid: Vade, & percuties Philisteos, & saluabis Ceila. Dixerunt uiri qui erant cum Dauid, ad eum: Ecce nos hic in Iudæa consistentes timemus, quanto magis si ierimus in Ceila aduersum agmina Philistinorum? Rursum ergo Dauid consuluit Dominum. Qui respondens, ait: Surge & uade in Ceila; ego enim tradam Philisteos in manu tua.] Quia Dauid penē semper in scripturis, dum mysticē accipitur, Dominū Christum, sed modo in suis membris, modo in seipso significat: rectē intelligitur hoc loco, ubi Dominum an aggredi & uincere hostes de beat, cōsuluit, ad membrorum, id est fidelium eius personam referendus, qui dolentes nonnunquam super cognito à proximis interitu perfidorum, consultis scripturæ diuinæ oraculis, quid super his fieri debeat inquirunt. Nam & supra, ubi eidem Dauid Ceilam à Philisteis oppugnari nunciatur, potest non immeritò signari fideles quosque sepiusimē perfectioribus aequē Christi fidelibus ea tentationum pericula in mundo, quibus ipsi deuincendis sufficere se nō posse perspiciunt, ostendere. Qui nimirum perfectiores, a manu fortiores Ecclesiarum magistris, perscrutatis mox scripturarum testimonijs, miserendum subueniendum, que oppressis, & refractio malignorum spirituum conatu, cateruam diutina tentatione laborantium, inueniunt esse saluandam: sed infirmioribus sæpe pro imminente persecutione pauentibus, rursus diuinorum eloquiorum lectio consulta, non timēdos eos qui occidunt corpus, sed surgendum à torpore re-

Matth. 10.

R. G. A.

sta operando, eadum ad oppressos utilia prædicando, expugnandos oppressores exorcizando, citò responsione manifestat. Sunt enim qui persecutionum turbine incumbente, uix ipsi fidem, qua imbuti sunt, palàm profiteri audent: quanto minus & alios ad fidem uocando, uel in fide solidando, aduersus agmina spirituum malignorum bellum subire præsumunt. Et quid est typicè, uiros David ad eum dicere: Ecce nos hic in ludæa consistentes timeamus, quanto magis si ierimus in Ceila aduersum agmina Philistinorū nisi infirmos quosque auditores, præparantibus se ad opus uerbi, magistris spiritalibus pauentes aperta uocare responderi: Ecce nos intra domesticos Ecclesiæ parietes confessionem paternæ fidei, quam ludæa significat, liberè defendere timeamus: quanto magis, si euntes ad eos qui uiam ueritatis uel nunquam cognouere, uel cognitam deseruere, uerbo salutis instruendos, potestates aerias bello lacessere cœperimus, grauioribus periculis nos patere non ambigimus. Sed horum infirmitatem ac timorem Dominus crebris Euangelij sui uocibus erigere, atque ad deprecandi fiduciam cōfortare non omittit, Et hoc est quod sequitur: Ego enim tradam Philisteos in manu tua. In mundo præsturam habebitis, sed confidite, ego uici mundum.

1. Cor. 16.

Abijt David & uiri eius in Ceila, & pugnavit aduersus Philisteos, & abegit iumenta eorum, & percussit eos plaga magna, & saluauit David habitatores Ceilæ. Abijt Dominus in prædicatoribus suis ad sanandos cōtritos corde, & pugnavit aduersus spiritum mendacij & perfidiæ, patefacta luce ueritatis & fidei, & abegit ab eis iusta segregatione animas redemptorum, in quibus ipsi pridem erroris freno constrictis quasi superequitantes, suoque has iuri ac ditioni mancipantes, alijs efficacius potentiusque diripere, ac sibi subiugare consueuerāt, & anathematizare faciens eos execratione magna. Sic nimirum saluauit eos, qui nuper horum tentamenta uitantes, suum solliciti flagitauere præsidium. Hæc & ab initio nascentis Ecclesiæ sæpe facta, & quotidie per loca fieri, nemo ferè est qui dubitet.

Porro eo tempore quo fugiebat Abiathar filius Achimelech ad David in Ceila, ephod secum habens descenderat. Ephod est, ut supra meminimus, sacerdotale indumentum, quatuor insignissimis auro interlucente coloribus, duobus in utroque humero lapidibus preciosis, & duodecim patriarcharum nominibus sacrosanctum, quod significandis sublimium uirorum sensibus decentissimè conuenit. Confugientes namque ad Christi gloriam magis magisque prædicandam, hi qui multas pro illo martyrium passis carnificum persecutorumque manus euaserint, sensus & præcordia secum quatuor excellentioribus charitate interfulgente uirtutibus sublimia, in aduersis & prosperis precioso discrimine temperata, & præcedentium patrum

uero exemploque docta simul ac munita deferunt. Et bene fugiens ad David ephod secum habito sacerdos non ascendisse, sed descendisse memoratur, iuxta illud quod scriptum est: Quanto magnus es, humilia te in omnibus. Verum quia crescente fidei deuotione, crescit & odium perfidorum, superno uidelicet agente iudicio, ut & integros in fide tētatio examinandans clariores reddat, & eadem simulatores suæ leuitatis arguat, rectè subiungitur:

Eccles.

Et præcepit Saul omni populo, ut ad pugnam descenderet in Ceila, & obsideret David & uiros eius. Augescen- te enim statu Ecclesiæ, non desuere suis quicquid temporibus aduersarij: qui patientiam sapientiamque eius Domino permittente probaturi, grauisimo eam certamine pulsarēt: ipsum pariter Dominum in ea & uiros eius, id est fortes quosque propugnatores Euangelij eius impia obsidione capere, ac de medio tollere quærentes: nec tamen unquam ad perfida suæ malitiæ uota peruenientes.

Quod cum rescisset David, quia præpararet ei Saul clam malum, dixit ad Abiathar sacerdotem: Applica ephod, & cætera. Applicato per Abiathar ephod, David consuluit Dominum, si uenturus sit ad euerisionem Ceilæ Saul, & si tradituri se ciues eius. Vnde datur cōiici, quo ordine supra Dominum consuluerit, id est applicata ad se sacerdotali ueste, & sic ex ore sacerdotis Domini responsione quæ sita, & hunc fuisse morem consulentium Deum id temporis, eorum duntaxat qui arcam Domini accedere nequirent. De hac namque scriptum est: Inde loquar ad te, de medio scilicet propitiatorij, & duorum Cherubim. At ubi comperit David & superuenturum hostem, & insidum sibi hospitiæ urbis suffugium, egressus cum uiris suis quasi sexcentis applicatis ad se, huc illucque uagatur incertus. Sancti quippe, summi uidelicet membra regis, per uiros egregiæ uirtutis & doctrinæ sanctarum scripturarum quærunt, quomodo se habeat status Ecclesiæ nouissimis temporibus: discuntque per scripturas uenturum ad subuersionem eius ludææ gentis imperium: uirosque Ceilæ, id est mentis inquietæ, & sibi met, non creatori uiuere uolentes, fidem qua initiati sunt, ocyus esse prodituros. Egre dietur Christus à talibus, nec maledictionem apud eos facit. Egre diuntur & doctores spe atque opere perfecti. Sex quippe opera, centum spem æternorum, uiri perfectionem designant. Deserunt namque tepidos, ne non seruaturis loquendo amplius lædant, in exemplum historiæ quæ David facta describens adiungit:

Exod. 25.

Surrexit ergo David, & uiri eius quasi sexcenti: & egressi de Ceila, huc illucque uagabantur incerti. Væ autem animæ illi, uæ ciuitati, quam sermo Dei relinquens, huc illucque uagatur, incertus ubi, in cuius uel pectore sedem requiemque capessat. Vulpes, inquiens, habent foueas, & uolucres cœli nidus: filius autem hominis non habet ubi caput

Mat. 23.

caput reclinet, & hoc est quod alibi dicit: Veruntamen filius hominis ueniens, putas inueniet fidem in terra. Sanè notandum, quod hæc generaliter ad omne tempus Ecclesiæ, cui nunquam falsi fratres defunt, sed specialiter ad nouissima tempora, quibus amplius abundabunt, possunt typicè referri, quorum leuitati ac perfidiæ, ipsum etiam nomen Ceilæ conuenit. Dicitur enim ad fundam iacta, siue suscitans eam, aut tollens sibi met. Et quidem quære anima falsi Christiani instabilis nimirum & erronea ad fundam iacta uocetur, exponit mulier sapiens, quæ in typo Ecclesiæ manu forti ac desiderabili suo loquitur dicens: Porro anima inimicorum tuorum rotabitur in impetu & circulo fundæ. Cur autem infideliter fidelis suscitans eam, haud dubium quin persecutionem, rectè nuncupetur, probat ille traditor, qui de numero discipulorum Christi, numero additus persequentium, hæcenus in Ecclesia suæ prauitatis hæredes habere non desistit. Porro tollēs sibi met, qua ratione dicatur, manifestant qui scientiam fidei sibi specialiter usurpantes, ab unitate catholica se segregare non timent.

Luc. 19.

Nunciatum est Sauli, quod fugisset David de Ceila, quum obrem dissimulauit exire. Dissimulant hostes fidei eos persecutionibus onerare, quos sponte fidem deserere cernunt. Sed & ipse aduersarius antiquus acrioribus tentationum flagris fatigat eos, quos sibi fortes fide & actione repugnare contuetur: aut quos uel inertes in fine, uel prorsus infideles siue apostatas uidet, hos quasi proprios, & sibi per omnia subiectos, quieto iure possidere contentius, nullis sæpe, uel certè rarioribus iræ, superbiam, fornicationis & inuidiæ, cæterarumque talium passionum tentamentis infestat.

Morabatur autem David in deserto in locis firmissimis, mansitque in monte solitudinis Ziph. Dimissis Christus his qui fidem uerbotenus suscipiunt, moratur potius in eorum pectoribus firmissimis, qui in ariditate seculi præsentis stitunt ad Deum fontem uiuum, quando ueniant & appareant ante faciem Domini. Manet libenter in eis, quorum cor excelsum illecebris mundi remotum, & felici solitudine secretum, in defectiuo gaudet germine ac flore uirtutum. Ziph namque flos siue germen interpretatur.

Quærebat tamen eum Saul cunctis diebus, & non tradidit eum Deus in manus eius. Ab initio nascentis usque in finem, & impij Christi piorum cordibus auferre satagunt, & ipse pios ne unquam ab impijs expugnentur, defendit: cum quibus se mansurum promisit omnibus diebus usque ad cōsummationem seculi. Et alibi: Cum transtieris, inquit, per aquas, tecum ero, & flumina non operient te.

Mat. 23.

Esa. 43.

Ionathan & David percipiunt fœdus coram Domino, et Ziphis prode nitib. uenit Saul contra David: sed ne eum capere queat, acrior occurrendi Philisteis necessitas obstat.

Et uidit David, quod egressus esset Saul, & quæreret animam eius. & cætera, usque ad id quod scriptum est: Propter hoc uocauerunt locum illum petram uidentem. Hæc lectio mysticè signat, persequentibus Ecclesiam perfidis, quanta deuotione socios Christi fideles, quanta subdeofratres impietate fidei aduersarios adiurent, quod denique miraculo suos Christus ab ipso nunquam mortis articulo pius redemptor eripiat. Et uidit, inquit, David, quod egressus esset Saul, ut quæreret animam eius.

Porro David erat in deserto Ziph in sylua. Vidit Dominus, cuius oculis nuda & aperta sunt omnia, quod egressus esset ab interna sui custodia cœtus perfidorum, ut quæreret persequens Ecclesiam fidelium eius, quorum est cor & anima una. In deserto porro ipse manebat, in Ecclesia de gētibus assumpta, quæ pectora uirtutum uariantium germine grauida quasi ligna solet generare fructifera: de quibus Psalmista edificandam post captiuitatem domum remissionis & uitæ decantans: Tunc, inquit, exultabunt omnia ligna sylvarum ante faciem Domini, quoniā uenit. Quæ nimirum ligna late fructificantis Ecclesiæ, tanto altius bonorum operum flore siue germine (utrūque enim Ziph interpretari dicitur) spiritaliter fecundata præminent, quāto huius mundi studio sius gaudia cuncta deserunt.

Heb. 4.

Ast. 4.

Psal. 95.

Psal. 94.

Et surrexit Ionathan filius Saul, & abiit ad David in syluam, & confortauit manus eius in Deo. Et proficiens inter aduersa persecutionum columbinus & simplex electorum animus, de ipso sæpe persequentium numero ad fidei gratiam uocatus, uirtutum crescentium passibus appropiauit ad Christum, & confortauit operarios, id est doctores uerbi eius, in diuino semper in operum portunitatibus ad futuro præsidio.

Dixitque ei: Ne timeas, neque enim inueniet te manus Saul patris mei: & tu regnabis super Israel, & ego ero tibi securus, & cætera. Et si falsam Ionathas sententiam de se ipso sub David regnatura protulit, nescius, utpote homo, fati sortisque futuræ: ueruntamen iuxta mysticos sensus Christi & Ecclesiæ gaudia pandit. Verum regno illi inuolabili, ad quod & ipse pertinet, testimonium perhibuit, asserendo hostes non esse timendos, qui ad extinguendū fidei & ueritatis imperium nequaquam pertingere possint, imò & ipsum, cuius multiplicabatur imperium, pacis non erit finis, super electos angelos atque homines perpetuò regnaturum: & eos qui fideliter illum, totoque ex corde dilexerint, proximos illi per omnia in eiusdem regni arce futuros. Prostratis & deuictis eorum inimicis Christi quoque pedibus, & eius imperio prorsus subiectis, dicente Paulo: Oportet illum regnare, donec ponat inimicos sub pedibus eius: nouissimis autem inimica destruetur mors. Omnia enim subiecit sub pedibus eius, cum autem dicat, Omnia subiecta sunt

1. Cor. 15.

Psal. 109.

Psal. 8.

ei: sine dubio præter eum qui subiecit sibi omnia, hinc perspicuum est, quæ ab ipso desciverunt potestates, inanes & uacuas Christi reddituræ, præfixurumque trophæa in uictore signum contra salutis nostræ emulos, quos longe antequam sua morte deuixerat: sicut scriptum est, *Quia ergo pueri communicauerunt carne & sanguini, & ipse participauit eisdem, ut per mortem suam ipse destrueret eum, qui habebat mortis imperium, id est diabolum. Textus: Sic percussit. & cætera.*

Percussit igitur uterque fœdus coram Domino, mansitque David in sylua, Ionathas autem reuersus est in domum suam. Percussit inuicem fœdus Dominus & fideles, ut ipsi uidelicet sequantur eum, & ille uisitam æternam det eis: & hoc coram ipso diuinitatis cõspectu, in cuius fide nos uiuere iubet, & ad quam uideãdam nos suspirare suadet, adiurat. Manetque Dominus in Ecclesia multipli ei populorum nemore cõdensa, omnibus diebus ad consummationem seculi. Singuli autem fidelium, peracto orationis uel exhortationis, uel alterius cuiuslibet oblatæ Domino deuotionis officio, reuertuntur ad conscientiam suam, quatenus ab exteriori actione uacantes, licentius se ad tempus in cunctis quæ acta à se uel agenda sunt pensent, liberius ab his quæ malè acta sunt purgent, perfectius ad ea quæ bene agenda sunt accingant: tales siquidem scientes dicere cum Propheta: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & uolabo, & requiescam? meritò etiam cum Ionathan columbæ donum uocari, immò & cum Apostolo Petro filij columbæ possunt cognominari.

Ascenderunt autem Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes: Nonne David latitat apud nos in locis tutissimis syluæ, in colle Hachilæ, quæ est ad dexteram deserti? & cætera. Ascendunt sæpe falsi fratres, dimisso suarum germinum ac flore uirtutum, ad superbos fidei hostes contra Ecclesiam iurandos, & detestantes simplicitatem fidelium, quodammodo persecutoribus dicunt: Nonne Christus habitat apud nos per fidem in cordibus gentium tutissimis? Nec uacat quod dicitur in colle Hachilæ, id est suscipientis eam. Vbi enim putandum est gratius manere spiritum Christi, quam in celsitudine mentis firmiter suam fidem suscipientis: quæ est ad dexteram deserti: quia propter dexteriora, id est æternæ uitæ gaudia, mundi popam deserit. Nam qui temporalis & terrenæ mercedis intuitu seculares declinat illecebras, non ad dexteram deserti, sed ad læuam potius diuertisse dicendus est, ubi non desiderabilis rex noster, sed hostis consueuit habitare detestabilis. Et hæc omnia Sauli dicunt Ziphæi, cum uel mysteria fidei, uel ipsos eius cultores aliqui falso fideles aperiti persecutoribus produnt, animoque peruerso, à quibus fidei agnitione distant, eiusdem fidei odio concordant: & quo interius arcana Christi, quasi David latibula cognoue-

runt, eo nequius illos qui desoris Ecclesiam expugnare moluntur, adiuuant.

Dixitque Saul: Benedixit uos à Domino, quia doluistis uicem meam: abite oro, & diligentius præpara. & cætera. Benedictionem sibi ludæis, suisque fautoribus promittunt à Domino futuram, cum æmulationem Dei habentes, sed non secundum scientiam, nomen Iesu Christi filij Dei, uel odij insequantur, uel armis. Et sicut alibi de eis, eorumque complicibus, ait Dominus: Quia uenit hora, ut omnis qui interficit uos, arbitretur se obsequium præstare Deo. Sed uæ benedictionibus eorum, qui insidias explorantes contra Ecclesiam, uel saltem cõtra unumquodlibet Ecclesiæ membrum, ut scandalizent aliquem de pusillis Christi, uicem persecutionum dolere probantur. Væ his qui ad florem illum deradice lesse ascendentem nominetenus pertingentes, tota iam mentis intentione arescentia, citoque pereuntia presentis uitæ commoda quærunt: illius benedictionis obliti, qui ab omnibus spectanda & speranda est: de qua scriptum est, Dominus memor fuit nostri, & benedixit nobis. Benedixit domui Israel, benedixit domui Aaron. Vtrosque autem benedicens, benedixit omnes timentes Dominum. Quæris, Quos utroque? Respondetur, pusillos cum magis, hoc est, domum Israel cum domo Aaron: eos utique qui ex ipsa gente crediderunt in saluatorem Iesum, quia non in omnibus illis bene placuit Deo: sed si quidem illorum non crediderunt, nunquid incredulitas illorum fidem Dei euacuauit? absit. Neque enim omnes qui sunt ex Israel, hi sunt Israelitæ: neque qui semen sunt Abraham, omnes filij: sed sicut scriptum est, Reliquiæ salutis ne factæ sunt. Quo Esaiæ oraculo ludæorum nonnulli sic hanc cœlestem benedictionem consecuturi prædicuntur, ut eorum maior pars sit excæcata: quorum typum & figuram prætulit Saul à Deo reprobatus, & in eorum locum suscepti fuere gentiles. accesserunt enim oues, quæ non erant de hoc ouili, ut fieret unus grex, & unus pastor. accessit fides omnium gentium, & creuit numerus non solum sapientum antistitum, sed etiam obedientium populorum: quibus Dei benedictiones non paucæ sunt repromissæ, sicut dictum est: Benedixit Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali, in cœlestibus in Christo: benedixit autem nos Deus, non in una benedictione, sed in cunctis. Non quo omnes omnia consequamur, sed dum singuli uel singulas, uel plures habemus ex omnibus, omnes per singulas possideamus. Et non in terrenis benedictionibus, ludæorum instar, de quibus dixit Esaias: Si audieritis me, bona terræ comedetis: sed in spiritualibus. Sunt quippe terrenæ benedictiones, habere quempiam liberos: affluere opibus, honore & fanitate gaudere: quæ terreant benedictio usque

que ad irrationabilia iumenta descendit, dictum est quippe de illis: Benedixit eis Dominus, & dixit: Crescite & multiplicamini, & replete terram. Spirituales uero benedictiones in cœlestibus sunt, quia terra benedictionem non capit spiritualement. Siquidem & benedictiones illæ quæ in Leuitico, Dei præcepta seruantibus promittuntur: uerbi causa, externis gentibus fenerare, plena esse horrea frumentis, benedictos esse in urbibus, benedictos in agris: & his similia, non uidemus expleta in Prophetis: qui in milotis & in pelibus capris errauerunt, egentes, angustiatii, adhiecti: quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, in montibus & speluncis, & cauernis terræ. Spiritualiter ergo accipienda sunt omnia: & spiritualia non in terrenis locis, sed in cœlestibus expectanda.

Quod si etiam in terra se abstruserit, perscrutabor eum in cunctis milibus Iuda. Terra est fructifera fidei operibus, mens electorum: quam uisitante & inebriante Deo, ac multiplicante, perscrutari eam facit superbiusim perscrutator: quia non solum in publico operis suæ confessionis, sed & in ipso fidei & dilectionis intimæ secreto suis cultoribus Christum tollere possit. Quod si etiam, inquit, in terra se abstruserit, perscrutabor eum in milibus Iuda. Ac si patenter dicat: Quod si ad tantam paucitatem, siue paupertatem Christianorum populus per nos minoratus deuenierit, ut subtrahat fiducia prædicandi, sua solennia celebrandi, palam conuenticula cogendi, saltem quod Christiani sint profitendi, uix in ipsis pectorum latebris Christum quasi abditum colere præsumpserint: & illinc eum paulatim abundante persequentium simul & explorantium copia, exterminare satagam. Sunt mihi namque innumera Iuda, id est diuinæ laudationis, siue confessionis agmina, quibus uersa eorum qui aliter sapuerint, temere cœpta facile restingam. Quod etiam simpliciter accipi potest, quia nonnunquam Christiani & de cryptis ac latebris extracti, ad mortem sint pro Christo suscipiendam protracti.

At illi surgentes abierunt in Ziph ante Saul. Reuertente insidiantes David Ziphæi ante Saul dicuntur abiisse in Ziph, quia nimirum schismatici uel hæretici, quo uicinius ludæis aut paganis, utpote intus admissi, eo nequius, & quasi priores Ecclesiæ fructum deflorant. Quod & temporibus Antichristi ludæis maiorem cæteris persecutionem mouentibus, in Ecclesia maximè futurum, & quotidie factum utinam nesciremus. Denique Iudas quo interius susceptus est, quo dux & notus Domini effectus, simul cum illo dulces capiebat cibos, eo potentius contra eum leuauit calcaneum suum.

David autem & uiri eius erant in deserto Maon, in campestribus ad dexteram Iesimuth. Iuit ergo Saul & socij eius

ad quærendum. Et nunciatum est David, statimque descendit ad petram, & uersabatur in deserto Maon. Maon interpretatur habitaculum, Iesimuth adducens mortem. Plerunque autem fideles Christo duce positi æternam gaudent patriam scire, quod inaquosa deserti loca signifi. ant, supernæ beatitudinis ardent habitatione suspirare, quod uocabulum Maon, id est Hab insinuat, æternam norunt uitam de illata pro Deo morte sperare, quod dextra Iesimuth figuratiter exprimit. Sed necdum uastos terrenarum cogitationum perfecte campos transcendere possunt. At ubi turbo persecutionis ingruerit, mox totam se mens abiectis mundi cuius omnibus ad munitissimam fidei petram humilitate recolligit, statutisque super hanc petram pedibus, ac directis gressibus, dulcius iam in cœlestibus animo spaciari, & cœticum nouæ spei ac lætitiæ ardentius dicere flagrat, quod est post arreptum petre præsidium David & socios eius uersari in deserto Maon. Idem quippe desertum Maon, idem habitaculi, non solum desiderium perpetuæ mansionis propter exusta calore ardua designat: sed & propter hoc quod desertum, à deserendo nomen accepit, ipsam supernæ quietis habitationem, quam dudum homo deserunt, indicat. Denique in Euangelij parabola, pastor bonus relictis in deserto nonagintanouem ouibus, uadit quærere unam quæ errauerat. In quo nimirum deserto David duce uersatur, qui Christi gratia prædicti dicere possunt: Nostra autem conuersatio in cœlis est.

Quod cum audisset Saul, persecutus est David in deserto Maon. Et ibat Saul ad latus montis ex parte una, David autem & uiri eius erant in latere montis ex parte altera. Porro David desperabat se posse euadere à facie Saul. Hæc ad ludæum persecutorem specialiter respiciunt, qui audita fide & deuotione credentium, persequitur eos in terris, qui tota mentis intentione cœlos aspectent, credens ipse Christum in carne uenturum, quem illi iam uenisse didicerant. Hoc est enim Saulum ad latus montis ex parte una incedere, David autem & uiros eius in latere montis ex parte altera mansisse: hos à Christo uacuos, quasi ad Christum adhuc incarnandum spe peruersa properare: illos autem Christi gratia iam dudum sacramenta fidei Christianæ, quibus saluarentur, accepisse. Ipse est enim mons domus Domini, preparatus in uertice montium, super quem ciuitas posita, non potest abscondi. Nec mirum, si desperent se carnaliter hostes euadere posse, quibus non est dictum: Nolite timere, quia non occidemini ab inimicis: sed, Nolite, inquit, timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Qui tamen nonnunquam desperati, & ad præsens eruuntur ab inimicis, sicut pueri tres de fornace, Daniel de lacu leonum, sicut Paulus & Silas, & ipse apostolorum princeps: sed & alibi, omnes simul apostoli de carcere: sicut

denique multi deinceps martyrum magnæ in Christo & Ecclesia laudis & gloriæ. Vndere. Et subiungitur:

Itaque Saul & uiri eius in modum coronæ cingebant Dauid & uiros eius, ut caperent eos. Et nuncius uenit ad Saul, dicens: Festina & ueni, quoniam insuderunt se Philistinim super terram. Reuersus est ergo Saul, desistens persequi Dauid, & perrexit in occursum Philistinorum. Propter hoc uocauerunt locum illum petram diuidentem. Protegente namque suos fideles Domino saluatore, seipsimè qui propter timorem Dei noluerant, humana tamen pacis aut commodi alicuius intuitu com pulsi sunt ab eorum laceratione quiescere. Propter hoc rectissimè fides Christi, super quam ædificata eius Ecclesia, portis inferi præualet, petra diuidens appellatur, quia & suos plerumque desperatos in præsentis mirificè defendit, & in futuro sperantes à conturbatione hominum perpetua remuneratione discernit. Verùm hæc siue modernis temporibus acta, seu futuris sub Antichristo crediderimus agenda, uideat lector, nec sine lachrymis rem lachrymis dignam contempletur, quantum Ecclesiæ status ad peiora quotidie, uel ut mitius dicam, ad infirmiora gerenda deuoluatur. Nobis ciuitas propter susceptum Dauid cum suis omnibus martyrium passa est, quod est terram bonam fructum per patientiam reddere. Ceila cum suis ciuibus per Dauid ab hoste saluata, imminente persecutionis articulo, salutorem suam, quia prodere non timuit, amisit: & hoc est auditum uerbi semen cum gaudio suscipere: facta autem tribulatione propter uerbum, continuo scandalizari. Ziphei mortem prope Dauid compertientes, non solū ad se inuitare, sed & spõte prodere: nec quidem propter periculum uitandum, uerum propter amicitiam Saulis nanciscendam, uias eius explorare, & gressus euertere ac supplantare meditantur: & hi sunt, qui iuxta memoratam Domini parabolam, audiunt quidem uerbum, sed sollicitudo seculi istius & fallacia diuitiarum suffocat uerbum, & sine fructu efficitur. Neque hæc ita prosequutus sum, quasi non & hodie multos existere, multos semper exituros perfectos in fide & ueritate crediderim: sed quod maxima in parte uiderim iam iam que instare tempora quæ olim prædicta sunt, in quibus abundante iniquitate, refrigescat charitas multorum. Huius lectionis & Zipheorum proditiõnis meminit quinquagesimertij Psalmi titulus, ita se habens: In finem, in carminibus, intellectus Dauid, cum uenerunt Ziphei, & dixerunt ad Saul: Non ne ecce Dauid absconditus est apud nos? Quem ut breuiter exponam, In finem, in Christi personam Psalmum dictum significat. Finis enim legis Christus, ad iustitiam omni credenti. In carminibus, in magna angustia, licet Psalmistæ lætitia eundem canticum declarat, iuxta eum qui dixit: Sed & gloriamur in tribulationibus. Semper enim,

Mat. 16

Mat. 13
Luc. 8

Mat. 24

Rom. 10

Rom. 5

ni fallor, Psalmi qui in carminibus inscribuntur, exultationem canentis inter aduersa denunciant. Intellectus Dauid, ostendit illum Dauid angoribus obsessum, sed & inopinatè liberatum, intellexisse quod corpus ueri Dauid, cuius & ipse membrum erat, esset ab iniquis passurum, quanta sui gratia redemptoris, & ad præsens sæpe liberandum, & semper coronandum in futuro. Quod autem in eiusdem Psalmi capite dicitur: Deus in nomine tuo saluum me fac, & in uirtute tua libera me: hoc est, quod in hac lectione Dauid refugium petrae petit. Et hæc propter auspiciu ereptionis petra diuidens appellatur. Bibebant enim patres de spiritali, consequenti eos petra. Petra autem erat Christus.

Dauid in spelunca solitudinis Engaddi oram chlamydis Saul præcidit, qua ostensa, eum ad confessionem sui sceleris permouet. Moritur Samuel, & Dauid in desertum Pharan descendit.

CAPVT III.

Ascendit ergo Dauid inde, & habitauit in locis tutilissimis Engadi. usque ad id quod scriptum est: Consurgens autem Dauid, descendit in desertum Pharan. In hac lectione Dominus abscondit à sapientibus & prudentibus, sua dona paruulis reuelat: mortis claustra subiens, mox eadem referendo destruit: Iudæos adempto ex parte regno carnali, per discipulos ad poenitentiam uocat. Nec mora deficiente legis umbra, desertis diuersis gentium cordibus, in ueritate Euangelij colendus infertur. Fugiens namque Dauid insidias Saulis, & infirma Zipheorum præsidia deserens, accedit & habitat in locis tutilissimis Engaddi, quæ interpretatur fons hœdi. Fugiens Dominus superba non credentium Iudæorum præcordia, dimittens & ea quæ ceptos uirtutum flores ulro relinquere non dubitat, ascendit ad quali superiora, & inhabitat corda humilium spiritu: quæ confessã iam suæ sceleratæ cœditatis uiuifico fonte Saluatoris abluerant, ut sic de hœdis in agnos scelicit mutatione transirent. Meminit huius loci Ecclesia, in Canticis canticorum loquens: Botrus Cypri dilectus meus mihi in uineis Engaddi. Videlicet aperte dicens: Quia sicut botrus insulæ Cypri cæteris esse præstantior, ita gratia mei Redemptoris incomparabili studiorum spiritalium ardore mentem solet debriare quam caperit. Et hoc in illis solū populis, qui in remissionem peccatorum fonte baptismatis inuati, fructifera bonæ actionis norunt gaudia propagare. Vineas autem Engaddi, balsami, cuius locus ille ferax est, arbores nuncupat. Quarum cortice inciso destillans humor ille, lachrymis pulcher rorantibus, & chrismati conficiendo aptissimus, quam uirtutibus significandis sit accommodus, manifestissime liquet.

Cum reuersus esset Saul, postquam persecutus est Philisteos, nunciauerunt ei dicentes: Ecce Dauid in deserto Engaddi. A perse-

Cant. 4

A persequendo Philisteos Saul repente ad inuestigandum Dauid, occidendumque sinistra mente reuocatur: à iusto, quo hostibus obuia- bat, ad iniustum, quo & ciuem feriat, certamè arma conuertit. Sic nimirum Iudæi increduli, dum uerbo scripturæ sanctæ præditi, nonnulla sæpe contra idola, uariosque gentium disputando certant errores, repente miseri contra Christum, Christianamque religionem uerborum infidelium iacula retorquent. Dumque eum cognouerint publicanos & peccatores per un- dæ salutaris ablutionem purgatos, atque ab illecebris seculi iam secretos ad se admisisse, quod est typicè Dauid in deserto Engaddi manere: abscondunt statim tendiculas contra fontem frustra, deglutire quærentes eum, sicut infernus uiuentem, & integrum quasi descendentem in lacum. Vnde aptè subiungitur:

PROPT. 1.

Psal. 22

Assumens autem Saul tria millia electorum uirorum ex omni Israhel, perrexit ad inuestigandum Dauid & uiros eius, etiam super abruptissimas petras, quæ solis ibicibus peruia sunt. Sicut in bono ternarius numerus certi mysterij gratia poni consuevit, eos nimirum designans, qui uel sanctæ trinitatis confessio ne gloriosi, uel fide, spe & charitate deuoti, uel cogitatione, locutione & actione sunt perfecti, uel aliquid huiusmodi: ita & in malo exercitu cum ponitur, illos non immeritò denunciat, qui his per omnia probantur agere contraria. Ideoque in hoc loco tria millia armatorum, cum quibus Saul ad persequendum Dauid & uiros eius egreditur: illi sunt mystice accipiendi, qui triformi acie aduersus Dominum & aduersus Christum eius, inania meditantur, id est abeunt in consilio impiorum, & in uia peccatorum stantes, & in cathedra pestilentia sedentes, cum eia beato uiro gessere contraria: illi uidelicet, cuius in lege Domini uoluntas, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Pergit autem ad inuestigandum Dauid Saul, etiam super abruptissimas petras, quæ solis ibicibus peruia sunt, cum deceptionis insidiarumque laqueos tendit Iudæorum regnum Domino: in summis etiam dictis eius, quæ perfectis solum auditoribus uix capacia restant. Ibices namque, quæ sunt parua quadrupedia, nec nisi in petris manere ac parere norunt, & si quando etiam de altis saxorum cacuminibus ruunt, in suis se cornibus illæsa suscipiunt, humiles uerbi Dei signant auditores, qui quanto minoris se meriti, sapientia & uirtutis conspiciunt, tanto magis fortia sanctorum scripturarum præsidia, in quibus mente habitare, ac boni operis foetus ponere debeant, quasi petrarum ibices refugia quærunt, & quicquid eis ruina temporalis accesserit, in testamentis eloquiorum coelestium sustentantes, quasi cornuum suorum exceptione saluantur. Meminit huius animantis Dominus, & quam non contemnenda sit eius figura, signauit ad beatum Iob mysticè

loquens: Nunquid nosti tempus partus ibi. cum in petris?

Iob 39

Et uenit ad caulas quoque ouium, quæ se offerebant uian. Inter persequendum Iudæa pastorem magnum ouium Dominum nostrum Iesum Christum, ad conuenticula quoque fidelium eius discipulorum, qui se scruentibus quasi lupis oues offerebant, impetum nefandæ quæstionis protelauit, si forte uel in ipsis aliquid unde magistrum reprehendere posset, inueniret. Vnde illud: Ecce discipuli tui faciunt, quod non licet in sabbatis, & cætera.

Mat. 23

Erata, ibi spelunca, quam ingressus est Saul, ut purgaret uentrem. Porro Dauid & uiri eius in interiori parte spelunca latebant. Spelunca hæc Dominici est figura monumenti, cuius ostium ingressus est Saul, ut purgaret uentrem, cum proceres regni Iudæorum abeuntes à Pilato, munierunt sepulchrum, signantes lapidem cum custodibus, ut auctori uitæ quasi resurrectionis iter obcludere nitendo, diu conceptum intrinsecus decoctumque iam suæ perfidie mentis foetorem foras cunctis ostenderent. Porro Dominus in interiore parte sepulchri conditus latebat, latebant & uiri eius, id est fortes eo tempore, fortiores futuri discipuli eius, qui ubicunque Hierosolymitana ciuitatis tunc temporis erant corpore: constat profus, quia tota mentis intentione ac desiderio sedem tenebant monumenti, ubi solum quem diligebant, sepultum iacere dolebant. Et quidem latebant in spelunca, quia quid deuotionis & amoris erga iniuste occisum haberet, eos qui occiderant, omnimode scire nolebant. Vel certe uiros Dauid cum eo latuisse in spelunca, imò etiam cum eo resurrexisset ac processisset de spelunca, iuxta illud intelligendum Apostoli: Quia uetus homo noster simul cõfixus est cruci cum illo, ut destruat corpus peccati, ut ultra non seruiamus peccato. Et sicut præmisit, dicens: Quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus.

Rom. 6

Et dixerunt serui Dauid ad eum: Ecce dies, de qua locutus est Dominus ad te: Ego tradam tibi inimicum tuum, ut facias ei sicut placuerit in oculis tuis. Surrexit ergo Dauid, & præcidit oram chlamydis Saul silenter. Dixerunt Christo discipuli sui carnales, adhuc & animi feruili, cum crucifixi potentiam, & crucifigentium uasaniã cerneret: Ecce adest tempus, de quo locutus est Deus pater ad te, per os sanctorum suorum à seculo prophetarum, positurum se omnes inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. Hæc autem animo toto, tamen si non uerbo, dicebant, quicumque illorum perire cupiebant eos, qui latrone dimisso, salutorem morte damnarent: quia probatum est in eo qui auriculam seruo principis sacerdotum abscondit, nolens Dominum calicem, quem

Psal. 109

Luc. 9

pater dedit bibere. Probatum in eis qui igne de celo super impios descendere querebant, nescientes cuius spiritus essent: quia filius hominis non uenit animas perdere, sed saluare. At ille congruo suæ pietatis moderamine non occidit funditus improbos, sed regni illis habitum, haud parua ex parte subtraxit: ut uel sic confusi, ad agnitionem suæ dementiae, correctionemque uenirent.

Post hæc percussit Dauid cor suum, eo quod abscessisset o-
ram chlamydis Saul.] Dolebat Dominus humanam gentem, de qua carnem suscepit, miserationis affectu, quod exigentibus illius meritis demere cogeretur ei regalis quippiam ornatus, malens hanc seruata lege diuina regnum hic, & in futuro seculo semper habere perpetuum. Denique uidens ciuitatem peccatricem, fleuit super illam dicens: Quia si cognouisses & tu. & cætera. Quibus abscessionem regni detestabilis, quam diuina districtione iustus futuram decernebat, humana pius miseratione deflebat.

Dixitque ad uiros suos: Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hanc rem Domino meo Christo Domini, ut mittam manum meam in eum, quoniam Christus Domini est.] Duas maxime ob causas Dauid manum ab occidendo Saul, quamuis se inimicissimè persequente, continuisse declaratur: quia uidelicet eum & Dominum suum, & regali meminit christumate perunctum. Vbi primò regnum uel unguentum, quod & ipsum Dominici semper uidelicet inuolabilis regni ac spiritualis unguenti nouerat pratendere figuram, digno ueneratur honore. Deinde etiam nos moralibus instituit disciplinis, ne prepositos nobis, eos maxime qui sacris ordinibus insigniti sunt, quamuis nos iniuste persequentes, uerbi austerioris ense scedare, & uel ultimæ superflua actionis eorum quasi fimbriam uituperando decerpere præsumamus. Sed & si forte nos tale aliquid incautius egisse contigerit, mox dolendo cor percutere, & temerarium admissum studeamus poenitendo corrigere. Verum iuxta cœpta explanationis ordinem, qua Saul Iudaicum populum siue regnum, Dauid uerò Christum significare diximus, possumus intelligere, quod eundem populum siue imperium Dominum suum uocauerit Christus, eo quod ex illo formam serui sumere dignatus sit: Christum uerò Domini, quod ei præ cæteris gentibus antiquitus gratia spiritualis unctionem contulerit. Ideoque noluerit in eum mittere manum, qua funditus perderet iniquos: sed quasi chlamyde detruncata regali dispartitus sit eos à terra, & supplantauerit eos in uita ipsorum. Et sicut alius psalmus ait: Ne occideris eos, nequando obliuiscantur legis tuæ. Disperge illos in uirtute tua, & destrue eos protector meus Domine.

Et confregit Dauid uiros suos sermonibus, & non permittit eos ut conuincerent in Saul.] Et confregit Dominus discipulorum suorum austeritatem, qua

impios perire desiderabant dicendo: Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condemnare, & non condemnabimini. Et alibi: Non enim misit Deus filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. cæteraque huiusmodi, & non permisit eos, ut uindictam mox delinquentium, sed uita potius amarent correctorum.

Porro Saul exurgens de spelunca, pergebat cepto itinere. Surrexit autem & Dauid post eum, & egressus de spelunca, clamauit post tergum Saul, dicens: Domine mi rex. Et respexit Saul post se.] Surgentes Dominici monumenti custodes, qui aduentis angeli timore prostrati, & facti fuerant uelut mortui, ac fugientes à monumento, nihilominus cœpta contra Dominum prauæ coniurationis itinera peragebant, dicendo uenisse discipulos eius nocte, & furatos esse eum illis dormientibus. Quod etiam de illis qui custodes monumenti adhibuere, potest rectè intelligi: qui etsi seruando monumento Domini gementes confusique discesserint, non tamen à persequendo fidem illius gressum propositi saeuientis auerterunt. Quibus utrisque à monumenti obseruantia deturbatis, & ipse Dominus suæ resurrectionis, quam occultè induerat, gloriam suis paulatim reuelare non tardauit. Atque huius iam confirmata ac pradocta ueritate, mox per eisdem clamore liberæ prædicationis intonans, auersos à se suos persecutores, benignè ad poenitendi remedium, suisque reuocabat amorem. Quos dum primis humanitatis ac pietatis sibi recõciliaret alloquijs, nonnullos eorum post se respicere, id est commissi in Deum sceleris poenitere perdocuit.

Et inclinans se Dauid pronus in terram adorauit, dixitque ad Saul: Quare audis uerba hominum loquentium, Dauid querit malum aduersum te? Ecce hodie uiderunt oculi tui, quod tradiderit te Dominus in manu mea in spelunca, & cogitauit ut occideret te, sed pepercit tibi oculus meus. Dixi enim: Non extendam manum meam in Dominum meum, quia Christus Domini est.] Et primum pietatis suæ pectus Saluator ad compatendum subueniendumque terrenis infirmisque cordibus, per ministros sui sermonis ostendens, primus ipse exempla adorandi & reconciliandi Deo his qui illum iam dudum offenderant, exhibuit. Dixitque ad populum Iudeorum per Euangelij præcones: Quare audis sermones humana sapientium, scribarum & pharisæorum loquentium: Iesus querit malum aduersum te: si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & uenient Romani, & tollent nostrum & locum & gentem. Ecce in tempore meæ passionis tot miraculis apparentibus, uiderunt quicumque uera uidere potuerunt in te, quod tradiderit te Dominus in potestate mea, cum ad unam mansuetissimam meæ responsionis uocem qua dixi, Ego sum: tanta armatorum manus tremefacta corruit, cum me crucifixo insolita cœlum rotum meridie caligo tenebrarum obtexit: me spiritum exhalante, terra tota commota,

petræ

petræ conscisse, monumenta aperta, & innumera mortuorum sunt excitata cadauera. Meque denique resurrectionis teste angelo apparente, æque & terræ motus factus immensus, & tui sunt exterritis ac mortuis assimilati custodes. Et quidem cogitauit, ut si non poeniteres, occiderem te: sed pepercit tibi patienter agendo meæ miserationis respectus, malens te acta poenitentia ueniam salutemque mereri. Dixi enim: Non percutiam funditus, auferamque de medio gentem, quamuis peccatricem, & inimicam mihi, ex qua habitum serui, in quo totum mundum lucrifacerem, suscepit: quamque in patribus olim diuina largitio singularis gratiæ benedictione perfudit.

Quin potius pater mi uide, & cognosce oram chlamydis tuæ in manu mea, quoniam cum præciderem summitatem chlamydis tuæ, nolui extendere manum in te: animaduerte & uide, quoniam non est in manu mea malum, neque iniquitas, neque peccatum in te. Tu autem insidiaris animæ meæ, ut auferas eam.] Quin potius, inquit Dominus, popule mi, ex quo ad confirmandas promissiones patris, ut filius hominis uocarer, & essem, ne me incarnari non piguit. Vide & cognosce terminum regalis habitus tui in potestate mea: quoniam cum præciderem summitatem regni tui terrestri, multos ab eius defensione, que per arma, lites & bella geritur, ad fidei & religionis meæ simplicitatē uocando, multos ob reatum perfidiæ in manus hostium dando, nolui manum in te aperte ultionis extendere. Animaduerte & uide, quoniam non est in opere meo quicquam mali uel iniquitatis, meque illud esse cognosce, de quo propheta testatur: Qui peccatum, inquit, non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Quis enim ex uobis arguet me de peccato, qui mei nominis memoriā de terra uiuentium eradere insidiando conaminis?

Quem persequeris rex Israel, quem persequeris? canem mortuum persequeris, & pulicem unum. Sit Dominus iudex, & iudicet inter me & te, & uideat & iudicet causam meam, & eruat me de manu tua.] Israel, uir uidens Deum, interpretatur. Quæ ergo persequeris, inquit, popule, qui ad uidendam diuinæ claritatis gloriam prior cæteris nationibus electus es? Quæ persequeris? Illum ne magnū ac uigilantissimum ouium sanctarum custodem, quem morti tradere non dubitasti, etiam post mortem sequi odiendo non desistis: Eum qui humanitatis habitu modicus, sed resurrectionis saltu uelocissimus, tuis inter captandum manibus elapsus est, iam de cœlo intonantem denuo te apprehendere posse stultus arbitraris? Et quis dem ego non quero gloriam meam, est qui querat & iudicet. Non absurdum uideatur cuiquam, canem mortuum uel pulicem Domini gestare figuram: cum & ipse alibi propter fragilitatem carnis, quam sine semine uirili, uirginea carne suscepit, dicat de se: Ego autem sum uermis, & non homo. Et propter resurrectionis gloriam, quam subito & citissime de morte ad uitam quasi saltu peregit: Et ex-

cussus sum, inquit, sicut locusta.

Et leuauit Saul uocem suam, & fleuit, dixitque ad Dauid: Iustior tu es quam ego. tu enim tribuisti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala.] Et docente per apostolos Domino, leuauit populus Iudeorum in eis qui erant prædestinati ad uitam æternam, uocem suam in confessionem fidei, quam dudum negando in infima depresserat, & prisci contagia reatus dignis poenitentia fletibus affluendo deterisit, confitens Domini iustitiam pariter & bonitatem: nec non & suæ commemorans errata malitia, quod ipse quidem totius autorem bonitatis morti ferox tradiderit: ille autem morti datus iniuste, cum sit omnipotens, mortificatores ad uitam referuare, quam perdere maluerit.

Et nunc quia scio quod certissime regnaturus sis, & habiturus in manu tua regnum Israel, iura mihi in Domino, ne deleas semen meum post me, neque auferas nomen meum de domo patris mei. Et iurauit Dauid Sauli.] Vox hæc poenitentis est populi Iudeorum, & à Christo quæ recognouit salutis aditum querentis. Et nunc quia scio certissime, quod tu sis ille de quo dictum est: Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis, habens in ditione tua regnum illud, in quo mundi corde Deum sine ullo beatitudinis fine uidebunt: confirma queso fidem quam donasti tuorum largitione sacramentorum, tuisque donis cœlestibus ipsam in me fidem augmenta, quatenus accepto pignore spiritus, fiduciam habere queam, quod progenitam ex meo corde stirpem operum post absolutionem corporis, ab æterno salues interitu. Neque auferas nomen meum de domo superne habitationis, quam patribus meis, qui te per legem fideliter & amanter expectauere uenturum, donare digneris. Hæc autem & huiusmodi confessionis uerba fundentibus nonnullis Iudeorum, annuit Dominus iuste illorum petitioni, & imbutos Euangelij sacramentis, de catechumenis eos & cõpetentibus fecit esse fideles.

Abijt ergo Saul in domum suam, & Dauid & uiri eius ascenderunt ad tutiora loca.] Abijt populus Iudeorum in eis qui apostolis docentibus respiscere à perfidia potuerunt, ad curam suæ intrinsece salutis operandam. Porro ipse Dominus & prædicatores eius, scientes ex eodem populo plures contra fidem bella moturos, relictis imis & terrestribus, ad tutiora mox & celsiora loca, id est rectè creditura, fortiter perseverantia, Samaritanorum gentiumque proximorum corda illustrando conscenderunt. Meminit huius lectionis, quodque ad Christum spiritualiter referenda sit edocet, quinquagesimi sexti Psalmi titulus, qui ita inscribitur: In finem, ne disperdas Dauid, in tituli inscriptione, cum fugeret à facie Saul in speluncam. Qui quidem duobus uerbis, quasi de Dauid scriptus uidetur: sed duobus alijs, quia ueraciter totus Christum signet, aperit. Quod enim dicit: Ne disperdas Dauid: uidetur prohibere ab inimici.

ab inimico insidiante disperdi eum qui fuerat à Domino promissum preparatus ad regnum. Et quod in clausula subiungit, Cum fugeret à facie Saul in speluncâ, ipsi temporis articulo, quo disperdi posse putabatur, arridet. Verum quod in principio ponitur, in finem, ad illum cuncta referenda præmonet, qui nobis omnium restat perfectio honorum: quia cum ad ipsum uenerimus, nil ultra querere opus habemus. Quodq; in sequentibus inferitur, in tituli inscriptione, ipsum dominicæ passionis titulum, quem hebraicè, græcè & latine Pilatus scripsit, exprimit: qui & ipse in figuram regni inuolabilis, nulla uel ab eo qui scripsit, potuit ratione disperdi. Sensus ergo totius tituli iste; præcipientis Iudæis, ne se Christi uel etiam occisi ac sepulti gloriam tollere posse suspicentur: In finem ne disperdas Dauid in tituli inscriptione, cum fugeret à facie Saul in speluncam, in eum qui finis legis est ad iustitiam omni credenti: psalmum cantatum intellige, ne disperdere quæras Christum in auferendo, uel imminuendo regnum ipsius, quod tituli ueracis inscriptione lignatum est, etiam cum uideas eum insistentibus impijs per mortem monumenti claustra subijisse: atq; nimirum claustra à facie fugit persequendum, ne eum ultra persequendi, uel saltem uidendi haberet potestatem. Sed & ipse psalmus iuxta tenorem huiusce lectionis, passionem, sepul-
 30 turam, resurrectionemq; Dominicâ, nec non & fidem gentium, quæ & ipsa præsentis in fine lectionis mystice continetur, aperta simul & idonea testificatione decantat, ubi inter cætera de passione triumphali, Dedit, inquit, in opprobrium conculcantes me. De sepultura & resurrectione: Animam meam eripuit de medio catulorum leonum, dormiui conturbatus. Quæ tamen conturbatio melius in membris eius intelligitur, necdum plenè resurrectionem eius in sepulchro dormientis creditibus. Item de resurrectione: Exurgam diluculo. At de gentibus illo inspirante, & cooperante credituris: Confitebor tibi in populis Domine, psalmum dicam tibi inter gentes. Sed & damnationem gentis Iudaicæ, quam abscissio chlamydis Saul in hac lectione signat, memoratus psalmus ita describit: Foderunt ante faciem meam foueam, & ipsi inciderunt in eam.

Mortuus est Samuel, & congregatus est uniuersus Israel, & planxerunt eum, & sepelierunt eum in domo sua in Rama. Defecit Euangelio coruscante futuræ prædicatrix umbra ueritatis, nec sine dolore subtrahi potuit populus à consuetarum ritibus carimoniarum, quos diuinæ legis institutione non dubitabat fuisse collatos. Vnde Iacobus ad apostolum Paulum loquens: Vides, inquit, frater, quot millia sunt in Iudæis, qui crediderunt, & omnes hi æmulatores sunt legis. Attamen paulatim cessante in Ecclesia Iudaicæ andi consuetudine, quasi frigescentia prophetæ

membra humanis abstracta conspectibus, in domo sua in Rama, id est in excelsu conduntur: quia dum exterius celebrari legis sacramenta desierant, cuncta interiorius in Christo & Ecclesia cœperunt quærenda & intelligenda probari. Domus quippe prophetæ, Ecclesia credentium est, & hæc in illo sita excelsu, de quo scriptum est: Et ipse fundauit eam altissimus. Et alibi: Quia excelsus reputatus est ipse.

Consurgens autem Dauid descendit in desertum Pharan. Pharan interpretatur onager, siue frugifer, aut ferocitas eorum. Cessante ergo prophetiæ typo, & in Rama, id est in Christo, ut dictum est, & Ecclesia, consummato, relicta Iudæa, fidei ueritas gentes diu ferat, & indomabilis animi, sed iam nunc iustitiæ fruge fecundandas adire dignata est. Nec solum propter nomen agreste uel ferum, sed & propter incolas diros ac feroces Pharan gentibus significantibus aptissimè congruit. Narrat enim scriptura Imaelem, à quo genus duxere Sarraceni, in deserto Pharan habitasse, illum uidelicet de quo dictum est, Ejce ancillam & filium eius: non enim hæres erit filius ancillæ cum filio libera. Cuius uicinitatem turbulentam horrescens filius libera, id est populus spiritali gratia renouatus, queritur dicens: Heu me, quod incolatus meus prolongatus est, habitauit cum habitantibus Cedar, & cetera, usque ad finem psalmi: quæ Sarracenos specialiter aduersarios Ecclesiæ cunctos generaliter describunt. Sed ut etiam de ancillæ filijs, id est de huic seculo seruientibus populis Christus ad libertatem uocaret, hosq; secundum Isaac promissionis efficeret filios, fugatos à superbis Iudæis, descendit in desertum Pharan, hoc est humiliata gentilium corda, eisq; suæ gratiam pietatis infudit.

Contemnentem se Nabal Carmelum Dauid ferire disponens, uxor eius Abigail interuētu & numeribus placatur. Quam post decē dies mortuo Nabal ipse accepit uxorem, accepit & Achinoem de Iezrahel, data uxore sua Michol Phalti filio Laïs.

CAPVT IIII.

Erat autem uir quispian in solitudine Maon, & possessio eius in Carmelo. Et homo ille magnus nimis. & cætera, usque ad id quod scriptum est: Saul autem dedit Michol filiam suam uxorem Dauid, Phalti filio Laïs, qui erat de Gallim. Hæc lectio typicè docet synagogam damnatam principum doctorumq; eius malitia, à Domino saluatâ, sed & ipsam postmodum uocatis ad fidem gentibus, non parua ex parte reiectam: alijs quidem personis humilium saluationem, alijs autem reiectionem notans superbiorum. Erat igitur uir quispian in solitudine Maon, id est habitaculi. Erat cœtus scribarum & pharisæorum, in sanctæ scripturæ studijs conuersatus: quæ singulari præceteris scripturæ uirtute prædita, insuper omnes suos lectores mundo solitarios effici, hoc est à concupiscentijs pompisq; eius separari, & seipos dignum Deo habitaculum facere docet.

docet. Et possessio, inquit, eius in Carmelo, id est in agnitione circuncisionis: quia sermo legis, quam prædicabat, ueram castigationem intelligi, non autem dedit perfici. Nam quod litera iubens ostendit, non ipsa, sed gratia iuuans perfecit. Non ergo in perfectione, sed in agnitione consummatæ castigationis pharisæus & scriba legalis habebat possessionem: Quia lex per Moysen data est, gratia autem & ueritas per Iesum Christum facta est. Magnus autem nimis homo ille uocatus est: quia doctor memoratus, quamuis ex parte non parua terrenum sapiens, multum tamen antecellit omnes secularis philosophiæ præceptores, qui ex toto diuinæ legis ignari, seipos solum magistris in his quæ docerent utebantur.

Eratq; ei oues tria millia, & mille capræ. Erant commissa ad docendum scribis & pharisæis innocentes simul & poenitentes animæ. hæc fide, spe, & charitate perfectæ: illæ prima fidei adhuc quæ à timore inchoat, rudimenta sectantes.

Et accidit, ut tonderetur grex eius in Carmelo. Accidit ut perfectiores quique auditores scribarum in agnitione castimonie legales exterioris hominis actus deponerent, ut interior renouaretur de die in diem. Accidit ut populus omnis eisdem subditus, primitiarum decimarumq; suarum quali superflua sibi, & quæ sine dolore amitti poterant, domino uellera traderet.

Nomen autem uiri illius erat Nabal, & nomen uxoris eius Abigail. Eratq; mulier illa prudentissima & speciosa. Porro uir eius durus & pessimus, & malitiosus. Nabal stultus, Abigail dicitur patris exultatio: & stultus erat legis peritus, qui habens clauem scientiæ, ipse non introibat, & eos qui uolebant intrare, prohibebat. Patris autem exultatio rectè uocata est synagoga in eis, quibus dicit: Gaudete autem, quia nomina uestra scripta sunt in celo. Erat nanque in talibus prudentissima, ad intelligendum uerbum fidei: & speciosa, ad agendum quæ intelligere poterat. Porro magistri eius duri non credendo, pessimi male uiuendo, & malitiosi erant contra Dominum insidias machinando.

Erat autem de genere Chaleb. Erant magistri synagogæ de discipulatu legislatoris. Super cathedram enim Moysi sederunt scribæ & pharisæi. Qui quoniam cæteros tunc mortales, & humanæ simul & diuinæ sapientiæ gratia præfabant, non immeritò Chaleb, id est omne cor potest appellari: uel quia Chaleb patriarcham fide ac uirtute potentem legimus, possumus dicere quod augmentum damnationis sit infidelibus uita fidelium, à qua degenerauere perentum.

Cum ergo audisset Dauid in deserto, quod tonderet Nabal gregem suum, misit decem iuuenes, & dixit eis: Ascendite in Carmelum, & uenietis ad Nabal, & salutabitis eum in nomine meo pacificè, & dicitis ei: Sit fratribus meis & tibi pax, & domui tuæ pax, & omnibus quæcumque ha-

bes pax. Cum audisset Dominus in homine conuersatus in mundo, quod periti legis auditores suos uel ad exonerandos se uitijs, uel ad sua pro Domino tribuenda, exercitationis congruæ quasi fornice prepararent, misit discipulos suos fortissimos, uidelicet denarij coelestis adipiscendi præcones, quorum in baptisinate renouata fuerat, sicut aquilæ iuuentus, & dixit eis: Ascendite in agnitionem circuncisionis, aperitis uirtutum & doctrinæ profectibus, arce uos castimonie spiritalis ueraciter nosse & confendisse monstrate: & hæc agendo uenietis ad ipsos legis doctores, & illis quoque salutem ex meo nomine, qui Saluator appeller & sim, euangelizantibus superna in pace futuram, dicentes: Sit omnibus pax, quicumque in nomine Dei patris credendo fratres Christi esse uoluerint, sit etiam uobis pax in eandem fidem pia societate conuersis: imò & omnibus quos erudistis, & uniuersis quæ agitis pax. Illa uidelicet pax, quæ fecit utraque unum, & medium parietem maceræ soluit, inimicitias in carne sua.

Audiui quod tonderent pastores tui, qui erant nobiscum in deserto, nunquam eis molesti fuimus, nec aliquando defuit eis quicquam de grege omni tempore, quo fuerunt nobiscum in Carmelo: interroga pueros tuos, & indicabunt tibi. Et hæc per apostolos suos Iudæorum primatibus loquutus est Dominus, audiui quod docerent discipuli uestri populum, qui ipsdem nobiscum scripturæ sacræ pascuis utebantur. Nunquam eis molesti fuimus, sed quietè conuersati ad omnes, insuper etiam iugum suauitatis, atque onus leue prædicauimus: nec aliquando perijt aliquid de doctrina uel actibus eorum: omni tempore nobiscum fuerunt in agnitione circuncisionis, id est, quo spiritalem circuncisionem, sicut & nos, in altissimis eloquiorum diuinorum uerbis agnouerunt. Vbi subintelligendum est, perire potuisse aliquid de substantijs eorum qui sine Dauid fuissent in Carmelo: id est, superuacua in multis, neque ad salutem animæ proficua lectionem eorum, qui scripturas legentes, Christum in scripturis intelligere nescissent. Interrogate, inquit, innocentes quosque, ac ueraciter & scienter humiles de uestra gente, qualium est regnum celorum: & indicabunt uobis, quod Euangelij gratia non est literæ legis aduersaria, sed in utroque Testamento iustus ex fide uiuit.

Nunc ergo inueniant pueri gratiam in oculis tuis, in die enim bona uenimus. Quodcumque inuenit manus tua, seruis tuis & filio tuo Dauid da. Quia, inquit, uos populum docetis, quod est intellectualem tondere gregem, curate ut etiam Christi discipuli prædicantes, in uobis gratiam fidei & bonæ actionis inueniant. In luce enim gratiæ singulariter bona prædicaturi uenimus, adeo nimirum bona, ut & regnum celorum inauditum mortalibus prædicet: & ad hoc uniuersum genus conuocet hominum, à qua etiam bonitate præcipua Euangelium græcè nomen accepit.

accepit. Quodcumque obedientiæ fidelis inueniret uestra uirtus, doctoribus salutis uestræ seruire gaudentibus, & de uestra stirpe progenito, ueraciter manu forti ac desiderabili Iesu Christo libenter impendite.

Respondens autem Nabal pueris Dauid, ait: *Quis est Dauid, & quis est filius Isai? Hodie increuerunt serui qui fugerant dominos suos. Tollæ ergo panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum, quæ occidi tonforibus meis, & dabo uiris quos nescio unde sint.* Respondentes stulti principes Iudæorum prædicantibus sibi Christi discipulis, aiebant: Nos Mosi discipuli sumus, huc autem nescimus unde sit. Et increuerunt discipuli Iesu ad præsumptionem docendi, ita ut à nullo ualeant superari, qui fugerant cõtemnendo legisperitos, multo se in sciētia maiores. Tollemus ergo nos sanctæ dictæ scripturæ, nobis specialiter ad docendum commissa, quæ partim simpliciter legi & intelligi possunt: quod est, a quam bibi: partim diligentius tractari, ut sic intelligi ualeant, debet: quod est panem frangendo ac mandendo comedi. Tollemus & facta patrum præcedentium, quæ in auxilium uitæ ac uirtutis nostris auditoribus docendo præparauimus, & dabimus doctoribus, à nostra prorsus religione ac fide separatis, qui ad sui dogmatis sensus sancta uerba peruersi transugerent.

Tunc Dauid ait uiris suis, *Accingatur unusquisque gladio suo. Et accincti sunt singuli gladio suo, accinctusque est & Dauid ense suo.* Potest quidem intelligi gladius spiritus, quod est uerbum Dei: quo mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus ad debellandos infideles accinctus sit, quoties uerbum patris per Euangelium firmum mundo patefecerit. Accincti & discipuli eius, cum & ipsi idem prædicauerunt. Sed quia legitur in sequentibus: *Abigail intercedente, prohibitus Dauid ne feriret impios. Nunquã autem rogat Ecclesia Christum, ne incredulis salubre sui uerbi uulnus infligat.* Melius intelligitur hoc in loco gladius uindictæ excidij, quæ Iudæis post Domini passionem inuinebat: quo nimirum gladio Dominus ipse, accincti & ministri uerbi illius, non ipsi utique pœnam peccatoribus irrogando, sed hanc peccatoribus, nisi pœniterent, futururam prædicando. Cuius metu gladij occurrens Ecclesia Domino ultra annorum l. x. tēpus eius ictum intercedendo suspendit.

Et secuti sunt Dauid quasi quadringenti uiri. Porro ducenti uiri remanserunt ad sarcinas. Secuti sunt Dominum ad officium prædicandi quicumque prudentia, fortitudine, temperantia, & iustitia perfecti poterant inueniri. Porro alij charitatis geminæ perfectione contenti, magis elegerunt cum acquisitis Christo proximis quiete uiuere, quam pro acquirendis alijs ad spiritalia bella præcingi.

Abigail autem uxori Nabal nunciavit unus de pueris dicens: *Ecce misit Dauid nuncios de deserto, ut benedicerent Domino nostro, & auersus est eos. Homines isti boni satis fuerunt nobis, & non molesti, nec quicquam aliquando perijt omni tempore quo sumus conuersati cum eis in deserto. Pro*

muro erant nobis tam nocte quam in die omnibus diebus quibus pauimus apud eos gregē.] Spernentibus uerbum fidei primatibus Iudæorum, nunciavit unitas Christi discipulorum subiecta illis synagoga, & dixit: *Ecce misit Iesus Christus apostolos, nuncios uidelicet ueritatis, diuinis scripturis instructos, ut benedictionem mandarent æternam maioribus nostris, & auersati sunt eos. Homines isti, id est Christi apostoli, boni apostoli, boni satis fuerunt nobis, regnum cœlestis prædicando: & non molesti, onera legis ceruicibus nostris ultra imponendo. Nec quicquam aliquando perijt eorum quæ gessimus omni tempore quo in eorum quam docent sumus fide conuersati, in deserto à mūdā illecebris, & quasi solitaria uita degentes. Omni inquam tempore, hoc est siue legis adhuc ritibus obseruatis, seu reuelatæ & prædicatæ iam gratiæ celebratis mysterijs, quicumque se fidei Christi coniungere, ab omni prorsus sunt perditione saluati. In auxilium docendi erant nobis, tam in obscuris scripturarum inuestigandis, quam in apertis palam proferendis, omnibus diebus, quibus iuxta eorum sensum uerè Euangelicum nostros instituimus auditores.*

Quamobrem considera & recoga quid facias, quoniam completa est malitia aduersum uirum tuum, & aduersum domum tuam, & ipse filius est Belial, ita ut nemo ei possit loqui.] Expofui, inquit, quid utilitatis & gratiæ fides Christi habeat, & quanta duxit ad eide principes nostri restiterint. Quamobrem considera & recoga, quo ordine declinata & uirtuta superborum malitia, qui nolere benedictionem, & prologabatur ab eis, ipsa non solum iram eius effugere, sed & benedictionem hereditatis accipere merueris: quoniam completa est malitia uindictæ aduersus principes gētis tuæ, & aduersus ipsam gentem tuam: qui occisis olim lapidatisque prophetis, ad complendum sui peccati malitiam, in ipsum etiam singulariter manu fortem prophetarum Dominum manus mittere non timuerunt, & ipsi sunt filij diaboli, Barrabbam pro Christo saluatore sibi eligentes latronem: ita obdurati sensibus, ut nullius doctorum spiritalium dicta capere possint.

Festinauit igitur Abigail, & tulit ducentos panes, duos utres uini, & quinque arietes coctos, & quinque sata polentæ, & centum ligaturas passæ uinæ, & ducentas massas caricarum, & imposuit super asinos.] Compuncta ad prædicationem apostolorum, festinauit synagoga reconciliari Christo, quem à principibus suis cognouit offensum, tulitque suos auditores per legis iam literam imbutos: et imposuit super humiles simplicesque uerbi euangelici dispensatores, quorum ministerio uel intercessione perueherentur ad Christum: super eos uidelicet qui dicere possent, Vt iumentum facti sumus apud te in terra, & nos semper tecum. & Nos stulti propter Christum. Ducenti etenim panes sunt hi qui per eiusdem fidei & actionis cõfortium, ita sibi sunt mutuo foedere connexi, in tantum supernæ deuotionis igne cõfortati, ut nullatenus ab inuicem

ab inuicem ualeant separari. Duo utres uini, qui geminæ dilectionis uirtute debriati, mortificari carne, uiuificari autem spiritu desiderant, & interius renouari de die in diem, ad percipiendum continentumque spiritalis gratiæ mustū. Quinque arietes cocti, quicquid in suis sensibus superbi, et contra infirmiores proximos, quasi malè connutum deprehenderint, totū deuota Deo mortificatione compressum, congruæ compunctionis solent flamma decoquere. Quinque sata polentæ, qui memoratos corporis sensus spiritui subiugare, & humilitatis necessariæ quasi molarunt edomare: quæ uidelicet humiliatio uel contritio carnis, quia moderatè, & nec minus nec plus iusto debet exerceri, bene polenta hæc sata, quæ apud Hebræos certa mensura est, unū & dimidium habes modium, comprehensa describitur. Centum ligaturis uinæ passæ signantur, qui continentia uirginali gaudentes, insuper indiuiduæ charitatis ad inuicem uinculis astringuntur, perfectissimamque angelicæ castitatis pulchritudinem etiam in carne positi degustat. Passa quippe uinæ a uite, quæ genuit excisa, cum suo quo plena est uino, ad maioris gratiæ munus solent non contrita seruari: & uirginalis caro à communis Ecclesiæ conuictu arctiori continentia ferro secreta, dulcorem in se maturæ iam castitatis, quasi ad totius Ecclesiæ gratiam Domino dilecta complectitur. Centum sanè, quæ cœlestis & angelicæ perfectionis mysterium signet, late omnibus claret. Ducentæ caricarum massas, sunt animæ quæ suauitatem suæ spiritalis et perfectæ societatis etiam proximis docendo impertiunt, ut duplicata uirtute duplicem mereantur & palmam. Quæ cuncta per Abigail in Dauid epulas missa sunt, cum diuersis per legis doctrinam imbutos uiros uirtutibus, synagoga baptizandos, & Euangelij sacramentis instituendos misit ad Christum.

Dixitque pueris suis: *Præcedite me, ecce ego post tergum equar uos. Viro autem suo Nabal non indicauit.* Præcellerant multi de Iudæa uiritim uenientes ad fidem, secuta est post eos synagoga. Prius namque dictum est, Dominus autem augebat qui salui fierent quotidie in idipsum: ac postmodum Ecclesia quidē per totam Iudæam & Galilæam & Samariā habebat pacē, & edificabatur ambulans in timore Domini, & cõsolatione sancti spiritus replebatur. Stultis autē principibus suis synagoga credentium, ne eos ad peiora prouocaret, mysteriū suæ credulitatis indicare detrectauit.

Cum ergo ascendisset asinum, & descenderet ad radices montis, ecce Dauid et uiri eius descendeant in occursum eius. Cum se synagoga cunctis fateretur stulto cætenus sensui seruasse, atque ad initia fidei Christianæ descenderet, quæ ab infirmitate Dominicæ incarnationis incipiens, ad diuinitatis agnoscendæ solet celsa perducere. Christus & discipuli eius descendeant in occursum eius, ut conatus eius prædicatio iurantibus, ab ipsis humanitatis eius, quibus imbueretur mysterijs, ad diuinitatis eam culmina summa subueherent.

Et ait Dauid: *Verè frustra seruaui omnia quæ huius erant in deserto, & non perijt quicquam de cunctis quæ ad eum pertinebant, & reddidit malum pro bono. & cætera.] Ait Dominus, longam superbientium Iudæorum stultitiam detestans: Verè frustra tanto tempore dementibus meæ gratiæ munera cæteris prægentibus obtuli, & reddidere malum perfidiæ, persecutionis & crucis pro bono gratiæ quam dedi. Tollam ergo nefandos de terra, ut usque in mane uirginalis iudicij, nullus de progenie peruersa dimittatur immunis. Quod ita dictum est, non ut Iudæi omnes increduli ante diem iudicij monstrarent esse morituri, sed ut digni per omnia morte & damnatione doceantur. Cui simile est quod Core seditionem mouente in deserto, Dominus Moyse loquitur & Aaron, Separamini de medio congregationis huius, ut eos repente disperdam: & tamen illis intercedentibus ad dicentibus, Fortissime Deus spiritu omnis carnis, num uno peccante contra omnes tua ira desauit? ira suspensa, & gratia est pietatis impensa. Sed & sequenti die murmurante omni multitudine contra eos, Recedite, inquit, de medio eius multitudinis, etiã nunc delebo eos. Sed quod per iustum iudiciū impios meruisse monstrauit, pijs interuenientibus misericordia mutauit. Ira ergo & hoc loco Dominus sub typo Dauid, perfidi quid meruerint eos iudicare detrectat, sicut sequentia lectionis huiusce spiritaliter intellecta monstrabunt. Nam sequitur: *Cum autem uidisset Abigail Dauid, festinauit & descendit de asino, & prociuit coram Dauid super faciem suam, & adorauit super terram, & cecidit ad pedes eius, & dixit: In me sit Domine hæc iniquitas. & cætera. Cui cognouisset synagoga Christum, imò ipsa cognita esset à Christo, festinauit renuciare præcæ suæ conuersationi, quæ habebat Dei æmulationem, sed non secundum scientiam: & humilitione deuotissima terram se cineremque testata, Dominicæ incarnationis cœpit suppliciter adorare uestigia, uel pro se pœnitente, ut suscipiatur à Domino: uel pro sua gente ac principibus incredulis, ne corporaliter feriantur exorans, aperta iam confessione, & impios ad pœnam seruatos æternam, & Christi regnū perpetua in pace mansurū contestans, seque ad hoc potius pertinere posse cunctis animæ uotis obsecrans.**

Ne ponat oro dominus meus rex cor suum super uirum istum iniquum Nabal, quia secundum nomen suum stultus est, & est stultitia cum eo. Ego autem ancilla tua non uidi pueros tuos Domine mi, quos misisti.] Pia humilitate commota synagoga credentium, rogat Dominum, ne impios suos magistratus ac proceres ante punitionem extremi iudicij usque ad interuentionem deleat, ut quos pro suæ stultitiæ perfidiæ perennis expectat interitus, his saltē ad modicum temporali gaudio liceat hac uoluptate perfrui: seipsam simul humiliter excusans, siue potius flebiliter accusans, quod et ipsa tam tardè cognouerit tanti boni præcones, hoc est apostolos quos misit.

Quapropter suscipe benedictionem hanc quam attulit ancilla tua, tibi Domino meo, & da pueris qui sequuntur te dominum meum.

num meum.] Quoniam, inquit, impius iusto iudicio perituros esse non latet, obsecro eos quos pie conuersos tibi mancipandos, a te consecrandos, per te benedicendos obtuli, benignè suscipias, & tuis qui præcessere famulis Ecclesiastica societate committas.

Aufer iniquitatem famulæ tuæ. Faciens enim faciet dominus tibi domino meo domum fidelem, quia prælia Domini domine mi tu præliaris.] Amplius, inquit, laua me ab iniustitia mea, & à delicto meo munda me. Absque ulla enim dubietate credo & cōfiteor, quia compressis ac deuictis persequentium machinis, plebem tua fide cōsecratam Deus pater longè lateq; multiplicet, qui solus mundum à maligno principe saluare ac defendere sufficit.

Et cum benefecerit dominus domino meo, recordaberis ancillæ tuæ.] Cum posuerit Deus pater omnes inimicos tuos scabellum pedum tuorum, perpetuumq; cum tuis electis intraueris in regnum: obsecro, me ad dexteram tui throni statuens, eiusdem regni participem facere digneris.

Et ait Dauid ad Abigail: Benedictus Dominus Deus Israel, qui misit te hodie in occursum meum, et benedictum eloquium tuum, & benedicta tu quæ prohibuisti me hodie, ne irem ad sanguinem. & cætera.] Credenti synagoga gratiam Dominus ad patris gloriã refert, benedicendum nobis eundem semper, laudandumq; significas: ipsam quoque credentem, et in parte perfectionum etiam pro incredulis orantem, merita benedictione remunerat. Pariter ostendens, quã gratulam ducat oratione, quæ pro aduersarijs beneuola mente fundatur.

Suscepit ergo Dauid de manu eius omnia quæ attulerat ei, dixitq; ei: Vade pacificè in domum tuam.] Suscepit Dominus deuotionem omnium credentium, quam manus, id est operatio synagoga predicantis de suis ei filijs attulerat: monuitq; benignus, ut post acceptam ab eo pacis supernæ gratiam, ad conscientiam rediret, & qualiter sibi uiuendum esset, sedula mente dignosceret.

Venit autem Abigail ad Nabal, & ecce erat ei conuiuium in domo eius, quasi conuiuium regis, & cor Nabal iucundum, erat enim ebrius nimis, & non indicauit ei uerbum pusillum aut grande, usq; mane.] Post ostensum Domino sue deuotionis affectum, synagoga credentium uenit uidere uitam mentemq; non credentium, si forte posset & eos ad fidem uocare: quos ubi legalium uictimarum epulas saturos, genus se regale præ cæteris gentibus esse gaudetes: & quod est grauius, cōtra uerbum Euangelij infana quasi ebrietate uidit inflatos, tacuit aliquandiu sceleris admisi periculum, donec & ipsa spiritus sancti luce magis magisque cōfirmata, liberior ad arguendum procederet, & ipsi coruscante palam Christi gloria euidentius ex tempore piculum, quod in eum cōmiserant, agnoscerent, agnoscentes dolerent, dolentes abluerent. Verum illi agnoscentes reatum suum, non hoc poenitendo abluere, sed superbiendo maluerunt augere. Nam & ipsi Apostoli, & quotquot respicebant à laqueis diaboli, ad Abigail, id est patris exultationis personam, uel comites, uel dona pertinere non dubitant.

Cumq; pertransisset decem dies, percussit Dominus Nabal, & mortuus est.] Mortem Nabal non aliud melius quàm exterminium regni Iudeorum superbissimi, euerisionem templi, & cessationem obseruationum legalium possumus intelligere. Deniq; pertransitis decem diebus factum est, quod ad cōsummationem legis, quæ in Decalogo data est, pertinere nemo est qui dubitet.

Misit ergo Dauid et locutus est ad Abigail, ut sumeret eam sibi uxorem.] Misit Dominus prædicatores, ut perditis Romanorum gladio cum suis sequacibus perfidis synagoga primatibus, ipsam in his qui remanere reliquijs, ad spirituales eius nuptias inuitarent.

Quæ consurgens adorauit prona in terram, & ait: Ecce famula tua sit in ancillam, ut lauet pedes seruorum domini mei.] Consurgens ad exercitium boni operis synagoga tunc temporis credentium, primum datuæ credulitatis indicium, Christum adorare ut Deum: dehinc promittit se humilimo famulatu opera seruorum eius terrena forde polluta, & primo baptismatis unda, & post intercessionis exhortationisque stræ gratissimo fonte diluere. Luxta quod ipse lotis eius uestigijs insinuat: Quanto magis, inquiens, uos debetis alter alterius lauare pedes.

Et ascendit super asinum, & quinque puellæ ierunt cum ea pedesque eius, & secuta est nuncios Dauid, & facta est illi uxor.] Secuta nuncios uerbi Dominici synagoga fidelis, quo plus appropriat donis ei percipientis, eo certius suam stultitiam, tarditatem & immunditiam cognoscit. Quod etiam de unaquaque anima fidelis rectè potest intelligi, quæ ascenso asino etiam quinque puellas secum ducat ad Dauid: cum cognita sua naturali pigrizia & hebetudine, quicquid uidendo, audiendo, gustando, olfaciendo, tangendo agere ualeat, totum hoc in implendis auctoribus sui præceptis impedere gaudet. Aliter, ueniens ad Dauid Abigail,

quinque puellas habet comites: quia copulanda Christi mysterijs synagoga, non alias quàm legis, quæ quinque libris scripta est, ritibus imbutas secum animas ducit. Quod si quis dubitat postillatà à Vespasiano & Tito Iudæis necè, Ecclesiam ex eorum numero fuisse collectam, legat historiam Ecclesiasticam, & inueniet completo Hierosolymorum excidio, Christianos illò accolas, maxime de circuncisione, qui Romanorum enssem Domino reuelante fugerant, continuo redisse: ibiq; per annos amplius sexaginta usq; ad supremam, quæ sub Adriano facta est, eiusdem gentis euerisionem, non desuisse de Iudejs, qui fideliter in Ecclesia Domino seruirent, ita ut illo omni tempore non aliunde Hierosolymis episcopi, quàm de circuncisione sint electi. Igitur Abigail synagoga fidelis typum tenens, non uniuscuiuslibet temporis solum personas signat, sed aliquando eos qui Domino in carne constituto credere cœperunt: aliquando eos qui post eius ascensionem ad prædicationem apostolorum poenitentiam egerunt: aliquando eos qui de horum numero etiam, usq; ad officium prædicandi

dicandi peruenire potuerunt: aliquando eos qui post occisos, uenditos, dispersos Christi & Ecclesiæ persecutores ad fidem uenerunt. Qui quoniam omnes unum Dominum, unam fidem, unum baptismum, unum Deum & patrem habere didicerunt, rectè omnes eadem Abigail significat, mulier prudentissima & speciosa, cuius uocabulum in patris exultationem transfertur. Illam nimirum significans, quam assistentem à dextris suis in uestitu deaurato, id est in operibus charitatis gloria præfulgidis, id dem pater exultans affatur: Audi, inquiens, filia, & uide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, quoniam concupiuit rex speciem tuam.

Sed et Achinoem accepit Dauid de lezrahel, et fuit utraq; uxor eius.] Achinoë fratris decor, lezrahel interpretatur semen Dei. Non solum ergo de synagoga Iudæorum Dominus, quos sibi interno amore cōiungeret, elegit, sed & de gentibus populum suis sacramentis imbuendum, sua dilectione confirmandum propitiatus assumpsit. Qui fratris decor rectè uocatur, in quantum sui redemptionis gloriã, non autem suam querere delectatur. Ipse enim frater noster fieri dignatus est, uel propter humanitatem naturæ nostræ similem quam assumpsit: uel quia, quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Deniq; in Canticis canticorum, & ipse Dominus frater Ecclesiæ propter unius eiusdemq; naturæ consortium, & ipsa soror appellatur illius.

unde est illud: Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, vulnerasti cor meum. Et illa in antiquis fidelibus incarnationem eius desideranter expectas, Quis mihi det te, inquit, fratrem meum fugentem ubera matris meæ, ut inueniam te foris, & deosculer? id est, in hominis habitu te uidere merear & alloqui, quem inuisibili natura Deitatis semper credere, diligere, adorare consueui. Qui fratris decor pulcherrimè de lezrahel, id est de semine Dei originem duxisse perhibetur, illo nimirum semine, quod exiit seminare qui seminat, hoc est uerbo fidei: quod postquã per seipsum Iudæis commisit, etiam exteris gentibus per apostolos suos Dominus euangelizare curauit: ut iuxta Euangelij parabolam, fieret unum ouile & unus pastor.

Saul autem dedit Michol filiam suam uxorem Dauid, Phalti filio Lais, qui erat de Gallim.] Phalti saluator meus, Lais leo, uel sibi metuit, Gallim transmigrautes dicuntur. Principes & magistri Iudeorum postquam gentiles Christo credere uiderunt, subtraxerunt subditã sibi synagoga plebem ab eo, docueruntque credere potius Antichristo, quem suum quasi saluatorem præstolantur in fine futurum, filium utique diaboli, qui factus est ut nullum timeret, & circumiit tanquam leo rugiens Ecclesiam, quærens quem deuoret: et est de numero immundorum spirituum, qui & olim ipsi de cœlis transmigrauerunt ad tartara, & suos quod

peiora transmigrare non cessant.

Zipheis prodentibus Saul descendit contra Dauid, in cuius castra ipse nocte descendens, dormientibus cum eis, & hastam & cyphum aquæ tollit, eumq; excitatum ad confessionem sui prouocat erroris & culpæ.

CAPVT V.

ET uenerunt Zipheis ad Saul in Gabaa, dicentes: Ecce Dauid absconditus est in colle Achilæ, & cætera, usque ad id quod scriptum est: Abiit Dauid in uiam suam, & Saul reuersus est in domum suam.] Hæc lectio docet Iudæam pro culpa perfidiæ, quã erga Dominum exercuerat, regnum quod uel in cœlis ab eo accipiendum sperare, uel in terris ab eo acceptum seruare debebat, amisisse: sed & in totum obseruantiam carimoniarum perdidisse legalium, quæ, si credere Christo uoluisset, in spiritalem mutata intellectum, & ipsa spiritalis spiritaliter custodire ualeat: attamen ipsa, si uel sero conuerti, & poenitentiam agere consenserit, promissum à Domino regnum cœlestis concedi. Zipheis, qui interpretantur florentes, Iudæorum doctores expriment, de flore & quidem odorifero, id est rudimentis legalis scientiæ gloriates, sed fructum iustitiæ fidei prorsus ignorantes. Saul, qui dicitur expetitus, regnum eorum quod sibi à Domino petierunt, typicè denunciat. Gabaa ciuitas eius, quæ transfertur in collem, superbam regni eiusdem extollentiam demonstrat. Achilæ, quæ interpretatur suscipiens eam, cōstantiam eorum quæ fidem Christi in Iudæa, pia mente susceperat, designat. Venerunt igitur Dauid habitante in deserto Zipheis ad Saul in Gabaa, dicentes: Ecce Dauid absconditus est in colle Achilæ, quæ est ex aduerso solitudinis. De hac infra scribitur, quia fuerit ex aduerso solitudinis in uia. Veniebant Domino prædicante in Iudæa scribæ & pharisæi hypocritæ, dicentes suæ regiæ potestati superbia tumida, ut hanc ad inuidiam excitarent, absconditam Iesu dilectionem in corde turbæ, quæ fidem eius susceperat, Christum regem eum uenisse credens in mundo: de qua benedicatur, Quæ est ex aduerso solitudinis in uia. Ciuitas quippe, in cuius colle Dauid absconditur, ex aduerso solitudinis sit posita, cum caterua iustorum Christo hospite beata, terrenorum desideriorum uitare tumultus, & ab illecebris secularibus solitariam se reddere curat. Et hæc est unica uia ad percipiendam hanc perfectissimam mentis solitudinem, in altitudine, quasi colle mentis eiusdem aduentum Christi suscipi, illum uidelicet de quo ipse dicit: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & mansionem apud eum faciemus.

Et surrexit Saul, & descendit in desertum Ziph, & cum eo tria millia uirorum de electis Israel, ut quæreret Dauid in deserto Ziph. Et castrametatus est Saul in Gabaa Achilæ: & cætera.] Gabaa Achilæ, non Gabaa ciuitatem Saulis, sed collem Achilæ, qui Hebraicè Gabaa uocatur, intellige. Incitatus ergo doctoribus peruersis, commotus est regnum Iudæorum ad persequendum Dominum, habens in exercitu impietatis eos qui contra fidem, spem & charitatem dimicaturi, quasi triplici acie, infidelitatis,

S 2 desperatio.

desperationis & odij procederet ad bellū. Quo armatum milite castra iniquitatis in medio turba, quæ Christum corde susceperat, metari festinabat, si forte posset eum uel corporaliter inuentum extinguere, uel spiritaliter à fidelium eius amore repellere. Dauid ergo habitante in deserto, Saul post eum uenit in desertum: quia suscepto habitatore Christo in corde illorū, qui mundum deserere studebant, statim aderat persecutio; quæ probaret credentes, & illato agone occasione promerendæ tribueret palmæ. Quod ipsum & hodie & cunctis Ecclesiæ temporibus fieri non desinit. Sed ueniēte post se Saul, Dauid quid fecerit uideamus.

Et surrexit, inquit, Dauid, & uenit ad locum ubi erat Saul.] Persequentibus se ludæis Dominus non reliquit prouinciam, non abstulit beneficia disposita, sed semper docebat in synagoga & in templo, quod omnes conuenerat, & curabat languidos eorum.

Et ait Dauid ad Achimelech Hettheum, & Abisai filium Saruie fratrem Ioab, dicens: Quis descendet mecum ad Saul in castra? Dixitq; Abisai: Ego descendam tecum.] Multi prædicante in carne Domino de gentibus, multi de ludæis confluebant ad fidem, sed ipse primos sui uerbi ministros, quibus castra regni persecutoris deturbaret ac deuinceret, de ludæis, qui ei arctiori dilectione simul & sacramentorum perceptione adhaerebant, elegit. Achimelech quippe Hettheus, qui interpretatur frater meus rex abscisus, natione quidem populū gentium, nomine autem & fide eundem ab idololatriæ ritibus abscisum, & Christi regno cōiunctum atq; aduatum demonstrat. Porro Abisai filius Saruie frater Ioab, id est patris mei incensum, filius angustiae, frater inimici, electos de ludæis discipulos Christi dilectione seruientes, filios poenitentiae, fratres secundum naturam populū persecutoris figuratè designat.

Venerunt ergo Dauid & Abisai ad populū nocte, & inuenerunt Saul iacentem & dormientem in tentorio, & hastam fixam in terra ad caput eius. Abner autem & populū dormientes in circuitu eius.] Venit Dominus & discipuli eius ad uisitandum populū, qui sedebat in tenebris, et in umbra mortis, & inuenit regnū eius cognatione tota in imis deprimi, et caeco sopore torpens, omnia uirtutum munimina, quibus contra hostes spirituales armari debuerat, in deliderijs uixisse terrenis, sed & doctores simul omnes et auditores eadē cum principibus desideria peste languescere.

Dixitq; Abisai ad Dauid: Conclisist Deus hodie inimicum tuum in manus tuas. Nunc ergo perfo diam eum lancea in terra semel, & secundo opus non erit. Et dixit Dauid Abisai: Ne interficias eum.] Intellexerūt discipuli spiritali iam fide præditi, omnia à patre tradita in manus Saluatoris: sed carnali adhuc ignorantia præpediti, putabant ab eo quærendū superbos & contemptores uerbi illius igne coelitus missio deuorari. Quos ille confestim ab hac intentione reuocans, patientiam potius habendam esse decreuit, dicens: Quia filius hominis nō uenit animas

Luce 9

perdere, sed saluare. Sanè quod Dauid adiungit:

Quis enim extendit manum suam in Christum Dominum, & innocens erit?] Iuxta cœptam quidem expositionem demonstrat, neminem sacrilegij scelere immunem, qui Iudaici populū regnum specialiter ei à Domino datū, & oleo sancto consecratum, irumpere, ciuitatemq; ac templum diuino cultui dedicatum, abiectione Dei timore profanare tentaret. Verū iuxta supplicem dicentis sensum, docet quanta reuerentia sit diuinis adhibenda sacramentis, quamuis per malorum manum dispensatis: quantus personis sacri altaris officio mancipatis honor impendendus, quantum ab harum læsione quamlibet malè uiuentium, propter insigne gradus sit cuiuslibet temperanda præsumptio, cum ipse exul innocens ab interfectione se iniustissime persequētis, propter solum sanctæ unctionis oleum, quod in figurâ Christi uel nominis uel regni non seruaturus acceperat, & militem suum præcepto, & seipsum diuino timore compefcuerit. Cauendum ergo, ne Episcoporum, presbyterorum, diaconorū famam passim lacerare et attaminare præsumamus.

Nunc igitur tolle hastam quæ est ad caput eius, et cyphum aquæ, et abeamus. & cætera.] Hasta uel ipsam regni potentiam, uel arma uirtutum spiritalium, quibus regnum iuari poterat, insinuat. Potest autem & de terreno quod habebant, & de cœlesti regno quod sperabant, quicumq; de illis hoc sperare nouerāt, accipi. Quod utrunq; perfidius merito constat ablatum. Cyphus autem aquæ, carnalium obseruatio typorum: quæ ad comparationem Euangelicæ perfectionis, quasi cyphus aquæ ad calicem uini est, non inconuenienter accipitur: unde & supra Nabal poscenti Dauid aquas, dare cōtemplit. Abigail etiam uinum dedit, quia populus infidelium legis uel literam Christo ascribere tenuit: fidelis autem quisq; & ad ipsum cuncta referenda, & hæc spiritali sapore plena feruere cognoscit. Hasta igitur & cyphus aquæ Saulis aufertur, cum ludæis ob reatum perfidiæ regnum omne simul, et literalis custodia legis adimitur. Quod quidem per Abisai Dauid iubente fit, cum iubente Domino Apostolorum quisque Euangelij iura prædicans, uetera omnia docet esse transitura. Quod autem sublata hasta & cypho Dauid adiunxit, dicens, Et abeamus: significat abiturum à ludæis Christum, & ad gentes saluandas cum prædicatoribus suis fuisse transiturum. Quod & ipse uenturus ad passionem eodem pene uerbo pronuncians ait: Surgite eamus hinc.

Et non erat quisquam qui uideret & intelligeret, & euigilaret, sed omnes dormiebant, quia sopor Domini irruerat super eos.] Non erat quisquam in parte reproborum qui Domino uel Apostolis eius, prædicantibus futuram Iudææ desolationem, & statum eius antiquum eradendum de terra, uel præterita sua facinora, uel futuram intelligens damnationem, cuius uigilaret ad poenitentiam: sed omni in impietate perdurauerunt, quia Dominus exigentibus meritis præcedentibus, excæcauit sensus eorum.

Aliter,

Aliter, sopor Domini irruit super eos, id est grauior solito, quæ Dominus eis specialiter ob aduentum Dauid immisit, non sinens eos experge fieri, donec ipse rediens abiisset.

Cumq; transisset Dauid ex aduerso, & stetit in uertice montis de longè, & esset grande interuallum inter eos, clamauit Dauid ad populū, et ad Abner filium Ner dicens: Nōne respondebis Abner?] Cum transisset Iesus de hoc mundo ad patrē, & in altitudine regni paterni imperturbabilis maneret, longè nimirum segregatus ab aspectu mortalium, essetq; grandis distantia inter eum qui immortalis uictor mortis, in carne Deus ad dexterā patris sederet, & eos qui in hoc mundo mortales miserī et impij contra ipsum certare laborarent: clamabat per apostolos suos prædicando ad populū Israel, & ad legis peritos eius, eosq; de somno sui noxij torporis exurgere, et sibi credendo respondere cogebat. Abner quippe, qui interpretatur patris lucerna, eos qui populo ueritatis lucē tunc temporis ministrare debuerant, ostendit. Pater eius Ner, qui lucernam uertitur, horum magistros qui in luce legalis scientiæ spiritaliter accendenda, & illis ac populo pandenda præcesserunt, typicè designat.

Et respondens Abner, ait: Quis es tu qui clamas, & inquietas regem?] Responderūt pharisæi & scribæ, non se nosse discipulos Iesu, qui clamarent docendo populū, & inquietarent regnū Iudæorum, quasi Iuso Christi sanguine reum. Et uultis, inquit, inducere super nos sanguinem hominis istius?

Et ait Dauid ad Abner, Nūquid non uir tu es? & quis alius similis tui in Israel? Quare ergo non custodisti dominum tuum regem?] Dicunt Apostoli, Nūquid nō uos scribæ estis legis periti, principes sacerdotum & pharisæi, gradu pariter & scientia populo præcellentēs? quare non custodistis immutilatum uestre gentis imperium, perfecti operis simul et doctrinæ insistendo uigilatis?

Ingressus est enim unus de turba, ut interficeret regem domini tui.] Iuxta literam de Abisai dicitur, qui ea mēte castra intrauit, ut si quomodo posset regem interficere. Iuxta allegoriam de apostolis intelligitur, qui perditionem regni nefandi propter peccata futuram, sedula contestatione prædicebant.

Nunc ergo uide ubi sit hasta regis, & ubi cyphus aquæ, qui erat ad caput eius.] Videte, inquit, nunc ubi sit imperij uestri sceptrum, quod & in terris amissistis, & in cœlis sperare desinistis: ubi umbratica legis obseruatio, quam toto ex animo sitistis, in qua uestrorum manus actuum ab omni peccatorum sorde lauare potuisset iactastis. Omnia pariter quia Christū perdidistis, & ipsum templum abiit. Quæ quidem omnia, etsi apostolorū temporibus necdum completa, maxima tamen ex parte cœpta, & ante ipsorum tempora, & ipsis adhuc supersistibus, qui historiā ueterum legerit, inueniet. Deniq; Herodes maior, et filij eius, inter innumeras quas ludæis intulere calamitates, etiam sacerdotibus uelut sanctam eripuerunt, neq; eis unquam in hæc ministrandi concessit

re licentiam: uicem pontificatus, rescisso ordine legali, ad libitum suum mutauerunt. Pilatus templum secretò noctis imagines Cæsaris introducendo polluit, secutus impietatem Herodis, qui hoc prius aquilam auream in eo statuendo profanauit: & iuuenes qui hanc causa religionis efficere tentabant, flammis exuri mandauit. Caius & ipsum templum, & omnes eorum synagogas profanari sacrificijs gentilium, ac repleri status simulacrisq; imperauit, seq; sibi ut Deū colī præcepit. Hæc quidem de religionis, cæterum de regni deterioratione, donec penitus periret, dicere nullus est finis.

Cognouit autem Saul uocem Dauid, & dixit: Num uox tua est hæc filij Dauid. Et Dauid: Vox mea est domine mi rex. Et ait: Quam ob causam Dominus me persequitur seruū suum? & cætera.] Cognita Saul uoce Dauid, & eius humilitate, innocentia & iustitia permotus, peccasse se, neque ultra in eum peccatum esse constitetur & promittit, eumq; iam reuerti præcipit. Cognita multi ex principibus Iudæorū per Apostolorum exhortationem uoce Christi, poenitentiam agentes se peccasse confessi sunt, & eum per gratiā ueniæ ad sua corda, quæ ob perfidiā deseruerat, reuerti multis lachrymis ac magnis precibus implorant.

Si Dominus incitat te aduersum me, odoretur sacrificiū: ut si autem filij hominū, maledicti sunt in conspectu Domini, qui eiecerunt me hodie, ut non habitem in hereditate Domini, dicentes: Vade, serui dijs alienis. Et nunc non effundatur sanguis meus in terra, coram Domino, quia egressus est rex Israel ut querat pulicem unum. & cætera.] Si Dei, inquit, spiritu ductus me persequeris, necesse est, ut diuinam mihi pietatem sacrificijs & precibus placeam: sin autem non Domini nutu, sed contra uoluntatē eius, hominū nequam deceptione deprauatus, tantisper aduersus insonitē sæuendū putasti: certum est eos maledictione dignos in diuino examine teneri, qui membris suasionibus ab eius tabernaculo & terra sancta repulsum, inter idololatrias, quos maxime detestor, uitam ducere cogunt. Et si hæc ex hominibus, ut dixi, flamma persecutionis exarsit, iustū est per omnia, ut nō meus ab impijs essendat sanguis, quem manus persequentium hæctenus inuulstè quærere nō cessauit. Iuxta intellectum uerò mysticum, membrorum Christi, id est fidelium eius uox est, qui prauorum persecutione correpti, diligenter sua corda discutere solent. Et si pro peccatis suis sibi à Domino per tales poenam castigationis irrogari cognoscunt, cōfestim ipsi hæc cōpunctionis debite sacrificijs expurgare contendunt. Si autē se iniuste pati iniurias aut mortes ab impijs, ut à uia ueritatis auocent, aspiciūt, illos quidem qui hæc agunt, æterna à Domino maledictione plectendos intelligunt: quia fideles Christi ab hæreditate catholicæ fidei usq; ad idololatriā gentilitatis uel hæreseos cuiuslibet desistere uoluerint. Si autem qui hæc innoxij patiuntur, ab omni morte & corruptione saluandos à Domino, imò etiam patientiæ suæ palmam percepturos esse latantur. Possumus &

S 3 exapo-

ex apostolorum persona ad Iudæos persecutores ita dictum accipere: Si Dominus incitat uos ad persequendum nos, placetur ira eius orationibus nostris: si autem, quod magis uerum est, filij hominum maledicti sunt apud Dominum, qui nos diuina predicantes eiecerunt, ut non habitemus in Iudæa & in Hierosolymis: dixeruntque, Recedite. & quia Iesum Deum creditis, huic potius inter gentes, quæ deos alienos colere solent, seruite.

Et ait Saul: Peccauit, reuertere fili mi David: nequaquam enim ultra male tibi faciam. & cætera.] Duas sui exultatus causas proponit David, & quæ sit uera inquitenti à Saul, Saul ipse sui conscius animi respondit, non se Domini incitamento, sed sua dictante stultitia cum fuisse persecutum: sed iam nunc eum domum reuerti precatur, nil à se mali ultra passurum. Et Iudæorum multi cõfessis suis sceleribus, Dominum quem infidelitate pepulerant, fide ad se reuocare curarunt.

Et respondens David ait: Ecce hasta regis transeat unius de pueris, & tollat eam.] Respondens Dominus per doctores suos pœnitentibus Iudæis, & à persequendi facinore conuersis: Ecce, inquit, penes me est uestri regni potestas: transeat unitas fidelium in infidelia corda superbiorum, & promissi uobis olim regni cœlestis spiritalia uelox arma reportet. Quod & Apostolorum temporibus non parua ex parte completum, & Helisæ prædicantis a credentibus corporum in filios, plenius splendendum restare temporibus. Tacet & de cypho aquæ tollendo: quia legis umbram Dominus non docet ultra seruadã. Meminit proditionis Zipheorum titulus psalmi 53. qui tamẽ ad superiorem magis proditionem respicere uideretur, eo quod ibi iuxta modum tituli dicatur: Nonne David absconditus est apud nos? Hic autem aliter: Ecce David absconditus est in colle Achilæ.

David cum sexcentis suis uenit ad Achis: & accepta mansione in Sicelech, uicinos solitudinis incolas uastat.

CAPVT VI.

Et ait David in corde suo: Aliquando incidam uno die in manus Saul. Nonne melius est, ut fugiam, & saluer in terra Philistinorum? & c. usque ad id quod ait Achis de David: Multa mala operatus est contra populũ suum Israel: erit igitur mihi seruus sempiternus.] Hæc lectio præsentem Ecclesiæ statum, quo post longa martyrum certamina, pace in gentibus, quantum inter homines continua gaudet, insinuat. Ait David in corde suo: Aliquando incidã uno die in manus Saul: nonne melius est ut fugiam, & saluer in terra Philistinorum? & cætera. Ait Dominus in sapientia sua, in qua omnia facit & disponit: Ecce Ecclesiam sanctorũ, membra uidelicet mea persequantur Iudæi, ne quæ semel accensam seuiendi unquam mitigare rabiem norũ: ne ergo repentino incurfu subuertant eius statum, tollantque de medio, melius est ut me semper duce potita ad gentes saluandas secedat: quarum latitudine in eius fidem & amore conuersa desperent insani posse se eius delere constantiam: cessentque e-

tiam in Iudæa minis cædibusque persequi, quam in gentibus uiderint gratia cœlesti coruscant.

Et surrexit David, & abiit ipse, et sexcenti uiri cum eo, ad Achis filium Maach regis Geth.] Relinquit Dominus sedem, quam in corde Iudæorum antiquitus habere solebat, & abiit ad Gentes suræ fidei acquirendas ipse & ministri sermonis illius, senario & centenario numero insignes, id est perfecte operationi impresentiarum intenti, & cœlestium spe indubia, in futura mente suspensi.

Et habitauit David cum Achis in Geth, ipse & uiri eius, & domus eius, & duæ uxores eius Achinoem Iezrahelites, & Abigail uxor Nabal Carmeli.] Geth, quæ in torcular uertitur, pressuras & tribulationes, quibus in hac uita fides Ecclesiæ probatur, insinuat: quod etiam psalmi, qui pro torcularibus intitulatur, declarant. Achis, qui dicitur frater uiri, populum gentium, qui in Christum credendo frater eius esse per gratiam, & uiriliter agere gaudet, significat. Pater enim Maach, qui in euiratum transfertur, hoc est uirili actione, mente & uirtute priuatum, priorum temporum Gentiles, qui idolis seruientes, à uirtutis opere simul et mercede uacui permãtere, demonstrat. Habitauit ergo Dominus inter Gentes primo in persecutionibus pressurisque quam maximis, donec & ipsa fidem eius suscipere nosset, ipse & Apostoli eius: pastor quisque cum subiecta sibi quam gubernat & erudiebat, Ecclesia Christus ipse geminarum unius pastor ouium, & earum uidelicet quas de gentibus adduxit, & earum quas de Iudæis in die caliginis nubisque dispersas ipse inter gentes seruare & pascere non cessat. Possunt etiam duæ uxores David, animæ fidelium castæ, quæ in duarum conuersatione uitarum, actiue scilicet & contemplatiuæ, Christo adherent, intelligi. Achinoem Iezrahelites, id est fratris mei decor, à semine Dei originem ducens, ipsa sit cuius illuminati mentis oculi regem in decore suo uidere totis uiribus ardeant. Abigail uerò, id est patris mei exultatio: uxor Nabal Carmeli, id est stultit, mollis, ea intelligatur, super quã nuper à doctoris stultit blanditijs per pœnitentiam saluata, gaudium ita cū angelis habeat pater in cœlis, quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia.

Et nõ addidit Saul ultra ut quæreret eum.] Præsentem Ecclesiæ tempus significat: cum hanc Iudæi glorificatam in Gentibus, & regum quoque secularium fauore tutam, quamuis odisse non cessant, spem tamen omnem & intentionem eam superandi funditus amiserunt.

Dixit autem David ad Achis: Si inueni gratiam in oculis tuis, detur mihi locus in una urbium regionis huius, ut habitem ibi.] Dixit Dominus per discipulos suos ad populum gentium: Si tibi doctrina ueritatis, quam prædico, & uita quam promitto, placet, detur meis sermonibus humile cor audientium in unitate firma fidelium, ubi habitem per gratiam spiritus sancti.

Dedit itaque ei Achis in die illa Sicelech. Propter quam causam facta est regum Iudæ usque in diem hanc.] Sicelech interpre-

interpretatur defecatio uocis ad ductæ. defecare autem uocem, est uocem ad se usque perductam, sollicita discretionem, qui sermo ueritatem, qui fallaciam redoleat, inquirere. Dederunt ergo credentes ex gentibus ad dedicandam Christo mansionem suam, quæ intelligitur Ecclesia, illarum cateruas animarũ, quæ uenientes ad se prædicantium uoces ex ratione discernere, & puritatem apostolicæ uocis à fece philosophicæ uel paganæ uocis nouerant secernere. Propter quam causam talium coetus animarũ gentilium cærenonijs ereptus, factus est in perpetuum apostolorum iuri subiectus. Quem sensum, ni fallor, & Antiquitatum Iosephi iuuat historia, quæ dicit: Cui dedit rex quendam uicum Sicelech nuncupatum. Quem uicum ita dilexit, ut cum regnasset David, eum ipse, & eius pueri tanquã possessionem propriam honorarent.

Lib. 16. cap. 11.

Fuit autem numerus dierum quibus habitauit David in regione Philistinorum, quatuor mensium.] Fuit, est & erit tempus mansionis Christi in Ecclesia Gentium, donec quatuor mundi plagas omnimoda cœlestis suræ gratiæ luce perfundat, donec Euangelij fulgur, quod quatuor librorum unanimitate continetur, credulis gentium cordibus infundat. Et nota, quod David ueniens ad Philisteos, in Geth incipit habitare: sed citius permitte Achis in Sicelech diuertit: quia ueniens ad gentes in discipulis Christus, prius torculari pressurarum, calcatus ab infidelibus, tandẽ post plures expressas martyrum uuas, imbuendos eos, qui inter fecem uinumque cauponũ intellectualium, id est docetium sensus diuersos dijudicare nosset, adiit.

Et ascendit David & uiri eius, et agebant prædas de Geth, & de Gethi, et de Amalechitis. Hi enim pagi habitabantur in terra antiquitus euntibus Sur, usque ad terram Aegypti.] Sur saxum, Aegyptus sonat tenebras. Proficiebat ergo instantibus Christi discipulis Ecclesia, et eripiebat animas à paganis ritibus, quæ non noui, sed antiqui hominis exempla sectantes, terrenis desiderijs inhaerent, euntibus cumque ad duritiam cordis, & peruenientibus usque ad terram tenebrosam, & operam mortis caligine, terram miseriæ tenebrarum, ubi umbra mortis, & nullus ordo, & sempiternus horror inhabitat.

Et percutiebat David omnem terram, nec relinquebat uiuentem uirum & mulierem.] Percutit Dominus gladio uerbi sui quicquid incredulis infimum terrenumque repererit: nec quenquam eorum qui fidem uerè percipiunt, uel spiritu uel carne ulterius in pristina conuersatione uiuere permittit, sed omnes ueridica cõfessione facit cum Apostolo dicere: Viuo autem iam non ego, uiuit uerò in me Christus.

Gal. 2.

Tollensque oues & boues & asinos & camelos & uestes, reuertebatur & ueniebat ad Achis.] Tollens sibi de Gentibus Christus diuersorum morum animas, ad unitatem omnes præcedentis in ipso Ecclesiæ congregare festinat.

Dicebat autem ei Achis: In quem irruisti hodie? Respon-

debatque David: Contra meridiem Iudæ, & c.] Quamuis fallere uideatur ad literam, qui contra Palæstinam insurgens, eorumque prouinciam non longe positam destrans, suscitati eorum regi contra suam gentem se irruisse dicebat: non tamen fallit figura sermonis, quia dum gentes ad fidem protrahit, contra manifestã feruentemque Iudæorum blasphemiam Christus irruit. Ipsius enim iusto iudicio cæcitas ex parte cõtingit in Israel, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret. dum ergo gentes adducit, contra Iudæam irruit: qui non paucos bonæ oliuæ ramos propter superbiam fregit, ut oleastrum inserens, participem bonæ radicis & pinguedinis efficeret oliuæ. Et bene irruere dicitur: Quia qui ceciderit, inquit, super lapidem istum, confringetur: super quem uerò ceciderit, conteret eum.

Rom. 11.

Luce 20.

Virum & mulierem non uiuificabat David, nec adducebat in Geth.] Conuersos quosque ad se Christus peccatis uiuere uetat. Iuxta quod primo Ecclesiæ suræ magistro ostendens, immundorum cordium ceteris imperat, dicens: Surge Petre, occide & mæduca. Et Paulus docet, mortuos quidem nos esse peccato, uiuentes autem Deo in Christo Iesu. Sed neque hoc tempore credentes martyria pro suo nomine ab impijs, mortesque subire præcipit.

Act. 10. Ephes. 2.

Dicens, Ne forte loquatur aduersum nos, hæc fecit David.] Idcirco non uiuificabat, ne loquerentur aduersum se. Aduersus doctorem namque suum testimonium dat auditor, qui minus perfecte se uel credendo uel operando eruditum, minus ab improba siue actione seu cogitatione probat extinctum.

Credidit ergo Achis David, dicens: Multa mala operatus est contra populũ suum Israel. Erit igitur mihi seruus sempiternus.] Credit Christo uniuersa fraternitas gentium, dicens: quia populũ, in quo natus est, infidelitatis causa delerunt: totque bonæ oliuæ ramos ob infidelitatem, ut ipsa credendo inserer deiecit, & igni comburendos iniecit. Erit utique mihi iam credenti, speranti, amanti, uitæ æternæ debitor: ut sine quo nihil possum facere, & in præsentipignus spiritus, et in futuro mihi sempiternam protectionis suræ gratiam ministrat. De qua seruitute perpetua fidelibus seruis à Deo Domino impensa, dicit ipse Dominus: Amẽ dico uobis, præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis.

Luce 12.

Congregatis aduersus se Philisteis, Saul per pittonisam in Endor Samuel suscitati oraculum querit, et quæ sibi suisque sint aduersa superuentura cognoscit.

CAPVT VII.

Factum est autem in diebus illis, cõgregauerunt Philistinim agmina sua, ut præparentur ad bellum contra Israel, & c. usque ad id quod scriptum est: Qui cum comedissent, surrexerunt & ambulauerunt per totam noctem illam.] Hæc lectio significat, Iudæos propter completum in Christo prophetiæ totius ministerium, post confirmatam gentium fidem, contraque eorum pariter & hæreticorum perfidiam spiritualiter erectam, non iam nunc Ecclesiam Dominum saluandos, sed perituros synagogam frequenter

re fatana: nec factam Christi in carne dispensationem, sed futurum Antichristi sperare & credere regnum. In qua primò notandum, nò easdem res uel personas eandem semper tenere significantiã: sed et aliquando per bonos mala, sicut etiam per malos bona posse figurari. Philistim namq; qui penè semper in malo ponitur con fuerunt, hoc loco, quia Dauid secum habet, credentes ex gentibus signant. At contra, Israel populus Dei, quia hunc à se persequendò expulerat, uel ludæorum præsentis æui perfidiam, uel hæreticorū nequitia figuratè denūciat. Et econtra Israel Philistim congregatis agminibus præparant ad bellum, cum cōgregatis doctorū concilijs, credentes ex Gentibus, uel hæreticorū uersutiam, uel perfidiam ludæorū, ut aut ex toto corrigant, aut minus contra bonos ualeant disputando, superare proponunt. Quod si cui uideat absurdū per Philisteos infideles, fideles debere figurari, tantumq; gentiliū eos putat prætere dere typum: sciat & ipsos gentiles multorū cultores deorum, contra ludæos pariter & hæreticos, quia & hi unius ueri Dei cultu, & illi Christi nomine gloriētur, solere præliari: certissimè tamē intelligens, quòd Achis, qui interpretatur frater uir, qui Dauid exulante benignè suscipit, qui locum ad manendū tribuit, qui tantum eius uirtuti & amicitia fidei, ut eum secū ad certamē postulet, egredi fideles ex gentib. signet. Denique sequitur:

Dixitq; Achis ad Dauid: Sciens nunc scito, quoniam mecum egredieris in castris tui & uiri tui. Quod est aperte catholicos quosq; cum errantes increpando, uel ratiocinādo, uel scripturæ uerba memorādo expugnare proponunt, Domino dicere: Deus tu scis insipientiam nostram, et infirmitatē, quia sine te nihil possumus facere, tu nobis certantibus auxilium prabe, tui nobis sancti opem suæ intercessionis impendant: & quicumque de eis sanctas te autore condidere scripturas, spiritalis scientiæ nobis arcana, quibus carnales deum canus, adhibeant.

Dixitq; Dauid ad Achis: Nunc scies quæ facturus est seruus tuus. Et ait Achis ad Dauid: Et ego custodem capitis mei ponam te cunctis diebus. Patet iuxta literam, quia promittente Dauid auxilium regi, promittit & ipse custodem capitis sui, siue in belli certamine, seu post uictoriam, se eum esse facturū. Verum iuxta sensum spiritalem, caput fratrum fortium, & uiriliter agentium, Christus est. Quibus ipso dicente, Et ecce ego uobiscū sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Respondent illi: Et nos custodem regentis nos gratiæ tuæ, qua permaneas in nobis, nullum præter te ipsum habendum esse didicimus, non solum cunctis huius seculi diebus, sed & in futuro, ubi melior est dies unus in atrijs tuis super millia.

Samuel autem mortuus est, planxitq; eum omnis Israel, et sepelierunt eum in Rama urbe sua. Hoc biennio ante occisionem Saulis Iosephus factum narrat, ita scribens: Regnauit itaque Saul, Samuel qui-

dem uiuente annis decem & octo, moriente autem alios duos. Et quidem superius in ordine historiæ ipsdem penè uerbis mors Samuel & sepultura describitur: sed hic idèo recapitulat, ut qua instante necessitate Saul pythonissam querendam putarit, legentibus ad memoriam reuocetur. Verum mysticè mors Samuel cessationē passio Domino legalium figurarū, simul & prophetarum, quæ eius incarnationē futuram præcinerent, indicat. Planctus Israel, quia non absq; dolore permaximo, carnales à ueteribus Domini institutis possent auelli, denūciat. Credo omnis Israel, qui uidere potuit desolationē templi Hierosolymorum, et terræ repromissionis, quæ & ipsa in typum cœlestis gratiæ patri bus data sunt, nullatenus planctum & lachrymas tenere ualuerit. Sepultura, quæ post mortem & planctum facta est, illud tempus significat, quo funditus ab umbrarum obseruatione legalium fideles cessauerunt ludæi. Nam tempore non pauco primitiuam Iudaizasse cōstat Ecclesiam, donec Euangelica paulatim præualēte doctrina, & ipsa radicitus à legali se obseruatione contineret. Et bene Samuel in Rama urbe sua, qua natus est, quæ interpretat̄ excelsa, sepelitur: quia eadem Ecclesia Christi, quæ olim prophetiæ inchoantis exordia profudit, ipsa cōsummas prophetiæ figuras, quasi mortuū membra Samuelis, honorifica deuotione conclusit.

Et Saul abstulit omnes magos & ariolos à terra. Magi & arioli, quorum primi qui uulgo malefici uocantur, sanguine utunt ac uictimis, & sæpe contingunt corpora mortuorū, sequentes (quos alia translationes incantatores appellat) uerbis rem peragunt, omnes gentiliū uates & idololatras mysticè designat, quos à se funditus hoc tempore ludæorum populus, est i terrena plus quam cœlestia sapiēs, abstulit. Neq; enim quicquam Baalim nunc, uel Astaroth, uel quælibet alia gentiliū audet colere portenta, quamuis nec Domino perfecta fide subdatur.

Congregatiq; sunt Philistim, & uenerunt, & castrametati sunt in Sunam. Congregauit autem et Saul uniuersum Israel, & uenit in Gelboe. Philistim hoc loco in quantum Dauid auxilium, et uirorum eius desiderat, fideles ex gentibus: in quantum uerò spernunt & abijciunt, infideles, qui Christo repugnant, ostendunt. Vtriq; enim & ludæis infidelibus, & hæreticis malè fidelibus, & catholici uidelicet Christiani & pagani, utrisq; illi repugnant. Unde bene Philistim in Sunam, quæ interpretatur coccinea, castrametati esse dicunt. Coccus quippe ignis speciem tenet. Et fideles autem Christi amore feruentes, & pagani persecutionis igne feruentes, suos quique aduersarios impugnare non dubitant. Pugnant enim inter se boni & mali: pugnant inter se mali & mali: pugnant autem inter se boni & boni nullatenus possunt. porro Israel, quia Saul morituro & impio, non autem Dauid iusto & regnatura duce in prælium conuenit, uel modernam, ut supra dictum est, eiusdem sui populi cæcitatē uel prauitatem designat

designat hereticā: & idèo rectè propter superbia sui fidei detrimēta ad montem decursus, quòd nomen Gelboe significat, conuenisse, ibiq; ceci disse describitur.

Dixitq; Saul seruis suis: Querite mihi mulierē habentem pythonem, ut uadam ad eam, & sciscitabor per illam. Negato sibi Domini responso, Saul mulierē habentem spiritum immundū, per quam sciscitaretur, quæsiuit: & cessantibus post Domini passionē Prophetarum, ueterumq; carimoniarum figuris, populus ludæorum consulit & frequentat synagogam satana, qualis est hodie synagoga eorum, habēs pythonem, qui illorum lingua significat os abyssi. Neq; aliud in melius quā ingressus perenium intelligitur pœnarū. Sed & ipsum nomen usitatum à perfidæ factionis significatione non discrepat. Namque ab Apolline Pythonio, qui harum artium cultor sedulus extiterit, ductū fertur, qui & ipse huiusmodi uocabulum inde mutuasit perhibetur, quia serpētem Pythonem in ultionē sui filij ab eo necati percussit.

Et dixerunt serui eius ad eum: Est mulier habens pythonē in Endor. Rectè pythonissa, quam quidam uentri loquam appellat, in Endor, hoc est in fonte siue oculo generationis habitasse narratur, ut & ipse locus mansionis eius perditæ iam synagoge testimoniū reddat, quæ serpētinò decepta colloquio, lumen ac poculum sapiētia suis auditoribus se dare mentitur.

Mutauit ergo habitum suum, uestitusq; alijs uestimentis, abiit ipse & duo uiri cum eo, ueneruntq; ad mulierem nocte. Mutato populus ludæorum in peius uel sui regni terreni, uel fidei & operum, quibus spiritaliter ornari simul & amari debuerat, habitu, uenit ad auditionem talis synagoga, quam pythonissa significet, in cæcitate cordis obscuri: cum his qui unitatem rectè fidei uel charitatis transgredientes, nequaquam ad agnitionem sanctæ Trinitatis peruenire nouerant. Dualem namq; numerum in malo nōnunquam poni solere nouit, qui cur in mundi creatione sola secundū diei opere benedictionem diuinæ uisionis non meruerint, & immunda in arca animalia sub hoc numero intrant, ceteraq; huiusmodi in scripturis innumera rectè intelligere nouit.

Dixitq; ei mulier: Quem suscitabo tibi? Qui ait: Samuelē suscita mihi. Et populus ludæorū synagogā suam ingressus, per prophetias olim in Christo recapitulatas & completas quasi à mortuis sibi suscitari desiderat, agēdo uidelicet, ut sacrificijs, sabbato, neomenijs, lepræ domerum & uestium, cæterisq; literalibus denuò seruuiat umbris.

Et ait mulier ad Saul: Deos uidi ascendentes de terra. Vnum uidens pluraliter appellat, more scripturis usitatissimo, quo & plures singulari, & singulari sæpe solent plurali numero designari. Deniq; uno facto uitulo dixit populus: Hi sunt dii tui Israel. Et non una super impios immittit rana uel musca, dictum est: Immisit in eis muscam caninam, & comedit eos, ranā, & exterminauit eos. & alia innumera huiusmodi.

Dixit autem Samuel ad Saul: Quare inquietasti me, ut su-

scitaret? Et ipsi ueteris Testamenti libri prophetiæ gratia plenissimi, palam testatur legentibus, non se debere post Domini passionem ad figuratam literæ custodiā resuscitari, imò ipsos prophetiæ ministros inquietari, cum ea quæ scripserunt, aliter quā ipsi senserūt, uiderint intelligi.

Et ait Saul: Coartor nimis, siquidem Philistim pugnant aduersum me, & Dominus recessit à me, & exaudire me nōluit neq; in manu prophetarum, neq; per somnia. Vocauit ergo te, ut ostenderes mihi quid faciam. Et ait Samuel: Quid interrogas me, cum Dominus recesserit à te, & transierit ad amulum tuum? Faciet enim Dominus tibi, sicut locutus est in manu mea, & scindet regnum tuum de manu tua, & dabit illud proximo tuo Dauid. Iudæi à Deo derelicti, prophetiæ donum habere non meriti, à cunctis gentibus impugnari, emortuā, ut ita dicā, legis & prophetiæ umbram cæca sub nocte sequuntur. Hanc ærumnis obsessi quid sibi agendū sit, quasi consulendam existimant. Verum ipsæ quoq; carimoniarum legales idipsum nunc frustra & in angulis celebratæ significant, quod olim Deo iubente, & gratanter accipiente, in publico exhibitæ monstrabant, uetera scilicet transitura, & facienda omnia noua, delendum funditus ludæorum & Christianorum toto orbe regnum esse dilatandum, quomodo Samuel mortuus, sed impia arte suscitatus, idipsum per omnia de regni mutatione, quod & uiuus antea prædicebat. Si quæ uerò mouet, quomodo mulier arte daemonica prophetam post mortem inquietare & suscitare potuerit, sciat pro certo aut falsam tunc umbram querentibus ostendisse diabolum, aut si uerè Samuel exiitit, tantum in his agendis licere diabolo, quantum Dominus permiserit. Nec mirum pro quibusdam secretioribus causis talia maligno spiritui permitti, cum & Saluatorē constituerit in pinnam templi, & Iob petierit, acceperitq; tentandum. Quod si fantasiam potius immundi spiritus fuisse quod apparuit, credimus: neq; hoc turbare debet, quomodo talis uera & prophetica narrare potuerit. Nouimus enim diabolum multa sæpe futura, quæ ab angelis sanctis didicerit, prædicare uel predicare posse: sed eo minus illius dictis auscultandum, quocuncta quæ loquitur, agit uel apud homines, seducendū studio facit. Quod autem dictum est inter cætera:

Cras autem tu & filij tui mecum eritis. Siue Samiel dixerit, seu spiritus nequam, non aliter melius quam sine corpore, id est in alia uita intelligitur. Quia nequaquam Saul malus sibi post mortem, ubi Ionathan bonus potuit recipi, immò chaos magnum inter eos cōfirmatum est, quorum unus in sinu est Abrahæ cum Samuele receptus, alter cum diabolo in inferni flamma sepultus. Ambo sunt tamen de huius uitæ conuersatione, qua diabolus semper carebat, ablati. Neque aliquid uetat intelligere, si hæc à diabolo fantastice dicta & ostensa crediderimus, uoluisse se malignum inter uera quæ diceret, permiscere fallaciā: dicentemq; sub persona Samuelis ad impium, Tu & filij tui mecum eritis, latenter per sua-

Exod. 32.

Psal. 77.

60

persuadere peccantibus, quia sopitis dimissisq; post mortem etiam maioribus peccatis, & ipsi cum eis qui bene ante mortem uixerant, beatè tunc uiuere possint.

Statimq; Saul cecidit porrectus in terram, extimuerat enim uerba Samuel: & robur non erat in eo, quia non comederat panem tota die illa. Legens prophetarum dicta, celebras irrita sacrificia populus Iudæorum, terrorem quidē patitur miser: sed robur fidei quo beatificetur, non habet, quia coruscante per orbem tanto tempore gratia prædicationis Euangelicæ, panem uitum qui descendit de cælo, comedere nesciuit.

Ingressa est igitur mulier illa ad Saul, & ait (conturbatus enim erat ualde) Ponam coram te buccellam panis, ut comedens cõualescas, & possis iter facere. Qui renuit, & ait: Non comedam. Et populus ille perfidus, tantis hodie calamitatibus inter gentes oppressus, undique conturbatur, ut nec ipsa eum sacræ lectiõnis uerba, quæ tamen in tenebris ignorantia percipit, quamuis sita synagoga cogente, legendo uel audiendo percipere delectet.

Mulier autem illa habebat uitulum pascualem in domo, & festinauit, & occidit eum: tollensq; farinam, miscuit eam, & coxit azyma, & posuit ante Saul, & ante seruos eius. Qui cum comedissent, surrexerunt, & ambulauerunt per totam noctem illam. Vitulus tenerrimus atq; optimus, & panes simlaginei, quos Abraham & Sara ad reficiendum dominum feruente diei mediæ sole præparant, fidem Dominicæ incarnationis, & perfectionem deuotæ humiliatiõnis, quibus sancta Ecclesia cum suis magistris spiritalibus dilectiõnis & sapientiæ luce flagrans, Dominum placatè, insinuat. At contra uitulus iste pascualis, & farina quæ mulier dæmoniosa morituro Sauli, seruis eius intempesta nocte coxit, & comedenda apposuit, natiuitatem regnumq; Antichristi, & contritiõnem cordis eorū, qui ei stulta humilitate famulantur, exprimit: quæ synagoga satanæ, à tenebris impietatis inuoluta, miseris, & æterna morte damnãdis suis auditoribus credenda & speranda suggerēs, quasi dulcibus eos epulis à circumstantium ærumnarum pauore reficit: quo corda pasti edulio proficientes in peius, uadunt obscuri sola sub nocte per umbrã.

Pugnaturi contra Israel Philistijm, Dauid & à castris reuertit, et domum ire præcipiunt.

Gen. 12. Mulier autem illa habebat uitulum pascualem in domo, & festinauit, & occidit eum: tollensq; farinam, miscuit eam, & coxit azyma, & posuit ante Saul, & ante seruos eius. Qui cum comedissent, surrexerunt, & ambulauerunt per totam noctem illam. Vitulus tenerrimus atq; optimus, & panes simlaginei, quos Abraham & Sara ad reficiendum dominum feruente diei mediæ sole præparant, fidem Dominicæ incarnationis, & perfectionem deuotæ humiliatiõnis, quibus sancta Ecclesia cum suis magistris spiritalibus dilectiõnis & sapientiæ luce flagrans, Dominum placatè, insinuat. At contra uitulus iste pascualis, & farina quæ mulier dæmoniosa morituro Sauli, seruis eius intempesta nocte coxit, & comedenda apposuit, natiuitatem regnumq; Antichristi, & contritiõnem cordis eorū, qui ei stulta humilitate famulantur, exprimit: quæ synagoga satanæ, à tenebris impietatis inuoluta, miseris, & æterna morte damnãdis suis auditoribus credenda & speranda suggerēs, quasi dulcibus eos epulis à circumstantium ærumnarum pauore reficit: quo corda pasti edulio proficientes in peius, uadunt obscuri sola sub nocte per umbrã.

Pugnaturi contra Israel Philistijm, Dauid & à castris reuertit, et domum ire præcipiunt.

CAPVT VIII.

XXIX. Congregata sunt ergo Philistijm uniuersa agmina in Aphec. & cætera, usq; ad id quo dictum est: Philistijm autem ascenderunt in Iezrahel. Hęclectio, in qua principes Philistijm Dauid suis castris eijciunt, illud nimirum tempus signat, de quo Dominus ait: Et quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Congregantur ergo Philisteorum agmina in Aphec, quæ interpretatur furor nouus: furit gentiū perfidia contra Iudæos, furit contra hæreticos. Utrosq; enim hoc in loco Israel significat, nouisq; semper infidijs ueteres augmētare non cessat: contra hos quidē, quia unum solum Deum: contra illos autem, quia Christum prædicant; contra utrosq;

quia idola derident, certamina dira gerens.

Sed et Israel castrametatus est super fontē, qui erat in Iezrahel. Fons qui erat in Iezrahel, id est in semine Dei, lauacrum baptismatis, quo Ecclesie filij per gratiam spiritus sancti regenerantur, insinuat. Si ergo Iudæos infideles, seu deteriores infidelibus, hæreticos, in nomine Israel figuratos intelligas, ambo super fontē gratiæ renascentis castra perfida ponunt: unus per superbiam despiciendo, alius per hæresim uiolando.

Et satrapæ quidem Philistijm incedebant in centurionibus et milibus, Dauid autem et uiri eius erant in nouissimo agmine cum Achis. Nouissimum agmen, uel humilitatis merito, uel ordine temporis intellige. Nationibus quippe gentium omni tempore seculi contra Iudæos, ex quo gens illa condita est, in acie cõstitutis, et eos manu uel ore debellare certantibus: sed & contra hæreticos, quia portio sunt Ecclesie, propter inuidiam nominis Christi, similitimēte furentibus, Dominus in electis suis humilis & despectus secularibus adest: quia filij seculi huius prudentiores sunt in sua generatione filijs lucis. Qui etiã suo tempore incarnatus, & in plenitudine temporum, et humilis mundo apparuit, humilitatis, abiectiõnis & paupertatis exempla suis sequacibus foris ostendit, quos tamen intus quàm manu fortis in debellando superbos, quàm in beatificando subiectos sit desiderabilis edocuit.

Dixerunt principes Philistijm: Quid sibi uolunt Hebræi isti? Despiciunt pagani uitam, societate, doctrinam fidelium Christi, qui merito Hebræi, id est transitores appellantur: quia nunc de uitijs ad uirtutes transire in futurum, de morte ad uitam trãsitum sperare, ima carnalium desideria, simul & aduersa mundi omnia supinæ mentis culmina transcendere norunt.

Et ait Achis ad principes Philistijm: Num ignoratis Dauid, qui fuit seruus Saul regis Israel, & est apud me multis diebus uel annis? Laudante Achis amicitiam Dauid, irati principes Philistijm eius contubernium in prælio uitat, cuius uirtutem præliantis fama uulgante pauescunt. Deniq; inter alia dicunt:

Nõme iste est Dauid, cui cantabant in choro dicentes: Percussit Saul in millibus suis, & Dauid in decē millibus suis? Laudante gentium Ecclesia fidem Christi, per quam uita mereatur æterna: irati philosophi & pontifices idolorum, ei se credere timent, cuius uerbo suam culturam simul & sapientiam dolēt esse destructam: cuius triumphum de antiquo hoste talem, qualem nemo alius promereri potuit, in unanimo sanctæ Ecclesie choro celebrari conspiciunt, eius se membris adunare, eius regimini subdi fidem percipiendo refugium.

Vocauit autē Achis Dauid, & ait ei: Uiuat Dominus, quia rectus es tu, & bonus in conspectu meo, &c. Achis quidem ipse rectum Dauid, innocētē & bonum, sicut angelum Dei confitetur: sed ne offendant oculos satraparum Philistijm, & prælio descēdere, in pace ire præcipit. Fidelium turba de gentibus Christi iustitiam, misericordiam et sanctitatem, tanquam eius qui ad salutem gentiū à Deo fuerit

Luc. 16. Qui etiam suo tempore incarnatus, & in plenitudine temporum, et humilis mundo apparuit, humilitatis, abiectiõnis & paupertatis exempla suis sequacibus foris ostendit, quos tamen intus quàm manu fortis in debellando superbos, quàm in beatificando subiectos sit desiderabilis edocuit.

fuerit missus, laudat, amat, prædicat, sed blasphemis superbisq; idololatriæ ducibus uerbū committi non debere precatur, ne fortè audiendo & non credendo maius iudicium sumant: & quasi hortatur Dominum, ut magis pacato serenoq; in corde credentium requiescere contentus sit, quàm non credituris prædicando oblatu, occasione tribuat, persecutionum scandalis exci tandis.

Scio, inquit, quia bonus es tu in oculis meis, sicut angelis Dei: sed princeps Philistijm dixerunt, Non ascendes nobiscum in prælium. Et Ecclesia in Domini laudibus præstans, etiam ista perorat: Scio quidem ipsa, & apertis fidei oculis intelligo bonitatem tuæ gratiæ cœlestis, teq; ipsum esse de quo Propheta prædixit, Et uocabitur nomen eius magni consilij angelus: hoc est, paternæ uoluntatis nūcius. Sed principes dogmatum culturarumq; Gentilium, spreto tuæ protectionis auxilio, sua se uirtute & industria saluari debere conũdunt.

Philistijm autem ascenderunt in Iezrahel. Abeunte cum suis Dauid, Philistijm in Iezrahel, id est in semen Dei præliaturi ascenderunt, quo secum prius demorante in Aphec, id est in furore nouo conuenerant. Et reprobi sæpe pulsati à sua uicinitate fortioribus Ecclesie doctoribus, tota se uirtute in fragiliores quosq; deprauandos exerunt, quos ob maiorum reuerentiam uel timorem prius, quamuis animo furibundi tangere & inquietare minimè præsumperant. Non solum autem qui arma certantes, uel argumenta disputantes contra bonos ferunt, sed etiam qui exempla prauitatis sub fratrum nomine præferentes priorum aspectibus ostentant, in Iezrahel, id est semen Dei ascendentes, zizanij hoc diabolici feminis inficere tentant. Huius mysteria lectiõnis, & hodie multis Dominum de suo corde fugantibus, electosq; eius prementibus, innumera per loca cõpleri uidemus & audimus: sed appropinquate mundi termino, crescentibus malorum cumulis, magis magisq; cõplenda, quia nõ ambigimus, tremula expectatiõne formidamus.

Dauid duce puero Aegypto, Amalechitas qui Sicelech percusserant, uincit, prædam eruit, & donalargitus est amicis.

Dauid duce puero Aegypto, Amalechitas qui Sicelech percusserant, uincit, prædam eruit, & donalargitus est amicis.

CAPVT IX.

XXX. Vm̃q; uenisset Dauid & uiri eius in Sicelech die tertia, Amalechitæ impetum fecerant ex parte australi in Sicelech. & cætera, usq; ad id quod scribitur: Dauid misit de præda his qui erant in illis locis, in quibus commoratus fuerat Dauid ipse & uiri eius. In hac lectiõne typicè ostenditur, seductos ab hæreticis, quamdiu dilectiõne unitatis non perdiderint, facile Christi gratia per doctores ueritatis, ad fidē posse recipi: & siue doctores ipsos, seu simpliciores quosque, & propria salute cõtentos, uno omnes eodemq; uitæ æternæ remunerãdos esse denario: sed & ipsos hæresiarchas, partim corrigendos à Domino, partim perpetua ultione plectendos. Amalech dicif populus bruchus, siue populus lingens: & Amalechitæ impetum faciunt ex parte australi in Sicelech, cum heretici, qui per blan

dos sermones & benedictiõnes seducere solent corda innocentium, & omnes spiritalis scientiæ fructus maledica erodere lingua, ex ipsis sanctæ scripturæ uerbis, quæ spiritu sancto inspirati, locuti sunt, & cõpolluere sancti Dei homines, simplicibus quibusq; insidias tendunt.

Et percusserunt Sicelech, & succenderunt eam igni. Sicelech interpretatur defecatio uocis adductæ, quam percipiunt et succendunt, qui discretionē auditiæ prædicationis argumētationum strarum ariete cõfundūt, Ecclesiasticæq; fidei tranquillitatem maligno sui erroris igne deiciunt. Cui nimirum igni similimus ille est, quo Hieremia prophetae libros rex superbus incendit: contrarius autem ille, quem Dominus misit in terrã, & uoluit uehementer accendi.

Et non interfecerant quenquã, sed secum duxerant. Captiuant & non interficiunt hæretici: qui etsi fidei simplicitatem minus eruditis, non tamen feruorem charitatis, quæ uita uirtutū est, eripere ualēt.

Cum ergo uenisset Dauid & uiri eius ad ciuitatem, & inuenissent eam succensam igni, & uxores suas, & filios suos, & filias ductas esse captiuas, leuauerunt uoces suas, & planxerunt. Adueniens Dominus in electis suis, catholicisq; doctoribus, & uidens Ecclesie turres ac recta quondam fulgentia, sermonis hæretici terrore complanata, primò ut decet, pro ea restauranda patrem fletibus pulsat, & precibus, ac deinde cõfestim etiam restaurandi cõcepta molitur. Plan gunt doctores cõmissas sibi Ecclesias animasq; quas Deo genuerant et nutriebat, dilato ad tempus Christi auxilio, à fidei simplicitate corruptas: quod est dilato ad tempus Dauid aduētū, uirorum eius uxores ac liberos ductos esse captiuos: si enim eius gratia iuuas adestet, corrupti omnino non poterant.

Siquidem & duæ uxores Dauid captiue ductæ fuerant, Achinoem Iezrahelites, et Abigail uxor Nabal Carmeli. Et contristatus est Dauid ualde, uolebat enim eum populus lapidare, quia amara erat anima uniuscuiusq; uiri pro filijs suis & filiabus, & cætera. Quod uxores Dauid utranq; sanctæ Ecclesie uitam, qua in presenti uero regi seruire gaudet, actiuam scilicet & speculatiuam significant, supra iam dictum est. Tanta autem sæpe hæreticis à gentibus, quod Ariana maxima seditione claruit, Ecclesiam tempestas inuoluit, ut non solum speculatiuæ uitæ decor, quem iuxta nomē Iezrahel, author ipse gratiarū Deus in cordibus quietorum & humilium spiritu seminauit: sed & actiuæ constantia, quam hi potius, qui nuper antiqui hostis manus euaserunt, exercere solent, propulsante persecutoris ira uideatur interire.

Et applicauit Abiathar ephod ad Dauid, & consuluit Dauid Dominum dicens: Persequar, an non latrunculos istos, & comprehendam eos? Dixitq; ei: Persequere, absq; dubio enim comprehendes eos, & excuties prædam. Quæ Domino inspirante sancti eius faciunt, more scripturarum ipse facere dicitur, qui iuuat ut faciant: sicut etiam de spiritu sancto, cui est unã cum patre & filio uirtus atque operatio, dictum est: Ipse enim postulat pro nobis gemitibus in enarra

Et applicauit Abiathar ephod ad Dauid, & consuluit Dauid Dominum dicens: Persequar, an non latrunculos istos, & comprehendam eos? Dixitq; ei: Persequere, absq; dubio enim comprehendes eos, & excuties prædam. Quæ Domino inspirante sancti eius faciunt, more scripturarum ipse facere dicitur, qui iuuat ut faciant: sicut etiam de spiritu sancto, cui est unã cum patre & filio uirtus atque operatio, dictum est: Ipse enim postulat pro nobis gemitibus in enarra

inennarrabilibus. Quia quos repleverit, gemitibus uacare, & pro salute sua Dominum facit postulare. Dauid igitur applicata ad se stola pontificali, an latrunculos persequi debeat, Dominum consulit: cum pastores Ecclesie gratia sui autoris in tus edocti, per scripturæ sacræ lectionem, qua doctores in ministerio uerbi semper oportet indui, qualiter erga errantes quosque agere debeant, consilium supernæ uoluntatis inquirunt. Respondet Dominus persequendos ad Dauid latrunculos, & comprehensos excutiendam prædam: cum in eadem lectione docuerit, a doctoribus Ecclesie magistris persequendos disputando hereticos, comprehendendos superando, excutiendam eis prædam reuocando ad Ecclesiam animas eorum, prius sui uel fraude seductas.

Abijt ergo Dauid ipse, & sexcenti uiri qui erant cum eo, & uenerunt usque ad torrentem Besor, & lassus quidam substituerunt. Persecutus est autem Dauid ipse & quadringenti uiri. & cætera.] Torrēs Besor, qui interpretatur annuntiatio, siue caro, uel carnalem hereticorum sensum perdifficilem ad corrigendum, uel redundantiam significat eloquentiæ secularis, & ipsam æquæ uiolento fluxu rapidam, nec facile nisi perfectis quibusque doctoribus superabilem. Abijt ergo desiderabilis noster rex, ueraciter manu fortis, ad bellandam uerbo ueritatis errantium peruicaciam, ipse & electi eius operis integritate, simul & spei certitudine probati, quod senarius numerus, quo sua Dominus opera cōpleuit: & centenarius, qui in computo auricularis primus dexteram petit, manifeste denunciant. Denique in centesimo Psalmo extremi iudicii discrimen, quo spes omnium recte sperantium ardet, aperte describitur, ubi misericordia & iudicio cantato, fideles quidem terræ, & ambulantes in uia immaculata, per misericordiam ad sedem perpetuæ beatitudinis ac sui redemptoris ministerium prouehendi: omnes autem peccatores terræ per iudicium iustum in matutino declaratae suæ, quæ diu latuerat, actionis interficiendi, ac de ciuitate superne pacis memorantur esse disperdendi. Comitantibus autem in uia ueritatis Dominum sanctis eius, ubi ad articulum disputandi, & hereticos reuincendi uentum fuerit, nonnulli sæpe etiam magni uiri, non quidem à credendi puritate, sed tamen à peritia dicendi lassati subsistunt. Non enim omnes qui recte credere norunt, etiam eos qui contraria rectæ fidei sapiunt, ratiocinando deuincere norunt. Obsistit enim sæpe quasi torrēs annuntiationis, siue carnis, uel carnalis eorum sensus, qui spiritalia capere nesciunt, uel impetus pronuntiandi carnalia quæ sentiunt: quem superare, & instar Heliae uel Helisæi suæ discretiōis potentia perumpere ac dissipare minus periti nesciāt. Quod in Nicæna maxime synodo patuit, ubi tot ac tantis de toto orbe collectis doctoribus, non facile quisquam primitus, præter Athanasium Alexandrinæ ecclesie diaconum, poterat inueniri, qui cum Arrio consiliegere, & eius tergiversationes ac dolos statim deprehende-

re, traducere ac deuincere nosset. Vbi gentilis quidam philosophus, Aristotelicis permultum armatus argumentis, Christianos creberrime protrocans, a nullo penitus doctorum etiam dialectica arte illustrum quibat superari, donec exurgens unus mire sanctitatis episcopus, sophisticæ quidem locutionis funditus ignarus, sed diuinæ fidei sapientia præclarus, multifidas eius uersutias simplici per omnia, sed ueraci prosecutione cassaret. Non ergo torrentem huiusmodi transire docendo sufficiunt, nisi qui uel eximia spiritus gratia in fide roborati, uel maiore disputandi sunt industria prædocti. Qui quoniam prudentia, fortitudine, temperantia & iusticia sublimiter eminent, quoniam pro Euangelio conflagrare gaudent, recte quadringenti fuisse memorantur, qui latrunculos insequuntur: recte ducenti, qui lassus subsistunt: quia sunt qui fidem & actionem, quam defendere disputando nesciunt, ipsi uiuendo exercere non nesciunt.

Et inuenerunt uirum Aegyptium in agro, & adduxerunt eum ad Dauid, dederuntque ei panem ut comederet, & ut biberet aquam, sed & fragmen caricarum, & duas ligaturas uinæ passæ.] Properantes catholici doctores ad certamen cum hereticis agendum, inueniunt sæpe relictos ab eis uiros, tenebrosa peccatorum suorum nigredine notabiles, nec præ ingenij tenerritudine magistros erroris ad Ecclesiam uastandam sequi ualentes: adducuntque eos ad audiendam fidem catholicam, panem aquamque uerbi tribuunt: sed & dicta magistrorum præcedentium addunt, qui olim de pulcherrima presentis Ecclesie quasi sicu, uel uitæ mortis articulo successi, per totum seculi huius qui nunc agitur annum, maturam suæ doctrinæ memoriam ad reficiendas fidelium mentes conseruare non cessant. Et bene fragmen massæ dant, quia non integra opuscula talibus, sed dicta patrum quotquot sufficere putant suggerunt. Bene duas ligaturas uinæ tribuunt: quia geminæ dilectionis eos uinculis Christo & Ecclesie copulandos ostendunt.

Qui cum comedisset, reuersus est spiritus eius, & resocillatus est.] Cum accepisset rectæ fidei alimentum, accepit & fiduciam mentis, qua se misericordiae gratiam speraret adepturum.

Dixit itaque ei Dauid: Cuius es tu, uel unde, & quo pergis? Qui ait ei: Puer Aegyptius ego sum, seruus uiri Amalechitæ. Reliquit autem me dominus meus, quia ægrotare cepi nudius tertius. Siquidem nos erupimus ad meridiam Cethei, & contra Iudam. & cætera.] Regula est Ecclesie, transfugientes ad se ab hereticis per doctores suos inquirere: qui priusquam fugerint, quid de fide senserint, quod in futurum mente tendant. Et cum eos tota intentione heresibus contradicere, & catholice fidei fauere cognouerint, tunc demum eis eiusdem fidei sacramenta reconciliandis adhibere, ne sanctum canibus, & porcis margaritas passim mittere uideant. Cuius, inquit, auditores, et de qua, uel ad quam modo uenire sectam disponis? Respondeat necesse est, qui uel hereticorum laqueos euadere querit: Peccatis fateor obscuratus

obscuratus ego sum, hæcenus audiendis mancipatus hereticis: reliquit autem me magister, qui erroribus imbutus: quia ubi contra Ecclesiam bella gerebantur, minus me idoneum lingua uel ingenio ad hoc certamen esse perspexit: neque ultra ad talem uoluit secum ducere conflictum. Siquidem nos erumpentes ab austro, id est luce, perfectum & Spiritus sancti flatu uiuificum dogma nostrum promittentes, & Gentilium non paucos ad nostram adduximus sectam, & ipsam Ecclesie fidem non parua ex parte turbauimus.

Dixitque ei Dauid: Potes me ducere ad istum cuneum? Qui ait: Iura mihi per Deum, quod non occidas me, & non tradas me in manus domini mei, & ducam te ad cuneum istum.] Dux Dauid ad inueniendos debellandosque prædones esse inuadetur: quia sunt qui inter hereticos conuersati, ob pigritiam ingenij, uires nocendi bonis non habent, & idem subito gratia superna respecti & attracti, sufficientem ex Deo sumunt uirtutem resistendi peruersis: immo commodius multo & certius per eos qui hereticorum arcana norunt, conuersos ad catholicam, errantia eorum dicta confunduntur. Quod autem iurari sibi rogat, ne occidatur, & ne in manus domini sui tradatur, ita demum persequentem cuneum proditurus hostilem: hoc nimirum quaerit à magistris spiritalibus, ut ea solum conditione illis hereticorum pandat arcana, si ipsi sibi absque dubietate fidem, qua mortem uitare perpetuam possit, ostendant: neque eum rursus doctrinis subdi patiantur inanibus.

Qui cum duxisset eum, ecce illi discumbebant super faciem uniuersæ terræ comedentes & bibentes, & quasi festum celebrabant diem pro cuncta præda & spolijs, quæ ceperant de terra Philistinum, & de terra Iuda.] Super faciem terræ discumbunt heretici, comedentes & bibentes: qui siue obscura scripturarum, seu legitima aperta (hoc enim inter comedere & bibere distat) nequaquam per hæc coelestia, sed terrena semper inquirunt, nec dicere eum apostolo ualent: Nostra autem conuersatio in caelis est. Et quasi festum celebrant diem pro spolijs, quæ de terra Philistinum & Iuda rapuerant, cum ad inuenta sua, quibus uel paganorum aliquos sub prætextu nominis Christi peius errare docuerant, uel fideles quosque à uia ueritatis auerterant, quasi optimum scientiæ lumen arbitrantur, aut quæ gauderes: Hæc dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea.

Et percussit eos Dauid à uespere usque ad uesperam alterius diei. Et non euasit ex eis quisquam, nisi quadringenti uiri adolescentes, qui ascenderant camelos, & fugerant.] Duobus modis percussit hereticos Christus, uel castigando uidelicet ad recipiendam fidem, uel anathematizando ad subeundam perpetuam poenam. Quæ utraque percussio à uespere usque in uesperam producit, quia ab agnitione obscurantis corda erroris, uel ad eiusdem erroris uel poenitentiam ad tempus ama-

ricantem, uel supplicium pertingit æternum. Quadringenti sanè uiri, qui ascensis camelis gladium Dauid, totidemque eius militum fugiendo euaserunt, illi sunt profecto, qui catholicorum despecta uoce doctorum, nec corrigi ab his consentiunt, nec metuunt damnari: sed uirtutum suarum, imò tumoris & iactantiæ celsitudine quasi camelorum gibbo confisi, non minus se perfectionis euangelicæ nomen & numerum tenere, ac dexteriora, id est uitæ coelestis gaudia, sperare & adepturos esse gloriantur.

Erui ergo Dauid omnia quæ tulerant Amalechitæ.] De uictis uel correctione, uel ultione, uel detractione nefandæ dogmatis heresum conditoribus, eruit Dominus animas quas deceperant, & ad catholicæ pacis reducit unitatem.

Uenit autem Dauid ad ducentos uiros, qui lassus substituerant, nec sequi potuerant Dauid, & c.] Perfecta de prædonibus uictoria, Dauid æquæ eos qui lassus substituerant, cum his qui pugnauerunt, spoliis parte ditauit. Non gloriatur sapiens in sapientia sua. Non omnia possumus omnes. Nunquid omnes apostoli? Nunquid omnes prophetae? Nunquid omnes doctores? Nunquid omnes uirtutes? Nunquid omnes gratias habent curationum? Attamen omnes in eiusdem Dominicæ uinæ cultura diuerso tempore laborantes, unum eundemque sunt uitæ denarium in contemplanda summi regis imagine percepturi.

Et misit dona de præda senioribus Iuda, proximis suis, dicens: Accipite benedictionem de præda hostium Domini. His quierant in Bethel, & qui in Ramoth, & c.] Reliquis qui erant in his locis, in quibus commemoratus fuerat Dauid ipse, & uiri eius.] Amat monetque Dominus cuncta in diuersis personis, conditionibus & ætatibus Ecclesie suæ membra, de sua semper uictoria, sui regni perennis augmentatione lætari, & quoties animas diabolica pridem seditione corruptas uiderint Ecclesie restitui, glorificare ac benedicere patrem qui in caelis est. Quod eos maxime facere gaudet, quos dilectionem suam in corde puro, & iam inter aceruas persequentium discipulas seruasse, quos sanctorum dicta uel exempla in sedula castæ conscientie memoria tenuisse perspexerit. Hoc est enim uerum Dauid exultantem, & uiros eius uel hospitio donasse, uel defendisse latibulo. Sed & doctor quisque catholicus, cum hereticorum spineta nuper inuestigat, prodit, expugnat, necesse est hæc & alijs fratribus propter scientiam cauendi & superandi talia, siue colloquendo, siue etiam scribendo reuelare non tardet. Et nota, non solum in credendo Deum, sed & in diligendo proximos, multum hereticos à catholica, multum à Christiana perfectione distare gentiles. Amalechite lassescem moriturumque sui itineris socium relinquentes abeunt, & quasi feris auibusque lacerandum exponunt. At uiros Dauid comites lassos, & tuto in loco ad certamen ipse præparans statuit, & optima re dux pace & benedictione locupletat. Meminit huius

Hier. 2.

ius lectionis & titulus Psalmi quinquagesimi-
secundi, qui ita se habet, In finem pro Ama-
lech, intellectus David: quo significat in Chri-
stum, qui finis est legis ad iustitiam omni cre-
denti, pro aduersarijs Ecclesie siue corrigendis,
siue damnandis, intellectus figuratiui Da-
uid, qui in tolerando, in persequendo, depræ-
liando Amalechitas, quid ciuitas ueri David
à perfidis passura, quid eisdem ipse sit retribu-
turus, intellexit. Sed & Psalmi textus intelle-
ctu facilimus, lectionis huiusce per totum my-
sterijs adgaudet: quia perfidis iniquorum cœ-
ptis inchoat, Dixit insipiens in corde suo, Non
est Deus: uel nullum uidelicet Deum esse, qui
res humanas curet, uel aliquam in sancta Trini-
tate personam Deum uerum non esse, insipienti
pectore tractans: & in ueri David à trium-
pho finem facit, Dum auertit Dominus capti-
uitatem plebis suæ, exultrauit Iacob, & lætabi-
tur Israel.

Rom. 10

Psal. 13

Confero certamine Israel fugit, caditq. coram Philis-
tijn. Iamq. occisis Saul filijs, suum ipse super enssem
moriturus irruit: quorum ablata à Philisteis cadaue-
ra, labitæ digno honore sepeliunt, & ieiunijs à Domi-
no leuamenta malorum deposcunt.

C A P V T X.

Philistijn autem pugnabant aduersus Israel, &c. usque
ad id quod scriptum est: Et uulnerunt ossa eorum,
& sepelierunt in nemore labes, & ieiunauerunt septem die-
bus. In hac lectione figuratè monstratur, opti-
matibus Iudæorū per gentium exempla uel di-
cta corruptis, & suæ scientiæ spiritalis arma, qui-
bus contra hostem muniti debuerāt, ad necem
propriā negligēdo uertētibus, minores quoq.
bonæ actionis castra succedētibus suo loco re-
liquisse gentibus. De quorum casu malis exul-
tantibus boni potius, si quid in eis exempli uti-
lis, si quos inter eos inuenerint electos, horum
memoriam proferant: porro exitum reprobo-
rum superni iudicis examini relinquunt. Quæ
& de hæreticis æque omnia, & de falsis catholi-
cis eodem ordine possunt intelligi. Imminente
igitur tempore Davidici regni, Philistijn sicut
semper pugnabant aduersus Israel. Appropin-
quante nouæ gratiæ tempore, gentiles, sicut &
antè confreuerant, castitatem Israeliticæ fidei
per exempla prauitatis oppugnabant, nunc o-
pera peruersa perituris, nunc idololatriæ cultu-
ra ostendendo, iuxta exemplum Balaam, qui
docebat Balach mittere scandalum coram filijs
Israel, edere & fornicari.

Num. 24

Apo. 2

Et fugerunt uiri Israel ante faciem Philistijn, & cecide-
runt interfecti in monte Gelboe. Et decepti sunt, qui
fortes uidebantur in cōtemplanda Dei uolun-
tate, quod nomen Israel significat, cum opera
Gentilium incautius, doctrinamq. sequerētur,
& perierūt deprauati in superbia luxuriosa, quā
uocabulum montis Gelboe, id est lubrici desi-
gnat. Sed & hereticorum perditionem non pa-
rum secularis sapientia iuuat. Vnde pulchrè qui
dam nostrorum ait, Philosophi patriarchæ hæ-
reticorum Ecclesie puritatem peruersa macu-

lauere doctrina.

Irruerunt que Philistijn in Saul, & in filios eius, &
perçusserunt Ionathan, & Abinadab, & Melchisue fi-
lios Saul. Irruerunt tota intentione gentes cir-
cumpositæ in regnum Iudææ destruendum, &
filios eiusdem regni tollendos de medio, & de-
prauarūt sua corruptione sacer dotes, scribas &
pharisæos, filios scilicet doctores que regni il-
lius. Sed & hæreticos, ne Spiritus sancti gra-
tiam simplici corde prædicarēt aut colerent, ue-
tarunt: quod est Ionathan percutere, id est co-
lumbæ donum. ne patrem qui nos sibi non na-
tura, sed adoptione filios fecit, digna confessio-
ne laudarent, interdixerunt: quod interfectio
significat Abinadab, id est patris mei sponsa-
ne. ne in Christi regno salutem mundo affutu-
rum crederent, obstiterunt: quod occisus indi-
cat Melchisue, qui dicitur rex meus salus, cre-
do. Qui Arium seduxit philosophus, quasi Mel-
chisue peremit: qui Macedonium, Ionathan:
qui Manichæum, Abinadab: quia uidelicet hūc
ueri regis Christi omnipotentiam negare, il-
lum Spiritus sancti donis derogare, istum sum-
mi patris bonitatem blasphemare magister cor-
ruptionis edocuit.

10

20

Totumq. pondus prælij uersum est in Saul. Et conse-
quuti sunt eum uiri sagittarij, & uulneratus est uehemen-
ter à sagittarijs. Totis uiribus agebant Gentiles,
ut regnum Iudææ tollerent. Et appropriabant
ei uiri dolis deceptionum instructissimi, & se-
ducti ac deprauati sunt proceres regni illius ue-
hementer ab eis qui cordi illorum abrepta sim-
plicitate ueritatis, multitudine fraudulentia &
astutiarū uulnus inflixere. Sicut enim gladius
hostilis apertam idololatriæ grauiorem que fla-
gitiorum suasionem, ita subtiliora deceptio-
num argumenta sagitta demonstrat. Non au-
tem gladio Philistijn, sed sagittis Saul interiit:
quia non apertis sceleribus, quæ mortifera es-
se nemo dubitaret, Iudaici regni duces extre-
mi ipso periere cum regno, sed his potius quæ
sub uelamine pietatis acta, impiissimum mor-
tis uirus inferrent. Verbi gratia, dicente Deo:
Honora patrem tuum & matrem. Ipsi contra
docebant suos auditores dicere parentibus:
Munus quodcumque est ex me, tibi proderit.
Et sic ab eorum penitus honoratione cessare.
Item dicebant: Qui iurat in templo, nihil est:
qui iurat in auro templi, debet. Et cætera hu-
iusmodi, quæ Dominus in Euangelio multi-
plici illis increpatione depromit: maxime illud,
quod ipsum legis & Euangelij Dominum qua-
si transgressorem legis interficiunt. Quæ om-
nia scelerum argumenta ad imitationem fa-
ciunt astutiæ gentiles, cum philosophiæ stu-
dijs exercitatum ingenium ad nasarias artes in-
flectunt, sagittarijs nimirum Philistijn uulne-
rantibus cadunt. Nihil autem prohibet, sagit-
tarios, immundos spiritus accipere, quorum
dolus imbuti perierunt.

Dixitq. Saul ad armigerum suum: Euagina gladium
tuum, & percutite me, ne forte ueniant incircumcisi isti, &
interficiant

Matth. 9

interficiant me, illudentes mihi. Armiger Saul legis
doctores significat: quia sicut arma & sagittæ
Philistijn, prauorum deceptiones, sic econtrā
Israelitarum arma non aliud sunt mysticè intel-
ligenda, quàm spiritalis uerba doctrinæ, quibus
se Dei populus à cunctis debuerat munire pe-
riculis. Sed uulneratus usque ad desperationem
à sagittarijs Saul, maluit armigeri sui quàm in-
circumcisorum gladio perire: quia principes re-
gni Iudæorum sumpto semel proposito in pec-
catis suis moriendi, maluerunt doctoribus suis
mandata legis soluentibus, & sic se docentibus,
quàm gentiliū, quos communes & immun-
dos uocabant, consortio se pollute perimi.
Denique timebant introire pratorium genti-
lis, ut non contaminarentur, sed manducarent
pascha. Quod tamen pascha, uerba in suam per-
niciem lege, quam acceperant, insontis sangui-
ne contaminare non timebant.

10. 11. 18

Et noluit armiger eius: fuerat enim nimio timore perter-
ritus. Arripuit itaq. Saul gladium, & irruit super eum. Quod
cum uidisset armiger eius, uidelicet quod mortuus esset Saul,
irruit etiam ipse super gladium suum, & mortuus est cum eo.
Non est ambigendum, inter reprobos legis do-
ctores extitisse aliquos, qui uerbi acumen ad
occidendos suos auditores sinistra interpreta-
tione peruertere nollent, & nihilominus ipsos
auditores ea quæ rectè dicta à magistris accepe-
rant, uel despiciendo, uel quod peius est, blasphe-
mādo in suam uertisse perniciem: quorum uisa
morte spiritali, id est obstinatione peccandi, &
ipsos uerbi ministros per tēpora deterioratos,
testimonia legis, quæ malè interpretari timue-
rant, malè cōtempta sibi occasionem fecisse rui-
næ. Hæc & hodie nobiscum sapius agi, utinam
nesciremus. Sed & hæretici peccatorum suo-
rum & ipsi iaculis cruentati, cum uerba diuino-
rum eloquiorum in argumenta sui erroris im-
mutant, sua nimirum arma morituri cōtra suum
pectus inuertunt: & frater quilibet etiam in ca-
tholica permanens unitate, cum artem quam-
cumque pro communi Ecclesia, eorumq. inter
quos uiuit, utilitate didicit, in superbia, cen-
doxia, philargyria, alterius uel cuiuslibet uitij
contagione polluit, suo semiser gladio confo-
dit: quia quod defendi ab hoste debuerat, ho-
stem potius iuuat.

Videntes autem uiri Israelitæ, qui erant trans uallem &
trans Iordanem, quod fugissent uiri Israelitæ, & quod mor-
tuus esset Saul & filij eius, reliquerunt ciuitates suas, & fu-
gerunt: ueneruntq. Philistijn, et inhabitauerunt ibi. Vidē-
tes indocti quique, & humilitatis ueræ medi-
camina, lauracrumque baptismi salutaris igno-
rantes, in Iudæa doctos quosque, magistrōsq.
suos in certamine spiritali peccato triumphan-
te deuictos, sed & uulgus non paucum, eorum
prius auditui proximum persequente aduersa-
rio à prisca suæ constantiæ sede fugatum, & ipsi
confestim maiorum ruina turbati, opera uirtu-
tum omnia ac munimina scientiæ spiritalis, que
habuerant, amiserunt: ueneruntq. peccata gen-
tilium, & cuncta in Iudæis incredulis studia

uirtutum, peruersa in habitatione corrupe-
runt: uenerunt inmundi spiritus, & corda quæ
fidei constantia deseruit, & occuparunt: uel
certè uenerunt gentes, & optima quondam Iu-
dæorum studia credendo sua fecerunt. Nam
& olim diuina eloquia, quæ illi non parua ex
parte iam tunc reliquere, ipsa sibi interpretari
fecerunt: & nunc proiectam ab eis cum ipsis
eloquijs diuinæ scripturæ fidem Christi susce-
perunt, ac uelut inhabitando possident. Sanè
quod dictum est, trans uallem, & trans Iorda-
nem, ut apertius mysticè pateat, situs ipse loci
paucis intimandus est. Vallis est circa Iorda-
nem grandis, & ipsa campestris, in immensam
longitudinem se extendens, hebraicè Elon siue
Aulon uocata, quæ circumdatur ex utraq. par-
te montibus sibi inuicem succedentibus & co-
hærentibus, qui incipientes à Libano, & ultra
eum usque ad desertum Pharan perueniunt:
suntq. in ipso Aulone, id est in ualle campestri
urbes nobiles, Scythopolis, Tyberias, stagnūq.
prope eam, sed & Iericho, mare mortuum, &
regiones in circuitu: per quas medius, ut dixi-
mus, Iordanis fluit, oriens de fontibus Panea-
dis, & in mari mortuo interiēns. Quia ergo ual-
lem deiectionem humilitatis, Iordanem in qua
Dominus baptizari dignatus est, undam ba-
ptismatis significare non latet, meritò Iordanis
ualle cingitur, ut nos humiliter salutiferi fontis
ingressum quærere, humiliter egresso eo con-
uersari & ipse loci situs admonerent. Quicumq. er-
go nō in ualle Iordanis, sed trās uallem & trans
Iordanem erant, fugiunt: quia qui humilitatis
& baptismi remedium uel suscipere, uel susce-
ptum seruare neglexerint, contra malignos spi-
ritus ualere nullatenus possunt. Quod de Iudæis
& paganis, de hæreticis & malis catholicis po-
test generaliter accipi.

Hieronymus in locis hebraicis.

Et præciderunt caput Saul, et expolauerunt eum armis,
et miserunt in terram Philistinorum per circuitum, ut annun-
ciaretur in templo idolorum, et in populis. Et posuerunt arma
eius in templo Astaroth, corpus uero eius suspenderit in mu-
ro Bethsan. Usque adeo corruptores uel dæmo-
nes Iudæam impietatis armis persecuti sunt, do-
nec ipsum ei regni principale radicibus adime-
rent, munimina legis sacrae, quibus contra om-
nia aduersa præualebant, eriperent. Cuius mox
deiectionem, quasi proprii signum triumphi,
propriæ causam lætitiæ suis loge lateq. compli-
cibus fama uulgatè spargere festinarunt: & ar-
gmētum sceleris armaturam Dei, quam beatus
apostolus Paulus, & nos aduersus spiritalia ne-
quitia in cœlestibus militaturos induere præci-
pit: & ipse prior indutus, bonum certamen cer-
tauit, cursum consummauit, fidem seruauit, acci-
piens à Domino coronam iustitiæ. Hæc, in qua,
militiæ cœlestis armaturam, Iudæis ereptā, im-
pii decepti, & decipientes inferis inducere lari-
bus, hoc est diuina eloquia demoniorū doctri-
nis æquiparare cōtulerunt. Quod de duob. mo-
dis eos egisse & agere constat: cum uel dicta spi-
ritalia carnaliter interpretado peruerse intelli-
gunt,

Ephes. 6

2. Tim. 4

gunt, uel easdem literas diuinas, quasi communes, & nulla superna autoritate suffultas, prout uolunt uentilant. Gentem uero ipsam ludææ regni arce priuatam, quasi ad nihil redactam, & inimicorum potestati cōcessam, in derisū sibi palam deceptores, publicūq; proposituere prouerbiū: quod est figuratē corpus Saulis truncū in muro Bethsan, id est domus inimici habendum ostentui, manibus suspendisse nefandis. Sed & hæreticos peccatorum præcedentium sagittis stratos, cum præsidio charitatis, quæ arx est uirtutum omnium, fraudant. Quasi caput Saul immundi spiritus præcidunt, cum suum magis quam scripturæ sensum sequi persuadent. Armis expoliant, cum diuina eloquia ad frum, id est dæmonicū sensum peruertunt. Arma Saul in templo Astaroth ponūt. Astaroth quippe non solum, quia idolum est, sed etiam quia factura exploratorum interpretatur, doctrinam significat spirituum malignorum, qui caulas fidelium circueunt quotidie, si quæ deuorare possint, explorant. Cum opera ipsa, quibus Deo seruiant, ad suæ malignitatis obsequia dira permutant, membra nimirum lucis & uitæ expertia in muro domus inimici suspendunt.

Quod cum audissent habitatores Iabes Galaad, quæcūque fecerunt Philistijm Saul, surrexerunt omnes uiri fortissimi. Iabes, quæ interpretatur exiccata, Ecclesiam designat, quam ab omni carnalis concupiscentiæ fluxu, ab omni inquinamento carnis ac spiritus feruor iustitiæ solis, hoc est aspiratio diuini temperat amoris. Vnde recte talis in monte sita describitur. Et ipse Galaad, id est aceruus testimonij uocatur, ut significet subtilissimam sanctorū uitam, ne ad errorem deflecti possit, idoneis scripturarū testimonijs esse firmatam. Ipsa autē est ciuitas, quam in auspicijs sui regni Saul, cum adhuc humili pietate Domino seruiret, ab hostium obsidione liberauit. Cū ergo audissent habitatores Iabes Galaad quæcūque fecerunt Philistijm Saul, surrexerunt omnes uiri fortissimi.

Et ambulauerunt tota nocte, & tulerunt cadauer Saul, & cadauera filiorum eius de muro Bethsan. Cum audissent habitatores ciuitatis Christi super mortem positæ, ludæam, ex qua sibi in patriarchis, prophetis & apostolis præcones & ministros salutis aduenisse meminerūt, agentibus contēpram habitāq; derisui, surrexerūt in opus uerbi omnes uiriliter agere gaudētes: & inter medias errantium tenebras ipsi uirtutum iter ambulantes, prohibuerunt de illorum casu, quorum delictio salus gētibus quasi ad diaboli domum pertinētium, publica insultatione lætari. Quod si delibatio, inquit, sancta est, & massa: & si radix sancta, & rami. Quod si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cū oleaster esses, insertus es in illis, & socius radicis & pinguedinis oliuæ factus es, noli gloriam aduerfus ramos, &c. quæ Apostolus ad Romanos miro ac multiplici sermone digessit.

Rom. 11.

Venerunt Iabes, & combusserunt ea ibi, & tulerunt ossa eorum, & sepelierunt in nemore Iabes. Cadauera, carnales siue carnalia ossa, fortiores quosque & uirtutum opera designant. Combusserunt ergo cadauera Saul & filiorum eius, qui infirma casus ludæorum superno reliquere iudicio, ut hæc altitudinem diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, iuxta incomprehensibile suæ uoluntatis consiliū fecisse uel permisisse cognoscerent. Combustionem quippe hoc in loco iuxta illud intelligere debemus, quod de percipiendis scrutandisq; Dominicæ passionis sacramētis sub agni edendi typo præcipitur: Si quid residui fuerit, igni cōburetis. Ossa in nemore Iabes sepelierūt, cum si quid in infirmis uirtutis & firmitatis inuenerunt, non hoc quasi nihil despiciere, sed fructuosis sanctorū operibus maluerunt adiungere: si quos inter carnales ac fragiles uirtutibus animæ studere cognouerunt, hos sanctorum consortio annumerare curarūt. Per nemus quippe bonorum operum fructus nouit exprimi, qui in Genesilegens, quod uel quale nemus Abraham in Bersabee plantauerit, recte intelligere nouit. Aliter Saul pro peccatis suis mortuus & derisus, a uiris Iabes, quos saluauit, publico eripitur opprobrio. Cadauer comburitur, & ossa conduntur in nemore: quia dignum profecto est, ut si quis fidelium magnorumq; uirorum peccato uictore spiritalem mortem incurrerit, ab his maximē quibus in bono profuit, ut reuiuiscere possit adiuuetur, horumq; & feruētissimis in compunctione precibus eius carnalia detegantur, & spiritalia quæ gessit, suo digna pietate commendantur autori.

Et ieiunauerunt septem diebus. Recte & ad literā pro mortuis, ut ad requiem peruenire ualeāt, septē diebus ieiunatur, qui post sex huius seculi ætates, in quibus in carne laboramus, septima est in illo seculo ætas requietionis animarū carne exutarum, in qua beatę tempus illud glorificum, quando resurgere mereantur, expectant. Cuius figuram quietis & resurrectionis, & septima dies in lege, & septimus siue quinquagesimus annus, in quibus requies operum dabatur, typicē prætendebant. Ipsum uero exemplum nostra spei & fidei dispensatione Dominus ostendit, qui sexta sabbati crucifixus, septima requiescens corpore in monumento, octaua & quæ una sabbati est, resurrexit a mortuis. Sed in parte allegoriæ, cum de cæcitate ludæorum sabbatum hæc tenus carnaliter obseruantium, ciues contribulesq; suis, deles merito tristitiam & cōtinuum in corde retinent dolorem, quasi septem diebus ieiunant: quia cōstitutis adhuc in errore fratribus cognatisq; suis, nullatenus plenā possūt habere lætitiā. Cū autē & ipsi octauę diei, id est Dominicæ simul & suæ resurrectionis mysterium perfectē cognouerint, utriusque pariter iuuante gratia Christi, perpetua festiuitate gaudebūt.

Beda expositionū allegoricarū in Samuele propheta finis.

BEDAE PRESBYTERI

IN LIBROS REGVM

Quæstionum xxx. Liber unus.

PRAEFATIO.

Dilectissimo fratri Nothelmo Beda S.



Va de libro Regum dilucidāda tibi, frater dilectissime, misisti, statim, prout potui, Domino iuuantem explicare curauī, ea duntaxat distinctione, ut xxx. ex his propositiones, quæ grauiores fortē uidebantur, breuibus distinctas capitulis, quo facilius possent inueniri, hoc tibi uolumine comprehendere. Catera uero quæ commixtim annotasti nomina uel uerba, quæ facilius ac breuius solui poterāt, in alijs scedulis seorsum collecta, simul tuę fraternitati transmittere. Quæ uis ipse noueram, plurima in eodem libro multo obscuriora, quam ea esse, quæ a me quaerenda iudicasti. Sed & hoc nō ignorabam, sapius fieri solere, ut is qui obscuriora fortē nonnulla tam bene intellexerat, qui uidelicet hæc in tractatibus magnorum autorum sufficienter explanata repererat, ipse adhuc in quibusdam facilioribus sensu incertus perseueret, ac dubius: quæ illi fortasse qui profundiora tractabāt, quæ situ digna non ducebant. Fit etiā, ut non omnia quæ a patribus scripta sunt, ab omnibus possint haberi, & ignorentur quæstiones scripturarum a legentibus: non quod doctoribus expositiæ non sint, sed quod ipsæ earum quæstiones uel non habeantur, uel habere non intelligantur quærentibus: sicut in plurimis eorum, quorum a me responsa & peritisti & accepisti, cōstat esse factitatum. In quibus uidelicet responsis, qui tuis petitionibus uestigia patrū sequens, satiffacere studui, præterea, pro sospitate nostra & cordis & corporis, una cum fratribus qui illis in locis uobiscum Domino deseruiunt, intercedere memineris. Sed & si quid de his quæ scripti aptius fortē alicubi, quod faciliē cōtingere potuit, expositum inueneris, nobis quoque ocysus hoc destinare non graueris.

Et suscitabo tibi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum & animā meā faciat. & cætera. Quod ait propheta, ad Heli loquens ex persona Dei: Et suscitabo tibi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum & animam meam faciat: & edificabo ei domum fidelem, & ambulabit coram Christo meo cunctis diebus. Sub figura Samuelis de Domino saluatore, summo uidelicet ac uero pontifice, debet intelligi, quod nimirum sicut Samuel defuncto Heli successit in sacerdotium, nō de stirpe Aaron, sed de alia Leui familia electus: fuit enim filius Elcana, filij Ieroham, filij Eliel, filij Thou, filij Suph, filij Elcana, filij Maath, filij Amasai, filij Elcana, filij Ioel, filij Azariæ, filij

1. Reg. 2.

1. Paral. 6.

lij Sophonia, filij Thaath, filij A sir, filij Abiasaph, filij Core, filij Isaar, filij Caath, filij Leui, filij Israel, ut uerba dierum narrant: ita mediator Dei & hominum, ut esset nobis pontifex, non de Leui, sed de alia utiq; tribu, id est Iuda, carnis originem sumpsit: aliam quam legalem hostiam, id est ipsam suam carnem obtulit patri pro nobis: alios quam de genere Aaron pontificatus sui reliquit hæredes, filios uidelicet gratiæ noui Testamenti, de uniuersa gētium natione collectos. Quod uero quasi humano more loquens Deus dicit, Qui iuxta cor meum & animam meam faciat: de Samuele quidē recte potest accipi, quod in omnibus eius uoluntati sicut homo Deo paruerit: de Domino autem saluatore, quod sicut filius unigenitus patris, in omnibus cōscius arcanorū, iuxta quod de seipso manifeste testatur, dicens: Et a meipso facio nihil, sed sicut docuit me pater, hæc loquor. Et qui me misit, mecum est: & nō relinquit me solū, quia ego quæ placita sunt ei, facio seper. Cui domū fidelē edificat pater, quæ domus sumus nos, si fiduciam & gloriam spei usque in finem firmam retineamus. Et hæc domus ambulabit corā Christo eius, ipso uidelicet summo pontifice, cunctis diebus: quod nimirum usque ad finem seculi suorū augmentatione membrorum Ecclesia sancta proficere nunquam cessabit. Alioquin quo modo de Samuele potest accipi, quod edificata sit ei domus fidelis, quæ coram Christo Domini, id est ipso Samuele cunctis diebus incederet: cū legamus in sequentibus, quod filij illius a uerbi de uis eius post auaritiā declinauerint, & peruerterint iudicium: Nisi forte domum eius hoc loco plebem Israēliticā intelligamus, quæ cunctis diebus sacerdotij eius Domino seruerit. De qua scriptum est: Et requieuit omnis domus Israel post Dominū. Et paulo post: Abstulerunt ergo filij Israel Baalim & Astaroth, & seruerunt Domino soli. Quod uero subditur, Futurum est autē, ut quicunq; remaserit in domo tua, ueniat ut oret pro eo, & offerat nummum argenteum, & tortā panis: & in presenti tempore aliquantulum solet impleri, & in fine mundi perfectē complebitur. Nam etsi pauci, tamen aliqui quotidie ex ludæorum, non tantum plebeia, sed & sacerdotali stirpe ad Ecclesiam cōfugiunt: & cum intrauerit plenitudo Gentium, tūc omnis Israel saluus fiet. Quicunq; autem ex his saluandus est, is etenim est qui remansurus esse dicitur in domo. Pereunte sacerdotio Heli, necesse est ad Ecclesiā offerat pro se sacerdoti Christiano nummum confessionis Deo deuotæ, quæ in symbolo continetur: breuem quidem uerbo, sed uirtute præcipuam. Constat argento claritatem uerbi cœlestis, sicut fulgorem sapientiæ spiritalis auro saepe designari. Offerat & panem sacrificij salutaris, abiectis carnibus legalium uictimarum, dicatq;: Dimitte me obsecro ad unam partem sacerdotalem, id est, ad

1. Ioan. 8.

1. Reg. 7.

Rom. 11.

est, ad ipsam plebem Christo sacerdote preclara, cui Petrus ait: Vos autem genus electum, regale sacerdotium. Quod autem addit, Ut comedam buccellam panis: etiam ipsum sacrificij genus eleganter expressit, de quo dixit sacerdos ipse: Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi uita. Quod enim dixerat superius, dedisse se cibos domui Aaron, de uictimis ueteris Testamenti, quae fuerant sacrificia Iudaeorum: ideo hic dixit, postulandum ad comedendum buccellam panis, quod est in nouo Testamento sacrificium Christianorum.

II. Et non cecidit ex omnibus uerbis eius in terram. Quod dictum est de Samuele, postquam uerba diuini oraculi, quae noctu acceperat, mane Heli retulit, Et non cecidit ex omnibus uerbis eius in terram: significat, quod nihil ex his quae locutus est, irritum fuit, sed omnia sunt rebus completa quae dixit. Cadunt namque in terram uerba superuacua, quae pro nihilo habenda, & uerborum sunt calcanda despectu, sicut & beatus Iob dixit: Et lux uultus mei non cadebat in terram: quia nimirum in tanta grauitate uultum tenere conseruerat, ut nunquam contemptibili laetitia resolueretur: sed quotiescunque hilariorum se praesentibus exhiberet, certam semper ob causam utilitatis eorum faceret.

III. Et percussit de populo LXX uiros, & L millia plebis. Quod dictum est de eis qui uidere arcam Domini reuerfam de terra Philistinorum ausi sunt, cum non essent de stirpe Leuitica: Et percussit de populo septuaginta uiros, & quinquaginta millia plebis. Populus & plebs pro una eademque re indifferenter accipitur. Nam & ex uno Graeco quod ad laos, solet utrumque transferri. Sed in hoc uidetur esse distantia, quod in priore comate uersiculi additum est Viros. Nam quod tuus codex habet, septuaginta binos, omnino mendosum est: uiros enim maiores natu significat, ut sit sensus, quia de optimis populis septuaginta sunt percussi, de ipsa autem turba uulgari homines quinquaginta millia: quod ne pateretur in Exodo, populus a longe stabat, & orabat, solus Moyses ascendit ad Dominum.

III. Ex qua die mansit arca Domini in Cariathiarim, multiplicati sunt dies: erat quippe iam annus uicesimus, & requieuit omnis domus Israel post Dominum. Quod dictum est, Quod ex qua die mansit arca in Cariathiarim, multiplicati sunt dies, erat quippe iam annus uicesimus, & requieuit omnis domus Israel post Dominum: non ita intelligendum est, quasi uiginti anni, quibus arca maneret in Cariathiarim, ad octauum usque annum regni Dauid, quando eam congregata populi frequentia in Hierusalem adduxit, sint computandi. Inuenitur namque in sequentibus, quod temporibus Saulis fuerit ablata de hac ciuitate, & allata in castra, pugnae eo aduersum Philisteos. Sic etenim scriptum est: Et ait Saul ad Achiam, Applicata arca Domini, erat enim ibi arca Dei in die illa cum

filijs Israel. Et quia constat, quod Dauid eam in Hierusalem adduxerit, tulitque eam de domo Abinadab, in qua illam esse perhibetur: restat intelligi, quod in diebus Saulis relata de castris, & in praefata sit illata ciuitate, unde denuo regnante Dauid, afferretur in Hierusalem. Est ergo sensus memoratae sententiae, quia ex quo mansit arca in Cariathiarim, erat annus uicesimus, cum eam inde transferri temporibus Saul causa belli contingeret. Vel certe uicesimus erat annus, cum adhuc omnis domus Israel requieuit post Dominum, abiectis uidelicet idolis illi soli seruans. Quod eam fecisse toto tempore praesulatus Samuelis, qui Ioseph teste duodecim annis completus est: & primo tempore regni Saul, quod equidem historia affirmante, uiginti annis tenuit, nullus sanctae historiae curiosus ignorat. Namque postmodum cum recessisset a Saule spiritus Domini, & agitaret eum spiritus nequam, maxime ad perfectendum Dauid innoxium & iustum, necesse erat partem militiae uel plebis eius, nonnullae malitiae illius exitisse complicem.

Si uixero, facies mihi misericordiam Domini: si uero mortuus fuero, non auferes misericordiam tuam a domo mea usque in sempiternum, quando eradicauerit Dominus inimicos Dauid, & caetera. Quod dicente Ionatha ad Dauid, quem insecutionibus patris sui non iustis dolebat fatigare: Si uixero, facies mihi misericordiam Domini: si uero mortuus fuero, non auferes misericordiam tuam a domo mea usque in sempiternum: quando eradicauerit Dominus inimicos Dauid, unumquemque de terra. Cum adiungeret scriptura, Pepigit autem foedus Ionathan cum domo Dauid: continuu subintulit, dicens: Et requisit Dominus de manu inimicorum Dauid. Per anticipationem utique fecit, prius historiae interfecendo, quod multo post tempore factum est, cum interfecto Saule regnum ad domum Dauid translatum est: & qui innocentem cum iniuste persequerentur, iuxta sua diuinitus ultione multati. Tunc enim requisit Dominus de manu inimicorum, quare uirum sanctum afflixerint: Tunc cogebantur rationem reddere odiorum, quibus contra illum tanto tempore sequebantur. Quod & de Absalon, & de Seba filio Bochri, & de caeteris hostibus Dauid potest intelligi. Aliter, si scire uis quid de manu inimicorum Dauid requisierit Dominus, potest, ni fallor, a superiore sententia, qua dictum est, quod foedus pepigerit Ionathan cum domo Dauid, aperte intelligi: quod hoc de manu inimicorum Dauid requisierit, id est quare non & ipsi foedus cum eo pacis inire uoluerint, cum quo esse Dominum uiderant. Idcirco autem scriptura haec sententiam hanc praecipiendo interponere uidetur, ut testimonium Ionathae, quo dixerat, Quando eradicauerit inimicos Dauid, unumquemque de terra: uerum esse comprobaret, quia uidelicet eradicati sint inimici Dauid de terra, non ipso Dauid se de aduersarijs ulciscen-

Lib. Anti. quitat. 6. cap. 13.

1. Reg. 28.

te, sed iudicante Domino pro illo. Bene autem subiungitur: Et addidit Ionathan deirare Dauid, eo quod diligeret illum: sicut enim animam suam, ita diligebat eum: ut ille nimirum, qui tam perfecto iuxta legem Dei amore complectebatur Dauid, a perditione inimicorum eius ostenderetur immunis. Qui etsi ita morte praereptus, regnum cum eo, ut sperabat, terrenum habere nequiuit commune, absque ulla tamen contradictione regni coelestis consortium cum eo, quem pro gloria uirtutum tantisper dilexit, cum esset & ipse uirtutum plenus, accepit.

VI. Si enim surrexerit homo aliquando persequens te, & querens animam tuam, erit anima domini mei custodia, quasi in fasciculo uuentium apud Dominum Deum tuum. Porro anima inimicorum tuorum rotabitur quasi in impetu, &c. Quod Abigail interpellans pro se & pro domo sua, ait ad Dauid, quem uir eius stultitia & ebrietate sopitus offenderat, Si enim surrexerit aliquando homo persequens te, & querens animam tuam, erit anima domini mei custodia, quasi in fasciculo uuentium apud Dominum Deum tuum. Porro anima inimicorum tuorum rotabitur, quasi in impetu & circulo fundae: pulcherrima comparatione statum iustorum a reprobis sorte discernit. Horum quippe animas appellat uiuentes, ut illorum econtrario spiritali morte praecipuos insinuet, iuxta illud prophetae: Anima quae peccauerit, ipsa morietur. Hos fasciculo, illos lapidi fundae assimilat: fasciculus enim constringitur, ut integer maneat & conseruetur: lapis in funda expeditus ponitur, ut abijciatur. Sic etenim in hoc seculo electi pressuris tribulationum coangustantur, ut his admoniti arctius se ad inuicem mutua charitate connectent, & coadunati ad inuicem manu sui redemptoris in perpetuum conseruentur. At uero reprobi quanto licentius in hac uita uoluptatibus proprijs uelut liberi dimittuntur, tanto longius in futuro a diuinae uisionis gloria proijciuntur: ut de eis merito dicatur, Et quidem ipsi de manu tua expulsi sunt. Mirum autem omnipotentem prouidentiam describit superni protectoris, cum dicit, animam uiri sancti, quasi fasciculo uuentium apud eum necesse custoditam. Sicut enim facillimum est cuiuslibet fasciculum herbae uel foeni, sua manu retentum conseruare: ita uirtus Domini & saluatoris nostri omnes per orbem electos ab initio usque ad finem seculi, ne qui ex eis ulla ratione pereant, sine labore tuetur. Iuxta quod ipse in Euangelio sub figura ouium de eis loquens: Et sequuntur me, inquit, & ego uitam aeternam do eis, & non peribunt in aeternum, non rapiet eos quisquam de manu mea. Sicut fasciculus unus quibuslibet uinculis alligatur, ita omnis sanctorum coetus una eademque fide, spe & charitate ad inuicem constringitur, uno diuinae protectionis munimine circudatus. Patet sane uterque sensus, quia anima Dauid, per-

sequentibus licet hostibus, custodia semper fuit in sorte uuentium. Porro inimici eius insistentibus sibi aduersitatibus, sicut lapis fundae circumactus, sic instabili motu perturbandi, & suis essent expellendi de finibus, uel etiam humanis rebus auferendi.

Et praecipit, ut docerent filios Iuda arcum, sicut scriptum est in libro iustorum. Quod scriptum est de Dauid, quando plangebatur interfectos Saul & Ionathan, Et praecipit ut docerent filios Iuda arcum: hoc ideo fecit, ut quod Philisteos sagittarijs abundare iam nouerat, unde & Saul maxime horum ictibus perierat, eandem bellandam artem & sui milites ad reuincendos eos discerent. Quod uero sequitur, Sicut scriptum est in libro iustorum: ipsum librum hodie nusquam, neque apud ipsos Hebraeos inuenire posse asseruerant, sicut nec librum bellorum Domini, cuius in libro Numerorum mentio est: neque carmina Salomonis, neque disputationes eius sapientissimas de lignorum natura, herbarumque omnium, itemque iumentorum, uolucrum, reptilium & piscium: uel quae in libro uerborum dierum. Reliqua uero operum Salomonis priorum & nouissimorum scripta sunt in uerbis Nathan prophetae, & in libris Abia & Silonitis. In uisione quoque Addo uidentis contra Hieroboam filium Nabat, & multa huiusmodi uolumina, quae scriptura quidem fuisse probat, sed hodie constat non esse. Vastata namque a Chaldaeis Iudaea, etiam bibliotheca antiquitatis congregata, inter alias prouinciarum opes hostili igne consumpta est. Ex qua pauci qui nunc in sancta scriptura continentur libri, postmodum Ezre pontificis & prophetae sunt industria restaurati. Vnde scriptum est de eo: Ascendit Ezras de Babylone, & ipse scriba uelox in lege Moysi. Velox uidelicet, quod proptiores literarum figuras quam eatenus Hebraei habebant, repererit. Et in epistola regis Perfarum: Artaxerxes rex regum, Ezra faceret doti scribae legis Dei caeli doctissimo salutem. Et percussit Moab, & mensus est eos funiculo coequans terram. Mensus est autem duos funiculos, unum ad occidentum, & unum ad uisum. Quod scriptum est de Dauid, Et percussit Moab, & mensus est eos funiculo coequans terram: hyperbolicè debet accipi. Non enim fieri poterat, ut homines in terra uiuentes, in tantum humiliarentur, donec ipsius terrae dorso funiculo superextenso comprobate apparerent equales: sed immensam humiliationem captae & oppressae gentis uoluit scriptura hoc uerbo accumulare, ut diceret coequatos eos terrae, qui sub eo essent euirati atque contempti. Ita in nullo amplius homines in terra degentes, quam terra ea quae nullos haberet homines, possent ualere. Huiusmodi locutionis plura habes exempla in scripturis, quale illud Euangelij: Sunt autem & alia multa quae fecit Iesus, quae si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere eos qui scribendi sunt libros.

Et praecipit, ut docerent filios Iuda arcum, sicut scriptum est in libro iustorum. Quod scriptum est de Dauid, quando plangebatur interfectos Saul & Ionathan, Et praecipit ut docerent filios Iuda arcum: hoc ideo fecit, ut quod Philisteos sagittarijs abundare iam nouerat, unde & Saul maxime horum ictibus perierat, eandem bellandam artem & sui milites ad reuincendos eos discerent. Quod uero sequitur, Sicut scriptum est in libro iustorum: ipsum librum hodie nusquam, neque apud ipsos Hebraeos inuenire posse asseruerant, sicut nec librum bellorum Domini, cuius in libro Numerorum mentio est: neque carmina Salomonis, neque disputationes eius sapientissimas de lignorum natura, herbarumque omnium, itemque iumentorum, uolucrum, reptilium & piscium: uel quae in libro uerborum dierum. Reliqua uero operum Salomonis priorum & nouissimorum scripta sunt in uerbis Nathan prophetae, & in libris Abia & Silonitis. In uisione quoque Addo uidentis contra Hieroboam filium Nabat, & multa huiusmodi uolumina, quae scriptura quidem fuisse probat, sed hodie constat non esse. Vastata namque a Chaldaeis Iudaea, etiam bibliotheca antiquitatis congregata, inter alias prouinciarum opes hostili igne consumpta est. Ex qua pauci qui nunc in sancta scriptura continentur libri, postmodum Ezre pontificis & prophetae sunt industria restaurati. Vnde scriptum est de eo: Ascendit Ezras de Babylone, & ipse scriba uelox in lege Moysi. Velox uidelicet, quod proptiores literarum figuras quam eatenus Hebraei habebant, repererit. Et in epistola regis Perfarum: Artaxerxes rex regum, Ezra faceret doti scribae legis Dei caeli doctissimo salutem. Et percussit Moab, & mensus est eos funiculo coequans terram. Mensus est autem duos funiculos, unum ad occidentum, & unum ad uisum. Quod scriptum est de Dauid, Et percussit Moab, & mensus est eos funiculo coequans terram: hyperbolicè debet accipi. Non enim fieri poterat, ut homines in terra uiuentes, in tantum humiliarentur, donec ipsius terrae dorso funiculo superextenso comprobate apparerent equales: sed immensam humiliationem captae & oppressae gentis uoluit scriptura hoc uerbo accumulare, ut diceret coequatos eos terrae, qui sub eo essent euirati atque contempti. Ita in nullo amplius homines in terra degentes, quam terra ea quae nullos haberet homines, possent ualere. Huiusmodi locutionis plura habes exempla in scripturis, quale illud Euangelij: Sunt autem & alia multa quae fecit Iesus, quae si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere eos qui scribendi sunt libros.

Et praecipit, ut docerent filios Iuda arcum, sicut scriptum est in libro iustorum. Quod scriptum est de Dauid, quando plangebatur interfectos Saul & Ionathan, Et praecipit ut docerent filios Iuda arcum: hoc ideo fecit, ut quod Philisteos sagittarijs abundare iam nouerat, unde & Saul maxime horum ictibus perierat, eandem bellandam artem & sui milites ad reuincendos eos discerent. Quod uero sequitur, Sicut scriptum est in libro iustorum: ipsum librum hodie nusquam, neque apud ipsos Hebraeos inuenire posse asseruerant, sicut nec librum bellorum Domini, cuius in libro Numerorum mentio est: neque carmina Salomonis, neque disputationes eius sapientissimas de lignorum natura, herbarumque omnium, itemque iumentorum, uolucrum, reptilium & piscium: uel quae in libro uerborum dierum. Reliqua uero operum Salomonis priorum & nouissimorum scripta sunt in uerbis Nathan prophetae, & in libris Abia & Silonitis. In uisione quoque Addo uidentis contra Hieroboam filium Nabat, & multa huiusmodi uolumina, quae scriptura quidem fuisse probat, sed hodie constat non esse. Vastata namque a Chaldaeis Iudaea, etiam bibliotheca antiquitatis congregata, inter alias prouinciarum opes hostili igne consumpta est. Ex qua pauci qui nunc in sancta scriptura continentur libri, postmodum Ezre pontificis & prophetae sunt industria restaurati. Vnde scriptum est de eo: Ascendit Ezras de Babylone, & ipse scriba uelox in lege Moysi. Velox uidelicet, quod proptiores literarum figuras quam eatenus Hebraei habebant, repererit. Et in epistola regis Perfarum: Artaxerxes rex regum, Ezra faceret doti scribae legis Dei caeli doctissimo salutem. Et percussit Moab, & mensus est eos funiculo coequans terram. Mensus est autem duos funiculos, unum ad occidentum, & unum ad uisum. Quod scriptum est de Dauid, Et percussit Moab, & mensus est eos funiculo coequans terram: hyperbolicè debet accipi. Non enim fieri poterat, ut homines in terra uiuentes, in tantum humiliarentur, donec ipsius terrae dorso funiculo superextenso comprobate apparerent equales: sed immensam humiliationem captae & oppressae gentis uoluit scriptura hoc uerbo accumulare, ut diceret coequatos eos terrae, qui sub eo essent euirati atque contempti. Ita in nullo amplius homines in terra degentes, quam terra ea quae nullos haberet homines, possent ualere. Huiusmodi locutionis plura habes exempla in scripturis, quale illud Euangelij: Sunt autem & alia multa quae fecit Iesus, quae si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere eos qui scribendi sunt libros.

Et praecipit, ut docerent filios Iuda arcum, sicut scriptum est in libro iustorum. Quod scriptum est de Dauid, quando plangebatur interfectos Saul & Ionathan, Et praecipit ut docerent filios Iuda arcum: hoc ideo fecit, ut quod Philisteos sagittarijs abundare iam nouerat, unde & Saul maxime horum ictibus perierat, eandem bellandam artem & sui milites ad reuincendos eos discerent. Quod uero sequitur, Sicut scriptum est in libro iustorum: ipsum librum hodie nusquam, neque apud ipsos Hebraeos inuenire posse asseruerant, sicut nec librum bellorum Domini, cuius in libro Numerorum mentio est: neque carmina Salomonis, neque disputationes eius sapientissimas de lignorum natura, herbarumque omnium, itemque iumentorum, uolucrum, reptilium & piscium: uel quae in libro uerborum dierum. Reliqua uero operum Salomonis priorum & nouissimorum scripta sunt in uerbis Nathan prophetae, & in libris Abia & Silonitis. In uisione quoque Addo uidentis contra Hieroboam filium Nabat, & multa huiusmodi uolumina, quae scriptura quidem fuisse probat, sed hodie constat non esse. Vastata namque a Chaldaeis Iudaea, etiam bibliotheca antiquitatis congregata, inter alias prouinciarum opes hostili igne consumpta est. Ex qua pauci qui nunc in sancta scriptura continentur libri, postmodum Ezre pontificis & prophetae sunt industria restaurati. Vnde scriptum est de eo: Ascendit Ezras de Babylone, & ipse scriba uelox in lege Moysi. Velox uidelicet, quod proptiores literarum figuras quam eatenus Hebraei habebant, repererit. Et in epistola regis Perfarum: Artaxerxes rex regum, Ezra faceret doti scribae legis Dei caeli doctissimo salutem. Et percussit Moab, & mensus est eos funiculo coequans terram. Mensus est autem duos funiculos, unum ad occidentum, & unum ad uisum. Quod scriptum est de Dauid, Et percussit Moab, & mensus est eos funiculo coequans terram: hyperbolicè debet accipi. Non enim fieri poterat, ut homines in terra uiuentes, in tantum humiliarentur, donec ipsius terrae dorso funiculo superextenso comprobate apparerent equales: sed immensam humiliationem captae & oppressae gentis uoluit scriptura hoc uerbo accumulare, ut diceret coequatos eos terrae, qui sub eo essent euirati atque contempti. Ita in nullo amplius homines in terra degentes, quam terra ea quae nullos haberet homines, possent ualere. Huiusmodi locutionis plura habes exempla in scripturis, quale illud Euangelij: Sunt autem & alia multa quae fecit Iesus, quae si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere eos qui scribendi sunt libros.

Et praecipit, ut docerent filios Iuda arcum, sicut scriptum est in libro iustorum. Quod scriptum est de Dauid, quando plangebatur interfectos Saul & Ionathan, Et praecipit ut docerent filios Iuda arcum: hoc ideo fecit, ut quod Philisteos sagittarijs abundare iam nouerat, unde & Saul maxime horum ictibus perierat, eandem bellandam artem & sui milites ad reuincendos eos discerent. Quod uero sequitur, Sicut scriptum est in libro iustorum: ipsum librum hodie nusquam, neque apud ipsos Hebraeos inuenire posse asseruerant, sicut nec librum bellorum Domini, cuius in libro Numerorum mentio est: neque carmina Salomonis, neque disputationes eius sapientissimas de lignorum natura, herbarumque omnium, itemque iumentorum, uolucrum, reptilium & piscium: uel quae in libro uerborum dierum. Reliqua uero operum Salomonis priorum & nouissimorum scripta sunt in uerbis Nathan prophetae, & in libris Abia & Silonitis. In uisione quoque Addo uidentis contra Hieroboam filium Nabat, & multa huiusmodi uolumina, quae scriptura quidem fuisse probat, sed hodie constat non esse. Vastata namque a Chaldaeis Iudaea, etiam bibliotheca antiquitatis congregata, inter alias prouinciarum opes hostili igne consumpta est. Ex qua pauci qui nunc in sancta scriptura continentur libri, postmodum Ezre pontificis & prophetae sunt industria restaurati. Vnde scriptum est de eo: Ascendit Ezras de Babylone, & ipse scriba uelox in lege Moysi. Velox uidelicet, quod proptiores literarum figuras quam eatenus Hebraei habebant, repererit. Et in epistola regis Perfarum: Artaxerxes rex regum, Ezra faceret doti scribae legis Dei caeli doctissimo salutem. Et percussit Moab, & mensus est eos funiculo coequans terram. Mensus est autem duos funiculos, unum ad occidentum, & unum ad uisum. Quod scriptum est de Dauid, Et percussit Moab, & mensus est eos funiculo coequans terram: hyperbolicè debet accipi. Non enim fieri poterat, ut homines in terra uiuentes, in tantum humiliarentur, donec ipsius terrae dorso funiculo superextenso comprobate apparerent equales: sed immensam humiliationem captae & oppressae gentis uoluit scriptura hoc uerbo accumulare, ut diceret coequatos eos terrae, qui sub eo essent euirati atque contempti. Ita in nullo amplius homines in terra degentes, quam terra ea quae nullos haberet homines, possent ualere. Huiusmodi locutionis plura habes exempla in scripturis, quale illud Euangelij: Sunt autem & alia multa quae fecit Iesus, quae si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere eos qui scribendi sunt libros.

Et praecipit, ut docerent filios Iuda arcum, sicut scriptum est in libro iustorum. Quod scriptum est de Dauid, quando plangebatur interfectos Saul & Ionathan, Et praecipit ut docerent filios Iuda arcum: hoc ideo fecit, ut quod Philisteos sagittarijs abundare iam nouerat, unde & Saul maxime horum ictibus perierat, eandem bellandam artem & sui milites ad reuincendos eos discerent. Quod uero sequitur, Sicut scriptum est in libro iustorum: ipsum librum hodie nusquam, neque apud ipsos Hebraeos inuenire posse asseruerant, sicut nec librum bellorum Domini, cuius in libro Numerorum mentio est: neque carmina Salomonis, neque disputationes eius sapientissimas de lignorum natura, herbarumque omnium, itemque iumentorum, uolucrum, reptilium & piscium: uel quae in libro uerborum dierum. Reliqua uero operum Salomonis priorum & nouissimorum scripta sunt in uerbis Nathan prophetae, & in libris Abia & Silonitis. In uisione quoque Addo uidentis contra Hieroboam filium Nabat, & multa huiusmodi uolumina, quae scriptura quidem fuisse probat, sed hodie constat non esse. Vastata namque a Chaldaeis Iudaea, etiam bibliotheca antiquitatis congregata, inter alias prouinciarum opes hostili igne consumpta est. Ex qua pauci qui nunc in sancta scriptura continentur libri, postmodum Ezre pontificis & prophetae sunt industria restaurati. Vnde scriptum est de eo: Ascendit Ezras de Babylone, & ipse scriba uelox in lege Moysi. Velox uidelicet, quod proptiores literarum figuras quam eatenus Hebraei habebant, repererit. Et in epistola regis Perfarum: Artaxerxes rex regum, Ezra faceret doti scribae legis Dei caeli doctissimo salutem. Et percussit Moab, & mensus est eos funiculo coequans terram. Mensus est autem duos funiculos, unum ad occidentum, & unum ad uisum. Quod scriptum est de Dauid, Et percussit Moab, & mensus est eos funiculo coequans terram: hyperbolicè debet accipi. Non enim fieri poterat, ut homines in terra uiuentes, in tantum humiliarentur, donec ipsius terrae dorso funiculo superextenso comprobate apparerent equales: sed immensam humiliationem captae & oppressae gentis uoluit scriptura hoc uerbo accumulare, ut diceret coequatos eos terrae, qui sub eo essent euirati atque contempti. Ita in nullo amplius homines in terra degentes, quam terra ea quae nullos haberet homines, possent ualere. Huiusmodi locutionis plura habes exempla in scripturis, quale illud Euangelij: Sunt autem & alia multa quae fecit Iesus, quae si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere eos qui scribendi sunt libros.

Et praecipit, ut docerent filios Iuda arcum, sicut scriptum est in libro iustorum. Quod scriptum est de Dauid, quando plangebatur interfectos Saul & Ionathan, Et praecipit ut docerent filios Iuda arcum: hoc ideo fecit, ut quod Philisteos sagittarijs abundare iam nouerat, unde & Saul maxime horum ictibus perierat, eandem bellandam artem & sui milites ad reuincendos eos discerent. Quod uero sequitur, Sicut scriptum est in libro iustorum: ipsum librum hodie nusquam, neque apud ipsos Hebraeos inuenire posse asseruerant, sicut nec librum bellorum Domini, cuius in libro Numerorum mentio est: neque carmina Salomonis, neque disputationes eius sapientissimas de lignorum natura, herbarumque omnium, itemque iumentorum, uolucrum, reptilium & piscium: uel quae in libro uerborum dierum. Reliqua uero operum Salomonis priorum & nouissimorum scripta sunt in uerbis Nathan prophetae, & in libris Abia & Silonitis. In uisione quoque Addo uidentis contra Hieroboam filium Nabat, & multa huiusmodi uolumina, quae scriptura quidem fuisse probat, sed hodie constat non esse. Vastata namque a Chaldaeis Iudaea, etiam bibliotheca antiquitatis congregata, inter alias prouinciarum opes hostili igne consumpta est. Ex qua pauci qui nunc in sancta scriptura continentur libri, postmodum Ezre pontificis & prophetae sunt industria restaurati. Vnde scriptum est de eo: Ascendit Ezras de Babylone, & ipse scriba uelox in lege Moysi. Velox uidelicet, quod proptiores literarum figuras quam eatenus Hebraei habebant, repererit. Et in epistola regis Perfarum: Artaxerxes rex regum, Ezra faceret doti scribae legis Dei caeli doctissimo salutem. Et percussit Moab, & mensus est eos funiculo coequans terram. Mensus est autem duos funiculos, unum ad occidentum, & unum ad uisum. Quod scriptum est de Dauid, Et percussit Moab, & mensus est eos funiculo coequans terram: hyperbolicè debet accipi. Non enim fieri poterat, ut homines in terra uiuentes, in tantum humiliarentur, donec ipsius terrae dorso funiculo superextenso comprobate apparerent equales: sed immensam humiliationem captae & oppressae gentis uoluit scriptura hoc uerbo accumulare, ut diceret coequatos eos terrae, qui sub eo essent euirati atque contempti. Ita in nullo amplius homines in terra degentes, quam terra ea quae nullos haberet homines, possent ualere. Huiusmodi locutionis plura habes exempla in scripturis, quale illud Euangelij: Sunt autem & alia multa quae fecit Iesus, quae si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere eos qui scribendi sunt libros.

Et praecipit, ut docerent filios Iuda arcum, sicut scriptum est in libro iustorum. Quod scriptum est de Dauid, quando plangebatur interfectos Saul & Ionathan, Et praecipit ut docerent filios Iuda arcum: hoc ideo fecit, ut quod Philisteos sagittarijs abundare iam nouerat, unde & Saul maxime horum ictibus perierat, eandem bellandam artem & sui milites ad reuincendos eos discerent. Quod uero sequitur, Sicut scriptum est in libro iustorum: ipsum librum hodie nusquam, neque apud ipsos Hebraeos inuenire posse asseruerant, sicut nec librum bellorum Domini, cuius in libro Numerorum mentio est: neque carmina Salomonis, neque disputationes eius sapientissimas de lignorum natura, herbarumque omnium, itemque iumentorum, uolucrum, reptilium & piscium: uel quae in libro uerborum dierum. Reliqua uero operum Salomonis priorum & nouissimorum scripta sunt in uerbis Nathan prophetae, & in libris Abia & Silonitis. In uisione quoque Addo uidentis contra Hieroboam filium Nabat, & multa huiusmodi uolumina, quae scriptura quidem fuisse probat, sed hodie constat non esse. Vastata namque a Chaldaeis Iudaea, etiam bibliotheca antiquitatis congregata, inter alias prouinciarum opes hostili igne consumpta est. Ex qua pauci qui nunc in sancta scriptura continentur libri, postmodum Ezre pontificis & prophetae sunt industria restaurati. Vnde scriptum est de eo: Ascendit Ezras de Babylone, & ipse scriba uelox in lege Moysi. Velox uidelicet, quod proptiores literarum figuras quam eatenus Hebraei habebant, repererit. Et in epistola regis Perfarum: Artaxerxes rex regum, Ezra faceret doti scribae legis Dei caeli doctissimo salutem. Et percussit Moab, & mensus est eos funiculo coequans terram. Mensus est autem duos funiculos, unum ad occidentum, & unum ad uisum. Quod scriptum est de Dauid, Et percussit Moab, & mensus est eos funiculo coequans terram: hyperbolicè debet accipi. Non enim fieri poterat, ut homines in terra uiuentes, in tantum humiliarentur, donec ipsius terrae dorso funiculo superextenso comprobate apparerent equales: sed immensam humiliationem captae & oppressae gentis uoluit scriptura hoc uerbo accumulare, ut diceret coequatos eos terrae, qui sub eo essent euirati atque contempti. Ita in nullo amplius homines in terra degentes, quam terra ea quae nullos haberet homines, possent ualere. Huiusmodi locutionis plura habes exempla in scripturis, quale illud Euangelij: Sunt autem & alia multa quae fecit Iesus, quae si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere eos qui scribendi sunt libros.

Quomodo enim non caperet mundus libros qui scribi potuissent in mundo? Sed ad insinuandam magnitudinem ac multitudinem operum Domini, tali uerbo uoluit uti scriptura. Et in planctu Dauid, a quibus uelociores, leonibus fortiores. Cui simillimum est illud etiam secularium literarum: Qui candore niues anteirent cursibus auras. Quod autem mensus eos funiculo dixit, funiculum allegoricè pro sorte posuit, eo quod funiculo solent agrorum spacia metiri. Vnde scriptum est: Et forte diuisit eis terram in funiculo distributionis. Significat autem, quod tam libera dispositione Dauid regiones Moabitaram hereditibus, quibus uellet, diuideret, quam si possessor quilibet agros proprios ad nutum suum ducto hinc inde funiculo dirimeret. Mensus est autem duos funiculos, unum ad occidendū, & unum ad uiuificandū. Et hoc allegoricè dictum, significans quod in sua potestate habuerit, nullo utique contradicente, quos eorum neci daret contumaces, quibus parceret subiectis.

2. Reg. 1

Psal. 77

1. X.

1. Par. 4. 11

2. Reg. 23

X.

2. Reg. 23

Lib. 7. Antiq. cap. 12

XI.

2. Reg. 6

2. Par. 3

Lib. Antiq. 8. cap. 3

ginta erant cubiti à pavimento usque ad mediū coenaculum, triginta rursus à medio usque ad tertium, quousque porticum, quæ templo ab Australi, & Occidentali, & Septentrionali latere cohærebant, altitudo pertingebat, id est simul sexaginta: deinde alij sexaginta usque ad supremum domus tectum: itaque tota eius altitudo centum uiginti cubitis adimpletur.

Ostium lateris medij in parte erat domus dextræ: non, ut quidam putant, hoc indicat, quod ostium quo intraretur in templū, ab Australi parte, hoc est in latere medio parietis meridiani fuerit factum. Alioquin simpliciter diceret scriptura: Ostium domus erat positum contra austrū. Nunc uero ostiū quiddē, quo ad quotidianam tēplī ministeria ingrediebatur, erat ad Oriētem, ut Iosephus refert: & porticus ante faciem illius, & ipse patēs ad Orientem, ita ut exoriens sol æquinoctialis sine ullo obstaculo radios suos per ostia templi & oraculi in ipsam arcam, quæ erat in sancta sanctorum, mitteret. Porro ascensus qui in domum superiorem, et à superiore ducebat in tertiam, in Australi erat templi (hoc est enim dextra pars domus) absconditè factus, habēs ostium per modicum inferius ab Oriente in ipso angulo dextri parietis. Vnde consequenter adiungitur: Et per cochleam ascendebant in medium coenaculum, & à medio in tertium. Cuius dispositio ascēsus mysterium nobis multum memorabile commendat, claret namque, quod templum hoc quod Salomon fecit, corpus pacifici regis Christi, non solum illud quod est eius Ecclesia tota, uerum etiam ipsum quod sacrosanctum de uirgine, ut esset caput Ecclesiæ suscepit, figuratè insinuat. Erat autem ostiū lateris medij in parte domus dextræ, de quo occultè ab inferioribus in mediū coenaculum, & à medio ascenderent in tertium. Quod passio in cruce Domini, unus militū lancea latus eius dextrū aperuit, & cōtinuò exiuit sanguis & aqua, qui est sanguis redemptionis, & aqua nostræ ablutionis, quibus emundati & cōsecrati mysterijs, de hac quam in terris agimus uita, ad requiem spiritus in futuro, quasi ad superiorem domum tendimus. Et ubi carne soluti ad requiem spiritus ascenderimus, carnis etiam nostræ receptione in die resurrectionis, quasi supremi coenaculi expectamus ascensum.

XII. 3. Reg. 6

Textit quoque domū laquearibus cedrinis. Quod dicitur, Textit quoque domū laquearibus cedrinis: laquearia sunt tabulata, quæ supposita trabibus, affiguntur clauibus, decorēque picture suæ solēt expectantibus præmonstrare mirandum. Terna autem erant in templo laquearia. Prima uidelicet habebat triginta cubitos à pavimento: secunda habebat cubitos sexaginta, contra summam partem porticū: tertia habebat cubitos centum & uiginti, in summam partem totius domus. Non enim in Palæstina, sicut nec

in Aegypto culmina in tectis habentur, sed plana potius tecta domorum, ad sedendum uidelicet uel deambulandum apta construuntur. Vnde dicit in Euangelio Dominus: Et quod in aure audistis, prædicabitur in tectis. Talis namque locus aptissimus est, unde uerbi uerbum prædicator, uel assidentibus sibi, uel inferioribus positus auditoribus proferat. De quo & in Proverbij Salomon: Melius, inquit, habitare in angulo domatis, quam cum muliere litigiosa in domo communi. quod enim latine tectum, græce dicitur doma. Sed & porticus ipsæ circa templum terna habebant laquearia. Prima habebant cubitos à terra uiginti, secunda habebant quadraginta, tertia habebant sexaginta. Plana enim & ipsorum facta erant tecta. Erant autem porticus triginta inferius, triginta in medio, triginta desuper, non muris ab inuicem, sed tabulatis discretæ, ita ut singulæ earum quæ erant numero nonaginta, quinos cubitos in latitudine & longitudine, uicinos autem in altitudine haberent. De quibus uidelicet porticibus frequens in libro uerborum dierum mentio est. Sed quo sint ordine dispositæ, plenius explicat Iosephus. Quod autem sequitur, Et ædificauit tabulatum super omnem domum quinque cubitis altitudine: hoc est, quod in Deuteronomio præcepit Moyses: Cū ædificaueris domum nouam, facies murum tecti per circuitum, ne effundatur sanguis in domo tua, & sis reus labente alio, & in præceptu ruente. Hoc etenim tabulatum in extrema summitate murorum templi uice cancellorū erat erectum, ne quis ad superiora conscendēs, dum ad terminum tecti perueniret, incautè progrediendo dilaberetur ad ima. Quod esse passum regem Ochoziam, in sequētibus inuenitur: qui per cæcellos coenaculi decidens, lethiferum incidit in languorem. Quibus uidelicet tabulatis, uel muris, uel cancellis, cum ad tutelam uia ponuntur, uulgius ruricularum nomen indidit. Quod que subdit, Et operuit domum lignis cedrinis: supremum totius instructuræ tegumētum designat, hoc est tabulatum quod illis trabibus desuper appositum erat, quibus suprema quæ prædiximus laquearia subter erant affixa.

Linc. 12

Proverb. 21

Dch. 22

XIII.

2. Reg. 8

2. Par. 5

60

culum: non tamen fieri poterat, ut ipsa eorum capita ante oraculum eminent: quia nimirum necesse erat, ut clauso oraculo, & appenso ante ostia uelo, ipsi quoque uectes toti cum arca & cherubin abderentur interius. Quod fieri non poterat, si prominentes ulterius uectes producendis ad claudendum ostijs locum non darent. Quorum positionem uectium scriptura non sine causa, sed magni intuitu sacramenti tam diligenter expedire curauit. Constat enim, quod domus templi exterior peregrinantem in terris Ecclesiam, sancta autem sanctorum internam supernæ patriæ felicitatem designat. Item illata in sancta sanctorū arca, assumptam Christi humanitatem, & intra uelum regniæ celestis inductam: uectes uero quibus eadem arca portabatur, prædicatores uerbi, per quos ipse mundo innotuit, typicè denunciant. Erat autem in arca urna aurea habens manna, quod in homine Christo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Erat uirga Aaron, quæ excisa denuò floruerat: quod potestas omnis iudicandi penes eum est, cuius iudicium in humilitate passionis uidebatur esse sublatū. Erant & tabulæ testamenti, quia in illo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Adhærebant ei uectes, quibus portabantur: quia doctores qui collaborabāt in uerbo Christi, nunc presentī uisione gaudēt gloriæ Christi. Quod enim unus eorū de se dixit, Cupio dissolui, & esse cum Christo: de omnibus utique sui operis cōfortibus intelligendum reliquit. Apparebant summitates uectium foris ante oraculum non semper, sed cum ostia eiusdem oraculi aperiri cōtingeret: neque hoc in omnibus, sed his solummodo, qui propius accedentes, attentius ea quæ intus erant satagebant intueri. Ipsa autem arca qualis & quomodo esset posita, solis eis qui oraculum intrassent, uidere licebat: quod nullus sanctorum in hac adhuc uita positus, tametsi multum in altitudine se mentis attollens, sed soli illius patriæ ciues gloriam inibi sui redemptoris plenè contuentur. Sunt & uectes cum arca in oraculo reconditi, quod absconditi sunt etiam nunc perfecti, quique electi, qui nos præcesserunt, de mundo, in abdito uultus Dei, à conturbatione hominum. Quorum tamen summitates uectium nonnunquam aperto oraculo, his qui approstant uisuntur, cum perfectioribus quibusque, atque oculum sui cordis tota intentione purificantibus, diuina gratia aliquid extremum de superiorū ciuium gaudio contēplandum donauerit: quæ nimirum contemplatio his qui paulo longius recesserint, minime conceditur, quod quanto exteriorius mēte uagare manent, tanto minus que sint interna gaudia uident.

Philip. 1

Fecit Salomon festiuitatem celebrem, & omnis Israel cum eo. Quod dicitur, Quia fecit Salomō festiuitatem celebrē, & omnis Israel cum eo: multitudo magna ab introitu Emath usque ad riuum Aegypti corā Domino. Per introitum Emath, Septentrionalem

3. Reg. 8

ptētionalem terrę repromissionis plagam: per rium siue torrentem Aegypti, ut uerba dierum nominant, designat australem. De quibus aliqua latius ex uerbis sancti Hieronymi ponere, gratum puto esse lectori. Scriptum est in libro Numerorum, in quo omnis terra repromissionis per quatuor plagas breui sermone diuiditur: Pars meridiana incipiet à solitudine Sin, quæ est iuxta Edom, & habebit terminos contra Orientem mare salissimum, qui circuitur bunt australem plagam per ascensum scorpionis, ita ut transeant Senna, & perueniant in meridiem usque ad Cades barne, unde egredientur confinia ad uillam nomine Adar, & tendent usque ad Afemona, ibit que per gyrum terminus ab Afemona usque ad torrentem Aegypti, & maris magni littore finietur. Pro quo in ultima uisione propheta Ezechielis ita dicitur: Plaga autem australis meridiana à Thamar usque ad aquas Mariboth, id est 20 contradictionis. Cades quoque & torrens usque ad mare magnum, quæ significat latissimam solitudinem Sin, quæ est iuxta Edom, & in mari rubro terminum circumire, & per ascensum scorpionis, & per Senna, & Cades barne, & atrium siue uillam Adar, & ab Afemona peruenire usque ad torrentem Aegypti, qui iuxta urbem Rhinocoruram mare influit. Hic uero terminus plagæ Australis incipit à Thamar, quæ urbs in solitudine est, quam & Salomon 30 miris operibus extruxit, & hodie Palmyra nuncupatur, Hebraicōque sermone Thamar dicitur, quæ in lingua nostra palmam sonat: usque ad aquas contradictionis Cades, quam in deserto esse non dubium est. Et torrens ingreditens mare magnum, hoc quod Aegypti Palæstinae que præterit littoribus. Sequitur in libro Numerorum: Plaga autem Occidentalis à mari magno incipiet, & ipso fine claudetur: hoc est à mari usque ad mare, à torrente uidelicet Rhinocorure, qui in mare influit, usque ad eum locum ubi est Hemath urbs Syriae. Cuius in hac plaga & nomen ponit Ezechiel: Et plaga, inquit, maris mare magnum à confinio per directum, donec uenias Hemath, quæ nunc Epiphania nominatur, ab Antiocho crudelissimo tyrannorum nomine commutato: nam cognomentum habuit Epiphanes. Porro ad Septentrionalem, inquit, partem à mari magno termini incipient, peruenientes usque ad montem altissimum, à quo ueniunt in Hemath usque ad terminos Sedada, ibunt que confinia usque Zephrona & uillam Enan. Hi erunt termini in parte Aquilonis. Dicunt Hebraei Septentrionalem plagam incipere à mari magno, quod Palæstinae, Phoenicis & Syriae, quæ appellatur Coele, Cilicię que, præteritur littoribus, & per Aegyptum tendit ad Libyam. Quod autem dicit peruenientes terminos usque ad montem altissimum, idem Hebraei autumant, uel Amanum montem significare, uel Taurum, quod nobis uidetur ue-

rius. Ibunt que confinia, inquit, usque Zephrona, quam urbem hodie Zephyrium oppidum Cilicię uocant. Quod autem sequitur, & uillam Enan, pro quo in Hebræo scriptum est Hafer Enan, quæ interpretatur atrium fontis, terminus est Damasci. Unde dicit Ezechiel: Et erit terminus à mari usque ad atrium Enan, siue Hafer Enan, terminus Damasci, & ab Aquilone ad Aquilonem plaga Septentrionalis. Inde metabuntur, inquit, fines contra Orientalem plagam de uilla Enan usque Sephama, & de Sephama descendunt termini in Rebla contra fontem. Inde peruenient contra Orientem ad mare Chenereeth, & tendent usque Iordanem, & ad ultimum salissimo claudentur mari. A fine igitur Septentrionalis plagæ, hoc est atrio Enan, tendunt fines usque ad Sephama, quam Hebræi Apamiam nominant. Et de Apamia descendunt termini in Rebla, quæ nunc Syria uocatur Antiochia. Et ut scias Reblam hanc significare urbem, quæ nunc in Syria Coele nobilissima est: sequitur, contra fontem, quem perspicuum est, significare Daphnim, de quo fonte supradicta urbs aquis abundantissimis fruatur. Inde, inquit, peruenient termini contra Orientem ad mare Chenereeth, id est ad stagnum Tyberiadis. Mare autem dicitur, cum habeat dulces aquas, iuxta idiomata scripturarum, quo cōgregationes aquarum appellantur maria. Et tendent, inquit, termini usque Iordanem, & ad ultimum claudentur mari, uel mortuo, uel (ut alij putant) lingua maris rubri, in cuius littore Ahila posita est.

In diebus eius ædificauit Ahiel de Bethel Iericho.] xvi. Quod scriptum est de temporibus regni Achab: 3. Reg. 16. in diebus eius ædificauit Ahiel de Bethel Iericho: in Abiram primogenito suo fundauit eam, & in Segub nouissimo suo posuit portas eius. Patet sensus, quod cum præfata conditor urbis fundamenta illius ponere inciperet, primogenitus eius, qui uocabatur Abiram, mortuus est. Et cum urbe ædificata portas munire tentaret, nouissimum filiorum suorum cognomēto Segub amisit. Futurum Iosue, cum eam destructā anathemati traderet, imprecando prædixit: Maledictus, inquit, uir coram Domino, qui suscitauerit & ædificauerit ciuitatem Iericho. In primogenito suo fundamenta illius iaceat, & in nouissimo liberorum ponat portas eius. Quod uero Ahiel uiuens Deo, Bethel interpretatur domus Dei: Ahiel de Bethel destructa à Iosue, atque anathematizata Iericho moenia restaurat, cum quis eorum qui in Ecclesia habitum religionis assumpserat, ad agenda scelera, quæ ei Dominus Iesus in die baptismatis donauerat, redit, quas que ipse anathematizauerat, diaboli pompas luxuriose uiuēdo repetit, cum hæreticorum dogmata, uel gentiliū fabulas ueritate Ecclesiastica, qua imbutus est, quasi de Bethel egrediens, ruinas Iericho resuscitat. Merito quæ ralis corā Domino maledictus, & primū filiorum in fundatione nefariæ ciuitatis, & nouissimum

uissimum in portarum positione amittit. Quia & fundamenta fidei, à quibus bona ædificia inchoare, & domū bonæ actionis, quibus perficere debuerat, perdit. Hæc & allegorico sensu expunge sic exposui, ut reminiscaris quàm sit uerus Apostoli sermo, qui dicit, quod omnia in figura contingebant illis, scripta sunt autem propter nos.

XVII. Hæc faciant mihi dii, & hæc addant, si suffecerit puluis 3. Reg. 20 Samariæ pugillis uniuersi populi. & cætera.] Quod Benadab rex Syriae, obsidens, & impugnare incipiens Samariam, ait: Hæc faciant mihi dii, & hæc addant, si suffecerit puluis Samariæ pugillis omnis populi mei qui sequitur me: hunc habet sensum, Samaria necesse est iuxta morem ciuitatum, habebat terram interius prope muros, penè que muris æqualem, ne uidelicet eos sine subsidio terræ adiacentis erectos creber insistente manu hostili deiceret iereticis arietis. Murorum enim altitudo longè super faciem terræ transcenderat, maximè cum in montis uertice, ut scriptura refert, fuerit urbs eadem posita. Ait ergo rex superbus, obsessam terrenis ciuitatem, quod tantam haberet secum exercitus multitudinem, ut etiam si quisque militum eius unum solummodo lapidem, uel cepitem, uel stipitem ad construendum contra urbem aggerem adportasset, tam sublimis eò posset agger exurgere, qui superficiei ciuitatis ipsius, quæ erat intra muros, esse uideretur æqualis, ita ut ex æquo pugnantes contra ciuitatem tela uel faces mittere possent. Cuius temeritatem arrogantiae modesto sermone compescens rex Israel, ait: Dicitur ei, ne gloriatur accinctus eque ut discinctus. Aliud est autem accinctus, aliud discinctus, aliud est accinctus. Accinctus namque est, qui cingulo circumdatus incedit: discinctus, qui cingulum nuper deposuit. Verbi gratia: Balneum intraturus, uel lectum ascensusus, uel altera forte tunica induturus. Non accinctus, qui nuper tunicam indutus, necdum se addita zonæ circumpositione muniuit. Sic ergo & in expeditione castrensi qui positus est, rectè accinctus nominatur, id est armis indutus. Qui pugna confecta uictor domum rediit, iure discinctus uocatur, quia nimirum depositis armis optatae pacis otium gerit. Qui uero necdum pugnare, neque se ad certamen parare iam coeperat, merito non accinctus esse dicitur. Ait ergo rex Israel regi Syriae, glorianti quod iam cepisset Samariam, quam obsidens coeperat: Ne gloriatur accinctus æque ut discinctus. Ac si aperte dicat: Noli gloriari, quasi iam uictor bellici disciminis, qui adhuc in acie positus, quem uictoria sequatur ignoras. Et uerum profecto dicebat. Nam mox inuito certamine Benadab non uictis aduersarijs triumphans, sed cæso suo exercitu fugiens domum rediit.

XVIIII. Tertia pars uestrum introeat sabbato, & obseruet excubitum domus regis.] Quod ait Ioiada pontifex sacerdotibus: Et proferens Iosab filium Azariae,

quæ sex annis, quibus regnauit Athalia, clam nutriebat in templo. Tertia pars uestrum introeat sabbato, & obseruet excubitum domus regis. Tertia autem pars sit ad portam Seir, & tertia pars ad portam; quæ est post habitaculum scutariorum. Custodietis excubitum domus Messa. Dura uero partes è uobis omnes egredientes, sabbato custodiant excubias domus Domini circum regem, & uallabitis eum, habentes arma in manibus uestris: & cætera, quæ ibidem dicta uel facta commemorantur, melius intelliguntur, si de locis templi, in quibus actum est, latius aliqua replicentur. Templum quidem ipsum, exceptis porticibus, quibus omni ex parte sibi adhærentibus circumdabatur, habebat intra parietes (hæc est enim mensura prima, quam uerba dierum nominant) sexaginta cubitos longitudinis, uiginti autem latitudinis. Cuius omnis ambitus atrio tres cubitos alto erat circumdatus, habente introitum à parte orientis, cuius in libro Regum ita meminit scriptura: Et ædificauit atrium interius tribus ordinibus lapidum politorum, & uno ordine lignorum cedri. Interius uidelicet hoc appellans atrium, eo quod alia circa hoc exteriora sint facta. Porro in uerbis dierum ita: Fecit etiam atrium sacerdotum, & basilicam grandem, & ostia in basilica, quæ textit arè. Atrium uidelicet sacerdotum hoc nominans, quod ingredi sacerdotibus licere designaret. Erat autem hoc idem atrium ab Australi, Occidentali & Septentrionali parte uicinius muro templi. Porro ad ortum solis, unde & introitum per gradus habebat, in magnam se prolixitatem à templo protendebat: utpote quod in illa sui parte altare holocausti, in illa luteris bis quinos, in quibus hostia lauarentur: in illa mare æneum, in quo intraturi ad ministerium sacerdotes lauarentur, in illa sacerdotum immolantium & psallentium habebat choros Leuitarum. Circundabatur autem hoc atrium undique uersum à longè ædè per maxima in quadrum. Cuius interior paries, id est qui templum à quatuor mundi partibus respiciebat, inferius erat per totum in arcibus constructus, ulterior uero firma soliditate fundatus. Et ianuas habens aereas, ut supra dictum, commemorauimus. Et ostia in basilica, quæ textit arè: quæ etiam porticibus communita maximis, & opportunis erat discreta coenaculis. Et rursus extra hanc ædem in gyro altare simili schemate factum. Sed & tertia nihilominus circa illa eodem ordine facta per gyrum, interiora omnia longè latèque circuibat: in hoc tantum à prioribus distans ædibus, quod Orientalis & Septentrionalis eius paries ostia minimè habebat, eo quod uterque eorum ad muros pertineret ciuitatis. Hæc autem sunt atria, de quibus canitur in Psalmis, Qui stans in domo Domini, in atrijs domus Dei nostris. Et quoniam ipse domus Domini in editiore loco constructa erat, fiebat ut atria quanto exteriora

exteriora fierent, tanto altiores haberent parietes, utpote inferius fundamenta habentes: adeo ut ultima quadringentos in altitudine cubitos haberent, nec tamen æquandæ templi altitudini aliquantulum propinquarent. Quorum omnium in libro Paralipomenon ita generalis fit mentio. Dedit autem Dauid Salomoni filio suo descriptionem porticus & templi, & cellariorum, & cœnaculi, & cubiculorum in adytis, & domus propitiacionis, nec non & omnium quæ cogitauerat atriorum & exedrarum per circuitum in thesauros domus Domini, & in thesauros sanctorum. Sed Iosephi scriptura uel pictura ab antiquis formata, plenius quo sint hæc ordine facta distinguit. His uerò ita compositis, in sancta sanctorum summi tantum sacerdotis erat semel in anno cum sanguine hostiarum ingredi, in sanctuario ante oraculum sacerdotes tantum purificati introibant, in atrio interiore sacerdotes omnes & Leuitæ. Circa hoc atrium sub dio, uel si tempestas arcebat, in ædibus circumpositis uiri Israelitæ ad orandum siue audiendum uerbum conuenire solebant. In tertio ordine atriorum stabant ad orandum mulieres Israelitæ sub dio, uel si tempestas non sinebat, proxima circumpositarum ædium tecta subibant. Porro in ultimo ordine atriorum gentiles, qui ad orandum fortè conueniant, intrabant. Vbi etiam tempore dispersionis, hi qui de gentibus nuper aduenerant Israelitæ, & purificati sic tandem interiora sanctorum petebant. Quæ autem inter atria uel in atrijs erant pauimenta, lapide uario sunt omnia strata. Ita uerò ostia in ædibus contra inuicem posita erant, ut hi erant qui in ultimis consistebant, templum possent intrare. Erant autem sortes uiginti quatuor & sacerdotum & Leuitarum & ianitorum, qui per totidem septimanas sibi ex ordine succederent, sabbato noua turra intrante ad officium, & post sabbatum ea quæ proxima septimana ministrauerat, domum redeunte. Sed hic pontifex propter necessitatem augendi circa nouum regem exercitus, & eos qui intrandi septimanam ordinem habebant, suscepit: & illos qui iam suam septimanam ministrando impleuerant, ne abirent retinuit. Qui alios quoque Leuitas de cunctis urbibus Iuda, simul & principes familiarum Israel, missis in hoc centurionibus Hierosolymam congregauerat, ut uerba dierum narrant. Quos educturus, filium regis tali ratione distinxit, ut omnes qui impleuerant sabbatum, & egressuri erant, in duas diuisi partes, regem in interioribus atrij locis armati circumstarent. Reliqua uerò multitudo, id est hi qui non erant de stirpe Leui, exteriores atriorum ianuas contra furorem reginæ, si quid fortè aduersi moliretur, custodirent. Porro hi qui nuper ad sabbatum uenerant sacerdotes, Leuitæ & ianitores, in tres diuisi partes, domum regis, id est palatium obseruarent: ne uel hoc regina collecto exerci-

1. Para. 28.

Lib. antiq. 8. cap. 3.

1. Para. 23.

tu contra regem defenderet. Sertarent & portam habitaculi scutariorum, per quam de templo ad palatium descendebatur, sicut infra dicitur. Duxeruntq; regem de domo Domini, & uenerunt per uiam portæ scutariorum in palatium, & sedit super thronum regum. Vbi etiam porta Seir, & domus Messa, quæ cum porta scutariorum nominatur, esse uidetur. Scutarios autem tutores regis appellat, testantè libro Paralipomenon: qui cum Roboam scuta area pro aureis fecisse commemorasset, adiecit: Et tradidit illos principibus scutariorum, qui custodiebant uestibulum palatii. In quo uidelicet libro distinctus hæc cuncta replicantur. Tertia pars uestrium, qui ueniunt ad sabbatum, sacerdotum & Leuitarum, & ianitorum, erit in portis. Tertia uerò pars ad domum regis, & tertia in porta, quæ appellatur fundamenti. Omne uerò reliquum uulgus sit in atrijs domus Domini. Nec quisquam alius ingreditur domum Domini, nisi sacerdotes, & qui ministrant de Leuitis: ipsi tantummodo ingreditur, qui sanctificati sunt: & omne reliquum uulgus obseruet custodias Domini. Leuitæ autem circumdant regem, habentes singulæ arma sua, & cætera.

Produxiq; filium regis, & posuit super eum diadema & testimonium. Quod sequitur de eodem: Produxit filium regis, & posuit super eum diadema & testimonium. In diademate insigne capitis regium, in testimonio designat decreta legis Dei: quibus quid agere rex debeat, qualiter uiuere, præcipitur. Denique in libro uerborum dierum apertius: Et imposuerunt, inquit, ei diadema, dederuntq; in manu eius tenendam legem: & magna utique erat, salutarisq; prudentiæ, ut post tyrannicæ impietis necem reginæ, succedenti in regnum filio regis legitimi, cum ipso regni habitu simul disciplina legis Dei seruanda committeretur: ut qui se prælatum populo regendo uideret, ipse ferendum diuinis legibus subditi debere meminisset.

Et non fiebat ratio his hominibus, qui accipiebant pecuniã, &c. Quod instaurante templi Domini præfato rege Ioas, dicitur, Et nõ fiebat ratio his hominibus qui accipiebant pecuniã, ut distribueret eam artificibus, sed in fide tractabant eam: deuotionem ostendit eorũ, de quib. sermo est, qui tantum studij in religione habuerint, ut nullus dubitauerit, quin pecuniã Domini sine alicuius fraudis suspicione tractaret, & hæc de aerario sublatam fideliter artificibus ad muniendam domum, prout in singulis opus esset, offerrent.

Ipse percussit Edom in ualle Salinarum decem millia, &c. Quod dicit de Amasia rege Iuda: Ipse percussit Edom in ualle Salinarum decem millia, et apprehendit petram in prælio, uocauitq; nomen eius Iechel. Vallis salinarum erat ubi sales faciebant, uel fœno uidelicet falsuginis, ut multis in locis deciso, exiccato & incenso, uel aquis puteorum falsis seruefactis, & usque ad salis firmitatem coquendo perductis, uel alio quolibet ordine

XI X. 4. Reg. 11.

2. Para. 11.

XX. 4. Reg. 11.

XXI. 4. Reg. 14.

ordine quo sal fieri consueuit. In quo etiam loco Ioab duodecim millia Idumgorum percussisse legitur. Nec prætereundum, quod pro ualle salinarum uetus editio quasi nomen regionis Gemelach posuit. Petra autem ciuitas est Arabiæ nobilis. In eadem terra Edom, quæ in libro Numerorum Recem dicitur, & à Syrijs hodie usq; sic appellatur. Iechel uerò, quod Amalias uictor ei nomẽ imposuit, interpretatur cœtus Dei, uel auxilium Dei, agente eo fideliter, ut perenni inderetur memoria, quia hanc uel cœtus populi Dei, uel Deo adiuuante cepit.

Num. 31. Arcen.

Ipse restituit terminos Israel ab introitu Hemath, &c. Quod dicitur de Hieroboã rege Israel: Ipse restituit terminos Israel ab introitu Hemath, usq; ad mare solitudinis. Hemath, quæ nunc Epiphania dicitur, septentrionalis erat terminus Israel. Mare autem solitudinis, quod hebraicè dicitur Araba, mare mortuum designat, quod in longitudine per stadia 508. usq; ad Zoaros Arabiæ, in latitudine 150. usque ad uicinia Sodomorum progreditur.

Et unaquæq; gens fabricata est Deum. Quod dicitur de his quæ in Samariam à rege Assyriorum adductæ sunt nationibus: Et unaquæq; gens fabricata est deum suũ, posueruntq; eos in phanis excelsis, quæ fecerant Samariæ, gens & gens in urbibus suis, in quibus habitabant. Viri enim Babylonij fecerunt Sochoth Benoth, uiri autem Cutheni fecerunt Nergel, & uiri de Hemath fecerunt Asima. Porro Euei fecerunt Nebaaz & Tharthac. In libro quidẽ Locorum legitur, quod Benoth & Nergel fuerint ciuitates, quas construxerint in regione Iudæ Samaritani, qui de Babylonia transierant. Asima quoq; oppidũ, quod edificauerint, qui eodem uenerant de Hemath. Nebaaz enim & Tharthac ciuitates, quas Euei in eadem Iudæ terra condiderint. Videtur autem iuxta cõsequentiam sermonis, etiam idolorum, quibus hæc gentes prius in terra sua seruerint, hic posse uocabula intelligi. Quod cum dictũ esset, Et unaquæq; gens fabricata est deũ suum: quasi ad expletionem sententiæ subiunctum sit, Viri enim Babylonij fecerunt Sochoth Benoth, id est tabernacula Benoth. Et melius, ni fallor, faceret interpretes, si Sochoth Latine in tabernacula uerteret, & nomen idoli Benoth absolutè poneret: & sicut in sequentibus manifestè dicitur: Hi autẽ qui erant de Sepharuaim, comburebant filios suos igni Adramelech & Anamelech dñs Sepharuaim: ubi ostendit Adramelech & Anamelech idola fuisse urbis Sepharuaim. Ita uidet cõsequẽs, ut etiã Nergel Cuthenorũ, Asima Hematheorum, Nebaaz & Tharthac, idola fuerint Eueorum.

Vbi est deus Hemath & Arphat? ubi est deus Sepharuaim? Quod ait Rapaces inter alia quibus Deum blasphemabat, clamãs contra Ierusalem: Vbi est deus Hemath & Arphat? ubi est deus Sepharuaim, Ana & Aua? Nũquid liberauerunt Samariam de manu mea? Ostendit harũ omnium ciuitatũ siue gentium dñs seruisse Samaritas, & quod non erant dii, sed idola, meritò cultores uanitatũ,

Vbi est deus Hemath & Arphat? ubi est deus Sepharuaim? Quod ait Rapaces inter alia quibus Deum blasphemabat, clamãs contra Ierusalem: Vbi est deus Hemath & Arphat? ubi est deus Sepharuaim, Ana & Aua? Nũquid liberauerunt Samariam de manu mea? Ostendit harũ omnium ciuitatũ siue gentium dñs seruisse Samaritas, & quod non erant dii, sed idola, meritò cultores uanitatũ,

ut decebat, esse subuersas. Est autẽ Hemath urbs Cœlesyriæ, quæ nũc Epiphania dicit, iuxta Aemefam, ut supra monuimus: Arphad urbs Damasci, quæ expugnata à rege Assyriorum etiã Hier. scribit. Sepharuaim, quæ numero plurali libros uel literas sonat, nomẽ est locorũ, de quib. Assyrii trãsmigrãtes habitauerunt in Samaria, ut in Locorũ libris inuenimus. Verũ in Esaia hoc quoq; uocabulũ esse ciuitatis apparet, ubi aperte dicit: Vbi est deus urbis Sepharuaim? tamen si plurali dictũ, ut Thebarũ, Athenarũ. Pro Ana & Aua, uetus editio quasi unius urbis nomẽ Aneugaua posuit, & quidẽ in Hebreo ita scriptũ est. uerũ quia syllaba u, quæ in medio nominis posita est, cõiunctionẽ & apud eos significat: potest etiã ita distingui, ut dicat Ane & Gava, ut Aquila trãtulit: siue Ana & Aua, ut noster uertit interpret.

Hier. 40.

Esa. 37.

XX V. 4. Reg. 20.

Vis ut ascēdat umbra decẽ lineis, an ut reuertatur totidem. Quod ait Ezechie regi propheta Esaias, &c. Quod ait Ezechie regi propheta Esaias, Vis ut ascēdat umbra decẽ lineis, an ut reuertatur totidem gradibus: Idẽ nomine graduũ quod & linearum significat, id est distinctionem horarum, quas 12. per diem in horologio notare solemus: siue, ut Hieron. dicit, ita erant extructi gradus arte mechanica, ut p singulos umbra descendens horarum spacia terminaret. Erat autẽ hora diei decima, quãdo regi ppheta loquebat: Vis ergo, inquit, ascēdat umbra decem lineis, procedẽte sole supra terrã per boreales plagas usq; ad orientẽ, quæ subtus terrã quotidiana cõsuetudine sui cursus erat facturus: An ut reuertat umbra totidem gradibus, cõuersa retrorsum facie solis, ipsoq; per australẽ plagam ad orientem regressor? At rex, Facile est, inquit, umbrã crescere decem lineis: nec hoc uolo ut fiat, sed ut reuertat retrorsum decẽ gradibus. Vidit nãq; quod maioris miraculi esse poterat, si sol cõtrariũ suo mori cursum ageret, quã si cõsueto processu incedes: tamen si multo altius, id est supra terras elatus ad orientẽ, quasi secundũ diei mane nulla interueniente nocte, facturus aduolaret. Nã & hoc qui in insula Thyle, quæ ultra Britannia est, uel in ultimis Scytharũ finibus degit, omni estate diebus aliquot fieri uident: quia sol cætero orbi in occasu & sub terra positus, ipsis nihilominus tota nocte supra terrã appareat: & quomodo à parte occidẽtis ad orientẽ humilis redeat, manifestè uideat, sicut & ueterũ historie, & nostri homines qui, qui illis de partib. adueniunt, abudãtissimè prodũt. Nũquam autẽ hi qui interiora austrĩ incolunt, uident solem p meridianas plagas ad orientẽ ab occasu redire.

XX V. 4. Reg. 20.

XX V. 1. 4. Reg. 22.

2. Paral. 32.

Soph. 1.

Quæ habitat in Hierusalẽ in secunda. Quod dicitur de Holda prophetissa: Quæ habitat in Hierusalẽ in secunda: quid significet, in lib. Para. declarat, ubi scriptũ est de p̄fato rege Ezechia: Aedificauit quoq; agẽs industriẽ, omnẽ murũ qui fuerat dissipatus, & extruxit turres desuper, & forinsecus alterũ murũ. Meminit huius loci Sophonias dicẽs: Vox clamoris à porta pisciũ, & ululatus à secũda. Pro quo uetus editio, quasi ppriũ nomẽ loci transtulit, in Masena. Masena quippe interpretatur secũda. Quod ergo dicit prophetissam habitasse

V habitasse

habuisse in secūda, in secūdi muri preintellige.
 XXVII. Cōtaminavit quoq; Thophet, quod est in cōualle filij Ennō. 1
 4. Reg. 23 Quod dicitur de Iosia rege. Cōtaminavit quoq; Thophet, quæ est in cōualle filij Ennō, ut nemo cōsecraret filiū suum, aut filiā per ignē Moloch. Frequēs est in scripturis horū mentio locorum, maximē in libro Regū, & Hier. prophete. Est autem uallis Ennon, siue filij Ennō, iuxta murum Hierusalē, cōtra orientē, in qua nemus pulcherimū Siloe fontibus irrigatur. Thaphet autē, siue Thophet (utrunq; enim scribitur) erat locus in cadē cōualle, iuxta piscinā fullonis, cuius meminit scriptura, & iuxta agrū Acheldema, qui usq; hodie demonstratur ad australē plagam mōtis Sion. Solebāt autem in Thaphet, qui locus erat amoenissimus, unde hodie usq; hororum prebet delicias, posita ara sacrificare demonibus, nefandōq; igne suos consecrare liberos, siue holocaustū offerre, sicut in lib. uerborū dierū de Achaz rege scriptū est: Ipse est qui adoleuit incēsum in ualle Benennon, & iustitiam filios suos in igne. Benēnō liquidē filiū Ennō significat. Vallis autē Ennō dicitur Hebraicē gehēnon, cuius nomine in nouo Testamēto poena inferorū, gehēna cognominat: quia nimirum sicut in cōualle Ennon, qui idolis seruiēnt, in ea pphetis attestatibus perierūt, ita peccatores ex his quę peccauerūt, eterna dānatione punient. Deniq; Hier. cū referret precepisse sibi Dominū, & dixisse, Egredere ad uallem filij Ennon, quę est iuxta introitū portæ fictilis: paulo post dicitur, Et non uocabit locus iste amplius Thophet, & uallis filij Ennō, sed uallis occisionis: & dissipabo cōsiliū ludæ & Hierusalē in loco isto, & subuertā eos gladio. Esa. quoq; manifestissimē Thophet infernum appellat: qui cum perpetuū diaboli interitū sub nomine Assur describeret, dicens: A' uoce enim Domini puebit Assur uirga percussus, & erit trāitus uirge fundatus, quā requiescere faciet Dominus super eū: statim quomodo & ubi esset periturus, subdit dicens: Præparata est enim ab heri Thophet a rege præparata, p̄funda & dilatata. Pulchrē ait, Et dilatata: quia Thophet dicitur latitudo. Nutrimenta, inquit, eius ignis, & ligna multa: status Domini sicut torrēs sulphuris, succēdēs eā. Cōtaminavit autē Iosias Thophet, uel ossa mortuorū ibi, sicut in sequētibus de alijs idolorū locis fecisse legit, uel alia quęlibet immūda dispergens, quatenus abominationi potius quā delectationi aptus omnib. qui aspicerēt locus appareret.
 XXVIII. Abstulit quoq; equos, quos dederant reges Iudæ, & c. 1
 4. Reg. 23 Quod sequitur de eodē rege Iosia, abstulit quoque equos, quos dederant reges Iudæ soli in introitu tēpli Domini. & paulo post, Currus autē solis cōbulsit igni: ostēdit omni generi idololatriæ & superstitionis Iudæos omni tēpore fuisse mancipatos: ita ut in uenerationem solis, quem more gētilium Deum esse credebant, simulacro eius quod fecerant, currus quoq; subdiderint, & hoc in atrijs templi Domini. Sic enim solent gentiles pingere uel facere simulacrum solis, ut puerū iuuenem in curru ponentes, equos eidem

quali curru cœlū petentes subiungant. Cui propterea pueri aptant imaginē, quia sol, uelut quotidie nouo ortu natus, nullum per secula senium incidit. Ut autem eidē currus & equos tribuant, de miraculo sumptū Heliaē prophete, qui curru igneo & equis igneis est raptus ad cœlū, Ioan. Constantinopol. episcopus æstimat. Quod enim Græcē ilios dicitur sol (sicut etiā Sedulius, cum de Heliaē ascensu caneret, ostendit, dicens: *Quam uel fulminei præluens semita cœli, Conuenit Helia, meritoq; & nomine fulgent. Hac ope dignus erat, nam si sermonis Achii Vna per accentum mutatur litera, solet.*) audientes Græci ab Israelitis, quos diuinas habere literas fama prodebat, prædicari, quod Helias curru igneo & equis sit igneis ad cœlestia trāslatus, uel certe hoc ipsū inter alia depictum in pariete uidentes, crediderūt, uicinia decepti nominis, solis hic transitum per cœlos esse designatum: & miraculum diuinitus factum cōmutauerūt in argumētū erroris, humana stultitia cōmentum: quos imitati ipsi Iudæi, fatagerunt ne in aliquo gētilium stultissimis minus stulti parerent. *Excelsa quoq; quæ erant in Hierusalē, ad dexterā partem montis, & c. 1* Quod paulo post de eodē rege dicitur: Excelsa quoq; quæ erant in Hierusalē, ad dextrā partē montis offensionis. & cetera, usq; Poluit rex, & contriuit statuas: luce clarius est, quæ excelsa nominare solet scriptura, loca collibus posita frōdētibus, in quibus uel demonibus imolabāt, uel etiam Domino, locorū amoenitate allecti, cōtra interdētū relicto altari hostias offerebant. Vnde sapiens in hoc libro de regibus qui minus perfecte iusti fuerunt, dicitur: Veruntamen excelsa nō abstulit. Montem autem offensionis, mōtem idoli dicit: quia nimirum consuetudinis est scripturarū, offensionē idola nūcupare, quia uel in illis offendit Deus, uel offensionē & ruinam suis adfert cultoribus, sicut in hac ipsa sententia subsequētī intimitur, dū dicitur: Quæ ædificauerat Salomō rex in Israel Astaroth idolo Sidoniorum, & Chamos offensionis Moab, & Melchon abominationi filiorū Ammō. Vbi hoc quoq; nō fallor, palām ostenditur, quod utinā nō ostenderetur: quia uidelicet Salomō de admittēte idololatriæ scelere nunq; perfecte pœnituit. Nam si fructus pœnitentiæ dignos faceret, fatageret ante omnia, ut idola quæ ædificauerat, de ciuitate sancta tollerētur: & nō in scādālū stultorū, quę ipse, cum fuisset sapiētissimus, erronea fecerat, quasi sapienter ac rectē facta relinqueret. Meminit supra & huius loci scriptura, dicens: Tunc ædificauit Salomon phanū Chamos idolo Moab, in mōte qui est cōtra Hierusalē, & Moloch idolo filiorum Ammō. Nec uideri cōtrarium debet, quod ibi mōs, in quo facta sunt hæc idola cōtra Hierusalē, hic in Hierusalē esse positus asseritur: quia nimirum in tanta erat urbis uicinia positus, ut ad ipsam pertinere, & ipsam quoq; sordibus, quę in eo congregabantur, attaminare uideretur. *Et trāstulit omnē Hierusalē, & uniuersos principes, & c. 1* Quod referēs de Nabuchodonosor, qui trāstulit

lerit omnē Hierusalē, & uniuersos principes, & omnes fortes exercitus, decem millia in captiuitatem: addidit scriptura, dicens: Et omnē artificē & clusorem. Hoc est quod supra eidem populo Israel Philistij regnātes fecisse narrātur, cum dicitur: Porro faber ferrarius nō inueniebatur in Hierusalē, & in omni terra Israel. Cauent enim Philistij, ne forte facerent Hebræi gladium aut lanceam. Sicut enim tunc illi cauerant, ne haberent fabros ferrarios Hebræi, arma ad repugnādū facerent: ita nūc Chaldei Hierusalē uastata, & omni terra repromissionis, fatagunt ut nullus in ea remaneat artifex, nullus clusor, qui uel foedata urbis mœnia cōponere, uel possit refarcire dirupta: quā potius quicquid apud gētes exterminatam artis inuenerāt, totum Babyloniam transferunt: ut uel ad nihilū ualeat ultra, uel illius ciuitatis utilitatibus proficiat. Cuius tā desendē historie, quia multum negligentia nostrī tēporis congruit, nō opinor allegoriam esse reticendā. *Constat namq; quod Hierusalē & terra Israel ciuitatem Christi, id est Ecclesiam sanctā: Babylon autē & Chaldei siue Philistei, ciuitatem diaboli, id est omne malignorum siue hominū seu angelorum multitudinē designant: seruicij Israel Philisteis siue Chaldeis, cum fideles quicquid nomine tenus in Ecclesia cōsistētes, ceterū ab immunis uel spiritibus uel hominibus decepti, ut auaritia, aut luxuria, aut alteri cuiuslibet peccato mentis colla submittit. Abducit autem Nabuchodonosor Israel, & uniuersos principes, fortesq; exercitus decem millia in captiuitatē, cū aut magistrōs populorū, & eos qui inuincibili animo Domino seruire, ac Decalogū legis fideliter in Dei ac proximi uidebātur amore conseruare, subito siue illecebris mundi, seu aduersitatibus subacti, à maioribus se facinoribus polluunt: aut certē in heresim declinando, aperte apostasiam notam incidunt. Arma uerō, quibus cōtra diabolum repugnantes, libertatē à Deo nobis donatā defendamus, quæ sunt alia, nisi eloquia scripturarum? In quibus & ipsius Domini, & sanctorū eius exemplis, quo ordine bella uitiorū superari debeāt, luce clarius discimus. Sed Philistei filios Israel fabricarum armorū priuant, cū maligni spiritus animas fidelitū à meditatione sacre lectionis, secularia illic negotia inferēdo retardāt, ne uel ipsi p huius exercitiū resistendi fiducia sumāt, uel alios forte qui legere nesciunt, ad resistendū uitijs exhortando aut corripiendo accedant. Tollunt fabros armorū, cum eos qui sacra eloquia norūt, in tantum sceleribus obruūt, ut dicere bona quę didicerāt, profus erubescant. Transferunt omnē artificem & clusorem in Babyloniam de Hierusalē, cum eos qui multifaria uirtutū operatione pluribus prodesse, & ciuitatem Dei cōtra irruptiones tentationū munire solebāt, à proposito deslectunt: atq; ingenium quod tuitioni sanctę Ecclesię impendere debuerant, ad uoluntatem potius regis uitiorum dispensare cōpellūt. Quod si clusorem hoc loco non ostiorum siue murorum, sed auripotius gemmarūq; intelligere uoluerimus, ad*

unum profectō, eundemq; spiritalis expositio finem respicit. Dicitur quippe est de sapientia, quia aurū est, & multitudo gemarum: atq; ideo clusores horum nō alios aptius quā doctores intelligere ualemus, qui quādū rectē uiuunt ac docent, in ornatum sanctę ciuitatis industriam suę artis impendunt. At si fortē errauerint, quid nisi à gente Chaldæorum captiui Babyloniam trāstulerunt? Et quoniam artificem & clusorem ab Hierosolymis Babyloniam trāsmigrare, hoc est talentū uerbi cœlitus acceptum in terram defodi, id est scientiam spiritalē ad peccatorum opera conuerti. Obsecro lector, ut si quid tibi in his explanatūculi ratum dixi, ad laudem donantis Dei referas. Sicut autem aliās, ita imperitig uel præsumptioni meæ ueniam tribuas, ut ipse cum omnibus quibuscunq; potes crebrę meditationi, cōtinuā obseruationi, opportune prædicationi diuinarum insistas scripturarum: cōmunicq; labore fatagamus, ut nos negociatores Dominicę pecunię fideles, nos artifices & clusores spiritalium gemmarū siue mœniorum, nos propugnatores sanctę ciuitatis, nos cœlestium inueniamur fabri armorum: nobis reuersus à nuptijs summus paterfamilias dicere dignetur. Quia si per pauca fuisstis fideles, super multa uos constitutam, intrate in gaudium Domini uestri. Amen.

In libros regum, Quæstionum triginta libri finis.

BEDAE PRESBYTERI IN EZRAM ET NEEMIAM prophetas allegorica expositio.

PRAEFATIO:
 Ximus sacre interpret ac doctor scripturæ Hieronymus, cum libros eiusdem scripturę in epistola ad amicum breuiter percurreret, & quæ in singulis continerētur, stricim contingeret: Ezras, inquit, & Neemias, adiutor uidelicet & cōsolator à Domino in uno uolumine narrantur, & instaurant templum, muros extruunt ciuitatis: omnisq; illa turba populi redeunt in patriā, & descriptio sacerdotum, Leuitarum Israel, profelytorum, ac per singulas familias murorum & turrium opera diuisa, aliud in cortice præferunt, aliud retinent in medulla. Quapropter reuerendissime antistes Acca, tuis diligenter obsecundās hortamentis, considerando eidem uolumini operam dedi, Confidens uerō adiutore & cōsolatore Domino ac saluatore nostro Iesu Christo, quia donet nobis propitius relecto cortice literæ, altius aliud & sacratius in medulla sensus spiritalis inuenire: quod uidelicet ipsum Dominum, ac templum & ciuitatem eius, quæ nos sumus, prophetis quidē figuris, sed manifesta ratione designet. In quo nimirum opere maximo nobis adiumento fuit præfatus Ecclesię magister Hieronymus in explanatione prophetarum: qui eadē quæ Ezras & Neemias facta scribunt, ipsi sub figura Christi Ecclesię faciēda prædixerant.

LIBER PRIMVS.

Cunctis legētibz liquet, domum siue tēplum Dei in scripturis sanctis, & unūquem que electorum, & omnem simul Ecclesiam, hoc est uniuersitatem iustorum solere appellari: pro eo quod in cordibus in se credentibus ac sperantibus, scēq; diligentibus, Deus inhabitare digne tur, iuxta hoc quod ipse ait: Si quis diligit me, sermonē meū seruabit, & pater meus diliget eū, & ad eum ueniemus, & mātionem apud eū faciemus. Vnde & Apostolus: Templū, inquit, Dei sanctū est, quod estis uos. Et in epistola ad Heb. Et Moyses quidē fidelis erat in tota domo eius, tanquā famulus, in testimoniū eorū quā dīcēda erant: Christus uerō tāquam filius in domo sua, quē domus sumus nos, si fiducīā & gloriā spēs usq; in finē firmam retineamus. In cuius figuram domus siue tēpli spiritalis, Salomō rex fecit templum Domino in Hierusalem, nam Salomō ipse qui interpretatur pacificus, aptē figuram tenuit eius de quo canit propheta: Multiplicabit eius impertum, & pacis nō erit finis. De quo & Apostolus Ecclesīā de gentibus scribens: Et ueniēs, inquit, euangelizauit pacem uobis qui lōgē fuistis, & pacem his qui propē: quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad patrem. Quod uerō idem templum septem annis ædificauit, octo autē cōsummauit ac dedicauit, significat quod toto tempore seculi huius, quod septē diebus circuit, Ecclesīā Dominus collectis ad ædificium coeleste fidelibus cōstruit. Porro in uita futura, appāretē gloria resurrectionis, ad integrum perficit, atq; in gaudīū uitæ immortalis in æterna suæ claritatis uisione sustollit. Quia enim ipse octaua die, hoc est post septimā sabbati resurrexit a mortuis, rectē octonario numero tēpus etiā nostrę resurrectionis exprimitur. Quod autē uo sequente quēdam templi ædificia prænimia uetustate dissolui cōperūt, sed eadē mox instantia regum ac sacerdotū, qui illis fuere temporibus, instaurata, & in pristinum suscitata sunt statū: significat quotidianos fidelium ac leuissimos erratus, de quibus Salomon: Septies, inquit, cadit iustus, & resurgit. qui quotidiana æquē ipsorum solertia, donatē Domino, per exempla uel exhortamēta præcedentiū iustorū, quasi per regum ac sacerdotum Dei corriguntur industriā, reges namq; ac sacerdotes meritō oēs in Ecclesia perfecti uocātur, cū sint mēbra regis ac sacerdotis summi, cū seipos bene regere, cum sua corpora Domino hostiā uiuētē exhibere didicerint. Quod postmodū crescētibus malis, ipsum tēplum idolorū sordibus profanatum, & ad ultimū a Chaldeis destructū atq; incēsum est: significat grauiores lapsus eorū qui per cōfessionem quidē rectę fidei, ac sacramentū lauacri salutaris, sanctę Ecclesię mēbris adunati, sed denuō fraude malignorū spiritūū ab statu fidei deiecti, ac uictorū sunt flāma cōbusti. Quod diruto tēplo, ac destructa pariter urbe Hierusalem, ciues eius in Babyloniam trāsmigrati, sed post annos 70, acta

de malis suis pœnitētia, ad patriā sunt Domino miserāte remissi, ac rursus idē tēplū atq; urbē sanctā grandi cum labore restaurarunt: figuratē designat eos qui decepti a diabolo, nō solum fidei sinceritatē atq; integritatē boni operis perdunt, uerūmetiā per aceruitatē scelerū gētilibus ac publicanis assimilari uidentur, iuxta illud Domini: Si autem Ecclesīā non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Quorum tamē nōnulli per diuinā respectū gratiæ respicientes, ad Ecclesiam reuertuntur: cum illustratione sancti spiritus cōpuncti, præcepta diuinæ legis, quæ reliquerāt, denuō audire incipiunt, & custodire. Septē nāq; sunt dona sancti spiritus, quæ propheta Esaias manifesta distinctione enumerat. Decem uerō præceptis omnis diuinę legis summa cōprehenditur. Et septem multiplica per decē, septuagenarium numerū perficiunt. Vnde apta significatione, qui per opera peruersa in Babyloniam fuerāt captiui, post septuaginta annos liberantur, ac domum Dei & ciuitatem sanctam reedificat. Quia nōnunquam hi qui per sua peccata a cōmunionē ac societate sanctę Ecclesię separati, infidelitū sorti ac numero copulabantur: rursum per donū sancti spiritus, studio se bonę operationis exercent, ac per hoc cōfortiū fidelitū, domus uidelicet & ciuitatis Domini, de qua fuerant eiecti, recipiunt. Notandū enim, quod unā eandemq; pœnitentiam ad Ecclesīā reuersionē, & domus Domini reedificata post incendium, & ciuitas restaurata Hierusalem post destructionem, necnō & populus post captiuitatē patriam remissus, & uasa sancta, quę ablata erāt, domum reducta, typicē denunciant. Verū quia de his omnibus propheta Ezras, quomodo sint facta, sufficienter explicat, libet de uolumine eius aliqua commemorare, & prout Dominus dedit, spiritali sensu exponere: quō manifestius pateat, qualiter his qui per negligētiam uel errorem perierant, sit ad pœnitentiam redeundū: quanta Dei gratia, quāto ipsorū conatu sit admissorum poscenda uel impetrāda uenia: quomodo idem pœnitētes, unā cū eis qui nuper ad fidē uenerāt, unā eandemq; Christi domū ædificēt, ac pariter in futuro dedicationis illius solēnia expectent.

Cyrus initio regni sui soluit captiuitatem populi Dei: redditisq; uasis sanctis, Hierosolymam illum ascēdere, & templum reedificare præcepit.

CAPVT I.

In anno primo Cyri regis Persarum, ut impletur uerbum Domini ex ore Hieremias, suscitauit Dominus spiritū Cyri regis Persarum, & transiit uocem in uniuerso regno suo, & per scripturā, dicens: Hęc dicit Cyrus rex Persarū, Omnia regna terrę dedit mihi Dominus Deus celi: & ipse præcepit mihi, ut ædificarē ei domū in Hierusalem, quæ est in Iudæa. Narrant ueteres historię, quibus & prophetę Danielis scriptura concordat, Cyrum regem Persarum, iuncto sibi socio Dario rege Medorum, Babyloniorum destruxisse imperiū, occiso ultimo eorū rege Balthasar, & ipsa urbe dirupta ac uastata. Qui uidelicet Cyrus sciens a Deo Israel regnum sibi traditū, mox ut regnum illud, quod

populum Israel captiuarat, ac seruitio premebar, superauit, dedit facultatem eidē populo patriam redeūdi, ac domū Dei sui, quæ in ea erat incēsa, reedificandī: eādēmq; liberatis sententiā nō tantū uerbo presentibus intimaui, uerūetiā eis qui lōgius per omnes regni sui prouincias aberrāt, missis epistolis mādauit, ipsum qui est Deus Israel, uerū esse Dominū & Deū celi, omniumq; re gnorū autorē, publica uoce est cōfessus. Quę omnia sic futura, pphetæ sancti, & Hieremias aperte prædixerūt. Quorū Hieremias etiā numerum annorū quibus essent in Babylonia seruituri, & quādo patriā reuocādi, præcīnuit. Esaias autē etiā nomen regis Cyri, per quē a seruitio liberādi, & in patriā reuocādi, cuius permīssu tēplū essent restauraturi, sine ullis prophetica locutionis enig matibus ostēdit. Ait enim Hieremias: Hęc dicit Dominus exercitūū, Deus Israel, omni trāsmi grationi quā trāstuli de Hierusalē, in Babylone: Aedificate domos, & habitate, &c. Hęc dicit Dominus exercitūū: Cū coeperint impleri in Babylone 70. anni, uisitabo uos, & suscitabo super uos uerbū meū bonū, & reducā uos ad locū istū. Porro Esa. Hęc dicit Dominus redēptor tuus, & formator tus ex utero: Ego sum Dominus facies omnia. Et paulo post: Qui dico profundo, desolare, & flumina tua arefaciā. Qui dico Cyro: Pastor meus es, & omnē uolūtatē meam cōplebis. Qui dico Israel: Aedificaberis, & templo fundaberis. Hęc dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius apprehēdi dexterā, ut subieciam ante faciē eius gētes, & dorsa regū uertā, & aperiā corā eoiuanas, & portę nō claudenē. Ego ante te ibo, & gloriosos terrę humiliabo. Portas areas cōterā, & uectes ferreos cōstringam. Et dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorū, ut scias quia ego Dominus, qui uoco nomē tuū deus Israel, propter feruū meū Iacob, & Israel electū meum. Et uocaui te in nomine tuo, assimilauit te, & nō cognouisti me. Ego Dominus, & non est amplius, extra me nō est deus. Accinxi te, & nō cognouisti me. Ex qua Esaię prophetia credēdum est, maximē Cyrum regē dilexisse filios Israel, eosq; de captiuitate exēptos domū remississe, ac templum Domini reedificare iussisse, quod audierit prophetas eorum per spiritū Dei de suo regno, & Babyloniorū destructione fuisse prælocutos. Nā specialiter ipsum genus expugnationis, quo Babylonia destrui cōpit, expresserāt idē prophete: quorū Esai. Qui dico, inquit, profundo, desolare, & flumina tua arefaciam. Porro Hier. Murus Babylonis ille latissimus suffusione suffodietur, & portę eius excelsę igni cōburentur. Narrāt enim historię, quia diuiso atq; exinanito per plurimos riuos flumine Euphrate, qui per mediū Babylonis influebat, per arefactū ac desolatū eius profundum, urbē hostis intrauerit. Hęc de historia paucis dixerimus. At uerō iuxta mysticos sensus, Cyrus rex Domini saluatorē & nomine designat, & factis, quod nō ex nostra cōiectura, sed ex manifestissimis Esa. uerbis dicimus, quibus ex persona Domini dicebat: Assimilauit

te, & nō cognouisti me. Assimilauit namq; eum Deus filio suo, quāuis ipse Deū se assimilantē minime cognouerit: primū in eo q; Christū suū eū cognominare dignatus est: deinde q; eū Cyrum, qui interpretatur heres, multo antequā nasceret, uocādū esse disposuit. hoc etenim uocabulū rectē cōgruit illi, cui dicit idē Deus pater: Postula a me, & dabo tibi gētes hereditatē tuā. De quo & Apostolus: Quē cōstituit heredē uniuersorū, p quē fecit & secula. De quo etiā in carne appāretē, inimici persequētes dicebāt: Hic est heres, uenite occidamus eum, & nostra erit hereditas. Sed in eo Deus pater, q; subiecit ante faciē Cyri gētes, & dorsa regū uertit, portas areas cōtriuuit, & uectes ferreos cōfregit, uidelicet Babylonis, uel aliarum quas cōepit ciuitates: quod dedit ei thesauros absconditos, & arcana secretorū, diuersarū uidelicet opes ignotas prouinciarū assimilauit eū Domino & Saluatori nostro, qui predicatibus per orbē apostolis, gētī sibi uniuersarum colla subiecit, ipsos quoq; rerū dominos, & sapientię secularis autores suę ditioni subtrauit: qui portas inferorum destruxit, ut ablatos inde electos suos ad libertatē patrię celestis introduce ret: qui errores cōtriuuit gētīū, & doctrinas humana ratione munitas, per humiliū ora subuertit. ut eisdē correctis lumen suę fidei & ueritatis aperiret, in quo sunt oēs thesauri sapientię & sciētię absconditi. Quos uidelicet thesauros idē Dominus noster in natura diuinitatis eternaliter ex patre habuit: sed in assumpta humanitate ex tēpore accepit, illo nimirum, ex quo ipse esse homo cōepit. Assimilauit ergo Cyrum Dominus unigenito filio suo, Deo & Domino nostro Iesu Christo: quia sicut ille destructo Chaldæorū imperio, populū Dei liberauit, ac patriam remisit, tēplumq; quod erat incēsum in Hierosolymis, reedificari præcepit, & hoc ipsum edictū etiā per literas manifestare curauit, ut implerent uerba Hier. quib. hoc futurū esse prædixit: ita mediator Dei & hominū destructo per orbē diaboli regno, electos suos, qui erant dispersi, ab eius tyrānide reuocatos, in suā cōgregat Ecclesīā. Quæ & in presentī iustificata ex fide, pacē habet ad Deū per ipsum, & ad uisionē ppetuę pacis festinat in futuro: Hierusalē quippe uisio pacis dicitur. Qui etiā tēplū quod erat incensum, facit restaurari, cū illos qui infidēs antiqui hostis fidē perdididerant ad salutē reducēs, sua in habitatione dignos efficit. Sed & scripturas sanctas uniuersum misit in mundum, quibus fidem sui nominis, ac spē salutis cunctis qui ad regnū suum pertinent, hoc est electis omnibus prædicaret. Quod ita futurum non Hier. solus, sed cōmuni sensu omnes prædixere pphete. Iuxta hoc quod ipse discipulis ait: Quoniā necesse est impleri omnia quę scripta sunt in lege Moyli & prophetis & psalmis de me. Suscitauit autē Dominus spiritū Cyri regis Persarū, ut agnita potestate ac prouidētia Dei Israel, faceret quę de eo narrat scriptura. Et Dominus ait in Euāgelio Iudæis: Cū exaltaueritis filiū hominis, tūc cognoscetis quia ego sum, & a me ipso facio nihil.

sed sicut docuit me pater, hæc loquor. Quod uerò in scriptura sua dicit idem Cyrus, Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cœli: bene quidē Deū Israel, Dominū Deū cœli esse confessus est, quē etiā regna terræ omnia in potestate habere, & cuiuscūq; uellet, dare posse cognouit. Sed minus uerū uidetur sonare, quod sibi omnia regna terræ ab eo tradita dicit, nisi fortē intelligēdū est, q̄ eo tēpore, quo hæc scripsit, nullū suiregni aduersariū habuerit: uel certē uictō, destructo atq; exhausto ta n robusto, tamq; antiquo Chaldæorum imperio, nullū suo regno in toto orbe resistere posse crediderit. Veraciter autem hic sermo conuenit maiestati eius, qui dixit: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Sequitur eadem scriptura Cyri:

Quis est in uobis de uniuerso populo eius, sit deus illius cū eo, ascendat in Hierusalē, quæ est in Iudæa, & ædificet domū Domini Dei Israel: ipse est Deus, qui est in Hierusalē. Magna in his uerbis fides regis, magna claret pietas. Fides quidem, quod populum Israel præ ceteris nationibus Dei esse populum intellexit. Pietas, quod nullo prorsus excepto, omnes qui uellēt liberos patriā redire permisit. Fides, quod eundē Dominū Deū & habitare in cœlis, & esse in Hierusalē, & cum singulis reuertētū de Babylone in Hierusalē ascendere posse cōfessus est. An nō luce clarius est, quod hūc nō corporeum, & loco cōprehensibilē, sed spiritū, & ubiq; præsentē credidit: quē ita in Hierosolymis & in templo habere locum cōfessus est, ut simul eū regno cœli præsidere nō dubitaret: ita in cœlis regnare credidit, ut nihilominus cū suis fidelibus esset in terra, eorūq; & animos & manus ad ea quæ salutaria essent, faciendā dirigeret. Cæterū omnia scripturæ huius uerba spiritalē sensum redolent. Cui enim non facile pateat, solos illos, cū quibus Deus est, de cōfusione peccatorū, ad uirtutū opera, quasi de seruitio Babylōnico, in Hierosolymā ad libertatē posse trāsire: Quia sine ipso nihil possumus facere. Quis nō uideat rectē in eadē sententiā ascensionē esse nominatā? Quia nimirū omnes peccant: quiq; seculi curis seruiunt, in imo sunt. Qui uerō Deo placere desiderāt, ad altiora necesse est mentē erigāt, cœlestia suspirent, pōpas mūdi oēs atq; illecebras æternorū amore trāscēdāt. Hierusalē quoq; esse in Iudæa, hoc est in cōfessione memorat: ut qui p̄ obliuionē Dei captiuari à Chaldæis, qui interpretāt quasi dæmonia, hoc est malignis spiritib; mācipari meruimus, per cōfessionē diuinæ pietatis ad uisionē liberæ pacis & lucis redeamus: ibiq; ædificemus domū Domino Deo Israel, hoc est in unitate catholicæ pacis, cōfessione siue nostrę iniquitatis, seu diuinę miserationis & gratiæ. Præparemus corda nostra, in quibus Dominus ipse propitiū in habitare, atq; sua præsentia illustrare dignetur. Sed & pximorū corda ad laudē sui conditoris, & opera pietatis accendere curemus. Vtroq; etenim modo domū Domino ædificamus, cū uel nosmet ipsos in operib; iustitiæ exercemus, uel eos quos ualemus ad iter iustitiæ & exēplis puocamus, &

uerbis. Sequitur reliqua eiusdē scripturæ Cyri:

Et omnes reliqui in cunctis locis, ubicunq; habitant, adiuuent eum uiri de loco suo, argento & auro, & substantia & pecoribus, excepto quod uoluntariē offerunt tēplo Dei, quod est in Hierusalē. Notanda distinctio uerborū, quia omnibus solutis ab iniuria captiuitatis, dedit facultatem rex, ut quicunq; uellet, ad ædificandū templum Domino duce ascenderet. Nō tamen omnes illuc ascendere iussit. Si qui enim essent de populo Dei, quos plus alijs quibusq; in locis libertate donata uti delectaret, hos ascendētibus auxilio esse de suo quēq; loco præcepit, data scilicet illis in necessitatem tam lōgi itineris pecunia siue pecoribus. Sed & alia illis dona eos dare & cōmendare desiderauit, quæ illō perueniētes, in templū Domini pro memoria manentiū offerre deberent. Omnes ergo de captiuitate Babylōnica liberati sunt. Omnes pietatis actibus sunt de diti: sed perfectiores ad ædificandū Domino templum ascenderunt, cæteri eos qui ascenderāt, adiuuarunt. Quia etiā omnes electi de potestate tenentur eruti, ad libertatē pertinent gloriæ filiorum Dei, omnes ad societate sanctæ ciuitatis, id est Ecclesiæ, se adnumerari lætantur: non tamen omniū, sed perfectiorū solummodo est, in edificationem eiusdem Ecclesiæ etiā alijs prædicandō laborare. Vnde tales præ ceteris fidelibus, duplici honore ab Apostolo digni esse cēsentur: sicut & angelus quasi Danieli, Qui docti fuerint, inquit, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiā eruditū multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Qui nimirū eruditores multorum, quo magis suos adiutores ad cœlestia querenda ac diligēda instituunt, eo minus ipsi pro terrenis acquirendis siue possidendis curā gerere, imō etiā sepius quēq; tēporalia acquirere, cuncta pro spe æternorū relinquūt. Vnde necesse est eorū inopiē, ut ad prædicandū subsistat, ditiorum qui prædicare nequeūt, largitate subueniri, ut etiā ipsi diuites prædicationis eiusdē possint esse cōsortes. Ex quorū persona dicit Gaius Ioannes: Pro nomine enim eius profecti sunt, nihil accipientes à gētibus. Nos ergo debemus suscipere huiusmodi, ut cooperatores simus ueritatis. Quæ obrem nunc dicitur, quod hi, qui ascendebāt ad ædificandā domum Domini, adiuuari deberent largitione pecuniarum ab amicis suis ubicunq; habitarent, id est, siue in Chaldæa, siue alijs in locis, in quæ ob metū profugissent Chaldæorū: excepto, inquit, quod uoluntariē offerunt templo Dei, quod est in Hierusalē: quia oportet eos qui temporalibus abundant diuitijs, non solū ex his pauperibus Christi necessaria ministrare, uerū etiam ipsos bona quæ possunt pro se libenter operari: quatenus horum merito uelut oblationis spontaneæ, & ipsi in tēplo Dei, quod est Ecclesiæ, partem mereātur habere. Hęc de scriptura regis Cyri paucis dixisse sufficiat. Neq; aliquis ambiget, eius uerba spiritalibus reddere sacramētis: cum prædictum sit, quod Deus suscitauerit spiritum eius, ut hæc scribēda siue imperanda esse intelligeret: cum ad implēda prophetarum uerba, hæc

hæc eum populis mādasse, ipse propheta Ezras admonuerit. Quomodo enim fieret, ut arcana cœlestia scribere non posset, rex diuino admonitus instinctu, qui Deum cognouisse, & cōfessus esse, uerūm qui decorē domus eius dilexisset, atq; instaurare probat: cū præses perfidus, hostis & homicida redēptoris nostri, maximum fidei ueræ scripserit sacramentum, ut cruci eius superpositus fuerit: Hic est Iesus Nazarenus, rex Iudæorū. In cuius intentione tituli, tam fixus persisterit, ut nullatenus eum Iudæis, licet multum poscentibus, posset corrumpere. Quem etiā certi nobis mysterij gratia, hebraicē, græcē & latinē conscripsit: quia nimirū omnis diuina lex, quæ habebāt Hebræi, omnis sapientiā mūdāna, in qua gloriabatur Græci, omne regnū terrefre, in quo tūc maxime præminēbāt Romani, Christū regē cōtestatur omniū sanctorū & cōstitū Deū. Si ergo Deo infesti principis scriptura tot & tātis est grauida sacramētis, quāto magis amator ac factor diuini cultus rex, & domino inspiratus siue suscitatus, ut ppheta dicit, ea quæ Domini sunt prædicare simul & scripto diuulgare potuit arcana? Quæ autem fructū edicta uel scripta eius habuerint, sequens ex ordine scripturæ sacre textus ostendit.

Et surrexerunt principes patrū de Iuda & Benjamin, & sacerdotes & Leuitæ, omnis cuius suscitauit Deus spiritum, ut ascenderent ad ædificandū tēplum Domini, quod erat in Hierusalē. Vniuersi qui erant in circuiu, adiuuarūt manus eorum. In uasis argenteis & aureis, in substantia, &c.] Cyrus quidē trāducta uoce, & missis literis in uniuerso regno suo, permisit, imō præcepit de uniuerso populo Israel, qui duodecim tribubus cōstabat, eos cū quibus esset Deus, ascendere Hierusalē, ad ædificandū domū Domini. Nec tamen de omni populo, sed tantū de Iuda & Bēiamin, & tribu sacerdotali ac Leuitica, ad quos ipsa Hierusalē prius ac templum Domini pertinebat, ascendere uoluerunt. Nam ceterę decem tribus iā olim fuerant sub rege Hieroboā à tēplo Domini & cultu pietatis alienatæ, atque ob meritum tantæ transgressionis à regibus Assyriorū captiuatæ, & ultra Medorum montes trāsmigratæ, neq; unquam omnes perhibent patriam remissæ. Porrō duę tribus, Iuda & Benjamin, quę Hierosolymam & circūpositas Iudę regiones tenebant, unā cum sacerdotibus & Leuitis, ad quos ministeriū tēpli permanebat, quauis & ipsæ peccata decē tribuū fuerint imitata, nō tamē unquam habitationem urbis Hierusalē, & tēpli ceremonias deserbant. Vnde & ultimę sunt capte à Chaldæis, & primę regnātibus Persis, domū redire permisit: & merito, quia de tribu Iuda ortus est Dominus noster, materq; eius Maria etiam de tribu Leui erat consanguinitatis iure sociata. Vnde Elizabeth uxor Zacharię sacerdotis, cognata eius ab angelo nuncupatur. Tribus quoq; Benjamin his sese religiosa fide cōiunxerat, maxime quod ipsa ciuitas Hierusalē in eius sorte fuerit, atq; ideo collata illis misericorditæ meruit esse particeps. Pulchre autē dicitur: Quia principes patrum de præfatis tribubus surrexerunt ut ascenderent ad ædi-

ficandū templū Domini. Principes namq; patrū, id est magistrorū opere & doctrina prædicatorū, ad ædificandā mentē errantiū, in studio boni operis exhortando, increpando, corrigendo certamen p̄ laboris assumere. Qui bene etiā surrexerunt dicuntur, ut ascenderent in Hierusalē: quia quasi tacēt animo debili atq; inertī, qui uel suę uel fraternę salutis curā gerere detrectāt. Surgunt uerò audito regis edicto, imō suscitante spiritū ipsorū Domino, ut ad ædificandā domū Domini ascēdebant: cū uerbis sanctarum scripturarum admoniti, & gratia sui cōditoris accessi, uertē negligētię prioris discutunt: atq; arrepto proposito instituti melioris, quotidianis bonorū operū profectibus, uelut quibusdā gradibus ascensionum, ad summā uirtutū, quæ sunt in æternæ pacis uisione, tendere satagunt. In quibus uidelicet gradibus primi sunt, ut quisq; propriā uitam à uitijs bene uiuēdo cōpescat. Secūdi, ut etiam proximos à suis erratibus siue negligentijs bene docēdo cōuertat. Supremi, ut post bona opera & doctrinā gaudia perpetuæ remunerationis expectet. Quod autem eos qui ita ascēderūt ad ædificandū domū Domini, uniuersi qui erāt in circuiu, adiuuarunt in argēto & auro, substantia & pecoribus: superius breuiter, quomodo sit mysticē accipiendū, disseruimus: prædicatorū uel delicti inopiā, diuitiū credentiū debere copia sustentari. Quod etiam ita rectē potest accipi: quia manus edificatiū tēplum, socij sui qui edificare nequeunt, datis adiuuēt pecunijs: cū uiri secularē res prædicatoribus sanctis liberos suos uel familiā Domino educandā cōmittūt: ut quod per se ipsos nequeūt, per eos qui perficere possunt, Domino munus suæ deuotionis offerant. Dant autē uasa argentea, cum uiros eloquentia nitidos: dāt aurea, cū naturali ingenio præclaros: dant iumenta, cum sensu tardiores, sed ad portandum iugum leue ac suaue onus Euāgelij mansuetos: dant pecora, cū humiles spiritu ac mites; qui de substantijs suis, quasi de lacte siue lanis, pauperibus gratis dare soleant: dant etiā substantiam & suppellectilem uariam, cum multifarijs bonorum operū floribus insignes uiros siue foeminas parētes uel domini sui sanctis doctoribus cōmēdant, per quos Domino consecrentur, atq; in edificium domus eius proficiant. Sunt enim pleriq; naturali dono casti, patientes, modesti, liberales, abstinentes, benigni, honores simul mundi ac delicias respicientes, amatores iustitiæ nō minus quā sapientię, & fortē sicut Cornelius, orationibus atq; elemosynis instantes. de quibus dicit apostolus: Quia legē nō habentes, naturaliter ea quæ legis sunt faciāt. Hi cū sanctis prædicatoribus in Christo renascēdi, uel in fide amplius cōfirmandi offerūt, quasi suppellex uaria, quę ad edificandū domū Domini deferatur, principibus patrū tribuitur.

Rex quoq; Cyrus protulit uasa templi Domini, quæ tulerat Nabuchodonosor de Hierusalē, & posuerat ea in tēplo dei sui. Protulit autem ea Cyrus rex Persarum per manū Mithridatis filij Gazabar, & annumerauit ea Salsabazar principi Iudæ.] Nabuchodonosor tulit uasa Domini de Hierusalē,

rusalē, cum quilibet immūds spiritus fidelium aliquos de Ecclesia rapiēs, gaudio internę pacis priuat. Pōnit autē ea in tēplo Dei sui, cū eos cōfortio iungit reproborū, qui sunt templū & ciuitas diaboli, capitis uidelicet omnīū malorū & angelorū & hominū. Sed profert ea Cyrus rex, & annumerat principi Iuda referēda in Hierusalē, cū Dominus noster, qui est hāeres uniuersorū, eos quos ad salutē prædestinauit aternā, de potestate satanę eruit, & Ecclesię sacerdotibus recōciliandos per pœnitentiā offert. & bene annumerata esse dicit uasa principi Iuda: quia nouit Dominus numerū electorū suorum, neq; aliqua perit ex ouibus suis cōsistentibus nomini eius magno & terribili. Iuda enim confessio interpretatur.

Et hic est numerus eorū: phialę aureę triginta, cyphę argenteę mille, cultri uiginti nouem, cyphi aurei triginta, cyphi argentei secundi 390, uasa alia mille. Omnia uasa aurea & argentea quinque millia quadringenta.] Diuersa uasorū species, diuersas fidelīū personas siue operationes designat. Deniq; in Apocal. legiatur, quia uiginti quatuor seniores habebant phialas aureas plenas odoramentorum: & exponēs scriptura subdit, Quę sunt orationes sanctorū. Phialę ergo, quę sunt uasa patula, lucida: simpliciū corda designant, quę nihil in se subdole cogitationis celare norūt, sed ea quę animo tenent, pura solēt lingua proferre. Vnde rectē talibus aromata, hoc est orationes Deo acceptabiles in esse referūt.

At cōtrā impura reproborum pectora spōgijs, qui cæci sunt & tenebrosi, anfractibus merito cōparantur. Vnde & Iudæi Domino crucifixo spōgiam aceto plenā obtulerūt: ut tali ministerio figurarēt, quia cōditori suo ad se in carne uenientī, de corde subdolo cogitationes & uerba acerba, ac procul à meracissimo patrū suorum sapore degenerātia offerret. Cultri uerō, quib. utebātur ad incidēdos ac diuidēdos iuxta rationem cōgruam artus uictimarū, ut omnibus ritē distinctis, pars in altari sacro igne consumeret, pars in sacerdotū, pars in Leuitarū, pars in offerentiū uisum cederet: illos nimirū in Ecclesia demōstrāt, qui discretionis sunt gratia insignes, qui pfectē norunt discernere de sacrificio salutarī, quod est Christus, quę omnibus sint dicēda, quę pfecti oribus tātū, quę humanę cogitationis modum excedētia, spiritus sancti sint igni tribuēda: item quia uictimę Dei sint oēs qui ei fideli obsequio mancipantur. Cultri quibus artus uictimarū in frustra diuidūtur, scribę docti in regno cœlorum sunt typicē intelligēdi: qui merita sensusq; auditorū suorum solerter examinātes, bene diiudicare norunt, quē in quo gradu ministerij Ecclesiastici promouere debeāt. Cyphi, quę sunt uascula potādī, illos figurālīter exprīmūt, qui feruētore charitatis internę solēt flagrātia inebriari. Quod autē uasa quędā aurea, quędā argētea fuisse referūt: aurea significāt eos, qui maiore sapiētia spiritalis splendore rutilāt: argētea illos, qui dicēdi uenustate nitidi, eloquētius ea quę norūt exponere sciūt. quos ab inuicē distinguēs Apostolus, ait: Alij datur per spiritū sermo sapientię, alij ser

Apocal. 5

Matth. 27

Mar. 15

Ioan. 19

1. Cor. 12

mo sciētia secundū eundē spiritū. Quod autē numerus uasorū, & specialiter singulorū, & in summa generaliter omnīū cōmemoratur: admonet nos, quia Dominus summā electorū suorū, non solū eorum qui in acceptē fidei mūditiā perseuerāt, uerū etiam eorū qui post q̄ deuiā uere, resipiscendo ad fidē redeūt, in libro aternę memorię scriptā cōtinet. In quorū figurā aptē subiungitur:

Vniuersa tulit Sababasar, cū his qui ascēdebant de transmigratiōe Babylonis in Hierusalē.] Quia nimirū nullus de his qui ad uitā prædestinati sunt, perire in perpetuum potest: sed oēs qui Domini sunt, quāuis tempore aliquo in Babylonē, id est cōfusionem peccatorum esse uidebātur abducti, diuina pro uisione per societate iustorū quoquo modo ad pacem reducuntur Ecclesię. Porro uasa quę exercitus Chaldęorum capta Hierusalē fregisse, & fracta in Babyloniā trāstulisse perhibetur, illorū typū exprīmunt, qui ita uictore diabolo capiuntur, ut priusquā pœnitēdo saluētur, ab humanis rebus ablati perennem rapiātur ad pœnam.

Numerus eorum qui reuersi sunt in Iudā ducibus Zorobabel & Iosue: simul & pecunię, quam principes patrū ad instaurandū tēplum obtulere, summa describitur.

CAPVT II.

Hi sunt autē filij prouincię, qui ascēderūt de captiuitate, quam transtulerat Nabachodonosor rex Babylonis in Babylonię.] Filios prouincię Iudę dicit, nō Babylonię. Ad hanc enim pertinebant nō tantummodo illi qui de ea in Babyloniā trāsmigrati, sed etiam qui ex illorum stirpe in Babylonia fuerant nati. Qui etiam in Babylone corporaliter orti sunt, animo tamē toto Iudæā & Hierosolymam suspirabant. Quorum figurā gerebat dux egregius ipsorum Zorobabel, qui nomine quidem ipse, quod sit ortus in Babylone demonstrat: sed intētiōe & actibus, quod sit ciuis Hierosolymitarum ostēdit. Altero autē sensu filij sunt Ecclesię, filij patrię cœlestis, nō solū qui Ecclesię sacramētis iam sunt imbuti, uerū etiam illi qui etsi foris, hoc est inter impios tēpore aliquāto oberrantes, diuina tamen electiōe ante secula præordinati ad uitam, diuinę sunt gratię mysterijs suo tempore consecrandi. De quibus aptē subditur:

Et reuersi sunt in Hierusalē & Iuda, unusquisq; in ciuitatem suam, qui uenerunt cū Zorobabel, Iosue, Neemia, & ceterorū ducū nomina.] Cū enim liberati de potestate satanę hi qui à fide aberrauerūt, cū eis qui nuper fidem didicerāt, in Hierusalē optatę pacis, & in Iudam deuotę confessionis siue laudationis redierint, mox suā quisq; ciuitatē repetēs ingreditur: id est, custodiā atq; operationem uirtutū, quam ipsi diuina largitiō secundū mensurā fidei largita est, deuotus exequitur. Et bene cū dixisset generaliter reuersos eos esse in Hierusalē & Iudā, cōtinuō subiecit, Vnusquisq; in ciuitatē suā: quia nimirū sic in suis singuli ciuitatibus cōmemorabātur, ut generaliter omnes ad Hierusalē & Iudā pertinerēt. Designet ergo Hierusalē, uniuersalē sanctę Ecclesię, quę per orbē est, statū. Designent ciuitates ad eā pertinentes, singulas fidelīū uirtutes, in quibus quasi præiudicio ciuitatum, à tentamen-

tis atq; incurribus malignorū spirituum muniantur. possunt per ciuitates, in quibus cōmemorabātur hi qui de captiuitate in Hierusalē & Iudā uenerāt, etiā diuersę per orbē Christi Ecclesię, ex quib. omnibus una catholica perficitur, accipi. In quibus quicunq; cōuersantur, singuli se filios catholice Ecclesię, quasi ciues Hierusalē p̄stētur. Vtebātur autē ante alios ducibus Zorobabel & Iesu: quorū unus de regia, alter de sacerdotali profapia genus duxisse, multis sacre historie locis ostēdit: qui ambo unā eandēq; redēptoris nostri, ueri uidelicet regis, & summi sacerdotis personā designāt. Ipse enim solus est, per quē uenire ad salutem debeamus. Vnde ait: Nemo uenit ad patrem, nisi per me. Qui singulos electorum, siue per seipsum occulta inspiratione, seu aperta eruditione per sanctos predicatores, de confusione uitę presentis ad uisionē perpetuę pacis, & cōfessionē diuinę laudis, quasi ad Hierusalē & Iudā de Babylone colligit. Quę nimirum uisio pacis, quęq; cōfessio gratiarum, ipso donante, in presententi quidem inchoatur, sed in futuro perficitur.

Ioan. 1.4

Numerus uirorum populi Israel, filij Phares duo millia centum septuaginta duo, filij Aretbi septingenti septuaginta quinque, filij Saphatia trecenti septuaginta duo, filij Area septingenti septuaginta quinque, filij Phet Moab filiorum Iosue & Ioab duo millia octingenti duodecim, filij Hele mille ducenti quinquaginta quatuor, filij Zeibua nōgenti quadraginta quinque, filij Zachai septingenti sexaginta, filij Bani sexcenti quadraginta duo, filij Bebai sexcenti uiginti tres, filij Azgad mille ducenti uiginti duo, filij Odonicam sexcenti sexaginta sex. &c. usq; dum completo catalogo populi Israel, sacerdotum, Leuitarum, catorum, ianitorum, nathinæorum, & filiorum seruorum Salomonis, trecenti decem & septem.] Post catalogum ducum consequenter numerus populi: post recensitam populi summam, dicatī Dei gradus in ordine sequuntur. Populum autem Israel, tribum Iudā & Beniamin dicit, & quicunq; de alijs Asyriorum tribubus quondam euaserant manus: sed cum his à Babylonijs comprehensi, nihilominus in captiuitatem fuerant abducti. Denique notandū, quia in ipsa serie catalogi, magisq; ubi idem catalogus in secunda parte libri, hoc est in uerbis Neemię repetitur, quindecim ferme ciuitatum uocabula inseruntur: quę, ni fallor, omnia non nisi in Iudā & Beniamin tribu inueniuntur: Vnde uerisimile est, populum Israel hoc loco de ipsis maximē tribubus, unā cū sacerdotibus & Leuitis, qui inter eos sortem habuerant, debere intelligi. Nathinnæ autem, qui post sacerdotes, Leuitas, catores, & ianitores in ordine describuntur, ipsi tūc fuere, qui nūc in Ecclesia subdiaconi uocant, obediētes officijs Leuitarū, & oblationes in templo suscipientes à populis. Porro filij seruorū Salomonis dicebātur auctores tēpli, qui curā habebant ad facta tecta reficienda: aut quęcunq; fuissent uexata, p̄ eos denuō de sacra pecunia restaurarētur. Quod autem de uasis supra diximus, idē nūc de populo dicēdū: quod ideo scriptura tā uigilantē distinxerit, quot de quacq; generatione captiuorū patriā soluti redierint: ut ex eo admoneremur, quanta certitudine Dominus

summā electorū suorū in libro uitę cōscribat, & uelut in albo cœli cōsignet, quot animas quicq; si deliū, uel predicando, uel honorū exēpla operū mōstrādo ab errore cōuerterint: p̄ quib. singulis certa mercede illos qui cōuerterant, remuneret.

Et hi qui ascēderūt de Thelmela, Thelhasa, Cherub, Adon, & Emer: & non potuerunt indicare domum patrum suorū, & semen suum, utrum ex Israel essent, filij Delaia, filij Tobia, filij Necoda, D C L I I.] Hoc in loco etiā iuxta literam, gratia Dei, qua & in ueteri Testamento gentiles ad salutē recipiebātur, ostēditur. Dum exposito catalogo eorū quos ueraciter ad populum Dei pertinere cōstabat, adiuncti sunt etiam aliqui ex eis, qui utrū ex Israel, an ex profelytis essent, ignorabatur, eorumq; simul inter filios Israel numerus exponit. Qui etsi ob lōgā separationem patrum suorum à tēplo uel populo Dei, quomodo ad eum pertinerēt, indicare nequie-rant: tamen quia data generalilicentiā, de captiuitate ascēderant, & cū eis qui certum ex Israel semen duxerant, ad ædificandū Deo templum properabant, recipiebantur ab illis ut socij. Gaudebant namq; eos ob amorem cōmunis fidei & religionis habere uelut fratres & notos, tametsi ob incertitudinem originis carnalis uidebantur eos minus cognitos habuisse. Porro in sensu spiritali, inter pœnitentes, qui liberati à captiuitate uitiorum, ad ædificandam, uel in seipsis, uel in alijs, domum Domini ascendunt. Sunt plerunq; nonnulli grauioribus peccatis adstricti, qui adeo ab omni actu pietatis & castitatis uidētur alienati, ut nihil prorsus bonitatis ac religionis, quam à doctoribus sanctis acceperant, in eis remānisse uideatur. De quibus quid aliud dicēdum, quam non posse eos indicare, utrum ex Israel, id est ex sancta Ecclesia fuerint generati credendo: quia nimirum tales peccando facti sunt, ac si in nullo unquam ad semen sanctum pertinuisent: qui tamen pœnitendo nōnunquam adeo corrigūtur, ac meliorem cōuertuntur ad uitam, ut numerus eorū inter ueros Israelitas, in quibus dolus non est, merito cōscribantur in cœlis.

Ioan. 2

Et de filijs sacerdotum, filij Thobia, filij Acos, filij Berzelai, qui accepit de filiabus Berzellai Galaatidis uxore, & uocatus est nomine eorum. Hi quęsierunt scripturam genealogię suę, & non inueniunt, & eieci sunt de sacerdotio. Et dixit Atherfatha eis, ut non comederēt de sancto sanctorum, donec surgeret sacerdos doctus atq; pfectus.] Eadem cautela filij transmigratiōis erga sacerdotes agunt, qua & erga populū egisse referuntur. Curabant nāq; multum, ut sine cōfusione patesceret, qui uerē ad populū Israel, uel ad sacerdotale genus pertinerēt: qui autem suspecti, aut certa profelytorum, hoc est aduenarū essent stirpe procreati. Itaq; sacerdotes suspectos ab altaris quidē officio, uicq; dum certius eorum origo claresceret, amouerūt: sed nihilominus in societate trāsmigrantiū unanima secū pace seruabant. Iuxta sensum uerō mysticum, quærunt filij sacerdotum, de captiuitate Babylonica ascēdētes, scripturam genealogię suę, & non inuenientes de sacerdotio eijciūtur: cum ipsi altaris ministri tanta in scelera, tam ue-

infanda

infanda dogmata decidit: ut & si poenitendo ad salutem redeant animæ, non tamen digni fieri possunt, qui ad sacrum quem perdidere gradum promoueantur, ac docendi in Euangelio, siue sacramenta conficiendi officium repellant. Hi etenim quamuis inter fideles uitam expectant æternam, non tamen scripturam gradus sui, quem repetere nequeunt, inter perfectos sacerdotes inueniunt.

Omnis multitudo quasi unus, quadraginta duo millia trecenti sexaginta, exceptis seruis eorum & ancillis, qui erant septem millia trecenti triginta septem. Nota, gratiam primitiue Ecclesiæ, in qua multitudinis creditum erat cor & anima una, etiam in hoc transmigratum coetu reperiri: ita ut cum tatus esset exercitus, qui prope quinquaginta millium summam completeret, & hic diuersi gradus & conditionis existens, nihilominus omnis multitudo ob eandem fidem & dilectionem, quasi unus esse uideretur homo, donante illo qui habitare facit unanimes in domo. Serui autem & ancille redeuntium de

Babylone Hierusalem, illorum in Ecclesia typum tenent, qui profectu quidem uite emendationis uitia superare, ac uirtutum culmen ascendere satagunt: necdum tamen ipsi sibi ad prouidendam uitam regularis sufficiunt, sed eorum potius qui in Christo precesserunt, opus habet adhuc industria coerceri, atque ad transitum desiderate ueritatis dirigere. Sequitur: Et in ipsis catones atque catatrices ducunt. Non solum in ordine Leuitarum cantores cum ianitoribus templi & nathinneis, sed iisdem quoque in ipso Dei populo iustis sibi catatricibus reperiunt, ad restauranda domus Dei edificia, properant. Catones autem iuxta

literam appellat eos qui psalmos dicit modulamine resonabant: quod Leuitas in templo Dei inter sacrificia quotidiana facere solitos, uerba dierum testantur. Sed hoc ipsum eo tempore etiam plurimos de plebe suis quemque in locis fecisse credibile est. Iuxta uero mysticos sensus, cantores sunt in templo uel populo Dei, qui maiore animi dulcedine & celestia mandata ipsi custodiunt, & hec eadem suis auditoribus custodienda crebris exhortationibus committunt. Bene autem catonibus etiam cantatrices iunguntur, propter sexum uidelicet foemineum, in quo plurimum reperitur personarum, quæ non solum uiuendo, uerum etiam predicando, corda proximorum ad laudem sui creatoris accendat, & quasi suauitate sancte uocis edificatiuam templum Domini adiuuet laborem. Quorum omnium ministerio congruit & titulus & textus Psalmi 95.

Est enim titulus, Quando domus Domini edificabatur post captiuitatem, canticum huic David. Quod secundum literam, restorationem templi, de qua presens liber scribit, sonare uidentur. Sed anagogico, id est altiori sensu, ædificationem insinuat sanctæ Ecclesiæ, quæ sit de animabus à captiuitate dæmoniacæ saluatis, atque ad agnitionem sui creatoris reuocatis: in qua uidelicet ædificatione canticum laudis & confessio nis, manu forti ac desiderabili, uidelicet Domino Iesu Christo, electus quisque debet resonare: ueraciter intelligens, quod absque gratia ipsius nihil possit boni facere, Cui uidelicet titulo con

gruit & Psalmus: Cantate, inquit, Domino canticum nouum, caritate Domino omnis terra. Cantate Domino, & benedicite nomini eius, benedicite de die in diem salutare eius. Annuntiate inter gentes gloriam eius, in omnibus populis mirabilia eius: Quonia magnus Dominus, & laudabilis nimis, terribilis est super omnes deos. Quonia omnes dii gentium demonia, Dominus autem celos fecit. &c. Primum ergo iubemur in ædificatione domus Domini, ipsi Domino caritate caritatem nouam, id est amorem eius & interno in corde tenere, & obseruati mandatorum eius foras ostendere: & hoc non pauci, sed omnis terra facere, per quam Ecclesia sancta dilatata est. Deinde salutare eius, uidelicet Christum euangelizare (hoc est enim Latine bene nunciare) precipimur: & hoc non paucis auditoribus, sed omnibus populis, quibus Ecclesia constat toto orbe diffusa: non quia unus aliquis in omnibus, possit gratiam euangelizare, sed omnes in omnibus, suo quisque tempore uel loco possumus, singulisque uniuersis & debemus & possumus gaudium perpetue salutis optare, dicentes: Laudate Dominum omnes gentes, & collaudate eum omnes populi. Quonia confirmata est super nos misericordia eius, &c.

Ergo eorum sexcenti triginta sex, muli eorum ducenti quadraginta quinque, camelorum quadringenti triginta quinque, asini eorum sex millia septingenti uiginti. Mulus ex asino & equa gignit, mula ex equo & asina. Inter homines ergo qui de captiuitate ascenderunt, etiam animalia quibus iter eorum adiuuabatur, pariter describuntur: eorumque, sicut & hominum numerus, in libro prophetico designatur. Quia nimirum sunt multi in Ecclesia, uel sensu tardiores, uel etiam animo carnales, qui tamen cum magistris spiritalibus submissa deuotione obtemperant, atque ad portanda humiliter onera fraternæ necessitatis, dorsum mentis supponunt, & ipsi cum cæteris electis de confusione diabolicæ captiuitatis erepti, ad superne ciuitatis moenia tendunt. Quorum profecto numerus, sicut & perfectorum, integer in memoria interni testis æterna cõseruatur. Unde ex persona sanctæ uniuersalis Ecclesiæ Deo dicitur: Imperfectum meum uiderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur. Et in alio Psalmo: Homines & iumenta saluos facies Domine, quemadmodum multiplicasti misericordias tuas Deus. At mox de perfectioribus: Filij autem hominum in protectione alarum tuarum sperant, &c.

Et de principibus patrum, cum ingrederentur templum Domini, quod est in Hierusalem, sponte obtulerunt in domum Domini ad construendam eam in loco suo, secundum uires suas dederunt in impensas operis, auri solidos sexaginta millia & mille, argenti minas quinque millia, & uestes sacerdotales centum. Magnæ indicium deuotionis est, cum quis non debitas tantum oblationes, id est Domini lege preceptas, sed in super alia, quorum non preceptum, sed consilium accepit, donaria sua sponte diuine maiestatis obtutibus offert. Preceptum namque est: Non homicidium facies, non adulterabis, non facies furtum, non falsum testimonium dices: honora patrem & matrem, & diliges proximum tuum sicut teipsum. Voluntaria uero oblatio: Si uis

Si uis perfectus esse, uade uende quæ habes, & da pauperibus. Et quod Apostolis ait: De uirginibus autem preceptum Domini non habeo, conuincit autem do. Et de seipso: Et Dominus ordinauit his qui Euangelium annunciant, de Euangelio uiuere. Ego autem nullo horum usus sum. De quo & ad Theof. Neque gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore & fatigatione nocte & die operantes, ne quem uestrum grauemus: non quasi non habuerimus potestatem, sed ut nosmetipsos formam daremus uobis ad imitandum nos. Recte ergo principes patrum donaria ad construendum domum Dei sponte obtulisse referunt: quia quo amplius quisque cum continentia interdictorum etiam à licitis abstinet, eo efficacius Ecclesiam Dei ædificant: cum omnes qui exempla perfectionis eorum cognouerint, tanto magis in illicitis desistere ipsi formidant, quanto eos nec licitis per omnia uti considerant: sed potius dicere,

Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Bene autem dicitur, quia secundum uires suas dederunt in impensas operis. Hæc est namque mensura humane perfectionis, iuxta uires queque pro Domino laborare, ac statum sanctæ Ecclesiæ primo in sua recte cõuersatione, deinde & in proximo reu correctione firmare. Et recte hi qui taliter in populo Dei cõuersantur, principes patrum uocantur: quia nimirum per suæ perfectionem uitæ ac doctrine, etiam illis qui per studium piæ sollicitudinis patres in Ecclesia uocari meruere, altius uiuendo & generalia legis mandata transcendendo principantur. Dederunt autem ultroneam oblationem, aurum, argentum, uestes sacerdotales. In auro sapientiæ claritatem, in argento nitoris eloquij, in uestibus sacerdotalibus opera iustitiæ, uulgi mores multum transcendentiæ, & sacerdotalibus tantum ac Deo cõsecratis cordibus digna. Thesaurus enim desiderabilis requiescit in ore sapientis: & eloquia Domini, eloquia casta, argenti igne examinati: & sacerdotes tui induantur iustitia. Aurum ergo & argentum, & uestes sacerdotales, principes parum secundum uires suas in impensas offerunt operum templi, cum uiri sancti, quicquid sapientie, quicquid eloquentie, quicquid percipiunt actiouis bonæ, totum hoc bene utendo in ædificationem conferunt fidelium Christi. Certum autem pondus auri & argenti, certus uestium numerus sacerdotium in sacra historia cõtinetur: ut iuxta precedentem expositionem numeri uasorum, hominum & animalium, meminimus Dominum omnes cogitatus nostros, sermones & actus nosse semper, ac digna mercede remunerare. Inter hæc uero notandum est, quantum populo Dei iniuria captiuitatis, ac longæ seruitutis profuerit. Qui enim in paucissimo numero captiui sunt, hoc est animæ hominum, ut Hier. scribit, quatuor millia sexcentæ, cæteri uel occisus, uel timore hostium longè lateque dispersis, uel uerè eorundem hostium miseratione in patria relictis, nunc inter hostes multiplicati, ad quinquaginta feruntur millia in patriam uiri redierunt. Qui nudati opibus, & æquali omnibus seruitio additi transmigrati sunt, nunc non

solum liberati, sed & auro & argento, uestibus, seruis, substantiis, & iumentis locupletati reuertuntur. Et quia maxime ad rem pertinet, qui propter multitudinem deorum falsorum patriam perdididerant, ita ut eis increpante propheta diceretur, Secundum numerum quippe ciuitatum tuarum erant dii tui Iuda: nunc eadem patriam repetere, non tantum unius ueri Dei fide gaudentes, uerum etiam ipsam fidem unam concordem & animæ deuotione colentes, atque eius sese laudibus canentis, religiose mente ac lingua subdentes: ita ut qui quodam ob diuersitatem religionis diuiso Israel & Iuda nomine censebatur, nunc ob unitatem pietatis antiquo Israel uocabulo omnes appellatur. Cultum namque pietatis, quem in terra sancta prophetis reclamantibus, atque exempla iustitiæ demonstrentibus spreuerunt, hunc in terra aliena hostibus idololatriæ seruitutibus ad animum uocarunt. Quid ergo in his intuemur? quid memoria commendandum? nisi quod eos quos libertas & copia rerum omnium in patria negligentes reddidit, & celestium immemores mandatorum, ipsos seruitus peregre & inopia ad obsequium sui creatoris ac liberatoris adduxit. Familiaris namque res est, humanum cor opibus ac libertate dissolutum, graminis uero ac paupertate ad semetipsum recolligi. Quod ergo de uno populo semel factum est, hoc de omnibus post peccatum poenitentibus quotidie solet accidere: dum hi qui per negligentiam in tentationes & laqueos inciderunt diabolici, per industriam poenitentis diuinitus adiuti resurgunt: qui uirtutum opibus ab hoste antiquo nudati, de Ecclesiæ societate recesserunt, plerumque ad communionem illius maioribus quam antea perdidit uirtutibus exerciti redeunt: quia nimirum quo se grauius errasse meminerunt, eo ardentius bonis infundere operibus satagunt.

Habitauerunt ergo sacerdotes & Leuitæ de populo, & cantores & ianitores & Nathinnei in urbibus suis, uniuersusque Israel in ciuitatibus suis. Uniuersum Israel dicitur, non decem tribus solummodo, quæ quondam Israel uocabatur, ad distinctionem duarum tribuum, quæ Iuda uocabatur: sed omnes generaliter qui ex captiuitate ascenderant, siue ex Iuda & Benjamin, seu de alijs tribubus originem ducentes. Nam decem tribubus in Assyrios transmigratis, & Samaritis in terra eorum substitutis, quicumque remanserant, dereliquerunt ac fregerunt omnia simulacra, & integro ex corde Domino seruire, atque in templum hostias suas offerre cœperunt: ut uerba dierum manifeste probant, ubi scriptum est: Abstulit ergo Iosias cunctas abominationes de uniuersis regionibus filiorum Israel, & fecit omnes qui residui erant in Israel, seruire Domino Deo suo, cunctis diebus eius non recesserunt à Domino Deo patrum suorum. Et paulo superius sub eodem rege, cum de instauranda domo Domini ageretur: Accepta que, inquit, pecunia quæ illata fuerat in domum Domini, & quam cõgregauerat Leuitæ & ianitores de Manasse & Ephraim, & uniuersis reliquis Israel, ab omni quoque Iuda & Benjamin, & habitato,

Act. 4

2. Paral. 13

Psal. 138

Psal. 33

Ibidem

Matth. 19

Hier. 2

2. Paral. 34

habitoribus Hierusalem, tradiderunt in manibus eorum qui præerant operarijs in domo Domini. Hi ergo qui residui cū tribu Iuda & Bēiamin, quibus sociati fuerant, simul captiuati in Babyloñia, ac simul sunt in patriam remissi, suasq; singuli ciuitates, quas uacuas cum agris ac uillulis ingressi reperiunt. Non enim eas, cū ipsi in Babyloñia seruirent, sicut nec duarum tribuum terras quisquam colonus intrarat, dicente scriptura: Si quis euaserat gladiū, ductus in Babylonem, seruiuit regi & filijs eius, donec imperaret rex Persarum, & cōpleretur sermo Domini ex ore Hieremiæ, & celebraret terra sabbata sua. Cunctis enim diebus desolationis egit sabbatum, usque dum complerentur 70. anni. Completo itaque hoc longissimo sabbato, recepit terra Iudæa cum reliquis Israel habitatores suos. Porro maior pars decem tribuum, quæ transmigrata erat ab Assyrijs ultra Medorū montes, nūquam domum rediit: quæ nec si rediret, suas poterat ciuitates ingredi, quippe Samaritæ quas possidēre. De quibus hodie Iudæi multum Iudaicæ & infideliter sibi promittūt, quod ueniente ac regnate Christo suo, hi etiam cum cæteris suæ gentis hominibus sint in Iudæā reuersuri, atq; in toto orbe regnaturi: non intelligētes dicta prophetarum, qui regnū & diuitias Hierusalem ciuitatis Dei, non unī genti Iudææ carnaliter, sed omnibus in Christo gentibus spiritaliter, quod nunc per orbem agitur, promiserint. Hæc de superficie literæ paucis sint dicta. Spiritali autē sensu, sacerdotes, Leuitæ, cantōres, ianitores & nathinæi in uribus suis, uniuersusq; Israel in ciuitatibus suis habitāt, reuertētes de Babylone: cū & ministri altaris sancti, ac doctores, & ipsa Dei plebs in suis singuli gradibus Deo fidelit̄ seruiūt: siue qui eodē gradu aliquādo uitijs sordidato uel perditō, per pœnitentiā correcti sunt: seu qui nuper de regno diaboli ad Ecclesiā uenientes, bonū sibi gradū bene ministrādo acquisierūt. Suas etenim ciuitates introierūt Leuitæ, uel filij Israel. nō solū illi qui eadē ciuitates quondā captiuati amiserāt, uerū etiam hi qui de captiuorū stirpe progeniti, ad ipsas se ciuitates ex paterna successione ptine re didicerūt. Sic & in sensu spiritali ciuitatē suam, de qua transmigratus est à Chaldæis Leuita recipit, quādo diaconus aliquis sancte Ecclesie uirtutē pfectionis, quā à diabolo seductus perdidit, Domino donante redintegrat. Verbi gratia, qui p ebriositatē, uel cōcupiscētiā, uel superbiā, ad gradū quē acceperat, factus est indignus; & denuō per cōtinentiā, parsimoniā, humilitatē, & cætera uitæ correctioris insignia, ad eundem dignior redit. Rursus Leuita in Babylone natus, ciuitatem suam in terrā ueniens ingreditur, quando quis regeneratus in Christo, reatum primæ preuaricationis exiuit, ac bene institutus in Ecclesia, semel acceptum diaconatus gradum, regulari moderamine custodit. Nā & ille sicut per gratiam sui redēptoris, quasi de Chaldæa seruitute liberatus est, ita etiā per executionem bonorum operum, in quibus prædecessores eiusdem gra-

2. Par. 36.

duis cōuersati sunt, uelut ad moenia propriæ ciuitatis ascendit. Quicumq; uerō filiorum Israel ita captiui abducti sunt, ut nunquam patriam reuersi, alijs potius suas ciuitates ac fundos possidendos relinquere: illorum utiq; designat erratus, qui sic peccando ab Ecclesia discedunt, ut nunquam pœnitendo respiscāt, sed alijs potius qui digni sunt, promissa sibi præmia percipienda relinquunt: quorū unī, imō uniuersitati pœnitentiā suadens, dicit in Apocal. Dominus: Memor esto itaq; unde excideris, & age pœnitentiā, & prima opera tua fac. Sin autē, uenio tibi, & mo uebo cādelabrū tuum de loco suo, nisi pœnitentiā egeris. Qui rursus alteri in fide persistat, ne caderet, suggerens: Ecce, inquit, uenio cito: tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam.

Congregatur populus in Hierusalem mense septimo, & altari edificato faciunt scenopegia, cæterasq; exinde solemnitates Domini.

CAPVT III.

Amq; uenerat mensis septimus, & erant filij Israel in ciuitatibus suis. Congregatus est ergo populus quasi uir unus in Hierusalē. Septimus mēsis, qui apud nos Octobris appellatur, totus erat præ cæteris mensibus legali obseruatione solennis: in quo etiā dedicatio templi celebrata est. Cōgruebat ergo deuotioni fidelium, qui de captiuitate ascenderant, ut cum primō suas ciuitates singuli cū pecudibus, & pecuniā quam attulerāt, intrassent, atq; in his mansiones sibi suis que congruas prouidissent, mox omnes pariter in Hierusalem confluerent, ibiq; altare ad offerēda Deo holocausta cōstruerēt: & hoc eo tempore anni, quo olim templum ipsum cum altari & omnibus ualis eius cōsecratum est, quō ad diem consecrationis eiusdem annuatim uenire consueuerant. Altiore autem sensu, mensis septimus gratiā spiritus sancti, quæ in Esa. propheta. & in Apocal. sancti Ioan. septiformis describitur, insinuat. In quo uidelicet mense post captiuitatē de ciuitatibus nostris in Hierusalem cōuenimus, cum post ablutas sordes, erroresq; uitiorū, post inchoata præsidia operū bonorum, maiore eiusdē spiritus gratia illuminamur, atq; in amore superne pacis, quæ in uera unitate cōtinetur, accendimur: Hierusalem quippe uisio pacis dicitur. Et bene dicit, quōd omnis Israel, quasi uir unus septimo mēse in Hierusalem congregatus sit: hoc etenim quotidie in spiritali Israel agitur, cū per gratiā sancti spiritus omnes per orbem electi, una eademq; fide Deū colunt, una & nō dispari electione ad gaudia perpetuæ pacis & fidelitatis anhelant: atq; hæc in quātum ualent, etiam in præsentī alterutrū sese diligendo ac sufferendo imitantur. Bene autem subditur:

Et surrexit Iosue filius Iosedech, & fratres eius sacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel, & fratres eius, & edificauerunt altare Dei Israel, ut offerrent in eo holocausta, sicut scriptum est in lege Moyji uiri Dei. Vtebat enim ad opus diuini cultus magistris Iosue & Zorobabel, qui ambo, ut supra diximus, unā eadēq; Domini & Saluatoris nostri figurā cōplent: Iosue uidelicet ppter sacerdotiū, Zorobabel ppter regnū: quia ille

ille de sacerdotali, hic de regia stirpe descendit. Dominus autem noster uerus est rex Israel, id est omnium Dominum uidentium: uerus & pontifex secundum ordinē Melchisedech. Pontifex scilicet, quia nos per hostiam corporis sui lauet à peccatis nostris, qui etiam post passionem & ascensionem ad dexteram patris, interpellat pro nobis. Rex, quia & in præsentī ad bellum nos spiritale accingit, atq; ut uincamus, adiuuat, & uincantibus in futuro regnum perenne tribuit. Non solum autē Iosue ac Zorobabel, sed & fratres eorum cum eis in ædificationem plebi præuerunt: illi nimirum fratres, de quibus idem rex & sacerdos noster, post gloriā suæ resurrectionis mulieribus que uarentibus apprensus ait. Ite nunciate fratribus meis. Quia uidelicet fratres, id est altiores quiq; in Ecclesia, & suo redemptori familiaris adhaerentes, domum eius cum illo ædificant, cū corda fidelit̄ uerbis & exemplis suis, ipso auxiliante confirmant. Et bene fratres Iosue sacerdotis appellat. Cūctā autē Ecclesie dicit apostolus Petrus: Vos autem genus electum, regale sacerdotium. De cuncta item Ecclesia, dicit in Apocalysi Ioannes: Beatus & sanctus qui habet partem in resurrectione prima. In his secunda mors nō habet potestatem, sed erunt sacerdotes Dei & Christi. Cum enim electi quiq; membra sint summi sacerdotis, qui cum exhibent membra sua hostiam uiuentem, cum spiritum suum contritū Deo sacrificio reddūt, rectē & ipsi cum merito fraternitatis & sacerdotij nomine cēsentur. Magna autem prouisione religionis, filij transmigrationis primō omnium altare Dei ædificauerunt, ut quia templum Dei necdum erat fundatum, habent tamen ubi holocausta & hostias offerēdo, deuotionem mētis sue ostenderēt. Quod & nos hodie spiritaliter facimus in Ecclesia, cū ante omnia in corde nostro fidem Dominicæ incarnationis & passionis collocamus, cum hæc nostris auditoribus antē alia suscipiendam, atq; intimo corde radicandam tradimus, iuxta illud Apostoli, quod rudibus in Christo adhuc Corinthijs loquitur, dicens: Non enim iudicauit me scire aliquid inter uos, nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum. In quo uidelicet altari holocausta nostra, hoc est cogitationes & opera perfecta offerre debemus: quia nimirum ita solummodo uota actionum nostrarum, Deo patri possunt esse placabilia, si sacramentis nostri redemptoris participemus, si uirtute spiritus ipsius quasi igne sacrosancti altaris incēdimur, holocaustum namq; totum incensum dicitur, quo nomine illa sacrificia uel hostias uocabant, ex quibus nil in humanos usus cedere, sed totum Deo dari, & sacro igne cōsumi præceptum erat. Quibus mysticē illorum uita fidelium exprimebatur, qui nihil propriū querentes, omne quod uiuunt, in famulatum internū arbitris impendunt. Qui non solum uo-

Dominus uiuentium.

Rom. 8.

Matth. 28.

1. Pet. 2.

Apoc. 20.

Esa. Apoc.

1. Cor. 2.

luptates animæ siue corporis sui pro Domino calcare, sed & ipsam animam pro illo ponere gaudent, qui possunt dicere cū apostolis: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? De quibus & ipse respōdēs: Et omnis, inquit, qui reliquerit domum, uel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrē, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & uitam æternam possidebit. Hoc autem holocaustum uitæ continentioris, & sacrosanctioris in altari Dei Israel offerendum est, quia nō nisi fidē redemptoris nostri, bona nostra opera, ut diximus, Deo patri esse possunt accepta. Nam Diogenes, & similes eius stultæ philosophiæ sequaces, qui cum propria reliquissent, & nudam in seculo ac pauperem uitam gererēt, Dominum non sequebantur. Holocaustum quidem facere uidebantur, sed hoc in altari Dei Israel non fecerunt: quoniam à suis quidem se uoluptatibus alienos reddiderunt, sed Christum Iesum apud patrem aduocatum habere nescierunt. De quo altari bene subditur:

Collocauerunt autem altare super bases suas, deterrentibus eos per circuitum populis terrarum, & obtulerunt super illud holocaustū Domino manē & uespere. Bases quippe altaris sunt corda electorum, ad suscipiendam Dominicæ fidei sacramenta, præceptis magistrorum præcedentium, quasi fabrorum feramentis præparata. Et bene unum altare, sed plures sunt quæ hoc portent bases: quia unus Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus, sed multa sunt corda fidelit̄, quæ una ueritatis regula instituta, quasi æqualem collecta in sinum, communi deuotione celestiu onus portant sacramentorū. Alioquin quisq; minus instructis, & necdum uitia pristina deserere curantibus, fidei sacramenta committit, quasi altare Domini in terram sine basibus ponit, quia terrenis adhuc mentibus quæ sunt celestia tradit. Congruū autē huic loco, quod in Euangelio Dominus ait: Neq; accendunt lucernam, & ponūt eam sub modio, sed super cādelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sicut enim altare Dominus rectē uocatur, quia nos ab iniquitatibus nostris emundat, quia uota orationum nostrarum suscipiēs patri commendat: sic etiam lucerna potest nō inconuenienter appellari, quia in testa assumptæ humanitatis lumen imposuit æternæ diuinitatis. Supponuntur autē bases altari, supponuntur lucernæ candelabro, cū fideles quique sua corda siue corpora ad exercendū operando quod credūt, humili intentione submittunt. Bene autem, cum diceretur collocasse eos altare super bases suas, adiunctum est, deterrentibus eos per circuitum populis terrarum: quia cum incēptis fidelit̄ Deo deuotis, mox aderit contradicō nescientium uel spirituum uel hominum, qui opus bonum ne perficiatur, impedire cōtendunt. Vnde benetales populi terrarum uocantur, ad distincti-

Matth. 19.

Matth. 5.

Philip. 3. Cionem eorum uidelicet, qui dicunt: Nostra autem conuersatio in caelis est. Sed quamuis populi terrarum deterreant, necesse est ciues supernæ ciuitatis cœptis uirtutum operibus insistant. Nam sequitur: Et obtulerunt super illud holocaustum Domino manè & uespere. Offerimus namq; holocaustum Domino super altare ipsius, cum stabilita in corde nostro fidei eius integra deuotione, bonis actibus operam damus. Et hoc manè ac uespere facimus, cum nos pro certo meminerimus, & initia salutiferæ intentionis ab illo accepisse, & nō nisi per auxiliū gratiæ eius, ea quæ inchoauimus bona posse perficere, ideoq; illi uota gratiarum in omnibus, cum ardente desiderio piæ conuersationis referimus. Item manè holocaustum facimus, cū pro lumine accepto spiritalis scientiæ, conditori nostro uicem bene uiuendi repēdimus. Vespere holocaustum facimus, cum pro requie sempiterna, quam nos in illo per bona opera accepturos speramus, incessabili studio flagramus. Potest & iuxta litteram rectè accipi, manè nos & uespere holocaustum Domino offerre, cū ita diuinæ maiestatis obtutibus placere omni tempore curamus, ut diluculo surgentes, non prius ad agenda humanæ fragilitatis necessaria procedamus, quam igne diuinæ charitatis inflāmati, deuotis nos orationibus Domino commendemus, iuxta eum qui dixit: Et manè oratio mea præueniet te. Similiter completis diei operibus, non antè demus somnum oculis nostris, aut palpebris nostris dormitationem, quam locum Domino in nobis solertiore orationum instantia consecremus, iuxta hoc quod idem dicit propheta: Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, eleuatio manuum mearum sacrificium uespertinum.

*Psal. 87.**Psal. 140.*

Feceruntq; solennitatem tabernaculorum, sicut scriptum est, & holocaustum diebus singulis per ordinē, secundum præceptum opus diei in die suo. Solennitas tabernaculorū, quæ in Euangelio Græcè Scenopegia, id est fixio tabernaculorū nuncupatur, festiuitas erat septem dierū, incipiens à quinto decimo die mensis septimi, in quibus præcepit Dominus omnem populū facere sibi tabernacula de frondibus ac ramis ligni pulcherrimi, & egredientes de domibus suis, manere in istis tabernaculis septem diebus, quotidie decreta diuinæ legis scrutantes, & holocausta Domino offerentes in igne. Hoc autem totum face-
re sunt iusti in memoriā temporis, quo egres-
si quondam de Aegypto, in tabernaculis morabantur in solitudine, prædicāte legem Mo-
se, & crebrius diuinā sibi apparēte præsentia, expectans longo tēpore, quādo terram repro-
missionis intrare liceret, ne unquam eis tanti gratia beneficij mēte excideret. Venientes ergo qui de Babylone ascenderāt in Hierusalē, cum essent magna deuotione ad faciendā om-
nia Domini mandata accēsi, hāc solennitatē
quintodecimo die septimi mensis collecti ce-

lebrare curabāt, diebus singulis eiusdem septi-
manæ ea quæ erant lege præcepta gerentes.
Quæ nos omnia pari deuotione spiritaliter a-
gere conuenit. Egredi enim sumus & nos per
sanguinem agni de Aegyp̄tia seruitute, ut ue-
niremus ad terram repromissionis, cū in sacra-
menta Dominicæ passionis baptizati, iugum
graue præuocationis abiēcimus, quatenus
in libertatem gloriæ filiorū Dei adoptati, hæ-
redes regni cœlestis esse possimus. Maneba-
mus in tabernaculis & tētorijs, per desertum
longo tempore iter agētes, donec ueniremus
ad patriā, cum in baptismo renunciantes, non
solum satanæ quasi regi Aegyp̄ti, id est tene-
brarū, sed & omnibus pōpis atq; operibus hu-
ius seculi, uelut peregrinos nos in hoc mūdo
ac uiatores, alterius autē uitæ, quā à Domino
speraremus, ciues esse promissimus. Cuius in-
memoriā spei & promissionis, septimo mēse
debemus in tabernaculis manere, hoc est illu-
strante nos gratia spiritus sancti, quæ septifor-
mis describitur, tota mente hunc mundum ue-
lut extraneū arētemq; deserere, ac fixa inten-
tione ad immarcescibilia paradisi gaudia pro-
perare: & hoc nos septē diebus, hoc est toto tē-
pore uitæ præsentis, quæ totidē diebus circū-
agitur, indelinente facere oportet, singulisq;
diebus huius hebdomadis holocaustū facere
debemus, & opus diei in die suo: holocaustū
uidelicet, hoc est oblationē totā incensam, in
his quæ ad diuinū seruitiū propriè pertinet,
ut sunt orationes & ieiunia. Opus uerò diei
in die suo, in illis quæ ad obsequium fraternæ
dilectionis attinent: ut est esuriētī panem, po-
tū sitienti, argenti uestem, hospitij peregrino,
infirmo uisitacionē, sepulturam mortuo,
erranti doctrinam, dolenti solatium ministrare.
Et bene cum diceret eos holocaustum die-
bus singulis secundum præceptū legis, & o-
pus diei in die suo facere, interposuit, Per or-
dinem: quia nimirū quicquid in obsequijs si-
ue diuini seu fraterni amoris inordinate gerit-
tur, meritū suæ perfectionis amittit. Honor enim
regis iudicium diligit, nam quæcunque
in honorem summi regis deuotè agimus, cer-
tè necesse est discretionē iudicij, quando uel
quantum sint agenda distinguamus: ne si re-
ctū opus nostrū minus ordinatè agimus, nor-
mam eius rectitudinis deprauemus. Hæc nobis
solennia tabernaculorum, hoc est scenope-
gie mysticè celebranda, Paulus insinuabat, cū
inter prædicādum scenofactoriæ arti uacabat.
Faciebat enim scenomata, id est tabernacula,
ut & seipsum incolam esse mundi, ac peregrinum
doceret, & eos quos erudiebat, peregrinādum
in hac uita, in futuro autē patriā expectandam
sperandāq; institueret. Tabernaculis namq;
peregrinantes, uel iter agētes uti solemus,
quod in hac uita sanctos agere testatur
idē Apostolus, cū ait: Dū sumus in hoc corpore,
peregrinamur à Domino. Et ad Hebræos:
Nō enim habemus hic manētē ciuitatē, sed
futuram

futuram inquirimus. Quoniam uerò hi qui mentem perfectè à mundo alienant, ac se ciues eius quæ sursum est patriæ fideliter constituentur, mox uniuersis in se uirtutibus introitum pandunt, rectè subiungitur:

Et post hæc holocaustum iuge, tam in Calendis, quam in uniuersis solennitatibus Domini, quæ erant consecrata, & in omnibus in quibus ultro offerebatur munus Domino. Holocaustum iuge dicit, quod manè offerebatur & uespere. Calendas autem uocat initia mensium, id est ortum lunæ nascentis: à quo semper Hebræi menses incipiebant, utpote nullos menses exceptis lunaribus habentes. Vnde pro Calendis Græci melius neomenias, hoc est nouilunia nuncupant. Si autē mense, propter dies triginta, quibus implentur, plenitudinem designant operum lucis, quando in fide sanctæ Trinitatis decalogi præcepta perficimus: quid exordia mēsum, in quibus luna, ut denuò nobis lucere queat, nuper à sole dicitur accendi, nisi initia designat uniuersiuſque bonæ operationis, quæ donante gratia conditoris nostri, quasi solis iustitiæ præsentia percipimus: Ob cuius significantiam diuinæ illustrationis, sine qua nihil boni uel inchoare, uel perficere ualemus, Dominus omnes Calendas, hoc est exordia mensium celebrari, & uicimarum carimonias obseruari præcepit. Vnde est illud Psalmistæ: Canite in initio mensis tuba, in die insigni solennitatis uestræ. Quod est apertè dicere: Gaudete iusti in Domino, & uerbo doctrinæ proximis insonante: mox ut uos ad faciendū opus bonum ab illo esse repositos consideratis in luce insigni internæ inspirationis eius, per quam uos à cupiditate mundi huius auocari, ac diuinis rebus altius uacare cōdecet. Bene ergo dicitur, quod peracta festiuitate tabernaculorum, filij transmigrationis faciebant holocaustum iuge, tam Calēdis quam uniuersis solennitatibus Domini, quæ erāt consecrata, & in omnibus in quibus ultro offerebatur munus Deo. Quia postquam animus semel huic mundo perfectè abrenunciauerit, oportet ut totū se obsequio diuinæ uolūtatis, quod holocaustū designare diximus, iugiter impēdat: & hoc faciat tam inchoatione cuiusque bonæ actionis, quam in earū quæ Dominus præcepit deuota executione uirtutū, necnō & in eis quibus piā mēs exceptis generalibus mandatis, spōtè Domino famulari lætatur. De qualibus ipse Dominus nō præcipiens, sed consilium tribuēs: Si uis, inquit, perfectus esse, uade uē, de quæ habes. Et cum de uxore non dūcenda disputaret, non imperando, sed suadendo ait: Qui potest capere capiat. Sed & Paulus de his quæ in spontaneum munus Domino obtulerat, gloriabatur dicens: Nunquid non habemus potestatem manducandi & bibēdi? Nūquid nō habemus potestatem sororem mulierē circūducendi, & cætera, eiusdem loci.

A primò die mensis septimi cœperunt holocaustum Do-

mino offerre. Sæpius dictum est, septimum mensem, septiformem gratiæ spiritalis illustratio, nem designare. Vnde bene nūc dicitur: Quoniam à primò die mensis septimi cœperunt offerre holocaustum Domino, quia nimirum ab ipso exordio diuinæ inspirationis, necesse est humana conscientia immutetur, ac neglectis infimis delectationibus, in ea quæ Domini sunt, sola cogitāda atq; agenda inardescat. A die primo mensis septimi, hoc est à prima illustratione gratiæ cœlestis, offerebant holocaustum factum, ut facilius occidi ab eis, qui contraria sapiebāt, quā à sua intentione possent reuocari. Vnde meritò idem mensis septimus apud Hebræos nouus annus uocatur: suo nobis nomine indicans, quia per donū sancti spiritus fidelibus datur, ut mandatū nouum mutæ dilectionis implere, & canticum nouum supernæ laudis in ædificatione domus Domini ualeant resonare. De cuius uidelicet mensis obseruatione Dominus ita mysticè præcepit: Mense septimo, prima die mēsis erit uobis sabbatum memoriale, clangētibus tubis, & uocabitur sanctum: omne opus seruile nō facietis in eo, & offeretis holocaustum Domino. Sabbatum quippe memoriale, id est requies erit prima mēsis huius die, cum mēs accensa diuinitūs, à temporalibus sese illecebris abstineuerit, & in contemplanda Dei uoluntate contēderit. Clangunt tubis sacerdotes, cum fideles eam quæ cœperint flagrantiam internæ suauitatis, etiam proximis prædicare satagūt. Omne opus seruile nō sit in tali sabbato, cum ab omni delectatione & contagio peccati, quantum in hac uita potest, mens se placendo Deo immunem serua uerit. seruile nāq; opus peccatum est. Quia qui facit peccatū, seruus est peccati. Atq; ideo rectè holocaustum Domino in eodem sabbato offertur, quia nimirum ille ueraciter à seruitio peccati liber redditur, cuius totum cor igne amoris incenditur. Notādum autem iuxta litteram, quod septimo mense congregatus esse populus in Hierusalem, ibidēq; cōgregatis omnibus Iosue & Zorobabel cū fratribus suis altare edificasse, atq; à primò die eiusdem mensis septimi holocaustū Domino obtulisse referuntur. Vnde colligitur, hoc à altare multū citato opere de lapidibus impositis compositum, & nō sicut olim de ligno fabricatum, atq; greis esse laminis coopertū. Neq; enim aliter, tametsi plurima fabricantium turba instante, potuit uno eodemq; die, qua cœptum est perfici, atq; ad offerendum in eo holocaustum præparari. Nam & in lib. Machabæorum de lapidibus factum probatur, ubi ab ethnicis profanatum, & post annos sex à

Iuda Machabæo renouandum fuisse memora-
tur. Et acceperunt, inquit, lapides integros se-
cundum legem, & ædificauerunt altare nouum,
secundum illud quod fuit prius. Notandum
quoque, quod initium quintæ ætatis mundi, si-
cut & quatuor præcedentium, oblati Domino
holocaustis consecratur. In prima namque
ætate beatus protomartyr Abel, primò om-
nium electorum, de primogenitis ouium sua-
rum, & de adipibus earum Deo holocausta ob-
tulit, ingressumque seculi nascētis, & primò ho-
stias pecorum, & ad extremum proprio cruo-
re dicauit. Secundæ exortum ætatis Noe, obla-
tis Deo holocaustis de cunctis quæ arca con-
tinuerat animabus mundis consecrauit. Ter-
tiæ ætatem Melchisedec sacerdos Dei sum-
mi, & Abraham patriarcha, hic pane & ui-
no, ille proprio filio Deo oblato, sacratum:
cuius ipsum quoque principium, id est acce-
ptum, cum uenisset in terram repromissionis,
facto ibi altari, & inuocato eius nomine, con-
secrauit. Quartam ætatem rex Dauid Domi-
no consecrauit, ædificato altari in area Aeu-
na lebusæi, & oblati Deo holocaustis, qui-
bus iram eius, quam in populo numerando cõ-
traxerat, placaret. In quo loco & quondam
Abraham filium obtulisse perhibetur: & dein-
de ædificato à Salomone templo altare holo-
caustorum constat esse locatum. Quintæ nunc
ætatis exordium Iosue filius Iosedech sacerdos
magnus, & Zorobabel filius Salathiel, ædifi-
cato in eodem loco altari, & oblati Deo ho-
locaustis, mox ut discusso iugo longæ captiui-
tatis, Hierosolymam redire, & dedicauerunt: ac
deinde holocausto iugis quotidie Dominum
sibi placare curabāt. Quæ cuncta in figuram
præcesserunt eius qui in sexta ætate uenturus
in carne, & hostia eiusdem suæ carnis ac san-
guinis totum orbem erat redempturus. Aedi-
ficato igitur altari, & oblati Deo holocau-
stis, sequitur scriptura dicens:

Porro templum Dei fundatum necdum erat.] Funda-
tio templi Dei, illorum hoc in loco typicè figu-
ram tenet, qui nuper ad fidem cõuersi, locum
mansionemque Domino in suo corde & corpo-
re præparant, dicente Apostolo: An nescitis
quoniam membra uestra templum sunt spiri-
tus sancti, qui in uobis est? Et iterum: Per fidem
habitare Christum in cordibus uestris. Qui er-
go de captiuitate liberati Hierosolymam ue-
nerant, ædificare quidem templum disposue-
runt, quod etiam postmodum opere patrarunt:
sed primùm ædificato altari, seipsums quotidia-
nis holocaustomatibus Domino commenda-
bant, ut sic purgatioribus ad ædificandum tem-
plum mererentur accedere. Sic autem & in spi-
rituali ædificatione, sic omnimodo necesse est,
ut quisquis alios docere decreuerit, prius seip-
sum doceat: qui proximos ad timorem uel a-
morem Dei instituere intēdit, primò seipsum
instantius Deo seruando dignum doctoris
officio reddat, ne audiat ab Apostolo: Qui er-

go doces alium, te ipsum non doces: qui prædi-
cas non furandum, furaris. Vnde & ipse de se
Apostolus: Castigo, inquit, corpus meum, & ser-
uituti subijcio: ne forte alijs prædicans, ipse
reprobus efficiar. Quapropter apte filij trans-
migrationis, non ullas alias uictimas, uel sacri-
ficia, quam holocausta, hoc est totas incensas
oblaciones Deo obtulisse reperitur. quia to-
tum se, necesse est, bene uiuendo, & à licitis e-
tiam continendo, suo creatori mactet, quisque
malè uiuens, cupit ab illicitis actibus docere
compescere, ut & merito bonæ actionis super-
num copiosius in prædicando obtineat auxi-
lium, & exemplo eiusdem boni operis suos au-
ditores ad ea quæ docet, efficacius sequenda
prouocet. Potest etiam ita mysticè interpreta-
ri, quod ædificato altari, holocausta offerant
Deo: sed necdum templum ædificat hi qui nu-
per ad Dominum cõuersi, mox fide eius agni-
ta, tanto diligendo illum toto ex corde inar-
descunt, ut iam inter perfectos adnumerari ua-
leant etiam, si necdum bona quæ cupiunt, ope-
randi ac perficiendi tempus siue facultatem
accipiant. Huiusmodi holocaustum beatus
Abraham Domino, etsi nondum constructo
templo obtulit, cū perfectus iam fide extitit,
& priusquam opera fidei exequeretur, dicen-
te scriptura: Credidit Abraham Deo, & repu-
tatum est illi ad iustitiam. Cum ergo fidei per-
fectæ operis quoque boni plenitudinem addi-
dit, offerens Isaac filium suum super altare, quasi
etiam templo constructo, perfectiora Deo ob-
tulit holocausta: quia nimirum singuli actus,
siue gressus pie deuotionis, uel ut ordines sunt
lapidum positurum, quibus nostro in corde
dilectam Deo domum habitationemque con-
struimus. Quomodo autem filij transmigratio-
nis post altare constructum, post oblata Deo
holocausta, ad ædificandum templum perue-
nerint, subsequenter ostenditur.

Dederunt autem, inquit, pecunias latomis & cementarijs,
cibum quoque & potum & oleum Sidonijs Tyrijsque, ut defer-
rent ligna cedrina de Libano ad mare Ioppen.] Latomi
sunt lapidum cæsores. Vnde scriptum est in li-
bro Paralipomenon: Et præcepit Dauid, ut cõ-
gregarentur omnes proselyti de terra Israel,
constituit ex his latomos ad cædendos lapi-
des. Cementarij sunt, qui cementa ad conglu-
tinandos lapides ex gypso uel calce faciunt.
Vnde alia translatio pro latomis & cementa-
rijs, cæsores lapidum & fabros habet. Notan-
da ergo pia populi solertia, quia in nullo suis
opibus parcentes, ex his quæ sibi necessaria
erant, & ex quibus ipsi uiuebāt, uel materias
ad ædificationem templi emebant, uel opera-
rios conducebant. Ioppe autem est ciuitas Pa-
læstinæ maritima, x l. fere millibus passuum
ab Hierosolymis distans. Porro Sidon & Ty-
rus urbes fuere Phœnicis nobilissimæ, Li-
banum montem habentes in uicino. Vnde
illorum auxilia comparantes filij transmigra-
tionis, rogauerunt sibi ligna cedrina de Liba-
no

no cædi, & hæc ratibus permare in Ioppen us-
que afferri, unde rursum per terram possent
Hierosolymam ad opus templi perferri, quod
eodem ordine constat in prima templi con-
structione fuisse factitatum. Propter quod sibi
Salomon regali potentia, ab amico rege Hi-
ram, absque nullo labore quæque uoluit acci-
piebat. Hic autem exules post multa annorum
curricula patriam repedantes, quia potentiam
regni non habuere, cuncta precio quæ opus
desideratum poscebat, obtinebāt. Spirituali au-
tem sensu latomi sunt in constructione domus
Dei, qui corda proximorum docendo, incre-
pando instituunt: quos dum summo gradu inter-
participes eiusdem gratiæ consistere docent,
quasi quadrando circumpositis lapidibus ap-
tant. Quo cunque enim uerteris quadratum,
stabit. Et electorum mens dum inter uniuersa
mundi, siue aduersa, seu prospera permanse-
rit immota, quasi quadratam sibi inesse figu-
ram uirtutis inuictæ demonstrant. In qua si-
gnificatione etiam arca Noe de lignis quadra-
tis facta esse describitur. Nam eandem Ecce-
siam, quam de lapide factam significat, etiam
arca de lignis compacta figurauit. Eandem &
tabernaculum de tabulis & cortinis composi-
tum demonstrauit. Cementarij uero sunt in do-
mo Domini, iisdem sancti prædicatores: qui dum
eos quos bonis operibus instituunt, copula
charitatis adinuicem nectunt, quasi quadratos
positosque lapides, ne ordinem suæ compositio-
nis deserant, cimenti infusione coniungunt,
dicentes: Estote prudentes & uigilantes in o-
rationibus, ante omnia mutuum in uobismet-
ipsis charitatem habentes continuam. Et apo-
stolus Paulus habenda nobis præcipiens uiscera
misericordiæ, benignitatem, humilitatem, mo-
destiam, patientiam, & cetera huiusmodi, ue-
lut lapides, uidelicet ædificij cœlestis, continuo
subiecit: Super omnia autem hæc charitatem,
quod est uinculum perfectionis. Sed & Sido-
nij Tyrii que, qui cædebant ligna cedrina de
Libano ad structuram templi, eosdem sanctos
prædicatores figuratè denunciant, qui homi-
nes quondam in gloria seculi huius sublimes
acnitidos, securi sermonis Dei de statu præcæ
conuersationis deiciunt, ut salubriter prostra-
tos, & uelut ab humore corruptiuo ingeniti
sensus excoctos, ab omni uitiorum tortitudine
corrigan, atque in ornatum siue munimentum
sanctæ Ecclesiæ sublimiter erigant. De quo ty-
picè dicitur in Psalmo qui inscribitur. In con-
summatione tabernaculi: Vox Domini con-
fringit cedros, ut consummetur tabernaculum, cū
superna inspiratione corda superbiorum humi-
liantur, ut his quoque correctis, sanctæ Ecce-
siaz numerus perficiatur. Vnde bene Sidonij ue-
natores, Tyrii coangustiati interpretantur. Ven-
natores quippe sunt sancti prædicatores, cum
uagos atque erraticos malorum sensus retibus
fidei Christo subijciendos capiunt, ipso dicen-

te: Venite post me, & faciam uos fieri piscato-
res hominum. Idem sunt & coangustiati, quia
pressuram habent in mundo. tamen si confiden-
tes, quia Dominus uicerit mundum. Latomi
ergo & cementarij, lapides & cementum præ-
parantes: Sidonij & Tyrii, cedros de Libano
ad opus templi deferentes, sanctos prædicato-
res insinuunt, qui mentes auditorum suorum
ad societatem Ecclesiæ erudiendo instituunt.
Dant autem principes patrum, Iosue uidelicet
& Zorobabel, ac fratres eorum, pecunias eis-
dem latomis & cementarijs, quo eos promptio-
res ad operandum reddant, cum euangelizan-
tibus uerbum, hi qui tempore, merito, erudi-
tione præcesserunt doctores, Christo autore uel
exempla uirtutum suarum proponunt, uel di-
uinorum apicum paginas largiuntur, quorum
exhortationibus uel promissis confortati, mi-
nus in labore cœlesti lassescant. Dant & Sido-
nii Tyrii que cibum, potum & oleum, ut de-
ferant ligna cedrina de Libano ad mare Ioppen,
cum eisdem doctoribus, ut ad prædicandum
idonei esse ualeant, spiritualia charismata, in qui-
bus maxima est charitas, amulanda commen-
dant. Vel certe cum Dominus noster, quem per
Iosue simul & Zorobabel designari docuimus,
eisdem uerbi sui ministris spiritualia dona parti-
tur: quibus intus illustrati, fortiores efficiantur
ad debellandam prædicando superbiorum ia-
ctantiam, ac sapientiam stultam. Neque opus
habet doceri, quomodo cibus, potus & oleum
internam mentis nostræ refectionem signifi-
cet, qui bene dicit illud Psalmistæ Domino can-
entis: Paraisti in conspectu meo mensam ad-
uersus eos qui tribulant me. Impinguasti in o-
leo caput meum, & poculum tuum inebrians
quam præclarum est. Dantur ergo pecuniæ
latomis & cementarijs, datur lignorum cæso-
ribus cibus, potus & oleum, ut ad ædifican-
dum domum Domini materias præpararent,
cum prædicatores ueritatis diuinitus uirtu-
tum copia cõfertur, quibus adiuti ad corrigen-
da prauorum corda, ac perceptioni superno-
rum bonorum aptanda sufficiant. Deferunt ue-
rò ligna excisa in mare, non in illo demergēda,
sed per illud Ioppen, quæ interpretatur pulchri-
tudo, perferenda: cum iisdem doctores audito-
ribus suis ad fidem uocatis, tentationes mundi
sibi occurrentes, sed fide superandas pronun-
ciant, ita ut primo siue uitiorum, seu prauorum
hominum, feri sint fluctus tolerandi, & sic ad
pulcherrimam uirtutum moenia portumque per-
ueniendum. Possimus & ita intelligere, ligna
ad ædificium templi futura per mare ad Ioppen
deserti, ut primùm quidem abrenunciemus dia-
bolo, qui dicitur est à propheta draco, rex om-
nium quæ sunt in aquis, hoc est impiorum: quo-
rum conuersatio non est in cœlis, sed in maris
est perturbationibus seculi fluctuantis. Abre-
nunciemus omnibus pompis atque operibus
eius, ac deinde ad pulchritudinē perueniamus
fidei, qua sanctam Trinitatem, unum & uerum

Deum, qua dispensationem Dominicæ incarnationis, qua unitatem sanctæ Ecclesiæ, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem consistemur. Vnde recte in hac ciuitate Petrus Thabitam, deuotam Deo sceminam à morte suscitauit: quia nimirum in huius perfectione fidei, & generaliter omnis Ecclesia per baptismum à morte suscitatur peccatorum: & cum post baptismum denuò mortem peccati incurrimus, per eandem necesse est fidem pœnitendo reuiscamus, ac per cõciliationem sacerdotum Ecclesiæ rursus fidelium cœtu reddamur.

Anno secundo aduentu eorum fundatur domus Domini, sed à populo terræ ne perficiatur, impeditur.

CAPVT IIIII.

IN anno autem secundo aduentus eorum ad templum Dei in Hierusalem, mense secundo, ceperunt Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedec, & reliqui de fratribus eorum sacerdotes & Leuitæ, & cætera, usque dum ait: Viurgerent opus Domini. Ad templum Dei eos uenisse dicit, non quia templum factum inueniunt, quippe cum prædictum sit illud, necdum fuisse fundatum: sed ad templum Dei dictum est, ad locum templi Dei, ad opus quod templum reedificare cupiebant. Fallunturq; modernæ ludæi, qui dicere solent nunquam parietes templi, sed tantummodo rectum à Chaldæis fuisse subuersum: cum manifeste scribat Ezras, filios transmigrationis templum à fundamentis fecisse. Cum autem supra dicatur, quod septimo mense uenerunt in Hierusalem: hic uerò addatur, quod anno secundo aduentus eorum, mense secundo, opus templi inchoauerint: patet profectò, quod in septem mensibus lapides, cementum, ligna, & cætera opera necessaria præparauerint: octauo autem incipiente mense operi optato iam instare ceperint. Sex enim erant menses anni primi, & septimus sequentis: quod in magno utique mysterio gestum quisq; doctus facillime inueniet. Septem quippe ad sabbatum pertinet, in quo die Dominus uel condito mundo requieuit ab omnibus operibus suis, uel redempto per passionem suam mundo requieuit in sepulchro. Octo ad primam sabbati, in qua ipse resurrexit à mortuis. Septem ad spem nostri post mortem sabbatissimi. Octo respiciunt ad gaudium nostræ post resurrectionem perpetuæ beatitudinis. Quia ergo omnis electorum operatio, qui sunt templum & domus Dei, per gratiam sancti Spiritus & incipit & perficitur, omnirepectu & intentione futuræ quietis & immortalitatis peragitur: recte scrutatores templi à septimo mense oblati Deo holocaustis, sumptus ad ædificandum præparare incipiunt, atque in septem mensibus sumptibus præparatis, octauo opus ipsum aggrediuntur. Neque aliis omnino in præparatione tanti operis reperitur numerus, quam ille qui uel gratiam sancti Spiritus septiformem, qua adiuuamur operantes, uel requiæ animarum, aut resurrectione corporum, quam bene operantes speramus, figuratè

denunciat. Quid autem tēpus significet quadraginta & sex annorum, quibus ædificatū est templum, ut etiā Euāgelij scriptura testatur, suo loco exponitur. Magna autē totius populi illius deuotio, & nobis quoq; solerter imitanda ostenditur, cum nō solum maiores natu, Zorobabel uidelicet & Iosue, & reliqui sacerdotes ac Leuitæ, sed & omnes qui uenerant de captiuitate in Hierusalem à maiore usq; ad minorē, statuerint Leuitas, qui uirgeret opus Domini. Gaudebāt namq; se de captiuitate Babylonica Hierosolymā fuisse reuersos: & quātum superbæ ciuitatis idola ac flagitia quæ euaserāt, horrebāt, tantum sacratē Domino ciuitatis, ad quā peruenire meruerant, decorem uidere cupiebant. Quantum phana idolorum, quibus diutius interfuerāt, abominabatur: tantum templū sui cõditoris, quod dirutū esse dolebāt, & à quo diutius captiui exulauerunt, ocyus restaurari uolebant. Eodem namq; ordine etiam nunc nō solum episcopi ac presbyteri, & plebem fidelium, domum uidelicet Dei, debent ædificare docēdo, & doctores illi qui opus uerbi sanctissimum diligenter impleant, consulendo præponere. Sed & ipse populus de captiuitate uitiorum, ad uisionem ueræ pacis uocatus, ministerium sibi uerbi necesse est ab his qui dicere norunt, exigat. Qui uidelicet ministri sermonis, id est Leuitæ, à uiginti annis & supra constituti esse narrantur: quia nimirum tales sunt ad prædicandum Dei uerbum populo præferendi, qui decalogum legis, nō solum executione operis in exemplum suis auditoribus ostendant, sed & puritate atque integritate cordis in conspectu sui conditoris intemeratim custodiant. Nec dubitandum est ibi statum Ecclesiæ prosperum sumere profectum, ubi & præsules suum gradum ritè custodientes, populo magistros ueritatis, à quibus erudiat, regulariter ordinant, & ipse populus datos sibi magistros, ne à dicendo cessent, diligenter audiendo, ac dictis eorum obtemperando compellunt. Sed heu pro dolor, iuuat nostrorum socordiam temporum, maioresq; simul & minores lædit, hos à prædicando uerbum, illos ab audiendo, utrosq; faciendo præpediens, quod minus sollicitè pensemus, uel quāta acerbitas dæmonicæ captiuitatis, de qua eruti sumus; uel quanta sit solennitas, ad quam uocati sumus, supernæ Hierusalem matris omnium nostrum, cuius in præsentī Ecclesia iam pignus accepimus. Verum intueamur eximia patrum opera, quo amplius de nostræ actionis pusillitate confundamur. Sequitur:

Stetit que Iosue & filij eius, & fratres eius, Cedmiel & filij eius, & filij Iuda, quasi unus, ut instarent super eos qui faciebant opus in templo Domini filij Henadad, filij eorum, & fratres eorum Leuitæ. Iosue hoc loco non filium Iosedec sacerdotem magnum dicit, sed unum de Leuitis, de quibus prædictum erat, quod constituti fuerint à uiginti annis & supra ad urgendum opus Domini: de quibus fuit & Cedmiel, & filij Henadad.

dad, qui pariter iniuncto sibi eidem operi, cum filijs & fratribus suis curam adhibuisse narrantur; denique supra in catalogo populi Israel, hi post sacerdotes, primi Leuitarum nominatim commemorantur. Leuitæ, inquit, filij Iosue, & Cedmiel filiorum Odeuæ L X I I I I. Vnde ex utroque loco colligitur, principes eos & patriarchas fuisse Leuitarum temporis illius. Vbi bene filij Iuda in medio Leuitarum interponuntur, qui simul instaurado templo Domini curam impenderint: & hi propter eundem pietatis, consensum quasi unus sterifese commemorantur. Hic namque est ille de quo prædiximus, nobis semper imitandus ordo uirtutis, ut Ecclesiam sanctam, & dicat Deo gradus omnes, & communis populi totius deuotio pro suo quisque modulo ædificet. Notandumq; & crebrius rememorandum, quantum boni populo malū captiuitatis contulerit: de qua eruti tanta omnes intentione, quanta nunquam antea cœlestibus obsequijs operam dare probantur. Sed & hodie multis qui in pace Ecclesiæ negligenter uixerant, subito errasse, & in flagitia aliqua cecidisse profuit, dum post casum pœnitendo erecti, uigilantius Domino seruire ceperunt: & qui pigri ac desides in innocentia stare uidebantur, per accidentem sibi ruinam admoniti sunt solertius erga sui custodiam contra omnes antiqui hostis insidias accingi: ita ut qui nec propriam uitā curando offenderant, postmodum etiam fraternæ salutis cum sua erectione curam gerant. Omnis igitur populus reuertentium de Babylone in Hierusalem, curam templi restaurandi, sed maxime Leuitæ, & filij Iuda habuere, uidelicet propter sacerdotalem simul & regiam sanctæ Ecclesiæ dignitatē. Regalis enim præcipue & sacerdotalis tribus templum ædificant: quia omnes nimirum, qui corda fidelium uel docendo, uel bene uiuēdo instituerunt, ad corpus æterni regis ac sacerdotis, hoc est Domini & saluatoris nostri pertinent. Vnde & ipsi autores operis de utraq; tribu, Iesus uidelicet de sacerdotali, Zorobabel uerò de regia originem duxere.

Fundato igitur à cementarijs templo Domini, steterunt sacerdotes in ornatu suo cum tubis, et Leuitæ filij Asaph in cymbalis, ut laudarent Dominum per manus Dauid regis Israel, & concinnebant in hymnis, & c. Magna omnium personarū deuotio ostenditur, cum fundato templo Domini, & sacerdotes & Leuitæ, & populus omnis, iuxta suum quique gradum miseriam cordiam Domini laudabant. Sacerdotes quidem sanctis ornati uestibus, prout stante adhuc templo consueuerāt, tubis personantes, & cor populi ad suauitatē supernæ laudis accēdentes: Leuitæ autem in cymbalis bene sonantibus hymnos Domino cōcinentes: populus uerò clamore cōmuni affectū sui cordis in laudando Dominū ostendens. Laudabāt autem Domini Leuitæ per manus Dauid, siue in organis, quæ ipse fecit: siue psalmos, quos ipse

instituit, concinentes, siue quia Dauid in collocatione arcæ principē fecit ad consistendum Domino Asaph & fratres eius, ut uerba dierū restatur, de quo rursus dicitur: Quia filij eius sub manu ipsius erāt, prophetates iuxta regē. Meritò & hoc in loco, cum filij Asaph laudaret & cōfiteretur Domino, per manus Dauid, hoc est iuxta dispositionem eius hoc fecisse intelligendi sunt. Iuxta mysticū uerò sensum, fundato à cementarijs templo Domini, stant sacerdotes in ornatu suo cum tubis, cū cōuersis a errore peccatoribus, & fundata in corde illorum fide ac dilectione Christi, congaudent omnes qui audiunt Ecclesiarum magistris: secp; ipsos solertius operibus bonis ornantes, tubis doctrinæ salutaris insonant, quatenus & exemplo uirtutū, & hortamento sermonum adiuuent bona cœpta eorū qui uel nuper ipsi pœnitendo ad gratiam Christi cōuenire, uel nuper alios ad gratiam Christi docēdo cōuertere. Stant & Leuitæ, ut laudent Deum in cymbalis, cum etiam secundi ordinis ministri ad informationem neophytarū pijs actibus suo conditori deseruiunt, & hoc in mutua dulcedine charitatis. Cymbala namque, quæ se inuicem tangunt ut resonent, aptissime opera charitatis expriment, quibus alterutrum se sancti ad laudem sui excitant autoris. Laudat etiam illum per manum Dauid regis Israel, cum ipsius Domini & saluatoris ea quæ per carnem gessit opera diligenter cōsiderare, & in quantum sufficunt imitari satagunt.

Plurimi etiam de sacerdotibus & Leuitis, & principes patrum & seniores, qui uiderant templum prius cum fundatum esset, & hoc templum, in oculis eorum flebant uoce magna, & multi uociferantes in lætitia eleuabant uocem. Qui uiderant templum prius fundatum, & hoc templum coram oculis suis, partim fletus, partim gaudij uoces emittebāt. Gaudij quidem, quia templum Domini quod destructū fuerat, iam restaurari cœpisset. Fletus uerò, quia dolebāt, cernentes quantum pauperies cœptus illius temporis à magnificentissima quondam Salomonis potentia, qua prius templū fundatum est, distaret. Lætabantur multum, quia soluti à captiuitate, templum reedificandi facultatem acceperant. Sed flebant uoce magna, quia prius templum ob sua scelera nouerant esse dirutum, cuius nec magnitudinem ipsi, nec decorem ullatenus æquiparare ualebāt. Nam quia Propheta dicebat: Magna erit gloria domus Domini istius nouissimæ, plus quam prima, quia maioris, non ad magnitudinem uel ornatum domus, sed ad rem ipsam pertinet: quia maioris miraculi, & euidentioris erat diuinæ uirtutis, quod pauca captiuorum reliquæ inimicis etiam resistentibus tantum opus perficere ualuerunt, quam quod rex opulentissimus, nullum omnino habens aduersarium, immò potentissimum ac ditissimum Tyri regem habens adiutorem, hoc cum artificibus doctissimis, prout uoluit, fecit.

Item maior erit gloria domus illius nouissimi, quam prima: quia in priore domo cultores ueteris Testamenti, legis & prophetarum scripta populis prædicabant. In secunda autem Christus & apostoli gratiam noui Testamenti, ac regni cœlestis euangelizabant introitum. Sed & in reedificatione tēpli spiritalis fletus & lætitia simul principibus nascitur. Gaudent namque doctores sancti in salute poenitentium: lugent, quia unquam poenitenda commiserint, & non semper in autoris sui uoluntate perstiterint. Exultant ipsi de sua salute, qui per poenitentiam à morte animæ surrexerunt: lugent se unquam peccando uitam animæ perdidisse. Lætantur & neophiti gratia sui redemptoris se esse collectos: dolent se cum toto genere humano in primo parente perisse, & quasi corrupto ab hostibus templo Dei, statim uidelicet corporis & animæ immortalis, in Babylonem, id est confusionem præsentis exilij se fuisse transmigratos. Verum quia crescentibus honorum profectibus, crescit pariter inuidia malorum, neque unquam incrementa priorum deerunt tentamenta prauorum, qui uel bonum fide ostentando, uel aperte malum ingerendo, sanctos ledere conentur, rectè subiungitur.

1111.

Audierunt autem hostes Iudæ & Benjamin, quia filij captiuitatis ædificarent templum Domino Deo Israel, & accedentes ad Zorobabel, & ad principes patrum, dixerunt eis: *Aedificemus uobiscum, quia ita ut nos querimus Deum uestrum: Ecce nos immolauimus uictimas ex diebus Assorhaddan regis Assur, qui adduxit nos huc.*] Nota est historia: quia hostes Iudæ & Benjamin Samaritas dicit, quos captiuitatis decem tribubus rex Assyriorum de diuersis gentium populis in ciuitates eorum & terras transfudit. Qui postmodum accepta Dei lege, & hanc ex parte seruabāt, & nihilominus eisdem quibus antea simulacris seruiebant. Hi ergo quia ueros Dei cultores abominabatur, polliciti sunt eis auxilium operis, ut in societatem recepti possent inferre dispendium. Facile autē cuius patet, quia tales populi falsos fratres, hoc est hæreticos, & malos catholicos figuratim expriment. Qui hostes sunt Iudæ, hoc est cōfessionis & laudis, quam Ecclesia Domino in præsentem per fidē rectam & opera fide digna offert. Hostes quoque Benjamin, hoc est filij dexteræ, dū eos qui se audiūt, à sorte segregant populi fidelis, qui ad dexteram iudicis in futuro benedictionem est & regnum percepturus æternum. Tales ergo dicitur ad Zorobabel & principes patrū, Aedificemus uobiscum, quia ita ut uos querimus Deum uestrum, cum affectant hæretici autoritatem sibi prædicandi æquē inter catholicos tribui, promittentes se unam eandemque cum eis rectæ fidei & operationis tenere ac diligere castitatem, quatenus accepta potestate docendi in medio boni seminis, à quo apostolus Paulus cognomen accepit, ut spermo logos, id est seminuerbibus diceretur, ziza

nia doctrinæ occultæ interferat. Sic fecere quidam in Niceno concilio, qui rectè fidei inter catholicos patres non catholica mente subscripserunt: ut quo fidelibus familiarius essent admixti, eo recipiendæ perfidiæ Ariane liberius locum struerent. Sic Pelagius in cōcilio Palæstino hæresim suam, qua gratia Dei acerrimè impugnabat, confessione & scripto non ex animo anathematizauit, ne ipse à catholicis sacerdotibus anathematizatus, locum docendi in Ecclesia, ac suum errorem seminandi facultatem amitteret. Ecce, inquit, nos immolauimus uictimas ex diebus Assorhaddan regis Assur, qui adduxit nos huc. Immolastis uictimas, sed immundas: quia non renuncistis idolis. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate: aut quæ societas luci ad tenebras: quæ autem conuentio Christi ad Belial? Intraistis namque terram filiorum Israel, non à Iosue introducti, non Hierosolymorum imperio subditi, sed à rege perfido, ab hoste populi Dei, in terram eius adducti, nō ut in hac Domino, sed eidem regi aduersario seruiatis. Sic etenim hæretici, sic falsi catholici, cum pacem Ecclesiæ, uel uiuendo peruerse, uel etiam docendo impugnant, ab Hierosolymorum sunt regno prorsus extranei, & ad gentilium magis, quorum peccata non deserunt, sortem perditam pertinent: immò, ut apertius dicam, tales non Domino Iesu, sed diabolo ducunt, cuius figuram Assorhaddan rex Assur tenuit, sanctæ Ecclesiæ fines introeunt. Quo enim nisi diabolo instigantur agitur, cum quis sacramenta Ecclesiæ percipit, non ut per hæc ipse Deo consecratur sanandus, sed ut consecratus Deo alios ex familiaritate corrumpat, ac rursus indamnandus? Sic fecit Simon ille magus, qui baptismum in Ecclesia, non ob suæ studium saluationis, sed ut res Ecclesiæ certius ex uicinitate dignosceret, accepit: quod exitu ipso perdocuit, cum Ecclesiā, quæ in persona ficti fratris nequit, in persona aperti hostis acerbissimè turbauit. Sequitur:

Et dixit eis Zorobabel & Iosue & reliqui principes patrum Israel: *Non est uobis & nobis, ut aedificemus domum Deo nostro, sed nos ipsi soli aedificabimus Domino Deo nostro.*] Non est hæreticorum aedificare domum Domini, quæ est Ecclesia, à qua ipsi probantur esse alieni: sed eorum solummodo qui Christo uero regi ac sacerdoti adherentes, principes patrū uocati meruerunt, ob curam uidelicet piam, quam habent erga eos qui Deum uidere desiderant, quod interpretatur Israel.

Factum est igitur, ut populus terræ impediret manus populi Iudæ, & turbaret eos in aedificando.] Rectè populum terræ dicit eos, qui operarios ueritatis turbabant, atque opus Ecclesiæ tenebant impedire. Populum autem Iudæ, id est cōfitentem, & glorificantem eum qui integra mente Domino Deo suo aedificare, hoc est eius uoluntatem faciendā, gloriam quærendam, omnium quos

posset

posset animos atque ora cōuertere querebat. Quoties autem hæretici non solum in ciuitatibus singulis, uerum & in prouincijs integris, uel peruerse docendo, uel etiam hostiliter faciundo, dogma ueræ confessionis impediunt, utinam nesciremus. Nam ut de magistro gentium sileamus, qui biennio uinctus in Cæsarea ob persecutionem Iudæorum, ab officio aedificandæ domus Dei linguam compescuit: ecce sequentium hæreticorum insidijs, beatus Athanasius pluribus annis patria profugus, Ambrosius in sua ciuitate obsessus, Hilarius in exilium relegatus, Eusebius martyrium passus: plures in Aphrica Episcopi linguis abscisis, à sua prouincia eieciti, alij atque alij diuersis poenis uexati uel interempti, domum Dei, quam aedificauerant, populis terræ, hoc est hominibus sua quærentibus, non quæ sunt Iesu Christi, prophanandas demiserunt: donec tempore diuinitus prouiso, denuò sapientibus architectis reaedificandæ post captiuitatem eiusdem domus copia suppeteret: id est, donec catholicis patribus restaurandis, post deprehensas ac superatas hereses, Ecclesiæ facultas daretur.

Conduxerunt autem aduersum eos consiliatores, ut destruerent consilium eorum omnibus diebus Cyri regis Persarum, & usque ad regnum Darij regis Persarum.] Notanda distinctio uerborum: quia consiliarios quidem, dicit, dato precio conduxerunt aduersum instauratores templi, ut destrueretur consilium eorum: non tamen destructum dicit consilium eorum esse, aut quod opere cessaret, priusquam scripta ad Artaxerxem epistola accusationis, ipso iubente prohibuerunt eos, ut scriptura dicit. In brachio & robore. Ibi enim sequitur: Tunc intermissum est opus domus Dei in Hierusalem, & non fiebat usque ad annum secundum Darij regis Persarum. Vnde colligitur, quia toto quidem tempore Cyri operi cepto, quamuis segnus iusto instabant: illo autem mortuo, non consilijs prauis impediti, sed aperta sunt impugnatione ab operando repulsi. Non enim audebant hostes uiuente adhuc Cyro, qui opus illud iusserat fieri, aperte obluendo, quamuis occulte suggerendo uel consiliando, edictis illius contraire. In promptu est autem allegoricus sensus: quia Ecclesiam hæretici, prout temporis opportunitas arripit, nunc consilijs malignorum dogmatum, nunc acerbioris gladio pugna insequuntur, & aliquando etiam suffragio Gentilium principum eam uexare non metuunt. Impediunt enim manus populi Iudæ, cum Ecclesiam in membris suis infirmioribus ab operibus piæ professionis retardant: Destruere nituntur cōsiliū operandi, cum etiam animos eorum ab intentione ipsa bonæ actionis reuocare satagunt. Accusant eos ad reges, cum principum quoque terrenorum contra Ecclesiam præsidia conquirunt. Quod quantum noceat fidei, tempore Ariane perfidiæ luce clarius innotuit.

Samaritæ scribunt epistolas accusationis regibus Per-

sarum, & edicto regalium literarum prohibent opus templi.

CAPVT V.

IN anno autem regni Asueri, principio regni eius, scripserunt accusationem aduersum habitatores Iudæ & Hierusalem: & in diebus Artaxerxis scripsit Belsam, Mithridates & Tabeel, & reliqui qui erant in consilio eorum, ad Artaxerxen regem Persarum, &c.] Artaxerxen hunc, qui epistolam accusationis à Samaritis suscipiens, ueruit Hierusalem ac templum construi, Iosephus putat esse Cabyfen filium Cyri, qui post patrem triginta annis imperio functum, ipse octo annis regnauit: & post eum Magi uno anno regnantes, Darium filium Hystaspis regni habere successorem. Cuius secundo anno, quo templum aedificari permisit, dixit per Zachariam prophetam angelus, pro populo interueniens: Domine exercituum, usque quò tu non misereberis Hierusalem & urbium Iudæ, quibus iratus es? Iste septuagesimus annus est. Asuerus autem, cui pariter epistola accusationis missa dicitur, ideo fortasse an aliquid rescripserit, aut responderit, tacetur, quia uel eodem quo regnare cœpit anno decedens, Artaxerxi potius apicem regnandi, & hæc curandi reliquit: uel contemporaneus quidem erat Artaxerxi, sed quasi minoris potentia illum magis hæc tractare ac decernere permisit.

Hoc est exemplar epistolæ, quam miserit ad eum: Artaxerxi regi serui tui qui sunt trans flumini, salutem dicunt. Notum sit regi, quia Iudæi qui ascenderunt à te, ad nos uenerunt in Hierusalem ciuitatem rebellem & pessimam, quam aedificant extruentes muros eius, & parietes componentes.] Artaxerxes, cui suadetur, & qui suafus præcepit, ne Hierusalem aedificetur, figuram tenet uel alicuius Gentilium principum, Ecclesiæ utique inimici & persecutoris: uel ipsius anti, qui hostis omnium bonorum, aduersarijque Iudæis, qui accusabant apud regem uiros Ecclesiasticos: Samaritani, qui accusabant hæreticos, ut semper designant. Vnde congrua sibi uoce Hierusalem ciuitatem rebellē ac pessimam nuncupant. Talem namque hæretici catholicam, quam impugnant, unitatem iudicant. Re autem uera rebellis est, & muros parietis, quæ rectè fidei lapidibus testimoniorum cœlestium aduersus tela impugnantium errorum componit, de quibus Esaias dicit: Et occupabit salus muros nostros, & portas tuas laudatio. Sed non est pessima dicenda, nisi ab illis solummodo, qui ab optimæ sunt electione sententiæ prorsus auersi. Inter quæ notandum, quòd ex eo tempore populus Dei, Iudæorum cepit nomine censerit, eo quòd ex tribu Iudæ maximè fuerint hi qui primò de captiuitate ascendentes, Hierosolymę urbis moenia, & opus tēpli restaurarunt, euacuatamque habitatore prouinciam, denuò superatis hostibus, qui proxima tenebant loca, possederunt.

Nunc igitur notum sit regi, quia si ciuitas illa aedificata fuerit, & muri eius instaurati, tributū & uectigal, et annuos redditus

Iosephus lib. antiq. 11. cap. 2. & 3

Zach.

Esa. 60

ditus

ditus non dabunt, & usque ad reges hæc noxa perueniet.] Deo gratia, quia uerum de ciuitate Domini, quæ est Ecclesia, hostes ipsius ciuitatis confitentur: quia si ædificata post captiuitatem fuerit, & muri illius ciuitatis de lapidibus uiuis, hoc est animabus sanctis, contra mundi huius superbiam erecti, tributum nefandæ seruitutis ciues illius, hoc est electorum populi, ultra malignis spiritibus peccando non dabunt. Quinimo principibus, potestatis aeris huius, ædificatio pietatis nocebit, dum quotidie per la uacrum regenerationis regno diaboli auferuntur plures ex his, qui in seruitium regni illius ob reatum primæ transgressionis fuerant generati: qui agere gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum, amplius hosti indubitum, sed suo conditori iam iustum uectigal debitæ seruitutis tribuunt, annuosque redditus primitiarum ac decimarum suarum, quæ per inchoationem ac perfectionem honorum operum fiunt, illi à quo acceperunt largitori donorum, & bene uiuendo, & gratias agendo referunt.

Nos ergo memores salis quod in palatio comedimus, & quia læsiones regis uidere nefas ducimus, idcirco misimus & nunciuimus regi, ut recensitas in libris historiarum patrum tuorum, & inuenies scriptum in commentarijs: & scies, quoniam illa urbs illa rebellis est, & nocens regibus & prouincijs, & bella concitantur in ea ex diebus antiquis.] Sal in palatio comedunt Samaritani, cum hæretici sapore mundanæ philosophiæ, cum suauitate rhetoricæ, cum uersutia dialecticæ artis instituti. Qui etiam læsiones regis perfici uidere nefas ducunt, cum sufferre nequeunt, si qui regnum diaboli pia fide uel actione impugnare conantur, & timent bella concitari in Ecclesia, ne à propugnatoribus illius hæreses & fallaciæ ipsorum unâ cum gentiliū dogmatibus debellantur, duce nimirum illo qui ait: Non ueni mittere in terram: & quid uolo, nisi ut ardeat: Gladium uidelicet sui uerbi, quo aduersarios sternat: & ignem charitatis, quo suorum corda accendens, omnia contrariæ sectæ arma & scuta comburat.

Nunciuimus nos regi, quoniam si ciuitas illa ædificata fuerit, & muri ipsius instaurati, possessionem trans fluium non habebis.] Fluium dicit Euphratem, intra quem Syria est. Qui merito riuum sancti baptismatis insinuat, uel quia unus de quatuor fluminibus est, quæ denuò paradisi fonte orientia totum orbem irrigant: in figuram nimirum quatuor Euangelistarum, qui ab uno fonte uitæ, id est Domino saluatore inspirati, consona uoce gentibus cunctis lauacrum salutis prædicant: uel quia Euphrates frugifer interpretatur: quod uocabulum aptissime congruit illi sacramento, quo orbis ablutus & sanctificatus, fructum animarum tricenum, sexagenum & centenum Deo gignere con-

pretantur tentantes, possessionem trans fluium, cum antiquus hostis excitatis tentationum incurribus, Ecclesiæ fines irrumperet, & eos etiam qui sacro fonte redempti, sibi subiugare conatur. Iuuat eum Samaritæ, cum impugnantes Ecclesiam hæretici, pro regno diaboli militant, & quasi dolentes dicunt: Quoniam si ciuitas illa ædificata fuerit, & muri ipsius instaurati, per fidem utique rectam, & opera religiosa iustorum, ille trans fluium, id est in cordibus eorum qui iam Deo renati sunt per baptismum, possessionem locumque habere non possit. Intelliguntur etiam hi qui fidem rectam non intelligunt, quod unam eandemque mentem lux simul & tenebræ, iniquitas & iustitia, Christus & Belial, possidere nequeunt.

Verbum misit rex ad Rehum Beeltem & Samjai scribæ, & ad reliquos qui erant in consilio eorum habitatores Samariæ, & ceteris trans fluium, salutem dicens, & pacem. Accusationem quam misistis ad nos, manifeste lecta est coram me, & cetera, usque dum ait: Nunc ergo audite sententiã, ut prohibeatis uiros illos, & urbs illa non ædificetur, donec forte à me iussum fuerit.] Patet literæ sensus, patet & allegoriæ: quia rex prophanus, antiquus uidelicet aduersarius, libentissime fauet uotis eorum qui Ecclesiam persequuntur, & eã ædificari prohibent. Habitant autem hostes Hierosolymorum in Samaria, quæ interpretatur custos: non quia præcepta fidei & ueritatis ullaratione possint custodire, qui uisioni ueræ pacis obstinata mente probantur contraire, sed quia ipsi custodiam penes se uirtutum manere faciunt, quando aduersus mœnia pacis per hæresim pugnant.

Itaque exemplum editi Artaxerxis regis lectum est coram Rehum Beeltem & Samjai scribæ, & consiliarijs eorū: & abierunt confestim in Hierusalem ad Iudeos, & prohibuerunt eos in brachio & robore. Tunc intermissum est opus domus Domini in Hierusalem, & non fiebat usque ad annum secundum regni Darij regis Persarum.] Patet autem ordo historiæ, quod hostes populi Dei primò opus sanctum persequendo impediunt, deinde consilium rectæ intentionis eorum consilijs nequam dissipare tentabant, nec adhuc tamen eos ex toto ab opere domus Domini retrahere ualebant, priusquam regali auxilio fulti, auctoritate illis publica obsisterent. Quorum narranta in accusando fraudulentia, quod eos qui domum Dei ædificabant, ciuitatem contra regnum Persarum ædificare querebantur: & præcipiente rege ne ciuitas ædificaretur, ipsi si mox accepta regalium literarum auctoritate, ne templum ædificaretur, noxia uirtute restringerunt: cum nec ipsi aliquid de constructio- ne templi, sed tantummodo ciuitatis accusassent, neque rex aliud quam ciuitatem prohibuisset construi.

Expositionis allegoricæ in Ezram prophetam libri primi Finis.

Bedæ

BEDÆ PRESBYTERI
IN EZRAM PRIMVM,
Liber secundus.

Ad exhortationem Aggei et Zachariæ prophetarum, Zorobabel & Iosue templum Dei ædificant: & Thathannai dux trans flumen, quid de his fieri debeat, à Dario rege requirit.

CAPVT VI.



Rophetauerunt Haggeus propheta, & Zacharias filius Addo, prophetantes ad Iudeos, qui erant in Iudæa & Hierusalem, in nomine Dei Israel. Tunc surrexerunt Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedec, & ceperunt ædificare templum Dei in Hierusalem, & cum eis prophetae Dei adiuuantes eos.] Hæc in libris eorundem prophetarum plenius scripta sunt: quibus uidelicet uerbis ipsi uel socordiam redarguerint eorum qui negligentiores erga opus templi extiterant, uel promissio Dei auxilio eos ad operandum accenderint: qua item deuotione ad exhortationem illorum Zorobabel ac Iosue, seu populus omnis sese ad opus ædificandæ domus Domini accinxerint. Et quidem Haggeus propheta ita incipit: In anno secundo Darij regis in uno die mensis sexti, factum est uerbum Domini in manu Haggei prophetae, dicens: Dic ad Zorobabel filium Salathiel, & ad Iesum filium Iosedec sacerdotem magnum, dicens: Hæc ait Dominus exercituum, dicens: Populus iste dicit, nondum uenit tempus domus Domini ædificandæ. Et factum est uerbum Domini in manu Haggei prophetae dicens: Nunquid tempus uobis est, ut habitetis in domibus laqueatis, & domus ista desertet? Et paulo post: Et suscitauit Dominus spiritum Zorobabel filij Salathiel ducis Iuda, & spiritum Iesu filij Iosedec sacerdotis magni, & spiritum reliquorum de omni populo: & ingressi sunt, & faciebant opus in domo Domini exercituum Dei sui, in die uicesima & quarta mensis, in sexto mense, in anno secundo Darij regis. Et in sequentibus, quod supra posuimus: Magna erit gloria domus istius nouissimæ plus quam primæ, dicit Dominus exercituum. Item Zacharias ita incipit: In mense octauo, in anno secundo Darij, factum est uerbum Domini ad Zachariam filium Barachia, filium Addo prophetam. Ex quo titulo clarius apparet, quomodo eundem prophetam Ezras filium Addo nominet, uidelicet quod nepos illius fuerit. Ipse autem Addo propheta fuisse nobilis intelligendus est, cuius Zacharias cum esset eximius in prophetis, iure filius diceretur. Inter quæ notandum, quanti spiritus isti prophetae fuerint, ut aduersum tanti Regis edictum & Samaritanos, gentesque cunctas per circuitum ædificationem templi impeditentes, iuberent templum extrui. Zorobabel quoque & Iesus & populus qui cum eis erat, non minoris fidei probantur extitisse, ut prophetas magis audirent iubentes, quam pro-

hibentis regis imperium. Verum quia sapius in hoc uolumine de Zorobabel & Iosue, siue Iesu (unum enim est nomen) diximus, quomodo Dominum saluatorem, regem ac sacerdotem summum & genere designarent & actione, uidentur ipsa etiam nomina eorum, quomodo illum significant, exponere. Zorobabel ergo dicitur hortus in Babylone, siue magister Babylonis: Salathiel petitio mea Deus: Iesus siue Iosue, saluator: Iosedec, Dominus iustus. Et quidè aperte, sicut & filius Num Dominum Christum Iesum sonat. Vnde uterque populum in terrâ repromissionis, ille de longo incolatur eremi, hic de longiore seruitio captiuitatis introduxit, in figuram ueri Iesu, qui electos suos ab omnibus malis eruens, ad promissâ superni regni gaudia inducit, qui est filius Iosedech, id est Domini iusti, de quo canitur in Psalmo: Dominus iustus concidet ceruices peccatorum, confundantur & reuerentur omnes qui oderunt Sion. Zorobabel, quod hortus in Babylone uocatur, iuxta historiam ad ipsum respicit: quia ibi natus est: cum esset de stirpe Dauid, qui est natus in Bethlehem. Iuxta uerò allegoriam, ad Dominum pertinet: qui ut modum à confusione errorum erueret, in Babylone, id est in confusione huius mundi ad tempus oriri & conuersari dignatus est. Qui etiam magister Babylonis uocatur, non quod ea quæ Babylonis, id est huius mundi sunt doceat: sed quod eos quos Babyloniorum iugo pressos inuenit, ad gratiam libertatis erudiat, atque eruditos ad mœnia patriæ celestis perducatur. Cuius pater est Salathiel, id est petitio mea Deus, qui ipse dicit in Psalmo: Pete à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam. Sed & unusquisque fidelium Deum & patrem Domini nostri Iesu Christi inuocans, cum non aliud ab illo quam ipsum Deum querat, potest rectè Salathiel, id est petitio mea Deus nominari, iuxta illud Psalmistæ: Quid enim mihi restat in cælo, & à te quid uolui super terram? & cetera, usque dum ait: Mihi autem adherere Deo bonum est. Petitio ergo nostra Deus est, cum ipsum solum ab ipso querimus, ut æterna ipsius mereamur uisione perfrui.

In ipso tempore uenit ad eos Thathannai, qui erat dux trans flumen, & Starbuzammi, & consiliarij eorum, sicque dixerunt eis: Quis dedit uobis consiliu, ut domum hanc ædificaretis, & muros hos instauraretis? Ad quod respondimus eis, quæ essent nomina hominum auctorum illius ædificationis. Oculis autem Dei eorum factus est super senes Iudæorum, & non potuerunt inhibere eos.] Patet literæ sensus, quia conformati uerbis prophetarum optimates Iudæorum, non ualebant hostium insectationibus, à sancto opere præpediri, à quo quiescentibus adhuc prophetis præ timore hostium cessauerat. Quod eodè nunc ordine in sancta Ecclesia geritur, dum hi qui malignorum uel hominum uel spirituum insidijs retardati, tepidiores erga opus bonum aliquãdiu permanerant, repete uerbis siue docto-

Mat. 10.
Lucæ 12.

Psal. 128.

Hag. 2.

Hag. 2.

Psal. 24.

Psal. 72.

doctorum fidelium, seu diuinarum scriptura-
rum correcti, in tantum bonis studijs feruere
incipiunt, ut nullis tentationum ualeant ma-
chinis uinci, acq; proposito suæ intentionis re-
uocari. Quæritur autem meritò, quomodo di-
ctū sit, Ad quod respōdimus eis: quasi & ipse
qui scripsit, tunc præsens adfuerit, cum Ezras
hunc librum scripsisse dicatur, qui non his tē-
poribus Hierosolymæ fuisse, sed longo pōst
tempore, regnante Artaxerxe illò uenisse re-
peritur. Aut ergo uerè ibi fuit tēpore illo quo
templum ædificabatur, & factò templo redijt
Babyloniam, ut plures de filijs Israel reduce-
ret ad Hierusalem: aut certè etiam si adhuc ibi
non erat, cum ædificaretur templum, se tamen
illis iungit qui ædificabant, quia quasi suum
esset omne quod erga fratres suos agebatur,
uel quod ipsi agebant, æstimabat. Sic & apo-
stolus ad eosdem concordia fraternitatis, se
quodammodo confociat eis qui in fine seculi
futuri sunt sanctos: Nos, inquit, qui uiuimus,
qui residui sumus, in aduentu Domini nostri
non proueniamus eos qui dormierunt.

1. Thes. 4

Placuitq; ut res ad Darium referretur, & tunc satisfacere-
rent aduersus accusationem illam. Exemplar epistolæ quam
misi Thathannai dux regionis trans flumen, & Starbu-
annai, & cōsiliarios eius Apharsachei, qui erant trans flumen,
ad Darium regem, &c. usq; ad finē epistolæ, in qua
dictum est: Nunc ergo si uidetur regi bonum, recenset
in bibliotheca regis in Babylone, utrum nam à Cyro rege ius-
sum sit, ut ædificetur domus Dei in Hierusalem, & uolunta-
tem regis super hac remittat ad nos. Multum dissimi-
lis est hæc epistola, quam Thathannai scribit
Dario, illi epistolæ quam Rehum & Samsai
scripserunt Artaxerxi. Illa namq; accusatione
Hierosolymitarum, hæc laude non solum gen-
tis, sed & Dei omnipotentis plena est. Deni-
que ita incipit: Dario regi pax omnis. Notum
sit regi, isse nos ad Iudæam prouinciam, ad do-
mum Dei magni, quæ ædificatur lapide impo-
lito, & ligna ponuntur in parietibus, opusq;
illud diligenter extruitur, & crescit in manib.
eorum. Interrogauimus ergo senes illos, & i-
ra diximus eis: Quis dedit uobis potestatem, ut
domum hanc ædificaretis? &c. In quibus uer-
bis hoc quoq; notandum, quomodo dictū sit,
lapide impolito domum Dei ædificatam: cum
constet, tantum opus non nisi de politis lapi-
dibus potuisse fieri. Sed lapide impolito intel-
ligendum est lapide nouo, quem ipsi quidem
impolitum reppererunt, sed poliēdo aptum æ-
dificio domus Domini fecerunt. nam et si ue-
terum lapidum, qui, sicut Hieremias plangens
ostendit, dispersi erant in capite omnium pla-
tearum, aliqui remanserunt: nulli tamen du-
bium, quin noui erant lapides poliendi, ex
quibus opus templi possit impleri. Cuius ni-
mirum rei in promptu est mysterium, cum ui-
derimus Ecclesiam Dei ædificari, non solum
de his qui pœnitendo relipiscunt ad uitā san-
ctitatis, quam olim peccando perdiderant: ue-
rum etiam de illis qui nuper ad fidem uocati,

Thren. 4

institutione magistrorum quasi norma opifi-
cum compositi, atq; ædificium domus Domi-
ni congruo sibi sunt ordine locati. Quamuis
& ita rectè possit accipi, quod de ueteribus ac
nouis lapidibus, de iam dudum politis, ac diu-
tius impolitis templum sit ædificatum: cum de
utroq; populo, Iudæorum scilicet & gentili,
una Christi Ecclesia colligitur: uno, qui iam
dudum cognitione atq; obseruantia legis Dei
uelut politus extiterat: altero, qui idololatriæ
mancipatus, nulla spiritalium architectorum
industria, nullo pietatis cultu deformitatem
agrestis ac terrenæ mentis exuerat. Quodq;
sequitur in eadem epistola: Et ligna ponun-
tur in parietibus. Ligna quæ ad monimētum
uel ornatum erant parietum templi appolita,
eandem sanctorum uitam in ornatum sanctæ
Ecclesiæ, quam & lapides signant, iuxta quod
suprà docuimus. Quorū uidelicet lignorum
meminit Propheta in Psalmo, in quo domus
Domini ædificatur post captiuitatem: Tunc e-
xultabunt omnia ligna syluarum ante faciem
Domini, quoniam uenit, quoniam uenit iudi-
care terram. Exultant quippe corda superbo-
rum quondam, quoniam de monte impio pa-
ternæ traditionis excidi, atq; in ædificationem
domus Domini meruere transferri. Exultant
autem ante faciem Domini, quoniam uenit iu-
dicare terram: cuius distinctionem iudicij salu-
briter timendo præuenerunt, & cuius aduen-
tum quondam peccatores poterant timere,
iam nunc correcti & iustificati, ocyus hunc ad
se desiderant. Illa ergo epistola insidiosis, hæc
amicalibus est scripta literis: & meritò, quia il-
la à Samaritis hostibus ubiq; Iudæorum: hæc
autem missa est à duce regionis, qui erat trans
flumen, hoc est inferioris Syriæ ac Phœnicis,
& à socijs eius, qui nullas contra Iudæos inimi-
citas habuerunt domesticas, sed tantum regis, à
quo potestatem ducatus acceperunt, uolunta-
tem scire & exequi curabant. Vnde rectè Sa-
maritæ, qui primam scribentes epistolam, ani-
mos regis aduersus structores templi accen-
derunt, hereticis comparantur, qui Ecclesiam
sæpe in tantum fœda peste commaculant, ut
etiam gentilibus exosam reddant, eorumq; fu-
rorem aduersus illam excitent. Porro dux iste
Syriæ, qui regem de opere domus Dei nō ac-
cusando instigat, sed consulendo interrogat,
eorum rectè imaginem exprimit, qui adhuc in
gentilitate positi, fidem & opera mirantur Ec-
clesiæ: nec se credituros abnegant, si hanc ue-
ram esse ac iustam diuinitatis culturam intel-
ligere possint. Deniq; audiens à senibus Iu-
dæorum, cum rationem suæ ædificationis red-
derent: Nos sumus serui Dei coeli & terræ, &
ædificamus templum, quod erat extructum an-
te hos annos multos, quodq; rex Israel ma-
gnus ædificauerat & extruerat. Postquam au-
tem ad iracundiam prouocauerunt patres no-
stri Deum coeli, & tradidit eos in manu Nabu-
chodonosor regis Babylonis Chaldæi, domū
quodq;

quodq; hanc destruxit. & cætera, quæ de reno-
uatione eiusdem templi, quæ per Cyrum præ-
cepta est, responderunt: nil ultra cum suis con-
siliarijs contradicere, neque ædificantes uole-
bat impedire: uerum simplici animo perquire-
bat, utrum nam Cyrus templum ædificari ius-
sisset, & utrum ipse Darius hoc ædificari uel-
let. Agnita autem uoluntate utriusq; regis, si-
ue ædificatione templi diligenter, & ipse cum
suis, ut totius opus perficeretur, auxiliū fer-
re curauit, ut in sequentibus scriptū est. Quæ
cuncta menti & actioni conueniunt eorum,
qui in gentili prius uita constituti, conuersa-
tionem sanctæ Ecclesiæ repente uisam obstu-
pescere, deinde rationem eiusdem religionis
audire ac discere student: atq; ad ultimum a-
gnito, quod hæc à Deo coeli & terræ, qui est
solus Deus uerus, originem sumpserit, & ipsi
eius sacramentis credentes communicare, e-
iusq; ædificium iuuare lætantur. Verum Da-
rius rex, accepta ducis & consiliatorum eius
epistola, quid egerit uideamus.

Darius recensitis Cyriliteris, tēplum ædificari præ-
cepit, quod sexto regi eius anno completur.

CAPVT VII.

VI Tunc, inquit, Darius rex præcepit, & recensuerunt in
bibliotheca librorum qui erant repositi in Babylone, &
inuentum est in Echbathanis, quod est castrum in Medena
prouincia, uolumen unum, talisq; scriptus erat in eo commen-
tarius: In anno primo Cyri regis, Cyrus rex decreuit, ut do-
mus Dei quæ est in Hierusalem, ædificaretur, in loco ubi im-
molent hostias. Iosephus nomen loci in quo hæc
Cyri literæ sunt inuenta, ita posuit: Et inuen-
tus est in Echbathanis cōstructa turre, in re-
gione Mediæ codex. Porro alia translatio sic
habet: In Egbatana, in ædificio tutissimo regi-
onis Medorū. Vnde uerisimile uidetur, quod
nomen Medena, non aliud quam Mediā signi-
ficet. Quod autem sequitur:

Antiq. lib.
11. cap. 3

1. Par. 3

1. Reg. 6

Antiqu. lib.
8. cap. 3

Et ut ponant fundamenta supportantia altitudinem cubito-
rum sexaginta, & latitudinem cubitorum sexaginta, ordines
de lapidibus impolitis tres, & sic ordines de lignis nouis. Non
est nobis exponendum: quia neque in
priori templi ædificatione, neque in postero-
re aliquid harum mensurarum, uel huiusmodi
operis inuenitur. Vnde colligitur hoc Cyrus
de suo sensu protulisse, & mensuram siue or-
dinem operis, ut sibi congruum uidebatur, an-
notasse: siquidem templum, ut uerba dierum
narrant, in mēsurā prima, hoc est intra muros
interiores, habebat sexaginta cubitos longitu-
dinis, uiginti cubitos latitudinis. Porro altitu-
dinis, ut regum historia scribit, usque ad cœ-
nacula cubitos triginta: deinde alios triginta
cubitos usque ad cœnaculum superius, quo-
usque altitudo porticum ascendebat, ut Iosephus
testatur: deinde alios sexaginta usque
ad summum tecti: id est simul centum uiginti
cubitos, ut uerba dierum docent. Quomodo
autem dicit ordines ponendos de lapidibus
impolitis tres, & sic ordines de lignis nouis,
cum templum omne fuerit interius, credo ue-

stitum: nisi fortè Persarum erat moris, ita tem-
pla facere opere uariato, ut terni ordines lapi-
dum essent per parietes, & quartus de lignis
fabrefactis: & hoc quoq; in tēplo Hierosoly-
morum eodem modo fieri debere putauit. An
fortè de atrio sacerdotum intelligendum est
eum dixisse, quod circa templum in gyro fa-
ctum, tres ordines habebat lapidum politorū,
& quartum lignorum cedri, eratq; altantibus
ad pectus usq; altum: aut certè domus Domi-
ni, quæ erat ante faciem templi, de qua scriptu-
ra, cum palatium regis Salomonis fabricaretur,
ita commemorat: Fecit & atrium magis
rotundū trium ordinū de lapidib. sectis, & u-
nius ordinis dolata cedro, necnon & in atrio
domus Dñi interiori, & in porticu domus.

1. Reg. 7

Sed & uasa templi aurea & argentea, quæ Nabuchodo-
nosor tulerat de templo Hierusalem, & attulerat ea in Baby-
lonem, reddantur, & referantur in Hierusalem in locū suum,
quæ & posita sunt in templo Dei. Quod dicit posita
tunc fuisse uasa in templo Dei, significat tem-
plum Babylonicum, in quo ea Nabuchodo-
nosor posuerat, ut apertius supra legitur, de
quo hæc Cyrus auferri, ac Hierosolymam ius-
serat referri. Hucusque literæ Cyri regis, quæ
in Echbathanis fuerant inuenta: quibus re-
pentè nouo atq; insolito more ex persona &
autoritate Darij regis additum est:

Nunc ergo Thathannai dux regionis, quæ est trans flumē,
& Starbu-annai, & consiliarij uestri Aphar Sachei, qui e-
stis trans flumen, procul recedite ab illis, & dimitte fieri tem-
plum Dei illud à duce Iudæorum, & a senioribus eorum, do-
mum Dei illam ædificent in loco suo. Talis est ergo cō-
sequentia textus, quasi si Darius ipse legisset
Cyri literas, easdemq; perletras statim sua au-
toritate confirmaret, ita ut omnes aduersarios
eorum compescens, templum Dei, prout illis
legebatur, in loco suo ædificare iuberet, cultor-
esq; illius ipse in omnibus deuotissima men-
te ad seruendum illius uoluntate iuuaret. De-
signet ergo Artaxerxes, qui supra domum uel
ciuitatem Dei ædificari uetuit, illos dominos,
qui constructioni sanctæ Ecclesiæ mortis per-
secutionibus contradixerunt: inter quarum
perturbationes eadem Ecclesia maximè mar-
tyrum uictoria floruit. Designet Darius piam
illorum regum deuotionem, qui agnita uolū-
tate Christiane fidei, non solum non resistere,
sed & suis eandem adiuuare curabant. E-
quibus multi interdicitis priorū persecutionibus,
se quoq; ipsos cum subiectis sibi populis eius-
dem fidei sacramentis consecrari uoluerunt:
quorum personæ conuenit aptè, quod uerbis
Darij regis subsequenter adiungitur.

Sed & ante præceptum est, quod oporteat fieri à presby-
teris Iudæorum illis, ut ædificetur domus Dei, scilicet ut de
arca regis, id est de tribuitis quæ dantur de regione trans flu-
men, studiose sumptus dentur uiris illis, ne impediatur opus. Quis
etenim explicare ualeat, quantum Eccle-
sia liberalitate donorum regalium, uel adiuta
sit, uel etiam locupletata per orbē. Quamuis
etiam iuxta allegoriam possit accipi, quod de

Y ar. a

arca regis sumptus in opus templi tribuantur, cum etiam ex familia principum secularium aliqui ad fidem Christi fauentibus ipsis principibus conueniunt: qui uelut in arca erant regis, dum regalium essent arcanorum conscij. Sed dantur presbyteris, hoc est senioribus Iudæorum in sumptus operis tēpli, dum his qui in Christi cōfessione præcesserunt magistris erudiendi, atq; Ecclesiæ mēbris adunandi cōmittuntur: qualis fuit Cassiodorus quondā senator, repente Ecclesiæ doctor: qui dum in expositione psalmorum, quam egregiam fecit, diligenter intuitus est, quid Ambrosius, quid Hilarius, quid Augustinus, quid Cyrillus, quid Ioannes, quid ceteri fratres dixerūt, edoctum se proculdubio à senioribus Iudæorum, id est contentium & laudantium probauit. Cui simile est illud quod sequitur:

Quod si necesse fuerit, et uitulos, et agnos, et hædos in holocaustum Deo celi, frumentum, sal, uinum, oleum, secundum ritum sacerdotum qui sunt in Hierusalem, detur eis per singulos dies, ne sit in aliquo querimonia, et offerant oblationes Deo celi, oreniq; pro uita regis, et filiorum eius. I Quis namq; nesciat uitulos, agnos & hædos, quæ sunt munda animalia, frumēta quoq; sal, uinū & oleum, quæ æquē per legem Deo offerēbatur, sæpius in scripturis sanctis in significatione honorum hominū, siue operū perfectōrū, seu charismatū spiritaliū, solere intelligi: Quæ cuncta nunc iubente rege in holocaustū Deo celi offeruntur, cum fauentibus mundi huius potestatib. res sanctæ Ecclesiæ crescunt, subditiq; eis populi undiq; in unam eandēq; fidē ueritatis Christo cōsecrādī aggregātur, & quicquid boni naturalis quicq; diuinitus audierit, quicquid à uiris Ecclesiarū salubre didicerit, totum hoc in obsequiū diuini cultus impendit. De quibus aptē dicitur, quod secundum ritum sacerdotū qui sunt in Hierusalē, dari debent: quia nimirum ita solū accepta sūt Domino uota offerētū, si secūdū catholice pacis ritum offerantur. Nam quæcunq; uel pagana superstitione, uel concione hæretica sunt bona permixta, hæc bona estimari nullatenus debent. Offerunt autem ea sacerdotes ijdem pro uita regis & filiorum eius, iuxta illud Apostoli: Obsecro igitur primò omnī fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnib. hominibus, pro regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt, ut quietam & tranquillam uitam agamus.

1. Tim. 2

A me ergo positum est decretum, ut omnis homo qui hanc mutauerit iussione, tollatur lignum de domo ipsius, & configatur in eo, domus autem publicetur. I Patet literæ sensus: quia grauissima uoluit poena perire eum, si quis decretum suæ religionis mutare tentasset: damna uidelicet, & omnium quæ habere possit, & animæ suæ, quam etiam confixus in ligno, cum tormento diutini cruciatus amitteret. Sed & spiritalis patet intellectus, quia opera nostra lignis omnia comparātur: bona quidem fructiferis, praua autem sterilib. atq;

incendio dignis. Tolliturq; lignum de domo illius, qui holocaustis Domini cōtradice re natus est: & erigitur, atq; in eo ipse configitur, cum opera eorum qui paci sanctæ uniti erant Ecclesiæ repugnāt, omnibus manifestē quàm sint inutilia, quàm peruersa, patefcunt: & ipsi in eisdem operibus nō gaudium sibi uitæ, sed mortis potius laqueum conquisisse probātur. Domus quoq; talium publicatur, id est publico censui pericribitur, cum corpora etiam eorum in quibus diutius in hac uita manserunt, ad resurrectionē perpetuā puniēda tormento sæuissimis exactoribus, hoc est spiritibus in potestatem traduntur. Bene autem ac fideliter Darius decretum suum auxilio diuine potentie confirmari desiderat, dum repente deprecando subiungit, dicens: Deus autem qui habitare fecit nomen suum ibi, dissipet omnia regna, & populum qui extēderit manū suam, ut repugnet & dissipet domū Dei, illam que est in Hierusalem.

Ego Darius statui decretum, quod studiose impleri uolo. I Et ipse ergo sicut homo tēporaliter regno preditus, pro pace domus Dei, publica lege omnia que potest facit, contradicentes in quantum potest cōfringit: & Deum, quia æternam atq; omnipotentem habet uirtutem, hoc idem ueraciter perficere rogat, placq; deuotione desiderat, ut & nomen eius in domo sua perpetuò maneat: & quicunque hanc impugnare præsumperint, ipsi in æternum regno & uita priuentur. Quod eodem ordine nunc quoq; in sancta Ecclesia geritur, cum terrenæ potestates ad fidem conuersæ, pro statu eiusdē Ecclesiæ publica edicta proponunt, & hanc Domino adiuuante, atque inimicos omnes sub pedibus eius ponent, placidam semper habere quietem cupiunt, ac pacem.

Igitur Thathannai dux regionis trans flumē, et Starbuzanai dux regionis, et consiliarij eius, secundum quod præceperat Darius rex, sic diligenter executi sunt. Seniores autem Iudæorum edificabant, et prosperabantur. I Et nunc quoque cōfluentibus ad fidem populis, & aliquando etiam ex his qui foris sunt, paci illius fauentibus, seniores Iudæorum, hoc est illi qui sede magistrerij sunt digni, Ecclesiā suam quotidie uel uerbo, uel exēplo edificāt ac prosperantur: quia etsi aliquādiu antiquus hostis impugnet, inuenit tū sermo Dei aliquos, in quib. uincat, ac fugatis aduersarijs muros ueritatis extruat.

Et prosperabantur, inquit, iuxta prophetiam Haggei prophete, et Zachariæ filij Addo. I Prædixerāt enim ijde prophete, quia si edificando tēplo insisterent, mox donante Domino, & opus ipsum completerent, & bonis quoq; omnibus pro mercede deuotionis largius abundarent. Et quibus est illud Zachariæ: Manus Zorobabel fundauerunt domum istam, & manus eius perficient eam: & scietis, quia Dominus exercituum misit me ad uos. Hoc est, cum uideritis templum ab ipso Zorobabel, à quo est fundatū, esse perfectū, tūc intelligetis missum à Domino, & quæ locutus

Zach.

locutus sum, ipso mandate dixisse. Item Haggeus: A die, inquit, uigesimo & quarto noni mensis, à die qua fundamenta iacta sunt templi Domini, ponite super cor uestrum: Nunquid iam semē in germine est? & adhuc uinea & ficus & malogranatum & lignū oliuæ non floruit? Ex die ista benedicam. Quod ueraciter fuisse prædictum, ipse exitus rerum docuit. Sed & omnes prophete, imò omnes sacre auctores scripturæ prospera structoribus sanctæ Ecclesiæ, id est doctoribus pollicentur, si non ipsi aduersitatib. fatigati, à labore sancto quiescant. Aderit namq; diuinum auxilium, quo cœpta domus Domini in adiutorium corde credendo, ac bene uiuendo compleatur. Adueniet architectis eisdem benedictio frugum uinæ, fici, maligranati & oliuæ, id est abundantia copiosior spiritalium charismatum, quæ abique ulla dubietate tanto nobis largius à Domino præstabitur, quanto diligentius habitaculum gloriæ illius, siue in nobis ipsis, seu in proximorum cordibus extruere sategerimus. Neq; aliquis hoc quod ait Haggeus, sub Dario rege templi esse iacta fundamenta, contrarium æstimet huic sacre quam exponimus historiæ, in qua scriptum est: Secundo anno regis Cyri fundatum esse à cemētarijs templum, multum gaudente & collaudante Deum populo. Namq; tunc ipsius templi fundatio descripta est, id est domus sanctæ interioris, cuius mensuras specialiter & Regum, & Paralipomenon historia refert. Nunc autem cum ædificatione domus ipsius etiam porticum & gazophylaciorum, quæ ipsam domum undique uerum in gyro ambiēbant, ædificia fundata narrantur: quorum in libro Paralipomenon ita fit mentio: Fecit etiam atrium sacerdotum, & basilicā grandē, & ostia in basilica, que texit ere. In qua basilica templo circumposita, & populus adorandum cōsistere, & custodes ac ianitores templi per uices suas die noctuq; solebāt excubare, sicut ibidem liber Paralipomenon abundantisimè docet. Hæc aliquādo generaliter domus cum ipso templo adnumeratur: ut in Euangelio, ubi docente in templo Domino mulierem in adulterio deprehensam adduxere pharisæi & scribæ, quam nullatenus nisi in porticus templi aliquas intrudere potuerunt: aliquando separatim, sub nomine gazophylaciorum, siue exedarum, siue porticum, siue atriorum. Vnde est illud Psalmistæ: Qui stas in domo Domini, in atris domus Dei nostri.

Hag. 2

1. Ezr. 3

1. Par. 4

1. Mat. 8

Psal. 133

Et edificauerunt et construxerunt iubente Deo Israel, et iubente Cyro & Dario & Artaxerxe regibus Persarum, et compleuerunt domum Dei istam, usq; ad diem tertiam mensis Adar, qui est annus sextus regni Darij regis. I Artaxerxen dicit illum qui post Darium regnauit, cuius tēpore Ezras de Babylone Hierosolymam ascendit. Quæritur autem quomodo dicatur, iubente non solum Cyro & Dario, sed & Artaxerxe domum Dei esse constructam: cū con-

tinuò subiungitur, eam regnante adhuc Dario fuisse completam ac dedicatam. Nisi forte credendum est etiam Artaxerxen misso Hierosolymam plurimo auri & argenti pōdere, iussisse, ut si quid minus in ædificatione, uel in ornatu templi, siue uasorum eius esset completum, ex ipsa quam miserat & donauerat pecunia perficeretur. Nam & Ezra illuc properante scriptum est, quod idem rex cum principib. & consiliarijs suis plurimum auri & argenti, & uasorum preciosorum miserat ad templum. Vbi inter alia positum est in exemplari regis epistolæ: Sed & cætera quib. opus fuerit in domo Dei tui, quantumcunq; necesse est ut expendas, dabis de thesauro & de fisco regis. Mensis autem Adar, cuius die tertia domus Domini completa est, ipse est qui apud nos Martius uocatur, quem scriptura duodecimū annū iuxta cursum lunæ solet appellare. Nec uacat à mysterio, quod domus Domini, quæ septimo mense in ædificio altaris cœpta est, duodecimo est mense perfecta. Cœpta est enim initio septimi mensis: quia omne quod facimus bonum, præueniēte nos gratia spiritus sancti incipimus, & hac comitante ad perfectionem tendimus. Completa est autem duodecimo mense, ob significantiam perfectionis, quæ hoc numero continetur, maxime propter summam apostolorum, in quorum fide ac doctrina Ecclesia perficitur. Item duodenarius numerus ideo perfectionem recte fidei & operationis designat, quia siue tria per quatuor, seu quatuor per tria multiplices, duodecim consummabis. Tria autem ad fidē meritò propter confessionem sanctæ Trinitatis referuntur: quatuor ad opus bonum, propter totidem uirtutes excellentiores, prudentiam, fortitudinem, temperantiam & iustitiam: quarum liber sapientiæ, in laudibus ipsius sapientiæ ita meminit, dicens: Sobrietatem enim & prudentiam docet, & iustitiam & uirtutem, quibus utilis nihil est in uita hominis. Recte ergo domus Domini septimo mense inchoata, & duodecimo est perfecta ac dedicata: quia mēs electorum gratia spiritus sancti illustratur, ut ad perfectionem bonæ operationis perueniat cum fide sanctæ & indiuiduæ trinitatis, sicq; letabūda dedicationē beatæ retributionis expectat. Et quoniam hæc ipsa retributio futuræ nostræ solennitatis in tempore uniuersalis resurrectionis, & in uisione eiusdem in quam nunc credimus Trinitatis perficitur, recte domus Domini non solum duodecimo mense, sed & tertia eius die cōpleta esse memoratur: quia enim Dominus tertia die resurrexit à mortuis, recte nostra resurrectio triduoanopoteft numero designari, de qua dicit propheta: Quia ipse cecidit, & sanabit nos: percutiet, & curabit nos: uiuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos. Cœpta est ædificatio tēpli primo anno Cyri regis, & sexto Darij anno cōsummata: qui sunt anni iuxta fidē Chrono-

1. Ezr. 7

Sap. 8

Osce 6

nicorum XL. Si quidem Cyrus regnavit annis triginta, post quem Cambyfes filius eius annos octo, qui in hoc volumine, ut Iosephus autumat, Artaxerxes uocatur: post quæ Magi qui illū interfecerunt, anno uno, post quos Darius usq; ad consummationem ac dedicationem tēpli, annis sex: qui sunt, ut diximus, anni quadraginta quinque. Quaritur autem quomodo, dicente Domino Iudæis sub figura templi de passione ac resurrectione sua: Sol uite templum hoc, & in tribus diebus excita- bo illud. Responderunt ipsi: Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu tribus diebus excitabis illud? cum non amplius quàm quinque & sexaginta anni reperiuntur à primo Cyri, usque ad sextum Darij regis annum. Sed si in historia Iosephi legamus, in qua post consummationem ac dedicationem templi, tres adhuc annos addit, in quibus peribolos, id est circumposita templo munitionum constructio, & quædam alia quæ remanserant perfecta sint: uidebimus quia rectè in ædificatione templi, quadraginta & sex annorum poterit summa computari, in quibus eminentiora eius ædificia fuere cuncta completa. Verùm nos hoc Euangelij capitulo admoniti, debemus animo retinere, quia tēplum quod à Salomone ædificatum, à Zorobabel & Iesu reædificatum est, multiplicem habet figuram. Nam & unamquamque animam designat electam, quæ propter inhabitatē in se Christū, Christi domus ac templum eius rectè uocatur: & Ecclesiam totam, hoc est congregationem omnium electorum, & angelorum & hominum: & ipsum Domini corpus, quod ex uirgine natum, ac sine peccato in mundo conuersatum, ab impijs morte solutum, sed ab ipso est die tertia resuscitatum ad uitam. Cuius figuræ specialiter aptatur illud, quod templum quadraginta sex annis ædificatum esse dicitur. Narrant namq; phisiologi, quod hoc numero corpus humanum in utero à tempore conceptionis, usq; ad perfectam membrorum lineamenta crescendo perueniat. Et decebat omnimodè, ut domus quæ Dominici figuram corporis erat habitura, eo annorum numero conderetur in Hierusalem, quo die- rum numero ipsum Domini corpus, in utero uirginis sacrosancto erat creandum, quæ uidelicet uirgo ueracissimè Hierusalem, id est ciuitas Regis magni, & uisio pacis est cognomināda, illius nimirū de qua dictū est: Ipse est pax nostra, qui fecit utraq; unum. Sicut etiā illud: qd de eodē tēplo scriptum est: Ostiū autē lateris mediū in parte erat domus dextræ, & per cochleā ascendebāt in superius coenaculū, & à superiore in tertiū: specialiter Dominici corporis figuram prætulit, de quo scriptū est: Sed unus militū lancea latus eis aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua. Ostium quippe lateris mediū in parte erat domus dextræ, hoc est ab orientali angulo lateris meridiani in ter-

10. 17. 2

12

Ephes. 2

3. Reg. 6

Ioan. 19

ra incipiens, & per interiora eiusdem lateris occulto itinere paulatim ad altiora coenaculo- rum perducens: quia Dominus & saluator noster ianuam nobis salutis in dextro latere sui corporis uoluit aperire, per cuius sacramēta abluti ac sanctificati, altiorē regni cœlestis aulam possimus intrare. Ascendimus namq; per hostium lateris mediū in superius coenaculum, quando per aquam baptismatis, & poculum Dominici calicis consecrati, ab hac terrestri conuersatione ad cœlestem animarum uitam peruenimus. A superiore quoque in tertium penetramus coenaculum, cum beatitudinem animarum, etiam corporū immortalium perceptione cumulamus.

Dedicant domum Dei filij transmirationis, et solennitatem pasche celebrant.

CAPVT VII.

Feecerunt autem filij Israel, sacerdotes et Leuitæ, et reliqui filiorum transmirationis dedicationem domus Dei in gaudio, et obtulerunt in dedicationem domus Dei uitulos centum, et arietes ducentos, agnos quadringentos, hircos caprarum pro peccato totius Israel X 11. Merito gaudent filij transmirationis, quod ipsi & iugum captiuitatis abijcere, & domum Dei quæ destructa erat, merentur construere, offerunt que quasi deuoti Deo famuli plurimas in dedicationem domus eius hostias: offerunt etiā quasi fraternitatis amatores pro peccato totius Israel, hoc est non eorum tantummodo, qui præfentes adesse potuerunt, uerū etiam illorum qui uel in Babylone, uel in alijs adhuc prouincijs positi, extra terram repromissionis inter hostes degebant: rogantes eis quoque Deum fieri propitium, & eos uel inter hostes à malis custodire, uel ab hostibus erutos optatam reuocare ad patriam. Verū quia reædificatio domus post captiuitatem illorum, ut sæpè dictum est, correctionem designat, qui à uia ueritatis, quam paululum inchoauerant, peccando aberrauerunt, aptè restauratum huiusmodi templum dedicatur à sacerdotibus & Leuitis, & reliquis filiorū transmirationis in gaudio: quia correctis his qui peccauerunt, multum fit gaudiū in cœlo corā angelis Dei. Fit & magisteris qui pro errantium salute laborauerunt: fit & omnib. qui à Babylone, id est confusio- ne peccatorum ad uirtutum arcem, terram utique repromissionis mente & opere transmigrauerunt. Et sacerdotes ergo & Leuitæ, & omnis populus in dedicatione restauratæ domus Domini gaudent, quia omnes necesse est ordines sanctæ Ecclesiæ reconciliatis per penitentiam his qui peccauerunt, cōgaudeāt. Offerunt in hanc dedicationē hostias, cum per erratum conuersationē uoia gratiarum Deo referunt, cum multi cōspecta eorum uita Deo deuota, & ipsi se ad maiorum uirtutum opera accingunt, nolentes eis seigniores in operib. bonis existere, quibus innocentes minus peccando permanserant. Quod etiam de eis qui nuper ad fidē, ad sacramēta Christi suscipienda perue-

Luce 11

perueniunt, æquè potest accipi, quod multi sæpe illorum qui in fide præcesserunt, feruentiora nouitiorum studia æmulentur, & eorum in bono perficiant exemplis. Non solū autem sacerdotes, Leuitæ, & populus hostias in dedicationem domus Domini, quæ renouauerant, sed etiam pro peccato totius Israel offerebāt: quia nimirum sic oportet eorum qui nobiscū adsunt bonis fauere, sic illorum bona imitando, nostra facere, ut etiam pro statu totius que per orbem est Ecclesia, solerti cura Domini precemur, iuxta ipsum Dominicæ orationis exemplū: in qua sibi nemo specialiter panem quotidianum dari, uel peccata dimitti, uel se specialiter à tētatione & malo liberari, sed potius pro omnibus qui eundem habent patrem in cœlis, orare iubetur. Item ædificato templo dedicatio sequitur, cum impleta in fine seculi summa electorum peruenierit ad gratiā cœlestium præmiorum. In quam dedicationem offeruntur hostiæ Deo multum acceptabiles: illæ nimirum de quibus eadem domus Dei, id est sancta Ecclesia, post captiuitatem longam ærumnæ mortalis, reædificata per gloriam immortalitatis suo conditori ac redemptori canit, dicens: Dirupisti uincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Et quoniam eadem hostia laudis offerēda est Deo, non solum ob collata uirtutum dona, uerū etiam ob expurgatas atq; ablatas sordes uitiorum. Rectè post oblatos in dedicationem templi uitulos, arietes & agnos, hirci quoque pro peccato totius Israel mactati esse perhibētur, gratia namque Dei, quæ uirtutum beneficia confert, ipsa nequitiam scelerum aufert. Neque ullum Pelagius in domo Dei habet locū, qui se suosq; persuadebat libertate proprij arbitrij, uel liberari à malis, uel cōfirmari posse in bonis. Offeruntur autem in hac uita hirci pro peccato, cū electi supernæ pietatis supplicant, ut liberentur à peccatis. Offeruntur & in futura, cū iudem gratias ei referunt, quod ipso concedente sint liberati à peccatis: ideoq; misericordias Domini in æternū cantabunt: quia nunquam semiseros fuisse, ac per donum ipsius beatos esse factos obliuiscuntur.

Psal. 115

Libertū arbitrium tollit Beda.

Psal. 100

Et statuerunt sacerdotes in ordinibus suis, & Leuitas in uicibus suis, super opera Dei in Hierusalem, sicut scriptum est in libro Moyli. Ordo poscebat deuotionis, ut post ædificatam ac dedicatam domum Domini, mox sacerdotes ac Leuitæ, qui in ea ministrarent, ordinarentur: ne sine causa domus erecta fulgeret, si deessent qui intus Deo seruirent. Quod sepius inculcandum eis qui monasteria magnifico opere construentes, nequam in his statuunt doctores, qui ad opera Dei, populum Dei cohortētur, sed suis potius inibi uoluptatib. ac desiderijs seruiant. Quod autē dicit sacerdotes in ordinibus suis, & Leuitas in uicibus suis constitutos, uices hebdomadarū significat: in quibus coetus omnis uirtusq; gradus, per uiginti quatuor partes erat

distributus, ita ut unusquisq; ordo uicem suæ hebdomadis per octonos dies, uidelicet à sab- bato usq; ad sabbatum in templo ministraret: & deinde uiginti tres hebdomadas templi liber officijs, curam propriæ domus ageret, ut uerba dierum narrant. Nam & in circuitu interioris sacrarij iam fecerunt porticus templi, in quarum ianuis per uices obseruabant Leuitæ, sicut & ibi legitur. Quod uerò dicitur, Sicut scriptum est in libro Moyli: non ad uices Leuitarum, sed ad opera Dei pertinet. Moy- ses namque scripsit quid sacerdotes, quid Leuitæ in domo Dei operari deberent: uices uerò Leuitarum, & ordines sacerdotum per uiginti quatuor sortes, de quibus diximus, non Moy- ses, sed Dauid rex cum prophetis, sacerdotibus & Leuitis illius temporis descripsit. Et nunc quoque ædificata ac dedicata Christi Ecclesia, per regenerationem nouorum ad fidem populorum statui, decet sacerdotes ac Leuitas in ordinibus & uicibus suis, super opera Dei: & non solum sacramentis fidei inician- tur populi, sed exemplis atque eruditione procedentium in Christo iustorum ad agenda ea quæ Dei sunt, instituantur: & hoc non pro capto humani ingenij, sed sicut scriptum est in libro Moyli. Cui consonat illud Dominicum: Eunt ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quæcunq; mandauit uobis. Non ergo nostros auditores nostra propria, sed ea quæ legis & Euangelij sunt mandata docere debemus, si ad præmia quæ Dominus promisit, unā cum eisdem auditoribus peruenire curamus.

Math. 28

Feecerunt autē filij transmirationis pascha quarto decimo die mensis primi. Purificati enim fuerunt sacerdotes & Leuitæ quasi unus, omnes mundi ad immolandum pascha uniuersis filijs transmirationis, & fratribus suis sacerdotibus, & sibi. Quid pertinuit ad historiā de celebratione pasche post ædificatam domum Domini referre: cum iam dudū esset promissum, quod à die primo aduentus sui in Hierusalē, in cūctis solennitatibus Domini legitimas hostias atq; holocausta offerret: nisi forte propterea de pascha factō specialiter referre uoluit, ut admoneret lectorē, quia filij transmirationis ædificationem tēpli eadem qua coeperāt mentis deuotione cōplerint. Ibi namq; prædictū est, quia cōgregatus est populus quasi uir unus in Hierusalem, & surrexit Iosue filius Iosede, & fratres eius sacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel, & fratres eius, & ædificauerunt altare Dei Israel, ut offerrent in eo holocausta. Et nunc dedicato templo, instante iam anno quadagesimo sexto, eadem pietas religionis omnium mentibus inesse memoratur, dum dicitur purificatos fuisse sacerdotes & Leuitas quasi unum, omnes mundos ad immolandum pascha. Quæ enim maior in hac uita potest esse perfectio, quàm mundæ unitas multitudinis? Multa namq; sacerdotum, multa Leuitas

1. 27. 23

rum millia erant, qui tamen omnes purificati & mundi fuerat ad immolandū pascha. Neq; hoc diuersis animarum intētionibus, sed sicut Lucas de primitiua noui Testamēti scribit Ecclēsia, corde & anima una, quæ uera fidei ac dilectionis in Deum, nec dispar in populo unitas dilectionis & castitatis inuenitur. Cum dicitur ad immolandum pascha uniuersis filiis transmirationis, & fratribus suis sacerdotibus, & sibi, statim subinfertur:

Et comederūt filij Israel qui reuersi fuerant de transmiratione: & omnis qui se separauerat à conuinatione gentium terræ ad eos, ut quærent Dominum Deum Israel. Uniuersis ergo filiis transmirationis immolatum est pascha, omnes comederunt filij Israel, nō solum qui reuersi fuerant de captiuitate, sed & omnes qui alicubi antea constituti, eo tēpore sese parauerant à conuinatione gentium ter rē ad eos. Quod etiam de profelytis rectē potest intelligi, qui cum natura essent gētiles, in ritum conuerterentur populi Dei, accepta circuncisione, & hostijs purificati legalibus, ut digni essent & ipsi participatione sacrificij salutaris. Et notandum, quia gentes terræ dicit eos, qui conuinationibus seruunt: ut e, contrario gentes esse cōli doceret eos, qui ab eis separati, in unitate & castitate Domīno seruirent, et usq; solennia sincero corde celebrarent. Nusquam aliās, nisi fallor, idem populus Israel, ex quo egressi sūt ex Aegypto per Moysē, tanta deuotionis cum sacerdotibus & Leuitis, magistris uidelicet suis extitisse reperitur: sed hæc deuotio castigatione diuina facta est, cum pro peccatis suis hostibus affligendi sunt traditi: afflicti aduersitatibus, à peccatis sunt poenitendo auersi: merito poenitentiae & conuersionis sunt liberati ab hostibus: & Deo melius seruituri, propriā reuocati ad patriam. Sed & hæc uidemus sapissimē illos qui templum sui corporis sapius peccādo prophanauerūt, & per hoc diabolo sunt capti uati, redire ad Dominum per poenitentiam. Et merito maiore instantia quā prius cōsueuerāt, bonis insudasse operibus, quibus mansionem denuo in seipis suo autori præparent. Notandum enim, quod Salomon prius templum in pace sui regni permaxima, tempore breui, nullo omnimodē contradicente perfecit: nunc autem destructum hoc propter peccata, filij transmirationis in magna cordis cōpunctione labori longo insistentes, & sapissimē ab inimicis retardati, tādē diuinitūs adiuti restaurarunt. Facile namq; est, conuersum quemq; ad fidem agnitionemq; ueritatis, abrenunciare diabolo, & consistere Deum uiuum & uerum, sacramenta Christi percipere: hisq; initiatū, in remissionem omnīū peccatorum, templum eius effici, atq; acceptam uitæ innocentiam comitāte eius gratia seruare: sed multī laboris est, eum qui accepta fidei sacramenta peccādo contēnit, pristīnam recipere dignitatem: quia non huic facile emundatio, per a-

quā baptismi denuo dari potest, sed infectum scelus longo poenitentij labore, largis lachrymarum, fluentis, districtiori continentiae sudore eluendum est, cuius emundatione ipsa quoque consuetudo uitiorum, quasi inimica Samaritanorum turba repugnat: tanto ad superandum difficilior, quanto diutius terram cordis uirtute uacuum possidebat. Potest & hoc dici, quod ideo specialiter reedificata ac dedicata domo Domini, de pascha facta commemoretur, cum nulli esset dubium, quin homines tantæ religionis pascha suo tempore facere uellent: ut mysticē insinuaretur, hæc esse summam totius perfectionis, cum transcens mundi cupiditatibus, atq; illecebris uniuersis, tota semper intentione mētis, alterius uitæ meditatur ingressus. Pascha enim transitus interpretatur, nomen inde habens, quod uel filij Israel in eo per immolationem agni de Aegyp̄tia seruitute ad gaudia libertatis transirent, uel ipse agnus immaculatus, id est Dominus Christus immolatus pro nostra redemptione, rranstierit ex hoc mundo ad patrem. Quod & nos imitamur, cum ab infimis uoluptatibus ad coelestia quaerenda transimus. Verē autem perficimus, cum à carnis ergastulo soluti, coeleste regnum intramus. Cui sensui aptē conuenit quod sequitur:

Et fecerunt solennitatem azymorum septem diebus in latitia. Hanc namq; solennitatem quomodo spiritaliter facere debeamus, docet Apostolus dicens: Itaq; epulemur non in fermento ueteri, neq; in fermento malitiæ & nequitie, sed in azymis synceritatis & ueritatis. Quæ septē diebus est celebranda: quia per omne seculi huius tempus, quod tot diebus currit, in synceritate nobis est & ueritate, immo in omnīū bonorum operum uictimis atque holocaustis uita ducenda. Quoniam uerō Dominus noster paschali tempore mortem transitorie gustatam, æterna resurrectionis uirtute deuicit: potest hoc in loco celebratio paschæ ad tempus nostræ resurrectionis typicē referri: ut edificatio quidem templi præsentem sanctæ Ecclesiæ statum designet, dedicatio uitam futuram, quæ in animarum sanctarum, cum de corpore exierint, exultatione geritur. Immolatio paschæ gloriā insinuet resurrectionis, cum omnes electi carne agni immaculati, id est Dei & Domini nostri, non amplius in sacramento credentes, sed in re ipsa ac ueritate uidentes reficiuntur. Vnde & in hoc pascha omnes sacerdotes ac Leuitæ, omnis populi cœtus, omnes qui de gentibus ad eos confluerant, mundi fuisse omnes, quasi unus adfuisse perhibentur: quia tunc ueraciter agnus Dei tollit peccata mundi. Et sicut Ioannes apostolus ait: Sanguis Iesu filij Dei emundat nos ab omni peccato. Tunc uera erit unitas, cum fuerit Deus omnia in omnibus. Tunc uera azymorum solēntia in latitia celebrabitur, cum nullo in electis permanente fermento malitiæ

& nequitie, omnes in ueritate ac synceritate cordis, diuinæ uisioni adhærebunt: & hoc nō in septem diebus seculi labētis, sed in una die uitæ perennis in atrijs Domini, quæ melior est super millia in luce spiritus sancti, cuius nobis septiformem Propheta gratiam commendat.

Fecerunt, inquit, solennitatem azymorum septem diebus in latitia, quoniam lætificauerat eos Dominus, & conuertērat cor regis Assyrii ad eos, ut adiuuaret manus eorum in opere domus Dei Israel. Hæc est namque maxima in hoc seculo & in futuro latitia iustorum, perfectum esse opus Ecclesiæ, cōuersis etiam Gentilibus, qui olim resistebat, ad adiuuandū eius statum, & confirmandam per orbem uniuersum pacem Christianæ Ecclesiæ religionis. Hucusque reditus de Babylone in Hierusalē populū, qui captiuatus fuerat: reductio uasorum, quæ abducta: restauratio ac dedicatio tēpli, quod incensum: celebratio solennitatum, & decantatio canticorum Domini, quæ in terra aliena non poterant, sub ducibus Zorobabel & Iosue scribitur. Quæ cuncta unam eandemq; cognitionem humane in Christo saluationis continent, cum uel hi qui cum peccato primæ preuaricationis in mundum uenerant, sacramentis fidei purificati saluantur: uel hi qui peccando fidem acceptam corruerant, poenitendo respiscunt, & utriq; per unum eūdemq; Saluatorem, uerum regem ac sacerdotem, quasi pascha felicissimum celebrātes, de hoc mundo ad patrem, de morte transeunt ad uitam. Verū quia templo incenso, atque urbe Hierosolyma subuersa, scriptura quoq; sanctæ, quæ ibidem seruabantur, simul fuerāt hostili clade peruste, & has miseratē Domini, atque ad suum populum reuersi, reparari oportebat: ut quia ædificia eruta restaurauerāt, haberent unde ipsi admoniti, restaurari intus in fide & dilectione sui creatoris discerent. Vnde bene sequitur.

Ezras sacerdos ascendit de Babylone, habens honorificas regis Artaxerxis literas ad uniuersos custodes arce publicæ trans flumen: quibus & ipsum templum Domini honorificabat.

CAPVT IX.

Post hæc autem uerba in regno Artaxerxis regis Persarum, Ezras filius Saraie, filij Azariae, & cætera, usque dum completa eius genealogia, dictū est: Filij Eleazer, filij Aaron sacerdotis ab initio. Ipse Ezras ascendit de Babylone, & ipse scriba uelox in lege Moysi, quam dedit Dominus Deus Israel. Hic Artaxerxen, sub quo Ezras de Babylonia Hierosolymam ascendit, Iosephus putat esse Xerxen filium Darij, qui post eum regnauit. Porro Chroni-corum libri, successorem eiusdem Xerxis, qui etiam apud eos Artaxerxes appellatur, hic designatum æstimant. Regnauit autem Darius, sub quo edificatum est templum, annos triginta sex: post quem Xerxes annos uiginti: post quem Artabanus menses septē, quos chronographi pro anno posuere: post quem

Antiquit. lib. 13. ca. 5.

1. Ioan. 1. Cor. 13.

Artaxerxes annos quadraginta. Scriba autem uelox in lege Moysi Ezras, eo quod legē quæ erat consumpta reficeret: non solum legem, sed etiam ut communis maiorum fama, omnem sacræ scripturæ seriem, quæ pariter igni absumpta est, prout sibi uidebatur legentibus sufficere, rescripsit. In quo opere ferunt, quia nonnulla uerba quæ opportuna arbitrareretur, adiecerit. e quibus est illud: Et non surrexit propheta in Israel sicut Moyses, quem nosse Dominus facie ad faciē, & cætera. Quæ uidelicet uerba non nisi is qui longo post Moysen tempore uiueret, dicere potuit. Et in libro Samueles: Olim in Israel sic loquebatur unusquisque uadens consulere Deum, Venite ad eum ad uidentem. Qui enim propheta dicitur hodie, uocabatur olim uidentem. Nō nulla autem integra uolumina, quæ quondā in populo Israel habebantur, intacta reliquerit: quorum ideo nunc nō aliud in sacrâ scriptura, quā nominis tantum memoria habetur. ut est illud in libro Numerorum: Vnde dicitur in libro bellorum Domini. Et in Iosue: Nonne scriptum est hoc in libro Iustorum? Sed & in Regum & Paralipomenon uolumine commemorantur libri historici prophetarū Achia Silonitis, & Semeia, Iaddo, & Nathan, Elia quoque, & Iehu filij Hanani: de quo dicitur, quia librum Regum Israel scripsit: & multa alia, e quibus omnibus dicitur hodie nulla uspiam posse uestigia reperiri. Ferunt quoque Hebræi, neque apud eos de hac re ulla dubitatio est, quod idem Ezras leuiores literas excogitauerit sub nominibus earum quas eatenus habuerant, quibus uelocissimē tantam librorum copiam, quæ erat consumpta, reficeret. Vnde non solum scriba, uerū etiam scriba uelox cognominatur. Priores autem literæ remanserunt apud Samaritanos, quibus illi quinque libri Moysi, quos solos de sancta scriptura receperant, scribere solebant.

Et ascenderunt de filiis Israel, & de filiis sacerdotum, & de filiis Leuitarum, & de cantatoribus, & de ianitoribus, & de nathineis in Hierusalem in anno V I I. Artaxerxis regis, & uenerunt in Hierusalem mense quinto, ipse est annus V I I. Regis. Quia in primo die mensis primi cepit ascendere de Babylone, & in prima mensis quinti uenit in Hierusalem, præoccupando dicit eos uenisse in Hierusalem. Nam & in sequentibus quomodo uenerint, & ubi exercitum suum coadunauerint, plenius ex ordine describit. Notandum autem, quod in capite uoluminis huius scriptum est, quia ad promissum Cyri ascenderint de Babylone, ducibus Zorobabel & Iosue, de filiis Iuda & Benjamin cum sacerdotibus & Leuitis omnes, quorum suscitasset Deus spiritum. De quibus etiam additum est, quod essent de captiuitate quā transfulerat Nabuchodonosor rex Babylonis in Babylone. Hic autem sub Ezra ducē nulla Iudæ & Benjamin, nulla transmigrantis

1. Reg. 91

Numer. 24. Iosue 10.

3. Reg. 16. 2. Par. 91

Nabuchodonosor, sed tantummodo filiorum Israel, & sacerdotum ac Levitarum, qui cū illo ascenderint, mentio est. Vnde uerisimile uideretur, quod illi qui tūc reuocati sunt Hierosolymā, de Iuda & Benjamin fuerunt, qui à Nabuchodonosor fuerant in Babyloniā transmigrati. Hi autem qui nunc reducti per Ezrā leguntur, de decem tribubus, qui specialiter post diuisionem Israel uocabātur, extiterint: quos reges Assyriorum longè ante tempora Nabuchodonosor captiuarunt, & ultra montes Medorum habitare fecerunt. Tunc itaq; duæ tribus maxima ex parte domū redierunt, ac templum graui cū labore restaurarunt. Decem autem tribus, quæ minorem templi & religionis curam habuerunt, iubete licet rege, patriam redire neglexerunt, eo quod destructo Chaldaeorum imperio, liberè sub regibus Persarū, qui gentem ipsorum diligebant, uiuerent. At uerò cū templum reedificatum, & comprehensam esse Samaritanorum inuidiam cōpererant, tandem & de ipsis aliquid domū redire consenserunt: tamen plures ibidem residerunt, quorum progenies usque hodie eisdē in partibus detineri, & Persarum genti seruire perhibetur. Sicut autē Zorobabel & Iesus, ut saepe dictum est, Dominum saluatorem designant, qui captiuitatem generis humani sua gratia relaxat, suamq; in nobis domum ipse nos sanctificando ac possidēdo aedificat: sic & Ezras sacerdos ac scriba uelox, eundē Dominum, qui non uenit soluere legē, sed adimplere, manifestè denunciat. Qui & ob id scriba legis Dei, siue scriba uelox in lege Moyli potuit rectè uocari, quia ipse Moyli legem per angelū dedit, ipse prophetas sanctos per gratiam sui spiritus docuit omnem ueritatem, ipse omnium mentes electorū mox ut suo amore tetigerit, intelligēdam faciendamq; Dei patri uoluntatem accendit. Vnde gratiam noui testamenti promittens Propheta dicebat: Et hoc testamentum quod disponā domui Israel post dies illos, dicit Dominus: dabo leges meas in mentem eorum, & in corde eorum scripseram eas. Cuius scribæ pulchrè meminit Psalmista dicēs: Lingua mea calamus scribæ uelociter scribentis. Lingua quippe Prophetæ calamus erat scribæ uelocis: quia quæ Dominus illū sine ulla mora temporis intus illustrādo docuit, hæc ipse per officium linguæ foris hominibus tēporaliter declarauit. Quē suo quoque nomine Ezras, qui interpretatur adiutor, apertè demonstrat. Ipse est enim, per quem solum populus fidelitum à tribulationibus liberari, & quasi de Babylonica captiuitate ad libertatem Hierosolymorum, de confusione uitiorum ad pacem serenitatemq; uirtutum, proficientibus meritorum gradibus solet introduci. In secundo Anabathmon, hoc est ascensum eorundem Psalmo exclamat cunctis ad summa tendentibus, quo duce tenere ac peruenire debeant, insinuans: Auxi-

lium meum à Domino, qui fecit cœlum & terram. Cuius etiam in actibus suis figuram Ezras tenuit, cum & ipse partem populi non minimam de captiuitate Hierosolymā reduxit, simul & pecuniam ac uasa Deo sacrata in gloriam templi eius aduexit, cum eundem populum ab uxoribus alienigenis pōtifficali auctoritate purgauit. Quæ cuncta quid in Ecclesia sancta gestum à Domino, siue gerendum insinuant, docto patent lectori: sed & nos, ut etiā simplicioribus pateant, elaborare curabimus. Quod enim ascendit Ezras de Babylone, ascenduntq; cum eo de filiis Israel, & de filiis sacerdotum ac Levitarū: significat piam redēptoris nostri dispensationem, qua in carne apprensens, confusione mūdi huius, liber ipse à confusione uitiorum, intrauit, ut nos secum rediens, ab omni confusione liberatos, ad tranquillitatem supernæ pacis induceret: cuius uidelicet pacis sempiternæ in præsentī Ecclesia pignus accepimus, dicēte Domino: Pacē relinquo uobis, pacē meā do uobis: id est, tēporalem in terra peregrinantibus relinquo, perpetuam ad cœlestem patriam perueniētibus do. De quo bene dicitur, quia in primo mense cepit ascendere de Babylone, & quinto mense cum filiis transmigrationis, quos ducebat, uenerit in Hierusalem. Quatuor namq; mēlibus iter de Babylonia Hierosolymam completur: quia per quatuor libros sancti Euangelij, fidem & sacramēta ueritatis discimus, quibus de captiuitate hostis antiqui Domino duce eripi, atq; ad libertatē gloriæ filiorum Dei debeamus ascendere. Quatuor eisdem libris præcepta continentur operum, quorum quasi gressibus quotidianis ad superna promissa peruenire ualeamus. Neque hoc sine figura mysterij factum est, quod prima die mensis cepit ascendere de Babylone, & prima rursus die mensis peruenit in Hierusalem. primordium namq; mensis, in quo luna nouum à sole lumen mutuari creditur, nouum doni cœlestis initium designat. Et apertè prima die mensis primi ascendit Ezras de Babylone cum eis quos à captiuitate saluabat: quia principium sanctæ cōuersationis, in quo satanæ & regno eius abrenūciamus, illustratiōe diuinæ pietatis agitur in nobis. Prima quoque die mensis quinti peruenit in Hierusalem, quia & hoc non nostri libertate arbitrij, sed inspiratione supernæ lucis geritur in nobis, ut auditis Euangelij oraculis, sanctæ Ecclesiæ membrīs incorporemur. Pulcherq; ac salubris in Ecclesia mos, doctrina patrum inoleuit, ut his qui catechizantur, quatuor Euangeliorum sacramētum explanetur, ac recitetur exordia. Item prima die mensis quinti uenit cum his qui liberati ab hostibus fuerant, in Hierusalem: quia dñi completis quatuor sancti Euangelij præceptis cœlesti regnum ingredimur, quasi nouū mensis initium celebramus, quia nouæ iam lucis gaudia in sole iustitiæ cernimus, & uelut post quatuor

Math. 5.
Hierc. 31.
Hcb. 15.
Psal. 44.
Psal. 120.

quatuor menses lucidæ actionis, quod in uia uitæ peregrinus, quintum mensem perpetuæ remunerationis in luce patriæ cœlestis agimus. Et in prima, inquit, mēsis quinti uenit in Hierusalem iuxta manum Dei sui bonam super se. Id est, confirmatus gratia & protectione diuina, quia prosperū coeptum iter perficeret. Item in sensu mystico uenit in Ecclesiam mediator Dei & hominū, iuxta manum Dei sui bonam super se, id est iuxta dispositionem diuinæ uirtutis, quæ erat in ipso. Deus enim erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Quæ uidelicet manus erat super illum secundum id quod ille homo factus est. Vnde ait: Pater maior me est. Maior namque humanitate Christi, diuinitas est non solum patris, sed & ipsius Christi, & spiritus sancti, quæ una est. Quæ etiam manu diuinæ potentie exaltatus in passione, ad moenia supernæ ciuitatis ascendit, hac fidelibus suis humiliter sequentibus ascensionis iter ostendit. Ezras enim parauit cor suum, ut inuestigaret legem Domini, & faceret & doceret in Israel præceptum & iudiciū. O quanta uirtus dicti, quæ sublimitas meriti, parare hominem cor suum ad obsequium diuinæ uoluntatis, ac dicere posse: Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum, cantabo, & psalmum dicam Domino: Id est, & animo toto exultabo in Domino, & operum executione quæ eius sunt iussa perficiam. Parauit ergo cor, ut inuestigaret ac rescriberet legem Domini, quam flamma uorax absumperat. Parauit etiam, ut ipse prior hanc faciēdo impleteret, & sic ad alios docēdos os aperiret. Quod eodem modo de Domino Iesu accipere in prompu est. parauit namque cor suum, ut inuestigaret legem Domini, quia talem sibi hominem quem susciperet, diuinitus prouidit, qui nō solum sine peccato, uerū etiam plenus esset gratiæ & ueritatis, quia nulla sibi repugnāte lege peccati, legem Dei abique omni mentis siue carnis cōtradictione seruaret. Vnde dicit in Psalmo: In capite libri scriptum est de me, ut facerem uoluntatem tuam Deus meus, uolui legem tuam in medio cordis mei. Itē Dominus inuestigauit legem Dei, quia abiecit Phariseorum traditionibus, sanctam scripturam qualiter esset mysticè intelligenda, quid arcanorum spiritualium intra tegmē literæ cœlaret, edocuit: quia decreta Euangelij, quæ ipse attulit mūdo, magis perfecta, magis Deo patri accepta, quam quæ Mosen præmiserat, ostendit. Vnde ait ipse: Audistis quia dictum est antiquis: Ego autem dico uobis, Diligite inimicos. & cætera huiusmodi. Hoc est exemplar epistolæ edicti, quod dedit rex Artaxerxes Ezræ sacerdoti, &c. Artaxerxes hic, qui deuotissima mente pro suo modulo templum ac sacerdotes Dei ueneratur, eiq; promptū defert famulatū, Christianos principes, sicut & prædecessor eius Darius, significat. Nec mitan-

2. Cor. 5.
10. m. 14.
Psal. 56.
Psal. 39.
Math. 5.

dum, si successores Cyri, qui templum Domini, & ciuitatem ædificari fecerunt, qui seruos eius ac legem dilexerunt, atq; iuuerunt, Christianorum regum figuram tenere dixerimus, cum ipse Dominus per prophetam, Cyrum in figuram uenire dixerit filij sui, eiusq; illum nomine honorari dignatus sit, dicens: Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro, & cætera, quæ de illo supra latius posuimus. Artaxerxes rex regum Ezræ sacerdoti scribæ legis Dei cœli doctissimo salutem. Scribam legis Dei cœli doctissimum nominat, quia & ad ipsum regem fama peruenerat diuinæ uirtutis, per quam ille incensam à Chaldaeis legem, eisdem quibus prius sermonibus, tamen alio literarum characterē, nouauerit. Deum autem cœli & ipse nominat, ad distinctionem illorum quos de hominibus mortuis, aut certè nonnullis stultam miserorum uesaniā instituisse nouerat. Obsecro autem, ne sit graue lectori, breuiter textum epistolæ percurrere, & quantum personæ Christianorum regum conueniat, uidere. A me, inquit, decretum est, ut cuiusque placuerit in regno meo de populo Israel, & de sacerdotibus eius, & de Leuitis, ire in Hierusalem, tecum uadat. Omnibus qui uolunt ire Hierosolymam, licentiam tribuit, nullum ire compellit: & Christiani principes nullum cogentes, ne sit incerta aut dubia uoluntas fidei, uniuersis quibus placuerit de suo regno Christum colere permittunt. A facie enim regis & septem consiliatorum eius missus es, ut uisites Iudæam & Hierusalem in lege Dei tui, quæ est in manu tua. Et in lib. Hesther legimus moris fuisse regibus Persarum, ut in cunctis quæ agenda siue decernenda essent, septem sapientum uerentur consilio. Septem consiliarijs utuntur fideles, cum in omnibus quæ faciunt, præcepta ac decreta sequuntur scripturæ diuinæ. De qua dicit Psalmista: Eloquia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ purgatum septuplum. Hoc est, sancta septiformis spiritus illustratione perfectum. Quod si cui uideretur incongruum consiliarios eius regis Persici, à quibus populus & propheta Domini laxati à captiuitate ad patriam remittitur, aliquid in Ecclesia sancta boni posse figurari, legat opuscula patrum, qui actus siue casus regum reproborum Sauli & Iechoniæ sanctissima redemptoris nostri opera figuratè designari dixerunt: Saulis uidelicet uncti in regem, sed merito scelerum suorum occisi, super innoxia regis Christi morte interpretantes: Iechoniæ uerò translationem de Iuda in Bethlehē, quā propter peccata sua tenuit, ad gratiam redemptoris nostri eiusdē typicè referentes, quod relictis ob perfidiam Iudæis ad saluandas per orbem nationes transmigrare dignatus est. Qui dicta uel acta Pharaonis, siue Nabuchodonosoris, typicè super hostibus Ecclesiæ intelligēda tradiderūt. Verbi gratia, Pharaon præcepit infantes populi Dei

Esa. 43.
Ad fidem nemo cogendus.

illius. Quia nimirum sapientia est lex Dei, dicte Psal. 36 Psal. 119. te Psal. 119. Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. Lex Dei eius in corde ipsius. Et iustus in manu sua legē Dei & sapientiam habet, dum in omnibus quæ agit & loquitur, memorem se esse diuinæ uoluntatis offendit. Patet ergo literę sensus, patet & intelligentia spiritalis, quia uidelicet Dominus & saluator noster habet sapientiam Dei in manu sua. Ipse enim Dei uirtus & Dei sapientia, cuius solius est constitutere iudices ac præfules Ecclesiarum, qui secundum uoluntatem eius iudicent omnia, & indoctis per orbem fidem eius prædicent. Et omnis qui decreta cõtemnit legis illius, uel presentis pœna, uel futura iuxta modum quisque sui punietur erratus. Hæc ergo Artaxerxes scribens Ezræ, & amorē quem arga cultum religionis habebat, literis comprehendens, patenter expressit, quid futuris tēporibus Christiani reges deuotionis habituri, quid erga fidē ueritatis essent acturi. Vnde breuiter epistolam eius, quibusque licet intermissis, commemorare curauimus: ut lector cognosceret, quantum concordet his quæ reuelata Euangelij gratia Christiani principes pro sanctæ Ecclesiæ pace fecerūt. Possimus sanē personam Ezræ non solum ad Dominum Christū, sed etiam aliquem præfulem siue doctorem Ecclesię figuratiter referre: quibus sepe reges ac principes literas pro fidelium statu miserunt. Meritoque ipse Ezra, cui hæc est data epistola, subsequenter in Dei laudem erumpit, dicens:

Benedictus Dominus Deus patrum nostrorum, qui dedit hoc in corde regis, ut glorificaret domum Domini, quæ est in Hierusalem. Et quis dubitet sancta eius ac mystica dicta confiteri, quæ propheta diuinitus ei inspirata commemorat, a quo etiam domum Domini glorificatam asseuerat:

Numerus eorum, qui cum Ezra ascenderunt, et ut auxilium sibi itineris a Domino ieiunando et orando impetrauerint.

CAPVT X.

ET ego confortatus manu Domini Dei mei, quæ erat in me, congregaui de Israel principes qui ascenderent mecum. Manum Dei, uirtutem Dei, quæ omnia operatur, appellat. Merito autem ille congregat, quos de Babylone Hierosolymā adducat, qui manum Dei qua confortetur, ipse habere in se cognoscitur. Quia nimirum sic demum quisque idoneus ad alios Deo per suam doctrinam agere gregandum efficitur, dum prius ipse gratiam eius contra omnia quæ opus sanctum impediunt, intus in mente roboratur.

VIII Hi sunt ergo principes familiarum, et genealogia eorum qui ascenderunt mecum in regno Artaxerxis regis de Babylone. De filiis Phinees Gerson, &c. Vsq; ad finem genealogiæ diligēter principes qui secum de Babylone ascenderūt, enumerat, & genealogiam ipsorum explicat. Numerum quoque eorum qui ad M. C. C. C. & X. L. peruenit, adiungere fatigit: ut ita insinuet, quia nomina eorum qui de confusione mundi huius ascendunt, in libro uig-

tæ agni continentur ascripta. Sed & doctores quique, principes uidelicet familiarum populi Dei, quantum animarum numerum Domino acquirere, in tantum augmenta perpetuæ remunerationis accipiunt, iuxta illam Euangelij parabolam, ubi dicente seruo bono & prudente: Domine, ecce mna tua decem mnas acquisiuit. Respondit eidē dominus, dicens: Et tu esto super decem ciuitates: id est, ex eorum quos docuisti uita, gloriosior in cœlesti regno appare.

Congregauit autē eos ad fluum qui decurrit ad Ahaua. Nomen hoc loci nusquam alibi me legisse memini. Cum uerò in sequentibus scriptum est, Et prædicaui ibi ieiunium iuxta fluum Ahaua, & post aliquāta, Promouimus ergo a flumine Ahaua duodecimo die mensis primi: uidetur uerisimile, quod & Ahaua fluius sit, & alter aliquis fluius in eum decurrat, in quorum confinio Ezras eos qui ascenderunt secum, congregauerit. Iosephus autem pro hoc nomine ponit Euphraten. Vnde potest Ahaua non in cõgruē riuus aliquis fluminis Euphratis intelligi.

Et mansimus ibi tribus diebus, quæsiuq; in populo sacerdotibus de filiis Leuitarum, et non inueni ibi. Itaq; misi Eliezer et Arie et Semeiam, &c. Opportune egit Ezras, ut priusquam iter tantum inciperet, diligenter sibi copiam prouideret ministrorum domus Dei, per quos Hierosolymam perueniens, ea quæ in tēpli usus essent necessaria, perficeret.

Et misi eos ad Eddo, qui est primus in Casphie loco, et posui in ore eorum uerba quæ loquerentur ad Eddo, et ad fratres eius Nabineos in loco Casphie, ut adducerent nobis ministros domus Dei nostri, et adduxerūt nobis per manum Dei nostri bonan super nos uirum doctissimum de filiis Mo-holi, filij Leui, filij Israel. Mare Caspiū, ut scribit Orosius, sub Aquilonis plaga ab Oceano oritur, cuius utraq; circa Oceanum littora & loca deserta incultaque habentur. Inde meridiem uersus per lōgas angustias tenditur, donec per magna spacia dilatatum, Cauasi montis radicibus terminetur. Habet ab Oriente usque Oceanum Hircanorum & Scytharum gentes plurimas, propter terrarum infœcundam diffusionem late oberrantes. Ab Occidente gentes habet plurimas. Sed generaliter regio multo Albania uerior sub mari & monte Caspio, Amazonum nuncupatur. Vbi notandum, quod cum historici Caspiū scribant, Ezras hoc loco Casphie nominet. Hebræi namque pliteram non habentes, pro hoc in nominibus græcis siue barbaris plitera utuntur, ut Phetrus, Philatus. Ergo & in Casphie loca filij Israel per captiuitatem Assyriorum uel Chaldæorum peruenisse probatur, dum illò mittit Ezras, ad adducendos sibi ministros domus Domini, Leuitas uidelicet & Nathinneos, quos Iosephus sacros seruos nominat. De quibus notandum, quod multum libera in pacē, quamuis inter externos uiuebant, qui statim ad imperium siue ad preces Ezræ, tãtam exercitus copiam destinare ualebant. Nam du-centos quinquaginta & octo uiros electos in illa expeditione fuisse, sequens eorum catalogus

gus ostendit: quibus adiunctus Ezras, in exercitu suo mille septingentorū prope uirorum summam habuisse reperitur.

Et prædicaui ibi ieiunium iuxta fluum Ahaua, ut affligere mur coram Domino Deo nostro, et peteremus ab eo uiam re-etam nobis et filijs nostris, et cætera, usque dum ait: Ieiunauimus autem et rogauimus Dominum nostrum pro hoc, et euenit nobis prospere. Exemplum ieiunandi & orandi, cum aliquid magnæ uirtutis incipere uolumus: & quia nūquam fallit fida in Dominum spes, neque fieri potest, ut quod iustum a pio auxiliatore per continentiam atque orationes cum fide querimus, non impetremus. Sed diligentius int̄ uendum, quod ieiunium præmittitur, & sic oratio subsecuta docetur. Primo namque ait, Et prædicaui ieiunium, ut affligeremur coram Domino. Ac deinde subiungit: Et peteremus uiam rectam nobis & filijs nostris. & cætera, usque in conclusionem sententiæ: Ieiunauimus autem, et rogauimus Dominum nostrum pro hoc, et euenit nobis prospere. Oportet namque omnimodē, ut quicumque ad deprecandam misericordiam Domini ingreditur, primò continentius uiuendo, dignū se qui exaudiatur præbeat: atque ita Dominum rogans, non dubitet prospere sibi euentura quæ postulat.

Ezras donaria regis et consiliariorum eius appendit principibus sacerdotum deferenda in Hierusalem, qui illi uenientes offerunt holocausta Domino.

CAPVT XI.

ET separaui de principibus sacerdotum duodecim, Sarian et Hasabiam, et cum eis de fratribus eorum decem: et appendi eis argentum et aurum, et uasa consecrationis domus Dei nostri, quæ obtulerat rex et consiliarij eius, et principes eius, uniuersusq; Israel eorum qui inuenti fuerat. Sæpius dictum est, quod argentum & aurum, & uasa, quæ de Babylone Hierosolymā mittebantur, animas designarent, quæ de confusione & erroribus mundi huius conuerterentur ad Dominum. Vnde apte huiusmodi uasa sacerdotibus commendat Ezras, qui ea Hierosolymam perferant: quia per sacerdotum necesse est manus diluantur in baptismo, et consecrentur Domino, quicumque ad consortium sanctæ Ecclesiæ pertingere desiderat. Per sacerdotum æquē officium debent reconciliari sanctæ Ecclesiæ pœnitendo, qui ab eius societate peccando recesserant, & in seruitium diaboli, qui in captiuitatem Babylonij regis in peccatis perseverando deciderant. Et bene duodecim sunt sacerdotes, quibus hæc cura delegata est, propter duodecim apostolos, per quorū doctrinā Ecclesia & per orbē primò fundata est, & usque ad finē seculi per successores eorū ædificari nō desinit. Quibus cõuenit hoc quod eidem sacerdotibus dixit Ezras:

Vos sancti Domini, et uasa sancti Domini, et aurum, quod sponte oblatum est Domino Deo patrum uestrorum, uigilate et custodite. Oportet enim ut doctores Ecclesię nunquā obliuiscantur sanctimonie, qua ipsi sunt Domino consecrati per spiritū sanctum, in die redēptionis, ad quam suscipiendā etiā suos auditores instituant: ut qui iā Domino

oblati sunt per rudimēta fidei, etiam per eorum qui in fide præcesserunt exempla ac monita magis magisque cõfirment, ac supernæ ciuitatis introitu digni efficiantur. Quibus uigilandum est per omnia, & curandū, ne aliqua de creditis sibi animabus, uasis uidelicet Domini pereat, sed integro eos numero ad sanctæ ciuitatis adyta perducant.

Vigilate, inquit, et custodite, donec appendatis corā principibus sacerdotum, et Leuitarum, et ducibus familiarum Israel in Hierusalem, et in thesaurum domus Dei. Appendimus autem argentum & aurum & uasa, quæ accepimus ab Ezra, coram principibus sacerdotum & Leuitarum, & ducibus familiarum Israel in Hierusalem, et in thesaurum domus Domini, quādo eos quos nobis superna dispositio commisit, tales instruendo ac docendo exhibemus, qui irreprehensibiles inueniant, & apti thesauro aulę cœlestis, hoc est sedibus internę pacis ac lucis: et hoc nō iudicio quorūlibet hominū qui facile possint falli, sed examine beatorū apostolorum, ceterorumque sublimiū uirorū, qui cum Domino sunt de nostris actibus iudicaturi. Hi etenim merito principes sacerdotū ac Leuitarum, & duces familiarum Israel, hoc est uirorum siue animarū Deum uidentiu sunt intelligendi. De quibus Psal. 119. Constitues, inquit, eos principes super omnem terram. Et de quibus Salomon in Ecclesiæ laudibus: Nobilis, inquit, in portis uir eius, quando federit cum senatoribus terræ. In portis autem, in discrimine dicit nouissimi examinis.

Promouimus ergo a flumine Ahaua duodecimo die mensis primi, ut pergeremus Hierusalem, et manus Dei nostri fuit super nos, et liberauit nos de manu inimici et insidiatoris in uia, et uenimus Hierusalem, et mansimus ibi tribus diebus. Die autem quarto appensum est argentum et aurum et uasa in domo Domini, per manum Remoth filij Vriæ sacerdotis. & cætera omnia plena mysterijs. Superius namque legitur, quod prima die mensis primi coeperint ascendere de Babylone: & nunc dicitur, quod duodecimo eiusdem mensis die promouerint a flumine Ahaua. Primo ergo die mensis de portis Babyloniæ exierūt, sed usque ad duodecimum diem iuxta memoratum flumen expectabant, donec ad se Leuitas & Nathinneos de Casphie locis euocarent, seque ipsos ob pericula longi itineris solertius Domino ex tempore ieiunando & orando commendarent. Et nos ergo cum nouos Ecclesię populos diabolo renuciare, & Deum uerum credere ac confiteri docemus, quasi primi mensis initio de Babylone cum pecuniā Domino consecranda egredimur: quia principium eis nouæ cõuersionis, quæ ereptos a diabolo ad regnum cœlestē ducat, ostendimus. Vnde eidem mensis in scriptura sacra mensis nouorum siue nouarum frugum solet appellari. Nam & ipso mense, sub eadem significatione nouæ conuersionis, patres de Aegypto per Moysen ducti sunt. Verū cum eidem nouę uitæ auditoribus symbolū fidei tradimus, quod per duodecim apostolos ordinatum, & totidem est sententij

Psal. 44.

Prouer. 31.

tentijs comprehensum, quasi duodecim diebus in prima mansione consistimus: & sic coeptum ad terram repromissionis iter aggredimur, qui per acceptam fidei notitiam, uirtutū eis callem quo ad uitam perueniamus, ingrediendum esse monstramus. Quibus diebus Ezras cum filijs transmigratorum, ieiunijs & orationibus, & congregatione Leuitarū ac Nathinēorū deditus erat: quia nimirum necesse est, ut cum novos populos fidei acquirere proponimus, tum ipsi uirtutum studijs maximē operā demus, quibus & nos ipsos Domino familiarius commendemus, & eis quos erudimus, exemplum bonæ actionis præbeamus: fratrum quoque cohortē religiosam nobis in auxiliū aduocemus, quo adiuti animas fidelium ad societatem electorū, atque ad arcem uitæ perfectioris, quasi uasa sancta ad templum Domini efficacius transferamus. Aptē quoque subiungitur, quia uenientes Hierosolymam qui ascenderant de Babylone, triduo manserint ibi, & sic argentum et aurum et uasa que attulerant, oblata & appensa sint in domo Domini. Tres quippe dies sunt mansionis in Hierusalem, eximie uirtutes cunctis fidelibus habendæ, fides, spes, & charitas. Has ergo oportet doctores primo in seipsum ostendere, & sic eos quos docuerunt, quosque eisdem uirtutibus instituerunt, præcedentibus in Christo patribus probandos offerre. Cum enim sancta Ecclesia eos quos catechizamus, in fide & actione probos inuenierit, quasi uasa quæ offerimus in templum, per manum sacerdotum appendens, & puri metalli & perfecti ponderis esse reperiet. Quod & in hac Ecclesia per electos quotidie in credentium uita examināda agitur, & in superna æquē Hierusalem, ut supra diximus, in eis qui ad eam intrare meruerint, perfectius completur. In hac namque uita doctores sancti quasi triduo manentes in Hierusalem, quarto die argentum & aurū quod obtulerāt appendendū, sacerdotibus offerunt, cum & sese fide fortes, spe sublimes, dilectione feruentes exhibent, & suos quoque auditores per confessionem rectæ fidei, instar argenti probati clarescere, per puritatem sensus inuolati, in modum auri primi fulgescere, per susceptionem in se spiritalium charismatum, quasi uasa Deo consecrata præminere demonstrant. In superna quoque patria ipsi doctores cum primo pro sua fide, spe et charitate, deinde etiam pro illis quos docuerunt, gratiam remunerationis accipiunt, quasi post gaudium triduanæ mansionis in Hierusalem, ob donaria & uasa preciosa, ac Deo digna que attulerunt, amplius honorantur. Distat autem inter hæc uasa quæ Ezras cum sacerdotibus in Hierusalem offert, & ea quæ supra Zorobabel ac Iesus obtulisse referuntur: quod illa de templo Domini translata in Babylone, & postmodum sunt Hierosolymam relata: hæc autem in ipsa Babylonia facta, sed deuotionis sunt gratia Hierosolymam missa à rege uel principibus Persarum, uel etiam à populo Israel, qui illis in partibus morabatur. Illa ergo uasa designat eos

qui post acceptam notitiam et sacramēta fidei, post inchoata uirtutū opera decipiuntur ab hoste antiquo, & in cōfusione rapiuntur errorum: sed miserante Christi gratia reuocantur ad salutem. Hæc autem illos qui cum peccato primæ transgressionis morte obnoxij erāt nati, sed per lauacrum regenerationis sacerdotum ministerio expiati, sanctæ Ecclesiæ sunt filijs aggregati. Illa pœnitentes de suis erroribus, hæc perferentes uirtute cœpta gentes insinuant. De quibus bene subiungitur:

Descriptumq; est omne pondus in tempore illo. Omne quippe pondus argenti & auri et uasorum, quæ Domino offerunt, sacerdotes in templo describunt, cum doctores studiosi diligenter uitam examinant subditorum, & quantum singuli ad fidem uel operationem profecerint, subtili indagine diiudicant, & iuxta suæ modum capacitatis quemque in domo Dei per gradus sibi competentes ordinant. Sed est nunc præpositorum ignauia torpet, uitamque sibi commissorum aut ignorat, aut se nosse dissimulat, adest internus arbiter, qui numerum credentium, pondusque animi singulorum in trutina sui examinis integrū conseruat, ut reddat unicuique secundum opus eius. Potest & ita dici: quia peruenientibus sanctis prædicatoribus ad supernam Hierusalem cum his quos instruxerant, describatur in tempore illo omne pondus bonæ actionis eorū, in libro uite, & digna in cœlis retributione donec.

Sed & qui uenerant de captiuitate filij transmigratorum, obtulerunt holocausta Deo Israel, uirtutes duodecim pro omni Israel, arietes nonaginta sex, agnos septuaginta septem, hircos pro peccato duodecim, omnia in holocaustū Domino. Magna deuotio & religiositas ostenditur eorū, qui dum uenerāt à captiuitate, peruenientes ad templum & altare Domini, primo omnium obtulerunt holocausta, non tantum pro se ipsis, sed etiam pro omni Israel, hoc est & pro eis qui iam domum reuersi fuerāt, & pro illis qui adhuc extorres patriæ durabant, ut omnia omnis auctoris sui misericordia protegeret. Patet etiam spiritalis intellectus: quia illi ueraciter & perfecte captiuitatem antiqui hostis, qua peccando tenebantur, pœnitendo euaserunt, qui se fixa intentione diuino seruitio subdūt, qui totos se ab inuis abstractos cupiditatibus, flamma desiderij cœlestis ad superna accendunt. Hoc est autem holocausta, id est tota incensa sacrificia uel hostias Domino offerre, nil nisi eius uoluntatem in omnibus cogitare uel facere. Perfectæ quoque mentis indicium est, cum quis pro omni Israel immolat, id est pro generali fidelium omnium soliditate, quasi unitatis in omnibus ac fraternitatis memor, supernæ pietati supplicat.

Dederunt autem edicta regis satrapis, qui erant de conspectu regis et ducibus trans flumen, et leuauerunt populum et domum Dei. Alia editio habet: Et clarificauerunt populum & domum Dei. Leuauerunt ergo populum, dum eam autoritatē regiam, qua Ezras sublimatus est, honorabilē omnibus fecerunt. Leuauerunt et domū Dei augustius ornādo uasis ac donarijs,

donarijs, quæ ad illam rex & consularij ac principes eius miserunt: ministros quoque ac sacerdotes illius a tributis & uectigalibus præterquā Domino soliliberos reddendo. Mystice autem populus & templum Dei unam eandemque sanctæ Ecclesiæ figuram tenuit: quam leuat Ezras & filij transmigratorum, allatis de Babylone uasis Deo sacris, cum prædicatores sancti aggregatis ei donante Domino credentiū cœtibus, honorabilem eam omnibus etiam externis ac terrilibi exhibent. Item prædicatores ipsi, cum eos quos suis uel exemplis in bona conuersatione instituerent, uel uerbis usque ad cœlestium perceptionem præmiorum prouehunt, leuant iam populum & domum Dei: quia magnum profectū & manentibus in superna patria, & peregrinantibus adhuc in terra electis gaudiū faciunt.

Ezras audiens populum Israel uxoris alienigenis esse pollutum, assumit habitum plangentis, ac ueniam reatus à Domino precatur.

CAPVT XII.

Postquam autem hæc completa sunt, accesserunt ad me principes, dicentes: Non est separatus populus Israel & sacerdotes & Leuitæ à populis terrarum, & de abominationibus eorum, Chananæi uidelicet & Hethæi & Pherezi & Jebusei & Ammonitarum & Moabitum & Aegyptiorum & Ammoræorum. Tulerunt enim de filiabus eorum sibi et filijs suis, & commiscuerunt semen sanctum cum populis terrarum. Manus etiam principum & magistratum fuit in hac transgressionem prima. Huius culpa transgressionis, & in Malachia propheta manifeste descripta, ac prophetica autoritate redarguta est: qua uidelicet reuersi de captiuitate Babyloniæ tam principes & sacerdotes ac Leuitæ, quam reliquus populus, abiecerunt uxores suas Israeliticæ generis, quæ pauertate & inopia longioris uitæ, & fragilitate sexus, non ferentes laborem, confectæ erant, & infirmitatem ac deformitatem corporum contraxerunt, & cum alienigenis uel ætate florentibus, uel cultu corporum pulchrioribus, uel potentum ac diuitem filibus matrimonium cepulerunt. Quod non de Israel, qui tunc cum Ezra, sed de illis intelligendum est, qui cum Zorobabel & Iesuiam dudū de captiuitate ascenderant, neque enim poterant hi qui cum Ezra uenerant, tam citò tanti ducis ac præsulis, ut intelligendum est, contemnere doctrinam, ut necdum quinque mensibus in patria demorati, suas reliquerint, et uxores acceperint externas: de quorum numero potius intelligēdi sunt hi principes fuisse, qui hoc facinus ad Ezram referentes castigare curarunt. Nec mirandum quomodo hoc populus Israel cum sacerdotibus & Leuitis scelus patrafledicatur: cum illa transmigratio magis de Iuda & Benjamin, quam decem tribubus, quæ Israel uocabatur, extiterit. Sciendum enim, quod abducto in captiuitatem Israel, id est decem tribubus, indifferenter pristino nomine, & duæ tribus Iuda ac Benjamin appellantur Israel. Populus igitur Israel hoc loco nō ad distinctionem Iudæ & Benjamin decem tribus sunt accipiendæ, sed ad distinctionem populorum terrarum, genera

liter populus Dei intelligendus, qui dignitate sui nominis cœlestis, terrenorum societate polluerit. Nam & idem Malach. propheta, quem ipsum esse Ezram Hebræi asseuerant, in libro sue prophetiæ huius præuaricationis ita meminit: Transgressus est Iudas, & abominatio facta est in Israel et in Hierusalem: quia contaminauit Iudas sanctificationem Domini, quam dilexit, & habuit filiam Dei alieni. Disperdat Dominus uirum qui fecit hoc, magistrum & discipulum de tabernaculis Iacob, & offerentem munus Domino exercituum. Vbi Iudam dicens, manifeste primæ transmigratorum populum hoc facinore pollutum significat. Quod uerō, ad iungit, Disperdat Dominus uirum qui fecerit hoc, magistrum & discipulum de tabernaculis Iacob: appellatione magistrum & discipulum, & principes & populum hac præuaricatione pollutum, atque consortio sanctorum, si non corrigant, ambos eradicanos esse docuit. Et quod addidit, Offerentem munus Domino exercituum: admonet incassum eos Domino uictimas hostiarum offerre, qui seipsum peccando non timent diabolo subdere. Inter quæ miranda fides, & propositum optimū populū de captiuitate eruti, qui semē sanctum, alias autem gentes ad distinctionem suam populos terrarum appellat: ut palam insinuent, seipsum, quamuis de terra procreatos, nō tamen in terra, sed in cœlis habere conuersationem, dum præ cæteris nationibus in Deum cœli credebant, & cœlestia ab illo beneficia confecti sperabant. Vnde merito dolent sanctificationem suam ab hominibus gentium esse coinquinatam: & quod grauius est, principes etiam, à quibus corrigi deberent, primos errasse fatentur. Notandumque diligenter, atque in exemplum operis trahendum, quod ea quæ principes peccauerunt, & plebem sibi commissam peccare fecerunt, atque principes alij qui sanctius uiuebant, corrigere satagunt. Verum quia per seipsum nequeunt referunt ad pontificē, id est archiepiscopum suum causam, cuius autoritate flagitiū tam graue, tam multitudine, tam diuturnum expietur. Nulli autem dubiū, quin uxores alienigenæ hæreses & superstitiosas philosophorum sectas figuratim expriment. Quæ cum in Ecclesiam incaute admittuntur, non solum semen sanctum catholicæ ueritatis & puræ actionis suis contaminant erroribus, sed & peccata omnia, quibus ethnici solent pollui, dum Christiani non erubescunt imitari, quasi per uxores alienigenas degenaratam à semine sancto uerbi Dei, quod fuerant generati, dicente apostolo Iacobo: Voluntariē enim genuit nos uerbo ueritatis, & quasi prophanam de filiabus exterorū sobolē procreant, dum illecebras erratum secuti, peruersos ex his actus in cunctorum notitiam proferunt.

Cumq; audissem sermonem istum, scidi pallium meum, & tunicā, et euelli pilos capitis mei, et barbā: et sedi moerens habitum lugubri. Ezras intimum cordis dolorem ostendit, scidit uestimentū, euellit pilos capitis & barbā: sedet moerens, ut tali dehonestamento cor-

poris & indumenti cum mœrore uultus uelocius omnium animos ad pœnitentiã uel sui, uel fraterni reatus excitet. Verum quia per uestimenta solent opera nostra designari, quibus aut ad gloriã, si munda: aut ad interitum quis induatur, si polluta, nec nuptiali splendida charitate probetur. Per pilos capitis cogitationes, quæ de occulta cordis radice, uelut de internis cerebri sinibus oriuntur. Quæ si rectæ sunt, conseruari: sin autem reprobæ, debent abscindi. Vnde

Lucæ 21.

de Samuele, qui sanctus erat futurus, ait genitrix: Et nouacula non ascendet super caput eius. Et apostolis Dominus, Et capillus, inquit, de capite uestro nõ peribit: quia nimirum omnes sanctorum cogitatus æterna apud Dominum sunt memoria digni. At uerò peccator, ut mundari possit ab iniquitatibus suis, reprobas necesse est a se cogitationes, origines uidelicet & fomites malorum operum abijciat. Vnde leprosus in

Leuit. 14.

Leuitico cum recepisset sanitatem, inter alias purificandi cæremonias, etiam omnes pilos suæ carnis eradere præcipitur, ut sic expiatus hostijs castra mereret ingredi. Quia tunc demum a uitiorum foeditate perfecte mundamur, cum non solum actus, sed & cogitatus a nobis noxios expellere satagimus. Barba quoq; quæ uirilis sexus & ætatis index est, in significatione uirtutis poni solet. Scidit pallium & tunicam pontifex, ut populum quem regebat, minus perfecta habere opera designaret, & quem sua soliditate necesse esset discindi per pœnitentiã, atq; in meliorem habitum renouari. Euellit pilos capitis, ut eidẽ populo intimaret cogitationes nequam suo de corde extirpandas, ac renascendis utilibus locum esse dandum. Euellit & pilos barbæ, ut in ipsis etiam quas habere uidebantur, uirtutibus humiliarentur, & parua hæc aut nulla in examine interni arbitris esse meminissent, quæ uirtus esse permixta clarescebat. Sedit mœrens, ut per lamenta pœnitentiæ ueniã reatus tanti promerendã esse doceret. Nec mirandũ, si tanta boni præfulsi cœpta, magnũ mox in subditis fructũ uirtutis procrearent. Vide enim quid sequatur:

Et conuenerunt ad me omnes qui timebant uerbum Dei Israel, pro transgressione eorum qui de captiuitate uenerant, & ego sedebam mœrens usque ad sacrificium uespertinum. Quanta rerum mutatio. Suprà dictum est, quod perfidia principum & magistratum multi sunt ad luxuriam secuti, & nunc bono principe in lamenta cõuerso, & per suos luctus ac lachrymas quid esset peccatoribus agendum innuente, conuenisse dicuntur ad eum omnes qui timebant uerbum Dei, quo transgressores esse puniẽdos comminatur. O quantum exempla pia bonos iuuant doctores. Nihil omnino locutus Ezras, sed solo audito scelere, in lachrymas & ploratus esse cõuersus scribit, & turbã ad se fidelium nõ uociferando, sed mœrendo traxisse. Subiungitur:

Et in sacrificio uespertino surrexi de afflictione mea: & scisso pallio & tunica, curuaui genua mea, & expandi manus meas ad Dominum Deum meum, & dixi: Deus meus, confundor & erubescor leuare Deus meus faciem meã ad te.] Pa-

rauerat se Ezras per compunctionem cordis, simul & afflictionem corporis, qui dignus efficeretur auditu supernæ pietatis, & sic in uerba orationis prorumpibat. Curuat autẽ genua, & expandit manus, fundit ad Dominũ preces in tempore sacrificij uespertini: hoc Deo sacrificiũ gratius fore non ambigens, quod in spiritu humilitatis, & in anima contrita, quã quod carnis & sanguine offerretur pecudum. Typicẽ autem, quod indumento scisso curuat genua, & expandit manus ad Deum, & suis precibus ac lachrymis plurimorum mentes ad pœnitentiã conuertit, ut in sequẽtibus scriptum est: Dominum saluatorem ostendit, qui pro nostris sceleribus & ante passionem, & in ipso tempore passionis orare dignatus est: quicq; extensis in cruce manibus, indumentum suæ carnis ob nostram restauit rationem ad tempus uulneribus scindi ac mortificari uoluit: ut qui, sicut Apostolus ait, mortuus est propter peccata nostra, resurgat propter iustificationem nostram. Quod apte in tempore sacrificij uespertini factum est, uel quia Dominus in fine seculi sacrificium suæ carnis & sanguinis obtulit patri, ac nobis in pane & uino offerendũ præcepit: uel quia ad finem perueniente sacrificio legali, suã nos passione liberauit, atque a populis terrarum separans, cœlestes fecit, & castos sibi corde ac corpore concessit adherere. Ipsa quoq; oratio, qua se, cum esset iustus, populo peccatori sociabat, dicens:

Deus meus, confundor & erubescor leuare Deus meus faciem meã ad te, quoniã iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum, & delicta nostra creuerunt usq; ad cœlum a diebus patrum nostrorum. & cetera, usq; ad finem orationis, ubi ait: Ecce coram te sumus in delicto nostro. Non enim stari potest corã te super hoc.] Humilitati congruit Redemptoris nostri, qui in similitudine carnis peccati, ut peccata mundi tolleret, apparuit. Vnde & in Psalmis, qui Euangelio teste, ex ipsius persona scripti sunt, manifeste sua delicta appellat, quæ in se susceperat nostra, dicens: Deus meus, Deus meus, quare dereliquisti me: Et adijciens: Longe a salute mea, inquit, uerba delictorum meorum. Et iterum: Deus tu scis insipientiam meam, & delicta mea a te non sunt abscondita. non quia ipse delicta in se, uel insipientiam posset habere: qui, sicut Apostolus ait, Factus est nobis sapientiã a Deo, & iustitiã, & sanctificatio, ac redemptio: sed quia causam eorum quos saluare uenerat, in se suscipiens, etiam ea quæ illorum fragilitati uera ceter conuenerat, in se transferre dignatus est.

Orante ac plorante Ezra, populus & ipse ad pœnitentiã conueniunt, unanimoq; consilio ab uxoribus separantur externis.

CAPVT XIII.

Sic ergo orante Ezra, & implorante, & stente, et iacente ante templum Dei, collectus est ad eum de Israel cœtus grandis nimis uirorum et mulierum; et fleuit populus multo fletu.] Quãtum oratio, fletus & lamentatio Ezræ profecerit, ostenditur cum mox ad eum cœtus flentiũ permaximus utriusq; sexus, & omnis

& omnis ætatis collectus esse perhibetur. Flebant autem uel hi qui peccauerat, pœnitentiã sui reatus agentes: uel illi qui in castitate permãserant, de fratrum suorum præuaricatione & casu dolentes. Sed siue hi, siue illi, siue utriusq; fleuerint, multum omnes conturbati ad preces & lamenta sui pontificis ostenduntur, cum etiam mulieres, cum pueri quoque hic interfuisse narrantur. Potest autem & ea discretionẽ factum intelligi, quod prius innocentes & recti ad eum confluxerint, cum ait: Et conuenerunt ad me omnes qui timebant uerbum Dei Israel, ad promulgationem eorum qui de captiuitate uenerant: nunc uerò etiã ipsi qui peccauerunt, cum uxoribus suis et liberis pœnitentiã acturi conuenerint.

Et respondit Sechenias filius Iehiel de filijs Helam, & dixit Ezræ: Nos præuaricati sumus in Deum nostrũ, & duximus uxores alienigenas de populis terræ.] Secheniam hunc Iosephus dicit primum fuisse Hierosolymitarum, qui & ipse, ut principem decebat, maxima autoritate, mox intentione Ezræ iurabat, & populum uidelicet esse secum peccasse cõfessendo, & pœnitentiã uel agenda suadendo, abiectis uxoribus alienigenis, cum eis qui ex illis nati erant liberis.

Et nunc, inquit, si est pœnitentiã in Israel super hoc, percutiamus fœdus cum Deo nostro, & proiciamus uniuersas uxores, & eos qui de his nati sunt.] Si populũ, inquit, perfecte huius transgressionis pœnitent, primò conuersi ad Dominũ promittamus correctionem, ac postulemus ueniã: deinde ad nos ipsos reuersi, omnẽ a nobis parrati facinoris & radicem extirpemus & fruticem, eiectis uidelicet uxoribus cum omni sua sobole non licitis. hoc est enim quempiã ueraciter agere pœnitentiã, & totum intus in corde ad Dominum conuerti, & foris omnes peccandi materias ab ipsa origine rescare. Quodq; subiungit:

Surge, tuum est decernere, nosq; erumus tecum, consortare, & fac.] Decentissimè docet, quomodo sit apud maiores in consilio agendum, ut uidelicet quisq; pro suo sensu quod optimum intellexerit, siue intellexisse sibi uisus fuerit, dicat: et tamẽ ei qui potest, locum decernendi relinquat, paratus optemperare omnibus quæ ille secundum uoluntatem ac legem Dei agenda disposuerit.

Et surrexit Ezras ante domum Dei, & abiit ad cubiculum Iohanan filij Eliasib, & ingressus est illuc.] Eliasib erat summus sacerdos temporis illius, siquidem post Iesum filium Iosedec, Ioachim filius eius, & post eum Eliasib filius illius, summi sacerdotij gradu functus est: & ut sequentiã huius sacræ historię, & Iudaica Iosephi probat historia.

Panem non comedit, & aquam non bibit. Iugebat enim in transgressione eorum qui de captiuitate uenerant.] Exemplum hic habebunt eximium non solum flendi & orandi, uerum etiã ieiunandi pro his qui peccauerunt: & cum beati sint lugetes, qui propria deflent peccata, quoniã accepta remissione consolantur, quanto esse beatiore credendi sunt, qui etiã fraternis lugent erratibus: & hoc in tantum, ut ne panem quidem & aquam, quæ absti-

suprà cap. 9.

Et missa est uox in Iuda et Hierusalem omnibus filiis: transmigrationis. & cetera, usq; dum dictum est: Conuenerunt igitur omnes uiri Iuda & Benjamin in Hierusalem tribus diebus.] Dum dicuntur filij Iuda & Benjamin conuenisse, manifeste patet, quia hi qui alienigenarum uxoribus conubio polluti sunt, de prima transmigratione fuerant, quæ de his tribus erat, ac per Iesum & Zorobabel domum reuocata est, sicut & superius diximus.

Ipsa est mensis nouus, uicesimo die mensis, & sedit omnis populus in platea domus Dei, trementes a peccato et pluujs.] Nonus mensis ipse est, qui ab Hebræis Casleu, à Romanis uocatus December, quem in medio hyemis uenire & esse pluuiale ac tempestiuum, mirũ quis nesciat. Vnde diligentius notandum, quia cum in medio hyeme populus conuenerit, tremere a peccato & pluujs memoratur. Cum enim pluias ipso etiam tempore pluiarum ultra solitũ cadere cerneret, reuersi ad cõscientiã, intellexerunt hoc ob sua scelera factum, iramq; superuicturam cœlestem, ex ipsa aeris perturbatione admoniti timuerunt. Ideoq; non in priuatis domibus sua negocia agere præsumperant, sed in platea domus Domini, assumpto pœnitentiæ & humilitatis habitu confederant. Hoc propter eos qui turbatis licet elementis, & uel uentorum fragore, uel inundantia pluiarum, uel niuũ aceruis, uel ardore siccitatis, uel etiam exitio hominum siue animalũ desuper ingruescente, atq; ipso iudice per aperta iudicia uim suæ iræ immitante, nihil omnino de correctione morum, qua iudicem placent, plagamq; impendentem euadant, inquirunt: sed tantum seduli pertractant, qua arte aduersa quæ exterius propter peccata defæuiunt, aut euitent aut superent. Sedit autem populus in platea domus Dei, hoc

Et missa est uox in Iuda et Hierusalem omnibus filiis: transmigrationis. & cetera, usq; dum dictum est: Conuenerunt igitur omnes uiri Iuda & Benjamin in Hierusalem tribus diebus.] Dum dicuntur filij Iuda & Benjamin conuenisse, manifeste patet, quia hi qui alienigenarum uxoribus conubio polluti sunt, de prima transmigratione fuerant, quæ de his tribus erat, ac per Iesum & Zorobabel domum reuocata est, sicut & superius diximus.

Ipsa est mensis nouus, uicesimo die mensis, & sedit omnis populus in platea domus Dei, trementes a peccato et pluujs.] Nonus mensis ipse est, qui ab Hebræis Casleu, à Romanis uocatus December, quem in medio hyemis uenire & esse pluuiale ac tempestiuum, mirũ quis nesciat. Vnde diligentius notandum, quia cum in medio hyeme populus conuenerit, tremere a peccato & pluujs memoratur. Cum enim pluias ipso etiam tempore pluiarum ultra solitũ cadere cerneret, reuersi ad cõscientiã, intellexerunt hoc ob sua scelera factum, iramq; superuicturam cœlestem, ex ipsa aeris perturbatione admoniti timuerunt. Ideoq; non in priuatis domibus sua negocia agere præsumperant, sed in platea domus Domini, assumpto pœnitentiæ & humilitatis habitu confederant. Hoc propter eos qui turbatis licet elementis, & uel uentorum fragore, uel inundantia pluiarum, uel niuũ aceruis, uel ardore siccitatis, uel etiam exitio hominum siue animalũ desuper ingruescente, atq; ipso iudice per aperta iudicia uim suæ iræ immitante, nihil omnino de correctione morum, qua iudicem placent, plagamq; impendentem euadant, inquirunt: sed tantum seduli pertractant, qua arte aduersa quæ exterius propter peccata defæuiunt, aut euitent aut superent. Sedit autem populus in platea domus Dei, hoc

Et missa est uox in Iuda et Hierusalem omnibus filiis: transmigrationis. & cetera, usq; dum dictum est: Conuenerunt igitur omnes uiri Iuda & Benjamin in Hierusalem tribus diebus.] Dum dicuntur filij Iuda & Benjamin conuenisse, manifeste patet, quia hi qui alienigenarum uxoribus conubio polluti sunt, de prima transmigratione fuerant, quæ de his tribus erat, ac per Iesum & Zorobabel domum reuocata est, sicut & superius diximus.

Ipsa est mensis nouus, uicesimo die mensis, & sedit omnis populus in platea domus Dei, trementes a peccato et pluujs.] Nonus mensis ipse est, qui ab Hebræis Casleu, à Romanis uocatus December, quem in medio hyemis uenire & esse pluuiale ac tempestiuum, mirũ quis nesciat. Vnde diligentius notandum, quia cum in medio hyeme populus conuenerit, tremere a peccato & pluujs memoratur. Cum enim pluias ipso etiam tempore pluiarum ultra solitũ cadere cerneret, reuersi ad cõscientiã, intellexerunt hoc ob sua scelera factum, iramq; superuicturam cœlestem, ex ipsa aeris perturbatione admoniti timuerunt. Ideoq; non in priuatis domibus sua negocia agere præsumperant, sed in platea domus Domini, assumpto pœnitentiæ & humilitatis habitu confederant. Hoc propter eos qui turbatis licet elementis, & uel uentorum fragore, uel inundantia pluiarum, uel niuũ aceruis, uel ardore siccitatis, uel etiam exitio hominum siue animalũ desuper ingruescente, atq; ipso iudice per aperta iudicia uim suæ iræ immitante, nihil omnino de correctione morum, qua iudicem placent, plagamq; impendentem euadant, inquirunt: sed tantum seduli pertractant, qua arte aduersa quæ exterius propter peccata defæuiunt, aut euitent aut superent. Sedit autem populus in platea domus Dei, hoc

Et missa est uox in Iuda et Hierusalem omnibus filiis: transmigrationis. & cetera, usq; dum dictum est: Conuenerunt igitur omnes uiri Iuda & Benjamin in Hierusalem tribus diebus.] Dum dicuntur filij Iuda & Benjamin conuenisse, manifeste patet, quia hi qui alienigenarum uxoribus conubio polluti sunt, de prima transmigratione fuerant, quæ de his tribus erat, ac per Iesum & Zorobabel domum reuocata est, sicut & superius diximus.

Ipsa est mensis nouus, uicesimo die mensis, & sedit omnis populus in platea domus Dei, trementes a peccato et pluujs.] Nonus mensis ipse est, qui ab Hebræis Casleu, à Romanis uocatus December, quem in medio hyemis uenire & esse pluuiale ac tempestiuum, mirũ quis nesciat. Vnde diligentius notandum, quia cum in medio hyeme populus conuenerit, tremere a peccato & pluujs memoratur. Cum enim pluias ipso etiam tempore pluiarum ultra solitũ cadere cerneret, reuersi ad cõscientiã, intellexerunt hoc ob sua scelera factum, iramq; superuicturam cœlestem, ex ipsa aeris perturbatione admoniti timuerunt. Ideoq; non in priuatis domibus sua negocia agere præsumperant, sed in platea domus Domini, assumpto pœnitentiæ & humilitatis habitu confederant. Hoc propter eos qui turbatis licet elementis, & uel uentorum fragore, uel inundantia pluiarum, uel niuũ aceruis, uel ardore siccitatis, uel etiam exitio hominum siue animalũ desuper ingruescente, atq; ipso iudice per aperta iudicia uim suæ iræ immitante, nihil omnino de correctione morum, qua iudicem placent, plagamq; impendentem euadant, inquirunt: sed tantum seduli pertractant, qua arte aduersa quæ exterius propter peccata defæuiunt, aut euitent aut superent. Sedit autem populus in platea domus Dei, hoc

Et missa est uox in Iuda et Hierusalem omnibus filiis: transmigrationis. & cetera, usq; dum dictum est: Conuenerunt igitur omnes uiri Iuda & Benjamin in Hierusalem tribus diebus.] Dum dicuntur filij Iuda & Benjamin conuenisse, manifeste patet, quia hi qui alienigenarum uxoribus conubio polluti sunt, de prima transmigratione fuerant, quæ de his tribus erat, ac per Iesum & Zorobabel domum reuocata est, sicut & superius diximus.

Ipsa est mensis nouus, uicesimo die mensis, & sedit omnis populus in platea domus Dei, trementes a peccato et pluujs.] Nonus mensis ipse est, qui ab Hebræis Casleu, à Romanis uocatus December, quem in medio hyemis uenire & esse pluuiale ac tempestiuum, mirũ quis nesciat. Vnde diligentius notandum, quia cum in medio hyeme populus conuenerit, tremere a peccato & pluujs memoratur. Cum enim pluias ipso etiam tempore pluiarum ultra solitũ cadere cerneret, reuersi ad cõscientiã, intellexerunt hoc ob sua scelera factum, iramq; superuicturam cœlestem, ex ipsa aeris perturbatione admoniti timuerunt. Ideoq; non in priuatis domibus sua negocia agere præsumperant, sed in platea domus Domini, assumpto pœnitentiæ & humilitatis habitu confederant. Hoc propter eos qui turbatis licet elementis, & uel uentorum fragore, uel inundantia pluiarum, uel niuũ aceruis, uel ardore siccitatis, uel etiam exitio hominum siue animalũ desuper ingruescente, atq; ipso iudice per aperta iudicia uim suæ iræ immitante, nihil omnino de correctione morum, qua iudicem placent, plagamq; impendentem euadant, inquirunt: sed tantum seduli pertractant, qua arte aduersa quæ exterius propter peccata defæuiunt, aut euitent aut superent. Sedit autem populus in platea domus Dei, hoc

Et missa est uox in Iuda et Hierusalem omnibus filiis: transmigrationis. & cetera, usq; dum dictum est: Conuenerunt igitur omnes uiri Iuda & Benjamin in Hierusalem tribus diebus.] Dum dicuntur filij Iuda & Benjamin conuenisse, manifeste patet, quia hi qui alienigenarum uxoribus conubio polluti sunt, de prima transmigratione fuerant, quæ de his tribus erat, ac per Iesum & Zorobabel domum reuocata est, sicut & superius diximus.

Ipsa est mensis nouus, uicesimo die mensis, & sedit omnis populus in platea domus Dei, trementes a peccato et pluujs.] Nonus mensis ipse est, qui ab Hebræis Casleu, à Romanis uocatus December, quem in medio hyemis uenire & esse pluuiale ac tempestiuum, mirũ quis nesciat. Vnde diligentius notandum, quia cum in medio hyeme populus conuenerit, tremere a peccato & pluujs memoratur. Cum enim pluias ipso etiam tempore pluiarum ultra solitũ cadere cerneret, reuersi ad cõscientiã, intellexerunt hoc ob sua scelera factum, iramq; superuicturam cœlestem, ex ipsa aeris perturbatione admoniti timuerunt. Ideoq; non in priuatis domibus sua negocia agere præsumperant, sed in platea domus Domini, assumpto pœnitentiæ & humilitatis habitu confederant. Hoc propter eos qui turbatis licet elementis, & uel uentorum fragore, uel inundantia pluiarum, uel niuũ aceruis, uel ardore siccitatis, uel etiam exitio hominum siue animalũ desuper ingruescente, atq; ipso iudice per aperta iudicia uim suæ iræ immitante, nihil omnino de correctione morum, qua iudicem placent, plagamq; impendentem euadant, inquirunt: sed tantum seduli pertractant, qua arte aduersa quæ exterius propter peccata defæuiunt, aut euitent aut superent. Sedit autem populus in platea domus Dei, hoc

Et missa est uox in Iuda et Hierusalem omnibus filiis: transmigrationis. & cetera, usq; dum dictum est: Conuenerunt igitur omnes uiri Iuda & Benjamin in Hierusalem tribus diebus.] Dum dicuntur filij Iuda & Benjamin conuenisse, manifeste patet, quia hi qui alienigenarum uxoribus conubio polluti sunt, de prima transmigratione fuerant, quæ de his tribus erat, ac per Iesum & Zorobabel domum reuocata est, sicut & superius diximus.

Ipsa est mensis nouus, uicesimo die mensis, & sedit omnis populus in platea domus Dei, trementes a peccato et pluujs.] Nonus mensis ipse est, qui ab Hebræis Casleu, à Romanis uocatus December, quem in medio hyemis uenire & esse pluuiale ac tempestiuum, mirũ quis nesciat. Vnde diligentius notandum, quia cum in medio hyeme populus conuenerit, tremere a peccato & pluujs memoratur. Cum enim pluias ipso etiam tempore pluiarum ultra solitũ cadere cerneret, reuersi ad cõscientiã, intellexerunt hoc ob sua scelera factum, iramq; superuicturam cœlestem, ex ipsa aeris perturbatione admoniti timuerunt. Ideoq; non in priuatis domibus sua negocia agere præsumperant, sed in platea domus Domini, assumpto pœnitentiæ & humilitatis habitu confederant. Hoc propter eos qui turbatis licet elementis, & uel uentorum fragore, uel inundantia pluiarum, uel niuũ aceruis, uel ardore siccitatis, uel etiam exitio hominum siue animalũ desuper ingruescente, atq; ipso iudice per aperta iudicia uim suæ iræ immitante, nihil omnino de correctione morum, qua iudicem placent, plagamq; impendentem euadant, inquirunt: sed tantum seduli pertractant, qua arte aduersa quæ exterius propter peccata defæuiunt, aut euitent aut superent. Sedit autem populus in platea domus Dei, hoc

Et missa est uox in Iuda et Hierusalem omnibus filiis: transmigrationis. & cetera, usq; dum dictum est: Conuenerunt igitur omnes uiri Iuda & Benjamin in Hierusalem tribus diebus.] Dum dicuntur filij Iuda & Benjamin conuenisse, manifeste patet, quia hi qui alienigenarum uxoribus conubio polluti sunt, de prima transmigratione fuerant, quæ de his tribus erat, ac per Iesum & Zorobabel domum reuocata est, sicut & superius diximus.

Ipsa est mensis nouus, uicesimo die mensis, & sedit omnis populus in platea domus Dei, trementes a peccato et pluujs.] Nonus mensis ipse est, qui ab Hebræis Casleu, à Romanis uocatus December, quem in medio hyemis uenire & esse pluuiale ac tempestiuum, mirũ quis nesciat. Vnde diligentius notandum, quia cum in medio hyeme populus conuenerit, tremere a peccato & pluujs memoratur. Cum enim pluias ipso etiam tempore pluiarum ultra solitũ cadere cerneret, reuersi ad cõscientiã, intellexerunt hoc ob sua scelera factum, iramq; superuicturam cœlestem, ex ipsa aeris perturbatione admoniti timuerunt. Ideoq; non in priuatis domibus sua negocia agere præsumperant, sed in platea domus Domini, assumpto pœnitentiæ & humilitatis habitu confederant. Hoc propter eos qui turbatis licet elementis, & uel uentorum fragore, uel inundantia pluiarum, uel niuũ aceruis, uel ardore siccitatis, uel etiam exitio hominum siue animalũ desuper ingruescente, atq; ipso iudice per aperta iudicia uim suæ iræ immitante, nihil omnino de correctione morum, qua iudicem placent, plagamq; impendentem euadant, inquirunt: sed tantum seduli pertractant, qua arte aduersa quæ exterius propter peccata defæuiunt, aut euitent aut superent. Sedit autem populus in platea domus Dei, hoc

est circa atrium sacerdotū, quo ipsa domus Dei undiq; uersum erat circumdata, ut supra docuimus: habēs circa se ex omni parte per quatuor ædes atiorū amplissimas, in quib. etiā populus, si quando propter pluias opus esset stare poterat, & nihilominus ea quæ in templi sanuis gerebant, uel circa templū, uidere. Habebant namq; interiores parietes iuxta terram in columnis factos, exteriores solidos.

Et surrexit Ezras sacerdos, & dixit ad eos: Vos transgressi estis. & cætera, usq; dum dictum est: Et abierunt sacerdotes Ezras et uiri principes familiarum in domos patrum suorum, & omnes per nomina sua. Hic locus respondet ad hoc quod supra dictum est, Et surrexit Ezras ante domū Dei, & abiit ad cubiculū Iohanan filij Eliasib, & ingressus est illuc, panem nō comedit, & aquā non bibit: lugebat enim. Vbi notanda deuotio pontificis, qui lugens, orans ac ieiunans pro transgressione populi, per triduum in atrijs templi permanebat: nec prius domū suam uolebat intrare, q̄ accepta consensione populi ex toto illum corde penitentē, conuersumq; ad Dominum uideret. Cuius deuotionis etiam reliqui principes fuisse consortes uident, cum dicuntur & ipsi finita synodo abiisse in domos patrum suorum. Nam si non uoluit hoc hac sententia sacra scriptor hystoria significare, quid opus fuit scribere, quod expleto colloquio Ezras & principes familiarū in domos patrum suorum de templi septis exeūtes abierint, cū eos hoc facturos etiā si scriptura nō dixisset, nemo nō sciret? Quid opus addere, Et omnes per nomina sua, cū & hoc esset omnib. notissimū: nisi quia tales eos uoluit intelligi, quorum nomina & actus merito in memoria tenerentur, ac posteris noscenda traderentur.

Et sederunt in die prima mensis decimi, ut quærent rem: & consummati sunt omnes uiri qui duxerant uxores alienigenas, usq; ad diem primam mensis primi. Nota numerum ternariū figuris mysticis esse usitatissimū. Supra dictū est, quod in tribus diebus omnes filij transmigrationis uenire deberent in Hierusalem: & nunc in tribus mensibus, decimo uidelicet, undecimo & duodecimo castigantur ab uxoribus alienigenis. Tres namq; sunt uirtutes, sine quibus ad uitam peruenire nequimus, fides, spes, & charitas. Tertio tempore seculi ueniens in mundum Dominus, gratiam nobis Euangelij contulit. Primū namq; tempus ante legem in patriarchis, secundū in prophetis sub lege præmisit, in tertio ipse cum gratia uenit: quia sua nos passionem redimens, tertia die resurrexit à mortuis: per cuius gratiam, quia & consortio sancte Ecclesie copulamur, & a uitiorū expurgamur illecebris, apte filij transmigrationis, & in tribus diebus castigandi ab erroribus suis Hierosolymā conuenerunt, & in tribus mensibus ipsi castigandi opus compleuerunt. Sed & iuxta literam opportunè satis ac salubriter elaborauerunt principes familiarum & Leuitæ, ut ante initium mensis primi cōsummarentur omnes qui prophano erant connubio maculati: id est à tali scelere purgarentur, quatenus ipsum mensē primū in quo erat

Pascha faciendū, mundi intraret, mundi pascha lia festa perageret, mundi annum quem mundi inchoasset, ad finem usq; perduceret. Quod etiā nos omnib. annis in Quadragesima paschiae cōuenit imitari: ut instantibus solennijs Dominiæ resurrectionis, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, quo & ipsi participes resurrectionis esse ualeamus.

Summa eorum qui uxores, quas duxerant, alienigenas eiecerunt. CAPVT XIII.

Et inuenti sunt de filijs sacerdotum qui duxerant uxores alienigenas, de filijs Iosue filij Iosedec, et fratres eius Masia & Eliezer & Iarib & Godolia. Hebraei huic loco aptant illud Zachariæ prophetæ: Et ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotē magnū stātem corā angelo Domini, & satan stabat à dextris eius, ut aduersaret ei. Et paulo post: Et Iesus erat indutus uestibus sordidis, & stabat ante faciem angeli. Et respondit, & ait ad eos qui stabant coram se, dicens: Auferte uestimēta sordida ab eo. Et dixit ad eum: Ecce abstuli à te iniquitatē tuā, & indui te mutatorijs. Et ponite cydarim mundam super caput eius. Recte, inquiunt, stabat satan à dextris illius & à sinistris, ut aduersaretur ei, quia uera erat accusatio, eo quod & ipse cum cæteris alienigenā accepisset uxore. Quod autē dicit, quia Iesus erat indutus uestibus sordidis: tripliciter interpretatur, uel ob coniugiū illicitū, uel ob peccata populi, uel propter squalorem captiuitatis. Angelus autem, ante cuius faciem stabat Iesus, præcepit cæteris angelis ex persona Domini, ut auferant ab eo sordida uestimenta, de quibus diximus. Qui cum præceptum opere complessent, rursus idem angelus loquitur ad Iesum: Ecce abstuli à te iniquitatē tuam: hæc sunt sordida uestimenta: & indui te mutatorijs, hoc est Israelitem tibi coniugē copulaui. Quodq; sequit, Ponite cydarim mundā super caput eius: quæ mitra à pleriq; dicit: in hac uolunt intelligi sacerdotij dignitatē, quod ablatis sordibus peccatorū, mundū habuerit sacerdotiū. Sed in uendum, quod nō scribit Ezras, Iesum ipsum alienigenā duxisse uxore, sed quosdā de filijs & fratribus eius hoc facinore dicit esse pollutos. Quāuis & culpa filiorū ad patrē respiciat, nec perfecte possit esse iustus, qui filios delinquentes, dum potuit, corrigere neglexit. Vnde aiunt quidam præfatā de Iesu prophetiā non ad filiū Iosedec, sed ad Dominū saluatorem esse referendā. Qui cum sit splendor gloriæ & figura substantiæ Dei, sordida ad tempus uestimenta accepit, ex cōpassione nostræ fragilitatis, dicente Esaiā: Ipse autem uulneratus est propter iniquitates nostras, & infirmatus est propter peccata nostra: cui satan stabat à dextris, ut aduersaret ei, quærens semper dextris eius, & uirtutibus contrariare, ut sacra Euangelij refert hystoria. Et Apostolus: Est, inquit, per omnia pro similitudine absq; peccato. A quo sordida uestimenta auferuntur, & induitur mutatorijs, cum lauerit nos à peccatis nostris in sanguine suo: ut sit quod Apostolus ait, Quicumq; ergo in Christo baptizati estis, Iesum

stum induistis. Vel qui sordida habuit uestimenta in passione, mutatoria accepit in resurrectione, ita ut de illo ueraciter dicere possimus: Qui etli noueramus Christū secundum carnem, sed iam nunc nō nouimus. Cydarim quoq; accepit in capite, quia sempiternū habere probatus est sacerdotiū, iuxta illud Psalmistæ: Tu es sacerdos in æternū. Quod uerò dicit Ezras, fratres quoq; Iesu filij Iosedec uxores duxisse alienigenas: nō fratres eius carnales, sed more sanctæ scripturæ, cognatos oportet intelligi. neq; enim fratres eius germani eatenus in carne uiuere, & uoluptati operam dare potuerunt, cum centū & eo amplius anni essent transacti, ex quo Cyrus regnare incipiens, Iesum & Zorobabel cum transmigratione Iuda & Beniamin, ad cōstruendam domum Domini Hierosolymā remisit. Sequitur:

Et dederunt manus suas, ut eiecerent uxores suas, & pro delicto suo arietē de ouibus offerrent. & c. usq; dum completo catalogo poenitentium dictum est: Omnes hi acceperant uxores alienigenas, & fuerant ex eis mulieres quæ pepererant filios. J Primò à se uxores abijciunt illicitas, & sic pro se arietem offerunt, ut ablato scelere mundi ad altare accederent. Difficile namq; est eius acceptam Deo esse uictimam, qui nō prius culpam, pro qua offert, relinquere contendit, dicente Esaiā: Qui escite agere per uerse, discite bene facere. Et quia filij uel fratres fuere summi sacerdotis, qui primi peccauerant, recte in castigationem sceleris, arietem de gregibus offerunt, ut tali hostia designent, quia seipos qui doctores populi ac principes quasi duces gregum sequentium esse uidebantur, à pristina uita maculare, ac purgatos dignam poenitentia Deo per meliorem uitam offerre disposuerant. Notandum interea, quanta arte pugnandi diabolus fideles semper impugnet, quā nullum eis unquam securum à certo tempore relinquat. Ecce enim qui aduersitatibus superari non poterant, superantur blandimentis: uincebāt hostes publicos ædificato templo Domini ac dedicato, sed uincebantur amore mulierum gentilium, ne templa cordium uel corporum suorum Deo inhabitatore digna seruari. Cuius rei temporibus nostris manifestissimè est figura completa, cum uideamus animos fidelium multo periculosius nūc interius tentari, à concupiscentia sua abstractos & illectos, quā tentabantur quondam extrinsecus, cum immanis aduersarij contra eorum constantiam ferro & igne sauebat. Sed aderit pietas Domini, quæ sicut tūc illis aduersus aperta furentiū certamina, uirtutem patientiæ largita est: ita & nobis aduersus surripientium laqueos blanditiarum cautelæ donet custodiam. Deniq; agente inductio pontifice & his qui timebant Dominū cunctis cōpuncti sunt corde qui peccauerāt, et eiecerūt uxores alienigenas: sicq; expulsa turpitudine luxuriæ, redijt decus castimonie, atq; in ciuitate Domini electo rudere uitiorū, respersti sunt flores & aromata uirtutū. Hucusq; uerba Ezræ, quibus & primò Zorobabel ac Iesu, & deinceps sua facta descripsit. Et ipse

aūt typū Domini saluatoris manifeste tenuit, in eo quod sanctā renouauit scripturā, quod populum de captiuitate Hierosolymam reuocauit, q̄ domū Domini maioribus donis sublimauit, quod duces trans flumen Euphratem, ac præsidēs qui legē Dei nossent, constituit, quod filios transmigrationis ab uxoribus castigauit externis. Restaurauit enim Dominus scripturā sacra, quia quæ scribæ & pharisæi, uel per traditiones suas scēdauerāt, uel iuxta literā tantū intelligendam esse docebāt, ipse spiritali sensu plenā, prout à Moysē uel prophetis scripta erat, ostendit. Sed & nouū Testamentum missō desuper spiritu sancto per apostolos siue apostolicos uiros fecit describi. Eduxit populum de Babylonica captiuitate, & ad Hierosolymam, terramq; promissionis liberatū induxit: quia & semel passus in cruce, mundum suo sanguine redemit, ac descendens ad inferos, quoscumq; ibi ueros Israelitas, id est electos inuenit, abductos inde ad moenia supernæ ciuitatis adduxit, eisq; gaudia olim promissæ hereditatis cōcessit. Et quotidie fideles à perturbatione mundi huius cōgregans, ad consortium sanctæ Ecclesie regnumq; perenne conuocat. Auxit ornatus templi auro & argento & uasis preciosis, quæ uel populus Israel, uel principes Persarū illō per eum miserant: quia in se credentes de utroq; populo, Iudæo uidelicet & gentili, in Ecclesiā introducens, claritate fidei & operis eorū hanc semper ornare ac glorificare nō desistit. Constituit duces ac præsidēs omni populo trans flumē, qui legē Dei nossent ac docerent: quia in sancta Ecclesia, quæ & flumine sacri baptismatis abluta est, & flumen Babyloniū, hoc est perturbationū seculi fluctuātis fidei sinceritate transcendit, apostolos, Euangelistas, pastores posuit, et rectores. Castigauit filios transmigrationis ab uxoribus alienigenis, quia illos qui professione fidei mundo abrenunciauerāt, illecebris mudi ultra seruire prohibuit. Eiecit & filios talium genitricū de cœtu transmigrationis, ne forte adulti perfidiā potius earū, q̄ fidē seque rentur patrū: quia opera nostra etiā quæ hominibus bona uident, si carnalibus sint delectationibus permixta, si originē de cōtagio humani fa uoris sumpserint, reprobasse docuit, neq; illorū consortio digna, qui mundum perfecte relinquētes, tota mente ad cœlestia transeūt: qui nō blandimentis eneruari temporalibus, sed aduersitatibus magis exercent, atq; ad requiem sempiternam gaudēt præparari. Quod si quis obijcere uoluerit, nō esse scriptū, quod filios adulterarū, sed tantū ipsas mulieres eiecerint: quāuis supra suggerēt Sechenia, ac dicēt: Percutiamus foedus cum Deo nostro, & proijciamus uniuersas uxores, & eos qui de his nati sunt: subitū cū sit cōtinuō, et dictum: Surrexit ergo Ezras, adiu uauit principes sacerdotū & Leuitarū, & omnē Israel, ut facerent secundū uerbū hoc, & iurauerūt: intelligat, quia si nō peccerūt hos filij transmigrationis liberos, quos sibi mulieres alienigenæ pepererāt, illa fuerit causa, quod eos abrenunciare

nunciare maternæ infidelitate docuerunt, & consecratos Domino per circumcisiõem & hostiam salutarem, suæ fidei & castitatis consortes esse fecerunt. Cuius profectio rei in promptu esse mysterium constat, quia bona opera, quæ intuitu temporalis cõmodi, uel fauoris, uel delectationis agimus, aut inter mala sunt opera reputanda, aut infima intentione secernenda, & pro cœlesti solû retributione sunt facienda. Qui enim, uerbi gratia, seiuat, orat, elemosynam dat illa intentione, ut uideat et laudet ab hominibus, talis nimirum proles bonæ actionis, quasi de imunda genitrice nata est conscientia: fordidantis: ideoq; transmigrantium in cœtu, qui de Babylone Hierosolymam ascenderunt, partem habere non potest, quia nimirum iustitia, uel potius simulatio iustitiæ, quæ in præsentem mercedem suam recipit, futura in cœlis mercede carebit. At si talis autor operis mentem ad meliora conuertens, pro cœlesti retributione facere cœperit, quæ pro inanis appetitu laudis faciebat, quasi sobolem suam, tamen indignè editam, Domino consecrans, ciuem Hierosolymitanam facit: quia opus malè inchoatû corrigens ex tempore, perpetua in cœlis mercede dignum reddidit.

BEDAE PRESBYTERI

IN LIBRUM NEHEMIAE,

qui est Ezra secundus, allegoricæ expositionis Liber tertius.

Nehemias pincerna regis Artaxerxis, audita afflictione eorum qui erant in Hierosalem, ieiunat, orat, quærit misericordiam à Domino.

CAPVT XV.



MERBA Nehemias filij Helchiae. Et factum est in mense Casleu anno uicesimo, et ego eram in Susis castro, et uenit Hanani unus de fratribus, ipse et uiri ex Iuda. Et interrogauit eos de Iudeis, qui remanserant et supererant de captiuitate Hierusalem. Nehemias interpretatur Latine consolator Dominus, uel cõsolator à Domino: qui cum renouauerit muros Hierusalem, & populum Dei ab hostium insultatione liberatum, in diuinæ legis obseruantia sublimauerit: profectio cõstat, quia & uocabulo & opere & persona sua non inconuenienter mediator Dei & hominum, hominem Christum Iesum designet, qui se ad consolationem pauperû spiritum missum insinuat, cum ascensus in cœlum discipulis ait: Ego rogabo patrem, & alium paracletum, hoc est consolatorem dabit uobis. A quo aedificandam ciuitatem Dei, sanctam uidelicet Ecclesiam, simul & consolandos esse moerentes, ostendit psalmista cum dicebat: Aedificans Hierusalem Dominus, & dispersiones Israel cõgregans. Qui sanat contritos corde, &c. Congruit figura Nehemias & sanctis prædicatoribus, quorum ministerio superna nobis consolatio præstat, dum post lapsum peccati, spem ueniam ac propitiationis diuinæ penitentibus pollicentes, quasi diruta ab hostibus Hierosolymorum moenia, murosq; restaurant,

Ioan. 14.

Psal. 146

Mensis autem Casleu ipse est, quæ nos Decembrem uocamus, estq; apud Hebræos nonus, apud nos anni mēsis ultimus: cuius uocabulum, quod Latine spes eius interpretatur, aperitissimè conuenit uotis eius qui ad erigendas ruinas sanctæ ciuitatis animum intendebat. Primum namque bonæ actionis fundamentum est, spem nos habere indubiam de auxilio Domini perficiendi quæ cupimus. Ipse est mensis, in quo Dominus noster in carne natus est, pulcherrimè nobis suo nomine longe antè præfigurans, quod in eo diu speratus ab electis, uerus Nehemias, id est consolator à Deo patre, ad aedificationem sanctæ Ecclesiæ esset uenturus in mundum. Quod autem scribit Nehemias, fuisse se in Susis castro, cum uenirent uiri, qui nunciarent de Hierosolymis. Susa est metropolis regni Persarum, ut in Esther historia legimus: quam non solum Nehemias, sed & Daniel propheta castrum uocat: nõ quod castrum sit urbs, ut diximus, metropolis ac potentissima, sed quod tanta sit firmitate aedificata, ut castrum esse uideatur. Interpretatur autem Susis equitatio, uel reuertens: quod uidelicet nomen munimini mentis fidelium conuenienter aptatur, eorum maxime qui de captiuitate Hierusalem curam gerunt, hoc est de salute eorum qui aliquando per insidias diaboli de Ecclesia rapti, sed penitendo sunt denuo per gratiam Dei ad Ecclesiam reducti. Tales sunt enim in reuerente castro, hoc est in robore mentis reuocata ab infimis delectationibus ad desiderium supernæ patriæ, à quo in primo parente deciderat. Tales sunt in equitatu sanctorum cordium firmissimo, qui Deum portant sefforem. Iuxta illud propheta: Ascendens ascendes super equos tuos, & equitatio tua sanitas. Ascendit quippe Dominus super equos suos, cum prædicatorum corda quæ regit, gratia suæ pietatis illustrat: & equitatio eius sanitas, quia & illos quibus regedo præfidet, ad salutem prouehit aternam, et alios quoq; per eos quibus æquè præfidet, eiusdè perpetuæ salutis participes facit. Interrogatè igitur Nehemia de eis qui remanserant de captiuitate Hierusalem, uideamus quid sequatur:

Et dixerunt, inquit, mihi: Qui remanserunt, et relictis sunt de captiuitate ibi in prouincia, in afflictione magna sunt, et in opprobrio: et murus Hierusalem dissipatus est, et portæ eius combustæ sunt igni. Patet literæ sensus: quia qui remanserant de captiuitate, etsi in pace uersari uidebantur, amico eius existente rege Persarum, quibus etiam in multo ante Ezram scribã cum epistolis miserat, qui haberet potestatem in omni regione trans flumen: in afflictione tamè maxima erant mentis, quod exprobrarent eis, hostes ciuitatem sanctam adhuc remansisse destruetam. Sed & nunc in sancta Ecclesia meritò affliguntur, ac tristitia saluari compunguntur, qui rescipiscentes ipsi à præteritis sceleribus, proximos adhuc suos uitij subiacere considerant: ita ut per negligentiam eorum qui correctis multis prodesse poterat, quasi per muros urbis dissipatè diabolus liberum in Ecclesiam habeat introitum.

Esther. Daniel.

troitum. Quod eo magis dolendum sit necesse est, si & ipsi qui alijs doctrina uel exemplo prodesse debuerant, exemplum interitus sese cernentibus corruptè uiuendo præmonstrant. Hoc est enim portas Hierusalem flammis hostilibus esse perustas, eos qui bene uiuendo ac docendo dignos in cœtum electorum introducere, indignos uerò arcere debuerant, auaritiæ, luxuriæ, superbiæ, contentionis, inuidiæ, cæterorum uel quæ hostis malignus ingerere solet, uitiorum incendio perire. Quid uerò nobis ad hæc fieri uideatur, quid ue agendum sit, ostenditur cum protinus adiungitur:

Cumq; audissem uerba huiusmodi, sedi et fleui et luxi diebus multis, et ieiunabam et orabam ante faciem Dei cœli, et dixi: Quæso Domine Deus cœli, fortis, magne atq; terribilis, qui custodis pactum et misericordiam cum his qui te diligunt, et custodiunt mandata tua, fiat auris tua auscultans, et oculi tui aperti, ut audias orationem seruû tuû. Et, usque ad finem orationis, ubi dicit: Et dirige seruû tuum hodie, et da ei misericordiam ante uirum hunc. Si enim uir sanctus audiens destructa lapidum ac lignorum aedificia, rectè lugebat, ieiunabat & orabat, & hoc multo tempore sedens in tristitia: quanto magis in destructione ac ruina animarum, quæ per peccatum committitur, cõtinuis est luctibus, lachrymis, orationibus insistendum: quatenus miserante Domino, ad pristinam erigantur sospitatem, qui in opprobrium religionis, triumphante inimico, iacebant diutina uitiorum sordibus squalentes.

Nehemias accepta licentia et epistolis regis, uenit Hierusalem aedificare ciuitatem: à quo anno supputantur septuaginta hebdomades annorum, quas prædixit angelus Danieli, et pertingunt ad tempus passionis Domini.

CAPVT XVI.

FACTUM est autem in mense Nisan, anno uicesimo Artaxerxis regis, et uinum erat ante eum. Et lenauit uinum, et destitit, et eram languidus ante faciem eius. Nisan est primus anni mensis secundum Hebræos, in quo semper agere Pascha solebat, quem nos Aprilium dicimus. Quod ergo supra dixit, quia luxerit, ieiunauerit, atq; adorauerit diebus multis: patet profectio, quia per quatuor menses continuos, nonum uidelicet, decimum, undecimum & duodecimum, huic sacratissimæ deuotioni operam dabat, tempus expectans opportunum, in quo suû posset desiderium regi intimare. Et quidem princeps uinariarius erat, regi poculum porrigebat, officium lætitiæ foris agebat, sed ipse interius graui tristitia premebatur, quod sanctam ciuitatem dirutam, & populum Dei opprobrio & contemptui inimicis Dei habitum esse inuenit. Vnde cum suis similibus protestatur loquens in Psalmo: Super flumina Babylonis, illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion.

Dixitq; mihi rex: Quare uultus tuus tristis est, cum te agrotum non uideam? non est hoc frustra, sed malû nescio quid in corde tuo est. Et timui ualde ac nimis. Et, usq; diu consentiente rege, ut aedificaretur Hierusalem, & daret epistolas Nehemias ad duces regionis trans flumen, dictum est: Et dedit mihi rex iuxta manum Dei mei bonam mecum, et ueni ad duces regionis trans flumen,

dediq; eis epistolas regis. Quomodo Cyrus primus Persarum regem figuram tenere Domini saluatoris, Elia docente, manifestè cognouimus, eo quod captiuitate populum Dei soluerit, & templum instaurari præcepit: ita etiã rectè successorem eiusdem imperij Artaxerxen, qui ciuitatè Hierusalem reaedificare eadem deuotione mandauit, in typum Domini accipere ualeamus, qui ciuitatem sibi de uitis lapidibus, hoc est unam de omnibus electis Ecclesiæ, per officium prædicatorum construit. Vnde bene Artaxerxes lumen silentio tentans interpretatur. Lumen etenim uita Dominus est, qui corda fidelium suorum silentio tentat, dum eos aliquando dulcedine gratiæ cœlestis illustrat, aliquando pressuris uitæ præsentis obnubilat, ut temporalibus aduersis eruditi, ardentius aeterna bona desiderarent. Memorabilis hic annus, quo Hierusalem aedificari permissa est, & mysticis prophetæ Danielis iam olim est præsignatus literis, dicente ad eum angelo, septuaginta hebdomadas abbreviatis esse super populum eius, & super ciuitatem eius sanctam. Et paulo post: Ab exitu sermonis, ut iterum aedificetur Hierusalem usq; ad Christum ducem, hebdomades septem & hebdomade sexaginta duæ erit. Et paulo post: Confirmabit autem pactum multis hebdomada una, & in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium. Incipiunt ergo hæc hebdomadae à tricesimo anno Artaxerxis, quando aedificandi Hierusalem licentiam dedit: quo tempore, ut Iulius Africanus scribit, regni Persarum centum & quindecim anni fuerant euoluti, & totidem anni usque ad Alexandrum magnum, quædam Darium occidit, imperfecti remanserant. Captiuitatis autem Hierusalè centesimus octogessimus & quintus erat annus, & perueniunt usq; ad tempora Dominicæ passionis, per quam hostijs & sacrificijs legalibus finis impositus est. Habent uerò singula hebdomadae annos septenos, annos quadringentos & nonaginta, secundum lunæ cursum uidelicet: ita duntaxat, ut uni singuli nouo et insolito more, nõ amplius quam duodecim menses lunares habeant. Vnde consultè angelus septuaginta hebdomadas non annumeratas, sed abbreviatas super populum eius dicit, qui sunt anni solaris 475. De qua tota prophetiæ sententia plenissimè, prout potui, disserere in Temporum libro curauit.

Et audierunt Sanaballat Horonites, et Tobias seruus Ammonites, et contristati sunt afflictione magna, quod uenisset homo, qui quæreret prosperitatem filiorum Israel. Et heretici contristant, atq; omnes inimici Ecclesiæ, quoties electos quosq; pro catholica fide uel correctione morum, quibus Ecclesiæ muri renouentur, laborare conspiciunt. Notanda etenim animarum rerumq; diuersitas, quia supra quidem dicti sunt, hi qui remanserant de captiuitate in Iudæa, in afflictione magna & opprobrio fuisse: sed & Nehemiam Iogum cum fletu & precibus duxisse ieiunium, eo quod muros Hierusalè dissipatos, & portæ illius essent igne combustæ, et nunc uersa

uersa uice hostes eiusdem sanctæ ciuitatis con-
tristati, & in afflictione sunt magna cõstituti, eo
quod ædificia illius restaurata, simul & ciues in-
telligerent ab insultationibus hostium esse sub-
leuandos. Vnde colligendum, etiam in hac uita
sententiã illam Domini posse cõpleri: qui cum
dixisset, Amen amẽ dico uobis, quia plorabitis
& flebitis uos, mundus autem gaudebit, uos au-
tem contristabimini: continuo subiicit, Sed tri-
stitia uestra uertetur in gaudium. Flente namq[ue]
mundo qui gaudebat, tristitia iustorũ uertetur
in gaudium, cum res sancte Ecclesie crescere, &
eos qui peccando aberrauerant, pœnitendo ad
eam redire cognoscuntur.

*Nehemias perueniẽs Hierusalem, cõsiderat nocte rui-
nam murorũ, et manẽ causam sui itineris aperiens, cor
& manus populi ad ædificandum confortat.*

CAPVT XVII.

ET ueni Hierusalem, & mansi ibi tribus diebus, & surre-
xi nocte, ego & uiri pauci mecum, et non indicaui cui-
quam quid dedisset Deus in corde meo, ut facerem in Hierusa-
lem: & iumentum non erat mecum, nisi animal cui insidebam:
& egressus sum per portã uallis nocte. &c. usq[ue] dum ait:
Et considerabam murum dissipatum, & reuersus ueni ad por-
tam uallis, & redij. Diuersa urbis destructe loca lu-
strando peruagatur, & singula hæc, quomodo
debeant reparari, sollicita mente scrutatur. Sic et
doctorum est spiritualitẽ, sapius nocte surgere,
ac solerti indagine statũ sanctæ Ecclesie quie-
scentibus cæteris inspicere: ut uigilanter inqui-
rant, qualiter ea que uitiorum bellis in illa sordida
siue deiecta sunt, castigando emendent &
erigant. Murus autem Hierusalem dissipatus ia-
cet, & cõuersatio fidelium terrenis atq[ue] infimis
sordet affectibus: portæ sunt igni consumptæ,
cum iam quoq[ue] qui & alij docendo introitum
uitæ pandere debuerant, relicto ueritatis magi-
sterio, communi cum cæteris ignauia torpent,
ac temporalibus curis inseruiunt.

Et dixi eis: Vos nostis afflictionem in qua sumus, quia Hie-
rusalem deserta est, & portæ eius cõsumptæ sunt: uenite,
& ædificetur murus Hierusalem. &c. usq[ue] dum ait: Et con-
fortatae sunt manus eorum in bono. Plana sunt hæc, &
spirituali sensu nimis accommoda: quia docto-
res sancti, imò omnes qui zelo Dei feruent, in
afflictione sunt maxima, quandiu Hierusalem,
hoc est uisionẽ pacis, quam nobis Dominus re-
liquit & commendauit, per bella dissensionum
cernunt esse desertam: & portas uirtutum, quas
iuxta Esaiam, laudatio occupare debuerat, pre-
ualentibus inferiorum portis, defectas, atq[ue] op-
probrio habitas contuentur. Vnde satagunt col-
lectis in unam industriã uerbi ministris, rursus
ea quæ destructa esse uidebantur, fide ac bona
actione ædificare.

*Murus, turres et portæ Hierusalem ædificantur, inci-
piente Eliasib sacerdote magno.*

CAPVT XVIII.

ET surrexit Eliasib sacerdos magnus, & fratres eius sa-
cerdotes, et ædificauerunt portã gregis. Eliasib iste
pontifex summus illius temporis, filius fuit Ioa-
chim, qui post patrem suum Iesum filium Iosedec

sacerdotem magnũ, & ipse nõ paruo tempo-
re pontificatus infulis fungebat. Et recte restau-
ratio ciuitatis à sacerdote magno, et fratribus e-
ius cœpit, ut qui gradu præcellerãt ordinis, ipsi
in bonis operibus exemplum cunctis fieret. Et
bene ædificantibus sacerdotibus adiungitur:

Et usq[ue] ad turrim centum cubitorum sanctificauerunt eam,
usq[ue] ad turrim Hananeel. Aedificant namq[ue] sacerdo-
tes in centenario numero cubitorum, cum om-
nes quos erudiunt, in amore ac desiderio æter-
norum incendunt. Nam centum que in compu-
to digitorum de læua tanquam in dexteram, cœ-
lestia bona figurant, quæ in comparatione tem-
poralium & inferiorum honorum quasi dextra
sunt ad sinistram. Qui etiam portam quam ædi-
ficauerunt, sanctificasse referuntur. sacerdotum
namq[ue] est sua opera sanctificatione speciali præ-
cæteris digna facere, atq[ue] instanter agere, ut qui-
cunq[ue] sibi iunguntur, nomen in seip[s]is Domini
bene uiuendo sanctificet. Videtur autem iuxta
literam, ideo primam portam gregis, uel à sacer-
dotibus ædificatam, uel esse sanctificatã, quod
in uicinia templi fuerit, & ad ipsos proprie per-
tinerit. nam & hoc rationi congruere uidetur,
ut ædificatio ciuitatis à templo inciperet. Quia
nimium necesse est, ut cõstantiam fidei ac dile-
ctionis in Deum ante omnia conseruemus in
nobis, ac deinde ea quæ ad proximi dilectio-
nem pertineant, opera pietatis addamus: tertio
autem, hoc est ultimo loco, curam ponamus eo-
rum quæ ad generalẽ uitæ huius provisionem
respiciunt, de quibus Apostolus: Habentes, in-
quit, uictum, & quibus tegamur, his contenti
simus. Sed et hoc probabile potest uideri, quod
ex eo porta gregis sit dicta, quod per hanc pe-
cora quæ in templo offerrentur, introduci sole-
rent. Portam ergo gregis in primordio ædifi-
candæ ciuitatis Dei sacerdotes ædificant, cum
sancti prædicatores, auditores suos ante omnia
fidei ueritate, quæ per dilectionẽ operetur, im-
buunt: per quam uictimas honorum introdu-
cere, & in altari sui cordis Deo offerre debeant.
Et huius portæ ædificium per centum cubitos
extensum, usque ad turrim Hananeel, id est gra-
tiæ Dei sanctificant, cum ab initio fidei usque
ad firmitatem bonæ actionis, que non nisi Deo
inspirante atq[ue] auxiliante perficitur, sola æterna
retributionis intentione pertendunt. Notan-
dum sanẽ, quod pro eo nostri codices habent: Et
ædificauerunt portã gregis. Vetus transcripto ha-
bet, Et ædificauerunt portã & piscinã probaticã:
cuius nominis meminit in Euangelio suo Ioan-
nes: Est autem, inquit, Hierosolymis probatica
piscina, quæ cognominatur Hebraicẽ Bethse-
da, quinq[ue] porticus habens: in his iacebat multi-
tudo magna languetium, &c. Neq[ue] aliquid ob-
stat, ipsum intelligere locum hic esse designatũ,
nam nec nomẽ Probaticæ multũ à nomine gre-
gis distat: Græcẽ etenim ouis probatorum nuncu-
pat. Meminit huius loci & Hieronym. in libro
Locorũ, ita scribens: Bethseda piscina in Hierusa-
lem, quæ uocat[ur] pbatica, & à nobis interpretari
potest

potest pecuaris. Hæc quinq[ue] quondã porticus
habuit: ostendunturq[ue] gemini lacus, quorum u-
nus hybernis pluuijs adimpleri solet, alter mi-
rum in modum rubens, quasi cruentis aquis, an-
tiqui in se operis signa testatur. Nam hostias in
eo lauari à sacerdotibus solitas ferunt, unde & no-
men acceperit. Ex quibus omnibus uidet[ur] por-
ta gregis uicina esse piscinæ pbaticæ, ut per hæc
uidelicet afferrent[ur] hostiæ, quæ in illa lauarẽtur.

Portam autem piscium ædificauerunt filij Asnaa. Por-
tã piscium uocat eam, quæ Ioppen ac Diaspolim,
id est Lyddam respiciebat, & uicinior mari fuit
inter cunctas uias Hierusalem, quæ nunc porta
Dauid fertur appellari, & esse prima portarum
ad occidentẽ motis Sion. Cui uidelicet opinio-
ni consentire uident[ur] uerba dierũ, in quibus scri-
ptũ est de Manasse rege Iuda: Post hæc ædifica-
uit murũ extra ciuitatem Dauid ad occidentem
Gihon in conualle, ab introitu portæ piscium,
per circuitum usque ad Ophel, & exaltauit illum
uehementer. Typicẽ autem sicut grex Domi-
ni fidelis, sic etiam pisces solent appellari. Vn-
de sicut Petro ait, Pasce oues meas: ita etiam ei-
dem cum Andrea & cæteris apostolis promit-
tit, dicens: Venite post me, & faciam uos fieri
piscatores hominum. De quibus item piscato-
ribus per parabolam, dicens: Elegerunt bonos
pisces in uasa, malos autem foras miserunt. Por-
tam ergo piscium ædificauerunt in Hierusalem,
cum illi gradus ordinãtur in Ecclesia, per quos
electi à reprobis, quasi boni pisces à malis segre-
gati, ad consortium perpetuæ pacis inferantur.
Porta piscium ædificatur, cum illis uirtutum o-
peribus fideles seruiunt, quibus intutes se pro-
ximos, à fluctibus perturbationis & concupi-
scentiæ mundialis ereptos, ad tranquillitatẽ ac
pacem uitæ spiritualis introducant. Meminit hu-
ius portæ Sophonia propheta, dicens: Vox cla-
moris à porta piscium, & ululatus à secunda. Quia
hoc quod adiunxit, à secunda, secundi muri in
eodem climate portam significat. Nam tempo-
ribus Ezechiae duplicatum fuisse murum ciui-
tatis, uerba dierum narrat, ubi scriptum est: A-
edificauit quoque, agens industrie, omnem mu-
rum qui fuerat dissipatus, & extruxit turres de-
super, & forinsecus alterum murũ. Hæc de sen-
su literæ. Verum iuxta legis allegoriam, Sopho-
nias uocem clamoris à porta piscium, & ululatum
audiuit à secunda: quia utramq[ue] ab hostibus dei
ciendã præcognouit: quia & hinc & opera do-
ctorum, per quæ ab undis uitæ corruptibilis cæ-
teros erit, atq[ue] in Ecclesiã sanctam oportuerat
induci, uidit antiqui hostis insidijs esse terre ster-
nendam, hoc est per appetitum terrenarũ uolu-
ptatum cœlestibus gaudijs esse priuandã. Bene
enim ab utraque porta, & prima uidelicet & se-
cunda, & exteriorẽ & interiorẽ, uocem clamo-
ris atq[ue] ululatus audiuit: quia & opera exterius,
& intus corda negligentium uidit diabolo im-
pugnante subuertenda. uerum quia Dominus
post longam ruinam narrat instauratam: quia

erit aliqui prædicantiũ aliquando peccado cor-
ruerint, non deerunt tamẽ usq[ue] ad finem seculi,
qui in locum succedentes præcedentium, portas
iustitię Domino adiuuante, fidelibus prædican-
do, ac bene uiuendo aperiant. Bene autem de
destructoribus eius portæ subiungitur:

Ipsi texerunt eam, & statuerunt ualuas, seras & uectes. Qui reuersus etiã de cæteris quæ ædificata per-
hibentur, porta sæpius iterando repetitur: quia
nimirũ necesse est, ut quicunq[ue] structuram bo-
næ actionis inchoauerint, hanc in teetum usq[ue]
perfectionis cœptis insistendo perducant, & à
minima custodia solertes quasi ualuas, seras &
uectes statuunt. Valuæ quippe ad hoc in portis
statuuntur, ut eis tempore congruo patefactis,
ciues intrandi uel exeundi facultatem habeant.
Seras & uectes ad hoc statuunt, ut oppulatis at-
que obseratis ianuis, hostis intrare non possit.
Sic ergo et in bonis nostris operibus ualut sunt
benignæ provisionis opponendæ, ut conciuēs,
hoc est proximi nostri hæc uidentes, glorificet
patrem nostrũ qui in cœlis est, & ipsi quoq[ue] per
exempla nostra incedere, ac mœnia uirtutũ no-
biscũ discant ingredi. Sunt & seras uectesq[ue] con-
tra insidias atq[ue] irruptionẽ hostiũ opponendæ,
ut uidelicet diligenti nos undiq[ue] cõmuniamur in-
dustria, ne forte arcem nostræ uirtutis incaute
intromissus hostis antiquus expugnet. Vnde
bene dicitur in Proverbijs: Frater qui adiurat à
fratre, quasi ciuitas firma, et iudicia quasi uectes
urbium. Cum enim populus uterq[ue] Iudæorũ sci-
licet & Gentium, fraternam sibi in Christo chari-
tate cõsentit, unam Ecclesiam, ciuitatẽ uidelicet
sui conditoris ædificant. Et sicut uectes urbium
portas muniunt, ita dogmata ueritatis Ecclesias
per orbẽ, quæ unã catholicã faciunt, ab infidelium
incurfione defendunt. Item seras uectesq[ue] nostrę
portæ statuimus, cum sedulo præcauemus, ne
uel arcana fidei nostrę periculis et canibus, hoc est
immundis prodamum mentibus, uel humani gra-
tia fauoris nostram faciamus iustitiam, eosq[ue] ad
uidenda nostra opera bona intromittamus, qui
plus periculi nobis laudando afferant, quã salu-
tatis adminiculi à nobis uidendo referant.

Et portam ueterem ædificauerunt Ioiada filius Phæsea, &
Mosollam filius Besodias, ipsi texerunt eam, et statuerunt ual-
uas eius, et seras et uectes. &c. Porta uetus illa est, cui
ius Ioannes meminit, dicens: Charissimi, nõ man-
datum nouum scribo uobis, sed mandatum ue-
tus quod habuistis ab initio. Mandatum uetus,
est uerbum quod audistis. Porta ergo uetus æ-
dificatur in Hierusalem, cum uerbum fidei ac di-
lectionis, quod ab initio sanctæ Ecclesie tradi-
tum est, uel recuperari in errantibus, uel in nu-
per credentibus cœperit iustitui.

Et dimiserunt Hierusalem usq[ue] ad murum plateæ latioris. Murus plateæ latioris est in Hierusalem, firmi-
tas et munimentũ perfectæ dilectionis in cordi-
bus electorum, ad quem instructores eius ædifi-
cando perueniunt, cum in operib[us] charitatis pro-
ficiendo conditori & adiutori suo dicere pos-
sunt: Viam mandatorũ tuorũ cucurrimus, dum
dilatares

Ioan. 18

2. Par. 33

Ioan. 21

Mat. 4

Mat. 13

1. Tim. 6

Soph. 2

2. Par. 32

Esai. 60

Ioan. 5

III.

Psal. 44

1. Ioan. 3

Psal. 118

in ministerium domus Domini iuxta dispositionem Iosue filij Nun, fidei deuotione seruebant. Ophel autem turris erat, non longe à templo, enormis altitudinis. Vnde & Ophel, hoc est tenebrarum, siue nubili nomen accepit, quod usque ad nubes erigeret caput. Deniq; ubi in Michæa scriptum est, Et turris gregis nebulosa filia Sion: in hebræo pro turre nebulosa, turris Ophel scriptum est. Meminit huius turris, & in qua parte sit ciuitatis ostendit, liber Paralipomenon, referens de Manasse rege, quod & supra posuimus, quia edificauerit murum extra ciuitatem Dauid ad occidentem Gibon in conualle, ab introitu portæ piscium per circuitum usque ad Ophel. Conueniebat ergo iuxta situm loci, ut ministri templi in uicina templi turre habitarent. Verum iuxta sensum quoque mysticum, Nathinnee habitant in Ophel, hoc est in turre nebulosa, cum hi qui professione uitæ perfectioris Deo dicati sunt, in munimento atque altitudine uirtutum & actionum semper & cogitatione commorari non obmittunt; dicentes cum Apostolo, Quia conuersatio nostra in cœlis est, De quibus & uulgi turba admirando contestetur, dicens: *Qui sunt isti qui ut nubes uolant?* Item Nathinnee habitant in Ophel, cum quique religionis habitu insignes, abditæ scripturarum, de quibus dictum est, Tenebrosa aqua in nubibus aeris: hoc est mystica scientia in prophetis illustrato corde penetrare, atque in horum lectione die noctuq; meditari didicerint. De quorum habitatione apte subiungitur: Vsq; contra portam aquarum ad orientem & turre quæ prominebat. Porta namq; aquarum Dominus est, qui quotidiana nos misericorditer suæ gratia, ne in ærumnis uitæ præsentis deficiamus, irrigat. Quam uidelicet portam intra re desiderabat Psalmista, cum dicebat: Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Quæ porta congruent ad orientem posita memoratur: quia nimirum idem Dominus, qui nos torrete suæ uoluptatis, ne sitiamus, inebriat: ipse nos dono uisitationis suæ, ne in tenebris errorum caligemus illustrat. Iuxta quod Zacharias ait: *Uisitauit nos oriens ex alto, illuminare his qui in tenebris, & in umbra mortis sedent.* Ipse etiã nos præsidio suæ protectionis, ne ab hoste contingamur defendit. Vnde bene sequitur: Et usque ad turrem quæ prominebat. Quod intelligens idem Psalmista, dicebat: *Deduxisti me, quia factus es spes mea, turris fortitudinis à facie inimici.* Habitant ergo Nathinnee in Ophel, usque contra portam aquarum ad orientem, & turrem quæ prominebat: cum fideles quique lectionibus sacris dediti, diuinæ pietatis & gratia debriari atque illustrari, & auxilio gaudent semper ab hoste tutari. Et quia post præsentia uirtutum dona ad uidentiam claritatem Dominici hominis ascenditur, rectè subinfertur:

Mich. 4.

2. Par. 33.

Philip. 3.

Esai. 60.

Psal. 42.

Luce. 1.

Psal. 60.

Post eos edificauerunt Thecuani mensuram secundam, eregione à turre magna & eminenti, usque ad murum templi. Murus quippe templi corpus est Domini saluatoris, de quo ipse Iudæis ait, *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud: quod uidelicet templum corporis eius, persecutores eius in morte soluerunt, sed excitatum, atque ad cœlos exaltatum, amatores in gloria uiderent, atque in æternum uidere non cessant.* A turre ergo magna & eminenti, usque ad murum templi structura sanctæ ciuitatis peruenit, cum iusti quique ab altitudine contemplationis, qua mentem & in hac uita despectis temporalibus, ad cœlestia desideranda suspendunt, ueraciter in illa uita ad claritatem Dominicæ incarnationis intuendam patefacta, etiam diuinæ gloriæ æternitatem, ascendunt. Et quia Thecuani buccina uel tuba, Thecuani buccinatores interpretantur, apte dicitur quod Thecuani hæc edificauerint. doctorum namque est, quorum in omnem terram sonus exiit, uel præsentia Dei dona, uel futura in ciuitate eius, hoc est populo fidelium patefacere.

Sursum autem ad portam equorum edificauerunt sacerdotes unusquisque contra domum suam. Huius portæ meminit Hieremias, & eam in orientali plaga ciuitatis esse designat, scribens typicè de sancta Ecclesia: Et edificabitur ciuitas Domino à turre Hananeel. Et paulo post: Vsq; ad turrem Cedron, & usque ad angulum portæ equorum orientalis. Equi autem cum in bonam partem ponuntur, sicut & asini & camelii & muli, aliquando conuersos ad Dominum populos gentilium, aliquando curas temporalium rerum Domino animæ ritè subiugatas indicant. Et sacerdotes murum ciuitatis Dei ad portam equorum edificauerunt, cum doctores sancti post uocationem Iudaicæ plebis, usque ad introducendos in sanctam Ecclesiam gentium populos uerbum disseminando perueniunt. Item ad portam equorum edificat, cum sufficientia uiuendi exempli præbent eis, qui ad refrenandos lasciuos suæ carnis siue animæ motus sanctæ Ecclesiæ ianuas intrant: uel certè cum suas ipsorum cogitationes, quibus necesse habent de uictu siue habitu suo, fuorumq; tractare, ita disponunt, ut nequam hæc libertatè mentis, qua cœlestia semper querere proposuerant, retardet. Vbi & bene de operatibus subditur, *Vnusquisque contra domum suam: qui sermo crebrius in hac constructione sanctæ ciuitatis repetitur. Neq; in expositione laborandum est, quomodo in sancta Ecclesia contra domum suam quisque murum uirtutum edificare, suamq; mentem aduersus insidias diaboli debeat munire: ne ille qui quasi leo rugiens circuit, querens quem deuoret, ulla ex parte ueleat irumpere, dum suum quisq; corpus & mentem forti in Dominum fide præmuerit. Sed & in eo quisq; contra domum suam edificat, si illos qui sibi commisit*

104th. 2.

Hier. 2.

1. Pet. 5.

sunt.

sunt, diligenti custodia disciplina regularis tutatur, ne uel incursum uitiorum, uel hæretica possint persuasione decipi. Longum est de singulis sanctæ ciuitatis ædificijs, uel ædificatoribus spiritali interpretatione differere: quæ etiam nobis tacentibus, lector peritus facillimè cognoscit. Tantum hoc notandum, quia qui portas & turre ædificant, per quas uel ciues ingrediantur, uel arceantur inimici, ipsi sunt propheta, apostoli & Euangelista: per quos nobis forma & ordo fidei ac rectæ operationis, per quam unitatè sanctæ Ecclesiæ intrare debeamus, ministrata est: quorumq; uerbis qualiter aduersarios ueritatis redarguamus ac repellamus, discimus. Qui uerò reliquis uerbis extruunt, ipsi sunt pastores & doctores, quos securitudo loco posuit. Apostolus, per quorum industriam usque hodie ea que per magnos Ecclesiæ architectos ædificata est fides catholica, per totum orbem seruat. Et sicut Nehemias cunctos ex ordine ciuitatis structores enumerans, perpetuo memoriales facit: ita consolator nostræ paupertatis Dominus, omnium qui Ecclesiam suam in electis ædificant, nomina conscribit in cœlo. Sed uideamus & reliqua.

Sanaballat & Tobias subsannat ædificantes, sed contemnunt: bella mouent, sed orationibus atque armis pelluntur.

C A P V T X I X.

III. **F**Actum est autem, cum audisset Sanaballat, quod edificaretur murum, iratus est ualde, & motus nimis, subsannauit Iudæos, & dixit coram fratribus suis, & frequentia Samaritanorum: *Quid imbecilles Iudæi faciunt? num dimittunt eos?* Planè hæc ira hæreticorum, hæc uerba eorum sunt, qui se Samaritanos, hoc est custodes legis Dei frustra cognominant, cum sint maxime Deo contrarij, ac legibus eius, utpote iam dudum à domo Dauid, hoc est ab unitate Christi & Ecclesiæ per hereses aut schismata, aut mala opera segregati: qui ne sua forte impugnetur atque excludatur impietas, muros fidei ædificari metunt. Hæc subsannatio omnium, qui dicunt se nosse Deum, factis autem negant. Namque Samaritæ ita Domino seruebant, ut dijs suis prius non abrenuñciarent. Quos hodie typicè imitantur, qui ita Christiani sunt, ut & uerrem suum Deum habeant, ut auaritiam sequantur, quam manifestè idolorum seruitutem cognominat apostolus: & ceteris mundi illecebris macipati, creaturæ magis inserviunt quam creatori, qui est benedictus in secula. Et tales ergo sicut heretici nolunt Ecclesiæ muros innouari, ne crescatu pietatis, à sua cogantur impietate recedere. Tales solent imbecilles appellare Iudæos, hoc est confessores fidei, & facillè à Gentibus superandos, dum in quotidiano animarum certamine plus amant uitia quam uirtutis uictorie palmam obtinere. Et quia sunt inter hereticos qui etiam poenitentibus post lapsum dari ueniam negant, rectè ex horum persona subiungitur:

Nunquid ædificari poterunt lapides de aceruis pulueris, qui combusti sunt? A edificauerunt namque lapides, combusti de aceruis puluerum, atque in opus sanctæ ciuitatis reponuntur, cum his qui uel igne persecutionum uicti fidem negauerant, uel delectationibus uitiorum subacti, munditiã operis perdididerunt, miserante Domino relapsunt: ut & integritatem catholicæ fidei constanti professione recipiant, & ornamenta uirtutum moribus emendati consequantur.

Sed & Tobias Ammonites proximus eius ait, A edificent. Si ascenderit uulpes, transiliet murum eorum lapideum. Et huius Tobia persona simul & uerba hereticis conueniunt. Persona quidem, quia patriarcha eius Ammon de incesto & ebrietate, & nocte & in spelunca conceptus est. Quæ cuncta hereticis aptari cuius facillimè liquet: quorum omnis origo de uoluptate carnali & immunditia, de tenebris errorum siue scelerum, de priuatis conciliabulis, & non de publico sanctæ Ecclesiæ symbolo progenita est. Quo uerò idè Tobias, qui bonus uidelicet Domini interpretatur, non merito ac ueritate, sed elatione ac superbia murum sanctæ ciuitatis dicit à uulpe posse transiliri. uulpes hereticos uocari in proptu est. Vnde est illud Cantici canticorum, *Capite nobis uulpes pusillas, quæ demoliuntur uineas: quod est aperte dicere, Deprehendite, atque in lucem traducendo proferte putidas ac dolosas hereticorum uersutias, quibus fructiferas fidelium mentes corrumpere nituntur.* Si ergo, inquit, ascenderit uulpis, transiliet murum eorum lapideum. Si contra assertionem fidei illorum aliquis hæreticorum exurrexit, statim superbit, & suis pedibus subijciet omnem fiduciam doctrinæ ipsorum, quæ uelut lapide firmo munitam, & in Christo esse fundatam gloriantur. Sed ueniet huiusmodi blasphematoribus, quod sacra huius scriptor historia imprecando subiungit:

Audi Deus nos, quia facti sumus despectui, conuertere oprobrium super caput eorum, & da eos in despectionem in terra caput. & cetera. Cui simili est illud Psalmistæ de inimicis electorum, quasi sub unius peruersi specie loquentis: *Conuertetur dolor eius in caput eius, & in uerticem eius iniquitas eius descendet.*

Et orauimus Deum nostrum, & posuimus custodes super murum die & nocte contra eos. Hoc est unicum aduersus hostes uniuersos Ecclesiæ suffugium, oratio uidelicet ad Deum, & industria doctorum, qui die noctuq; in lege eius meditantur, corda fidelium contra insidias diaboli, ac militum eius prædicando, consolando, exhortando præmunt.

Dixit autem Iudas: Debilitata est fortitudo portantis, & humus nimia est, & nos non poterimus edificare murum. Iuxta dicit tribum filiorum Iuda. Quod autem queritur murum ædificari non posse, eo quod humus nimia esset in loco muri congesta, que prius esset exportanda, ut sic fundamenta muri in uiua terra possent imponi: conuenit parati

Cantic. 2.

Psal. 7.

Matth. 7.

Luce 6.

bolæ domus Evangelicæ, cuius instructor fo-
dit in altum: elataq; terræ congerie posuit fun-
damenta super petram, quæ nullo aquarum
uëtorum uë possent impetu deijci. Prius enim
de corde nostro egerenda est terrenarum hu-
mus concupiscentiarum, ac dein firmus atque
in expugnabilis bonorum operum murus su-
pra fundamentum fidei cõstruendus. nam qui
super humum ac rudera infirmarum cogitatio-
num edificium sanctæ actionis erigere cona-
tur, fallitur, & pro domo siue ciuitate, mox ut
pro cella cõtationis ingruerit, ruinam sese ædi-
ficasse comperiet.

Et dixerunt hostes nostri: Nesciant & ignorēt, donec ue-
niamus in medium eorum, & interficiamus eos, & cessare fa-
ciamus opus. & cætera. Vsq; dum dictum est:
Statui in loco post murum per circuitum populum in ordine
cum gladijs suis, & lanceis, & arcibus. Et hæc in ædi-
ficio spiritali semper agi solent. Manet enim
indefessus hostis cum satellitibus suis, immu-
dis uidelicet spiritibus, & hominibus mali-
gnis, qui opera fidei ac uirtutum minus curā-
tes, impedire, & quātum ualent semper expur-
gnare contendunt, mentemq; fidelium mucro-
nē prauæ suggestionis interficere satagunt. Ve-
rū nobis contra hæc Dei armatura iuxta Apo-
stolum sumenda est, ut possimus resistere in
die malo, & in omnibus perfecti stare. Bene
autem dictū est, quia statuerit post murū per
circuitum populum cum armis, ut agmine ar-
matorum circumdati structores, liberiore ma-
nu ac securiore muro ædificando insisterent.
Dispertiti namq; sunt gradus fidelium, & alij
bonis operibus intus ornātes, Ecclesiam ædi-
ficāt: alij armis sacre lectionis muniti, contra
impugnantes eādem Ecclesiam hæreticos in-
uigilant. Hi religioſa deuotione proximos in
fidei ueritate confortant, illi aduersus diaboli
uel uitiorum tela, quibus eādem fidem expur-
gnare laborāt, necessariū certamen exercent,
aq; ab ouili Dominico, insidiātes lupos, pasto-
rali sollicitudine repellunt.

Ephes. 6.

Factum est autem cum audisset inimici nostri, nunciatum
esse nobis, dissipauit Deus consilium eorum, & reuersi sumus
ad muros omnes unusquisque ad opus suum. Et in spirita-
li ædificio, si apostolicis semper fuerimus ar-
mis induti, dissipabitur consilium diaboli &
angelorū eius, qui nos debellare desiderant.

Structores armati omnes, ac preparati ad pugnam, sic
ædificationi murorum insistant.

CAPVT XX.

Et factum est à die illa, media pars iuuenum faciebat o-
pus, & media pars parata erat ad bellum, & cætera,
uëque dum dictum est: Vna manu sua faciebat opus,
& altera tenebat gladium. ædificantium enim unusquisque gla-
dio erat accinctus renes. Notandum enim, quia nō
solum pars iuuenum media faciebat opus, &
pars media parata erat ad bellum, sed & iidem
ipsi qui faciebant opus iuuenes, gladio erant
accincti. Tanta namque uerfucia hostis anti-
qui, tantus est furor militiæ eius contra Eccle-

siam dimicantis, ut non solum prædicatores
ueritatis, sed & ipse Dei populus semper ad-
uersus machinas illius uigilare, & uelut in a-
cie debeat stare. Aedificantes namq; gladio ac-
cinguntur renes, cū hi quibonīs insistere ope-
ribus, qui commissos sibi regulari curant ra-
tione disponere (hoc est enim uiuos lapides
in edificio sanctæ ciuitatis ordine cõpetenti-
locare) fluxa in se luxuriæ acumine uerbi Dei
restringere satagunt. Nec prætereūdum, quia
cum David siue Salomon eandem ciuitatem
ædificarēt, nil de armatis structoribus, uel ad-
uersarijs impugnantibus refertur: uerū de-
structa ob scelera eorum urbs maiore labore
ac industria reficitur, quia & talis est ædifica-
tio spiritalis, quæ in animarum salute geritur,
ut in baprismate, renati per fidem & confesio-
nem sanctæ Trinitatis absq; ullo nostro labo-
re per gratiam Dei ciuitas ac domus eius effi-
ciamur. Et si post abluitionem sacri fontis, dia-
bolo seducente ad peccata relabimur, & uirtu-
tum mœnia nostrorum hostis uictor igne ui-
tiorum deijcit, grauioribus necesse est oratio-
nis, afflictionis, uigiliarum, elemosynarum,
& uitæ arctioris studijs, ea quæ perdidimus bo-
norum operum ædificia reparemus. Nam &
expertis uitiorum illecebris, difficilius quàm
incognitis caremus: minorisq; laboris est in-
cognitam carnis cauere uoluptatem, quàm
reijcere cognitam.

In tempore quoque illo dixi populo: Unusquisque cum pue-
ro suo maneat in media Hierusalem, & sint uobis uices per no-
ctem & diem ad operandum. Nota quantum studiij
in operando habuerint, qui etiam noctu in la-
bore perstiterunt. Sic fecit apostolus, qui no-
cte & die operabatur manibus suis, ne quem
credentium uictū quæritando fatigaret. Nisi
fortè ita sibi uices successisse credendi sunt ad
operandum, ut alij per diem laborarent in o-
pere muri, alij excubias noctis cõtra irruptio-
nes agerent hostium. Nam & nostræ ciuitatis
extructores utrunque simul faciunt. Idemq;
ipsi qui fideles insituendo Ecclesiam ædifi-
cant, etiam incredulos & contradictores ar-
guendo ab Ecclesiæ læsione propellunt.

Excitato in tumultum populo pro fame ac penuria,
Nehemias adiurat optimates ac magistratus, ne
usuras à fratribus suis exigant, sed potius deus
pro illis pecuniam.

CAPVT XXI.

Et factus est clamor populi & uxorū eius magnus ad-
uersus fratres suos Iudæos, & erant qui dicerent: Filij
nostri & filie nostræ multæ sunt nimis, accipiamus pro pre-
cio earum frumentum, & comedamus & bibamus. Et erant
qui dicerent: Agros nostros, & uineas & domos nostras opo-
nāmus, & accipiamus frumenta in fame. Et alij dicebant:
Mutuo sumamus pecunias in tributa regis, demusq; agros no-
stros & uineas, & cætera. Desiderabat quidem
populus murum construere ciuitatis, sed ma-
gnitudine famis ab opere sancto præpedieba-
tur. Quam uidelicet famem non solum penu-
ria frugum, sed & principum auaritia fecerat,
cum

cum ab eodem populo maiora quàm reddere
poterat, tributa exigenter, quod apud nos
quotidie eodem ordine fieri uideamus. Quan-
ti enim sunt in populo Dei, qui diuinis liben-
ter cupiunt obtemperare mandatis, sed ne pos-
sint implere quod cupiunt, & inopia rerum
temporalium, ac paupertate & exemplis retar-
dantur eorū, qui habitu religionis uidentur
esse præditi, cum ipsi ab eis quibus præesse ui-
dentur, & immensum rerum secularium pon-
dus ac uectigal exigunt, & nihil eorum salu-
ti perpetuæ, uel docendo, uel exempla uiuen-
di præbendo, uel opera pietatis impendendo
conferunt. Atque utinam aliquis diebus no-
stris Nehemias, id est consolator à Domino
adueniens, nostros compescat errores, nostra
ad amorem diuinum præcordia accendat, no-
stras à proprijs uoluntatibus ad constituendū
Christi ciuitatem manus auertens confortet.
Sed uideamus iuxta literam, quia triplici di-
stinctione miser afflicti populi clamor augeba-
tur. Quidam namque fame coacti, filios suos
ditioribus cibo uendere disponebant: alij libe-
ris parcentes, agros potius ac domos suas pro
cibo dare uolebāt: nonnulli econtrā prohibē-
tes & liberorum & agrorum uēditionem, rā-
tum hoc persuadebant, ut mutuo sumerent pe-
cuniam in tributa regis, datis loco pignoris
agris suis & uineis, donec redeunte copia fer-
tilitatis ac frugum possint restituere foenera-
toribus, quod mutuo accepissent.

Et increpuit optimates & magistratus, et dixit eis: Usuras
ne singuli à fratribus uestris exigatis. Et congregauit aduersus
eos intentionem magnam, & dixi eis: Nos, ut scitis, redemi-
mus fratres nostros Iudæos, qui uenditi fuerant gentibus, se-
cundum possibilitatem nostram. Et uos igitur uendite fratres
uestros, & redimemus eos. & cætera, usque dum ait:
Et ego & fratres mei & pueri mei commodauius plurimis
pecuniam & frumentum, non repetamus in commune istud æs
alienum. Quali dux optimus militiæ cœlestis,
& sapiēs architectus ciuitatis Dei, quod opti-
mates & magistratus populi facere uoluit,
prius se ipse fecisse declarauit: elemosynam
uidelicet pauperibus dandam, & nihil ab eis
querendo, nisi custodiam legis Dei, & ædifica-
tionem ciuitatis eius. In qua uidelicet lectio-
ne, non nos allegorię sensum inquirere, sed i-
psum literæ textum oportet diligētius operā-
do seruare: ut uidelicet exceptis quotidianis
elemosynarum fructibus, curamus, ubi tem-
pus generale famis & inopiæ populum affli-
xerit, & ea quæ possumus indigentibus com-
modare, & illa quoq; quæ a subditis quasi iu-
ste solebamus exigere, tributa dimittere eate-
nus, quatenus & nostra nobis pariter debita re-
laxet. Terribilis austrē nimis huc lectioni im-
ponitur clausula, cum dicitur:

Insuper & sinum meum excussi, & dixi: Sic excutiat
Deus omnem urum, qui nō compleuerit uerbum istud de do-
mo sua, & de laboribus suis: sic excutiat, & uagus fiat.
Quicumque enim uel misericordiam pauperi-
bus dare recusat, uel ab eis quod non habent

reddere, uelut iuste exigere non erubescit, hic
de domo sua excutitur, uidelicet de cœtu san-
ctæ Ecclesiæ, in qua mansurū se perpetuo cre-
debat, eiectus. Excutitur & de laboribus suis,
fructu nimirum honorum operum, in quibus
se laudabiliter defudasse arbitrabatur, priua-
tus. Neque enim labores sine pietate exhibi-
ti, fructuosi apud Dominū fieri possunt. Quā-
tum uerò hæc Nehemiæ obiurgatio siue im-
precatio corda omnium commouerit, aperte
declaratur, cum protinus subinfertur:

Et dixit uniuersa multitudo, Amē: & laudauerunt Deum.
Ac deinde subiungitur: Fecit ergo populus, sicut dictum erat. Cum enim audita eius contestatione, omnes
amen responderunt, ac Deum collaudantes
fecerunt quæ iusserant: constat profectò, quia
non timore coacti, sed intimo cordis affectu
eius dicta susceperunt.

Nehemias per se, quātum populo pietatis præstitit
exponit.

CAPVT XXII.

Die autem illa qua præceperat mihi, ut essem dux in
terra Iuda, ab anno uicesimo usque ad annum trice-
simum secundum Artaxerxis regis, per annos duodecim, ego
& fratres mei ammonas, quæ ducibus debebantur, non come-
dimus. Hoc exponēs typicè, dicit Apostolus:
Quia Dominus statuit eos qui Euangelium
annunciant, de Euangelio uiuere: ego autem
nullo horum usus sum. Duodecim autem an-
nis Nehemias cum fratribus suis ita in ducatu
uiuebat, ut annonas quæ ducibus debebātur,
ipsi non comederent, quod per hoc mysticè in-
sinuaret, apostolicū illud esse opus, cum quis
in regimine plebis Dei promotus, opus qui-
dem rectoris nobiliter Ecclesiam ædificando
exercet, sed quæstū exercitiij ab eis quos præ-
dicando, ac bene uiuendo regit, terrena com-
moda expectando non quærīt.

Sanaballat & socij eius Nehemiam ab ædificatione
nē muri retrahere tentant, conductis aduersus eū
etiam domesticis insidijs: sed his ab eo deprehensis,
ciuitatis murus ad perfectum usque completur.

CAPVT XXIII.

Factum est autem cum audisset Sanaballat & Tobias &
Gossem Arabs, & cæteri inimici nostri, quod ædifica-
sem ego murum, & reliquā, usque dum aiunt: Veni
& percutiamus fœdus pariter in uitulis in campo uno. Ipsi au-
tem cogitabant, ut facerent mihi malum. Misi ergo ad eos num-
cios, dicens: Opus grande ego facio, & nō possum descendere,
ne fortè negligatur, cum uenero et descendero ad uos. Ho-
stes sanctæ ciuitatis iradent Nehemiæ ad cā-
pestria descendere, fœdusq; pacis secū inire,
mactatis simul uitulis in testimonium fœde-
ris compacti. Verū ille, ne opus religiosum
negligatur, in montanis perseuerat. Sic & he-
retici ac falsi catholici, uolunt ea conditione
ueris catholicis consortium pacis habere, ut
non ipsi ad arcem Ecclesiasticæ fidei, aut opē-
rationis ascendere cõsentiant, sed potius eos
quos in culmine uirtutum commorantes aspi-
ciunt, ab infima operum siue dogmatum pra-
uorum descendere cogant. Et bene in campo
AA 3 uno

uno uolunt cum Nehemia pactum inire: quia nimirum in eadem libertatem uitæ lautioris, quam ipsi sequuntur, omnes quos seducere possunt, resolui desiderant. Bene idem pactum cum eo in uitis pariter maceratis uolunt inire, quia falsi fratres orationis siue actionis suæ Deo hostias unâ cum ueris catholicis gestunt offerre, quatenus & ipsi ueraciter fideles crediti, per uiciniam communionis eosdē ueros corumpere catholicos possint. Verū Nehemias personam fidelium doctorum tenens, nequaquam ad prophanos descendere, neque eorum hostijs inquinari sentit, sed in cōceptis uirtutū operibus deuotus persistit: & quo acrius terrere nitēbatur inimici, eo magis ipse bene operâdo terribilis eis dē inimicis fieri cōtendit. Vnde & in sequentibus dicitur:

Omnes autem hi terrebant nos, cogitantes quod cessarent manus nostræ ab opere, & quiesceremus. Quam ob causam magis confortauimus manus meas. Ergo & in spiritali structura, quia uersutus hostis semper manus nostras tētat impedire, sēper eas ipsi in bona actiōe diuino auxilio cōfortare curemus.

Et ingressus sum domum Samaiæ filij Dalaiæ, filij Metabeel secreto, qui ait: Tractemus nobiscum in domo Dei in medio templi, et claudamus portas ædis. & cætera, usque dum ait: Et intellexi, quod Deus non misisset eum, sed quasi uaticinans locutus esset ad me, et Tobias et Sanaballat conduxissent eum. acceperat enim precium, ut tertius facerem et peccarem. Pulsat insidijs hostiū Nehemias, domum Samaiæ quasi amici & fratris ingreditur: sed & ipsū inlidiatorem atq; hostem inuenit, utpote exterrorū donis & amicitia corruptum: semper namq; habent electi foris pugnas, intus timores: nec solū apostoli, sed & propheta periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis ex falsis fratribus suspectam uitam agebant.

1. Cor. 11.

Completus est autem murus uicesimo quinto die mensis Elul, quinquaginta duobus diebus. Mensis Elul secundū Hebræos sextus anni est mensis, qui apud Romanos appellatur September. Et rectē murus sanctæ ciuitatis sexto anni mense completur, ut etiam hoc ultimo tempore perfecta fidelitū siue pœnitentium seu innocentium actiō designatur. Nam senario numero solet perfectiō boni operis designari: uel quia Dominus sexto die creationem mundi consummauit, atq; in septimo requieuit: uel quia nos in sex huius seculi ætatibus bonis defudare operibus, in septima autem, quæ est in alia autem uita, sabbatissimum animarum uoluit sperare. Rectē uicesimo quinto eiusdem mensis die completur, propter quod uidelicet quinque corporis sunt sensus, quorum ministerio bona foris operari debentur. Sicut enim quinarus numerus simplex, hos solet sensus figurare: ita idē per seipsum multiplicatus, atq; ad xxv. perductus, eosdem ipsos maiori perfectione demonstrat. Perficimus igitur murum Hierusalem uicesimo quinto die mensis sexti, cum omnes corporis nostri sensus diligenter diu-

nis mancipantes seruitijs, cœpta uirtutum studia ad finem firmum perducimus, & quæ ad munitionē catholicæ pacis fideliter agere cœpimus, efficaciter Domino adiuuante complemus. Qui uidelicet murus bene etiā l. & duobus diebus dicitur completus. quinquagesimus namq; pœnitentiæ ac remissionis est Psalmus, in quo etiam de huius edificatione ciuitatis specialiter orat Propheta dicens: Benigne fac Domine in bona uoluntate tua Sion, ut ædificentur muri Hierusalem. Quinquagesima die Dominicæ resurrectionis uenit in Ecclesiam primitiuam spiritus sanctus, per quem nobis & deuotio pœnitenti in funditur, & pœnitentibus donum ueniæ confertur. Duo autem sunt præcepta charitatis, Dei uidelicet amor, & proximi, quibus donata nobis per spiritum sanctum indulgentia peccatorum, pro æternæ perceptione uitæ laborare iubemur. Ideoq; aptissimè murum sanctæ ciuitatis, quæ ab hostibus erat diruta, reædificantes ciues illius in quinquaginta & duobus diebus restaurant: quia hæc nimirum est iustorum in hac uita perfectiō, ut & quæque deliquerint pœnitendo, per gratiam diuinæ inspirationis castigent, & deinceps se in Dei & proximi dilectione bonis operibus adornent.

Facta ciuitate Hierusalem terrentur Gētilēs: et Nehemias cātores recenset, & portis custodes deputat.

CAPVT XXIII.

Factum est autem cum audissent omnes inimici nostri, & timerent uniuersæ Gentes, quæ erant in circuitu nostro, & conciderent intra semetipsos: & scirent, quod a Deo factum esset opus hoc. Qui ante structores sanctæ ciuitatis terrere quærebant, ut eos ab operando retardarent nunc completa eiusdem ciuitatis constructione timent ipsi, atq; animo concidunt, agnito quod ædificatio illa Deo autore cœpta esset, atq; completa. Sic & in sancta Ecclesia, cum charitatis, continentia, pacis, & cæterarum uirtutum structura firma surrexerit, timēt immundi spiritus, & uiribus nostris effugata eorū tentatio repellitur, atq; ad nostrā potius uictoriam proficit. Quod & de hereticis æquæ ac falsis catholicis accipi potest: qui constanti bonorum fide per dilectionem operante aut corriguntur emēdati, aut manifestasti cauentur, & Ecclesiæ finibus expelluntur.

Postquam autem ædificatus est murus, & posui ualuas, & recensui ianitores & cātores & Leuitas, præcepi Hanani fratri meo. & cætera, usque dum ait: Non aperiatur porta Hierusalem usque ad calorem solis. Et in spiritali sensu, ubicunque Ecclesiæ murus collectis ad fidem nouis populis, uel correctis his qui errauerant, ædificatus fuerit, mox ponendæ sunt ualuarū disciplina regularis, ne antiquus hostis, qui quasi leo rugiens circuit, usquam in ouile fidelium ualeat irrumperere. Recensendi sunt ianitores, cantores & Leuitæ, qui eadem ualuas custodiant. Quorum personam omnium doctoribus sanctis conuenire perspicuum est, ianitores quippe sunt, qui el-

1. Pet. 2.

ues

ues regni cœlorum perceperunt, ut dignos quidem humilesq; suscipiā, superbos uerò ac imundos ab ingressu supernæ ciuitatis arceant, dicendo: Non est tibi pars neque sors in sermone hoc. cor enim tuum non est rectum coram Deo. Cātores sunt, qui dulcedinem eiusdem patriæ cœlestis auditoribus suis pia uoce prædicāt. Leuitæ sunt, qui erga obsequium diuini cultus semper inuigilant. Præcepit autem Nehemias, ne aperiatur portæ Hierusalem usque ad calorem solis, hoc est toto tempore noctis, ne uidelicet aut obrectis tenebris hostis irrumpat, aut certè aliquis ciuium incautus exiēs, ab hoste eiusdem sanctæ ciuitatis gloria dicat: Et portæ eius non claudentur per diem, nox enim non erit illis.

Et posui custodes de habitatoribus Hierusalem, singulos per uices suas, et unumquemque contra domum suam. Custodes animarum non sunt de neophytis, nec de turba uulgari, sed de illis constituendi, qui a certamine uitiorum Dei gratia liberati, iam mentem in Hierusalem, hoc est in uisione tranquillæ pacis habere consueverunt, qui dicere ualent cum apostolo: Nostra autem conuersatio in cœlis est. De quibus bene dicitur, quia constituerit singulos per uices suas: ut his uidelicet cursu suo cōsummato, de hac luce subtrahatis, alij mox eorum loco regimini præferrentur fidelium. Neq; ullo tempore defunt, qui pro pace sanctæ Ecclesiæ propter timores nocturnos excubare satagant, currente semper ad finem usque seculi ueritate sermonis prophetici, quo eidem Ecclesiæ dicitur: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Bene quoque subiungitur, Et unumquemque contra domum suam. Sic etenim custodia sanctæ Ecclesiæ ritè perficitur, si quisque ita sollicitudinem omnium gerat fidelium, ut specialiter eis est prælatus, quibus Deo autore curam studij diligentioris impendat.

Philip.

Psal. 44.

Nehemias, ut dignos ciuitati habitatores inuenire possit, relegit librum census eorum qui primi ascenderunt de Babylone in Iudæam.

CAPVT XXV.

Ciuitas autem erat lata nimis et grandis, et populus paruus in medio eius, et non erant domus ædificatæ. Hæc illi tempore typicè cōueniunt. Cum disseminato per apostolos lōgē lateq; uerbo Dei totus orbis nouum fidei germen accepit, & necdum Ecclesiæ ædificatæ, sed tantum audi-

tu & sacramentis uerbi, populi adhuc rudes erant imbuti.

Dedit autem Deus in corde meo, et congregaui optimates et magistratus et uulgos, ut recenserem eos, et inueni librum census eorum, qui ascenderant primum. Idcirco cōgregatis in se nō solum optimatibus & magistratibus, sed & omni uulgo, diligēter eorum numerum recēlere curauit, ut perfecta omnium summa discernere posset, qui in urbe ipsa Hierosolymorum, qui uerò alijs in ciuitatibus habitare deberent.

Mense septimo congregatur populus in Hierusalem: et legente Ezra legem Moysi, intētis auribus audiunt.

CAPVT XXVI.

Et uenerat mensis septimus, filij autē Israel erāt in ciuitatibus suis. Congregatusq; est omnis populus, quasi uir unus ad plateā, quæ est ante portā aquarū: et dixerūt Ezra scribæ, ut afferret librum legis Moysi, quæ præceperat Dominus Israel. Querente Nehemia prouidere ac disponere qui in ciuitate, quæ ædificauerant, habitare deberent, superuenit mensis septimus: nam longè aberant. Cum enim murus esset uicesimo quinto die sexti mensis cōpletus, non plus ad exordium septimi mensis, quam quinque dies supererāt. Qui uidelicet mensis septimus à prima sua die usque ad uicesimam secundam totus legitimus ceremonijs erat consecratus: quibus ritè celebratis, sic deinde ad disponendos conditæ urbis mansores, cum principibus & plebe reuersus est. Vbi notanda deuotio simul & concordia populi, qui quasi uir unus, hoc est una eademq; fide ac dilectione ad templum Domini conuenit: rogaueruntq; ipsi pontificē suum, ut allato libro, mādāta libri legis, quæ agere debeant, replicaret, ut cum ciuitate edificata, operis quoq; placiti Deo structura cōsurgeret, ne sicut antea propter negligentiam religionis, ciuitatis etiā ruina sequeretur. Et bene sexto mēse ciuitas extructa, septimo in eam populus ad audiendā legem cōgregatus est: sexta quippe dies in lege operandi, septima est requiescēdi. Et hæc est post bonum opus nostrum dilectissima atq; acceptissima Domino quies nostra, ut abstinentes ab opere seruii, hoc est peccato, audiendis diligentiū, atq; implendis eius mādatis operam demus. Vnde & in principio eiusdem mensis septimi statuta erat solennitas tubarum, quarum cantu populus inter orationes & hostias, ardētius ad memoriam diuinæ legis excitaretur. Et nunc quoq; intellectu spiritali oportet edificata ciuitate sancta, sequi lectionē diuinā, & tubas sonare crebriores: quia nimirum necesse est, ut ininitatus sacramentis cœlestibus populus, etiam sacris eloquijs ex tempore solentius, qualiter uiuere debeat, instruat. Quod autem congregatum dicitur populum ad plateam, quæ est ante portam aquarū, portam aquarum reor dici in atrio sacerdotū, quo templum omni ex parte per quadrum erat circumdatum, maximè ad Orientalem plagam templi, ubi erat mare æneum ad lauand-

VIIII.

Matth. 23.

das manus pedesq; introeuntium templum, ubi decem luteræ ænei ad lauandas hostias: ubi etiam altare holocausti, inter quod & templū lapidatus est Zacharias filius Barachia. Non autem populus intra huius portam atrij intrandi habebat licentiam, sed tantum sacerdotes ministri Domini. Populus autem extra hanc portam, & maximè in platea, quæ ad Orientalem eius erat plagam, ad audiendum uerbum, siue ad orandum stare solebat. Bene ergo ante portam aquarum collectus est populus, qui per antistitem suum fluentis scripturarum erat spiritualiter potandus.

2. Par. 4. 6

Stetit autem Ezras scriba super gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum, & cetera, usque dum dictum est: Et aperuit Ezras librum coram omni populo. Super uniuersum quippe populum eminebat. Huius loci uideatur meminisse scriptura Paralipomenon, ubi dictū est: Quia stetit Salomon corā altare Domini, ex aduerso multitudinis Israel, & extendit manus suas. Siquidem fecerat Salomon basim æneam, & posuerat eam in medio basilicæ, habentem quinque cubitos longitudine, & quinque cubitos latitudine, & tres cubitos in altum, stetit que super eam. In medio namque basilicæ, in medio dicit atrij sacerdotum, quo basilica maior atriorum exteriorum omni ex parte templi erat circumdata. De quibus superius in eodem libro scriptū est: Fecit etiam atrium sacerdotum, & basilicam grandem. Verum Salomon, quasi rex basim fecit æneam: porro Ezras, quasi minoris potentia, gradum ad loquendum constituit ligneum, sicut etiam Salomon, siue Moyses altare holocausti fecerunt æneum, pro quo filij transmigrantis reposuerunt lapidem. Sed non est putandum, minoris sacramentum perfectionis ligneum gradum, quam basim habere æneam. Quod enim sepe dictum est, sicut æs pro diurnitate perdurandi, uel suauitate sonandi, diuinis competit sacramentis, quæ nulla seculorū longitudine deficiunt, & in omnem terram exiit sonus eorum: ita etiam lignum eisdem aptissimè congruit, propter uidelicet trophaū Dominicæ passionis. Super uniuersum ergo populum pontifex eminet, quando is qui gradū doctoris accipit, merito uitæ perfectioris actionem uulgi transcendit. Stat autem in gradu ligneo, quem fecerat ad loquendum, quando singulari imitatione Dominicæ passionis altiore se ceteris facit. Vnde merito fiducia liberè uerbum Dei prædicandi obtinebat. Nam qui passionem Domini pro suo modulo cōtemnit imitari, necdum gradū ligneum, unde infirmis superemineat, ascendit. Ideoq; necesse est talis scriba trepidus præcepta Dei prædicet, timens uel erubescens ea quæ ipse non fecit, alijs faciēda proponere. Vnde aptè in sequentibus adiungitur:

1. Par. 4.

Stetit autem Ezras scriba super gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum, & cetera, usque dum dictum est: Et aperuit Ezras librum coram omni populo. Super uniuersum quippe populum eminebat. Huius loci uideatur meminisse scriptura Paralipomenon, ubi dictū est: Quia stetit Salomon corā altare Domini, ex aduerso multitudinis Israel, & extendit manus suas. Siquidem fecerat Salomon basim æneam, & posuerat eam in medio basilicæ, habentem quinque cubitos longitudine, & quinque cubitos latitudine, & tres cubitos in altum, stetit que super eam. In medio namque basilicæ, in medio dicit atrij sacerdotum, quo basilica maior atriorum exteriorum omni ex parte templi erat circumdata. De quibus superius in eodem libro scriptū est: Fecit etiam atrium sacerdotum, & basilicam grandem. Verum Salomon, quasi rex basim fecit æneam: porro Ezras, quasi minoris potentia, gradum ad loquendum constituit ligneum, sicut etiam Salomon, siue Moyses altare holocausti fecerunt æneum, pro quo filij transmigrantis reposuerunt lapidem. Sed non est putandum, minoris sacramentum perfectionis ligneum gradum, quam basim habere æneam. Quod enim sepe dictum est, sicut æs pro diurnitate perdurandi, uel suauitate sonandi, diuinis competit sacramentis, quæ nulla seculorū longitudine deficiunt, & in omnem terram exiit sonus eorum: ita etiam lignum eisdem aptissimè congruit, propter uidelicet trophaū Dominicæ passionis. Super uniuersum ergo populum pontifex eminet, quando is qui gradū doctoris accipit, merito uitæ perfectioris actionem uulgi transcendit. Stat autem in gradu ligneo, quem fecerat ad loquendum, quando singulari imitatione Dominicæ passionis altiore se ceteris facit. Vnde merito fiducia liberè uerbum Dei prædicandi obtinebat. Nam qui passionem Domini pro suo modulo cōtemnit imitari, necdum gradū ligneum, unde infirmis superemineat, ascendit. Ideoq; necesse est talis scriba trepidus præcepta Dei prædicet, timens uel erubescens ea quæ ipse non fecit, alijs faciēda proponere. Vnde aptè in sequentibus adiungitur:

Populus autem stabat in gradu suo. Cum enim presules, quantum honore prestāt, tantum etiam bonis operibus subditos anteire satagunt, tunc

& iisdem subditi bonis eorum incitati exemplis, suę gradū uitæ tam deuoti exequuntur: eorumq; pijs exhortationib. admoniti, lachrymas p admisis erratibus, siue etiā pro desiderijs patriæ cœlestis crebras fundere delectantur. Vnde & hic quoque aptè subiungitur: Flebat autem omnis populus, cum audiret uerba legis. Verum quia iisdem doctores sancti, qui mētes auditorum suorum & lectionibus sacris, & deuotis suis exhortationib. ad lachrymas excitant: eandem quoque lachrymas consolantur, dū sempiterna illos gaudia securura esse promittunt. Rectè subiungitur:

Et dixit eis: Ire, & edite pingua, et bibite mustum, et mittite partes ei qui non parauit sibi, quia sanctus dies Domini est, et nolite contristari. Sanctus namque nobis dies Domini est, cum uerbis illius audiendis atque implendis operam damus. In quo uidelicet die nos, quamuis extrinsecus tribulationum aduersa perpeffos, spe gaudentes esse oportet, iuxta illud Apostoli: Quasi tristes, semper autem gaudentes. In quo etiam edere pingua, & mustum bibere iubemur: hoc est, de collata nobis diuinitūs ubertate bonæ actionis, & de ipsa audiendū dulcedine uerbi Dei gaudere. Mustum namq; est uinum, melle dulcoratum, unde & græcè Oinomeli uocatur. Sed & de eisdem saluberrimæ nostræ mentis epulis, ei qui sibi non præparauit, partes mittere præcipimur, ut uidelicet infirmiores proximorum conficiant, uel exemplo piæ actionis, uel suauitate deuotæ admonitionis confortare curemus, quatenus & ipsorum animæ iuxta Psalmistam, Sicut adipe & pinguedine supernæ largitatis abundantia repleantur, labijsq; exultantibus laudēt nomen Domini. Hunc autem locum nos etiam iuxta litteram decet imitari: ut cum uidelicet diebus festis, post orationem, lectionem, psalmorum studia completa, carnis curam reficiendo agere disponimus, pauperibus quoque & peregrinis partem dare meminerimus.

Faciant solennitatem tabernaculorum, legēte illis Ezra legem Dei per dies singulos.

CAPVT XXVII.

Et inuenerūt scriptū in lege, præcepisse Dominū in manu Moysi, ut habitarent filij Israel in tabernaculis, in die solēni mēse septimo, & ut prædicet, et diuulgēt uocē in uniuersis urbibus suis in Hierusalem, dicētes: Egredimini in montem, & cetera. Hæc in Leuitico plenius scripta sunt, & quod in memoriam fieri iussa sint itineris illius longissimi, quo educens ex Aegypto populum suum Dominus, x l. annis in deserto in tabernaculis fecit habitare, quotidie illis per Moysen legis suæ præcepta depromēs. Iussa est autem fixio tabernaculorum, quod græcè dicitur scenopegia, annis omnibus septem diebus, id est a quintodecimo die eiusdem septimi mensis, usque ad uicesimum secundum. Cuius obseruantia sacramētum meritū est nobis spiritali inquisitione perscrutandum, maximè cum Dominus in Euangelio eadem festiuitati

2. Cor. 5

Psal. 62

Leuit. 23

10. 11. 7

festiuitati adesse dignatus sit, eamq; populū affatus confluentem, suis sacrosanctis dedicauerit uerbis. Et nostri ergo patres liberati sunt ab Aegyptiaca seruitute per sanguinem agni, & adducti per desertum x l. annis, ut uenirent in terram repromissionis, quādo per Dominicam passionem liberatus est mundus a seruitio diaboli, & per apostolos primitiua Ecclesia congregata est, quæ quasi per desertū x l. annis ducta est, donec ueniret ad promissam in cœlis patriā. Quæ ad imitationem ieiunij quadragenarij, quod Moyses & Elias, & ipse Dominus impleuit, in magna cōtinentia uitam ducere solebat, semper æternam sentiens patriam: & ab uniuersis mundi huius prorsus sequestrata illecebris, quasi secretam in quotidiana diuinæ legis meditatione conuersionem gerebat. Ad cuius memoriā eodem tempore & nos debemus manere in tabernaculis, exeuntes de habitaculis nostris, hoc est relictis secularibus delectationibus peregrinos nos esse in hac uita, & patriam habere in cœlis confiteri: atque ut ad eam citius perueniamus, desiderare. Et hoc in die solenni mense septimo, id est in luce gaudij cœlestis, implente cor nostrum gratia Spiritus sancti, quæ septiformis a propheta commemorata est. In quibus uidelicet tabernaculis septem diebus manere præcipimur: quoniam omni tempore uitæ huius, quam tot diebus circummaginamus, animo nos retinere oportet, qui aincolē sumus apud Deum in terra, & peregrini sicut omnes patres nostri.

Egredimini inquit, in montem, & afferite frondes oliuæ, & frondes ligni pulcherrimi, frondes myrti, & ramos palmarum, & frondes ligni nemorosi, ut fiant tabernacula. & cetera. Et nos egrediamur de mansione quadam quasi generalium cogitationum, in altitudinem sanctarum scripturarū crebrius meditandam: & afferamus nobis inde, quasi frondes oliuæ fructus misericordiae, quibus pauperes recreando nos simul ab æstu tentatiuum uitiorum obumbremus: & frondes ligni pulcherrimi, quod Iudei cedrum uocant, fructus nimirum charitatis, quæ inter omnes pulcherrima & eximia est, uirtutes, per quam & Dominus noster lignum crucis pro nostra salute conscendit. Cuius passionem dum & nos, in quantum possibile est, imitamur, frondibus profectū ligni pulcherrimi protegemur. Afferamus & frondes myrti, in mortificatione libidinum & uitiorum omnium. Nam & magi Domino myrrham offerentes, in munere docuerunt typicè, eos qui Iesu Christi sunt, carnem suam cum uitijs & cōcupiscentijs crucifigere debere. Item frondes myrti ad faciendum sibi umbraculum adfert, quicumque potest dicere: Quia Christi bonus odor sumus Deo, in omni loco. Adferamus et ramos palmarum, qui manus uicticis ornatus est, ut uicticè gulæ, & auaritię, cætorumq; uitiorum mentem semper geramus, semper hostibus cunctis exi

2. Cor. 2

tere fortiores curemus: quatenus illorū in futuro mereamur esse cōsortes. de quibus ait in Apocalypsi sua Ioannes: Stabant ante thronū in conspectu agni, amicti stolis albis, & palmę in manibus eorum. Frondes quoque ligni nemorosi, hoc est reliquarum ornamenta uirtutum: de quibus omnibus mystica nobis tabernacula facimus, cū bonis delectati operibus, animū totū a mūdānis abstrahimus illecebris.

Et egressus est populus, & attulerunt, feceruntq; sibi tabernacula, unusquisque in domate suo, & in atrijs suis, & in atrijs domus Dei, & in platea portæ aquarum, & in platea portæ Ephraim. In domate dicit, in tecto domorum. Nam in Palæstina non habent culmina in domibus, sed æquales sunt domorum omnium summitates, superpositis trabibus ac tabulis. Vnde in lege præceptum est, ut quisq; domum ædificet nouam, faciat luriculā in circuitu tecti, ne quis ex eo delapsus, periculum mortis incidat. Ita unusquisq; nostrūm egressus facit tabernacula in domate, id est in tecto domus suæ, cum habitaculum suæ carnis animo transcendens, affectus eius noxios sedulā supernæ lucis ac libertatis meditatione calcauerit. Quod ipsum & in atrijs nostris facimus, cum mente ad cœlestia flagrans, quasi extra mundum consistimus, cuius mātionem nos ocys relinquere desideramus. Facimus & in atrijs domus Dei, quando etsi necdum aulam supernæ habitationis licet ingredi, in eius tamen uicinia totam nostrā cogitationis memoriā sedemq; collocamus. Facimus & in platea portæ aquarum, cum dilatato corde nostro in uia mandatorum Dei, sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima nostra ad Deum uiuum. Facimus & in platea portæ Ephraim, hoc est frugiferi siue crescentis, quando in eadem amplitudine liber cordis ita proficimus, ut patefacta nobis a Domino porta iustitiæ, semper in illo crescimus in salutem, ac maioribus per dies bonæ actionis frugibus abundare mereamur.

Legit autem in libro legis Dei per dies singulos a die primo usque ad diem nouissimum: & fecerunt solennitatem septem diebus, & in die octauo collectam iuxta ritum. Quantum literæ sensus patet, ipsa quidem scenopegia septem diebus agi solebant, id est a quinta decima die mensis septimi lunæ, usque ad uicesimam primā. Deinde octauo die, hoc est uicesima secunda mensis, denuō collecta populi agebatur maiori festiuitate insignis. Scriptum namque est in Leuitico: A quintodecimo die mensis septimi, quādo cōgregaueritis omnes fructus terrę uestre, celebrabitis ferias Domini septē dieb. De primo & die octauo erit sabbatum, id est requies. Sumetisq; uobis die primo fructus arboris pulcherrimæ, & cetera. Legit ergo Ezras septē diebus scenopegiarū populo in libro legis Dei: quia nimirum hæc est uera nostra in hac uita solēnitas mentis, ut per dies singulos, id est per omnia bona opera, quibus a Dño illustramur, legēdis, audīdis,

Apoc. 7

Deut. 22

Psal. 41

Leuit. 23

dis, faciendis eius sermonibus intento corde uacemus. Incipit autem hæc solennitas à quindécimo die mensis, quando luna nocte plenissima est, cum omnes mentis nostræ tenebræ clarissimo Christi lumine resoluuntur. Sequiturq; eandem dies octauus sabbati, id est requiei, uidelicet tempore resurrectionis in uita futura: cuius gaudijs interim in spe subleuamur, tunc in re ipsa perfruemur, cum exoptatissima illa collecta, omnis sanctorum cœtus, & angelorum scilicet & hominum in conspectu sui conditoris cōgregatus, & nunquam segregandus exultauerit.

Peracta solennitate tabernaculorum, denuo conueniunt ad confitendum, legendum atque orandum Dominum.

CAPVT XXVIII.

IX. IN die autē uicesimo quarto mensis huius, conuenerunt filij Israel in ieiunio & saccis, & sumus super eos. Et separatū est semen filiorum Israel ab omni filio alienigena, &c.] No- 20 tanda deuotio correcti post captiuitatem populi, ut completa ritē solennitate, quæ per legē Domini mādata est, una tantū intermissio die, mox in ieiunio & in poenitentia ipsi sua spē conuenirent: & quod diebus lectioſum sanctarū ac lætitiæ gerendū audierant, diligenter extempore gererent, separādo scilicet se ipsos & mēte & corpore à confortio eorū qui alieni à Domino esse, & ab eius cultura comprobantur: neruis per societatem & exēpla reproborū, inciderēt in mala captiuitatis & ærūnæ: quæ tamen uix post longa temporū siue secularū uolumina sese euasisse cernebant. Et quid de his nobis mysticē tractādum: nisi ut talium exēpla fecuti, qui quid in publica synapsi uel auditorio faciendum cognouimus, denuo mutua inter nos collatione tractemus: & qualiter singula hæc castigatione cordis, siue corporis nostri cōplere ualeamus, solerti indagine perquiramus. Quorum maxima probatur industria uitæ correctioris, dum subditur:

Et consurrexerunt ad standum, & legerunt in uolumine legis Domini Dei sui quater in die, & quater in nocte confitebantur, & orabāt Dominum Deum suum.] Quis enim non miretur populū tam eximiā habuisse curā pietatis, ut quater in die, hoc est primo mane, tertia hora, sexta & nona, quibus orationi siue psalmodiæ uacandum erat, auditui se legis diuinæ contraderent, quod innouata in Deum mente, purior ac deuotior ad deprecandam eius misericordiam rediret: sed & in nocte quater, excusso torpore somni, ad confitenda peccata sua, & postulandam ueniam exurgerent. Quo exemplo reor in Ecclesia morem inoluissē, ut per singulas diurnæ psalmodiæ horas lectio una de ueteri siue nouo Testamento cunctis audientibus ex corde dicatur: & sic apostolicis siue propheticis confirmati uerbis, ad instantiam orationis genua flectāt. Sed & horis nocturnis, cum à laboribus cessatur operum, liberas auditui lectionum diuinarum aures accommodantur.

nos psallentium tempore Bedæ

Oratio siue confessio Ezræ, qua deprecatur Dominum, meminisse se pactū quod habuit cū patribus eorū.

CAPVT XXXI.

ET dixit Ezras: Tu ipse Domine solus, tu fecisti cœlum & celorum, exercitumq; eorum, terram & uniuersa quæ in ea sunt. & cætera, usque ad finem orationis siue cōfessionis eius. Quod supra dictum est, Quia cōfitebantur peccata sua, & peccata patrum suorum: plenius Ezra deprecante qualiter sit factū ostēditur. Quod uerò in conclusionē dicit, Super omnib. ergo his nos ipsi percutimus foedus, & scribimus: et signat principes nostri, Leuitæ nostri, & sacerdotes nostri, & cætera: manifestius ostēditur, quāta gratia deuotionis omnes eorum personæ nouum post festa scenopegia conuentum fecerint, ut uidelicet se tota intentione à scelerum contagijs expurgatos, diuino foederi coniungerent, ipsamq; foederis sancti conditionem & sermone cōfirmarent & scripto, ac si ab impiorum confortio separati, securiores implerent opus, quod iam dudum cœperant: id est, congruos factæ urbis ciues de numero priorum instituerent.

Principes unā cum populo percutiunt foedus, & scribunt, ut custodiant omnia mandata Domini, & adiuuent ceremonias domus eius.

CAPVT XXX.

Signatores autem fuerunt Nehemias Athersatha, filius Hachelia.] Alia translatio habet, Nehemias, qui Athersatha. erat enim idem Nehemias binomius. Vnde & singulariter subinfertur, Filius Hachelia: quod ipsum superius insinuat apertius, cum dicitur: Dixit autem Nehemias, ipse est Athersatha, & Ezras scriba, & Leuita interpretans uniuerso populo, Dies sanctificatus est Domino Deo nostro.

Populi quoque terræ, qui portant uenalia, & omnia in usum per diem sabbati, ut uendant, non accipiamus ab eis in sabbato, & in die sanctificata.] Et nobis sabbatum est spiritale semper agendum, semper à seruilī opere, hoc est peccato feriandum, semper uacandum & uidendum, quoniam Dominus ipse est: Deus ut post tale sabbatum liberati à peccatis conscientia, peruenire possimus ad sabbatum futurē in cœlis gloriæ. Sed querunt populi terræ nostrum profanare sabbatum, uenalia nobis quæque inferendo in die sanctificata: quia spiritus immundi fatagunt nostri munditiā cordis commaculare, & accepto precio consensus nostri uitiorum nobis illecebras ingerere, quo diem maximæ sanctificationis inquinant: id est lucem piæ cogitationis siue actionis nostræ immis erroribus obnubilent. Sed huiusmodi mercatum nos clausi muris nostræ urbis, hoc est uitæ custodia perfectioris prorsus uitare debemus.

Et statuimus super nos præcepta, ut demus tertiam partem sili per annum ad opus Dei nostri. & cætera, usque dum dicunt: Et non dimitemus domum Dei nostri.] Cuncta hæc quæ hoc capitulo continentur, ad

ad curam domus Domini & ministrorum ac ministeriorum eius pertinent. Optimusq; ordo religiosæ conuersationis, & nobis quoq; spiritaliter nunc imitandus, ut primò semet ipsos filij transmirationis ab inquinacionibus gentium castigauerint: deinde obseruatione sabbati, quæ inter prima legis mandata eminebat, sanctificati sint: ac sic de cætero omnem curam agendi, ad obsequiū diuini cultus conuerterint. Primò namque nos à malis emūdari, & sic bonis necesse est actibus adornari. Longum autem satis est, singula hæc allegoricē, quo ordine nobis spiritaliter erga cultum Domini sint agenda, disserere, & hoc magis in ipso legis uolumine faciendum.

Principes de filijs Iuda, Benjamin & Leui habitant in Hierusalem simul, & decima pars reliquæ plebis.

CAPVT XXXI.

XI. H Abitauerūt autem principes populi in Hierusalem, reliqua uerò plebs misit sortem, ut tollerent unam partem de decem, qui habitaturi essent in Hierusalem ciuitate sancta: nouem uerò partes in ciuitatibus.] Nunc completa est dispositio, quæ mox facta ciuitate erat inchoata: sed usque ad hoc tempus nequibat terminari, priusquam recensito populi numero, & expletis solennijs septimi mensis, qui uidelicet in ipsa sancta ciuitate, qui & alijs in urbibus habitare deberent. Congruit autem figuris sacramentorum, quòd principes populi in Hierusalem habitasse referuntur. Decepti namque præfules sanctæ Ecclesiæ, quantum culmine potentia plebem transcendunt, tantum eam & uitæ meritis transcendere. Ciuitates quippe Israel reliquæ deuotam plebis Dei conuersationem designant. Porro habitatio Hierosolymorum, eorum specialiter actus figurat, qui superato iam certamine uitiorum, libera mēte uisioni supernæ pacis appropinquant, iuxta illud Psalmistæ: Diligit Dominus portas Siō super omnia tabernacula Iacob. Vnde etiā consequenter decima pars plebis in Hierusalem habitationē sorte electa suscepit, reliquæ uerò nouē suis in urbib. resident: quia nimirum perfectiorū est, eorum uidelicet qui præcepta Decalogi ad integrū in Dei & proximi dilectione custodiūt, arcanis cœlestibus mente proximare, atq; (ut ita dixerim) summæ pacē beatitudinis inter turbines uitæ labētis imitari. Quāuis & illis qui generalia Dei mandata seruant, intrandi ad uitam æternā ianua pateat: iuxta quod Dominus in Euangelio interrogati se diuini declarat. Tales namque quasi in ciuitatibus sibi à Domino traditis commorantur: quia in custodia diuinæ legis sese ab insidijs hostis antiqui munire solenter inuigilāt. Qui uerò perfecti esse uolentes, omnibus suis uēditis, atq; in elemosynas pauperum distributis, sic Dominum sequuntur, hi uelut in arce Hierusalem & proximi templo Dei atq; arce testamenti inhabitant: quia gratiæ conditoris sui sublimius appropiant. Bene dicitur, quia nō eis humana pro-

Psal. 86

uidencia electionis, sed prouentu fortis contigerit habitatio sanctæ ciuitatis, sicut & ceterarum possessio ciuitatum temporibus Iosue forte data est filijs Israel: quia nimirū & paruæ paruī, & magna bona magni, non sui libertate, uel industria arbitrij, sed occultis iudicis ac largitoris munere percipiunt.

Benedixit autem populus uiris, qui se sponte obtulerant, ut habitarent in Hierusalem.] Et nos sublimem uitam electorum, quam sequi imitando non possumus, congaudendo ac uenerando nostram facere debemus. Notandum autem iuxta fidem sacræ historiæ, quia non alij erant quæ in Hierusalem habitasse dicuntur, quàm de tribu Iuda, & Benjamin & Leuitæ. Sequitur enim manifestē:

Habitauit autem unusquisque in possessione sua, in urbibus suis Israel, sacerdotes, Leuitæ, Nathinæi, & filij seruatorum Salomonis. Ac deinde adiungitur: Et in Hierusalem habitauerunt de filijs Iuda & Benjamin. & cætera.] Quibus uerbis aperte docetur, quòd uniuersus Israel, id est, decem tribus suis in urbibus habitabant, in quibus etiam sacerdotes & Leuitæ decretam sibi ex lege portionem tenebant. De tribu autem Iuda & Benjamin quoscumque fors eligebat, habitabant in Hierusalem, simul & de sacerdotali ac Leuitica tribu. Tribus namque Benjamin ibi antiquitūs manebat: quoniam huic ciuitas illa sorte prouenit. Tribus autem Iuda ibidem intrauit à temporibus Dauid, cum eam illò totius Israelitici regni metropolim fecit. Quibus & Leui tribus addita est, ex quo ibidem arca testamenti adducta, & altare ac templum Dei constructum est. Vide enim sequentia libri huius, & inuenies, quia de his solūmodo tribus tribubus habitatores Hierusalem computat, quorum etiam summam subtiliter omnium annectit: expleto autem horum catalogo, curauit adhuc adiungere scriptura, quibus in urbibus cætera pars earundem tribuum habitauerit. Nam sequitur:

De filijs Iuda habitauerunt in Cariatharbe, & in filiabus eius. & cætera, usque dum dictum est: Et manserunt in Bersabee, usque ad uallem Ennon.] Bersabee etenim ad Australem plagam erat terminus tribus Iuda, uallis autem filiorum Ennon ad Aquilonem iuxta Hierusalem ad Orientem. Deinde & filiorum Benjamin ciuitates simili ordine replicatur. Quodq; illis enumeratis adiungitur:

Et de Leuitis portiones Iuda & Benjamin, quòd in possessione filiorū Iuda & Benjamin, Leuitæ sortem iuxta decretum legis acceperint. Hæc de historia paucis dicta sint. De quibus omnibus si quid etiā allegoricum, & nostris actibus accommodum audire sensum delectat: Iuda interpretatur confitens, Benjamin filius dexteræ, Leui assumptus. Quorum omnium tribus partim in Hierusalem, partim in subiectis ciuitatib. à Deo sibi datis inhabitant, quia multi ac diuersi sunt profectus fidelium,

lium, pro quibus & multæ mansiones in domo patris in cœlis, ut supra docuimus. Alij generalia Dei præcepta seruire contenti sunt: non occidere, non adulterare, non facere furum, non falsum testimonium contra proximum loqui: honorare patrem & matrem, & diligere proximos tanquam seipsos. alij arctiorem uitæ perfectæ uiam apprehendere conantur, qui tamen omnes pro sua quisque uocatione gratiam conditoris sui laudat & confitetur, filijq; sunt regni perennis, quod est in dextera eius: atque ab illo assumuntur in uitam, cum uenerit articulus discriminis illius: in quo duo erunt in agro, unus assumetur, & unus relinquetur: dux molentes in mola, una assumetur, & una relinquetur.

Matth. 24.

XII. Hi sunt autem sacerdotes & Leuitæ, qui ascenderunt cum Zorobabel filio Salathiel, & Iosue Saraia, Ieremias, &c.] Hic principes sacerdotum unâ cum fratrib. suis, id est minoribus sacerdotibus, ac Leuitæ describuntur, illi qui cum Zorobabel & Iosue filio Iosedec de Babylonia captiuitate ascenderunt. Quibus explicatis adiunguntur & illi, qui ex eo tempore in principatum sacerdotij sibi inuicem, usq; ad initium regni Macedonum successerunt. Sequitur enim:

Progenies Iosue sacerdotis magni, & qui temporibus illis principes fuerunt sacerdotum & Leuitarum, exponitur.

CAPVT XXXII.

† Iedaia. Antiq. lib. 11. cap. 8.

Iosue autem genuit Iocim, & Iocim genuit Eliasib, & Eliasib genuit Ioiada, & Ioiada genuit Ionathas, & Ionathas genuit Iedduam.] Denique Iedduam, qui ultime in his positus, scribit Iosephus, temporibus Alexandri magni fuisse principem sacerdotum, occurrentemq; ei cum fratribus suis, humiliter ab eo atque honorifice susceptum. Quem quidem ille Iaddum nominat, & esse dicit patrem Ontæ sacerdotis magni, de quo in Machabæorum libro scribitur: non quod huius conditor libri Nehemias ad illa usque tempora uiuere in carne potuerit, sed quia infantiam eius nouerit, qui tamen post longo tempore mortis eius ad gradum sacerdotij peruenire potuerit. Nam & in fine huius libelli filiorum Ioiada, filij Eliasib mentio est, quod unus ex eis gener fuerit Sanaballat Horonitis, cuius quidem generi nomen tacetur. Sed quia Ioiada idem auus est Iedduæ, constat generum, de quo sermo est, aut uerum patrem eiusdem Iedduæ, aut patruum fuisse, ideoq; illum, superstitite adhuc Nehemia, nasci potuisse.

In diebus autem Iocim erant sacerdotes & principes familiarum Saraia, Maraiæ, &c.] Descripta autem successione principum sacerdotum, additur etiam catalogus minorum sacerdotum ac Leuitarum, qui illorum fuere temporibus: ut scire possimus, qui aggregato in Hierusalē ciuium numero copioso, sacerdotum quoque ac Leuitarum coetus fuerit eximius ac nobilissimus, qui ad ministeria templi & altaris, ad consistendum & laudandum Deum, ad custodiam eiusdem

templi & ciuitatis, ad erudiendam plebem susciperent. Neque absq; mysterij sacrationis intelligentia factum est, quod reaedificata ciuitas Hierusalem tantam ciuium copiam in omni gradu & ordine meruit, quâ tam insistente ac destruyente hoste nūquam perdidisse legitur. Sic etenim sæpe sancta Ecclesia ex detrimentis suis maiora recepit incrementa, cum uno per incuriam lapsa in peccatum, plures exemplo eius territi, ad persistendum in castitate dei sunt cautiore. Sæpe idem ipsi qui peccauerunt, maiores post actam poenitentiam bonorum operum fructus ferre incipiunt, quam ante incursum peccati ferre consueuerant. Sæpe ab hæreticis Ecclesia uastata, postquam instantia catholicorum doctorum lucem ueritatis recepit, plures ad cognoscendam uendamq; rationem recuperantes, eiusdem ueritatis filios procreauit. Neque enim unquam beati patres Athanasius, Ambrosius, Hilarius, Augustinus, & cæteri tales, tot & tam magnificos in sanctam scripturam tractatus conderent, si non contra hæreticam rectam multiformis hæreticorum fuisset error ortus. Sed dum hæretici mendacium suum testimonijs scripturarum astruere nitentur, coacti sunt partes econtrario earundem scripturarum illos autoritate refellere, & harū dicta quomodo sint recte intelligenda disserere. Quæ nos hodie eorum scripta legentes, quasi ad portas & uestibula sanctæ ciuitatis ac templi custodes uigilantiores, quasi ad officium altaris & hostiarum Domini copiosiores accipimus ministros: quia per illorū sermones ad custodiã fidei, & bonæ actionis ad seruendum intentius diuinæ obtutibus maiestatis erudimur. Potest hoc etiam de persecutione Gentilium, qua Ecclesia sancta creberrimè concussa est, mysticè accipi: quæ occasione quidem martyrum uidebatur funditus esse delenda, sed eis in occulto coronatis melius construebatur. Quorum etiam post mortem clariscentibus miraculis, maior ad confessionem fidei populus confluxebat, donec apex quoque ipse mundani imperij iugo Christi suauissimo collum subdere consensit, ut status sanctæ ciuitatis, id est Ecclesiæ Christi, qui diutius à regibus fuerat impugnatus incredulis, denuò creditum regum & principum seculi adiuuaretur & propagaretur instantia: quomodo ciuitatem Hierosolymam reges quidem Chaldæorum, qui interpretantur feroces, uel quasi deumonia subuerterunt, sed reges Persarum, qui interpretari dicuntur tentati, amica prouisione restaurant, & honore debito exaltant.

Dedicatur ciuitas Hierusalem in lætitia solemi, & recensentur custodes super gazophylacia thesauri ad oblationes sanctorum.

CAPVT XXXIII.

IN dedicatione autem muri Hierusalem requisierunt Leuitas de omnib. locis suis, ut adduceret eos ad Hierusalē, &c.] Iam dudum aedificata erat ciuitas, sed non decem

bat eam dedicari, priusquam habitatorib. aggregatis, & ministri templo idonei, & portis ac uestibulis essent custodes deputati. Facta autem ciuitas sancta dedicatur, cum completo in fine seculi numero electorum, Ecclesia uniuersaliter in cœlis ad uisionem sui conditoris introducitur. Cuius uitæ desiderijs, quoties in hac uita sustollimur, quasi de figura ciuitatis nostræ dedicatione lætamur. Vnde & bifariè hæc eadem dedicatio potest per significationem accipi. interim uidelicet in spe desiderantium ac mundantium oculos cordis, quibus Deum uidere ualeant: tunc uerò in re ipsa fruuentium diuina uisione beatorum hominum in corporibus spiritalibus inter angelicorum agmina spirituum.

Requisierunt, inquit, Leuitas de omnibus locis suis, ut adducerent eos ad Hierusalem, & facerent dedicationem in lætitia, in actione gratiarum, & in cantico, & in cymbalis, & psalterijs, & citharis.] Requiruntur & Leuitæ spirituales, hoc est assumpti in sortem regni de omnibus locis suis, quando mitret filijs hominis angelos suos, & congregabit electos suos à quatuor uentis, à summo terre usque ad summum cœli. Faciunt que illi dedicationem in lætitia, cantico, gratiarum actione: atque in organis musicorum uarijs, cum in perceptione æternæ uitæ inuicem gaudent, gratias agentes ei, cuius dono illam intrare ciuitatem meruerūt. Cymbala autem, psalteria & citharæ, ipsa possunt corpora sanctorum iam tunc immortalia intelligi, in quibus suauissimos laudationis suæ sonos sunt Domino reddituri. Sed in presenti uita Leuitæ congregantur in Hierusalem, cum memoria supernæ pacis fideles accensi, totam in ea suæ mentis delectationem collocant, ac de ea quæ se percepturos sperant æterna in cœlis hereditate: etsi necdum queunt intinendo, saltem delectando letantur, iuxta illud psalmistæ: Letamini iusti in Domino, & consistimini memorie sanctificationis eius. Faciunt enim dedicationem in cantico & gratiarum actione, cum lætante in Domino mente, quicquid in mundo siue aduersi, siue prosperi occurrit, excipiunt. Faciunt & in cymbalis, psalterijs & citharis, cum etiam gratos honorū sonos operū ad aures faciunt sui conditoris ascendere, cum his quoq; corda proximorum ad amorem eiusdem conditoris ac saluatoris accendunt.

Psal. 96

Philipp. 3

Congregati sunt ergo filij cantorum, & de campestribus circa Hierusalem, & de uillis Netuphati. & cætera, usq; dum ait: Quoniam nullas aedificauerunt sibi cantores, in conspectu Hierusalem.] Filij cantorum sunt imitatores eorum, qui deuota atque hilari mente Domino famulari, uel etiam uerbum eius alijs prædicando resonare studuerunt: qui sibi uillas in circuitu Hierusalem faciunt, cum uicinia supernæ patriæ sublimi corde inhabitant, dicentes: Nostra autem conuersatio in cœlis est. Faciunt autem easdem uillas in campestribus circa Hierusalem, cum tanto magis se di-

latato in Deum corde humiliant, quanto suauius gloriâ sublimitatis eius gustando contingunt: qui uidelicet omnes, & nunc profectibus bonorum operum, uirtutum cœlestem congregantur ad patriam, & ipso tempore dedicationis, hoc est perpetuæ remunerationis ibidem pariter inueniuntur.

Et mundati sunt sacerdotes & Leuitæ, & mundauerunt populum, & portas, & murum.] Iustus omnimodè ordo, ut qui populum mundare desiderant doctores ac præules, prius ipsi mundentur: primò corpus suum castigent, et seruituti subiiciant, ne forte alijs prædicantes, ipsi reprobi inueniantur. Mundati sunt autem sacerdotes & Leuitæ orationibus & oblationibus uicinarum, simul & ab uxoribus continendo, mundauerunt populum, eandem continentiam prædicando. Mundauerunt & portas, & murum cum tibijs & canticis psalmodum, comitante ipso populo circumeundo. Mundauerunt pariter unâ secum populum, portas & murum, expleto circuitu uictimas magnas pro statu ciuium, simul & ciuitatis offerendo. Sed & nunc hi qui sacro ducatu plebibus præsunt, & assumpti sunt à Domino in ministerium spirituale, quo maiorem nostræ dedicationis, quæ est in resurrectione futura, memoriam gerunt, eo instantius & seipos, & sibi commissos quosque mundare ac sanctificare contendunt: ne quis forte in fordido mentis habitu inuentus, à communi sanctæ solennitatis iucunditate foras eiciatur, uinctisq; manibus ac pedibus in tenebras exteriores mittatur.

Ascendere autem feci principes Iuda super murum, & statui duos choros laudantium magnos, & ierunt ad dextram super murum ad portam Sterquilinij.] Principes Iuda, id est confessionis siue laudis, perfectiores sunt quique sanctæ Ecclesiæ doctores, qui in dedicatione ciuitatis super murum ascendunt: quia ubi tempus retributionis apparuerit, generalem sanctæ Ecclesiæ conuersionem altius uiuendo transcendisse probabuntur. Hi sunt namque, de quibus eidem Ecclesiæ Dominus per prophetam pollicetur, dicens: Super muros tuos constitui custodes. Vnde iustum est, ut qui nunc murus sanctæ Ecclesiæ uice uigilum prælati sunt, tunc quoque eidem gloria remunerationis præmineant. Vbi duo magni laudantium chori statuuntur, quia de utroque populo, Iudæorum scilicet & gentium, qui superna in patria Deum collaudant, adueniunt. Quod etiam in hac uita quotidie geri doctus quisque cognoscit. Qui uidelicet chori eunt ad dextram super murum, quia iusti ad uitam æternam rectè conuersando, & semper in presenti festinant, & in futuro perueniunt. Eunt ad portam sterquilinij, in presenti quidem, ut spurciciam peccatorum de Ecclesia correctius uiuendo, & errantes corrigendo expurgent. In futuro autem, ut eos qui corrigi noluerunt, BB iudiciaria

1. Cor. 9

Isaie 26

iudiciaria potestate de ciuitate Domini, hoc est ab ingressu patriæ cœlestis expellant. Vel certe chori laudantium ad dexteram eunt super murum ad portam sterquilini, dum eos laude dignos predicant, qui omnem immunditiam de Ecclesia predicando, arguendo, excommunicando, anathematizando eliminare curabant.

Et de filiis sacerdotum in tubis, Zacharias filius Ionathan. &c. usque dum dictum est: In uasis cantici David uiri Dei, & Ezras scriba ante eos in porta fontis. In hac uita dem uita filij sacerdotum, in dedicatione ciuitatis Dei tubis canunt, quoniam ad memoriam patriæ cœlestis corda auditorum predicando succendunt, & hoc in uasis cantici David uiri Dei, quando non sensu uel desiderijs innitentes, sed patrum ac prophetarum per omnia uitam sequentes, doctrina, uerbo predicationis insistant. Quos Ezras scriba legis Dei antecedit ad portam fontis, dum in omnibus quæ agunt, uerba sacre scripturæ præ oculis habent, quibus perducentib. ad ingressum uitæ æternæ perueniunt. De quo dicit psalmista Domino: Inebriabitur ab uertate domus tuæ, & torrente uoluptatis tuæ potabis eos, quoniam apud te est fons uitæ.

Et contra eos ascenderunt in gradibus ciuitatis David, in ascensu muri super domum David, & usque ad portam aquarum ad orientem. Supra cum ciuitas ædificaretur, dictum est: quia qui portam fontis ædificarent, ipsi mensuram sui operis usque ad gradus qui descendunt de ciuitate David, perduxerint. Ibi ergo descensio graduum cum ædificaretur: hic uero cum dedicaretur ciuitas, ascensio nominatur: sicut etiam ibi labor & certamen cum hoste gerebatur, hic deuotio hoste lætitia celebratur, quia nimirum sancti omnes, qui in presenti humiliantur sub potenti manu Dei, in futuro exaltabuntur ab ipso. Qui nunc muros Ecclesiæ in terra de uitis lapidibus, uidelicet sanctis animabus, in afflictione & periculis, in uigilijs multis ædificant, tunc completo eodem ædificio, & in regno cœlorum subleuato, ipsi gaudentes ad contemplandam eius claritatem ascendunt. Domus autem David, id est manu fortis & desiderabilis, omnes sunt iusti, qui gratia sui conditoris impleri, & inhabitari solent ab ipso. Ascenduntque filij sacerdotum super domum David, dum sancti predicatorum siue martyres, sicut nunc generalem iustorum uitam, uel ministerio uerbi, uel agone martyrij transeunt: ita tunc generalia eorum præmia sublimioris dona remunerationis antecedit. Quibus apte conuenit illa fidelium seruorum parabola, quorum uni dicitur, Domine mna tua decem mnas acquisiuit: ait idem Dominus, Euge serue bone, quia in modico fidelis fuisti, eris potestatem habens super decem ciuitates. Alteri idem dicens: Domine mna tua fecit quinque mnas: & tu, inquit, esto super quinque ciuitates, Quantos enim nunc quisque

Psal. 35

Nehem. 3

Luce 19

uerbo uel exemplo suo erudit ad uitam, pro tantis tunc in perceptione uitæ gloriosior apparet honorificabitur. Perueniunt quoque sacerdotes usque ad portam aquarum ad orientem, quando hi qui in hac uita, quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderauerunt apparere ante faciem Dei, ad affectum ipsius desiderij pertingunt, ortumque solis iustitiæ sine occasu uidere merentur. Quod autem dicitur, Et contra eos ascenderunt: non contrarietatem distant, sed occursum significat consonantiæ, qua electi & in hac uita semel alterutrum ad amorem sui autoris accendunt, & in illa perfectius eum in sua inuicem beatitudine congaudentes, semper absque fastidio laudant, iuxta exemplum Seraphin, qui propheta teste, alter ad alterutrum clamantes, socia sanctam Trinitatem exultatione concelebrant.

Et chorus secundus gratias referentium ibat ex aduerso, &c. Logum est de singulis portis, siue turribus specialiter differere: tantum dixisse sufficiat, quia qui portas, turres & murum ciuitatis in magno labore, ærumna, fame, frigore, uigilijs diurnis, nocturnis quoque, repugnante indefesso hoste atque insidiante perfecerunt, tunc repulso & confuso hoste per eiusdem ciuitatis portas, turres & ædificia deambulantes, in canticis & hymnis, in psalterijs, cymbalis, citharis, in tubis & gratiarum actione, una cum ipsis qui autores operis, & doctores legis Dei fuere, magistris collerantur. Quod eodem ordine etiam in spiritali ædificio fieri, nulli dubium est. Cum instante tempore ultimæ retributionis, quasi diu desiderata dedicatione ciuitatis Dei, fides æterna pro operibus suis præmia consequitur: quando uelut Nehemias & Ezras, ceterique sacerdotes & Leuitæ suos singuli operarios producentes, cuncti fidelium populorum magistri, suos quique, quos Domino acquisierunt auditores, ad mœnia patriæ cœlestis introducunt. Tunc inter alia sanctæ mœnia ciuitatis, etiam super turrim furnorum, in cuius pridem structura desudabatur, Nehemias cum choro laudantium incedit, cum magistri ueritatis de sublimibus eorum, quos docuere præmijs lætantur. Si enim panes fornicei, qui in abdito coquuntur, internam mentis fidelium deuotionem, quæ charitatis est igne confirmata, significant: unde & tales in sacrificium Domini per legem iubebantur offerri, qui per furnos, in quibus iidem panes coquantur, aptius quam ipsa illorum corda, quæ flamma amoris intima semper ardere, & uirtutum facta siue uerba solent procreare, figurantur. De quibus pulchre propheta dicit: Dominus tuus est ignis in Sion, & caminus eius in Hierusalem. Et Lucas ipse de se: Nonne cornu nostrum ardere erat in nobis, cum loqueretur in uia, & aperiret nobis scripturas: Et contra, reproborum corda & ipsa ardent, sed igne scelerum, Unde alius propheta de illis: Omnes, inquit,

Esai. 6

Leuit. 24

Esai. 31

Luce 24

Osee 7

inquit, adulterantes uelut clibanus corda eorum. Structores ergo sanctæ ciuitatis, inter alia turrem furnorum ædificant, cum doctores auditorum suorum corda in fide & opere ueritatis instituunt, quod digni fiant ad maiora spiritalis dona percipienda, nouasque quotidie uirtutum dapes in gaudium populi Dei profereudas. Gaudentes uero, & Domino laudem canentes, super turrim furnorum in die dedicationis Hierosolymorum incedunt, cum in tempore futuræ retributionis de illorum quos uita magisterijs instituere gloria, æterna beatitudine congaudent. Furni itaque sunt corda electorum, in quibus charitas diffunditur per Spiritum sanctum, qui datus est illis. Turris autem furnorum, ipsa est sublimitas & custodia bonorum operum: quæ eadem corda, ne à malignis spiritibus possint lædi, ne flamma uirtutum, uento elationis inflari uel turbari ualeant, circumspicienda semper necesse est caute & sollicitudine muniti.

Et steterunt duo chori laudantium in domo Dei, & ego & dimidia pars magistratum mecum, & cetera, usque dum dictum est: Et clarè cecinerunt cantores. Præambulantes mœnibus & hortis ciuitatis, in carmine lætitiæ, & organis musicorum, redeunt ad templum Domini: ut ibi quoque stantes, laudem Domino consonantibus tubis referant, ibi oblati uictimis uota dedicationis impleant. Ipsam autem unam eandemque futuræ uitæ patriam mysticè domus Domini, quæ & ciuitas Domini designat, sicut & præfens Ecclesia consuetè in scripturis & domus Christi appellatur, & ciuitas. Verum distat, quod ædificia ciuitatis in carminibus gratiarum & organis ascendisse laudantes: in domo autem Dei stantes laudasse, & clarè cecinisse perhibentur. Ascendunt namque electi mœnia ciuitatis, quæ fecerunt cum gaudijs supernæ patriæ, quæ ipsi instantia bonorum operum suarum fecerunt, introeunt. Cernunt diuersitatē portarum, & turrim, & ædificiorum celsitudinem, cum introeunt in domum patris, multarum inibi mansionum differentiam pro diuersis hominum meritis contemplatur. Stant autem in domo Dei, & clarius canunt, cum in sua singuli mansiones recepti, in perpetua sui conditoris uisione stabili habitatione perseuerant, eiusque laudes in seculum Dei uoce indiuisa concelebrant. Vbi duo erunt chori laudantium, uel de utroque uidelicet populo, ut supra interpretati sumus, connexi, atque in unam diuinæ laudis modulationem copulati: uel de angelis & hominibus facti, completa promissione Dominica, qua dicitur, quod erunt homines æquales angelis Dei. Sed & in hac uita ascendunt in ciuitatem Domini iusti cum hymnis dedicationis, quando in memoriam futuræ remunerationis toto corde inhiantes, in bonis quotidie operibus magis magisque proficiunt, iuxta illud psalmista: Ascensus in corde suo disposuit in ualle lachrymarum, Et

Marci 12

Psal. 83

iterum: Beati immaculati in uia, qui ambulat in lege Domini. Ecce enim & immaculatos dicit in uia ambulantes in lege Domini, quia sic nimirum acceptam cordis & operis innocentiam tenent, ut super ad altiora crescere uirtutum merita contendant. Stant autem in domo Domini cum laudibus, quia in ipso bonorum operum profectu indefessi perseuerant, iuxta illud beati Eliæ: Viuit Dominus, in cuius conspectu sto, id est, in cuius complenda uoluntate indefatigabili mēte permaneo. Bene autem sequitur:

Et immolauerunt in die illa uictimas magnas, & lætati sunt. In die namque illa perpetuæ lucis (de qua dixit Zacharias: Et erit dies una, quæ nota est Domino non dies, neque nox: hoc est à labentium temporum consuetudine remota) magnas Domino uictimas electi immolant, illas uidelicet, quas in spe futurorum degustans psalmista dicebat: Dirupisti uincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Qui bene etiam, ubi hanc se hostiam sacrificaturum speraret, ostendit, cum protinus adiungit: Vota mea Dño reddam in atrijs domus Dñi, in conspectu omnis populi eius in medio tui Hierusalē. In medio quippe Hierusalē uota Deo in conspectu omnis populi eius, reddimus, cum in cœlesti patria omni sanctorum multitudine congregata, eas pro quibus in præfati gemimus, quasque gratiarum quotidiano desiderio sitimus, laudes ei offerimus.

Deus enim lætificauerat eos lætitia magna. Sed & uxores eorum, & liberi gauisi sunt. Hæc ad ædificationem sanctæ ciuitatis illius quæ est in futuro, ueraciter pertinent, in qua Deus est rex ille, qui sua presentia suos ciues lætificat, magna utique lætitia: unde & eodem nato in carne rege, pastoribus apparens angelus aiebat: Ecce enim euangelizo uobis gaudium magnum, quod erit omni populo. Ad distinctionem nimirum humani gaudij, quod & paruum & transitorium est: & ideo sapientibus nihili pendendum. Bene autem in illa quam Deus suæ ciuitati tribuit lætitia, uxores quoque ciuium, simul & liberi gauisi esse referuntur: quia tempore refectionis non solum illi qui uel euangelizando uerbum, uel fortiter in operibus fidei persistendo Ecclesiam ædificauerat, fructum sui magni laboris accipiunt magni: sed & infirmiores quique eiusdem fidei cōsortes, una eademque cum eis uitæ æternæ perceptione lætantur. Benedixit enim omnibus timentes se Dominus, pusillis cum maioribus. Potest hæc dedicatio etiam in hac uita typicè, in quibusdam electis aptè intelligi, qui purificato cordis oculo, ea quæ in futuro cuncta perceptura est Ecclesia, nonnulla ex parte gaudia contemplari merentur, ut Esaias, Ezechiel, Daniel, ceterique propheta: ut apostoli, qui clarificatum in morte sancto Dominum uidere gaudebant: ut Paulus, qui in paradysum atque in tertium rapit cœlum meruit: ut in Apocalypsi sua Ioannes, qui uniuersi quo altius edita supernæ ciuitatis in-

Psal. 118

3. Reg. 17

Psal. 119

Luce 2

Psal. 118

Matth. 17

2. Cor. 12

grediebantur, eo clarius laudes Domini canere, ac uictimas illi bonorum operum maximas semper immolare curabant.

Recensuerunt quoque in die illa uiros super gazophylacia thesauri, ad libamina, et ad primitias, et ad decimas, &c. Gaudentibus uniuersis de edificatione ac dedicatione ciuitatis, procuratum est omni instantia, ut cultus in ea religionis, qui per ceremonias, maxime doctrinam & officia sacerdotum, Leuitarum, cantorum & ianitorum erat institutus, seruarietur & cresceret. Ideoque statuti sunt uiri strenui, qui collata a populo pecuniam diligenter in ararium templi colligerent & custodirent, propter usum eorum ministrorum templi & altaris: primitias quoque frugum, ac decimas, & uinum & libamina, que ad templum deferebantur, sedula cura conseruarent: quatenus abundante copia eorum que uel Domino essent offerenda, uel ex quibus ipsi ministri Domini uiuere possent, libentius eorumdem ministrorum multitudo in Hierusalem sibi mansiorem facere consentiret, a quibus conflua turba populi doceri, simul & sacrificari deberet.

Quia latatus est Iuda in sacerdotibus & Leuitis astantibus. & cetera. Illa erat causa, ut populus sacerdotum & Leuitas, ceteros que sanctorum ministros in Hierusalem habitare diligeret: quia latatus est in bonis eorum operibus, quorum instantia Deo deuota, & ipse populus correctus ab erroribus, & ciuitas erat extructa, ac magna cum laude latitiae dedicata. Huius autem capituli nobis expositio allegorica in promptu est: quia Dominus statuit eos, qui Euangelium annunciant, de Euangelio uiuere. Sed ut illis sacerdotibus, ac ministris sanctorum, qui sumptus quidem cum gaudio debitos fumere a populo delectantur, sed nil pro eiusdem populi salute laborare, non aliquid facere ducatur ei recte uiuendo prebere, non de suauitate regni celestis ei quippiam dulce predicando canere, sed nec iam uel ei supernae ciuitatis aperire, municipatum in caelis habendo, uerum potius occludere peruersae agendo probantur. In quorum operibus nequaquam confidens, siue laudans Dominum populus latari, sed multo magis cogitur affligi. Notandum sane, quod Iudas, qui supra in edificatione ciuitatis, quasi desperas loquebatur: Debilitata est fortitudo portantis, & humus nimia est, & nos non poterimus edificare murum, &c. illius loci iam nunc receperat fortitudinem & mentis & corporis, ad exportandam humum, que impediabat ad edificandum murum, qui ceciderat, ad superandas hostium insidias, que imminiebant. Ideoque merito latatur in sacerdotibus & Leuitis, cantoribus & ianitoribus, quorum labore & exhortatione tantum periculum afflictionis euasit, tamquam magnam recuperatae gloriae prosperitatis inuenit. Et tu ergo si humo uitiorum cor tuum pregruari, ne in eo ciuitatem, diuina in habitatione dignam edificare ualeas, si te ab expurgandis uitiorum

1. Cor. 9

Nehem. 4

rudieribus, ab edificandis uirtutum mœnibus, hostem malignum retrahere uelle perspexeris, audi consolationem & consilia sacerdotum: ascultandis & custodiendis diuinis lectionibus assiduus esto: sicque stes, ut habitaculum pretorij tui, expulsis demonum insidijs, Deus uictor, quasi suam ciuitatem sanctificaturus, & mansionem apud te facturus introeat.

Et sanctificabant Leuitas, & Leuitas sanctificabant filios Aarō. Populus sanctificabat Leuitas, decimas eis dādo, quasi sanctis Dei: & ipsi Leuitas sanctificabant sacerdotes, decimam eis partem, quasi sublimioribus de suis offerendo decimis.

In die autem illo lectum est in uolumine Moysi, audiente populo, & inuentum est scriptum in eo, quod non debeant introire Ammonites & Moabites in Ecclesiam Dei, & cetera. Constat Moabitas & Ammonitas, quia de incesto nati sunt, hæreticorum figuram tenere, quorum autores, dum doctrinam patrum, de qua ipsi eruditi sunt, male intelligendo corrumpunt, quasi filij Loth semine paterno furtim & in tenebris, & non legitime utuntur: ideo que talium proles, hoc est sectatorum hæresum, nullam unquam in Ecclesia Domini partem habere queant. Nam quicumque ex his corriguntur, iam non erunt talium soboles genericum. Occurrerunt autem filij Israel, egredientibus ex Aegypto, cum pane & aqua, si ipsi bene uiuentes, & catholica in pace uersantes, solatium uerbi Dei conferrerent eis, qui nuper a seruitio peccatorum per aquam baptismi, & per fluctus maris eruti, ad libertatem patriæ celestis anhelant: quomodo fecit Bercellai Galaadites, qui fugienti Dauid & exercitui eius a facie Absalon, cum alimentis occurrit, quo eos refocillando adiutos, aduersus tyrannidem nouam filij regis redderet fortiores: illos nimirum significas, qui dispersam ab hereticis Ecclesiam subsidijs uerbi celestis confortare, atque ad debellandam eorum insaniam curant animare. At dum iidem hæretici, neophytos & suis primatibus, & offensis aliorum exemplis, siue uerbis malignis perdere nituntur, quasi nati de incesto populi egressum ex Aegypto Israel, & suis armis, & Balaam arioli, qui interpretatur uanitas populi maledicti, atque consilij impugnant infandis. Sed & Deus maledictionem Balaam conuertit in benedictionem populi sui, & eum ab armis inimicarum gentium muniuit: quoniam distigentibus Deum omnia cooperantur in bonum.

Separatur ab Israel omnes alienigenæ, & gazophylacio domus Domini partes Leuitarum, ac primitiæ sacerdotales reponuntur. CAPVT XXXIII.

Actu est autem cum audisset legem, separauerunt omnem alienigenam ab Israel: & super hoc erat Eliasib sacerdos. Iuxta legem de duabus inimicis gentibus, anathematizandis, mox omnem alienigenam a se populus fidelis separauit: quia sic necesse est, nos auditui ueritatis intedere, ut cum ab uno quolibet uitio lectione diuina prohibemur, continuo non illud solummodo, de quo sermo forte incurrit,

XIII.

2. Reg. 19

Rom. 9

rit, sed omne quicquid in nobis uitij sordidatis deprehendimus, ab actione simul & nostra conscientia repurgemus.

Fecit ergo sibi gazophylacium grande, & ibi erant ante eum reponentes munera, & thus, & uasa, & decimam frumenti, uini & olei, & cetera. Hæc sententia, quae se in Hierusalem non fuisse scribit Nehemias, non ad ea que supra hucusque narrauerat, sed ad presentem tantummodo locum pertinere uidetur. superiora enim, tempore illo quo urbs edificata ac dedicata est, gesta uel dicta uidentur, quando adhuc Nehemias Hierosolymis morabatur: quibus strenue completis redijt ad regem, illo que absente fecit Eliasib grande gazophylacium, in quo reponerentur ea quae uel in ministerium domus Domini, uel in usus ministrantium necessaria erant. Qui etiam quaedam illicita in gazophylacio domus Domini ponere non timuit: quia reuersus Hierosolymam Nehemias, mox ea turbare studuit. Nam sequitur:

Nehemias reuersus de Babylone in Hierusalem, denuo mundat gazophylacia a uasis Gentilium: & refert ibi ea quae domum Domini decebant.

CAPVT XXXV.

Tueni in Hierusalem, & intellexi malum quod fecerat Eliasib Tobiae, ut faceret ei thesaurum in uestibulis domus Dei. Legimus supra, Tobiam seruum esse Ammonitæ, inimicum populi Dei: unde multum male egit Eliasib sacerdos: qui huic, tametsi sibi propinquitate coniuncto, in uestibulis domus Dei thesaurum fecit, in quo uasa eius poneret, electis inde uasis domus Dei, ceteris que quæ ministerij eius poscebat, que enim participatio iustitiæ cum iniquitate? quæ conuentio Christi ad Belial? qui consensus templo Dei cum idolis? quæ communicatio hæreticis & scismaticis, cum orthodoxis & pacificis Dei filijs?

Et proieci uasa domus Tobiae foras de gazophylacio, procepitque, &c. Et tu quicquid inter fideles infidelitatis & immunditij reperis, continuo proijce foras, ut immundatis credentium cordibus, quæ sunt gazophylacia Domini, cum uirtutum fuerint plena diuitijs, uasa Domini inferantur: hoc est, illa ipsa corda, quæ paulo ante uasa erroris fuerant per culpam, denuo uasa Domini fiant per correctionem: ibique sacrificium bonæ operationis, & thus puræ orationis, ubi pridem spelunca erat latronum, inueniatur. Sed & illi uasa Tobie Ammonitis de gazophylacio templi eiijciunt, ibique uasa domus Dei, & sacrificium & thus referunt, qui excommunicatis, siue anathematizatis hereticis, aut falsis catholicis, ac de Ecclesia expulsis, catholicos in eorum gradum Christi famulos surrogant, qui fidelibus ei actibus atque orationibus deseruiant. Comparadum sane hoc quoque Nehemias, zelo Domini Saluatoris, quando inueniens uendentes in templo, & ementes, fecit flagellum de resticulis, et cunctos foras eiecit, apteque Nehemias sicut in cæteris suis actibus, ita & in hoc typum ueri consolatoris ac mundatoris Dei pertulit.

Mat. 21
Lucæ 19

Nehemias, ne requies sabbati mercatu Gentilium uioletur, sedulus insistit.

CAPVT XXXVI.

In diebus illis uidi in Iuda calcantes torcularia in sabbato: portantes aceros, & onerates super asinos uinum, & uuas, & ficus, & omne onus, & inferetes in Hierusalem die sabbati: & cetera. Sex diebus per legem operari quæ necessaria sunt, septimo iubemur quiescere: cuius mandati claret generale mysterium, quod omnes electi in hoc seculo, quod sex etatibus agitur, pro æterna debent requiescere: in die autem futura, quasi in die septima ipsam requiem a Domino sperare perpetuam. Sed & iuxta tropologiam, id est sensum morale, electi etiam in hac uita agunt sabbatum Domino sacratum, cum ab huius mundi curis ad tempus separati, orationi uacant, & celestium rerum contemplationi purificatam mentem suspendunt. Nam cum ea quæ carnis cura iure flagitat, sincero corde, & non in desiderijs contra preceptum apostoli gerimus, quasi in sex diebus quæ necessaria sunt laboramus: quoniam erga illa, quibus propter hoc seculum opus habemus, occupamur. Porro sabbatismus orationum, ac deuotionis nostræ, in qua uacamus a temporalibus agendis, ut æternitatis gaudia dulcius gustare mereamur, recte diei septimo adsignatur: quia future quiete uitæ, ac beatæ laudationis imitatur. sed diei sabbati alienigenæ quærun prophanare, cum terrenæ cogitationes in tempore nostre orationis importune nos conturbant, & memoria siue delectatione temporalium rerum, ab amore intimo nituntur extrahere. Imponunt asinis uinum, uas & ficus, & omne opus, & inferunt in Hierusalem, cum oblectamentis carnalibus stultos animi nostri motus onerantes, per hæc & huiusmodi tentamenta quietem nostri cordis Deo deditam uiolare conantur. Sed his improbarum cogitationum tumultibus, ne sabbatum nostrum inquietent, contradicit Nehemias, cum districta solertia iuuante Domino, inutiles de corde nostro, atque ineptas fantasias tempore orationis excludimus. Confessatur eos, ut in die qua uendere liceat, huiusmodi commercia uendat, cum hunc suis cogitationibus deuota Deo anima modum imponit, ut tempore quidem orationis a transeuntium rerum curis abstineant. Nec tamen alijs temporibus, ubi opportunitas dictauerit, ab his que ad uictum & indumentum pertinent, profusus industriam auertant: sed hæc ubi necessitas exigit, congruo moderamine dispensent.

Et Tyrij habitauerunt in ea inferentes pisces, & omnia uenalia, &c. Sicut piscis bonus, pia est fides, quam qui petit a Domino, nequaquam serpentem infidelitatis accipit: ita & piscis nequam infirma est cogitatio, quæ curis se huius mundi ultra modum solet immergere: quam nobis Tyrij, qui interpretantur coangustati, quærunt in sabbato uendere, cum immundi spiritus quietem piæ nostre conuersationis importune profundis seculi curis obruere tentant. Sed pro

talimercatu Nehemias optimates Iuda obiurgat: & castigat, cum diuina inspiratio eos qui profefsioni pietatis seruire conantur, ab huiusmodi cogitationibus propitius purgat.

Factum est itaq; cum quiescent portæ Hierusalẽ die sabbati, &c. Si nostra conscientia, cum à uitijis purgata, Deo inhabitatore gaudet, Hierusalẽ recte potest uocari. Quæ sunt huius portæ Hierusalẽ, nisi sensus corporis nostri, uidelicet uisus, auditus, gustus, olfactus & tactus: per quos illa quæ foris aguntur, ad notitiam nostræ mentis, quasi intrando pertingunt. quos in die sabbati claudere iubemur, ut cū Deo uacare psalmis siue orationibus nos occupando querimus, omne quicquid exterius agitur, ab animo procul eijciatur, soliq; in occulto nostrum iudicem libera mēte precemur atq; laudemus. Et quia nemo repente fit summus, sed ex longo sanctæ conuersationis profectu, debet ad hanc, de qua loquimur, perfectionem ac pacem mētis iuuante Christi gratia peruenire. meritò de his subinfertur ac dicitur:

Dixi quoque Leuitis, ut mundarentur, & uenirent ad custodiendas portas, & sanctificandum diem sabbati. Mundari namque eos à quotidiano boni operis exercitio necesse est, qui portas sensuum suorum ab omni irruptione turbulentiæ cogitationis custodire desiderant. Quicq; diem sabbati sanctificare, hoc est ocium orationum, psalmodiæ, lectionis sanctæ & lachrymarum utile sibi facere cupit, mundet necesse est multa conscientiam solertia, quo intentionem bonæ actionis bene consummare ualeat. Quod etiã allegorico sensu de doctoribus fidelium recte potest accipi. Quicumque enim portas sanctæ Ecclesiæ, id est fidem & opera auditorum suorum, per quæ sola in Ecclesiam intratur, à contagione hæreticorum uitiorum que pulsantiu obseruare gestiunt, oportet primò ipsi cor suum & actus ab omni errorum labe purificent.

Nehemias ab uxoribus alienigenis mundat Iudæos, & constituit ordines sacerdotu ac Leuitaru, unumqueq; in ministerio suo: & tandẽ memoria se Dei comendat in bonum.

CAPVT XXXVII.

Ed & in diebus illis uidi Iudæos ducentes uxores Azzotidas, Ammonitidas et Moabitidas, et filij eoru ex media parte loquebantur Azzoticè, & nesciebant loqui Iudaicè, & loquebantur iuxta linguam populi, et populi, & obiurgam eos, & maledixi, &c. Et nunc in sancta Ecclesia uxores ducunt alienigenas, quicumq; oblectationibus scelerum, quæ ad gentiles propriè pertinent, suam conscientiam ataminant. Filijq; ex his nati nesciunt loqui Iudaicè, cum opera quæ ex mente uitiatã prodierant, nil in se piæ profefsionis ostendunt: sed gentile potius stultitiam, quàm ecclesiasticã sonant castitatem. Azzotus enim, quæ hebraicè dicitur Azzod, interpretatur ignis uerbu. Ideoq; iuxta tropologicu sensum, Azzoticè loquuntur filij de alienigenis nati uxoribus, cum opera per lasciuiam procreata, ultionem expectant æternæ combu-

stionis. Vnde meritò talium genitores à Nehemia non solum obiurgati ac maledicti, sed & quidam sunt casti: quia necesse est errantes à doctoribus ueritatis acriter coarceantur, quatenus à uerbo ignis ueroris, ad uerbu diuinæ laudationis discant felici mutatione transferri. Sed & hæretici cum gentilis philosophiæ, dialecticæ ac rhetoricæ studijs amplius quàm ecclesiasticæ simplicitati operam dant, non mirandum si auditores eorum iuxta linguam populi, & populi loquantur, scripturas quidam sanctas ore uoluentes, sed has erratico & gentili sensu interpretantes.

Igitur mūdauit eos ab omnibus alienigenis, & cōstituit ordines sacerdotum & Leuitarum, unumqueq; in ministerio suo, & in oblatione lignorum, in temporibus constituit, & primitijs. Memento mei Deus meus in bonum. Aptus per omnia finis, & condignus ædificationi sanctæ ciuitatis ac templi Domini, ut emundatis ciuibus ab omni sordē externæ & alienæ à Deo pollutionis, ordines sacerdotum ac Leuitarum ministerio suo ritè custodiantur: quatenus institutum regulariter magistris Ecclesiæ, & castigatum ab omni peccato populum permanere in bono, in reliquum & crescere semper exhortentur: qui uidelicet populus inter alia, Domino ligna offert ad ignē altaris nutriendum, cum opera uirtutū utiq; diuina cōsecratione digna operatur. Nisi enim ligna aliquoties boni aliquid figurat, nō diceret propheta: Tunc exultabant omnia ligna syluarū ante faciem Domini. Ardent autem ligna, & cōsumuntur in altari holocaustorū, cum in cordibus doctorū opera iustitiæ flamma charitatis perficiuntur. Meritò ergo talis cōditor & dedicator ciuitatis, post multos deuotionis suæ labores, memoriæ se sui creatoris ac largitoris omnium honorum commendat. Et tu summe pater lu-

Psal. 99

Eccl. 1

minum, à quo omne datum optimū, & omne donū perfectū descendit, qui mihi humillimo seruorum tuorū, & amorem dedisti, & auxiliū cōsideradĩ mirabilia de lege tua: quicq; in thesauro prophetici uoluminis, nō solum uetera amplectēdi, uerū & noua subleuatione ueterū donaria inueniēdi, atq; in usus conferuorū meorū proferendi, indigno mihi gratiam prestitit, memento mei Deus meus in bonum.

Expositionis allegoricæ in Nehemiam, qui et Ezræ secundus, finis.

BEDAE PRESBYTERI

IN LIBRVM TOBIAE

Allegorica expositio.



Iber sancti patris Tobia, & in superficie literę salubris patet legētib; utpote qui maximis uitæ moralis, & exemplis abundat & monitis. Et si quis eundem etiam allegoricè nouit interpretari, quantū poma folijs, tantū interiorē eius sensum uidet simplicitati literę prestare. Maxima namq; Christi & Ecclesiæ

Ecclesiæ sacramenta, si spiritaliter intelligitur in se cōtinere probatur. Siquidē ipse Tobias populū Israel designat, qui cūctis gētib; idololatriæ deditis, ipse seruebat Deo fide recta & operibus iustis, sicut de Tobia legitur.

Tob. 1. Quia cum irent omnes ad uitulos aureos, quos fecerat Iero boam rex Israel, hic solus fugiebat consortia omnium, & pergebat in Hierusalem, & ibi adorabat Dominum Deū Israel. Ieroboam quippe, qui ad deceptionem subditorum sibi uitulos fabricauit aureos, idololatriæ autorem expimit.

Et quidem captus erat Tobias in diebus Salmanasar regis Assyriorū, sed in captiuitate positus, uiam ueritatis non deseruit. Hæc captiuitas à rege Assyriorum facta, illam generis humani captiuitatem designat, qua per regem omnium prauorū, hoc est diabolum, de patriæ celestis est habitatiōe proiectum, & in huius exilij peregrinationem transmigratum.

Impetreb; Tobias cuncta quæ habere poterat quotidie cum captiuis fratribus, qui ex eius erant genere, sed & aduenis ac profelyis decimas dabat. Et populus Israel in doctoribus suis, uerbi Dei elemosynam non solum rudibus suæ gentis auditoribus, sed & his qui ex nationibus in ritum cōuersationis eorum conuerti uolebant, ministrabat. Quicquid enim naturalis boni habere poterat, qd non ab hoste captiuitate tolleretur, totum hoc fuit in exemplum uirtutis ostendebat. Sed & portionem semper aliquam scientiæ salutaris etiam gētilibus dabat: quod est decimationē suæ substantiæ Tobiam aduenis ministrare.

Tobias postquam factus est uir, accepit uxorem Annam ex tribu sua. Et populus idē, postquam adoleuit & amplificatus in Aegypto, accepit synagogā carimonis legalibus instituta per Moysē.

Genit ex ea filium, nomen suum imponens ei. Quia Christum ex suo genere nasciturū esse cognouit, dicere Moysē: Prophetam suscitabit uobis Deus noster de fratribus uestris, tāquam me ipsum adicitis. Et Dominus ad Dauid: De fructu uentris tui ponam super sedem meam. Cui nomen suum imposuit, credendo & confitēdo, quod dicit de illo pater: Et ego primogenitum ponam illum. Sicut de ipso populo dicit, Filius meus primogenitus Israel.

Quem ab infantia timere Deum docuit, & abstinere ab omni peccato. Credendo & cōfitemdo, quia peccatū non faceret, nec inueniretur dolus in ore eius, sed impleret eū spiritus timoris Domini.

Tobias Gabelo contribuli suo egenti dedit sub chirographo decem talenta argenti. Et populus Dei gentibus per LXX interpretēs diuinæ legis, quæ in Decalogo continetur, scientiam commisit, ut per hoc eas ab infidelitatis egestate liberaret. Sub chirographo autē dedit, id est sub cōditione restituendĩ, postquam ipse ditesceret, uel qui dederat repeteret. Acceperunt autem gentes uerbum Dei à populo Israel per interpretationem, quod post incarnationem Dominicam etiam spiritaliter nunc intelligunt, & ad conquirendas uirtutum diuitias exercent,

Reddunt uerò fœneratori, cum credentes in fine seculi Iudæos in unitatem Ecclesiæ recipiunt, eisq; saluandis Christi sacramēta committunt, & scripturarum quoque referant arcana.

Iubetur Tobias à rege occidi, & tolli omnē substantiam eius propter bona quæ fecit. Sed ille cū filio et uxore fugies, nudus latuit, quia multi diligebant eum. Et diabolus satagebat populū Dei per idololatriam spiritali morte perimere, & ei cūctas uirtutum opes auferre, nec ualuit: quia multi erant in eo sancti doctores, qui eius uitę prouiderent, ac saluti.

Eugit autē cum filio & uxore. Quia nec fidē Dominicæ incarnationis, nec statū synagogæ potuit hostis auferre, quāuis uolēter insisteret, qd in Machabæorū agonibus multum claruit.

Sed occiso rege à filiis suis, restituta sunt cūctia sua Tobia. Quia superato sapius diabolo, ac suis sceleribus, quæ uelut pefsimā prolem genuit, condē nato, rediebāt prospera populo Dei. Quibus altercationibus etiam Ecclesiæ statū post incarnationem Domini fluctuare uidemus.

Fatigatus à sepultura Tobias, uenit in domū suam, & cū id est iacet iuxta parietem, & obdormisset, ex nido hirundinum calida stercore decidit in oculos eius, & factus est cæcus. Nemineris lector, qd aliquando bona typicè malū, aliquādo bonum mala hominū facta significant. Quod si nō liceret, nunquam nigro atramēto, sed auro semper lucido scriberetur Deus, quia lux est. Sed et si nomē diaboli in calculo scribas cædido, nihilominus tenebras significat profundas. Cæcatus ergo Tobias deliquit, quia sicut Apostolus ait: Cæcitas ex parte cōtigit in Israel. Fatigatus est à sepultura, & cæcatus: quia qui infatigabilis in bonis operibus persistit, nunquā fidei luce priuatur. Iacet spiritaliter, & dormit fatigatus, qui uigilare & stare in fide, uiriliter agere, cōfortari negligit. Cui bene cōgruit illud Apostolicū: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Hirundines propter leuē uolatū, superbiām, cordisq; leuitatē figurāt, quarum immunditia confestim eos quibus dominatur, excæcat. Quasi enim nido hirundinum suppositus dormit, qui leuitati, lasciuia ac superbiæ mentē incautus subijcit. Hæc autē cæcitas populo Israel, maximè imminente aduentu Domini in carne prauauit, cum & Romanæ seruitutis iugo premeretur, & legis diuinæ præcepta pefsimè uiuendo uiolarent.

Rom. 11

Ephes. 5

Insultabāt Tobia cognati, exprobrabat & uxor, quasi frustra Deo seruisset. Quos increpās ille, & instruis, ad Deū se orādo cōuertit. Erāt in populo illo quidā qui stulta temeritate ipsius populū miseris insultarēt, qd à felicitate prisca sanctorū patrū, qui apud eos quondā Deo sublimiter seruebāt, iā luce distaret. Quos idē populus per doctores quosq; & electos suos corrigere sedulus curabat, se seq; ad implorādā Dei clemētiā p aternę uitę pceptione cōuertebat. Nec ab re debet uideri, qd idē Tobias & cæcus, & uerbu Dei predicās, reprobos simul & electos significare dicitur,

Nam & Iacob patriarcha cum angelo luctās; & claudus pariter est factus & benedictus: in claudicatione uidelicet infideles, suæ gētis significans in benedictione fideles.

Tob. 3. Sara filia Raguelis in ciuitate Medorum, quæ tradita erat septem uiris, & demonium eos occidebat, mox ut ingre diebatur ad eam. Turbam nationū figuratē denunciat, cuius doctores cuncti huius tantum securi, quod septem diebus uoluitur, uitam nouerant, de æterna nil dicere sciebant. Ideoq̄ sunt omnes à diabolo rapti, utpote idololatriæ m̄cipati, donec uerus adueniret sponsus Dominus noster, qui hanc sibi per fidem, hoste superato coniunxit: sicut Tobias Saram alligato demonio sponfam accepit, præcipiente & cooperante archangelo, per quem diuinitas nostri Saluatoris nō incongruè significatur, sicut per Tobiam humanitas. Nec mirabitur hoc, quod per duas personas, angeli uidelicet & hominis, unam mediatoris Dei & hominum personam, dicimus figurari, qui in expositionibus patrum uenerabilū legerit unam eius personam pro mundi salute patientis in Isaac, qui offerebatur à patre in altari, & in ariete qui immolabatur, esse figuratā. Qui in humanitate occidebatur ut ouis, in diuinitate impassibilis, permanet cum Deo patre, ut uiuens cum suo patre domū reuertitur Isaac. Si enim apte aries humanitatem Christi, homo designat deitatem: cur non multo aptius homo humanitatem, angelus deitatem significet?

Luc. 5. Missus est ergo angelus Domini sanctus Raphael, qui interpretatur medicina Dei, ut & Tobiam à cæcitate, & Sarā à demonio liberaret. Missus est Dominus in mundum, qui de seipso ait, Non est opus ualentibus medico, sed malè habentibus: qui & populum Iudaicum à tenebris perfidiae, & gentilitatem ab idololatriæ seruitute redimeret. De quo dixit Propheta: Et uocabitur nomē eius magni consilij angelus.

Es. 9. Apparuit angelus Tobiae, eiq̄ se socium præbuit, per quē magna gloria populo ad quem missus erat perficeret. Et filius Dei hominē assumpsit, in quo uisibiliter cū hominibus cōuerfatus, humanū genus saluaret. Introduxit Tobias angelum ad patrem suum, qui salutauit eum, dicens: Gaudium tibi sit semper. Cui respondenti: Quale mihi gaudium erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non uideo? Forti, inquit, animo esto, in proximo est ut à Domino curetur. Et Dominus noster per miracula quæ fecit in carne, ostendit populo Iudeorū, ex quo carnem susceperat, quia ipse est filius Dei, & angelus, id est nuncius paternæ uoluntatis. Cui etiam gaudium perpetuæ salutis prædicauit dicens: Pœnitentiam agite, appropinquet enim regnum cælorum. Et desperantibus de acquirendo lumine cœlesti: Ego sum, inquit, lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ.

Matth. 3. Promittit angelus Tobiae ducere filium eius in Rages ciuitatem Medorum, & reducere ad eum. Promittit Dominus credentibus ex populo Iudæorum, quamuis idem populus ex magna sit parte cecus, quod incarnationis suæ sacramenta plebi gentiliū aperiat, rursusq̄ in fine temporum, eadem suo populo ex quo carnem assumpsit, latius pandat, comitante ubique simul & cuncta operante fide diuinitatis ipsius. Dicit ipse de ductu ad Medos: Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, &c. Dicit Apostolus de rector: Donec plenitudo gentium introiret, & sic omnis Israel saluus fieret.

Ioan. 8. Interrogante angelum Tobiam unde esset: Ego sum, inquit, Azarias Annanæ magni filius. Azarias interpretatur adiutor Dominus, Annanias gratia Domini. Et Dominus his qui in se credunt, intimat: quia ipse est quem uenire desideras propheta cantabat, Adiutor meus & liberator meus esto Domine, ne retardaueris. De quo & Euangelista: Et uidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à patre, plenum gratiæ & ueritatis.

Tob. 6. Tunc paratis omnibus, inquit, quæ erant in uia portanda, fecit Tobias uale patri suo & matri, & ambulauerunt ambo simul. Apparere in carne Domino, parata sunt omnia quæ ad redemptionem mundi pertinerent, & quibus sanctæ Ecclesiæ fides ac uita nutrireretur & firmaretur, donec huius seculi uiam terminaret: id est uirtutes eius, doctrina, tentatio, passio, resurrectio, ascensio, spiritus sancti missio, fides credentium, infidelium persecutio. Quibus in Iudæa peractis, ipse mediator Dei & hominum prædicauit per apostolos populo & synagoga, unde carnis originem susceperat, gaudia supernæ salutis & pacis. Et his qui credere atque accipere uolebant, ea per seipsum donauit, sicut ad salutem gentium in eisdem suis doctoribus uenit.

Tob. 6. Profectus est ergo Tobias, & canis sequutus est eum. Veniente Domino ad saluandas gentes, sancti prædicatores sunt eius uestigia secuti, quia quod iussit, impleuerunt: Euntes docete omnes gentes. Deniq̄ domum Cornelij primò ipse Dominus spiritu sancto repleuit, & sic Petrus aqua perfudit. Canes autem uocantur doctores: quia domum, substantiam, oues sui conditoris spirituales, à furibus bestiisq̄, id est ab immundis spiritibus & hominibus defendunt hæreticis.

Matth. 23. Misit Tobias, duce angelo profectus, prima m̄sione iuxta fluuiū Tigrin: & exiuit ut lauaret pedes suos, & ecce piscis immanis exiuit ad deuorandum eum. Hic denuò passio, nis Dominicæ sacramentum manifestius significatur. Piscis enim immanis, qui à Tobia cum eum deuorare appeteret, angelo docente occisus est, antiquum generis humani deuorantem, hoc est diabolum designat, qui dum in redemptore nostro mortem carnis appeteret, captus est potentia diuinitatis. Fluuius Tigris, qui propter rapidissimū cursum à tigride bestia uelocissima nomen accepit, decursum nostræ mortis ac mortalitatis indicat. In quo piscis latebat immanis, quia inuisibilis humani generis seductor, mortis habebat

Luc. 22. Dixit angelus Tobiae, Apprehende branchiam piscis, & trabe eum ad te. Apprehendit Dominus diabolum, & eum qui se in morte capere uoluit, moriendo caput & uicit. Apprehendit autē brachiā eius, ut caput nequissimum à corpore decepto, potestate suæ dextera separaret, id est nequitiam hostis antiqui ab eorum quos sibi malè coniunxerat, & quasi unum corpus secū fecerat, corde auferret, & hos Ecclesiæ suæ corpori pius redemptor infereret. Branchiam quippe habet piscis in cōfinito capitis & corporis sui. Sicut autem Dominus noster caput Ecclesiæ suæ, Ecclesia uerè corpus est eius: ita diabolus caput omnium iniquorū, & omnes iniqui corpus & membra sunt eius. Apprehendit ergo Dominus branchiam piscis immanis simi, & traxit eam ad se, proiecitq̄ in siccam, quia potentiam diaboli comminuens, traduxit palam confidenter, eruitq̄ de potestate tenebrarum, quos filios lucis esse præsciuit.

bat imperiū. Mansit Tobias iuxta Tigris fluueta, quia Dominus in mundo apprensus, inter peccatores ac mortales uitam duxit, sed eum nec peccati unda tetigit, neque in illo suum aliquid adueniens princeps tenebrarum reperit. Exiuit autem Tobias in fluuium, ut lauaret pedes suos: & Dominus mortē, cui nihil debebat, suscepit, ut fideles omnes, sua uidelicet mēbra, à contagio peccati & mortis ablueret. Occurrit Tobiae piscis, deuorat illum cupiens: & Domino passo in cruce uenit diabolus, qui eū crucifigi docuerat, querens si quid forte in eius anima sceleris inueniret.

Luc. 22. Expauescens piscem Tobias clamauit uoce magna, dicens: Domine, inuadit me. Et Dominus, imminete mortis articulo, coepit pauere & tædere, non diabolus per timorē, sed mortem, quæ inuidia diaboli intrauit in orbem terrarū, naturali carnis fragilitate perhorrescens: unde & orabat, ut si fieri posset, transiret ab eo hora. Et dixit: Abba pater, omnia tibi possibilia sunt, transfer calicem hunc à me, sed non quod ego uolo, sed quod tu.

Luc. 22. Dixit angelus Tobiae, Apprehende branchiam piscis, & trabe eum ad te. Apprehendit Dominus diabolum, & eum qui se in morte capere uoluit, moriendo caput & uicit. Apprehendit autē brachiā eius, ut caput nequissimum à corpore decepto, potestate suæ dextera separaret, id est nequitiam hostis antiqui ab eorum quos sibi malè coniunxerat, & quasi unum corpus secū fecerat, corde auferret, & hos Ecclesiæ suæ corpori pius redemptor infereret. Branchiam quippe habet piscis in cōfinito capitis & corporis sui. Sicut autem Dominus noster caput Ecclesiæ suæ, Ecclesia uerè corpus est eius: ita diabolus caput omnium iniquorū, & omnes iniqui corpus & membra sunt eius. Apprehendit ergo Dominus branchiam piscis immanis simi, & traxit eam ad se, proiecitq̄ in siccam, quia potentiam diaboli comminuens, traduxit palam confidenter, eruitq̄ de potestate tenebrarum, quos filios lucis esse præsciuit.

Luc. 22. Quod cum fecisset, inquit, palpitate cepit in sicco ante pedes eius. Cum Dominus nequitiam maligni hostis superans proferret in lucem, atque omnibus redderet manifestam, molitus est adhuc superbiēs persecutionem electis eius commouere, qui sunt pedes eius: quia per ipsos ambulat in terra Dominus, qui super omnia regnat in cælo.

Luc. 22. Tunc dixit ei angelus Domini, Exentera hunc piscem, & cor eius, & fel & iecur repone tibi. Exenterauit Dominus piscem, cum nequitiam diaboli latius sanctis aperuit, & quasi arcana insidiarū eius euiscerauit. Reposuit sibi cor eius: quia calliditate eius libris sanctis inuoluit, de qua scriptum est, Serpens autem erat callidior cunctis animantibus terræ. De quo corde dixit & Paulus: Nō ignoramus cogitationes eius. Reposuit & fel: quia quanto malitiæ furore contra genus humanum sauiret, propter cautela

studium scribi & cōseruari uoluit. Iecur quoque reposuit, quia maturitatem consiliorum eius malignā aduersum nos, innotescere nobis per doctores ueritatis dignatus est. Ferūt enim, quia calore ac uirtute iecoris occulta cibi excoquantur comesti, & ad digestionem perueniant. Cum uerò ea quæ agere disponimus, sedula cogitatione, quo ordine sint peragenda exquirimus, quasi acceptos in stomacho cibos ardore iecoris excoquimus.

Luc. 22. Sunt enim hæc necessaria, inquit, ad medicamēta utiliter. Astutia & malitia diaboli hostis antiqui, nobis agnita proficiūt ad medelā: quia quāto ea certius exploramus, tātō cautius declinamus.

Luc. 22. Assauit Tobias carnes piscis, & secum tulerunt in uia, cætera salierunt, quæ sufficerent eis. Quicquid ex pisce sibi assumpserunt, eos significat, qui de membris diaboli, in Christi membra trāfferunt: id est, de infidelitate conuertuntur ad fidem. Quicquid uerò dimiserūt, eos econtra demōstrat, qui audito Dei uerbo, malunt inter membra mortua ac putida sui deceptoris residere, quam in societatem Saluatoris reuerti. Assauit carnes eius in eis quos carnales inuenit, sed igne sui amoris spirituales ac fortes reddidit. Denique spiritus sanctus in apostolos in ignis uisione descendit. Cætera, inquit, salierunt: quod ad doctores spiritualiter pertinet, qui bus dicitur: Vos estis sal terræ. Salierunt autē, id est Tobias & angelus: quia idem mediator Dei & hominum, & humanitatis apostolos docuit loquendo, & diuinitatis eis in corde saltem sapientiæ tribuit.

Luc. 22. Tulerunt autem secum quæ sufficerent eis, quousque peruenirent in Rages ciuitatem Medorum. Quia Dominus tantos de Iudæa collegit ad fidem, qui sufficerent, ad exemplum uiuendi, uel ad ministrandum prædicandū, quousque etiam in gētibus Ecclesiæ fundamenta locaret.

Luc. 22. Suggestit angelus Tobiae, ut ingressus domum Raguel, filiam eius Saram petat sibi uxorem. Raguel indicat populum gentium, quem Dominus per prædicatores suos uisitare dignatus est: ut de eius stirpe sibi sponfam assumeret, id est ipsam gentilitatem sibi Ecclesiam faceret. Congruit & Sara nomen Ecclesiæ, propter Saram coniugem Abraham patriarchæ, quæ genuit Isaac filium promissionis, id est liberum Ecclesiæ populū. Nomen quoq̄ Raguel, qui interpretatur pater eius Deus, siue amicus Deus: illum designat populum, qui uicta diaboli fraude, se suosq̄ Domini cōsortio nequit qui dicere nouit: Dominus pascit me, & nihil mihi deerit. Et audire meretur: lam nō dicam uos seruos, sed amicos meos.

Luc. 22. Tibi inquit, debetur omnis substantia eius. Et pater ad filium: Postula à me, & dabo tibi gentes hære ditate tuam, & cætera.

Luc. 22. Ingressi sunt ad Ragulem, qui eos suscepit cum gaudio. Adijt Dominus populum nationum, per doctores sui uerbi, qui libenter accepit in plurimis locis, ut apostolorum Actus testantur.

Petitus filiam Raguel primò expauit, sciens quid prou-
nisset illis septem uiris; sed docete angelo, quia immundi eã ha-
bere nõ possent, Tobias autem qui Deũ timebat, posset, mox
dare consensit. Audiens uerbũ fidei populus gẽ-
tium, atque ab apostolis admonitus, ut de sua
progenie per orbẽ Ecclesiam Christi faceret,
non sine certa exploratione potuit noue fidei
iura legemq; suscipere: sciens, quod multis tẽ-
poribus pũcis habuit doctores, qui omnes
quasi septenario numero comprehensi, huius
solum uitæ gaudia nouerant, de æternis nihil
certum dicebant, ideoq; illos absq; spe uitę im-
mortalis, æternæ mortis rapuisset interitus.
Sed docente intrinsicus ipsa ueritate, quæ so-
ris per doctorum ora sonabat, tandem intelle-
xit, quia necesse esset, ut stulta dicerent stulti,
perirentq; hi qui Dominum uerum nõ noue-
rant: iure autem mundi conditor in mundum
ueniens, mundi regimen susciperet. Et fidem
confessus Christi, eius se sacramentis sanctifi-
cari gaudebat.

Tob. 8. Introductus Tobias ad Saram in cubiculum, protulit de
cassidili suo partem iecoris, & posuit super carbones uiuos. Et Dominus accepturus Ecclesiam de genti-
bus, in primo dispositionis eius initio iubet
eam in singulis credentibus abrenunciare sa-
tanæ, & omnibus operibus eius, & omnibus
põpis eius: ac deinde cõfiteri fidẽ sanctæ Tri-
nitatis in remissionẽ peccatorũ, quod est inti-
ma pacis uiscera uirũ cremare carbonibus.

Quibus actis angelus apprehendens dæmonem ligauit. Quia post abrenunciatiõẽ diaboli, post con-
fessionem rectæ fidei, sequitur remissio peccã-
torũ, expulso dæmonio per aquam baptis-
mi. Ligauit autem eum, quia à fidelis læsione re-
tinuit: quos etsi tẽtare aliquoties permittitur,
ut probentur, superare tamen prohibetur, ne
à fide deficiant.

Ligauit, inquit, eum in deserto superioris Aegypti. Et
desertum & Aegyptus infidelis corda signi-
ficant, quæ & deserta, id est derelicta sunt à
Deo, cuius inhabitatiõẽ sunt indigna. Et hæc
eadem sunt iuxta interpretationem nominis
Aegypti, perfidię suę tenebris obscurata. Nec
immeritò qui deseritur à gratia diuinæ lucis,
repletur à principetenebrarũ. Apprehensum
ergo angelus dæmonẽ, qui Tobiam occidere
cupiebat, ligauit in deserto superioris Aegy-
pti: quia cohibitiũ à raptu fidelis, qui membra
sunt sui redemptoris, idem Dominus & redẽ-
ptor noster diaboli infidelibus tantũ domina-
ri permittit. In quibus etiã ligatũ tenet eũ: quia
nec ipsos quos possidet impios, tantũ lædere
sinitur, quantum insatiabili furore desiderat.

Interea circa pullorum cantum timens Raguel, ne forte oc-
cisus esset à dæmone Tobias, fodit sepulchrum cum seruis: sed
hoc confestim agnita sospitate illius, iussit terra repleti. Cañ-
tus pullorum, sonus est prædicantium, qui eũ
mane diemq; uerum fidei mundo post tene-
bras erroris ad futurum canerent, erant qui-
dam in populo gentium, qui dubitarẽt, an ue-
rẽ Dominus hostẽ uicisset antiquum, ideoq;

fidem nominis eius obruere atq; abscondere
satiũs æstimarent: qui tamen postmodũ agni-
ta luce ueritatis, quasi aurora procedente &
crebrescente pullorũ cantu, id est uoce docto-
rũ, qui ad superna desideria alacri cordis uola-
tu se leuare consuerunt, omne nubilũ dubita-
tionis sua de mente pepulerunt, ac ueraciter
Christũ, hoste prostrato, sponsum esse sanctæ
Ecclesiæ cognouerunt.

Lætatus Raguel de uita Tobia, & de coniunctione ac nu-
ptijs filia sua, fecit occidi duas uaccas pingues, & quatuor arie-
tes, & parari epulas omnibus uicinis suis, cõfatisq; amicis suis. Lætatus de fide Christi populus gentium, &
de uocatione gẽtilitatis ad Deum, tantũ pro-
ficiẽbat in Domino, ut etiã de eius numero
doctores fierent, idemq; postmodum & mar-
tyres extiterint. Qui uaccæ utiq; sunt, quia iu-
gum Euangelij leue gestant: quia eos quoq;
qui ut ad portandum idem iugum proficiant,
prædicando gignũt & nutriunt. Sunt & arie-
tes, quia patres & duces sunt populorum, de
quibus dicitur: Afferre Domino filios arietũ.

Sunt autem pingues uaccæ, quia superna dele-
ctationis gratia sunt referri doctores. De qua
Psalmissa precatur: Sicut adipe pinguedinis
repleatur anima mea. Sunt duæ uaccæ occise,
quia quicunq; pro Christo, uel ipsi corpus
suum sponte mortificat, ut hostia uiua fiant,
uel in manus infidelium tradit occidendum:

tales nimirum per arma iustitiæ, à dextris & si-
nistris, id est in prosperis & aduersis, cõtra ho-
stem stare didicerunt. Sunt quatuor arietes oc-
cisi, quia sancti doctores & martyres quatuor
libros sancti Euangelij fide & operatione cõ-
seruant, quia quatuor uirtutibus primis, pru-
dentia, fortitudine, temperantia, iustitia, mu-
niuntur: quia per orbem uniuersum, qui qua-
tuor plagis distinguitur, gregem Christi in-
stituunt. Fecit Raguel uaccas & arietes occi-
di, quia populus gentium tale eos qui de sua
stirpe ad fidem uenerant, esse docuit, quos præ-
minentia uirtutis hostis tentare appeteret,
nec tentatos uinceret, sed uictores posset face-
re martyres. Vel certè ipse fecit occidi, quos
carnẽ suam pro Christo, cum uitis & concu-
piscentijs crucifigere docuit. Quarũ occisione
parauit epulas omnibus uicinis & amicis suis,
quia profectus, uita, passio & corona sancto-
rum, multis lætitiã tribuit, & quasi epulas, ex
quorum reficiuntur exemplis, accipiunt.

Et adiurauit Raguel Tobiam, ut duas hebdomadas morare-
tur apud eum. Adiurauit & nos Dominum nõ
strum, orantes ut nobiscũ maneat, donec per-
fectionem sanctę requie per spiritus sancti
gratiã consequamur, qua requiescamus à ser-
uilibus actibus, id est peccatis in corpore, & à
prauis cogitationibus in mente: & requiescat
in nostro corde & corpore ipse qui ait, Super
quem requiescet spiritus meus, nisi super
humilem & quietum & tementem sermo-
nes meos.

Petit angelum Tobias, ut assumens animalia sine seruitia
uadat

uadat ad Gabellum in Reges Medorum, reddatq; ei chirogra-
phum suum, & recipiat ab eo pecuniam, rogetq; eum uenire ad
nuptias eius, & annuit. Petunt Dominum fideles,
membra uidelicet ipsius, ut adsumat aliquos
de credentibus, eisq; uerbi prædicandi nego-
cium committat, & ipse in eis ueniat ad colli-
gendas in fidem suam nationes, quæ necdum
fidei mysteria susceperunt, sed tantum famam
audierunt: eisq; concedat propitiũ, ut talen-
tum uerbi quod fama didicerunt, per fidei obe-
dientiam reddat: & ipsi quoq; ad nuptias san-
ctæ Ecclesiæ, in quibus sponsum est Christus,
in quibus uinum de aqua nouum fecit, id est
spiritalẽ legis dat intelligentiam, credendo
& recte uiuendo aggregentur. Nec abnuat Do-
minus, sed bene rogantiũ uota suscipiens, no-
uos quotidie populos in Ecclesia cogit. Po-
test, ut supra dicitur, de his spiritaliter intelli-
gi nationibus, quæ literam legis per L X X.
translatore accepertunt: & ideo citius fidem
suscipere ualebant, utpote quam in libris no-
tis tenebant.

Assumens ergo Raphael quatuor ex seruis Raguelis, &
duos camelos, in Reges Medorũ perrexit: & indicans ei cum-
cta de Tobia, recepit pecuniam, eumq; secum ad nuptias fecit
uenire. Serui Raguel & camelus, prædicatores
sunt de gẽtibus electi, per quos Dominus &
alios colligit. Serui, quia seruiunt necessitati
eorum quibus euangelizant. Camelus, quia &
onera infirmitatis eorum fraternæ subiectio-
ne charitatis portant. Quare autẽ quatuor ser-
ui & camelus sint duo, supra monstratũ est, ubi
uaccæ duæ, & quatuor occidunt arietes. Ta-
les adiuuante Raphael producunt Gabellum
ad nuptias Tobia, cum in unitatem Ecclesiæ
Christi novos populos ipso diuinitus opitu-
lante, sancti prædicatores aggregant.

Moras faciente Tobia nuptiarum causã, contristati sunt pa-
rentes eius, quod non die constituto reuenteretur ad eos. Et
nunc morante Christo per fidem in Ecclesia
congregata de gentibus, quicumque singilla-
tim de ludæis ad fidem illius conuertuntur,
multum dolent animo: quia tardat Dominus
uenire ad saluandos eos, retentus in gẽtibus.
Quibus bene congruit, quod mater eius pau-
per, & quasi uiro simul ac filio orbata, multo
cum dolore dicebat:

Heu heu fili mi, ut quid te misimus peregrinari lumẽ oculorũ
nostrorũ, baculũ senectutis nostræ, solatiũ uitæ nostræ, spes
posteritatis nostræ? Omnia simul in te uo habetis, nõ te de-
buimus dimittere ire à nobis. Quodq; Tobias cõsolã-
eã, respondet: Tace, & noli turbari, sanus est filius no-
ster, satis fidelis est uir ille cum quo misimus eum. Eisdem
ipsis qui nũc de ludæis credunt, cõuenit: qui
se suosq; adhuc consolantur, quod uerẽ fu-
turum sit tempus, quando reuertatur ad eos
Dominus, & tunc omnis Israel saluus fiat: sciẽ-
tes, quia satis fidelis est Dominus, qui hoc
promisit. Sicut enim supra docuimus, idẽ To-
bias & per cecitatem suam incredulos, & per
fidẽ credẽtes more scripturis uisitato designat.

Rogat Tobiam Raguel ampliori tempore manere secum,

nec auditur, dicente Tobia: Ego noui, quia pater meus, & ma-
ter mea modò dies computant, & cruciatur spiritus eorum in
ipsis. Et cum plenitudo gentiũ intrauerit, nul-
lus poterit prohibere Deum, quin & Israel sa-
lutem tribuat, cecitatemq; eius quæ ex par-
te facta est, auferat. Recordatur enim diuina
clementia, quoniam tristitia est magna, & con-
tinuus dolor cordis credẽtibus ex ludæis pro
cecitate incredulorum, qui sunt cognati eorũ
secundum carnem, qui sunt Israelitæ.

Dimisit ergo Tobiam Raguel ad parentes suos, tradens ei
Saram cum multa substantia. Remittunt in fine do-
ctores Ecclesiæ Christum, cum ipsa Ecclesia
uirtutum diuitijs plena, ad illustrandum fidẽ,
ditandamq; bonorum operum substantia gen-
tem ludæorum, ex qua carnem assumpsit.

Præcessit angelus & Tobias ad parentes eius: deinde se-
cuta est uxor eius cum substantia & familia eius. Post-
quam illuminator pater præcedit diuina gra-
tia ad illuminandam cecitatem populi ludæo-
rum, atq; in suis literis Christum uerum Deũ
atq; hominem esse cognoscit, & post agnitio-
nem rectæ fidei, quasi uiso angelo & filio suo,
quos diu non uiderant, multum gaudẽtes: sic
tandem se sanctæ Ecclesiæ, quæ est de gẽtibus
congregata, participatione mysteriorum cœ-
lestium iungunt.

Appropinquantibus domui præcurrit canis, qui simul fue-
rat in uia, quam citius adueniens blandimento suæ caudæ gau-
debat. Nõ contemnenda est figura canis huius,
qui uiator & comes angeli est. Doctores er-
go, sicut & supra docuimus, exprimit Ecce-
liã, qui sæpe consigedo cum hæreticis, lupos
graves à pastoris summi fugant ouili. Quibus
bene congruit, quod canibus naturale est, be-
neficis rependere gratiã, & sollicitas excubias
pro dominorũ salute prætere. Præcurrit
ergo canis: quia prius salutẽ prædicat domui,
deinde Dominus illuminator corda mundi.
Et pulchrẽ dixit, quasi nuncius adueniens,
quia nimirũ doctor quisq; fidelis nuncius est
ueritatis. Pulchrẽ blandimento suæ caudæ gau-
debat. Cauda quippe, quæ finis est corpõris, fi-
nem bonæ operationis, id est perfectionẽ, uel
certẽ mercedem, quæ sine fine tribuitur, insi-
nuat. Blandimẽto ergo caudę gaudebat canis,
cum tecta dominorũ, quibus diu aberat, reui-
feret. Gaudẽt doctores de affectu sui operis,
cum ludæam per suũ ministeriũ à Domino re-
colligendã intelligit. Gaudẽt de præmij per-
ceptione uitæ sempiternæ, & de hoc eodẽ præ-
mio cõfatis electis cõmuni, corda eorũ quibus
prædicant, exhilarant, dum eis aduenturam
confestim Christi gratiam promittunt.

Annunciantem igitur cane uenisse Tobiam, exurgens cæ-
cus pater, eius cepit offendens pedibus currere. Audito à
doctoribus uerba salutis, & exurrexit populus
Hebræorum de longo perfidię suę ueterno,
currit amore ad Dominum: quamuis offen-
dens gressibus operum, donec plenitudo fi-
dei & operationis bonæ, lucem recipiat rege-
neratus in Christo, & instructus,

Et data

Et data manu puero, occurrit obviam filio suo. Dat manū puero cæcus, ut inoffenso pede operis Domini occurrat: qui et si ipse necdū uiam fidei plenē intelligit, ei tamen qui lumen ueritatis bene cognouit, assensum prebere, qua ad Dominum perueniat, fatagit.

Et suscipiens osculatus est eum cum uxore sua, flentesq; præ gaudio. Suscipiens cum gaudio Iudæa in fine copulam Christi, iunxit & fletum. gaudens, quia credit: dolens, quia tam serò ad Dominum peruenit.

Tunc sumēs Tobias de felle piscis, linitiu oculos patri suo. Et Dominus credentibus reuelat apertius, quanta est malitia draconis antiqui, qui illum in passione quondam deuorare gestiebat: sed per hoc ipse potius occisus, sua membra, id est eos quos antea tenebat, amisit.

Cæpit ex oculis Tobie quasi membrana oui albugo egredi, postquam liniti sunt de felle piscis, & uisum recepit. Et Iudæorum populus postquam amarissimam nequissimi hostis malitiam cognouerit, amissam recipiet lucē. Albugo quæ obsederat eius oculos, stultitiam sibi met placendi designat.

Habent enim zelum Dei, sed non secundum scientiam. Et sicut iterum dicit: Suam iustitiā uolentes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Pupilla enim nigra uidet, alba tenebre fecit. Et qui sibi sapientes uidentur, dicentes: Nunquid & nos cæci sumus? in his ueritas non est. Qui autem suę fragilitatis & ignorantia consicij dicere norunt, Deus meus illumina tenebras meas: hi lucē uitæ sunt fruituri in Domino. Bene autem albugo quasi membrana erat oui, per oua quippe spes designatur: quia uidelicet nondum uiuum est, nondum animans est, sed speratur a uolucere, quæ hoc posuerat, quando uiuat, procedat, currat, uolet. Et apostolus ait: Si autem quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus.

Unde & in Evangelica parabola sub nomine panis, piscis & oui, tres summa uirtutes, fides scilicet, spes & charitas exprimuntur. Habet ergo populus Iudæorum adhuc uelamen ante faciem cordis, ut non intelligat gratiā Christi. Habet albuginem, quia sibi met candidus & iustus præ omnibus uidetur. Sed habet eadem albuginem quasi membranam oui: quia cæcitatē sustinet mentis, sub spe stultissima & superuacua nascitur in carne Christi, atq; eos liberaturi, eisq; regnum magnum daturi per orbem. Sed quibuscunq; eorum ablata fuerit erroris caligo, agnoscent quia Christus iam uenit, & mundum suo sanguine redemit. Quibus apte congruit quod sequitur:

Quia uisum recepto, glorificabat Deum Tobias cum uxore sua, & omnes noti eius, dicens: Benedico te Domine Deus Israel, quoniam tu castigasti me, & tu saluasti me, & ecce uideo Tobiam filium meum. Ingressa est etiam post septem dies Sara uxor filij eius. Septem dies lucem gratiæ spiritalis, qui septiformis accipitur, ininuauit. Post septem ergo dies illuminato Tobia, ingreditur uxor filij eius, quia postquam illum

nata fuerit Iudæa per fidem, postquam gratiā sancti spiritus acceperit, ingreditur ad eā Ecclesia, ut sit unū ouile, & unus pastor, sitq; una domus Christi uno angulari lapide firmata.

Ingressa sunt & pecora & cameli, & pecunia multa uxoribus. Multæ fidelium personæ, multæ uirtutes Ecclesiæ tunc in populum Iudæorum congregantur.

Sed & illa pecunia, quam receperat a Gabelo. Scientia quoque scripturarum, quas aliquando gentibus commodabant, tunc eidem redditur.

Venerunt consobrini Tobie, congratulantes ei de omnibus bonis, quæ illi fecit Dominus, & per septem dies epulati sunt cum eo. Hoc est quod in cantico Moyses dixit: Lætamini gentes simul cum populo eius. Septem dies epulantur simul: quia in donis spiritalibus & uirtutibus gaudent. Rediturus ad cælum angelus, apertius illis quis sit ipse, & quare uenerit, quodq; sit reuersurus ad Deū, exponit. Et Dominus eidem populo tūc proficienti latius suæ cognitionis munera patefacit, aperiens & ostendens omnibus, quia ipse in patre, & pater in ipso est. Redit ergo angelus ad Deum, remanet apud patrem Tobias. Et Dominus ab electis intelligitur, in diuinitate patri æqualis, humanitate nobis consubstantialis.

Tunc aperiens os suum senior Tobias, benedixit Deum. Confessus se ueritatem & misericordiam eius, simul & admonens fideles eius beneficia semper prædicare, eius flagella pertimescere: imbutusq; spiritu prophetiæ, de superna Hierusalem matre nostra multa per laudem decantat. Et populus Iudæorū conuersus in fine seculi ad fidē, multos habebit doctores & propheticos uiros, qui mentes proximorum ad superna desideria accendant, dum eis cœlestis patrię gaudia perpetua, crebra uoceresonant.

Tobias senior in hora exitus sui uocauit ad se Tobiam filium suum, & septem filios eius nepotes suos, dixitq; eis, quia prope esset interitus Ninive, & instauratio Hierusalem, & terra Israel. Et tunc in Iudæa doctores quippe fideles & iusti hoc uidentes, hoc exituri de mūdo, suos proquinos admonent, quia mūdo iam propinquet ad finem, & futuræ uitę bona proximē sint uentura. Monēt autem hoc eos maxime, quos per Domini gratiam renatos, & spiritus septiformis esse munere repletos aspiciunt: quod est esse filios Tobie junioris in numero septenario, & hos iuuenes, hoc est fortes in fide, & uincentes malignum.

Dirigite, inquit, gressus uestros, ut exeat de Ninive. uideo enim, quia iniquitas eius finem dabit ei. Et hoc est dicere fidelium suis auditoribus: Dirigite intentionem cordis uestri, ut huius seculi terrenæq; conuersationis desideria relinquatis, & totamente cœlestia peratis. Constat enim, quia tanta est prauorum multitudo, tanta preceptorū Dei transgressio per orbem, quæ non aliter nisi orbis ipsius exterminio, sicut quondam in diluuiō, totiusq; generis humani abolitione possit terminari.

Abscessit

BEDAE PRESBYTERI IN IOB LIBRI TRES, AD NECTARIUM, NŪC PRIMUM TYPIS EDITI.

PRAEFATIO.



Dhortante, imò potius compellente te Nectari, pater beatissime, aggredior opus mihi ualde arduū atq; difficile, quod de sancti Iob libro aliqua explanare præsumam. Nam cum sanctus Hieronymus in scripturis diuinis, ut ipse nosti, multum peritus, de eodem libro ita dixerit: Obliquus apud Hebræos totus ille liber fertur, & lubricus, & quod græcè rhetores uocant eschimatismenos: dumq; aliud loquitur, aliud agit, ut si uelis anguillam aut muriculā strictis tenere manibus, quāto fortius prefferis, tanto citius elabitur: uides quāto laboriosum sit quod postulas, cum uir ille tātus hoc, qui grandi scientia claruit. Sed quia tantopere præcipis, uires meas minimè cogitās, aggrediar hoc opus in adiutorio Domini, facultate qua ualeo, quod propter copiā expositionis, in tres libros diuidendum existimo. Peto, pelagus huius scripturæ ingrediens, ut orationibus tuis a Deo obtineas, quatenus in profundo intelligentiæ cōstitutus, diuinā manu potētia merear gubernari, & inter fluctus errorum, qui sunt aduersarij ueritatis, ad portum desideratæ peruentiois absque ulla sanctæ fidei læsione perducī.

EXPOSITIONVM IN IOB Liber primus.



Sanctus Iob, uir summæ patientiæ & uirtutis, Deiq; testimonio approbatus, multa de Christo Domino prophetauit, cuius etiam ipse personam figuratiter gessit: quod & ipso nomine declaratum est. Nam latine Iob dolens interpretatur: & secundū prophetam & Euāgelistū in Christo propheta illa completa est, ubi dicitur: Ipse infirmitates nostras suscepit, & pro nobis dolens. & Pauper ego, & dolens eram. Multa etiam de Ecclesiæ mysterijs, peccatorum quoq; felicitate presentī, necnon & diaboli uirtute atque potētia nimis obscure locutus est. Illos autem amicos eius, putō posse personam eorum figurare, qui nūc in Ecclesia aduersantur Christo, sicut & alios qui horū similes extiterunt, ut fuit Cain in ipso mundi principio, Chore etiam, & Dathan atque Abiron, Saul & Caiphas, & Iudas atque Barrieu ille pseudopropheta. Nam sunt alij extra Ecclesiam, qui Christo eiusq; Ecclesiæ similiter aduersantur: quorum imaginem prætulit Balaam ille aris, qui & Elieiu, sicut patrum traditio habet, qui contra ipsum sanctū Iob multa improbè & iniuriōse locutus est, in tantum ut etiam displiceret in una eius, & in-

CC disciplinata

Abscessit ergo Tobias ex Ninive cum uxore sua & filiis & filiorum filijs, & reuersus est ad soceros suos, & inuenit eos in senectute bona. Hoc quotidie facit Dominus, hoc usque ad finem seculi factururus est, cū derelictis eis quos suos nō esse cognoscit, ad illorum corda uisitanda & illustranda conuertitur, quos ad uitam prædestinauit æternam. Hos enim in senectute bona inuenit, cum bonis operibus diu studuisse se donante lætatur. Alioquin in mala senectute uidet, & idcirco præterit eos, qui diuinis uiuentes non maturi sunt consilio, non candore bonæ actionis quasi canicie uenerandi, sed uitiorum sunt onere incurui. De quibus dicit Esaias: Centū annorum morietur puer, & peccator centum annorum maledictus erit. Merito pro peccatis suis maledictioni subiacet, qui cum multis annis uiixerit, puerilis tamen animi leuitatem nunquam deserere curauit.

Inuenit, inquit, eos in senectute bona incolumes, & curam egit eorum, & ipse clausit oculos eorum, & omnem hereditatem domus Raquel ipse percepit. Et Dominus ac Saluator noster curam agit eorū, quos in bonorum operum incolumitate perstare cognouit. Ipse intuitum cordis eorum a presentis uitæ delectatione claudens, ad contemplationē perpetuæ lucis attollit. Ipse illos post huius uitæ terminum ad cœlestia perducit. Ipsi est hæreditas, de qua ei canitur a propheta: Exurge Deus, iudica terram, quoniam tu hæreditas bis in omnibus gentibus.

Et completis in timore Domini annis plurimis cum gaudio, sepelierunt eum omnes cognati eius. Sepultura Tobie, fidem totius mūdi designat, quando Dominus noster cum toto corpore suo, quod est Ecclesia quam redemit, in requiem intraret nam, cōgratulantibus angelis de societate hominum redemptorum, & singulos quosque, membra uidelicet sui conditoris, per diuersas supernæ patrię mansiones, pro meritorum diuersitate collocantibus.

Et omnis generatio eius in bona uita, & sancta conuersatione permansit. Hoc est, una per totum orbem, totumq; seculi tempus generatio, querētium Dominum, requirentium faciem Dei Iacob: De qua item dicit: Generatio rectorum benedicetur. Quæ est autem uita melior, quæ sanctior conuersatio, quàm in gloria sui conditoris perpetuò manere?

Ita ut accepti essent tam Deo, quàm cunctis habitatoribus terræ. Perducti ad patriam cœlestē homines, accepti erunt Deo, cuius gratia sunt redempti: accepti erunt & angelis, quorum numerum complebūt, quibus in perpetuum fraternitas sunt societate copuladi. Hi sunt etenim habitatores terræ illius, de qua Dominus dicit: Beati mites, quoniam ipsi possidebūt terram. quā uidere desiderans Psalmista dicebat, Credo uidere bona Domini in terra uiuentium.

Expositionis allegorica in Tobiam finis.

disciplinata loquacitas. Quinque etiam diuini illi urbium Palestina, inimicorum Christi de foris contra eum militantiu significauere personas, quoniam nunc intus & foris contradicitur Christo. Intus & foris maledicitur Christus, & blasphematur ab inimicis suis, in qua figura Hierusalem inter Samariam & Sodomam consistebat. Verum intus non perspicue Christo contradicitur, nec aperte Christus blasphematur: sed sub uelamine recte fidei quidam contempores audaces, sibi placentes, sectas facere non metuentes, Christum blasphemant. Isti ergo tres amici Iob, eos figurant, ut dixi, qui intus sunt, & Christianitatis nomine palliantur: de quibus uel maxime sunt haeretici. Et quia de intus sunt, idcirco & Iob amici dicuntur: quos scriptura ex sensu potius ipsorum, quantum ad significationem pertinet, haereticorum, eius amicos appellat, scilicet hoc putantes se esse, quod non sunt, sicut & Ioannes Euangelista de Iudaeis ait: Et ipsi non intrauerunt in pretorium, ne contaminarentur. Locutus enim est istud ex sensu Iudaeorum, qui cum secundum facinora sua essent contaminati, hoc se contaminandos putabant, si pretorium quo Christum perducendum tradiderant introissent. Inde est etiam, quod isti amici Iob, quia se amicos esse iactant & ueraces, magna sibi & preciosa nomina imponunt, quasi ipsi sint aurum Dei, & precipui, atque speculatores eius. hoc enim in latinum sonat Eliphaz, Baldath, Sophar. Et uere si quis diligenter intendat haereticorum gloriam uanam, hanc in eis specialiter elationem inesse cognoscit, quam praedicant apud se esse ueritatem, cum sint assertores mendacij. Isti tamen prophetant aliqua, & multa secundum naturam bonum sapienter loquuntur: sed in hoc arguuntur a Domino, quod ea quae conuenit peccatores potius, & blasphemos audire, sancto Iob mordacissimis iniurijs irrogabant, quippe cui Deus tam magnum sanctitatis testimonium perhibuisset. Tanquam ergo & haeretici de Christo Domino non ita ut diuinitati eius competit, sed ut ipsorum impietati consonat, sic loquuntur. Intus autem esse haereses propter communia sacramenta dicuntur, quae cum de illis spinas effectae sint, nihilominus filiae Ecclesiae appellantur, ut de eisdem ait Saluator in Canticis canticorum, ubi de sancta Ecclesia loquitur: Sicut lilius in medio spinarum, ita proxima mea in medio filiarum: & iterum: Multae filiae acquisierunt diuitias, multae fecerunt potentiam ad Ecclesiam, tu autem superasti omnes. Cum ergo filiae sint Ecclesiae, per discessionis suae diuortium, qua se ab unitate eius separauerunt, foris & extra eam esse coeperunt. de quibus & Ioanes apostolus ait: Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis, nam si fuisset ex nobis, mansissent utique nobiscum. Praemisita itaque in diuisione personarum intelligenti-

Ioan. 18.

Cantic. 2.

Prouer. 31.

Ioan. 2.

tiae regula, & quibusdam fundamentis superponenda expositioni ante compositis, nunc prout locus seu mysticus seu simpliciter dictus extiterit, donante Domino, atque in nobis operante eius gratia, disseramus. A principio tamen libri, quem usque ad uerba Iob doctorum Ecclesiae dicunt in hebraeo prosa oratione conscriptum, siue praepositis uersiculis expositionis intelligentiam prosequemur, a uerbis uero sancti Iob per singulos uersus explanare tentabimus.

CAPVT I.

Ver erat in terra Hus, nomine Iob. Cui dubium, quod terra illa ita sit nuncupata, in qua beatus Iob, sanctitate, diuitijs, & regno potens degebat: & quia Hus & Hur filij fuerunt Nachor fratris Abraham, iuxta fidem libri Geneseos, nati de Melchi sorore Sarrar: credibile uideri potest, ut in terra quae ex parentum nomine dicta est, uir ille sanctus habitauerit: & esse illum potius de genere Nachor, non de Esau origine procreatum, sicut quidam opinione dubia suspicantur. Illi autem tres reges superius dicti, de genere fuerunt Esau: quorum unus ille Eliphaz nascitur de Adda uxore eiusdem Esau, & regnauit in Theman: unde & dictus est Themanites Theman. Idumea, Seir, Daron, Nageb, Bosra, regis fuit Esau, qui & Edom. Hic ergo beatus Iob de uirtute & fortitudine animi contra tentationes, quas diabolo intelligente sustinuit, uir appellatus est. Hic animi uirtute pollebat, & ille eunuchus Candacis reginae, de quo dicitur in Actis apostolorum: Et ecce uir eunuchus. Ille etiam in Hieremia Abdimelech eunuchus pari uirtute animi ingens, uir nuncupatus est. Vnde & ille sanctus Helcana pater uenerabilis Samuelis, qui erat possessio Dei (Helcana quippe in possessione Dei transferatur) uir dicitur: & non solum uir, uerum etiam uir unus appellatur. Non enim in diuersa uagabundus uel ut mobilis atque instabilis se rebatur, sed firmus atque inconcussus persistens, uir unus erat: & idcirco in monte Ephraim frugifero morabatur, in alta scilicet contemplatione uirtutum, ita ut nullis cogitationibus & circumlustrantibus uisitorum cogitationibus, mentis eius uel sublimitas deiceretur, uel unitas scinderetur. Proinde & hic uir magnus atque egregius in terra Hus habitasse perhibetur, quae latine conciliatrix interpretatur. Non enim terra carnis eius, animum ipsius superabat, sed imperantis animi consilio cuncta faciebat, unde dicitur in consequentibus, Si declinauit gressus meus de uia, & in manibus meis adhaxit macula, & iterum: Pecipigi foedus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de uirgine. Hoc ergo consilium & pactum quoddam sibi met inuicem inierunt homo eius exterior & interior, ut terra, id est caro eius, obediendo fieret conciliatrix

Act. 8.

Hiere. 38.

1. Reg. 4.

Infr. cap.

Ibidem.

trix spiritui, ne in ea dominaretur iniquitas. Et idcirco, quia secundum diuinum testimonium simplex erat & rectus, timens quoque Deum, & recedens a malo, quatuor his pollebat uirtutibus: & eis bene currentibus, animus eius instar bene gubernantis aurige corporis uehiculo ferebatur. Quanti autem religionis fuerit, & sanctitatis, etiam ex hoc fati apparet, quod pro filijs suis holocausta Deo, & hostias offerebat, dicens: Ne forte peccauerint filij mei in cordibus suis. Securus quippe erat sine dubio circa eos de peccatis carnalibus, quando quidem corda eorum in holocaustomatibus & uictimis exiabat, ita cupiens eos, sicut scriptum, Deo irreprehensibiles exhibere. Mos autem talis fuit antiquitus, antequam per Moysen lex daretur populo Iudaeorum, ut omnes primogeniti offerrent Deo sacrificia: ut Habael, qui est de illis caelestis Ecclesiae primogenitis, qui conscripti sunt in caelis: Noe quoque, Isaac, & ceteri. Vnde & hunc primogenitum fuisse credibile uideri potest. Quod si dicitur, sicut illi populo lex data est, ita eidem ordinem sacerdotij traditum: hunc uero non de illo populo fuisse, qui merito primogenitus habeatur, respondemus, quomodo ille letro Madianites cognatus Moysi, sacerdos fuisse scriptura teste cognoscitur: ita reges & proceres gentium, de quibus & hic beatus Iob fuisse non ambigitur, in locis & sedibus suis sacerdotum officio fungebantur. hoc enim priuilegium uel excellentia sapientiae, uel nobilitate generis acquirerebant. Igitur quia diximus Iob typum ferre Domini saluatoris, uideamus nunc quid terra Hus in Christo significet. Terram hanc assumptum uerum hominem ex Maria intelligimus: quae ideo filio Dei assumente eam conciliatrix dicitur, quod per diuinitatem assumptas habitant in ea omnes thesauri diuinae sapientiae & scientiae absconditi: quam sibi ita indissociabili conuentione coniunxit, ut ipse homo iam assumptus in gloriam per unitatem personae in Trinitate, unus sit filius Dei. Videamus, quid etiam de decem filijs Iob sententiam putemus. Septem filij, & tres filiae, septem gratias septiformis spiritus, & legem prophetiam quoque & Euangelium nobis uidentur significare. Haec uelut Christi filij sunt, qui ab ipso nobis exorti sunt. Qui habet in possessione sua Ecclesia septem millia ouium, tria milia camelorum, quingenta iuga bouum, & quingentas asinas, familiam quoque multam nimis. Oues plebem Christi propter innocentiam nominauit, quae ascendentes de lauacro baptismatis, peccatorum sarcinas in fonte posuerunt. Camelos uero dixit, ad significandam gemitum prauitatem, cum oneribus criminum, & tortuosis sensibus uenientium ad Christum. Boues quoque & asinas, Iudaeorum & Gentium populos, tanquam munda animalia, & imunda arbitror significare: de quibus breuiter Dominus ait in Euangelio, cum hortare-

Exod. 18.

tur laborantes ad se transire, dicens: Agnouit bos possessorem suum, & alinus praesepe Domini sui, quod populus Iudaeorum mundi animalis nomine figuratus possessorem suum Christum Domini, in lege annunciatum credendo cognouerit, & plebs idololatrijs immunda gentilium, animalis immundi nomine antea nuncupata, ex tempore incunabulorum atque praesepij, quae natiuitatem indicat Saluatoris, per fidem Christum confitendo suscepit. Et cum sub specie animalium spirituales diuitias Christi scriptura narrasset, in consequentibus ait, Et familia multa nimis: ubi de diuersis gentibus simplicibus & quietis, prauis & barbariae uitae foedissimis, naturali quoque lege sub disciplinae moderatione uiuentibus, domus Christi Ecclesia locupletanda dinoscitur, quae in Actis apostolorum significata est, ubi Petro apostolo per uisionem in linteo diuersa animalium genera diuinitus ostenduntur. Et Esaias propheta: Tunc lupus & agnus, inquit, simul pascentur, & cetera. Magnus etiam dicitur Christus inter omnes orientales, sicut ait ad eum Psalmista: Propterea unxit te, Deus Deus tuus oleo latitiae praecipuis tuis. Ipse est enim a patre oriens appellatus, ut ait: Ecce adducam seruum meum, oriens est nomen eius. Et Zacharias in Euangelio inter cetera: Per uiscera misericordiae Dei, in quibus uisitauit nos oriens ex alto, ut illuminaret positos in tenebris & umbra mortis, & filios tenebrarum filios lucis efficeret. Ipse est enim lux mundi, & sol iustitiae, in cuius penis est sanitas, id est in utroque Testamento aeternae salutis annunciatio. Quod autem numerus significatur animalium in septem millibus & tribus millibus & quingentis, & alijs quingentis, uidetur mihi, quod ad sacrorum perfectionem respexerit numerorum. Nam septem iuxta auctoritatem scripturarum, plenitudinem quandam sacri mysterij significat: & septem Ecclesiae, septem columnae: septem spiritus, septem candelabra: septem lucernae, septem oculi in uno lapide. Et tria milia, quae a tribus surgunt, Ecclesiae spiritus animam & corpus significant, sicut ait Apostolus, scribens ad eam: Ut integer spiritus uester, & anima & corpus in diem Domini nostri Iesu Christi seruetur: siue tres panes illos figurant de Euangelio, & in lege compositos in canistro ante Dominum, in quibus triiformis doctrina scripturarum potest intelligi: siue potius ipsam Trinitatem, in qua est triu dierum uita, quo numero figuratur turba credentium. In eo enim numero multitudo fidelium dicitur, quo Trinitatem confitendo saluatur. Quingenti uero qui de quinque consurgunt, uel propter quinquies centenos, uel propter decies quinquagenos, sacrum numerum faciunt. Nam in quinquagesimo numero per poenitentiae Psalmum, & iubilei annum, remissionis atque indulgentiae sacramentum ostenditur, Spiritus quoque sancti aduentus

Esa. 1.

Act. 10.

Esa. 65.

Psal. 44.

Zacha. 3.

Luce 1.

Malach. 4.

1. Tim. 5.

Luce 11.

Exod. 25.

in eodē numero declaratur. Et centesimus numerus in quouis collocatur inuēta, qui etiam de sinistra transit ad dexteram, sacratu inuenitur atque profectus. Secundum Euangelium autē, in quo unus debebat denarios quingentos, alter quinquaginta, in domo cœlestis Iob, id est in Ecclesia Dei, quinquaginta, & quingentorum denariorum debita, quæ sunt peccatorum commissa, misericordia iudicis, & pœnitentiam satisfactioe donantur: his igitur numeris bene creditur Ecclesia de uanitate gentium congregata constare.

CAPVT II.

Factum est autem, cum quadam die uenissent filij Dei, & cætera. Filios Dei, quos hic dicit Deo assistere, non solum angelos, sed etiam homines sanctos intelligimus, inter quos sanctus Dauid psallere Deo desiderat, dicens: In conspectu angelorum psallam tibi. Cum hæc sint, accēpit & diabolus potestatem se in mediū inferere iustorum ad examinādos electos Dei: quia hoc placuit iusto iudicio eius, ut per afflictiones & clades & contumelias inimici, iusti gloriam consequantur æternam. Hoc igitur modo & hic sanctus Iob, sicut & ceteri, per tentationes diaboli probatus à Domino est, non quod Dominus ignoraret quanta fortitudine animi foret: de quo etiam nescienti diabolo ait, quod simplex esset & rectus, timensq; Deum, ac recedens à malo: sed qualis uel quantus esset, uoluit Dominus hominibus demonstrare, sicut ad eundem Iob ait: An putas, me aliter tibi locutum, quam ut appareas istis? sicut econtrario de Ezechia rege dicit scriptura: Tentauit eum Deus, ut nota fierent quæ erant in corde eius. Elatus enim fuerat propter signum illud solis, quod Dominus fecerat super terram. Ideo autem diabolus quodam ordine disposita infert damna, ut paulatim ad Iob uenientibus nuncijs, & dicētib; diuersis modis patrium cum filijs interijssit: ille tot exasperatus calamitatibus, quas per nuncios audiebat, contra Deum in blasphemiam uictus erumperet. hoc enim diabolus totum agebat, ut mendacem Deum statueret, qui de Iob tale & tam grande testimonium perhibuisset. At ille, ut Deus prædicerat, ita mansit immobilis: ut etiam diceret, Nudus exiui de uentre matris, nudus reuertar in terram: Dominus dedit, Dominus abstulit: sit nomen Domini benedictū. & idcirco iudiciū Dei falli non potuit, quod diabolus frustrari conatus est. Vnde ait ad Dominum:

Extende manum tuam, & tange cuncta quæ possidet, nisi in facie benedixerit tibi. Per antiphrasim dictum est, Benedixerit tibi. Non fuit ausus scriptor historiae ore suo blasphemiam uerbum expromere, sciens diuinitati etiam de contrarijs uerbis dicendis summam deberi reuerentiam, & in Regnorum libris de Nabutha similiter dictum est: Benedixit Deum & regem, & iuxta assertionem falsorum testium homo innocēs

est punitus: quod utique fieri pro benedictione non potuit. Miranda tamen filiorum Iob tam fraterna concordia, quibus uicissim per singulos simul conuiuium parabatur: ubi apparet, quod non sine grandi dilectione hoc bono quotidiano præsentia fruebantur. hoc inferius per figuram septem gratias Ecclesie esse dicemus, quæ spiritali fruuntur sacramentorum conuiuiō, legē, prophetiam, & Euangelium, uelut tres sorores secum habentes, quæ diuinorum eloquiorum intelligentiæ dāpibus satientur. Diximus supra, Iob typum Domini prætulisse. Nunc uideamus siue animalia, quæ figuratē superius dicta sunt, siue homines quos in domo sua Ecclesia Christus possidet, quos auctoritate scripturarum ostendimus spiritaliter intelligēdos, qui sunt rationabilia animalia, quomodo aut direpta sunt à Sabæis atque Chaldejs, aut dignē idē homines cœlitus concremati, aut quomodo ruina domus filij eius oppressi. Si requiramus acerbas, & nimium duras persecutiones, quas domus Christi Ecclesia sub præteritis principibus Romanorum sustinuit, forte poterimus inuenire, ubi post eadem sacerdotum atque pastorum, quanti magni greges Dominici ab hostibus sint direpti, quos morte, aut negationis, aut certē confessionis Christi aduersarij necauerunt: ubi diuerso quodā exitu mortis, sed una persecutionis conditione, possessionem Christi delere conati sunt. Quod autem dicitur, Et remansi ego solus, ut nunciarem tibi: raritatem eorum qui de illis persecutionibus eodē tempore remanserunt, indicauit. In tantum enim Christianorum paucitas fuit, ut per malum tempus in oriente, ubi magis religio pollebat, Ecclesie clausa fuerint, multa etiam & destructa sint. Sabæi ergo & Chaldæi sunt uastatores Ecclesie, ad præsens eam modico tempore persequentes: Pagani utique captiui demoniorum, & ipsa demonia, ita enim in latine interpretatur. Quæ etiam nunc non solum, ubi possunt, abigunt greges Dominicos, uerum etiam eos igne suo quem cœli esse mentiuntur, hæresis uel superstitionis prauitate consumunt. Per sententias etiam regum, uenti uehementis similitudine uiolentas, quatuor Euangelijs uelut angulis confirmatam domum Christi contumunt, ut dissipata ac desolata prædicatione Euangelij, septem filij spirituales supra dicti, & tres filia cum ipsa domo Dei intereant. Res quidem diuina nec dissolui potest malitia hominum, nec perire, sed ex affectu & uoto persequentium ista dicuntur, sicut in parabola Euangelij, à Domino Iudæorum uerba ponuntur, dicentium inter cætera: Venite occidamus hæredem, occisumq; proijciamus extra uineam, & nostra erit hæreditas: cum illi utique potius hoc faciendo profecti sunt foras uineam populi Dei, nec in hæreditate filij Dei esse meruerint.

Tunc

Tunc surrexit Iob, & scidit uestimentū suum, & tonso capite procidens in terram adorauit, & dixit: Nudus egressus sum de utero matris meæ, nudus reuertar in terram, & c.] Magna & admirabilis uirtus animi, ut auditū hoc tantū nefas æquanimitè ferret, & in tantorū malorū aduersis intrepidus benediceret Deum. Vnde etiam fortassis nō sine causa dictum est, Surrexit: ut eodem tempore contra tantam cladem sibi illatam, fortem uehementis ad uirtutem patientiæ erigeret animum. In uestimento uerò conciso significatio est luctus, non ex desperatione tristitiæ, hoc enim modo ostendere uoluit quid perdidit, cum tamen animum ad tolerantiam præparauerit, dicens: Sit nomen Domini benedictum. Iob autem noster perditā substantiā, & filijs interemptis, eodem modo quo superius diximus, tempore scilicet persecutionis, ad dandam pacem Ecclesie domui suæ surrexit, ut gestum significet uindicantis. Et scidit uestimentum suum, id est fideles suos ab infidelibus separauit. Dicitur enim in scripturis uestimentum Dei aliquando genus hominum, ita & humiles à superbis discreuit, & pius ab impijs segregauit. Quod etiā in tonsione capitis indicatur, unde inuulua & superflua reciduntur. Procidens autem dicitur Christus secundum hominem, quem assumpsit, quia quotidie patrem creditur interpellare pro nobis. Vnde & patre minor est, & subiectus est patri, cum in trinitate unus & æqualis Deus sit. Potest & hoc dici, quod in membris suis adorantibus Deum, quorum caput est, ipse adorat Deum. Ipse est enim qui exaudit nos, & interpellat pro nobis.

Nudus egressus sum, inquit, de utero matris meæ. Nuda uidelicet corde peccati originalis aspersus. Nudus reuertar in terram, ad carnem suam resurrectione rediturus: in qua carne peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. Ex persona quoque hominis ait:

Dominus dedit, Dominus abstulit, sit nomen Domini benedictum. Dedit pater bonos in hæreditatem eius, & malos de filij sui possessione seclussit, sicut ait per prophetam: Dispertiam & plurimos, & fortium diuidet spolia, ut iuste & misericorditer operando, benedictum nomen Domini laudaretur.

Quod autem dicit, In omnibus his non peccauit Iob labijs suis, neque stultum quid locutus est. hoc ait, quia stultè loqui non potuit sapientia patris: sed neq; peccatum committere immaculatus agnus, Dei unigenitus, in cuius ore non est inuentū mendacium, qui tulit peccatum mundi. Quod autem Dominus interrogat diabolum, Vnde uenis? non est ignorantia, quæ non cadit in Deum omnium cognitorem, sed nobis dat locum cognoscendi, ut nouerimus quid Deo respondeat inimicus.

Item quod ait, Dominus ad diabolum: Tu autem cognouisti me, ut eum affligerem frustra. Non ita dictum est, quod quasi diabolo instigante contra Iob fue-

rit Deus commotus, sed ita potius: Dixeram tibi o Satan, Iob in aduersis uirum esse fortissimum, & quid tibi profuit credere noluisse? Ecce ut uoluisti afflictus, in nullo est perturbatus. Satan quoque qui latine dicitur aduersarius, nihili pendens, quantum damni sancto Iob fuisset inflictum, cum irrisione sauiens ait ad Deum:

Pellem propelle, & omnia quæ habet homo, dabit pro anima sua. Quod ita dixisse uidetur: non ad eum omnino pertinet, si ea quæ extra eum sunt, pereant, dum sit tantum ipse illatus, quasi Iob ad liberandam animam suam, ei substantiam suam dederit euerendam: cuiq; cum non sufficeret malum quod Iob beato intulerat, ipse diabolus ait ad Dominum.

Mitte manum tuam, & tange os eius in carne, & c.] Vulnus uerò pessimum quo percussus Iob à planta pedis usque ad uerticem legitur, elephantia morbu quidam fuisse existimat, & iccirco ob deformitatem nimiam regnum, ciuitatisq; habitationem reliquerit: foetore quoque putredinis contabescens, ad sterquilinā loca deflexerit, uelut quisquilis uilissimæ, & purgamentum sordium à suis omnibus deputatus. Sed sic quoque uir sanctus in tentationibus fortis, mulierem increpat, blasphemiam suadentem, dicens: Quasi una de stultis locuta es. Sciebat utiq; quod blasphemus post mortem pœnæ seruarietur æternæ. Ergo qui blasphemant Deum, siue suadent blasphemiam, inter insipientes & stultos sunt computandi: ut etiam ipse diabolus, qui cū sit callidior omnibus animantibus, per Prophetam insipiens appellatur, sicut ait ad Deū: Memor esto imperiorum tuorum, eorum quæ ab insipienti sunt tota die. Quod autem amici quondam eius, uidentes afflictionem eius, sciderunt uestimenta sua, & puluerem miserunt in capita sua: hi amici illorum hæreticorū uidentur habere personam, qui Christum in gloria cœlesti Deum credunt, in incarnatione & passioe non credunt, sed opprobrijs & humiliatioe eius offensi, in blasphemiam erumpentes, fidem scindunt, atque à corporis unitate discidunt: & puluerem mittentes super capita sua, terreno & mortuo sensu corda sua operiunt atque obruunt. omni etiam tempore uitæ suæ, quæ in septem diebus & noctibus cōtinetur, indignum os suum confessione diuina, mutæ infidelitatis improbitate condemnant, & obstruitur os loquentium iniqua.

CAPVT III.

Post hæc, sicut ait scriptor huius historiae, quem Moysen fuisse tradit opinio, aperuit Iob os suum, & maledixit diei suo, dicens: Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, Conceptus est homo. Dicunt aliqui, quod magis æstum tribulati animi sui uoluerit exhalare, quam uerè ex indignatione maledicere, asserentes tempore natiuitatis humane quæ præterierint, non posse maledici. Certè ex superfluo maledicuntur.

CC 3 tur,

tur, quæ suis iam sunt peracta transcursibus. Et potest uerum manifeste uideri, quia non iracundia commoto animo maledixerit, quãdo quidem de eo scriptura ita loquitur, dicens: Post hæc aperuit os suum Iob, quod utiq; uir patientia fortis, quando uoluit ex consilio fecit, non animositate raptus in suam maledictionem, & uelut uictus erupit. Nos autem potius hoc dicamus quod & omnes doctores Ecclesiæ tradunt, quia Iob qui typum habuit Saluatoris, in se humani generis mortalitatem desleuerit, quæ propter peccatum & iusta Dei sententia homini sit infligita: & inde loqui incipiat dicens, Pereat dies in qua natus sum, redeat per Christum immortalitatem quam Per Adam reatu præuaricationis amisi, & abeat mors à me, quam alio delinquente contraxi: quod & Apostolus postmodum dixit, Quia per unum hominem mors intrauit in mundum, & sic in omnes homines pertransierit, in quo omnes peccauerunt. & Hieremias propheta diem istum, in quo natus sit maledicit. Vnde nulli dubium, quod his sancti præuaricationem primi hominis detestentur, cum alter eorum dicat, Pereat dies in qua natus sum: alter uero, Maledicta dies mortalitatis pereat. Non enim in totum stomachantes hoc dicunt, sed prophetia, ut dixi, spiritu impleti, futura tempora Christi prænunciant, sicut & alij prophetae similiter sumministrato spiritu, non ore maledico loquebantur. Vel cū loquitur Paulus apostolus ad pontificem Ananiam, Percutiet te Deus paries dealbate, nõ perturbatione animi commotus hoc dixit, sed utiq; prophetando locutus est: quia figurale illud pontificum quod erat in parietis dealbati similitudine compositum, percutiendum esset ac destruendum, cum iam uerū sacerdotium Christi apostolis Euangelium prædicantibus aduenisset. & inde est quod ait, Percutiet te Deus, non dixit, Percutiet indicatiuo utique modo: hoc ipsum futurum significans, non oportatiuo maledicens: ita ergo & isti maledicunt diem natiuitatis humanæ, quod quidem non sine tribulatione sua faciunt. Sentiant quippe in se hæc faciendo, generi humano iustitia Dei sententiam mortis illatam. Non itaque existimo diem istum, qui homini in ministerium datus est, à sanctis tanta execratione maledicti. Tropicos ergo diē cum sua nocte dictum nouerimus. Dies namq; & mox, diabolus & mortalitas possunt intelligi: non quia dies & lumen diabolus sit, recedendo à uero lumine, & sectatus superbiam, & totus in tenebris peccatorum conuersus: sed quia dies fuerit aliquando, cum habitaret cum Deo suo uero lumine & aeterno, ideo dies sic appellatus, sicut lucifer & aurora diluculi. & lapis splendore rutilans in paradiso Dei, uel quia impijs de peccatoribus in hac prosperitate, & felicitate seculi huius gaudentibus, dies esse uideatur.

Iob 38.

ab impijs lux sua. & Salomon, Lumen, inquit, impiorum extinguetur. & iterum, Splendor impiorum, peccatum. Nam & hoc potest de diabolo dici, qui est inuentor peccati. Et secundum hominis sensum potest intelligi, quod ait apostolus: Destruatur corpus peccati, ut ultra non seruiamus peccato. itemq;: Peccatum enim in uobis non dominabitur.

Prouer. 29.

Prouer. 29.

Rom. 6.

Ibidem.

Non requirat eum Deus desuper. Puto qd & circa finem libri huius de eodem ita dictum sit: Vtq; ad inferos peccatum illius obliuiscatur eius misericordia, id est Deus: sicut & David dicit, Deus meus misericordia mea.

Et non sit recordatione. hoc est, eum requiri desuper, ne fiat eius memoria ante Deum in bonum.

Et nõ illustretur lumine. Lumine utiq; uiuētis, lumine qd est in regione uiuorū, siue lumine recognitionis Dei, uel penitentiæ nõ illuminetur.

Obscurent eum tenebræ, & umbra noctis. Tenebræ peccata sunt: quia qui odit fratrem suum, & inuidet fratri, erigitur contra Deum in tenebris, & in tenebris ambulat.

Quod dicit, Obscurent eum tenebræ. id est, peccatorum multitudine exercetur.

Et umbra mortis. pœnis etiã infernalibus crucietur, de quibus dicit hic ipse sanctus Iob, Dimitte ergo me, antequam uadam ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine, ubi umbra mortis, & nullus ordo, & sempiternus horror inhabitans.

Occupet eum caligo, & inuoluatur amaritudine. Occupet est, & teneat cæcitas cordis: & quia ad amaritudinem prouocat Deum, sicut & cæteri satellites eius, furore iræ Dei apprehensus circumdatur omnibus malis, & inuoluatur, de quo dicit Esaias, Pollutus & obuolutus, Noctem illam, in qua. ut supra dictum est.

Conceptus est homo. uitam hanc scilicet miseram, & nocti similem.

Tenebrosas turbo possideat. Ipse diabolus utiq; diem felicitatis abstulit homini, & noctem, id est inquietam uitam turbulentiã inuexit. ubi quæ admodum diem diabolum, & c. legimus, cui si uerè in quo per præuaricationem Adæ nascitur homo: ita nocte mortalitatem posse dici aduertimus in eo quo gaudens inimicus hominē dicit conceptum, id est à se deceptione comprehensum, sibi q; quodam illecebro se concupiscentiæ malo agglutinatum.

Non computetur in diebus anni. Modò est annus placabilis Domini, ex quo Euangelium prædicatur, qui permanebit usque in finem seculi, quem iuxta Euangelium, & prophetam retributionis dies sequitur. Vt inquit, Prædicarem animam Domini acceptum, & diē retributionis. In huius ergo diebus anni non computetur diabolus, id est sanctorū numero non iungatur. Annus Christus intelligitur, qui in se cuncta reuoluit & continet.

Nec numeretur in mēsis. Menses hoc loco sanctos apostolos recte intelligimus, qui ut ligna paradisi spiritualis Ecclesiæ afferat fructus duodecies,

decies, iuxta Apocalypsin, nutriti sunt flumine uiuo Ecclesiæ.

Sic nox illa solitaria, nec laude digna. Solitaria, non habens Deum, quia in ea est sententia mortis. Nec laude digna, id est, nec sit digna quæ laudet Deum. De hoc tempore ait, quo Euangelium prædicatur, prophetarum & apostolorum præconio dicendum esse Dei uerba completa: Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Quod tempus siue diem Abraham patriarcha uidit, & gaudius est.

Maledicentur ei qui maledicunt diei, quia parati sunt suscitare Leuiathan. Sancti utique præuaricationem mortis suæ cum detestatione maledicunt, qui diabolus diei nomine dictum, eundem que auctorem mali, similiter maledicunt, & resistendo dominationi eius, ut non seruiant uitij & concupiscentijs, tanquam Leuiathan draconē suscitant contra se in prælium hostem acerrimum.

Obtenebretur stellæ caligine eius. Peccatores qui in nocte seculi huius honoribus, uel diuitijs, siue sapientia mundi huius lucere se putant, cæcitatibus caligine tenebrantur, ut merito suo Euangelij lumen non uideat.

Expectat lucem, & non uideat. Nox præuaricationis & mortis, in qua diabolus tenet regnum, non potest lumen redemptionis Christi cognoscere: neque illi qui in ea nascuntur, nisi eam per baptismum renati destruxerunt.

Nec ortum surgentis auroræ. Data auroræ resurrectionem Christi significat, quæ in Psalmo uigilia dicitur matutina. Nec non ad uesperum, inquit, demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.

Quia non conclusit ostia uentris, qui portauit me. Quomodo de illa uita beati paradisi in Adam prouectus sum, factus que mortalis, ita etiam in ipsa mortalitate nollem uiuere, neque omnino subsistere, ne hæc mala cruciatum sustinerem.

Quare non in uulua mortuus sum? egressus ex utero non statim perij. Quare etiam mortalem ipsa mortalitas non extinxit in utero? uel egressus ex utero, quare non perij? Vt quid uiuerem moriturus, passurus que mala mortalitatis humanæ? Inde est quod ait: Quare exceptus genibus? cur lactatus uberibus? unde & superior dicit: Hæc & hæc patiatuor uox mortalitatis: quia non conclusit ostia uentris qui portauit me, nec abstulit mala ab oculis meis. Vbi in ostijs uentris hoc dicit, quod matris suæ uisceribus uelut claustris fortibus debuerit detineri, ne ad iuges & dolores, & cruciatu nasceret.

Nunc enim dormiens silerem, & somno meo requiescerem. Sub persona igitur sua, quæ erit in pœnis, humani generis plangit miseras. Ergo ad tormentorum comparationem ait, quæ in corpore isto patior, in inferno, ubi magis pœnæ sūt, dormire & requiescere me putare: ubi nunc

uiue carnes hominum non torquentur iacentes in tumultis: ego uerò cruciatu carnis meæ si dici potest, supra inferni dolores sustineo.

Cum regibus & consulis terræ. Qui edificat sibi solitudines, id est aut uana opera habentes, aut deserti fide Deum hospitem non habentes. Principes, reges & consules, & si in inferno squalores tartareos patiuntur, nunc tamen in corporibus suis tormenta non sentiunt, horum mortem mihi uenire hac conditione uoluissim.

Aut sicut abortiuum absconditum non subsisterent, uel quæ concepti nõ uiderunt lucem. Varijs modis & diuersis exemplis dicit, quod pœnas istas & cruciatu in quibus erat, optasset euadere. Vbi autem superius dicit, Quare non in uulua mortuus sum? & deinceps ait, Nunc enim dormiens silerem, & somno meo requiescerem cum regibus & consulis: forte exemplum contra eos est, qui dicunt non resurrecturos, nisi qui iuxta naturam ordinem nati fuerint. Si enim

conceptus moriuntur in utero, necesse est quia uiuunt, aut quicquid moritur, haud dubium quia resurget: & ita quod in mēbris fetu de natura minus dederit, hoc in resurrectione in integrum reparabitur. Sic enim humani generis in melius instauratio, totum reddit quod natura fraudauerat. Illic ergo, ubi sicut reges, & consules, & potentes in inferno, ego dormiens silerem. In somno hoc uult intelligi, quia nõ erat illic inquietandus stimulis cruciatuum. In silentio uerò illud ostendit, quod nullam uocem fletus uel gemitus alicuius, quos pœnæ extorquent, illic fuisset editurus. Dicit igitur, potentes illic interim nõ sentire pœnas: dicit etiã abortiua, quæ in natura humana generata sunt, à pœnis esse aliena, & se solum nouis cruciatibus angere. Hoc tamē considerandum, quod sanctus Iob de diuitijs auri & argenti hoc loco nihil dixerit, sicut de istis dixit, qui sibi solitudines potius quam domos edificant, & habitant, sicut in cõsequentibus iste ipse sanctus Iob de diabolo dicit: In cruciatibus desolatis, & in domibus desertis non habentes hospitem Deum: & possident, ut sunt philosophi, & alij sapientes istius mundi, fulgorem boni ingenij, & splendorem popularis eloquij. Ibi impij cessauerunt, & tumultu proculdubio in inferno: & sicut lxx. transfulerunt. Ibi impij deposuerunt furorem suum, id est typus & superbia cum sauitia in hoc seculo gloriantium. Humiliata est in inferno, & ibi requiesuerunt fessis robore: & sicut alia habet translatio, ibi requiesuerunt fatigati corpore, & oppressione utiq; & miseria, labore etiam istius mundi liberati.

Et quondam uincti pariter sine molestia. Vincientes, & quondam uinctos in inferno dicit pariter habitare, sine iniuria tamen & molestia uinculorum, non ita, ut istis ubi præter pœnas captiuitatis, uel seruitutis duræ, diuersis etiã alijs calamitatibus homines obligantur, dominatu & iniustitia inimicorum.

Non audientium uocem exactoris.] iussa imperantium, uel inique exigentium non uerentur.

Paruus & magnus ibi sunt, & seruus liber a domino suo.] Quare data est misero lux & uita ijs qui in amaritudine animae sunt: qui expectant mortem, & non uenit, quasi effodientes thesaurum, gaudent que uehemeter, cum inuenerint sepulchrum. Cum sit ergo, ut uideo, in inferno, aequalitas personarum, & nullus de alterius dominatione formidet, quare mihi misero data est lux ista, & uita similis eis qui in amaritudine animae sunt, cum meliora sint inferorum ergastula, quam istius mundi miserabilis uita cruciatibus plena, ubi egrescunt praegustis homines mortem quaerentes, & magno desiderio, ut ueniat expectantes: Exemplum egregium adhibuit, dicens: Quasi effodientes thesaurum, quia nimium utique gratulantur, cum optatam sibi inuenerint sepulturam.

Viro cuius abscondita est uia, & circumdedit eum Deus tenebris.] De se dicit, sic itaque incedebam in mandatis Dei, credens quod mihi fructus iustitiae meae responderet: sed absconditum est meritum uiae meae, & per hoc poenarum tenebris circumdatus sum, ita ut illud bonum mihi subtractum sit, & hoc malum obiectum. Quod autem poenas, tenebrarum nomine dixerit, audi quid sequatur:

Antequam comedam, suspiro, & quasi inundantes aquae, sic rugitus meus.] Inter caeteros etiam hanc ei diabolus infirmitatem infixerat, quam medici bulimodem appellant: quae infirmitas talem habere dicitur poenam, ut ante cibum torqueatur aegrotus, & sint ei post cibum indefinenter dolores, unde & dicit:

Et quasi inundantes aquae, sic rugitus meus. Quia timorem tenebam, euenit mihi.] Timebam enim, ne peccando laederem Deum: & ille offensus, iram iustitiae suae in me exercet. Sed quid profuit caruisse peccatis, quandoquidem ut reus omnium peccatorum excrucior: Sequitur:

Et quod uerebar, accidit.] Alijs uerbis id ipsum repetit, quod superius dixerat, pro confirmatione dicti solent alia in scripturis iterari.

Non ne dissimulaui: non ne silui: non ne quieui: & uenit super me indignatio.] Non arroganter hoc dicit, ut faciat Deo iniuriam: sed conscientiae merito liberè loquitur. Non ne dissimulando, non reddendo retribuentibus mihi mala: Non ne silui, ut non delinquerem lingua mea: posui ori meo custodiam. Non ne quieui, sciens cum surrexerit in iudicium Deus, quod saluos facturus sit omnes quietos terrae: Et uenit super me, inquit, indignatio Dei. Indignationem hoc loco molem plagarum dicit, quam refert de super cecidisse.

CAPVT IIII.

In quo uerba Eliphaz recensentur.

REspondit autem Eliphaz: Si ceperimus loqui tibi, forsitan molestè accipies, sed conceptu sermonè tenere quis posset?] In ipso exordio sermonis sui ostendit se iniuriosa loquuturum, quadoquidem ait ad Iob: Forsitan molestè accipies. Nemo enim in tribu-

latione positus, si uerba placida audiat, & consolatoria, molestè potest ferre quod dicitur. Concepta ergo uerba profert in iniuriam audientis, & dicit:

Ecce docuisti multos.] id est, quamplurimos solertia tua, & bonitate ex erroribus reuocasti. Et manus lassas roborasti.] Lassos paupertate, siue in bono opere deficientes, uel mente trepida desperantes, iuuisti, uel consolatus es.

Vacillantes confirmauerunt sermones tui.] Dubios circa relaxationem & trepidos confirmare tua adhortatione dignatus es.

Et genua tremantia confortasti.] Vel inopia inuaidos, uel minus ualidos circa cultum religionis, qua uni Deo firmissimè seruiendum est, mēte sollicita roborasti. Ista ergo in sanctum Iob cum irrisione dicitur, habetia hūcensum: Si haec & haec quae dixi, fecisses, nunquā in haec tātā mala ad exemplū mortalium decidisses, quia Deum rerum omnium conditorem bonum scimus, & iustum. Vides ergo, quia iustitiae eius in te sententia promulgata est, ut haec digna tuis meritis patiaris. Et ut scias te hoc operatum non fuisse, quod dixi.

Nunc autem uenit super te plaga, & defecisti: tetigit te, & conturbatus es.] Nec defecit, qui dixit, Dominus dedit, Dominus abstulit, sit nomen Domini benedictum: nec conturbatus est, qui ait: Sicut Domino placuit, ita factum est. Et addidit cum insultatione subannans eum:

Vbi timor tuus, fortitudo tua, patientia tua, & perfectio uiarū tuarū?] Tanquasi diceret: Si timorē Dei habuisses, & fortitudinem contra aduersitates, in Dei quoque promissis patientiam, uiarū etiā tuarū in sancta conuersatione perfectionem, nunquam haec, ut dixi, quae pateris, incurrisses.

Recordare, obsecro te, quis unquam innocens perierit, aut quando iusti delicti sunt.] Ergo ignoras, Habel innocentem in principio creationis occisum, & Abraham patriarchā propter uxorem suam suum se periclitatum, Isaac quoque & Iacob passos insectationem Palestinorum, Ioseph uenditum, in carcerem falsā criminis obiectione detrusum: & haec non discernens, generalem das sententiam, cum alij hominum flagellentur a Domino, ut emendentur, alij ut probentur: de quibus & iste est, cui haec uelut reo poenarum non solum ignorantes, sed etiam insolenter exprobras.

Quin potius uidi eos qui operantur iniquitatem.] Et feminat dolores, & metunt eos, stāte Deo, id est anhelante iracundia perisse, sicut & te uidemus, & de quorū numero esse te arbitramur.

Et spiritus irae eius esse consumptos.] Repetit quod dixerat, ut confirmet iustam Dei in illum perditionis datam esse sententiam, & inuidiosè terrorem & superbiam: rapinas quoque illius describens, comparat eum bestiis inter caetera animantia fortioribus, dicens,

Rugitus leonis, & uxor leonae, & dentes catulorum leonum contriti sunt.] In rugitu leonis, & uoce leonae, sauitiam de praedatis uoluit significare: & quia

quia catuli leonum dicuntur esse rapaciores ad praedā, idcirco etiam filios eius illis esse similes dixit. Non ita ait ipse sanctus Iob, cui magis credendum est, de quo ista confingunt.

Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam praedam. Tygris perijt, eo quod non haberet praedam, & catuli leonis dissipati sunt.] In tygride uelocitatem eius ad spoliandos homines, praedam que ex eis capiendam describit, cuius etiam catuli, id est filij similes eius dissipati sint, & in reempti. Porro in alia editione pro tygride myrmicoleon legitur: quod latine possimus dicere formica & leo. huius portento sanctus Iob assimilatus est ab amico suo, eo quod non solum grandia saperet, uerum etiam minima quaeque auferret. Sed quia Eliphaz satis mentitur, hunc myrmicoleon uerius nos diabolum dixerimus: qui quando praedam agit de sanctis, tanquam de maioribus rebus, ut leo habendus est: quando uero minima quaerit auferre, formica dicendus est.

Porro ad me dictū est uerbu absconditū.] Id est diuinū, ex reuelatione secretū: quod latere non ambigo, quia causas mali, istius se uentis in te, non intelligis, quae mihi uisione sunt reuelatae.

Et quasi furtiue suscepit auris mea uenas susurri eius.] Id est, latenter ad aurem cordis mei uirtus sententiae, uelut quodam spiramine penetrauit. Et ut probabiliorē narrationem somni faciat, tempus assignat, dicens:

In horrore uisionis nocturnae, quando solet sopor occupare homines.] Hoc est, Non eo tempore istud somnium uidi, quo uel maxime post expletum naturae debitum homines somnijs illuduntur: sed illo potius tempore, quo adueniente somno, sopor non superfluous inchoatur: ubi hoc uult asserere, quod non phantasia aliqua uani somnij uiderit, sed ueram probatamque uisionem.

Pauor tenuit me, & tremor, et omnia ossa mea praeterita sunt.] Nimium deterritum se dicit insolita uisione.

Et cum spiritus me praesente transierit, inhorruerunt pili carnis meae.] Hunc spiritum forte angelum signficare uoluit, sicut ait & sanctus Daniel: In uisione dissoluta sunt, inquit, compages meae, & nihil in me remansit uirium.

Stetit quidam, cuius non agnoscebam uultū.] Incognitus uultus, maius ei pondus timoris incusuit.

Imago coram oculis meis, & uocem quasi aurae lenis audiui.] Ecce ubi iam oculata fide uidisse se dicit eum, quae prius in somno uidere coeperat: auribus etiam suis quasi aurae blandientis uocem eius audisse, dicentem sibi istud quod sequitur:

Nunquid homo Dei comparatione iustificabitur? aut faetore suo purior erit uir?] Verum est quidem quod dicit, quia creatura creatori suo in nullo poterit comparari: sed nescio si ille spiritus, quae tibi dicit apparuisse in somnis, istud tibi de sancto Iob dixerit: quia beatus homo ab angelo sancto nulla potuit ratione culpari, praesertim cum Iob se Deo non comparauerit, nec creatore suo se dixerit meliorem. Et ut Iob reum huius pra-

sumptionis constituat, de ipsis angelis sumit exemplum, qui sunt utique hominibus meliores, quorumque est natura praestantior, & dicit:

Ecce qui seruiunt ei, non sunt stabiles, & in angelis suis reperit prauitatem.] Dicitur hoc quidem de diabolo, qui quondam sanctus angelus fuit: sed non statim de omnibus angelis generale est, quia est angelica, uel omnis quae est creata natura, a pax delicti est: tamen per donum & gratiam creatoris sui, sancti angeli ita in amorem charitatis illius transferunt, ut iam nec uelint peccare, nec possint.

Quanto magis ij qui habitant domos luteas?] Hoc dicit, Si enim angelorum natura, quae utique melior est, cadit in uitium: quanto magis nos qui ex ipsis habitaculis nostris ostendimur uiles, quomodo possumus carere peccato? Tu ergo Eliphaz, cur eum qui innocens est, arguis peccato? Sed ego, inquis, non conuertentem corripio, qui propter peccata sua in uerberibus positus, iustum se gloriatur, & sanctum.

Qui terrenum habent fundamentum, consumuntur uelut a tineis.] Si domus luteae sunt corpora nostra, fundamentum domorum nostrarum uitam hanc temporariam esse credendum est: qua subtracta, domus luteae erunt in mortem: & sicut a tineis uestimentum, ita a morte corpora consumuntur & corrumpuntur.

De mane usque ad uesperam succidentur.] In uno die totam uitam hominum esse monstrauit, quae in modum herbae uariat. In paruulis floret, in iuuenibus conualescit & roboratur matura aetate: in senioribus tanquam in fructibus, & ad postremum decrepita senectute conficitur, quam hic uesperam appellauit. unde & in Psalmo apertius ait: Mane sicut herba transeat aetate, ne floreat & praeterat: uespere decidat, induret & arefcatur. Decidat in morte, induret in caduere, arefcatur in puluere.

Et quia nullus intelligit, in aeternum peribunt: qui autem reliqui fuerint, auferentur ex eis.] Si nullus intelligit, quomodo reliqui erunt? Sed hic nullus intelligit, dixit de eis qui intellecturi non sunt: sicut de ipso Domino dicitur in Euangelio, In sua uenit, & sui eum non receperunt. Quasi generaliter dicit: Et sui eum non receperunt: & sequitur specialiter dictum, Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, & iterum: Qui de caelo uenit, quod uidit & audiuit, hoc testificatur: & testimonium eius nemo accipit, & sequitur: Qui accipit testimonium eius. Quomodo receperunt, & non receperunt, uel quomodo accipit, & non accipit, nisi quia credentes accipiunt, non accipiunt infideles? Ex eis ergo nullus intelligit, sed qui de illis reliqui sunt, ipsi intelligentes auferentur ex eis, tempore scilicet separationis, cum sublata fuerint palaeae de medio tritici, & iusti de medio iniquorum, & eligentur, ut boni pisces in uasa aeternarum mansionum: & isti mittendi sunt foras, morti deputati, quoniam morientur in impietate sua.

Angeli hominibus meliores.

Psal. 89.

Ioan. 3.

Daniel. 10.

fua & stultita, timoris Dei sapientiam non habentes.

CAPVT V.

Voca ergo, si est qui tibi respondeat, et ad aliquem sanctorum conuertere. Vtq; hunc locum puto uerba esse illius que in somnis uidisse se dicit: & huic enarrato somnio conuertit se Eliphaz, & Iob increpat, dicens: Voca ergo, si potes inuenire qui tibi aliter dicat: & ut iuxta hanc uisionem perspexi, ad aliquem te sanctorum hominum uel angelorum conuerte. Non enim quisquam eorum tibi aliter est dicturus, praesertim cum hic sensus meus sensibus eorum conueniat.

Viru stultu interficit iracundia, & paruulu occidit inuidia. Iracundu notat, & inuidu: sed ideo iracundum, quia natiuitatis suae die maledixerit. nam maledictio, si non ibi sit per spiritum prophetia, sine animositate iracundia non est, ut superius diximus. Inuidum uero dicit, quod sibi ipse inuideat quare uiuat, uel quare natus sit. Paruulu quoque eum exprimat, eo quod pusillanimus sit, et uirile grauitate tanta agere lenitate non deceat.

Ego uidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius stultum. Hic pulchritudinis nomine falsam felicitate appellat: quae maledicenda, id est execranda est, quia eam sequitur interitus sempiternus: & stultu dicit, qui de suis meritis gloria tur, & de ipso sancto Iob ait Sophar: Vir uanus in superbiam erigitur, ut sapientia extollatur. Sed stultus non est, qui contra Deum nihil stulte locutus est. Recte itaque fit, ut pulchritudo stulti maledicatur, qui felicitate praesenti firmum se & stabilem putat.

Quorum filij longe fient a salute, & conterentur in porta, & non erit qui eruat. Haec omnia, ut aliquoties dixi, in sancti Iob exprobrationem dicuntur: & quasi generaliter Eliphaz profert sententiam, quod stultorum filij ita ut patres eorum sint, quos similiter nulla mensura prosperitatis subsequatur, quin potius & ipsi longe sint a salute. Sed non continuo si patres sunt mali, filij in omnibus similes sunt eorum: & ideo Eliphaz infirma definitio. Quod autem dixit, Conterentur in porta, & non erit qui eruat: uel quod malo exitu consummabuntur, uel portam pro publico iudicio nominauit, eo quod secundum consuetudinem Iudaeorum iudices in portis sedebant, ut praerereunti populo iudicarent. Ideoque dicit, Filij stulti similes tui publico omnium iudicio damnabuntur.

Cuius messe famelicus comedit, & ipsum rapiet armatus: & ebibent sumentes diuitias eius. Sitientes, famelicus & armatus, diabolus & sui possunt intelligi, qui potestatem accipiunt a Deo, ut uastent iniquos, sicut Aegyptios, quibus fuit immisio per angelos malos. In messe uero preparati labores, quibus iniqui perpetuo frui se putant posse, intelligendi sunt, quos omni nequitia armatus diabolus, famem patiens perditionis humanae, rapiet ad interimendum. Sitientes quoque focij eius pari modo desiderio quodam iniquo & inuido sitientes hominum mor-

tem, omne bonum naturae (quod nomine diuitiarum dictum est) ab eis uelut haustum poculi absorbeant. Possunt & homines mali atque crudeles hoc loco intelligi, qui accepta potestate degrassantur.

Nihil in terra sine causa fit, & de humo noster orietur dolor. De humo, id est de natura hominum matre, non exit malum, cum in terra nihil sine Dei iustitia fiat. Hoc dicit, quod omne malum naturale non sit, quod hic dolorem dixit: sed omne malum accidens est naturae bonae. & est aliud malum, id est uindicta, quae propter peccatum a Deo infertur hominibus. Malum est quidem peccatum, sed liberi arbitrij malum est, quia hominis uoluntate committitur. Et malum est retributio mali, id est peccati, quando irrogat Deus supplicia peccatoribus. Hoc ergo dicit, quod nihil horum accidentium malorum sine iudicio Dei fiat. Non enim ita naturale est homini, ut a Deo creatum putetur, & ideo ait: Et de humo non orietur dolor, id est, non est naturae, sed culpa. Et iam sic sentiendum, de terra non nascitur dolor, qui non peccat: de terra uero natus est, quia peccasti. Homo ad laborem nascitur, & eius ad uolatum, id est labor hominem manet, ut ab omnibus uitij castigatus incedat, & sit ad hoc tantum deditus, ac uelut eius quae naturaliter uolatum accepit, ita & hic per agones uitae praesentis euolet ad superna.

Quamobrem ego deprecabor Dominum, & ad Deum ponam eloquium meum. Conuertam me, inquit, potius ad deprecandum Dominum, nihil que mihi laudis, sicut & tu, de iustitiae merito tribueris, sermonem meum in conspectu Dei constitutam, id est loquor ante eum, quod humilitatem meam ipsi commendet, non ut ne superbia, sicut te, notabilem faciat.

Qui facit magna & inscrutabilia, & mirabilia absque numero. Si rerum omnium conditarum efficientiam naturam que consideres, magna & penes inscrutabilia, atque admiranda cuncta reperies. Iste ergo tantus qui haec operatur, scias quia in te condemnando non fallitur.

Qui dat pluiam super terram, & irrigat aquis uniuersa. Certum est quidem, quia ipse qui omnia condidit, solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos, & caetera agit quae in hoc libro sequuntur. Veruntamen uideamus ab hoc scripto uersiculo usque infra, ubi ait:

Iniquitas autem contrahet os suum, quid spiritualiter possit intelligi. Qui facit magna & inscrutabilia, ut in filio hominis Christus sit Deus. Et per eum Ecclesia, quod nullus sapientia sua sacramentum absconditum a saeculis in Deo potuit inuenire, sicut dicit Paulus apostolus:

Et mirabilia absque numero. Mirabilia sunt sine numero, si consideres singulares animarum salutem, quam Deus operatus est in Christo.

Qui dat pluiam super faciem terrae. Verbum Dei super animam carnis humanae. Et irrigat aquis uniuersa

Malum, nature bonae accidens.

uniuersa. In aquis doctrinarum inundantiam dixit, quae sonitu sanctorum, apostolorumque uerbis, mundi uniuersa compleuit, siue aquis baptisimi uniuersa hominis intus & foris, corporis utique & animae irrigando mundauit.

Qui ponit humiles in sublimi. Sanctos in regno, dicente eis Domino: Sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. & propheta de Deo: Suscitabit de terra inopem, de stercore erigit pauperem, ut sedeat cum principibus.

Et morientes erigit sospitate. Et Dominus in Euangelio ita ait: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.

Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum quod ceperant. Iudeorum uidelicet, qui Christum putauerunt extinguendo occidere, & nomen eius de terra delere, uel persecutorum contra martyres dimicantium.

Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, & consilium prauorum dissipat. Hoc quidem Deus & quod operatur de consilijs & operibus hominum in iniquorum, sicut & de alijs supra dictum est. sed Apostolus dixit, Quae admodum Deus apprehenderit sapientiam astutorum, mittendo praedicatorum, ut annuncient Euangelium crucis, in quo stulta inuenta est sapientia sapientium huius saeculi.

Per diem incurrerent tenebras. Potest hoc accipi de apostoli Pauli uocatione. sed & dies erat Iudeis, regno, sacerdotio, lege, unius etiam Dei religionem gloriantibus. Verum non credentes in Christum, perfidorum tenebras inciderunt, sicut propheta assumens testimonium dicit apostolus: Dedit eis Dominus spiritum compunctionis, oculos ut non uideant, & auribus ut non audiant, usque in hodiernum diem. Siue eo tempore, quo Christum Dominum crucifixerunt, diem praesentis felicitatis agebant, qui secundum parabolam Saluatoris, ubi dicit in Euangelio, Misit exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem eorum succendit: Tito & Vaspasiano duobus urbis de syluis exeuntibus, Romanorum subito obsidionis & captiuitatis tenebras incurrerunt.

Et quasi in nocte, sic palpabunt in meridie. In meridie utique prosperitatis suae, quae solito circa felices saeculi huius splendore uanae gloriae amplius feruet, quasi longa securitate munitos. Putabant enim eam usque ad uesperam aetatis suae possessuros, in tribulatione subita, quae noctis nomine dicta est, stupore nimio & angustijs coarctati, mortis etiam timore percussi palpare dicuntur. Perdito utique consilio, quid facerent ignorantes: Hanc ergo plagam captiuitatis ob incredulitatis suae meritum, post Christi aduentum futuram sanctus Moyses eis in Deuteronomio praedixerat, dicens: Percutiet te Dominus amentia & caecitate, ac furore mentis, ut palpes in meridie, sicut palpare solet caecus in tenebris, ut non dirigas uias tuas.

Porro saluum faciet egenum a gladio oris eorum, & de manu uolenti pauperum. Si pauper hoc loco Christi-

Matth. 19

Psal. 112

Matth. 5

1. Cor. 1. 13

Rom. 11

Matth. 22

Deut. 28

stus intelligendus est, qui pro nobis pauper factus est, cum diues esset: manifeste a maledictionibus & blasphemijs saluatus est Iudaeorum, qui tanto gloriosius sublimatus in caelum est, quanto illi amplius maledicentes blasphemabant in terris. unde dicit ad patrem suum: Maledicent illi, & tu benedices. Hic & de manu uolenti erutus est, id est diaboli, qui mortem nullum habenti meritum mortis, ut uolentus inauxerat. Quod potest & de Eleazaro, & de quolibet sanctorum ita intelligi, qui sunt pauperes spiritu.

Et erit egeno spes. Spes utique resurrectionis, sicut & ipse dicit in Psalmo: Insperet & caro mea requiescet in spe. Super hunc egenum qui credendo intelligit, beatus erit in die mala, id est iudicij, liberandus a Domino.

Iniquitas autem contrahet os suum. Malitia utique & iniquitate faciente Iudaeorum, ut non confiteantur Christum Dominum, os eorum blasphemium merito contrahetur secundum psalmistam, qui de huiusmodi ita dicit: Quoniam obstruatum est os loquentium iniqua. Sub specie igitur prophetiae in Iob omnia ista dicuntur, quem Eliphaz miscet multitudini iniquorum: & dum generaliter loquitur in suggestionem eius, eum inter supradictos inuoluit. Denique post pluralis numeri narrationem, conuersio est ad ipsum Iob, ita:

Beatus homo qui corripitur a Domino, increpationem ergo Domini ne reprobes. Verum est quidem, quia quem diligit Dominus castigat, flagellat autem omnem filium quem assumit: sed in sanctum Iob ista quasi in preuaricatorem non reuertuntur, quia cum a Domino erudiat, ut filius, uos uelut detestandum hominem puniri debere arbitramini.

Quia ipse dolere facit, et medetur: percutit, et manus eius sanabunt. Hoc sensu & in Deuteronomio Dominus dicit: Ego occidam, & uiuere faciam: percutiam, & ego sanabo. Sed Iob non ita criminofus coarguendus est, ut merito ei flagella tanta inflicta sint, praecipue cum illi Deus tam grande perhibuerit testimonium sanctitatis. Hic hoc totum cum eo agitur, ut persuadeatur malorum suorum agere poenitentiam, & possit per diuinam ueniam ad misericordiae indulgentiam pertinere.

In sex tribulationibus liberauit te, & in septima non tanget te malum. Et statim in consequentibus ipsas septem tribulationes singulatim enumerat, dicens: In fame eruet, & de morte, & in bello de manu gladij. A flagello linguae absconderis, & non timebis calamitatem, cum uenerit. In uastitate & fame ridebis, & bestias terrae non formidabis. Tempore quidem famis liberatus est de morte Helias, & Helisaeus, & multi: sed forsatis non de hac fame corporum, sed de animarum fame potius dicit, de qua propheta ait: Non necabit fame Dominus animam iustam, & iterum de iustis: Non confundentur in tempore malo, inquit,

Psal. 109

Psal. 15

Psal. 26

Proverb. 3

Deut. 32

Proverb. 10

Psal. 36

Amos 8

Iudaeorum iudices in portis sedebant.

inquit, & in diebus famis saturabuntur, quando mittit Dominus peccatoribus per uindicta non famem panis, neque sitim aquae, sed famem audiendi uerbum Dei. Huiusmodi igitur fame exclusa, liberaberis de morte peccati: quia anima quae peccauerit, ipsa morietur.

Et in bello de manu gladii. *Uox rursus uisus manus gladii dictum est pro potestate mortis.* Frequenter quidem Dauid in praelio ab aduersarioru gladio liberatus, dicebat ad Deum: De gladio maligno erue me. & Iosaphat rex Israel clamauit ad Dominum in bello, & de Assyrioru gladio liberatus est: & alij permulti, quos nunc recensere per longum est. Sed uideamus, ne forte gladium peccatum dicat, dimicans contra animam hominis, ut eam sibi acquiescentem prosterнат. quod peccatum gladii nomine dicitur per prophetam, ut ait: Speculator si uiderit gladium uenientem, & cecinerit, & annuauerit populo, &c. id dicit, ut doctores populi Dei loqui, & non desinat, iugiter predicantes, quomodo peccatum quod est mortis gladius, euitetur. Siue gladius hoc loco diabolus potest intelligi, qui per prophetam exacum natus resplendens & fulgurans appellatur, & uelut euaginatus & paratus in praelium, ut omnes resistentes sibi prouocet ad certamen.

A flagello linguae abscondens. *Notandum, quod inter has septem tribulationes, linguae flagellum uelut res dura & aspera ponitur: & uere secundum prouerbia Salomonis, ualde amara, & caeteris poenis corporalibus grauior poena est, procacem atque effrenatam audire linguam.* Sic enim ait: Flagelli plaga liuorem facit, plaga autem linguae comminuit ossa.

Et non timebit calamitatem cum uenerit. *Siue, ut alia habet editio, non uidebis, ut factum est postmodum, in Aegypto: ubi filijs Israel erat prosperitas, cum Aegyptij diuersis calamitatibus uexarentur.*

In uastitate & fame ridebis. *Ridebis dixit, pro exultabis, atque gaudebis. Tu ergo, inquit, laetus eris, cum alios uideris fame affici, & usque ad internecionem uastitate deleri.*

Et bestias terrae non formidabis. *Hac est septima, quae & extrema tribulatio. Bestiae terrae possunt & ista animalia, quae sunt sine ratione, intelligi, & quibus ad deuorandum homines dantur in potestatem, sicut & ipse Dominus in Deuteronomio ait: Dentem bestiarum immittam in eos cum furore trahentium eos super terram. Non formidabis utique, ut tibi & hoc malum accidar, cum correptus a Domino, uiam emendationis intraueris. Quam increpationem suadeo tibi ne reprobes, quia beatus est, ut iam dixit, qui corripitur a Domino. Vel ita intelligendum est, et uicia carnis extingues. & homines mali inscripturis bestiae appellantur, mores habentes similes moribus bestiarum, & diabolicè nequitiae, contra*

quas pugnasse sese Ephesi dicit: et in quarum potestatem, ut non ueniat, propheta orat ad Deum, dicens: Ne tradas bestiis animam contentem tibi,

Sed cum lapidibus regionum partium tuarum. *Lapides per metaphoram fortes homines dixit, stabiles & quietos, qui sunt utique iusti & sancti, quorum magna fama ob uirtutem animi ubique crebruerit. Si talis fueris cum huiusmodi hominibus sanctis, qui in modum lapidum firmi, in Deum per diuersas positi regiones sunt, habebis pacium solidam charitatis, ut ab eis nunquam te reliqua tribulatio possit auellere, licet tribulatio te non tangat, si similis eorum extiteris. Fallis & falleris Eliphaz, quia dictum est postea ab hominibus sanctis Spiritu Dei plenis: Oportet per multas tribulationes nos intrare in regnum Dei.*

Et bestia terrae pacifica erunt tibi. *Homines uidelicet quondam feri & mali, innocentia, ut oues effecti, nomen tamen adhuc pristinum retinentes: sicut & de Matthaeo euangelista dicitur, Matthaeus publicanus: cum utique ille iam Euangelista esset & apostolus. hoc sensu & de Deo propheta dicebat: Benedicet me omnes bestiae agrum, syrenae, & filiae passerum, cum iam mansuetudine accepta, per conuersationem sanctam his nominibus caruissent. Sed & de uitijs iam deuictis ita intelligi potest:*

Et scies, quod pacem habeat tabernaculum tuum. *Pacem habebit ab omnibus istis poenis, quibus uelut ab hostibus expugnatur tabernaculum uel habitatio, siue domus corporis tui, si haec uniuersa quae dixi, facere omnino decreueris.*

Et uisitans speciem tuam, non peccabis. *Speciem hic pulchritudinem animae dixit, hoc dicit: Anima tuae speciem, o Iob, ut sapienter introspicias, uel ut diuina uisitatione dignam exhibeas peto: & ita custoditis protectione misericordiae illius, non peccabis. ac sic habitationis & habitantis nomine totum & integrum hominem designauit.*

Scies quoque, quod multiplex erit sementium, & propinies tua quasi herba terrae. *Si de carnalibus filijs, nepotibus, alijsque qui nascuntur ex eis, hoc dictum est, non statim per numerum filiorum, uel felicitas, uel sanctitas apparebit. Potuit ergo Eliphaz, quasi consilium dans Iob, ita moraliter dicere: Si conuersus ad Dominum fueris, ita ut te tuorum operum antiquorum poeniteat, cordis tui uirtutibus, & sanctis cogitationibus uelut seminibus abundabis, de quibus opera bona tanquam sanctitatis filios poteris procreare: ita ut progenies operum tuorum multitudinem herbarum uirentium comparetur, quarum radices, id est spei uires, si intus habeas in corde fixas, terra tua flores cum fructibus germinabit.*

Ingrederis sepulchrum in abundantia tua, sicut aceruus tritici infertur in tempore suo. *In abundantia necessario fructuum praedictorum, qui de cordis tui affectu, ut diximus, nascuntur in opera tua: ut iam non talis sis, qualem te merito ipsa calamitas tua loquitur. Sepulchrum exteriori homine mortificatas intrabis, ut in tempore iusti iudicii Dei a fordibus peccatorum minimis & leuibus*

leuibus purgatus, inueniaris uelut triticum, quod coaceruatur ad aream. Siue ingrederis in abundantiam sepulchrum, sicut infertur aceruus in tempore suo, consummatus annis prouectae aetatis, plenusque dierum transibis, & in tumultu positus requiesces. & clausula sermonis ita finiuit, dicens: Ecce hoc ut inuestigauimus, ita est: quod auditum, mente pertracta. id est, quod ipse ad emendationem tuam debes corde percipere.

leuibus purgatus, inueniaris uelut triticum, quod coaceruatur ad aream. Siue ingrederis in abundantiam sepulchrum, sicut infertur aceruus in tempore suo, consummatus annis prouectae aetatis, plenusque dierum transibis, & in tumultu positus requiesces. & clausula sermonis ita finiuit, dicens: Ecce hoc ut inuestigauimus, ita est: quod auditum, mente pertracta. id est, quod ipse ad emendationem tuam debes corde percipere.

CAPVT VI.

Respondens autem Iob dixit: *Vinum appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas quam patior, in statera: quasi arena maris haec & grauior appareret.* Dicitis me peccatis meis facientibus ista pati: propter quod uelle ipsa peccata contra calamitatem hanc quam patior, pensarentur: & ideo uideretis, quia haec ipsa calamitas uelut arena maris super horum peccatorum merita ponderaret. Unde ait: *Et uerba mea, dolore sunt plena,* quia maiores sunt poene, ut dixit, quam meorum merita delictorum.

Quia sagittae Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum. *Sagittae non solum poenae quibus cruciabatur, uerum etiam & uermes possunt intelligi, ut iam antea dixi, quos diabolus insignabat, ut ad comedendum eum, omnemque corporis eius sanguinem humoremque sugendum solito essent molestiores.*

Et errores Domini militant contra me. *id est, quod Dominus permittebat inferri. Apertius habet antiqua translatio, ita dicens: Et cum loquor, stigmulant me. Vbi potest uideri, quod superius sagittarum nomine uermes digerit, a quibus dum indelenter comeditur, nec loqui permittebat: non quod uermes tale sensum habuerunt, ut hoc iudicio facerent, sed ex permissa Dei a potestate aduersaria, ut aciores essent etiam ipsis motibus agebantur, sicut locustae, muscae, & ranae in Aegypto, quodam instinctu usque in promptuaris Aegyptiorum, & cubilia penetrabant: quas plagas immisiōe angelorum malorum legimus immittas. Exceptis poenis autem, etiam terroribus sanctum Iob ut cederet, conturbabat inimicus, sicut et ipse Iob in consequentibus ait:*

Hostis meus terribilibus oculis me intuitus est. Numquid rugiet onager cum herbam habuerit, aut mugiet bos cum ante praesepe plenū steterit? *Animalium comparatione inducit, ut significet coarctatum se angustijs ita loqui. Sicut enim illa si abundant pabulis, nullam quasi querelam uocem emittunt, ut pabuli inopia protestentur: similis modo, inquit, & ego si pacem & quietem potius quam bellum haberem in membris & in anima mea, nullum sermonem durum asperum uel proferrem.*

Aut poterit comedi insulsium, quod non est sale conditum? *Quomodo ratio non sinit naturalis, ut bene sapere possit insulsus, & nullo condimento blandimento compositus cibus: ita ego nihil insulsium, nihil stultum contra Deum locutus sum, nihil quod non fidei sale conditum esset, operatus sum. Ita & iustitia Dei nequaquam hoc recipit, ut ego iuste conuersatus, haec quae patior, deb eam sustinere.*

Aut potest aliquis gustare, quod gustatum afferret mortem. *id est, quod ipse ad emendationem tuam debes corde percipere.*

Sicut enim nemo mortiferum quid comedit, ut uitae suae ipse sit inimicus: ita ego peccatum contingere pertimescebam, ita ego ante Deum bene mihi conscius incedebam, ne uelut gusti lethi fero offensionem mortis incurrerem.

Quae prius tangere nolebat anima mea, nunc pra angustia cibi mei sunt. *hoc est, Verbis nunc pascor asperis & amaris, quae mihi immensitas poenalis extorquet. Hac enim timebam meo ore depromere, quando in sanctitate & iustitia cum summa pacis quiete uiuebam. Secundu antiquos interpretes ita dictum est: Foetidas uideo escas meas, sicut est odor leonis: qui odor cum de eius uisceribus erumperet, escas suae ei id sapiebant, quod suarum spirabant interna fibrarum, unde etiam manifestius iterum ait: Halitum meum exhorruit uxor mea.*

Et qui cepit, ipse me conterat. *soluat manum suam, & succidat me.* Quae patiebatur, a Deo se pati dicebat, illo utique sumente ut pateretur: qui cum igne passionum probandus excoqueretur, uelut laguncula et uas fictile mortis fragmine contereri cupiebat.

Soluat manum suam, et succidat me. *Manu Dei dicit se contineri: sicut de omni creatura, quod ab eo continetur, alibi dicit: In cuius manu est anima omnis uiuentis, & spiritus uniuersae carnis hominis. De qua etiam manu uulnerati dormientes expulsi sunt: & diuites, id est superbi de hac manu fugientes fugient, sicut ipse in consequentibus dixit: De qua manu nullus rapere poterit quenquam. Hanc igitur manum potestatis diuinae Iob solui exoptat, ut ab ea decidens, cadat in hanc temporariam mortem, quatenus praesentes poenas possit euadere, cum uelut arbor de hac uita succisus fuerit.*

Quis det ut ueniat petitio mea, & quod expecto, tribuat mihi Deus? *Exclamatio est, oprantis atque desiderantis per mortem de cruciatibus liberari.*

Et haec mihi sit consolatio, ut affligens me dolore non percat. *Hac mihi sit consolatio, ut finem poenae uelut cruciatuum meorum remedio mortis obtineam.*

Nec contradicam sermonibus sancti. *Ita conuenit dicere humilitati sanctorum, ut etiam tres pueri in fornace positi fecisse referuntur.*

Quae est enim fortitudo mea, ut sustineam? *Qualis enim, uel quantus sum homunculus, fragilis & caducus, qui tantos cruciatus poenarum sustineam?*

Aut quis finis meus, ut patienter agam? *Saltem enim finem calamitatis huius cognoscere, ipsa spe finendi quandoque mali, & quam uolenter pro tempore tolerarem.*

Nec fortitudo lapidum, fortitudo mea, nec caro mea areca est. *Caro mea corrumpitur fame ac putredine uulnerum, quia non est in me talis fortitudo uelut lapidum, ut dolores non sentiam.*

Ecce non est auxilium mihi in me. *Hoc & propheta in tristitia positus ait: Renuit consolari anima mea. Et necessarii quoque mei recesserunt a me.* Ita & Propheta siue de se siue ex persona Christi ait: Amici mei & proximi mei aduersus me appropinquauerunt & steterunt, & proximi mihi de longe steterunt. Merito ergo & iste haec ita dicebat, qui typum ferebat Christi,

DD Qui

DD Qui

DD Qui

DD Qui

DD Qui

Qui tollit ab amico suo misericordiam, timorem Domini derelinquit.] Misericordia est ad miserias eorum qui tribulantur, compatiendo cordis mœore desle cti. Hanc uos, dum amico non impenditis, timorem Domini reliquistis, quo utique timore ab obedientibus custodiuntur diuina mandata. Timor enim obseruari facit quod Deus præcipit, unde uos à moriēdo, hunc à nobis timorem ne faciatis, quod Deus præcipit, ut non iustificemini ab ipso, peccati offensione meruistis.

Gene. 31.

Frates mei præterierunt me, sicut torrens qui raptum transit in conuallibus.] In scripturis diuinis solent propinqui fratrum nomine appellari, sicut in Genesi habetur. Et dixerunt Iacob & Laban ad fratres suos: Afferte lapides, et fecerunt tumulum, &c. Ita ergo & hic potest fieri, quod & propinquos suos fratres dixerit: ut aduertamus, quia omnis eum cognatio sua fuerit detestata, quos torrētes more in ima cōuallium rapide defluentes, raptim à seipso præteruolasse suspirat.

Qui timent pruinam, irruet super eos nix.] Timebam peccata etiam minima perpetrare, ne & pro eis Dei in me ultio defauret, & ecce nunc ita punior, tanquam scelera immania & execranda commiserim.

Tempore quo fuerint dissipati peribunt.] Diem afflictionis suæ his uersiculis recordatur, quando amissione domus, familiæ, filiorum, & uniuersæ substantiæ suæ dissipatus est, & petij ab illo statu integerrimi ac florentissimi regni siti.

Et cum incaluerint, soluantur de loco suo.] Vbi seruire coeperat nomē eius in populo, in illo gloriæ suæ loco non cōparuit, uelut nix, cū calore dissoluisset.

Inuolutæ sunt semitæ gressuum eorum.] Semitas uirtutes animi dixit, in quibus ut Deo placeret, omni studio gradiebatur. has semitas malis quæ patiebatur, inuolutas atque implicatas esse dicit, dum bonis uitæ suę suppliciorum admisceretur mala, quemadmodum si diceret: Rectum erat ut iustitia pœnam iniustitię non timeret, & ueritas falsitatis, & cætera his similia. Et quare iusti semita recta inuoluitur malo, quod retribuisti sibi iniustitiam mereretur iniusti. Totū autē hoc ideo dixit, quia nō talibus reciprocis agi cū ipso debuerit.

Ambulabunt in uacuum, & peribunt.] Si eiusmodi retributione bonis operibus responderetur, incassum qui perituri sunt, uirtutum semitis calcauerunt. Sed hæc concionando potius loquitur quæ desperando: & dum pluraliter disputat, generaliter in se & in cæteros similes sui huiusmodi sententiam esse pronunciat.

Considerate semitas Themam, itinera Saba, & expectate paulisper.] Respicite ad uias diuersorum regnorum, per quas ad me omnium gentium frequentia confluebant, & uidebitis eas raritate, immo solitudine hominum desolatam, quæ quondam plenæ erant populis, & pedibus prætergredientium trita. & idcirco ait: Expectate paulisper, id est, intuemini ad hæc loca quæ dixi, & ipse silentio cognoscetis uera esse quæ dico. Hoc modo & Hieremias de Hierusalem, post captiuitatis eius solitudine dicit: Via Sion lugent, eo quod

non sint qui ueniant ad solennitatem.

Confusi sunt, quia speraui.] siue sperauerunt. Vtrumque legi. Confusi sunt, quia sperauerunt, in eo quod familiares spem suam in eam, falsa eius seducti felicitate posuissent: uel quia speraui, id est quia prosperitatis suæ cursum sperasset esse perpetuum: uel quia nunc à clientibus quondam suis speraret auxilium.

Venerunt quoque ad me, & pudore cooperiti sunt.] Auxilia sin fecit dicendo, Et pudore cooperiti sunt: hoc est, post confusionem animarum, quam etiam absentes pati potuerunt, audiendo quid aduersi sancto Iob cōtigisset, ueniētes ad eum, uultus suos pudore texerunt.

Nunc uenistis.] Quod dicit, Nunc uenistis: ostendit eos non statim ubi sanctus Iob tentatione percussus est, affuisse.

Et modo uidentes plagam meam, timetis.] Hoc dicit, quod & ipsi amici sui exemplo eius ruinam sibi simile formidarent.

Nunquid dixi, Afferte mihi, aut de substantia uestra donate mihi, uel liberate me de manu hostis, de manu robustorum eruite me.] Non consolamini me, quod facere uos decebat, sed uelut oppressum & inopem sublanatis, à quibus sicut de facultatibus uestris in hac egestate mea nihil maligni uel speraui, ita neque potentia uestrę presidium requisiti, ut me de manu cuiuslibet hostis, uel fortium hominum saluaretis. Simpliciter dixerunt antiqui interpretes: Quid enim: nunquid aliquid uos petij: aut fortitudine uestra indigeo?

Docete me, & ego tacebo: & si quid forte ignorauit, instruite me.] Redarguite me si mētor, et tacebo conuictus: & si quid aliud ignoro, uestrum erit errantem corripere.

Quare retraxistis sermonibus ueritatis, cum è uobis nullus sit qui possit arguere me?] Sermones ueritatis locutus sum, quando me super ijs in prima locutione mea ante Deum ambulasse professus sum. His ergo ueritatis sermonibus detraxistis, quando quidem me reum criminum & malorum quæ patior, iudicastis: cum de uobis nullus sit qui me possit arguere, quia ille recte alterum obiurgat, qui inde nō est reus, unde alterius celsor existit. Quod autē pluraliter dicit Iob ad illos amicos suos, cum adhuc unus ex his tantum locutus uisisset, respexit ad conspirationem mentis eorum: & in isto Eliphaz illis ad dicendum parantibus probra respondit.

Ad increpandum tantum eloquia concinnatis, et in uentum uerba profertis.] Ista est, quia mordacissimus increpationibus sermo prædictis repletus est, uerba habens uento similia, id est uana. Oboritur nobis hoc loco non mediocri obiectio, qua dici potest: Si uento sunt similia quæ isti loquuntur, quomodo in principio Operis huius definitum est, quod aliqua prophetauerunt, quæ uento, id est uanitati comparari non possunt? Prophetauerunt quidem, quando adimpleti sunt spiritu prophetiæ: & uana ac mala locuti sunt propria uoluntate, quando sancto Iob uelut inimici exprobare uoluerunt: sicut & Balaam, qui cum populo

pulo Israel in Christo futura æternæ salutis tempora prophetaret, contra eundem populum inimicus eius quomodo sacrilegio perire possit ostendit.

Super pupillum irruit, & subuertere nitimini amicum uestrum.] Factus est ut pupillus desolatus à parentibus et amicis, despectus etiā seruis suis atque clientibus, quem isti amici sui nitentur prauis consilijs & irritationibus ad iram ab innocentia tramine detorquere: quod amicorum fidelium non est, de subuersione tribulati hominis machinari.

Veruntamen quod cœpistis explete.] Ab Eliphaz coeperunt, qui locutus fuerat contra Iob, et subuertere nisus est, quicquid ille recte locutus est coram Deo.

Præbete autē aurem, & uidete an mentiar.] Sed tamē aurem meis sermonibus commodate, & intellegitis, quia omnino non mentior.

Respondete obsecro absque contentione, & loquentes id quod iustum est.] Non sit contradicendi studium, quod contentiosis generat morbum: & ita demum nulla animositatis caliginē perturbati, poteritis inter me & uos quod iustum est iudicare.

CAPVT VII.

Ephes. 6.

Militia est uita hominis super terram.] Quæ sint arma militiæ huius, Paulo apostolo instruite didicimus, qui ait, Ut habeamus in pectore lorica iustitiæ, & galeam salutis in capite: calceati quoque simus in præparationem Euangelij pacis, semper tenētes scutum fidei in manibus: circa lumbos etiam habeamus tingulū castitatis. Hinc dicebat: Militia est uita hominis super terram, dimicans contra uitia, & inuisibiles aduersarios. Siue tentatio est uita hominis, ut alij dixerunt interpretes, quoniam in medio tentationum est tota uita sanctorum.

Et sicut dies mercenarij, dies eius.] Sicut enim miles in acie positus, magnificam regis liberalitatem expectat, ut hostibus triumphatis, merito donorum munera assequat, et sicut mercenarius laborans expectat, ut ad diem placitæ mercedis perueniat: ita est hæc uita hominis illius qui sperat à Deo boni operis retributionem: quia nō solum contra illecebras uitiorum uelut hostium impetum desudauit ut uinceret, uerum etiam præcepta factis implere ualuit, ut mercedem iusti laboris acciperet.

Sicut seruus desiderat umbram, et sicut mercenarius præstolatur finem operis sui, &c.] Igitur sicut seruus Domini sui imperijs occupatus, æstuans, ut requiescat, refrigerij umbram desiderat: & sicut mercenarius temporis placiti finē sollicitus expectat, ut quandoque laboris sui debitum consequatur: similiter & ego me arbitrabar laboris mei gratiam recepturum, sed pro mercede operis pondus tribulationis excepi.

Menses uacuos et noctes laboriosas enumeravi mihi. Si dormiero, dicam: Quando resurgam? & rursum expectabo uesperam, & replebor doloribus usque ad tenebras.] Potest hoc ad Christum referri, qui post somnum mortis à mortuis resurrexit, & usque ad uesperam, id est usque ad finem mundi repletur doloribus, dum

quotidie exacerbatur criminibus delinquentium, uel in persecutionibus Ecclesiæ caput affligitur passione membrorum.

Menses uacuos et noctes laboriosas enumeravi mihi. Si dormiero, dicam: Quando resurgam? & rursum expectabo uesperam, & replebor doloribus usque ad tenebras.] Diebus ac noctibus dicit in his uerbis, in desinētibus se pœnarum doloribus cruciatum, & ad respirationem dolorum mutationem temporum desiderasse, & noctem in die, & diem in nocte quærisse.

Induta est caro mea putredine, & sordibus piluueris. Cutis mea aruit, & contracta est.] Iste uulnere percussus à diabolo est à planta pedis usque ad uerticem, unde & dicit: Induta est caro mea putredine, hoc est, totus computruit, factusque sum uulnus unum putridissimum. Secundum nostrum omnium personam, induta est caro mea putredine, id est uulnus antiquum, & originale peccatum, in omnem carnem de primi hominis præuacuatione pertransiit.

Esaiæ 38.

Dies mei uelocius transierunt, quam à texente tela succiditur.] quia sine ullo labore uel mora telarum filarumpuntur. Sic & Ezechias (ut Deus prædixerat) moriturus ait: Præcisā est uelut à texente uita mea.

Memento, quia uentus est uita mea.] Hoc dicit, Pœnis deficio, & halitus meus quo quasi adhuc uiuere uideor, à me tormentis excluditur. Vnto prætereunti similis est uita mea, quæ nunc ecce iam præterijt.

Et non reuertetur oculus meus, ut uideat bona.] Quomodo non est reuersus, ut iterum bona uideret, qui post plagam duplices accepit diuitias? An tractans secum hæc loquitur? An forte quando hæc dicebat, ignorabat se reuersurum? Vel certe de bonis uirtutum suarum loquitur, ad quarum usum recipiendum iam non esset eius oculus, id est rationis ac mentis intuitus reuersurus.

Non aspiciet me uisus hominis.] In ea enim pace & gloria, diuitijs & honore ubi antea fuit, iam non sum ab hominibus uidentus.

Oculi tui in me, & non subsistam.] Quia oculi tui quasi in me iracundia pleni ita sunt intendentes, ut in mortem uel doloris pressus subsistere nequeam.

Sicut consumitur nubes, & pertransit: sic quæ descenderit ad inferos, non ascendet.] Non est hoc loco sanctus Iob ita definite locutus, ut tantus uir qui Deo placuit, resurrectionis incredulus existimetur, qui alibi dixit: Homo cum dormierit, non resurget, donec atteratur cœlum, non euigilabit nec consurget de somno suo, ubi ait, Donec atteratur cœlum: somnum mortis in finē usque seculi tantum dicit futurum, & resurrectionē postmodum secuturam. Ita etiam hic intelligendum, sicut nubes densæ aquæ in aerē soluitur, & rursum de ipso aere condescit in nubem: ea utique similitudine, qui in puluere fuerit redactus, de puluere ipsius substantia reparabitur, ita tamē, ut nequaquam ultra ad corporis istius domum corruptibilem reuertatur: sed quamuis ad eandem, tamen quæ iam sit in corruptionis immortalitate uestita.

Et non agnoscat eum amplius locum eius.] id est, pristina mundi huius conuersio non erit in homine commutato. Potuit sanctus Iob & cōcionando hęc dicere, sicut & in aliquibus locis facere uideretur, ut ex affectu & moribus mundialium hominum loqueretur, minimē futura credentium, sicut fecit & Salomon in libro quem Ecclesiastem prænōtauit. Suscepit enim illic personam eorum præsentiā, qui solummodo cogitent: & eorum uoce utitur, de diuersis rebus causisq; ac negocijs disputando. Qui cum ad horam confirmare uideatur, illud aduersum quod sibi proposuerat, fidelis propheta confestim hoc ipsum destruit lumine ueritatis.

Quapropter & ego non parcam ori meo, loquar in tribulatione spiritus mei, confabulabor cū amaritudine animæ meæ.] Quia ergo nimijs doloribus coartatus mori me sentio, exhalaturus animam, loquor in angustijs deficientis spiritus mei, & cum amaritudine animæ meę fabulabor, quam mihi pœnarum enormitas generauit, dicamq;:

Nunquid mare sum ego, aut cetus, quia circumdedisti me carcere?] Non ad Deum aperte loquitur, cum tamen ad Deum loqui uideatur: sed cum amaritudine animæ suę loquitur ea quę ad eō abrupte dicere non presumit, duabus causis existentibus. Vna est, qua uaporare stomachum plenum amaritudine talibus sermonibus arbitratur: altera est, ne pro cax & contumeliosus in Deum appareat: & cum extorqueret cruciatibus ut loquatur, timore autem Domini reprimente aliofium, id est ad amaritudinem suam, conuertit eloquium suum, ut non Deo quasi in faciem resistere uideatur. Nunquid mare sum ego, aut cetus, siue, ut alij dixerunt, draco, quia circumdedisti me carcere, id est littorum claustris: Puto quod ideo carcerem pro cruciatibus dixerit, quia ad carcerem omnes pertinent pœnæ. Pro omnibus ergo malis quę patiebatur, ipsam domum tormentorum nominauit, ueluti si eadem domo fuisset inclusus, quę sit quodammodo pœnalis habitatio. Siue quia figuraliter hic mundus mare dicitur in scripturis diuinis: & draco diabolus, qui est in mari, id est in hoc mūdo. Fortē hoc dixerit, ut quemadmodum mundus accepturus est finē, q terminis littoribusq; significatus est, & draco diabolus intra mundi istius est claustra, defœuiens, sed in ipsius conclusionē etiam ipse damnandus sit: ita ergo & me per has pœnas carcere mortalitatis includis, ut & ipsa finita præsenti uita, amplius non subsistam: ego tamen certa securitate & fideliter noui me iuxta promissionem tuam resurrectione reparandum.

Si dixerō, Consolabitur me lectus meus, & releuabor loquens mecum in strato meo, terrebis me per somnia, & per uisiones horrore concuties.] Si me inter tormentorum dolores atq; aculeos paululum ad quiescendum conuerterō, ut aliquatenus strati mei solatio quantulamcunque requiem a meis æstibus capiam: ad reuelandos quoque dolores meos mecum illic in lecto meo loqui uoluerō, sopor-

tantem terres per somnia, & per uisiones horrore me concutis. Hoc a Deo Iob se pati dicebat, quod a dæmonibus patiebatur, qui ad ista faciendā a Deo acceperat potestatem, qui ei toruis uultibus sine dubio, et minacibus oculis apparebant in somnis: frendentes etiā dentibus ad deuorandū eum, quasi ora aperientes, ut insolitæ uisionis horrore concuteretur in lectulo: & terrore somnus aufugeret, quo solēt dolores nimij mitigari: & succederent iuges uigilię, ut indefinentibus cruciatibus torqueretur. Siue uulnera quę uigilans oculis suis uidebat quotidie, putrisq; sanies, uermiū quoq; multitudo discurrentium per uulnerū sinus uel foueas, credibile est quod in somnis ei a dæmonibus monstraretur.

Quamobrem elegit suspendiū anima mea, & mortem offensa mea.] Satius est, inquit, & peccatū multo tolerabilius, si uictus cruciatibus de morte mea cogitem, quā tuę maiestati irrogem blasphemiam. & idcirco dixit: Elegit suspendiū anima mea. & hoc non quod uelit omnino facere ita loquebatur, sed ad comparationē maioris criminis, quid esset minus damnabile, cruciatu potius quā iudicio coactus expromit:

Desperauī, nequaquam ultra iam uicam.] Desperauī, loquendo hęc quę dicere non debueram. Unde per hoc sermone tam aspero & molesto post mortem uiuere posse me dubito, quia sibi auferentibus ipsis presentem uitam, futura a Deo iustissime denegatur. Pro hoc itaque uerbo, quo se lapsum in peccatum deplorat, pœnitentiam illico profitetur, dicens:

Parce mihi, nihil enim sunt dies mei.] Tanquam si diceret: Nunc in hoc tempore pœnitentem suscipe, & obsecrati pro hoc delicto esto placabilis, antequam dies isti mei, qui uelut nihili sunt, prætereant, ne illic ubi dies sine fine sunt, & æterni, inueniar puniendus.

Quid est homo, quia magnificas eum? aut quid eponnis erga eum cor tuū?] Visitas eum diluculo, et subito probas illum.] Homo particula est mundi, quem creasti. Hic quid est, aut quantus est, ut circa eum tam sollicitam curam in æternum profuturus impendas: quem etiam exaltas atq; magnificas, dum dignatione eum pię miserationis erudis: Ex affectu igitur humili pietatem Dei circa se fideliter confitetur, qui hoc ipso exaltatus sit & magnificatus, quia a Deo his uerbis agitetur, secundum illum sensum: Quem diligit Dominus ca-

Et subito probas illum.] Quia apud te nulla est difficultas hominē cognoscendi, qui & eorda omnium perscrutaris, & nosti quę futura sunt antequam fiant.

Usquequō non parcis mihi?] id est, ab his pœnis quas promissione tua patior, non desistis.

Nec dimittis me, ut glutiam saluam meam?] Inter cetera mala dolorum & cruciatuū etiam synancheta habuisse

habuisse se perhibet, quia tumore fauciu hominis halitus intercluditur, & saepe quasi laqueo strangulatus abruptitur.

Peccaui. Quid faciam tibi o custos hominum?] Peccaui in his quę dixi superius, quę me dicere non decebat. Quid possum facere tibi qui iustus es, & idcirco uindex es peccatorum? Nunquid possum naturę tuę inditam auferre iustitiam, qui iustus es hominum, & nosti omnia quę hominis sunt, nullaq; te latet cogitatio?

Quare posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihi met ipsi grauis?] Dum de iustitia ueritatis tuę confido, respiciens innocentiam meam, dedisti mihi copiam respondendi, ut dicerem tibi: Iusto homini non conueniunt pœnæ, quę potius peccatoribus irrogantur. & dum homo hęc dico Deo, creatura creatori, plasmatus figulo, mihi magis factus sum grauis, quia seruus tali Domino meo querula uoce respondere non debui.

Cur non tollis peccatum meum? & quare non aufers iniquitatem meam?] id est, aufer dolores meos, per quos qui erā hæcenus iustus, nunc peccare cōpellor.

Et si manē me quaesieris, non subsistam.] id est, in matutino resurrectionis. & Propheta in psalmo ex persona patiens ait: Remitte mihi ut refrigerer priusquā abeam, & amplius nō ero. Antequam hinc de hac uita abscedam, si remiseris mihi, iam non ero inter peccatores: aut certe si non remiseris, iam non ero inter uiuentes & iustos.

CAPVT VIII.

Respondens autem Baldath Suites dixit: Usquequō loqueris talia, & spiritus multiplex sermonis oris tui?] Offensus est Baldath in sermonibus sancti Iob: primū, quia temerē locutus fuisset ad Deum: quod deinde diceret, quia in regno fuisset, & ceteris regibus præpotentior.

Nunquid Dominus supplantat iudicium? et omnipotens subuertit quod iustum est?] hoc dicit, Quia iustitia Dei pateris quę mereris, nisi reo, nequaquā ista permitteret inferri. Etiam si filij tui peccauerūt ei, & dimisit eos in manu iniquitatis eorū: tu tamen si diluculo cōsurrexeris ad Deum, & omnipotentem fueris deprecatus, si mūdus & rectus inceseris, statim euigilabit ad te, & pacatum reddet habitaculū iustitię tuę. Si filij, inquit, tui suis facientibus malis dimissi a Deo sunt, ut potestas quę propter iniquitatē ipsorū in eos data est, in terimendi illos haberet effectū, tibi in nullo nocere poterit: si tamen ipse de errorū tenebris diluculo, id est in agnitionē diuinę iustitię cōsurrexeris, & Deum fueris deprecatus, ita ut corde mundus, & rectus ore atq; opere ambules in cōspectu eius, et qui quasi dormire uidebatur, non audiendo te uidelicet, nec uidendo, cōfestim euigilabit ad te, id est, ad reparationem tuę felicitatis instabit: pacatumq; ac quietū ab hoc bello pœnarum restituet habitaculum siue domus siue corporis tui, si hoc humiliaatione pœnitentię promerueris.

Intantum, ut si priora tua fuerint parua, & nouissima tua multiplicentur nimis.] Priora dicit bona diuitiarū & honoris siue potentię ac felicitatis quę habuit

antequam percuteretur. Veruntamen hoc loco de Dei misericordia Baldath mirificē intellexit, quod tam immensa bonitas eius sit & pietas, ut peccatoribus post pœnitentiam siue priorum errorum ante baptismum, siue post baptismum grauiorum delictorum, maiora nunc dona concedat, quā si dici potest, in conditione prius ipso bono naturę præstiterat: quia quos in Adam a principio incolas Paradisi fecerat, docilem nunc ad hæreditatem regni cœlestis inuitat. quos etiam peccatores per parabolum filius ille iunior in Euangelio figurauit, qui cum bonum naturę tanquam paternas diuitias cum meretricibus, id est uoluptatibus uiuendo prodigē dissipasset, pœnitenti occidit uitelus Christus: annulus quoque fidei, qua cuncta promissa in credentium cordibus certa impressione signantur, in manu ei tribuitur: & gressum suorum accipit munimenta, ut super serpentes & scorpiones securus incedat. stola etiam immortalitatis induitur: qua secundum Apostolum, terreni homines & mortales ita sublimantur, ut nō solum cœli sint possessores, ciuesq; angelorū mereantur effici, uerum etiam hæredes Dei, & cohæredes Christi.

Interroga enim generationem pristinam, & diligenter inuestiga patrum memoriam. hesterni quippe sumus, & igitur oramus, quoniam sicut umbra dies nostri sunt super terram, & ipsi docebunt te: loquentur tibi, & de corde suo proferent eloquia.] Antiquorum hominum uitam longiorem interrogemus, apud quos recentior ueterū peccatorum, qui ante eos fuerunt, memoria retinetur: & ab eis proculdubio cognoscere poterimus, quare alij diluuiō, alij igne sulfureo perierunt. Nos enim uetustę generationis ignari, hesterni sumus: id est, quod nō olim uiuimus, & sumus uitæ breuissimæ: quorum dies umbrę prætereunt similes sunt, & ipsi docebunt nos: quia illi iniqui in seculo præcedenti pro peccatis huiusmodi meruerunt sententiam diuersę mortis excipere. unde & dicit: Et ipsi docebunt te, & de ore suo proferent eloquia, emendationē hominum nunc uiuentium, & eorum qui post futuri sunt proferent gesta præterita, & memorię cōmendata. Posteaquā dedit exemplum quasi fortissimū de illis hominibus, qui propter peccata sua antiquitūs interissent, aperte in Iob inuehitur, dicens:

Nunquid uiuere potest scirpus absq; humore? aut crescit carectum sine aqua?] Hoc est dicere: Sicut scirpus uel carectum sine aqua uiuere nō potest, ita tu sine fundamento atq; humore iustitię nequaquam permanere in pristina felicitate potuisti.

Cum adhuc sol in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas arefcit.] De his quidem herbis contingere solet, ut ætatis tempore consumptis humoribus excidentur. Sed qui sanctum Iob uanis rebus uacuisque ac fragilibus comparauit, consequenter dicit eam in regno uelut herbę similitudine floruisse: qui antequā ad maturitatem fundatę glorię perduceretur, pro merito suo in tanta mala præcipitatus sit, ut nequaquam meruerit

in tempore suo radice firmata, ad felicitatis consummata plenitudinem peruenire. Et quia imperfecta, inquit, ante Deum conuersatione uixi sti, idcirco ante omnes herbas, id est ante omnes peccatores (qui saepe herbarum uocabulo nuncupantur) solis ardore siccatus es: id est, ut infideles tribulationibus uictis corde cessisti: & hoc loco in consequentibus dicitur, Humectus uidetur antequam ueniat sol. Quod autem ait, Ante omnes herbas arefcit: hoc est, quisquis hominum multarum est iniquitatum, sicut tu es, pro pondere criminum ante incipit poenas luere, quam ceteri peccatores.

Sic uia omnium qui obliuiscuntur. Sed qui obliuiscuntur, merito uita eorum uiretis et herbis et foeni floribus cito praeuertentibus comparatur.

Et spes hypocritae peribit. Spes hypocritae simulantis sanctimoniam uitae, hic autem secundum Dei testimonium simplex fuit, rectus & innocens.

Non enim placebit ei uecordia sua. Grandis reuera uecordia est & amentia, ficta & simulata agere ante Deum, qui occulta omnia secretorum scrutator introspectit.

Et sicut tela araneorum fiducia eius. Quod certa & stabilis ac robusta potest esse fiducia, quae telis aranei comparatur, cuius contextio tenui flamine aurae corrumpitur, & dissipatur.

Innititur super domum suam. & non stabit, confidendo in se ipso, & confirmando carnem brachij sui stare non poterit, sed magis cadet superbia, quia omnis caro foenum est, eiusque gloria ut flos foeni.

Fulciet eam, & non consurget. Conatur proprijs uiribus se erigere: sed nequaquam consurgere poterit, quia non est Dominus fortitudo eius, in quem incumbentes, firmissime continentur.

Humectus uidetur antequam ueniat sol. Felicitatem prosperantis hominis dicit: qui cum aestu tribulationis percussus fuerit, confestim aduersitatibus frangitur, & omnis uisus pristinae eius laetitia tristitia consumptus arefcit.

Et in ortu suo germen eius egredietur. In principio, inquit, felicitatis suae peccator prosperare agere uidebitur: sed non permanebit herbę uirenti similis repentina iocunditas.

Super aceruum petrarum radices eius densabuntur. Quoniam radices spei eius non in terra bene solidatae, ut fructus patientiae afferatur, defigentur, sed super aceruum magis petrarum coartabuntur, non habendo illic uitae humorem, moriturus utique, prius ariditate siccabitur. Secundum hunc sensum, qui in hac continentia loci istius est, & Dominus in Euangelio ait, cum de tribulationibus minus fidelium loqueretur: Orto autem sole aestuauerunt: & quia non habebant radicem, aruerunt. & exponit discipulis suis, quid esset quod superius per parabolam dixerat. Qui autem supra petrosa feminatus est, hic est qui audit uerbum, & continuo cum gaudio suscipit illud. Non habet autem in se radicem, sed est temporalis: facta tribulatione & persecutione propter uerbum, continuo scandalizantur.

Et inter lapides commorabitur. Metaphorice lapides

infideles & duricordes hoc loco possunt intelligi: inter quos quisque peccator commorabitur uitae similitudine coequalis, qui Deum, ut solida metalla, non sentiunt. Aut certe lapides peccata nominauit, de quibus Propheta cum doceret populum, ait, Et lapides de uia projicite: id est, de uita sanctae conuersationis auferte peccata.

Si absorberit eum de loco suo, negabit eum, & dicit: Non noui te. Cum hinc de mundi istius loco, quod est de hac uita transferendus, ad loca squallida inferorum absorptus fuerit, quod legimus Dathan & Abiron in eremo postea contigisse: dignus utique conspectu Dei esse negabitur, cuique dicitur, Non noui te, sicut ait in Euangelio: Et tunc dicam illis, quia non noui uos. Et locus hominis dici potest qualitas conuersatione, ubi uel uita genere uel mente consistit.

Hac est enim laetitia uiae eius. Hae est laetitia eius: uelut si diceret, Sic in bonis operibus Deoque placentibus ambulauit dum uiueret, ut ad arumnas perpetuae miseriae deueniret.

Verusum de terra alij germinetur. Proiecto itaque impio, & longe abiecto, iustus qui postmodum futurus est, suscitatur, sicut & Heliae iuuenis ille ait, qui in fine libri huius contra Iob multa locutus est: Conteret, inquit, cum de Deo loqueretur, multos innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. Ita & in eremo iustitia iusti iudicij sui sexcenta millia hominum strauit, & filios eorum substituit ad terram repromissionis in hereditate capiendam. In Palaestina quoque septem praesentes deleuit, & filios Israel in terra earum constituit.

Deus non projiciet simplicem, nec porriget manum indignis. Quod autem dicit, Nec porriget manum indignis: id parum perspicuo sensu loquitur, dicens, Non iuuat aut fauet operantibus iniquitatem, cum saepius porrigat manum pietatis suae adiutorio misericordiae plenae, ut homines malignos & peccatores ad innocentiam sanctitatis adducat.

Donec impleatur risu os tuum, & labia tua iubilo. In risu laetitiam cordis intellige, in iubilo uocem exultantis aduerte.

Qui oderunt te, induantur confusione. Cum utique talis fuerit, quale dixi superius, qui te oderunt, siue peccatores, siue daemones, merito confundentur in tempore illo, quo sancti homines, quos persecuti uincere nequiverunt, honores & praemia consequentur.

CAPVT IX.

Et respondens Iob ait, Vere scio quod ita sit, et quod non iustificet homo compositus Deo. Notauerat Baladad in sermone suo sanctum Iob, quod quasi de sanctitate sibi & innocentia blandiretur: & ob hoc eam ita Iob incipit respondere, dicens: Vere scio quod ita sit, & quod non iustificet homo compositus Deo. Noli ergo de me ita existimare, quod ego saltem cogitare hoc audiam, cum sciam, quia creatura creatori suo in nullo possit penitus comparari. Denique audi quae dicuntur, & praebere aurem ad intelligentiam, & perpende quantum uel quid fumus ad illum qui solus & idem semper et summus est.

Si uoluerit contendere cum eo, non respondebit ei unum de mille.

Matth. 13.

Hier. 50.

Num. 16.

Matth. 7.

Iob. 34.

Num. 11.

Ex. 14.

Iosue. 15.

Deut. 7.

Malos cum adiuuet Deus.

mille. Mille dixit pro multis. etiam si mille res iustus homo habeat, quas opponat, ut apud scrutatorem cordis quali innocentiam suam ostendat, non poterit ei loqui terra & cinis.

Quis restitit ei, et pacem habuit? Quis contra Deum agens, non sibi bellum offensae, eius iraeque commouit.

Qui transiulit montes, & nescierunt hi quos subuertit in furore suo. Metaphorice montes siue angeli mali siue impij intelligendi sunt, quorum elatio mentis in tantum intumuit, ut excelsis montibus compararentur: qui Deum nescientes, eius furore consumpti sunt.

Qui commouet terram de loco suo. Quia quaecumque uoluerit, potens est & facere, qui haec omnia fecit ex nihilo. Terramotus tamen in nouo Testamento dictos figuratiter uel maxime nouerimus, ubi commotionem hominum necesse est magis intelligi, quando de bono est in malum, siue de malo in bonum conuersio.

Et columnae eius concutiantur. Columnas hoc loco pro stabilitate terrae intelligimus, quae Deus super semetipsam immobili mole fundauit, sicut dicit Psalmista: Etenim firmauit orbem terrae, qui non commouebitur.

Qui praecipit soli, & non oritur. id est, adueniente nocte.

Et stellas claudit quasi sub signaculo. id est, adueniente die. Dispositione Dei gubernantis omnes, quotidie fieri ita uidemus: & Amos propheta similiter de deo ait, Qui facit omnia, & transformat, & conuertit in mare tenebras, & diem nocte commutat.

Qui extendit caelos solum, et graditur super fluctus maris. Potentiam creatoris in extensione caelorum enarrat, & dicit quod etiam mare elementum mundi magnum atque horribile ei sit perisum.

Qui facit Arcturum & Orionem & Pleiades, & interiora Austris. In his signis stellarum, quae sunt in firmamento caeli penes stellas omnibus notiores, totam militiam astrorum dicit ad Dei regnum pertinere. Sic et Amos propheta de Deo ait: Facientem Arcturum, & Orionem.

Qui facit magna et incomprehensibilia, et mirabilia, quorum non est numerus. Illud quod secundum sensum sancti Iob diximus, ab eo loco ubi ait de Deo, Qui commouet terram de loco suo: usque ad istum uersum, unde modo aliquid dictum est, potest & mystice siue moraliter a nobis totum intelligi.

Qui commouet terram de loco suo. Hominem Deus de loco uitae prioris commouet, & delectabiles cogitationes, sed noxias, quibus quasi columbis incumbens a requiescens in eis, sustentabatur, concutit & infirmat, ut eum ad sanctitatem uitae commutet: sicut Propheta dicit ad Deum, Commouisti terram, & conturbasti eam: sana contritiones eius, quia commota est.

Qui praecipit soli, & non oritur. Peccatoribus caecitate cordis percussis, non oritur sol iustitiae Christus, & ipsi dicunt: Et sol non est ortus nobis, de quibus dicit & Apostolus: Excacauit Deus mentes infidelium, ut non uideant lumem Euangelij.

Et stellas claudit quasi sub signaculo. id est, scriptura

Terramoto.

Psal. 97.

Amos 5.

Ibidem.

Psal. 59.

Sapient. 5.

2. Cor. 4.

rum intelligentias eis abscondit, ut habeant diuinae legis librum signatum in manibus, et fructum sensuum diuinorum ab eo carpere nequeant. Siue stellarum, id est sanctorum merita, quibus alij ab alijs distabunt in claritate: qui dum hic latent, quasi clauduntur sub signaculo, secundum illud Psalmista, dicentis: Quam magna multitudo dulcedinis tuae Domine, quam abscondisti timentibus te.

Qui extendit caelos solum. Apostolos & ceteros sanctos caelos effectos ubique praedicatione diffudit, siue scripturas, quae caelorum nomine plerumque significantur, reuelando eorum cordibus patefecit. & Propheta ait de sanctis: Quoniam uidebo caelos, opera digitorum tuorum. Et gradis super fluctus maris, super seculi utique istius homines in quietos, elatos & tumidos, ut ad mansuetudinem & placabilitatem, timore deposito, complantent. Qui facit Arcturum, & Orionem, & Pleiadas, & interiora Austris. Magnos & primos in resurrectione Ecclesiae, ut sint gloriosi, splendentes uelut merides, calore diuinae charitatis accensi, & fidei luce conspicui, in eadem plaga australi habitantes cum Isachar, circa puteum uidelicet profundum mysterijs nomine uiuentis & uidentis, unde & significatere dicta sunt interiora austris, ubi & candelabrum cum lucernis septiformis spiritus collocatur, gratiae uidelicet intelligentiae relucetibus. Lucernae ab australi parte ponuntur, unde nobis Christus aduenit: id est, ut semper Christum animae contemplantur.

Qui facit magna & incomprehensibilia, & mirabilia, quorum non est numerus. Magna est quod facit Deus, ut uas fragile, hominem morti obnoxium, per Christum in spe beatae resurrectionis, & postmodum in regni sui sede constituat. Incomprehensibile est etiam opus eius, quod nullis retro seculis suspicabile fuit, ut homo cinis & puluis, angelorum caetibus aggreget. Mirabilia etiam Dei sunt sine numero, ut tantis credentium populis filiorum Dei adoptio promittat, & sint angelorum ciues, filij etiam et haeredes Dei patris, et filij unigeniti fratres & cohæredes. Hic igitur sapiens & fortis Deus, qui haec gubernatione perpetua regit.

Si uenerit ad me, non uidebo: si abierit, non intelligam eum. Non ita intelligit, quasi Dei immensa substantia locis corporalibus includat, ut minor sit rebus quibus includitur: sed ita magis dicit, quod uenientis Dei praesentia sit, quando homini innotescit & misereatur: & quando occultatur, & admodicum derelinquit, quasi abertis iudicetur absentia. Siue ergo ueniat, se manifestas, ego istis corporalibus oculis non uidebo, quia spiritus est, siue habeat se mihi occultans, neque mente eum intelligam, quia se meae non praebet intelligentiae.

Si repente interroget, quis respondet ei? Tremuit creatura creatoris suum: & multum est, quod naturam creatricem natura creata formidat. et Moyses tremefactus in flamma rubi, Deum non fuit ausus considerare: et Daniel consternatus uisione Dei, ruit in terram. & ceteri sancti, quando Deus se eis ostendere uoluit, tremore concussi sunt.

Vel quis dicere ei potest, Cur ita facis? Nunquid potest

Psal. 30.

Psal. 97.

Exod. 3.

Dan. 10.

test lutum figulo respondere: sicut dicit Apostolus: O homo, tu quis es qui respondeas Deo?

Deus, cuius irae nemo resistere potest. Sub nomine irae Dei, iustitiae eius severitatem & potentiam demonstravit.

Et sub quo curvantur, qui portant orbem. Portantes orbem, sancti recte intelliguntur, qui gloria meritorum suorum magni & potentes sunt apud Deum. Hi ergo cordis humilitate ad interveniendum pro peccatoribus in conspectu eius sunt incurvati, obsecrantes pro interitu peccatorum, ut a sede iustitiae Dei in eos sententia ultrix malorum non exeat, sed potius de infinita misericordia pietatis suae, eis clementiae indulgentiam largiatur, dicentes: Si iniquitates observaveris Domine, Domine quis sustinebit? Ita sancti orbem portare dicuntur, dum eum ne ruat iam & pereat, orationum fortitudine sustinet. Et quod oratio fortitudo intelligenda est, testis est sanctus Daniel, qui templum ab orationum frequentia fortitudine appellavit. De his igitur sanctus dicit hic ipse beatus Iob, & in alio loco: Columnae caeli intremiscunt & paudent ad nutum Dei. Hi utique qui terram peccatricem, id est homines iniquos habulant & sustentant deprecationibus suis, ipsi & columnae caeli nihilominus dicuntur. Et si caelum nuncupatur populus Dei, in Ecclesia constitutus, columnae caeli istius apostoli & prophetae, omnesque apostoli viri, sancti quoque ceteri & fideles intelligendi sunt; de quibus est Petrus, Iacobus, Ioannes, qui videbantur esse columnae: & Paulus, qui cum grande pondus praedicationis Evangelij ferret, sollicitudinem nihilominus Ecclesiarum omnium sustinebat. De talibus columnis & Moyses fuit, qui ait ad Deum: Cur imposuisti pondus universi populi huius super me? & de quo dicitur in Sapientia Salomonis, quando iratus Deus aliquam partem populi perdere voluit, Properavit homo sine querela deprecari pro populo, proferens servitutis suae scutum, oratione: & per incensum deprecationem allegans, restitit ire, et finem inposuit necessitati, ostendens, quia tuus est famulus. Nam quando talium columnarum suffragatio sustentationis in domo Dei peccatis facientibus non est, querit Deus, & dicit: Et quaesivi de eis virum, qui interponeret sepem, id est supplicationum obstaculum, & staret oppositus contra me pro terra, ne disperderem eam, & non inveni. & iterum Propheta: Sicut vulpes in deserto tui prophetae Israel erant. Non accesserunt ex adverso, neque opposuisti manum pro domo Israel, ut staretis in praelio in die irae Domini. Sive sancti ante Deum incurvati et procidentes adorant, qui orbem, id est totum hominem suum, quem docti minorem mundum appellant, profectio crucis, et super robur divini timoris imponunt, & ne per mundi vanitates cogitationibus & illecebris solvatur ac defluat, intra se eum constringendo per Dei gratiam regunt & continent: quorumque animae ideo columnae caeli sunt nuncupatae, sive quia de caelis a Deo datae sunt: sive eo,

Psalm. 129.

Gal. 2. 2. Cor. 11.

Deut. 11.

Sapient. 11.

Ezech. 22.

Ezech. 13.

quia cogitant, quae caelorum habitaculis digna sunt, quibus dicitur: Conversatio vestra in caelis est.

Quantus ergo sum ego, qui respondeam ei, et loquar verbis meis cum eo? Humilis & pauper spiritu loquitur. Si enim illi, inquit, qui columnae caeli sunt, et merito sanctitatis mundum supportant, id est homines mundi, qui mundi nomine plerumque dicuntur. Si ergo illi inquam, tanti viri & magni ante divinum Dei maiestatem incurvantur & prosternuntur, quanto magis ego? Qui sum terra & cinis, quid respondeam Deo, & loquar verbis meis cum eo? Quid sunt verba mea, verba hominis, verba vermis & cineris, ad divina eloquia?

Qui etiam si habuero quipiam iustum, non respondebo, sed meum iudicem deprecabor. Non iustitia mea apud illum me faciet sincerum et purum, nisi ipse me faciat innocentem. Nam de iustitia mea, quae ad illum tantilla vel nulla est, non audeo respondere: sed magis ut exorabilis & propitius fiat, meum iudicem deprecabor.

Et cum invocantem exaudierit me, non credo quod audierit vocem meam. Quia se etiam inculpabili studentem vitam, impugnantium permittit iniuriam, exauditus est in hoc, ut a Deo bona mereatur. Non se autem exauditum credit, eo quod mala patitur. Semper enim timendus ac reverendus est, & ideo exauditus, inquit: non statim me huic committo fiducia, ut de tranquillitate eius & mansuetudine certam securitatem quasi iam iustificatus assumam: quia inopinantem subito velut turbo me conteret.

Turbo diabolus potest intelligi. Et multiplicabit vulnera mea etiam sine causa. Haec dicens, non tam flagellari se intelligitur, quam probari. Si ad meam conscientiam respiciam, vulnerum istorum tormenta sine causa me arbitror sustinere, & non sine causa, id est ex parte cum causa: quia conscientiarum interrogator & iudex invenit in eis aliquid quod expurget. Sine causa ergo dicit, nimirum idcirco, quia accepta a Deo diabolus potestate, saeviendo multiplicabat in eum vulnera, & excedebat castigationis modum: vel potius supergrediebatur examinationis mensuram, quocirca sanctus Iob sine causa sibi multa infligi non immerito querebatur. Sic & Nabuchodonosor, cum potestatem in Dei populum, diaboli typum praeferebat, accepisset, crudelitate & superbia metas acceptae potestatis excessit, & supra modum in Dei populum saeviens degrassatus est: quae Dominus per prophetas increpat, dicens: Ego praecipui minus, tu vero addidisti amplius. Ita existimo sustinuisse & Paulum apostolum: qui cum stimulo carnis a diabolo vexaretur, colaphis nihilominus eius acriter agebatur.

Non concedit requiescere spiritum meum. Acenonsticon se dicebat effectum, infirmitas enim quae in pulmonibus generatur, obturant quippe aditus quidam pulmonum, quos Graeci porus appellant. & ita

Philipp. 1.

& ita constricti atque conclusi in pulmonibus, ut dicunt medici, emphyraxin faciunt, ut pulmones edangustati recipere sive reddere spiritum non sufficiant, praenimio etiam dolore cum festinato suspirio repetitos & quasi concisos flatus emittunt.

Et implet me amaritudinibus. Plagis omnibus atque infirmitatibus circumdata atque obsessa repletur fellis, & blasphemiae amaritudine anima mea, ita ut durum verbum & asperum os meum dicere compellatur.

Si fortitudo quaeritur, robustissimus est. Et ideo ei resistere nemo potest: quia de creatura quam condidit, facit iudicium quod sibi placuerit, sicut & de me ipso quem ita cruciatibus & foris & intus exercet.

Si aequitas iudicij, nemo audeat pro me testimonium dicere. Testimonium de homine ab homine homini ignoranti praebetur. ille vero non eget alio, ut ei quispiam de quoquam testimonium dicat, qui omnia novit.

Si iustificare me volueris, os meum condemnabit me. Grandis impudentia est, ut iudicante Deo, in conspectu eius se homo defendere & iustificare contendat.

Si innocentem ostendero, pravam me comprobabis. In iudicio itaque iusti & recti iudicis Dei valde pravam & nimium stultum est, velle aliquem quasi innocentiam suam demonstrare, ubi potius fallere eum velle deprehenditur, qui falli omnino non potest.

Etiamsi simplex fuero, hoc ipsum ignoravit anima mea. Quia ille magis novit me, quia scrutator est cordis & renis.

Et tadebit me vita mea. Quia latent me causae malorum meorum: hoc solum novi, quod punior malis vitae praesentis.

Vnum est quod locutus sum, & innocentem & impium ipse consumit. Hunc probando, illum puniendo. Sed quod incaute fecerit sanctus Iob, ita dicens, in fine huius libri ostenditur, ubi ait ad Deum: Ideo insipienter locutus sum, & quae ultra modum excederent scientiam meam. & ad satisfactionem delicti huius conuersus, ait: Idcirco ipse me reprehendo, & ago poenitentiam in favilla & cinere.

Si flagellat, occidat semel, & non de poenis innocentium videat. Id est, diabolum ridere patiat. quare hic satis locutus est contra Deum. In omni equidem libro hoc nullus locus est asperior isto, & altero superius posito, ubi ait: Quam obrem elegit suspendium anima mea, & mortem ossa mea: de quibus, ut puto, duobus sermonibus in calce libelli istius de Deo loquitur, cum ei Deus diceret, quod qui contenderet cum Deo, Deumque argueret, non deberet tam facile conquirere, sed potius respondere. Qui leniter, inquit, locutus sum, respondere quid possum? manum meam ponam super os meum. Vnum locutus sum, quod utinam non dixissem: & alterum, quibus ultra nihil addam. Tota autem altercatio sancti Iob & amicorum eius huiusmodi est: Hic dicit

innocentem se pati poenas criminorum: illi dicunt, non posse pati poenas nisi peccati reum: & his maxime disputationibus totus liber iste conteritur.

Terra data est in manus impij, vultum iudicium eius operit. Quod si non ille est, quis ergo est? Ipse est Deus solus, qui facit de adversariis potestatibus, quod ei placuerit. Se dicit a Deo traditum in manus inimici, id est datum in potestatem diaboli: & significanter dixit terram datam, id est carnem suam, quam adversarius cruciabat, cum animam eius praeepto Domini custodiret. Potest & ita intelligi: Terra data est in manus impij, caro Christi in potestatem Herodis sive Pilati. Hic ergo intelligimus, quia diabolus creaturae Dei nihil mali potest inferre, nisi a Deo acceperit potestatem. Vultum vero hoc loco mentis iudicium adversum, quod Dei iusto iudicio est opertum, excacando corda satellitum impij diaboli, quod istic iudices nominavit, ut sanctum Iob crudelitate atque sevitia atrocius crucient, & supra rationem caeci furore defaeviant.

Dies mei velocius fuerunt cursore, fugerunt & non viderunt bonum. Id est, meritorum retributionem.

Pertransierunt quasi nautes pomae portantes, sicut aquila volans ad escam. Avolaverunt a me dies felicitatis meae, quemadmodum si nautes pomis onustae veloci cursu aurae flamine transferuntur ad alias regiones, ut species fluida, moxque solubilis, & momentanea corruptioni obnoxia citius transigatur, ne res non mansura dispareat, aut certe suavem odorem, sed fugitivum ac subitum relinquens, & illico vento dispergente periturum.

Cum dixeris, Nequaquam ita loquar, commuto faciem meam, et dolore torqueor. Hoc est, Quando compellente cruciatu aspera contra Deum loquor, & dura, eodem puncto resipiscens definitio me Deo ita loqui non oportere, sed commuto faciem, id est pro doloris nimietate contraho atque contristo, & in ipsa definitionis meae momento subitis ac redemptionis dolorum aculeis ita uexor atque discrucior, ut rursus amaritudinis et fellis verba depromam.

Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti. Sed quem ut iustum timebas, ne te ut peccatorem puniret, & ideo cautus in bonis operibus ambulabas, ipse est examinatus tuus, qui te flammis tribulationum excoquens, redditurus est meliorem.

Si autem sic impius sum, quare frustra laboravi? Impium se pro eo quod patiebatur: quia hoc non nisi vere impius pati debeat, profiteatur. Nouerat quoque Iob, quod nec in hoc veritas Dei offenderetur, cum ab eo iustitiae suae meritum postularet. Si enim graues homines & sapientes, eos qui habent causas iustas, ueraque negotia cum summa patientia ac mansuetudine audire dignantur, nec iniuriam suam reputant, si quando hi qui audiuntur, eosdem castos iudices ad tenorem ac normam legum iustitiaeque constringunt, nec dignum existimant ut competentia et iusta suggerentibus, irascant: quanto magis Deus hoc incomparabiliter uerius facere potest sine ulla animi omnino commotione, quae non ca-

dit in

dit in eius naturam, substantiamque diuinam. Si lotus fuero quasi aquis niuis. id est, uel innocentia nitore, uel gratia, & fulserint uelut mundissimi manus meae: tamen sordibus intinges me, & abominabunt me uestimenta. De his quoque qui mundandi erant, & sanctificandi per baptismum, dicit in alio loco, Niue dealbuntur in Selmōn, monte uidelicet Ecclesiae: in quo secundum Prophetam, si fuerint peccata, quae colori coccino comparentur, id est quamuis cruenta, mortalia, & nimium criminosa, secundum Prophetam, ut uix dealbabit. qui mons secundum mysticos intellectus Hebraice Libanus appellatur: Graece etiam leucamos, & candidatio siue dealbatio in Latinum transfertur. Cuius nando ris perpetua gratiam & Hieremias futuram praedixerat, dicens: Nunquid deficiet de petra agrinix Libani? et Zacharias, cum eandem gratiam Domini in nouissimis diebus uenturam uaticinaretur, ait: Petite a Domino pluuiam in tempore serotino, & faciet Dominus niues. Propter quod de hac gratia gloriosa uestis Domini, quae est Ecclesia, in monte ubi transfiguratus est, facta est, uelut nix, quod & Daniel dixerat, Vestimentum eius quasi nix candidum. Nix itaque nunc gratia, nunc hyems & frigus charitas potest intelligi. Quod autem legimus in Regnorum libris, Banaïam quendam de fortibus Israel descendisse in cisternam, & percussisse leonem tempore niuis, indifferenter puto in locis illis positam niuem: quia gratiam Christi, quae in hoc mundo resplenduit, & frigus charitatis Dei, quo refrigerat homines, niuis nomine potuit scriptura significare. Banaïam uero figuratiter intelligimus saluatorem, quia iuxta uim nominis sui ipse est aedificator Dominus, de quo Propheta olim uaticinatus fuerat, quia per eum aedificanda esset Ecclesia, dicens: Aedificans Hierusalem Dominus. Itemque: Quia aedificabit Dominus Sion, quod uerbum in factura Euae, quae Ecclesiae typum habuit, scriptura propria significatione posuit dicens: Et aedificauit Dominus Deus costam quam tulerat de Adam, in muliere. Et Paulus construere eam uidens, ait: Dei aedificatio estis, et Moyses in Cantico de pluuiis & niue & rore commemorat. In pluuiis ergo & imbre affluentem doctrinae sermonem legislator uoluit indicare: in rore uero et niue sensum cum illuminatione sui interiora uiscerum penetrantem. Potest & manna sanctae doctrinae de caelo uenientis figuram significare, quae erat quasi semen coriandri album, habens colorem lapidis bdellij, candidi scilicet & preciosi, & gustu quasi similiae cum melle, saporem quoque panis oleati. Et quod manna sermo doctrinae diuinae sit, Moyses nobis manifestissimè declarauit, qui ait ad populum Israel in eremo constitutum, dicens: Dedit tibi cibum manna Dominus Deus tuus, quem ignorabas tu & patres tui: ut ostenderet tibi, quod non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod egreditur ex ore Domini. Quamquam de sacro pane Domini corporis

Psal. 67.
Hier. 18.
Zach. 10.
Mat. 17.
Danielis 7.
1. Reg. 23.
Psal. 146.
Psal. 101.
Gen. 2.
1. Cor. 3.
Deut. 32.
Num. 11.
Deut. 8.

Christi, quem nos accipimus, Apostolus dicit, quod eum illo tempore manna praefigurauerit, sicut ait: Et omnes eandem escam spiritualem manducauerunt. Eandem quidem escam, ut uerum est, illi sumebant: sed in mysterio, quod est in significatione, non in specie: quia ipse Christus illis erat in cibo illo figuratus, qui iam nobis est in carne manifestatus. Iam ergo intuemur, quid Iob loquitur contra Deum: Si cor meum ita purum fuerit ab omni etiam exigua contagione peccati, ut tanquam niuis aquis nitidissimis sit ablutum, opera etiam mea sine ulla reprehensione fuerint impolluta: sic quoque turgescit sanie & sordibus intingar & inuoluar, id est iustitiam faciens, meritum iniustitiae pati non debeo. Quod autem dicit, Abominabuntur me uestimenta mea: catachrestice uestimentorum abominationem locutus est. Non enim uestes abominari quempiam possunt, species inanimatae atque insensibiles, sed exaggerando haec dixit: Tantum malorum mihi illatum est, ut squalores uulnerum, et putredines, si dici potest, etiam ea quae insensibilia sunt, detestentur. & ob hoc ait: Abominabuntur me uestimenta mea. Vbi ergo aliquarum rerum excessus est, dicuntur aliquando in scripturis sentire insensibilia: ut est, Si isti tacuerint, lapides clamabunt. & Maledicta terra, quae aperuit os suum suscipere sanguinem fratris tui. Neque enim uero qui similis mei est, respondeo. Verum est quod dicit: quia ille Deus est, & tu homo. Nec qui mecum in iudicio ex aequo posui audiri. Apud quem iudicem Deus aequum affaturus est in iudicio, cum melior esse soleat iudex eo qui iudicandus est. Apertius antiqui dixerunt interpretes: Non enim est homo sicut ego, cui contradicam, ut ueniamus pariter ad iudicium. Non est qui utrumque ualeat arguere, et ponere manum suam in ambobus. id est, potestatem. Deum quis potest iniustitiae, quasi iniquum arguere, nisi temerarius & blasphemus? Aut quis potest in me uelut in reum iniquitatis cum extensione manus dare sententiam? iuxta testimonium Dei, quo fuerat collaudatus, eo quod innocens esset: reclusus quoque, ac recedens ab omni malo, iustificationem cordis sui ipse cognoscens, uerè dixit, quod non esset ullus eorum cum quibus altercatur, qui eum rectè posset arguere: quia ille iudicandum alterum iustissimè aggreditur, cuius rea conscientia de ijs quae in altero iudicat, non tenetur. Auferat a me uirgam suam, & pauor eius me non terreat. Hoc sensu in sequenti interlocutione ait ad Deum: Manum tuam longe fac a me, & formido tua non me terreat: propter quod uirga & manus idem est, sicut formido & pauor tantumdem esse intelligendum est. Hoc ergo dicit: Manum potestatis suae, & uirgam castigationis huius, qua usque ad interiectionem meam incessabilibus cruciatuum ictibus caedor, auferat a me, & tunc loquar, & non timebo eum, neque enim possum metuens respondere. Securus,

1. Cor. 10.
Luc. 19.

curus, inquit, & constanter tunc potero respondere, si haec duo a me amoueat: potentia suae uidelicet magnitudinem, & horum cruciatuum poenam.

CAPVT X.

Taedet animam meam uirga mea. Iam de hoc uersiculo superius dictum est. Dimittam aduersum me eloquium meum, loquar in amaritudine animae meae. Manifestum, quod qui contra Deum loquitur, aduersum se loquitur, & sibi nocet. Proinde nouerat, quod non rectè faciebat, ut haec diceret: repletus tamen amaritudine, & horum cruciatuum nimis compulsius doloribus, loquitur quae subiecta sunt: Dicam Deo, Noli me condemnare. Indica mihi, cur me ita iudicis. Iustum iudicem Deum constanter pro iustitia suae meritis interpellat: sed occultum Dei iudicium, quo probabatur & exercebatur, nondum plene uidetur agnoscere. Nunquid bonum tibi uidetur, si calumniaris et opprimas me, opus manu tuarum, & consilium impiorum adiuues? Non comprobat hunc sensum, sed discutendo & negando infirmat: quia Deus potius hominem calumniantem & opprimentem alterum condemnat & puniunt. Non potest utique hoc bonum uideri in oculis Dei, qui totius fons bonitatis est: impij uero uel daemones, uel illi amici Iob intelligendi sunt, qui eum tantis opprobrijs & contumelijs agitabant. Nunquid oculi carnis tibi sunt? aut sicut uidet homo, & tu uidebis? Hoc igitur dico, quia non errat iudicium scientiae tuae, sicut errat uel maxime hominis, qui corda hominum sicut non potest intueri. Vnde nihil omnino est simile, ut sicut homo, ita & tu foris tantum hominem contempleris, qui ubique es, & in quo omnia continentur, scrutans corda & renes Deus. Nunquid sicut dies hominis dies tui, & anni tui sicut humana sunt tempora? Non enim aeternitatis tuae dies aliquando ut dies hominis finientur. Ut queras iniquitatem meam, & peccatum meum scrutaris. id est, ut summo studio requiras causas quibus de me capias ultionem. Manus tuae plasmaverunt et fecerunt me totum in circuitu, & sic repente praecipitas me? In manibus operatione diuina oportet intelligi: sicut plasmatio manu potest ad limum unde homo factus est, pertinere. unde & ab humo, quod est limus, homo nomen accepit: factura uero ad animae conditionem potest referri. Et Dauid eisdem uerbis ait ad Deum: Manus tuae fecerunt me, & plasmaverunt me. Sed uideamus quid sit scriptum in Genesi: Et fecit Deus hominem ad imaginem suam, et sequitur: Et apprehendit Deus limum terrae, & formauit hominem. Vides ergo quanta differentia sit facturae & plasmationis. Quod autem fecit Deus, ad imaginem suam fecit, id est animam: & quod plasmavit, corpus est de terra, quod uiuificauit animae inspiratione qua fecit. Imago ad immortalitatem pertinet Dei, similitudo ad potestatem & operationem, ut naturaliter possideret imaginem immortalitatis Dei, & similitudinem potestatis supra omnia quae creauerat Deus, & pijs

Psal. 72.
Gen. 1.

operibus imitaretur Deum. Sub persona ergo sua sanctus Iob conditionem primi hominis loquitur. Quod autem dicit, totum se in circuitu factum atque plasmatum: contra illos blasphemos iam tunc locutus est, qui alterum Deum dicunt factorem esse animae, alterum corporis creatorem: ore sacrilego asserentes, Deum bonum esse alterum, alterum malum. Illud etiam quod dicitur ad Deum, Et sic repente praecipitas me: hunc habet intellectum: Cum ergo magna & preciosa res homo sit, quem ipse plasmare dignatus es, quare ergo me opus tuis sacris nobilitatum manibus, uelut uilissimum uasculum ruina calamitatis istius confregisti? Et illo sensu me in gemiscens ait, quo Dauid suis uerbis postea decantauit, dicens: Domine opera manuum tuarum ne despicias. Memento quae feceris mihi, & in puluerem reducis me? Dum dicit, Memento quae feceris mihi, ut misericordiae suae Deus, qua hominem facere dignatus est, in eodem recorderetur, cuius materies lutum fuerit, & in puluere reducis me. Luto carnis meae animam rationabilem, ut uteretur tu dedisti: quare ergo ut uilisceret, rursus in puluere tantae plagae contritione reuocasti? Nomen sicut lac multisti mihi? & sicut caseum me coagulasti? Vt ad hunc locum in protoplasto creationem humani generis enarrauit: nunc uero quem admodum per generationem homo creatus, ab initijs eius & incrementis ordine differit, lacis uidelicet & casei similitudine probans, quod in uisceribus matrum creationem hominis diuinitus operetur, sicut & ad Hieremiam ipse Deus ait: Prius quam te formarem in utero, noui te. Vitam & misericordiam tribuisti mihi. Ipsa anima est uita hic appellata, non uita animae: contra Deus in Euangelio uitam quae ab anima tribuitur homini, animam appellauit, ubi dixit, cum de escis loqueretur: Nonne anima plus est quam esca, si cut & corpus plus quam uestimentum? Non enim natura eget animae escis, sed abusu ideo dicta est anima pro haec quae: quoniam anima carnem uiuificantem, alimeta ei necessaria ministrantur: & ideo illa quae dat uitam corpori, ipsa nominata est, pro uita quam tribuit. Ait ergo Iob ad Deum: Dedit animam corpori, quod creasti, formasti, & perfecisti in utero. Misericordiam etiam tribuisti: quia factus homo a te Domino creatore, sine tua misericordia non subsistit, secundum illud prophetae: Quia melior misericordia tua super uitam. Et uisitatio tua custodiuit spiritum meum. Ob hoc uisitat Deus, ut uisitato protectione custodiat. Bene & antiqui translatores dixerunt: Et inspectio tua custodiuit spiritum meum: quia & inspectio Dei, intuitum propitiationis quasi de caelesti uisitatio significat. Licet haec celes in corde tuo, tamen scio quia uniuersorum memineris. quae mihi ab initio contulisti, sed celare mihi ea uideris, dum me ita usquequaque conterendum relinquis. Si peccans, & ad horam pepercisti mihi, cur ab iniquitate

Psal. 137.
Hier. 1.
Matth. 6.
Psal. 62.

mea mundū me esse non pateris? Si quondam aliquod delictum commisi, & ultionem eo tempore tua clementia nō quaesivit, debuit mihi usq; in praesentiarum hoc bonum tuae indulgentiae perdurare: tamē quia delictorū causa sit flagelli istius castigatio, qua fuerat circūdatus, ait Domino: Cur ab iniquitate mea mundum me esse non pateris?

Et si impius fuero, uae mihi est: & si iustus, non leuabo caput meum, [atur. tus afflictione et miseria.] Si iustus sum, idem est tanquam si impius sum: quia pondus poenarum, quae impio debentur, sustineo.

Et propter superbiam quasi leaenam capies me. Leaena bestia ferocissima esse dicitur, & superba. Huic ergo bestiae Iob ait, me a similes, hominē humilem & abiectum.

Reuersusq; mirabiliter me crucias. Deum dicebat ad se reuertit, quando poenis ueteribus & antiquis nouas adijci, & recētiore in suo corpore sentiebat. Mirabiliter, quia tantum facis posse hominem sustinere.

Instauras testes tuos contra me. Hoc dicit, quia castigationes & poenae nostrae testes sint diuinae iustitiae. Siue testes isti, daemones intelligēdi sunt, qui eum dignū cruciatib; testabant, dicētes: Mite manū tuā, & tange os eius & carnē, & tunc uidebis, quod in facie benedicet tibi. Isti ergo instaurabātur contra eum, crescente in eis saeuitia.

Et multiplicas iram tuam aduersus me, & poenae militant in me. Quomodo ira Dei circa beatū Iob multiplicaretur, iam superius dictū est, dum ei super poenas atroces aliae poenae apponebantur. Potest ira Dei, & diabolus intelligi, cuius ministerio Iob acerbos labores patiebatur. Poenae autem in eo militantes dicuntur, id est quia per quandam malorum ordinem succedentes, officium commissae sibi crudelitatis exercent.

Quare de uulua eduxisti me? Hoc iam & in principio dixit.

Qui utinam & consumptus essem, ne oculus me uideret. id est, Ne oculus hominis me uideret.

Nunquid non paucitas dierum meorum finiatur breui? Dimitte ergo me, ut plangam paululum dolorem meum. Quia ergo pauci dies sunt uitae meae, quos sine uarijs tormentis non transigo, & qui iam nunc in breui praeterituri sunt, dimitte me obsecro: id est re quem ab istis cruciatibus mihi cōcede, ut plangam aliquantulū merita delictorū, uel dolorem poenarum mearum, quem in corpore meo sustineo, siue quem futurum in inferis perhorresco.

Antequam uadam, & non reuertar ad terrā tenebrosam, & operam mortis caligine: terram miseriae, et tenebrarū, ubi umbra mortis, et nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitās. Quod terram inferorū descripsit, nulli dubiū est. Umbra mortis hoc in loco poenae intelligentiae sunt: quia sicut umbrę corporū non sunt longē a corporibus, quae faciunt umbras, ita poenae nō longē a morte sunt, quae inferunt mortē, quę torquēdo uicinā eam facerēt mortituro, nequam tamen usq; ad cōsumptionē extincturę poenalīa perferentem. Hoc igitur animo dixisse credēdus est: Anteq; uadā, et nō reuertar, id est,

aut ante finē seculi nō reuertar, aut ad terrā tenebrosam nō redeā. Commutādus quippe per uirtutē resurrectionis in gloriam, nō ad mortalitatem matrē malorū omnīū, sed ad beatitudinē se reuertit per spiritū prophetabat: de quo spiritu ait in cōsequentibus, Et spiritus Dei qui est in naribus meis: quia eum dolorē angustijs anhelantē, consolationū robore uegetabat. Non miremur sanctos ad inferos ante aduentū Domini descēdisse, donec ille ueniret qui solueret dolores inferni. Primi enim hominis peccato et ipsi tenebantur obnoxij: & ideo ut posteritatis eius filij, iustae Dei sententiae subiacerent, unde & iste sanctus Dei futurus in inferis, ait alio loco: Quis mihi tribuat, ut in inferno ptegas me, & abscondas me donec transeat ira tua, & constituas mihi tempus in quo recorderis mei. Furor irae Dei pertransijt, quem Adam peccando promeruit, quando chirographū in mortem filiorum eius cōscriptū, Christi deleuit aduētus.

CAPVT XI.

Respondēs autem Sophar Naamathites dixit: Nunquid multa qui loquitur, et nō audiet? aut uir uerbosus iustificabitur? Et iste cōpōit loqui ad Iob, a cōuicijs. Iustificabit autem eo modo existimo dixerit, ueluti si dixisset: Nunquid potest uir uerbosus admiratiōi haberi, aut praecōio laudis efferrī, cū sit offensione nimiae uerbositatis odiosus? Sed potius audire debet eōtrariō quę meret, ne uanitate qua elatus est, solū se existimet sapientē.

Tibi soli tacebunt homines, & cum ceteros irriseris, a nullo cōsuaberis? In ipso procōio sermonis sui, sanctum Iob ita aggreditur, quasi magna & grandia sit dicturus.

Dixisti enim: Purus est sermo meus, & mundus sum in conspectu tuo. Non ita dixit, quod purus esset & mundus, id est quod cogitationibus & uerbis ante Deum immaculatus existeret: sed dixit, Nihil impiū feci. Ergo calumniatoris haec uerba sunt, nō ueritatem & iustitiā prosequentis.

Atq; uinam Deus loqueretur tecum, & aperiret labia sua tibi. In loquendo uocem Dei, cuius sonū aures suspiciūt, ut arbitror, uoluit iudicare: in aperientis uerō labijs, uocis intelligentiā demonstrauit.

Ut ostenderet tibi secreta sapientiae, & quod multiplex esset lex eius. Cordis eius abdita et remota iudicia, in quibus lex eius multiplex & imperscrutabilis est, cognosceres.

Et intelligeres, quod multo minora exigaris ab eo, quā meretur iniquitas tua. id est, Hoc intelligeres, si tu legem eius intenderes.

Forſitan ueſtigia Dei apprehendes, & usque ad perfectum omnipotentem reperies? Nemo Deum apprehēdere potest: quia sicut inuisibilis est, ita & incomprehensibilis. Vestigia tamē Dei illa sunt, quādo se nobis aliquantulū manifestare dignatur.

Excelsior caelo est, & quid facies? profundior inferno, & unde cognosces? Credimus quod ubiq; est Deus, & intra eū omnia quae ab eo creata sunt, cōtinent.

Longior terra mensura eius, & latior mari. His uerbis Deum quidē dicit esse ubiq;, sed uidetur mihi, quod eum corporeum credat: quando quidem mensuras

mensuras latitudinis & longitudinis eius affirmat. Sophar etiam non solū sanctū Iob in hoc arguit, quod poenas merito patiat, uerū etiam de eodem dicit, quod iudicia Dei discutiat, & reprehendere audeat: & cum ille magnus sit & inestimabilis, fortis ac sapiens, iste eius cogitationes inuenire se posse praesumat.

Si subuerterit omnia, uel in unum coartauerit, quis contradicet ei? Verū est, subuertit mundū diluuiū, & in unum sub aquis Aegyptios coartauit.

Ipse autē nouit hominū ueritatē, & uidēs iniquitatē, non ne cōsiderat? Hoc esse dictū existimo, quia Deus iniqua & animaduertat, & puniat, sicut ait Propheta: Vultus autē Domini super facientes mala.

Vir uanus in superbia erigitur, & tanquā pullum onagri se liberum natū putat. Ut uanū notat, qui de suis meritis ore proprio gloriatur, & dicit eum pullo onagri similitē, effreno scilicet animali & uago: eo quod ita existimet de se Iob, quia ad nullum debeat pertinere.

Tu autem formasti cor tuum, & expandisti ad eum manus tuas. Firmasti cor tuū ait, ut nō satisfaceres Deo per poenitentiam, & auferret a te plagā hanc pelsi mam, in te medullitū saeuientē: & expandisti ad eum manus tuas, ut insultantis animo & furentis in expansione manū tuarum ad Deum, cordis tui blasphemiam demonstrares. Siue expandisti ad eum manus tuas, id est falsā operū merita ore uaniloquo dilatasti: quia multis locis nomine manuum opera designantur.

Si iniquitatem quae est in manu tua, abstuleris a te, & non manserit in tabernaculo tuo iniustitia. Cū exprobratione sancto Iob cōsiliū hic ita dare uidetur, si malum, iniquitatis tuae, quod est in manu operis tui, a te abstuleris, & iniustitia in tabernaculo cordis tui non manserit.

Tum leuare poteris faciem tuam absq; macula. Sanctam uidelicet possidens conscientiam, liberam ad deprecandū Deum, eriges faciem tuam.

Et eris stabilis, & non timebis. Erisq; ad fiduciā firmus & stabilis ante Deum. Nullam etiā egestatem tibi uenturā aliquando poteris formidare, aut aliquam horridi timoris formidinem. Cain de conscientie suae malo post illud scelus parricidale iudicij Dei sustinuit, ut gemens & tremēs uagusq; habitaret in terra, quae ex ipsa Dei sententia Nain nomen accepit, & iniustitia in tabernaculo cordis tui significat, qui Christū fratrem suum secundum carnem occidit: qui nunc cum sit ubiq; uagus, signum ei circuncisionis impositum.

Miseriae quoq; obliuisceris, & quasi aquarum qua praeterierunt, recordaberis. In transitu itaq; aquarum Sophar hoc uult intelligi, quod tam cito possint discedere ab eo dolores, si tamen Iob se emendare uoluerit, quemadmodum aquae intra momentum ad loca alia dilabuntur. Sciamus tamen tribulationes in scripturis aliquoties aquarum nomine nuncupari, ut est illud in Psalmo: Misit de somno, & accepit me, & assumpsit me de multitudine aquarum. & Transiimus per ignem, & aquam, & iterū: Circumdederūt me sicut aqua,

Et lex Dei, ac sermo scripturae diuinae aliquando aqua dicitur, ut Propheta ait: Qui sititis, ite ad aquam.

Et quasi meridianus fulgor confurget tibi ad uesperam. Spiritualiter sic intelligi potest: Confurget tibi ad uesperam, id est in consummatione laborum ac malorum tuorum, in cōsolationem tibi solius sititiae Christus adueniet.

Et cum te consumptum putaueris, orieris ut lucifer. Secundum mysticum de resurrectione intellectum, post mortem resurges in gloria. Etiam in hoc interitu tuo, quo quotidie tanta putredine contabescis & defluis, ut iam omnino consumptum te arbitreris: tamen si feceris quę iam dixi, ex nihilo omnino penitusq; consumpto repente orieris ut lucifer, qui per occultas cursus sui metas polum circumiens, post biennū in ipsius aurorae rutilo dicitur apparere.

Et habebis fiduciam proposita tibi spe, & defessus securus dormies. Requiesces, te non erit qui te exterreat, & deprecabuntur faciem tuam plurimi. Secundum hanc ergo formā, qua post hanc plagam poteris reparari, habebis etiam tuę resurrectionis fiduciam: quia hoc exemplo proposita tibi est certissima fidei securitas, id est, ut defessus in morte, certusq; de spe resurrectionis effectus, securus dormias. Requiesces in inferno, & non erit illic ullus inimicus, qui te exterreat, ut tibi poenas infernales infligat: sed potius quicumq; sunt illi, preces tibi supplices fundēt, ut eis tartarei cruciatibus orationibus temperētur. quod in Euangelio nos inter diuitem & pauperē Lazarū factū legimus.

Oculi autem impiorum deficient, & effugiū peribit ab eis, & spes eorū, abominatio animae. Id est, expectatio hominum impiorum hoc sine clauditur, ut in tempore alienae gloriae ipsi nec absolutione, sed abominatioe digni inueniantur. Ex subsequenti itaq; responsione sancti Iob, manifestum, quia haec maledicta a Sophar in eum dicuntur. Et me minuisse debemus, quia istos amicos Iob figurā haereticorum portare superius diximus: qui etiam sibi priuilegium sanctitatis usurpant, sicut & isti amici Iob, nomina sibi propria iactantiae praesumptione posuerunt, ut alij eorum dicuntur Eliphaz, Dei mei aurum, quo quasi precioso metallo doctrinae uerissime gloriuntur: alij uerō Sophar, speculator eius, uel buccina, ut speculatores se esse arbitrentur, ad quos proprie tuba Euangelij iurē debeat pertinere, intuentes defu per scilicet, & custodientes uelut creditum sibi gregem Dominicum: alij uerō praerogatiuam ueteris & antiqui nominis uindicantes. Baldad enim uetustas sola interpretatur, uelut sapientie Dei bono praediti arbitrantur, quod in eorum senio fides uera consistat.

CAPVT XII.

Respondēs autem Iob dixit: Ergo uos estis soli homines, & uobiscum morabitur sapientia? Hoc miror, cur solos uos homines aestimetis, & tantum uobis de sapientia blandiamini, eamq; soli ita possidere uos putetis, ut ad alios se non possit extendere. Verum tamen agnoscite, ait, quia mihi est cor sicut

sicut et uobis, et ut arbitror, nec inferior uestri sum, quod & in sequentibus istis amicis suis ipsum dixisse meminimus, ubi ait: Secundum scientiam uestram & ego noui, nec inferior uestri sum, id est & ego ita noui sicut & uos, quod per ironiam dicitur esse nouerimus, iuxta illud Apostoli, qui cum de pseudoapostolis loqueretur, ita ait: Si quis confidit sibi, esse se seruum Christi, hoc cogitet intra se, quia sicut ipse Christi est, ita et nos. Propter quod haec quae dicitis, inquit, siue de magnitudine & potentia Dei, siue de tribulatione iustitiae eius, uel meritis peccatorum, quis est homo qui possit uel debeat ignorare?

Qui deridetur ab amico suo, sicut et ego, innocabit Dominum, et exaudiet eum: deridetur enim iusti simplicitas. Manifestum est secundum literam: in Salvatore autem nostrum potest hoc intelligentiae coaptari, qui in simplicitate et innocentia uiuens, ut agnus Dei, persecutionem Iudaeorum usque ad mortem sustinuit, quibus maledicta secundum uaticinia prophetarum uentura praenunciata sunt, et in centesimo octauo Psalmo, ubi in eorum figuram Iudas Iscariotes maledicitur, cui maledictiones secundum illum numerum argenteorum, quibus Dominum uendidit, irrogantur.

Lampas contempta apud cogitationes diuitum, parata ad tempus statutum. Lampadem se contemptam a diuitibus dicit, superbos eos utique denotans, eo quod despicerent eum cruciatibus afflictum, propinquorum etiam despectione humiliatum: nescientes, quia cum esset caro eius de foris uulneribus & sanie in sterquilinio contabescens, & esset uelut quadam rubigine corruptionis induta, intus tamen anima eius tanquam lini subtegmen pingui liquore perfusum, magnae fidei oleo, bonorumque operum luce fulgebat: quae lampas corporis eius nunc miseriarum sordibus squalens, in die retributionis, id est in resurrectione iustorum, in tempore, ut ait statuto, parata erit, cum omnes ab ea abstertae fuerint corruptionis rubiginis, & crasse uniuersae sordes, & corruptibile eius induerit incorruptionem: ut splendore aeternae beatitudinis innouata, aulam regiam mereat intrare. Hoc & de quolibet sancto possumus intelligere, quem nunc daemones abundantes in malo ac diuites persequuntur. Alias etiam possumus intelligere lampadem, qua caro Christi figuratim intelligitur: quae secundum Psalmistam exultationis ac laetitiae oleo erat uncta atque perfusa, quemadmodum ait: Vnxit te Deus, Deus tuus oleo laetitiae praeparatibus tuis. & ipse Dominus per prophetam: Spiritus Domini super me, propter quod unxit me. & pater: Inueni, ait, Dauid seruum meum, in oleo sancto unxi eum. Hanc enim lampadem contemptum Iudaei blasphemantes habuerunt: ipsa tamen lampas corporis Christi ita praeparata fuit a patre, ut in tempore statuto resurrectionis eius a mortuis splendore gratiae suae illuminaret uniuersum mundum, cognitionem nominis sui charissima ueritate omnibus manifestans. Iudaei uero propter eloquia Dei, & propter arcana coe-

lestium secretorum, quae in libris eorum operata sunt, & propter abscondita sacramenta diuites appellati sunt. Cui enim gentium aliarum uoluntas Dei manifestata est, et dispositio consiliorum eius, ita ut illi?

Abundant tabernacula praedonum, et audacter prouocant Deum, cum omnia ipse dederit in manibus eorum. In his examinationibus iusti iudicij Dei alij puniuntur, alij corriguntur, alij probantur, sicut etiam & hic beatus uir Iob: de quo etiam specialiter dici potest, quod de bonis facultatum eius illi Sabaei & Chaldaei, qui eum depraedati sunt, diuites facti sunt, & tabernacula eorum abundauerunt: quod facere non potuerant, nisi eis potestas desuper fuisset data. Illi tamen meritis suis hoc uel uiribus tribuere, per superbiam ad iracundiam prouocant Deum, non intelligentes, quod omnia ipsi dederit in manibus eorum: quod fecerat Teglath, Phalassar, Ful, Sennacherib, reges Assyriorum, qui captiuitatem populi Israel suae fortitudinis tribuerunt: quorum arrogantiam uidentis Deus, quia in uirtute sua sudebat, ait de eis: Nunquid gloriabitur securis contra eum qui fecit in ea, aut exaltabitur ferra contra eum a quo trahitur? Quomodo si eleuetur uirga contra leuantem se, et exaltetur baculus, qui utique lignum est. Possunt & tabernacula praedonum ipsi amici Iob, qui ei exprobrant, intelligi: ut diabolus suique omnes praedones sint, qui in illis hominibus tanquam in tabernaculis habitantes, corda eorum tanquam possessionem suam, daemoneis instigationibus abundare faciebant, ut sancto Iob irrogare opprobria non timerent. Hi ergo praedones gloriantes insultabant in abiectissimam humiliationem Iob, nescientes quod Deus illum praedam tradiderit manibus eorum. Potest hic locus de Salvatore intelligi, qui proximus passioni, Iudaei qui tabernacula daemoniorum, & qui ex patre diabolo erant, factus est in opprobrium & derisum, quando diabolus in Iudam ingressus est, & hora ac potestas uenerat tenebrarum.

Nimirum interrogamenta, et docebunt te: uolantia caeli, et indicabunt tibi. Loqueretur terra, et respondebit tibi, et narrabunt pisces maris. Quod omnia ad Dei prouidentiam & gubernationem pertineant, etiam ea quae irrationabilia atque insensibilia sunt, quadam ratione ueritatis interrogata respondent. Nunc uero uideamus in scripturis animantia haec tria ratione carentia, & unum insensibile elementum, quod uelut rationabilia Deo iubente sunt operata. Legimus asinam ad Balaham ariolum locutam, & coruos sancto Heliae cibos panis & carniuum ministrasse, Dathan & Abyron hiatibus deuoratum. Igitur secundum mysticam intellectum possunt homines inconditi & irrationabiles moribus, iumenta intelligi, qui sunt secundum Apocalypsim sancti Ioannis, & Zachariam prophetam, equi mali & pessimi. Volantia uero intelligunt daemones, qui iuxta uiam facta frumenta decipiunt: siue leues & elati homines,

2 Cor. 10

10

20

30

40

50

Psal. 44.

Isa. 61.

Psal. 83

Esai. 10.

Num. 22.

3. Reg. 17.

Num. 16

10ne 1.

Zach. 3.

nes, ac superbi, aut certe astrologi, uel etiam genethiaci, siue illi quos scriptura diuina augures caeli appellat, qui sub quodam numero & cursu, ac nescio qua ratione astrorum, comentis suis hominum natiuitates euentusque pertractant uel nunciant, & haec uolucris supputatione reperire se arbitrantur: & ob id uolucres caeli non absurde dicuntur, qui tamen Salvatore hominum Iesu Christo, filioque hominis inter omnia subiiciuntur quotidie, sicut in psalmo octauo praedictum est, ut relictis mendacijs suis, ad eius confugiant ueritatem. Terra, uoluptuosi homines sunt & carnales, qui terrena sapiunt. Pisces philosophi sunt curiosi, & similes, qui in rebus mundi, & eius qualitatibus inquirendis nimij sunt. de quibus dicitur per Prophetam: Qui perambulant semitas maris, ideo quod sint mundi istius scrutatores. Aliter, iumenta equi boni sunt, quos ascendens Dominus equitatione sua, salutem in eisdem operatur, sicut ait in Cantico: Et equitatus tuus sanitas. Volucres uero sunt, qui sursum cor habent, & celestia concupiscunt, uel qui obuiam Christo in aera ex mortuis sunt ituri. Terra uero, caro quoque sanctorum rectissime intelligitur, quae regnante Domino exultabit in gloria. Pisces uero sunt, qui inter fluctus mundi huius, & tempestates natantes, tuta sibi loca aeternitatis, & quieti perspicunt: qui per aquam uitam accipiunt. Vel illi pisces intelligendi sunt, qui confestim de fonte baptismi migrant ad Deum, in cuius manu anima omnis uiuentis, & spiritus uniuersae carnis hominis. In manu diuina prouidentiae potestas intelligenda est, in qua omnes sancti specialiter continentur, sicut dixit beatus Moyses cum de Deo loqueretur: In dextera eius ignea lex, & omnes sancti in manu illius sunt. In anima uiuentis sanctos non absurde intelligimus significari: in spiritu carnis, homines peccatores. Sed alij sunt factis, alij dictis, alij cogitationibus peccatores. Inter hos ergo conflictus, subtilissimis insidijs in homine dimicantes: quae insidiae ita aliquoties quasi sub specie boni obductae sunt, ut fortassis discerni uix possint, ubi & ipsa ignorantia peccatum habetur, potest fieri ut aliquis sanctorum hinc subito exeat, & minus purgatus a talibus, id est a minimis delictis, uelut imparatus abscedat, quae ibidem illi a misericordissimo Domino concedantur. Quod autem in illo iudicio quadam peccata donentur, ipsius Domini iudicare uidetur auctoritas in Euangelio, ubi ait: Qui autem blasphemauerit spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro. Hoc intelligendum est, quod aliqua exigua praesentibus magnis operibus, uox sanctorum intercessionibus remittantur: de blasphemis autem, de his dictum uideri potest, qui poenitentiam negant, de maximis noxis non poenitendo, de quibus dicitur: Impius cum uenerit in profundum malorum, contemnet. Secundum hoc ergo Domini di-

Psal. 8.

Abacuc. 3

Deut. 33.

Luce. 12.

Blasphemia peccatum.

Prouer. 15.

ctum, sunt delicta, quae illic donanda sint, ubi & indelebile peccatum blasphemie spiritus memoratur. non enim diceret Deus, Hoc peccatum non remittetur, si alia peccata non remitterentur illic. Quae sint autem illa peccata, uel cuiusmodi sint, solus Deus nouit, qui ea remissurum se esse promittit. Secundum hunc sensum est & illud quod Apostolus de Onesiphoro ait: Det illi Dominus inuenire misericordiam a Domino in illa die. Sed iam, quia a Trinitate propositae expositionis nimis excessimus, ad caepa redeamus.

Non ne auris uerba diiudicat, et fauces comedentis saporem? Aures igitur uestrae ita hoc recte dici diiudicant, quemadmodum fauces comedentium fauces accipiunt & discernunt.

In antiquis est sapientia, et in multo tempore prudentia. Apud ipsum est sapientia & fortitudo: ipse habet consilium & intelligentiam. Haec igitur sapientia & prudentia, ut ita regat Deus omnia, & disponat, sicut dixi, in illo est, qui immensitate antiquitatis suae omnium creaturarum excedit principium: qui in Daniele antiquus uocatur dierum. Ipse ergo solus uerum nouit, quo iudicio & qua iustitia cuncta dispensent.

Si destruxerit, nemo est qui aedificet. Sapientiam Dei, fortitudo efficientiae comitatur: & ideo quicquid sapientiae suae iudicio dissipare uoluerit, ac destruere, quis poterit fortitudinam illius uelut potens resistere? Destruxit itaque, & referauit Deus Christus claustra inferni: & diabolus habentem potestatem mortis, regno damnationis deposuit: destruxit concliuibula haereticorum, secundum Salomonem, qui ait: Ciuitates munitas ingressus est sapiens, & diruit munitiones, in quibus confidebant impij: qui secundum Ezechielem prophetam aedificant parietem absque temperamento, qui paries adueniente ueritatis pluuia dissipatur. Non enim Ecclesiasticis dogmatibus aedificant domum, sed parietem solum, in quo aditus sibi quosdam falsitatis uelut ingressum aperiuat, per quem ingressum qualibet parte introcant: undique foris sunt, & quod idololatriae, templorum ritus, daemionum quoque cultus tunc per Deum destructi sint, simul & ipsius mortis imperium, testis est totus mundus, & factum est quod alter propheta futurum annunciauerat, dicens: Et erit altare Domini in terra Aegypti, & titulus eius iuxta altare. Id est, quod sacrificium corporis Christi, signo crucis celebrandum esset in seculo. Item quae si delendo destruxerit Deus peccata, quod est aedificium diaboli, quis poterit ea homini tanquam aedificans imputare? quia si Deus pro nobis, quis contra nos? Unde & Hieremiae a Deo dicitur, Ecce ego constitui te hodie super gentes & super regna, ut euelas et destruas, & disperdas & dissipas, et aedifices & plantes. Sancta ergo doctrina aedificum destruit uetustissimum uitiorum, aedificumque uirtutum gratiae nouitate construit.

Si inluserit hominem, nullus est qui aperiat. Cum in-

2 Tim. 2.

Danielis 7.

Ezech. 22.

Esai. 19.

Hier. 1.

cluserit Deus hominem tribulationibus exco-
quendum, aut certe correptionibus flagellorum
peccatorē iunxerit ut emendet, quis est qui co-
piam declinādi uelut quendam aditum aperiat
euaedēdi? Potest homo & diabolus hoc loco in-
telligi, de quo Dominus in Euangelio ait: Inimi-
cus homo hoc fecit. & in Psalmo Propheta: Ex-
urge Domine, non praualeat homo. & iterum:
Ut non appareat ultra magnificare se homo su-
per terram. Cum inclusus fuerit in inferno, nul-
lius potentie uirtute poterit liberari. Nec ipse se
liberabit, qui se fortissimum contra Deum dete-
stabiliter arbitrat.

Si continuerit aquas, omnia siccabuntur: si emis-
erit eas, subuertent terram.] Secundum litteram manifestum
est. Modò uerò spiritualiter, aqua doctrinarum
in Iudaorum populis continentur atque sic-
cantur, ut sint eis legis flumina in desertum, &
exitus aquarum in sitim, & habeant terram fru-
ctiferam in falluginem, à malitia inhabitantium
in ea. Has aquas Dominus in ecclesiasticam ab-
undanter effudit terram, & posuit desertum
in stagna aquarum, ac terram sine aqua, in exi-
tus aquarum: ut istae aquae terrenas cupiditates
atque luxurias disperdant ac demoliantur, & ter-
ra Ecclesiae rationalis, relicta imagine terreni ho-
minis, in spiritualē uitā se cōuertendo proficiat.

Apud ipsum est fortitudo & sapientia.] & Daniel, A-
pud ipsum est, ait, sapientia & fortitudo, de hoc
iam superius dictum meminimus. Et fortassis
Trinitatis mysteriū loquitur, dicēs apud Deum
& patrem esse sapientiam & fortitudinem, id est
filium & spiritum sanctum. Sicut ergo sapien-
tia Dei filius est, dicēte Apostolo, Christus Dei
uirtus, & dei sapientia: ita et spiritus sanctus for-
titudinis patris est, dicente Esaia propheta, Et re-
quiescet super eum spiritus Dei, & inter septem
gratias spiritus sancti. Requiescet super eum,
ait, spiritus fortitudinis. Secundum igitur hunc
sensum & sanctus Iob ait: Apud ipsum est sa-
pientia & fortitudo. Sed filius subsistens, sapien-
tia patris est: sicut & spiritus, subsistens forti-
tudo patris est, in una essentia diuinā substan-
tia distinctis personis, quemadmodum & uo-
cabulis.

Num. 22. Ipse nouit & decipientem, & eum qui decipitur.] No-
uerat Balaam Deus, in cuius ore posuit, ut per
maledictionem quam Balac rex ab eo expete-
bat, benediceret Israelem. Nouerat utique &
hunc qui decipiebat, & illum qui Dei iusto iu-
dicio decipiebat. Nouerat & Achab regem,
qui à pseudopropheta decipiebatur, ut iret in
praelium temerarius, & periret, quia prophetas
Dei audire contempserat. Nam dixit Deus ad
spiritum malum, qui futurus erat mendax in o-
re pseudoprophetarum: Vade, & praualebis,
& fac. Per Ezechielem quoque prophetam Do-
minus ait: Et propheta cum errauerit, & locu-
tus fuerit uerbum, ego Dominus decepi pro-
phetam illum. Meritum ergo populi peccato-
res praecedat, ut talis propheta, immo pseudo-
propheta in perditionem sibi credentium falsa

denunciet: ut nolint audire Deum, & prophe-
tas uera dicentes pseudoprophetarum fallaci-
bus uaticinationibus illudantur, secundum Sa-
lomonem, qui de Deo ait: Et illusoribus illudet.
& iuxta ipsius Domini sermonem, Si ambula-
uerint ad me peruersi, & ego ambulabo ad eos
corde peruerso. Pauli apostoli ad Thessaloni-
censes, cum de homine peccati & perditionis
filio loqueretur, quem Antichristum doctores
Ecclesiae futurū intelligunt, sermo in subsequen-
tibus de perfidis & infidelibus huiusmodi est, di-
centis: Eo quod dilectionem ueritatis non re-
ceperunt, ut salui fierent, ideo mittet illis Deus
operationem erroris, ut credat mendacio, & ut
iudicentur omnes qui non crediderunt ueritati,
sed consenserunt iniquitati. Et iterum de simili-
bus horum ad Romanos scribens, ait: Tradidit
eos Deus in desideria cordis eorū, itemque: Tra-
dit eos Deus in reprobum sensum, ut faciāt que
non congruunt. Filij quoque Israel, sicut in libro
Iudicum legimus, æquissimo iudicio Dei dece-
pti sunt: & cum iusta causa propter uxorem Le-
uitae cōtra Beniamitas cōgregati fuissent, ut sce-
lus quod in illa tribu perpetrātū fuerat, punire-
tur, in ipsis prius est uindicatū. Nam interroga-
uerunt Deum, utrū ne aduersus fratres suos bel-
lum committeret, qui tam nefandā rem pepe-
trassent: & respondit eis Deus, ut certamen ini-
retur, & casti sunt de ipsis qui interrogauerunt,
primo praelio uigintiduo millia. Altera etiam ui-
ce secundum interrogationem suam, Dei re-
sponsum procefferunt ad bellum, & iterum
de eis decem & octo millia ceciderunt. Cum er-
go iustissimè permoti fuerint cōtra flagitiosos,
tamen decipiuntur, ut uadant ad praelium, & il-
lic secundū sua merita prosternuntur: quia prius
idololatriae crimē, quod nuper in iniuriā Dei
fuerat admissum, post homines punire debe-
rant. Nouit autem Dominus & decipientem &
deceptum, per praescientiam: quod etiam de A-
dam & serpente, de Abel & Cain, de Dalila &
Samson, qui gratiam spiritus in septem crinibus
mystico numero possidebat, intelligi potest. Hi
tamen omnes figurā in se Domini praetulerunt,
dum de unius costa sit mulier, sicut in passione
Christi de latere eius formata Ecclesia. Quod ue-
rò alter à fratre p̄ceptus est, Christus à fratribus
suis Iudeis occidendus significatus est. Quod de-
p̄ alius alienigenā duxit uxore, & ad mulierē me-
retricem ingressus est, sicut & Osee propheta,
qui fornicariā iubetur accipere: Christum in se
praefigurauit, qui ex gentibus & prostitutione
filiorū Ecclesiae uirginem factā per baptismum,
sibi sacro matrimonio copulauit. Quod autem
leonem tenuit, & eum uelut hœdam caprarum
occidit, & in ore mortui leonis postmodum fa-
uum mellis inuenit: significatum est, quod in su-
perbis, in quorū ore putor fuerat blasphemiae,
esset postmodū dulcedo laudis et gratiae Dei, se-
cundum Apostolū, Vt ubi abundauerat pecca-
tum, superabundaret gratia. Et quia trecentos
uulpes cepit, dolosas ubique bestiolas, uineas ex-

termi-

terminātes Dominicas, caudisq; earū ligatis ad
inuitē, cum ardentibus faculis in agros eas misit
allophylorū: adfigurātū est, ut per dolosos, & fa-
nae fidei inimicos, quorū principatus in caudis
est: quia secundū Esaia pseudopropheta siue hæ-
reticus loquēs mendacium, cauda est, pars post
tergū relicta, pars cæca, fructus Christi aduerfan-
tium uastans. Et ut ille Samson sciens de mola-
ri dente asini, in uocato Deo aquam eduxit ut bi-
beret: ita et Christus de immūdo & duro gentiū
populo fide credentiū tanq̄ refrigerij poculo fa-
tius est. De maxilla quoque eiusdem asini, de cu-
ius molari aque copiosa effluxerit, occidit mil-
le uiros. In maxillis & dentibus, oris eloquiū in-
telligit. Doctrina igitur eorum quae ex gētibus
crediderūt, perfecta quodam numero, & finito
pro infinito. Samson uerus hostes suos atq; ad-
uersarios duob. modis interfecit & occidit: dum
alij nō credendo pereūt, alij uerò credendo mo-
riuntur peccato. Hos opus, maxillae eleuatio ap-
pellat. ita enim doctrina & praedicatio Euāgelij
magnificata est super omnē terrā, ut eā omnes
gentes ubiq; eleuatā mirent. Quod autē ille Sam-
son, moriens multo plures occidit, q̄ ante uiuus
occiderat: hoc est quod Saluator noster popu-
los multos infidelium Iudeorū, aduersariorū quo-
que potestatem exercitus dum moritur debella-
uit. Hoc tamen sciendū, quod hi qui typū praef-
erunt Christi, ut Dauid, & Salomō, ceteri quoque,
& hic ipse Samson, siue etiam Iob, non in omni-
bus actibus suis, sed rebus certis quibusdam in
se significat Saluatorē. Adducit cōsiliarios in stultum
finē, et iudicet in stupore.] Vt in Aegypto factū legi-
mus de cōsiliariis & magis ac sapientibus Pha-
raonis, sicut dicit Esaia propheta, Stulti princi-
pes Taneos: sapientes cōsiliarij Pharaō dederūt
cōsiliū insipiens, quādo magicis artibus conie-
tabāt, quod Nabuchodonosor regis Chaldaeo-
rum imperiū nō esset ad Aegyptū transiturum,
stultum inuentū est per Dei sententiā cōsiliū
praedictorum. sicut exprobrās eis Propheta ait:

Ubi sunt nunc sapientes tui, annunciant tibi, & iu-
dicent quid cogitauerit Dominus omnipotens
super Aegyptū. Potest intelligi, q̄ & Nabucho-
donosor rex in stuporē mētis cōuersus sit, quan-
do ex sententia Dei septē annis scribitur eius ha-
bitatio fuisse cum bestiis. & Balthasar nimio stu-
pore percussus est, quando iuxta candelabrū ui-
dit articulos manus in pariete scribentis. Sed &
Iudaeorū cōsiliū magis destructū est, qui cōsi-
lium dederūt, ut Iesum dolo tenerent, & occide-
rent. In stultū quoque finē deductum est, cum ille
quem extingui se morte putauerant, resurrexit.

Baltheum regum dissoluit, & praecingit funes eorum.] In
baltheo regnātis gloria intelligit, in fune igno-
minia, à regno depositi, sicut Sedechiae & Ma-
nasse cōtigit. Deo iubente. Ioachim quoque & Io-
achim atq; Osee regibus Israel: quorū alij in Afsy-
rios, alij in Aegyptū, alij uerò ducti sunt in Baby-
loniā. Possunt etiā in hoc uersiculo principes, sa-
cerdotes & seniores gētis Iudae, ipse etiā popu-
lus, qui p̄ Moysen regalis appellat, intelligi, qui

infidelitate sua, qua in Christū credere detreca-
runt, p̄missionū Dei dignitate & gloria p̄dide-
rūt. Peccatorū quoque suorū sunt funib. circumdati,
secundū Salomonē, q̄ ait: Funib. peccatorū suo-
rum unusquisq; cōstringit. Ducit sacerdotes inglo-
rios.] ut in Regnorū libris scribitur de Saraia &
Sophonia sacerdotibus: & alij sacerdotes ab al-
lophylis interfecti sunt, quādo & arca capta est
Testamēti. Alij uerò in tēplo pempti sunt, sicut
plangēs Hieremias p̄pheta ait: Si occidit in san-
ctuario Domini sacerdos & p̄pheta. Et optima-
tes supplantat.] Non dolo supplantat Deus, in quo
nō est iniquitas: sed hoc modo dicit supplantare,
dum iniustū amouet & iniquū, & in loco quē te-
nere uidet quisquis indignus, bonū hominē &
iustū substituit: ut in regno Saulis hominis mali
Dauid sanctū uirū cōstituit, & Esau atq; Ruben
primogenita Iacob & Iosephus filios habere
praecipit, sicut & Mardocheo iusto & fideli ui-
ro, superbiissimi hominis Amā gloriā & poten-
tiā dedit. Commutās labiū ueraciū.] Cum Deus po-
pulo suo seruiētī sibi, p̄ sanctos suos atq; p̄phe-
tas multa bona, felicē etiā ac beatā uitā p̄mittat,
cōmutat hāc pollicitationē suam, quādo praedi-
ctus populus à se abijcit diuina eloquia, & se
p̄missae remunerationis Dei p̄ prauaricationē fa-
cit indignū. Ita igitur p̄phetarū oracula cōmutan-
tur, ut pro eodē poenas sibi aeterni iudicij audiat
inferendas, p̄ quos prius audierat se uitā aeternae
beatitudine munerandū. Et doctrinā senū auferēs.]
Deus ergo qui facit regnare hominē hypocritā
propter peccata populi, ipse auferet ab Hierusa-
lem senē & iudicē, & p̄phetā & cōsiliariū, & sa-
pientē de architectis, & prudentē auditorē elo-
quij mysticū: robur quoque panis & aquae, fortem
etiā uirū & bellatorē, & uirū pentecōtarchū, &
honorabilem uultu, & cōstituet iuuenes princi-
pes eius, & effeminatū dominabunt eis. Effun-
dit despectionē super principes.] Vt in Saulē fecit, qui à
Deo p̄pter iniquitates suas sp̄retus & reproba-
tus est. Et eos qui oppressi fuerāt, reuelans.] Vt Dauid,
qui persecutiōes Saulis sustinuit molestissimas:
quē tanto odio infestatus est, ut eum uellet occi-
dere: & Dauid timēs hoc periculū, patriā suā ter-
ramq; dimitteret. Hic ergo reuelatus est post-
modū, cum in regnū Saulis, Deo uolente, ex pro-
fugū humilitate prouectus est. Qui reuelat profun-
da de tenebris.] Secundū hunc sermonē sancti Iob,
& beatus Daniel reuelato sibi à Deo somnū sa-
cramento, ait: Ipse reuelat profunda & abscondi-
ta. Hoc ergo sensu & sanctū Iob sciamus dixisse:
Qui reuelat profunda de tenebris, & producit in lu-
cem umbram mortis.] Umbra mortis ipse diabolus
esse nō absurde uidetur, qui nō p̄tegit homines
ac defendit, sed premit coartās in mortē. hic p̄-
ducit in lucē, atq; p̄fertur, quādo ab anima quae
renunciat eius deceptionibus, & agnoscit insi-
dias, iurgū dominationis eius per Deum excuti-
tur de ceruicib. subiectorū, ut dicat, Fuimus ali-
quādo tenebrę, nūc autē lux in Domino. Qui mul-
tiplicat gentes, et perdit eas, et subuersas in integrū restituit.

Secundum generationē primū hominis, gene-
EE 3 ratio-

1. Reg. 28. Gene. 25. 1. Reg. 48. & 49. Hester 9. 1. Reg. 22. & 22. Dan. 2. Ephes. 5.

1. Reg. 22. & 22. Dan. 2. Ephes. 5.

1. Reg. 22. & 22. Dan. 2. Ephes. 5.

rationes mundi multiplicari uideamus, sicut & ab initio multiplicatas legimus: duæ rursus non solum per generalem mortem, uerumetiam diuersis casibus Dei iudicio disperditur, quæ subuersæ per subuersionem nascentium, in integrum reparantur, non eorum utique qui mortui sunt, reuolutione, sed succedentium, ut dixi, numero restaurantur. Hoc ita intelligendum, propter eos qui affirmant metempsychosin. Spiritualliter superiora hæc loca possumus intelligere, secundum hunc modum, ut regiam ac sacerdotalem gratiam à ludæis per Christum ablatam interpretemur, sicut Paulus apostolus in eos qui de foris adhuc uidebantur esse, quod intus in corde iam non erant, iustam promittentiam, dicens: Percutiet te Deus, paries dealbate. Optimates autem supplantantur, dum Iacob, id est populum gentium iuniorum Esau, id est seniori populo Iudæorum præponit, ut maior seruiat minori.

Committans labium ueracium. Sanctorum omnium prophetarum uera uaticinantium labium commutauit, dum ea quæ ab illis obscure dicta fuerant, in Christo manifestantur. ubi etiam & umbræ significationum in lucem Euangelij transferuntur, secundum quod & Paulus fecit apostolus, qui multas figuras legis in præsentia Saluatoris impleta esse confirmat. Labium uero propter consonantiam prophetiæ dictum intelligamus.

Et doctrinam senum auferens. Traditiones & mandata scribarum ac Phariseorum infregit, cum Euangelium eius in toto orbe resplenduit.

Effudit despectionem super principes. Effusa est despectio in aduentu Christi super principatum, tenentem infidelem populum Iudæorum.

Et hos qui oppressi fuerant, releuans. & populū gentium diuersis idolorū superstitionibus oppressum à diabolo, per fidem erexit: quod eum per ministeriū Pauli apostoli fecisse nouimus, sicut dicit ipsum Deum ad se loquentem, Nunc ego mitto te aperire oculos cæcorum, ut conuertantur à tenebris ad lucem, & de potestate Satanæ ad Deum, ut accipiant remissionem peccatorum, & sortem inter sanctos per fidem, quæ est in me.

Qui reuelat profunda de tenebris. Tenebræ præ obscuritate sui scripturarum sacramenta intelliguntur, in quarum arcanis & secretis mysterijs habitare Deum propheta prænunciat, dicens: Et posuit tenebras latibulum suum. & de quibus ipse Dominus ad discipulos ait, Quod dico uobis in tenebris, dicite in lumine: id est, quæcunque uobis in anigmate & in parabolis loquor, uos differendo, lumen audientibus præbete intelligentiæ. quæ scripturæ non solum per diligentiam, sed per gratiam Dei reuelantur.

Et producit in lucem umbram mortis. Quia ij qui sedebant in tenebris, & umbra mortis, in peccatis uidelicet ignorantie et cæcitate uiuentes, cognitionis Dei lucem uiderunt magnam: ut qui c-

rant filij noctis & tenebrarum, fierent filij lucis, & filij diei.

Qui multiplicat gentes, & perdit eas, & subuersas in integrum restituit. Multiplicat Deus per carnalem generationem Adæ gentium populos: & semper spiritualem regenerationem morientes seculo perdit eos, ut non sibi uiuant, sed Christo, qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. Hoc igitur modo subuersæ, resurrectione restituentur in integrum, cum corruptibile istud induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem.

Qui immutat cor principum populi terræ, & decipit eos, ut frustra incedant per inuium. Palpabunt quasi in tenebris, et non in luce: & errare eos faciet quasi ebrios. Decipit eos uel decipi permittit, uel decipere eos pro meritum iniquitate compellitur.

CAPVT XIII.

Ecce omnia hæc uidit oculus meus, & audiuit auris mea, & intellexi singula. Oculus mentis meæ, qui est lucerna corporis mei, reuelante Domino uidit hæc omnia quæ narraui, et audiuit auris mea, quam ad intelligendum propheta acceperat, dicens: Dominus apposuit mihi auriculam, & intellexi singula. Secundum datū igitur Dei, quod de cælo est, hæc quæ locutus sum, singula intellexi. Deo ergo ipsum docente eruditus est et instructus, ut huiusmodi causas singulas, quas ille iuste fecerat, nosset.

Secundum scientiam uestram & ego noui, nec inferior uestri sum. Quod dicit, ita ut uos, & ego noui, sicut superius memorauit, eironicos dictum esse nouerimus, ut ait apostolus, cum de pseudoapostolis loqueretur dicens: Si quis cõfidit se esse seruum Christi, hoc cogitet intra se, quia sicut ipse Christus est, ita & nos. Et illi qui ante scripturas deificas transtulerunt, ita inquit. Et quidem ego non sum uobis insipientior. Ita igitur eis oportuit responderi, quia ita sibi de sapientia plurimum blandiebantur, ut Iob quasi iniquum & imprudentem & peccatorem hominem condemnarent.

Sed tamen ad omnipotentem loquar, & disputare cum Deo cupio. Secundum simplicitatem suam, quam Deus initio libri huius prædicauerat, hæc Iob loquitur, non secundum arrogantiæ. Hoc itaque sensu hanc disputationem dicit, bene sibi conscius, inire cum Deo, de eius præsumptis iustitia, quem admodum per prophetam postea ipse Dominus inter cætera ad populum ait: Discite benefacere, quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo defendite uiduam, & uenite disputemus, dicit Dominus.

Prius nos ostendens fabricatores mendacij, & cultores peruersorum dogmatum. Fabricatores utique mendacij estis, quando quidem hæc omnia quæ sustineo, iuste et merito me pati astruitis, ut dogmatici peruersi, qui dicitis, quod nullus hæc mala sustineat, quæ & ego, nisi meritum ante præcesserit: ignorantes Dei iudicia, quibus modis, mensuris & ponderibus illa dispenset, cum etiam san-

ctos innocentesque flagellari Dei correptionibus sæpe uideamus.

Atque utinam taceretis, ut putaremini esse sapientes. Manifestum est.

Audite ergo correptiones meas, & iudicium laborum meorum attendite. In sequentibus per singula eandem correptiones enarrat, quas cum sententiæ iudicio in eos se dirigere dicit, quibus ut iniqui et iniusti merito condemnentur.

Nunquid Deus indiget uestro mendacio, ut pro eo loquar? Doli erant in illis, quia sub uerbis consolatorijs inimicorum corda pulsabant.

Nunquid faciem eius accipitis, & pro Deo iudicare nitimini? id est, Nunquid contra me personam iudicis suscipitis, ut merito tanquam Deus me uestra sententia condemnentis? aut certe, nunquid Deo adulari debere uos creditis?

Aut placebit ei, quem celari nihil potest? Aut placebit ei iste uester iniquus consensus, cui omnia nuda sunt & aperta?

Aut decipietur ut homo uestris fraudulentijis? uel quasi ignoranti corda hominum, ut de me non recte iudicet, imponere ei siue persuadere poteritis?

Ipse uos arguet, quoniam in abscondito faciem eius accipitis. Ut à Deo arguamini, digni estis, quia abscondit eidem, quali eo ignorante, personam eius in uobis ad me condemnandum suscipitis, tanquam cum latere aliquid possit, ut ita ei subripere uelitis. Vel quia putatis, quod ei in abscondito, id est in corde debeatis adulari: uel in discutendis quæ abscondita sunt, Dei personam, cui soli hoc competit, uultis assumere.

Statim ut se commouerit, conturbabit uos, & terror eius irruet super uos. Correptionis hoc loco requiritur iudicium supra scriptum, cuius tempus minitatur in posterum.

Memoria uestra comparabitur cineri, & redigentur in lutum ceruices uestræ. id est, superbiæ tumor, qui sub nomine ceruicis agnoscitur: & hæretici ut Christo derogent, de proprio corde falsa confingunt, qui cum se Christus Deus ad iudicium uenturus commouerit, turbabuntur, cum terrorem sententiæ mortis super se uiderint imminere. Tunc sicut uir beatus & iustus non erunt in memoria aeterna, quia superbiæ ceruice uiuentes, & ob hoc uiles effecti proficiendi sunt uento diuinæ sententiæ à facie terræ mansuetorum.

Tacetate paulisper, ut loquar quodcumque mihi mens suggererit. Post increpationes & iudicium, quod fictis amicis & simulatoribus à Deo inferendum minatus est, quasi à tumultuosis ad loquendum pro tempore silentium poscit, ut ipse in dolore positus, quod eis mens suggererit, proloquatur, & ait ita:

Quare lacerabo carnes meas dentibus meis? Potuit fieri ut extorquentibus ei nimis cruciatibus, manus siue labia sua dentibus laceraret.

Et animam meam porto in manibus meis? Ipsam uitam suam, quæ solet pro anime uocabulo dici, portare se ait in manibus suis, quod est, iam nunc tormentis deficiente, animam exeuntem uelut

effereendam porto in manibus. hoc sensu & prophetam arbitror dixisse ad Deum: Anima mea in manibus meis semper, & legis tuæ non sum oblitus. Vnde etiam & hic sanctus eadem firmitate animi stabilitus in Deo, ait, dicens:

Etiam si occiderit me, in ipso sperabo. Et ut alibi ait, Donec deficiam, non recedam ab innocentia mea: iustificationemque meam quam cepi, tenere non deseram.

Veruntamen uias meas in conspectu eius arguam, & ipse erit saluator meus. Omnes quidem actus uite meæ si ante Deum digni reprehensione inuenti fuerint, eos narrando & confitendo in conspectu eius redarguam, & ipse erit saluator meus: siue ut alij dixerunt interpretes, Et hoc mihi eueniet in salute, cum uidelicet uias ei meas castigatione purificatas reddidero. Vos autem qui estis, ut me tanquam iusti arguere præsumatis?

Audite sermones meos, & ænigmata percipite auribus uestris. Quia ergo præsentiebat Iob illa quæ patiebatur, non propter sua se merita sustinere, quæ magis erant examinationis flagella, idcirco ænigmata ea uoluit appellare: quoniam qui innocentes & iustos tribulari conspiciunt, uelut ænigmata illis sunt, & obscura diuina consilia. Scio si fuero iudicatus, quod iustus inueniar. Si iustitiam, inquit, factorum à me requiritis, hoc dico uobis, non habeo unde debeam condemnari. Ad delictorum enim commissum respexi, cum hoc diceret: non ad Dei examinationis iudicium, quod omnino falli non potest, & quod à Deo omnia iustissimè sunt: quia & aurum cum sit plerumque à fordè purissimum, aliquando tamen patitur ignem, ut supra splendorem fulgoris de fornace rutilum proferatur. Hæc igitur ænigmata in nostrum potius conueniunt Saluatoris: ad quem & alius propheta ait, Ut iustificeris, inquit, in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris. Vicit quippe mortem. Morti innocens deputatur, sicut hic ait, Si fuero nudatus, scio quod iustus inueniar. Nullum itaque habens meritum mortis.

Quis est qui iudicetur mecum? ueniat, quare tacens confusor? Hic sermo non arrogantia deputetur, quo ait: Quis est qui iudicetur mecum? sed libere de fiducia bonæ conscientia, & de simplicitate eum à sancto Iob dictum esse nouerimus. Non enim potuit homo tantarum uirtutum, sicut in consequentibus dicitur manifestas, uirtutum timentis iactantia possideri, quod de radice superbiæ nascitur, crimine uidelicet principali: quia in initio peccati superbia est. Quod autem dicit, Quare tacens confusor? illud ait, Propter quod non sum prius auditus: & si reus fuisset inuentus, ita demum istis doloribus magnis confuseret.

Duo tantum ne facias mihi, & tunc à facie tua non abscondar. Manum tuam longè fac à me, & formido tua non me terreat. Voca me, & respondebo tibi, aut certe loquar, & tu responde mihi. Totum illud est, quod à Deo sanctus Iob postulat, ut auferat ab illo prius plagam, quam patiebatur:

deinde potentia diuinitatis, quam imminetem sibi uas fragile infirmumque non sustinet: ita ex æquo quasi cõminus positus dicat ei, quam obrẽ illatã sibi sustineat tentationẽ, audiatque ab illo, quid culpę extiterit, ut patiat grande hoc malũ, cum in se reatum criminis nõ agnoscat. Vbi nõ quasi iniustũ Iob Deum accusat, quod absit a uiro illo, quod Deo plurimũ placuit, & quem Deus illo in tempore singulariter laudat: sed sciens iustitiam Dei in omnib. esse irreprehensibilẽ, admirantis potius ista loquitur animo, quam in aliquẽ iniquitatem de Deo ita credens deflexerit. **Quantas habeo iniquitates & peccata? scelera mea & delicta ostende mihi.** In his nominibus scelerum & delictorum, a beato Iob peccata grandia & praua significata sunt, quæ sibi ad cognoscendã plagę causam deprecã ostendit. **Cur faciẽ tuam abscondis, et arbitraris me inimicũ tuum?** Abscondis faciẽ tuam a me, dum ita me puniri permittis. Nam scio, quia præsentia tua, uisitatio atque custodia est. Absconditur autem ab illo faciẽ Dei, cuius uita diuino indigna cõspectu est. **Contra foliũ, quod uento rapitur, ostendis potentia tuam, et stipulã siccam persequeris?** Infirmitã tam uehementer examinã? Perpendit apud se, quid esset ipse ad Deum, & rebus leuibus, uilibusque se cõparat. **Scribis enim contra me amaritudines.** Pro amaritudinibus, malã antiqui dixerunt interpretes: quoniam illis malis, id est poenis, quæ Deo permittẽte patiebatur, a diabolo amaritudines ei animi gignebant: & ideo amarissimos cruciatibus amaritudines nominauit. **Et consumere me uis peccatis adolescentiæ meæ.** Eo tempore quo de peccatis adolescentiæ suæ loquebatur ad Deũ, iam consummatu erat uirtutibus, & perfectus: & dicere uidebat, quod præteriti magis temporis peccata in illo Deus punire uoluerit, cum præsentis ætatis minimẽ in eo quod puniret inueniret. ita ait & beatus David. nam cum dixisset, **Pes meus stetit in uia recta, & ego in innocentia mea ingressus sum: nihilominus pro delictis iuuẽntutis & ignorantia deprecatur.** **Posuisti in neruo pedẽ meũ, & obseruasti omnes semitas meas, & uestigia pedũ meorũ cõsiderasti.** Non solum, inquit, in uinculo quodã me tue custodia tenuisti ex illo adolescentiæ meę tempore, ut semper in omnes actus cõuersationis meę diligẽter intẽderes, sed & cogitationũ mearum omnium etiã, inquit, quia latere te nihil potest, uniuersa annotasti: et ut nunc mihi omnia simul redderes, ex eo tempore cõscripsisti. Antiqui translatores ita dixerunt: **Posuisti in cõpede pedẽ meũ.**

Qui quasi putredo consumendus sum. Iam longi temporis tribulationem illam se his uerbis habere significat, quem diuturna putredo cõsumpserit.

CAPVT XIII.

Homo natus de muliere, breui uiuẽs tempore, repletur multis miserijs. Intueamur quid sanctus Iob uelut propheta in spiritu intẽderit, ut hoc diceret. **Respexit namque ad Eua mulierẽ, per quã serpens peccatũ homini ppinauit, et exinde genus Adę ob delictũ inobediẽtię, perdita immortalitate, ad breue tempus uite redactũ sit, & repletũ multis presentium laboribus ærumnarũ. Quasi flos egre**

Abscõsio Dei.

Psal. 25.

ditur & cõteritur, & fugit uelut umbra, et nunquã in eodẽ statu permanet. Et omnis caro scẽnũ, ait propheta, et omnis gloria eius ut flos scẽni. Et idcirco in flore hoc loco fragilitatẽ humani generis intelligamus, non fragrantẽ odorem, aut pulchritudinẽ.

Et nunquã in eodẽ statu permanet. Luce clarius apparet in ætatibus nostris quod loquitur: quibus dum nõ sentimus, ex tempore natiuitatis nostræ usque dum morimur, aut crescimus quotidie, aut per omnia momenta decrescimus. Et dignũ ducis super huiusmodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecũ in iudiciũ? Pietate & misericordia sua Deus dignum putauit, ut hominẽ, quẽ propter peccatũ suũ merito in mortẽ piecerat, reuocaret ad uitã. sicutque super eum oculos miserationis aperuit, ut eum repararet in Christo saluatore nostro, & ad dexterã suã in cõlestibus collocaret: & eundẽ quẽ apostolus totã Ecclesiã sine ruga & macula nuncupat, cuius caput sit Christus, ex resurrectione secũ ad iudiciũ impiorũ adducet, quando aliqui membrorũ eius sedebunt super thronos duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. quod & propheta id ipsum in indicat postmodũ, dicens: Ecce ueniet Dominus ad iudiciũ cum senioribus populi sui. Potest uideri hoc loco, iuxta simplicẽ intellectũ, sanctus Iob et de se ipso dixisse, quid esset ipse ad Deũ, ut in disputationis iudiciũ cum eo admitteret, eique liberẽ responderet, cur illas tribulationes intolerabiles nõ sibi malẽ cõsciũs pateret. **Quis potest facere mundũ de immundo cõceptum femine? Nonne tu qui solus es?** Aperte Iob reconciliationẽ nostrã futurã in Christo prophetat in spiritu, ubi per præuaricationẽ Adæ, immundã posteritatẽ eius deplorat effectã, ac peccatũ illius in sobolẽ pertransisse, sicut postea dicit apostolus: **Per unum hominẽ peccatũ intrauit in mundũ, et per peccatũ mors, & ita in omnes homines pertrãsiit, & inde per baptismũ in morte Christi ab omnibus peccatis progeniẽ eius asserit emundari.** **Breues dies hominis sunt, numerus mensũ eius apud te est.** Constituisi terminos eius, qui præteriri nõ poterunt. Et alter propheta ait ad Deum, **Ecce ueteres posuisti dies meos, qui uetustate consumantur & pereant.** Siue, ut alij dixerunt: **Ecce mẽsurabiles posuisti dies meos, quod mensurã quandã finis sui acceperint dies mei, ut cõplementũ sui terminum nõ excedãt.** Iste ergo sensus & in istis duobus uersiculis cõtinetur. **Recede paululũ ab eo, ut quiescat, donec optata ueniat sicut mercenarij dies eius.** Sicut apostolus ait: **Fidelis Deus, qui nõ patitur uos tentari supra quã potestis sustinere: ita tamen ut per momentanea & leui tribulatione uite presentis supra modũ adueniẽte optata die, æternũ gloria pondus in mercede percipiat.** Quod autẽ dicit, **Recede ab eo: nõ hoc rogat, ut recedat ab illo Deus, qui alio loco ait, Libera me, & pone me iuxta te: sed ut amoueat ab ipso flagellã suã, sicut superius dixit, Manũ tuã longẽ fac a me, ne uerberatus fortasse deficiat.** quod Psalmista apertius dixit: **Amoue a me plagas tuas.** A fortitudine manus tuæ ego defeci.

Lignũ habet spẽ, si præcisũ fuerit, rursum uirescit, et rami eius pullulant.

Esaiã 40.

Ephes. 1.

Rom. 5.

Psal. 38.

1. Cor. 10.

Psal. 38.

ullulant. Rationabile lignum istud esse credendum est, quia te arbor bona siue mala dicitur homo: unde et hoc lignum quod ratioe uiuit, spem habet: non illud lignum quod uiuit quidem quadam uita, sed insensibile est, & idcirco non potest spem habere, sicut nec fidem, uel charitatem. De hac arbore similiter dixerunt et alij translatores. est enim arbori spes, hoc itaque lignum præcisum fuit per inobediẽtiam, quando habitabat in mediõ lignorum paradisi, ut per iustam Dei sententiam moreretur: a quo in baptismo Adæ uetustas præciditur, ut in Iesu Christo noui hominis status per resurrectionem fidei reuirescat, & rami eius uirtutibus pullulent, id est opera eius sancte uiuendo proficiant: quæ in resurrectione mortuorum manifestabuntur, cum permanuros fructus honoris & honestatis attulerint.

Si senuerit in terra radix eius, & in puluere mortuus fuerit truncus illius, ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam quasi cum primũ plantatum est. In ueteri utique Adã, sicut iam dixi, peccatis senescere iam ligno, & omni bono naturæ, quo in conditione donatus fuerat, ariditate præmortuo, ad odorem ac largitatem aquæ baptismatis rursum lætissima uiriditate frondescit: & erit arbor delectabilis cultori suo, & utilis, quasi cum primũ plantatum est in paradiso.

Homo uerõ cum mortuus fuerit, & nudatus atque consumptus, ubi quæso est? Homo autem nõ habens spem in Christo, sicut & gentes quę ignorant Deum, cum mortuus fuerit, non renatus per baptismũ, uita hac etiam debitus, & presentĩ delectatione nudatus, & consumptus interit, sine dubio sententiam æternæ damnationis excipiat.

Quomodo si recedant aquæ de mari, & fluuius uacuetus, & aridus sit: sic homo cum dormierit, non resurget. Donec atteratur cælum, non euigilabit, nec conserget de somno suo. Si fieri potest, ait, ut aquæ salutarium præceptorum Dei de sanctarum scripturarũ mari desint, uel iuxta literam aliquando ab eo possint recedere, cui perenni abundantia non deficiunt: & si potest fieri, ut fluuius sacri baptismatis quadã inopia diuinæ misericordiæ exsiccet, & nõ plenus sit gratia Dei, sancti quoque spiritus donis redũderit: ita poterit fieri, ut homo cum mortuus fuerit, non resurgat. In cõtritione uel etiam cõmotione cœli, finem mundi, & resurrectionem hominum futurã prænunciat. Aerem uerõ istũ, cœlique illius superioris uiciniam, cœlum appellare solet scriptura diuina. Istud igitur magis perituum doctissimĩ scripturarum definitiunt, secundum Petrum apostolum, qui ait: **Cœli autem qui nunc sunt, et terra, eodẽ uerbo repositi sunt, igni seruata in diem iudicij.** Quos cœlos ideo repositos dicit, quia eos superius dixerat perisse diluuiõ. Quantitatem ergo siue capacitatem spaciosi aeris huius, cœlos uoluit nuncupare: quos sicut aqua prius in diluuiõ, ita in die iudicij perituros igne denunciat, de quibus et propheta ad Deum dixit: **Ipsi peribũt, tu autem permanebis.** Si autẽ illos cœlos hoc loco dicit Dauid

Cœli, aer.

1. Pet. 3.

Psal. 102.

potius perituros, quos in hoc libro legimus, quasi aere solidissimẽ fufos: qui cœli cœlorũ iuxta apostolũ Petrum possunt intelligi, quoniã ille manifestissimẽ immensitatem aeris huius, ut dixi, usque ad æthera, cœlorum nomine appellauit: & nos dicimus, illos cœlos non abolitione perituros, propter quod firmamentum sunt appellati, qui enarrant gloriam Dei, & quod firmamentum opera manuum eius annunciat: sed in nouandos in melius arbitramur: quos tamen secundum quandam modum dicimus perituros, quia & Dauid ita dixisse credendus est, ut quasi ipsi iam non sint, cum eos noui & beati seculi illius post futuri claritate & gloria credimus illustrandos. De corpore autem ait Deus ad animã peccatricem, **Operiet iniquitas tua uestimentũ tuum: id est, tecum pro cõmuni scelere puniet.**

Quis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas me, et abscondas me, donec pertranseat furor tuus, & constituas mihi tempus in quo recorderis mei? Ait ergo, donec ad redimendos nos de manũ inferorum, Saluator adueniat: obsecro, ut ne me tartaro positũ, a ministris infernalibus tuearis. quod tempus & factus Abraham patriarcha similiter desiderijs intendantibus expectabat, ut etiam ipse Dominus ait in Euangelio: **Abraham pater uester concupiuit ut uideret diem meum, & uidit, & gauisus est.** Concupiuit quidẽ, ut in diebus suis presentiam Saluatoris uideret in carne: sed quia secundum bonum placitũ suum Deus proposuit, ut in dispensatione plenitudinis aliorũ temporum perditis adueniret, idcirco eum presentia corporali uidere non potuit: sed tamen ipsum mysterium sacre incarnationis Christi eodem reuelante uisit in spiritu, quã etiam sibi præmeditatum cognouit in filio. Ita igitur et beatus Iob, habens eundem spiritum fidei, tempus absolutionis suę ab inferis per Christum futurum, mentis suæ oculis intendebat. quorum inferorum figuram quondam ceti alius, ut Euangelica demonstrat auctoritas, portendebat: sicut & Ionas propheta illius saluatoris, quem morientem quidẽ glutiuit infirmus, sed nolens licet, rursum tamen euo-muit ad uitam: quia impossibile erat, ut innocens uelut peccati reus clausus in domo carceris teneretur.

Putas ne mortuus homo rursum uiuat? Quasi dubitauerim dicere hic uidetur, cum tamen de resurrectione mortuorum multis in locis spe certa ac fide immobili proloquatur: sed solet in scripturis tali figura dici labijs, cum corde ueritas firmiter teneatur, sicut & Apostolus ait: **Puto quod et ego spiritum Dei habeo.** & Dominus in Euangelio: **Veniens filius hominis, inquit, putas intremiet fidem in terra? Qui scripturas antẽ transulerunt, aperte hunc locum interpretati sunt, dicentes: Si enim mortuus fuerit homo, uiuet.**

Cum istis diebus quibus nunc milito, expecto donec ueniat immutatio mea. In quadam spirituali esse militiam presentem uitam sanctorum & Paulus apostolus ait, dicens Timotheo discipulo: **Labora ut bonus miles Christi Iesu, & de Epaphrodito ita**

Cœli ut dicantur perituri.

1. Cor. 13.

Matth. 12.

1. Cor. 7.

Luc. 13.

2. Tim. 2. Philip. 3.

ita ait: Fratrem & cooperarium & commilitonem meum. Igitur huiusmodi milites habentes certamen & praelium contra spirituales diaboli nequitas, armis uirtutum per gratiam spiritus induuntur. De hoc ergo exercitu spirituali erat & Iob beatissimus, qui contra diabolum, omnemque eius hostilem populum militabat, quem patientiae fortitudo & fidei clypeus protegebat. Iob ergo sanctus non solum se militem nuncupat, cum sit totus putrefactus, iacens in stercore: quia animorum est militia haec, non corporum, de qua et superius ait, Militia est uita hominis super terram: uerum etiam et mercenarium se appellat, & seruum: quia & sicut miles imperatoris sui pro deuictis aduersariis remunerationem aeternae gloriae prestolatur, quando in resurrectione ad tubam primae conclamationis omnis exercitus sanctorum est resurrecturus ex mortuis, & uelut mercenarius, pro labore operis sui ab illo patre familias nostro, qui & operarios conducit ad uineam, expectat accipere immortalis ac beate uitae denarium: & quemadmodum seruus, umbram aeterni refrigerij dari sibi a Domino concupiscit.

Vocabis me, & ego respondebo tibi. Operi manuum tuarum porriges dexteram.] Vocabuntur omnes mortui in nouissimo seculorum, et in uoce archangeli, atque in tuba Dei de tumulis excitabuntur: responduntque uniuersi hoc modo, cum ad uerbum maiestatis eius atque potentiae cineres atque fauilla humanorum corporum uiuificabuntur, ut statim resurgant ex mortuis incorrupti. Hoc itaque modo & Iob semetipsum a Deo uocandum propheta in spiritu. Eo igitur uocato & excitato, dexteram suam illi tanquam sigulus, & creator operi manuum suarum porriget, id est, sedem aeternae beatitudinis offeret, ut cum Christo, qui est in dextera patris, & cum sanctis qui ad dexteram Christi deputandi sunt, beatus perpetuo commoretur.

Tu quidem gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis.] Manifestius dixerunt illi qui olim scripturas in Graecum eloquium transfulerunt: Cogitationes meas dinumerasti, & nihil te latuit peccatorum meorum. Et autem secundum hanc nonam editionem Iob ait ad Deum, Sed parce peccatis meis: quia in aenigmate loquitur, potest ex persona filiorum Adae haec dicere, quibus in baptismo peccata donantur. Si autem ad Deum sermo eius est precatorius, ut ad illum sensum superiorum uerborum, illius etiam haec quae nunc loquitur, copulenter, potest istud quod ait, Sed parce peccatis meis, ad illud seculum futurum referri: ubi ei si qui sunt lapsus delictorum donentur, praecipue cogitationum, de quibus nunc specialiter loquitur.

Signasti quasi in sacculo delicta mea, sed curasti iniquitatem meam.] Sacculus significatio nomine quasi tota massa peccatricis generationis Adae dictus uideri potest: in quo quasi sub signaculo imaginis eius (genuit quippe Adam ad imaginem & similitudinem suam) totam sobolem illius in-

psa praeterraticam effectam, per multa secula Deus clausam tenuerit sub peccato: & tamen in nouissimis seculorum temporibus per baptismum uulnera delictorum preciosam redemptione curauerit. Si autem & de semetipso Iob hoc dixisse uideatur, ut arbitror, iste est intellectus: Si qua igitur, ait ad Deum, per totum seculum uitae meae peccata commisi, in unum omnia per diuersa temporum spacia congregasti, ut secundum rigorem iustitiae tuae, pro cunctis mihi simul retribueres, sed praepotes & misericordissima sub correptione pietas tua curauit potius iniquitatem meam.

Mons cadens defluit, & saxum transfertur de loco suo. Lapidem excavaunt aquae, & alluione paulatim terra consumitur: & homines ergo similiter perdes.] Ad comparationem hominis, ut mihi uideatur, corpora mundi protulit in exemplum, immo mundi corpora elementa. Quemadmodum haec quae dixi, ait, inanimata & insensibilia defluunt & transferuntur, siue aquis minuuntur, alluione etiam labefactantur (quod & secundum antiquam editionem eum dixisse intelligimus) & alluione frequentium gurgitum minuitur arena terrae: ita ergo, inquit, & homines qui sunt rationales, ad imaginem & similitudinem tuam conditi, ad nihilum redigendi sunt: uel ita haec quae dixi, pro nihilo existimandi. An forsitan in his nominibus morum potius qualitates uoluit indicare? Montem uero istum, diabolum siue superbum hominem sentire debemus: qui contra Deum ut mons elatione mentis tumescit, & ita se erigendo cadit in praecipitium, ut defluat, & solutus in puluerem ad nihilum deducatur. Saxo uero illos assimilari puto, qui cum in naturae bono debuerint tanquam in lapidis solidissimi fortitudine permanere, commutati sunt uoluntate propria in soliditatem quandam, ac duritiam cordis: & idcirco de suae stationis habitaculo, quod se habere quasi suis meritis presumebant, ad digna se loca mouendi ac transferendi sunt. Aqua uero aduersarias significat potestates, de quibus ait propheta: Quoniam introierunt aequae usque ad animam meam, & Transimus per ignem & aquam. & in Euangelio: Descendit pluuia, tenebantur flammae, flauerunt uenti. Iste ergo aquae, eos homines qui sibi fortes uidentur ac solidi, de se praesumentes et confidentes in uirtute sua: unde lapidibus comparantur, & indefinenti lapsu atteruntur, & incurrentium tribulationum discrimina nequeunt sustinere. Homines autem dici illos arbitror, de quibus alio loco legimus, Homines & iumenta saluabis Domine: id est animales & spirituales. Vnde & apostolus ait: Et si exterior homo noster corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem. Cum haec ita se habeant, sanctus Iob hoc loco tropico intellectu dixisse credendus est: Domine, nunquid non iustus es, ut huiusmodi homines, de quorum numero et se optat intelligi, qui contra omnes istas irruentes tempestates steterunt, per quos tetationum impetus praetergressi sunt, & eos similiter perdas, quemadmodum illos qui superbia lapsi sunt,

Psal. 68
Psal. 65
Matth. 7

Psal. 51
2. Cor. 4

sunt, & de loco culminis sui ad inferiora translati, & qui aquis inundantibus uelut lapides & terra consumpti sunt.

Roborasti eum paululum, ut in perpetuum pertransiret.] Sine dubio Iob usque ad finem sermonis huius haec de semetipso dicebat. nam multis in locis habet hanc consuetudinem, ut quod de se dicit, quasi de alterius persona dicere uideatur, sicut quodam loco ait ad eum: Recede paululum ab eo, ut quiescat, quod de se haud dubium loquebatur. Quia uero roborasti eum paululum, ait, Quid sit hoc paululum, requirendum nobis est, Non enim paululum consolatione sanctos suos corroborat Deus. Longum est nimium dicere de prophetis & apostolis, sanctisque omnibus, quanta uirtute & gratia consolationis Dei contra reges & principes, tribulationes etiam mundi fuerint confortati. Nunc uideamus quid sit illud quod sanctus Iob loquitur, ut intelligamus quod ait se a Deo paululum roboratum. Paululum quippe pro breui tempore uitae istius dixit. Hic ergo accepit a Deo uirtutem, ut poenas tolleraret, & diabolum uinceret, qui ei blasphemiam extorquere doloribus cupiebat, & ita de hac mortalitate uitae ad beatam uitam in perpetuum pertransiret.

Immutabis faciem eius, & emittes eum.] Hoc ipsum est quod superius ait: Expecto, donec ueniat immutatio mea. hic autem solam faciem nominando, a parte totum significat, secundum illam figuram, quam synecdochen periti appellant literarum, quoniam facies caeteris partibus corporis praestat in hominibus: immutabit uero, cum mortale eius & corruptibile induet incorruptionem & immortalitatem. Et emittes eum, inquit, id est in illud seculum beatorum, ubi non erunt laquei, insidiae, atque muscipula inimicitum: ubi quaeretur delictum eius, & non inuenietur: ubi & custodiae pietatis tuae contra diabolum hic supplantatorem hominis necessariam non erunt, excluso pestifero de medio iustorum. Tunc inquam emittes eum liberum & securum, ut aeternitate cum beatitudine perfruatur.

Siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles, non intelliget.] De seipso intelligebat beatus Iob nobilitatem filiorum suorum, qui & plurimum diues fuit, & magnus inter omnes orientales. Ergo cum sciret filiorum suorum nobilitatem mundanam, de spirituali hoc loco dixisse credendus est, in qua est generosa & prima nobilitas. Igitur ego ille, quando traditus sum in manus inimici, omnemque sensum facultatis amisi, quandoque filij mei ruina domus oppressi, sunt extincti: quorum nobilitate pollerent, nequaquam intelligo, praesertim cum pro cogitationibus eorum trepidus septima die holo causta Deo semper offerrem. Vnde et si ipsi immutentur in gloriam, & emittantur liberi, ut beati illius seculi regnum, amoenitatis etiam paradisi delicias ingrediantur, & non infernali magis custodia teneantur, hoc ipsum non plena mecum persuasionem definio. Quod autem expetenda animorum sit

potius quam mundanae excellentiae expectanda nobilitas, Paulus apostolus ita scribit: Salute Andronicum & Iuniam, qui sunt nobiles in apostolis. itemque: Vos nobiles in Christo, nos autem ignobiles. Et Lucas euangelista Beroen sibus ita ait: Hi autem erant nobiliores illorum qui sunt Thessalonicae, qui susceperunt uerbum cum omni auiditate. nobiles ergo erant & moribus, & gratijs spiritus sancti.

Attamen caro eius dum uiuet dolebit, & anima eius super semetipsum lugebit.] Ad illam quidem felicitatem praedictam, ait beatus Iob, donante Domino, ut iam dixi, me iterum esse confido: uerum tamen dum hic uiuitur, caro mea in doloribus esse non desinit. Anima quoque mea, qua uiuificante carne meam, afflictus cruciatibus plurimum doleo, mecum iugiter gemitum planctumque communicat. Spiritualem autem siue de Iob, siue de sanctis possumus filios eorum opera intelligere. Multis enim in locis scripturae opera tropicis filij nuncupantur, ut illud Psalmista: Filij tui sicut nouella oliuarum in circuitu mensae tuae. Vbi ipsam conscientiam mensam, recte intelligere possumus, ad quam bona opera uelut filij congregentur, ut hominem olem rationalem de suis fructibus gaudio spirituali reficiant. Sanctorum igitur filij tales, siue nobiles sint ante Deum, siue ignobiles, non omnino intelligunt: id est, siue magni inueniantur in iudicio eius, siue etiam in aliquo reprobi, intelligere hoc uel diiudicare siue discutere ipse minime possunt. Scrutator autem renis & cordis optime nouit, quam generoso semine cogitationum hi filij de cordis utero procreentur. Ipsi autem, quorum caro per peccatum facta est mortalitati obnoxia, clamant & desunt, & liberrare se quotidie deprecantur, & dicunt: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Et quoniam beatus Iob figuram habuit Domini Iesu Christi, uideamus nunc haec uerba quae dixit, si eidem Domino nostro Saluatorique conueniant. Cum ergo esset propheta, ita ait ad Deum per spiritum: Roborasti enim paululum, ut in perpetuum pertransiret. Secundum formam serui quam assumpsit, haec Christo Domino nostro aprari posse arbitror. Nam cum ex ea parte qua homo erat, infirmaretur, proximus passioni, Euangelista ait: Apparuit autem angelus Domini de caelo confortans eum. & multa similia. Hic ergo ad breue tempus administrata redemptione nostra, in perpetuum illud seculum caelos penetrans pertransiuit. Immutabis faciem eius. Hanc igitur immutationem qua Dominus noster Iesus Christus sic per resurrectionem totus in Deum assumptus est, ut mors ei ultra non dominaretur, in nocte prius discipulis demonstrauit, quando facta est facies eius sicut sol, & uestimenta eius (quibus claritas significabatur Ecclesiae) facta sunt sicut nix. Et emittes eum. Clarificata ergo forma serui in Domino, in caelo & in terra potestate accepta, iudex emissus est uiuorum & mortuorum, ut ipse iudex

1. Cor. 4

Act. 17

Filij in sacris literis opera intelliguntur
Psal. 127

Psal. 119

Luc. 22

Matth. 17

est

cet orbem terræ in æquitate sua, a patre Dominus creaturarum constitutus. Siue nobiles sint, siue ignobiles filij eius qui per baptismum ex Deo nati sunt, non intelliget. Presse pronunciamus est, ut sit sub quadam interrogatione confirmantis sermo, non denegantis: id est, omnino intelliget quasi Deus. Hæc est vera & sola nobilitas, qua per inestimabilem dignationem diuinam nobilitatem homines, ut per baptismum de Deo nascantur, ipsiq; Deorum nomine sublimentur, & membra efficiantur Dei sui, & sacerdotes æterni. Secundum hanc uero pronunciationem, de qua diximus, multis in locis scripturarum habemus similia: quæ nisi uoce legentis distinguantur, in contrarium sensum pertrahunt audiretur, ut est in uerbis sancti Heliae, quibus ait ad Deum: O Domine testis huius uiduae, cum qua ego inhabito, apud ipsam tu male fecisti ut occideres filium eius: quod si recte pronuncietur, nihil mouebit legentem. Vox est enim non credentis, quod tam malefecerit Deus cum ea uidua, quæ tam pie prophetam suscepit. quod potuit licetertius dici: O Domine testis huius uiduae, cum qua ego habito, tu nero male fecisti ut occideres filium eius: Et in Psalmo talis distinctio uel pronunciatio habenda est, ubi dicitur: Aut quis deducet usq; in Idumeam? nonne tu Deus qui repulisti nos, & non egredieris Deus in uirtutibus nostris: id est, egredieris potius, & idcirco non aduerbium, cum graui sono uocis pronunciamus est, & Apostolus: Quis accusabit, ait, aduersus electos Dei? Deus qui iustificat. Hic si quasi confirmans respondeas, uides quantum peruersitas oritur, unde sic pronunciamus magis uideatur, ac si diceret, Deus ne qui iustificat ut subaudiatur, non utiq; Itaq; & hæc sententia propter quam hæc diximus, ita pronunciamus est, quando eam in personam Saluatoris aptamus. Sin aliàs, nõ seruata eam pronunciatio facit obsecram, uel quod peius est, sono fallere blasphemiam. Quod autem ait Iob, Attamen caro eius dum uiuet, dolebit: hoc modo arbitror dictum, Caro saluatoris capax erit dolorum. Nam etsi dolores in eo alijs temporibus nõ fuerint, erunt tamen tempore passionis. Igitur hoc quod nunc dictum est, Anima eius super ipsum lugebit: tunc adimpletum est, quando ipse de se Dominus pronunciat, Tristis est anima mea usq; ad mortem. & Euangelista de eo, Cœpit Iesus pauere & cedere. itemq; Cœpit Iesus contristari, & mœstus esse. Sed fortassis melius est & cautius, ut carnem saluatoris in doloribus positam, Ecclesiam eius intelligamus, quæ est de carne & ossibus eius, et membra de membro, quoniam ipse caput est totius corporis Ecclesie suæ, sicut apostolus dicit: Hæc ergo caro Christi quæ est Ecclesia eius, per persecutionem temporum, tribulationibus, diuersisq; persecutionibus affecta, dolebit usq; in finem mundi. Anima quoq; eius, id est Ecclesia, quæ est fidei & spei suæ unus idemq; consensus, habens quoq; in charitate Christi cor unum, & animam unam, donec ueniant tempora refrigerij a con-

spectu Domini, quæ ei promissa sunt, uitam in gemitibus ager. De hoc itaq; cõsensu ad Ecclesiam scribit Apostolus, dicens: Integer spiritus uer, & anima, & corpus sine querela in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur: id est, quod in tribulatione cõfitemini & creditis, opere etiã demonstratis, ipsius boni incontaminati uobis meritum in aduentum Domini cõseruetur. De gemitibus uero ad uniuersam scribens Ecclesiam, ita ait: Scimus enim, quod omnis creatura cõgemiscit & dolet usq; adhuc. Proinde creaturæ nomine in hoc loco Ecclesiam dictam ab Apostolo nouerimus: de qua & alibi dicit, Si qua in Christo creatura noua, itemq; In Christo enim Iesu neq; circuncisio aliquid ualet, neq; præputium, sed noua creatura. & multa similia. Ac per hoc & creatura quæ expectat, & filij qui in Domino præcesserunt, Ecclesia sunt, sicut propheta ait, cum de eadem uaticinaret Ecclesia: Et tu turris nebulosa filia Sion. cui dicit propheta alius, Mater Sion; dicit homo. Ecclesia namq; mater Sion, et filia Sion, sed mater est in præcedentibus, ad Deum filijs, filia est in subsequenibus, id est ad fidem quotidie uenientibus, uel siue in ministris & plebibus ipsa eademq; mater est & filia: siue filia est in eo qui per fidem baptismi initiatur in Christo: & rursum mater est, cum illic qui membrum Christi incorporatus est, suscipit ministerium baptizandi. Nam & in Saulo necdum Paulo sub Anania discipulo, per quæ Saulus est baptizatus, Ecclesia filia Sion erat: in ipso uero iam Paulo, quando Ecclesia ait, In Christo Iesu per Euangelium ego uos genui, eadem Ecclesia mater Sion erat.

C A P V T X V.

Respondens autem Eliphaz Themanites dixit, Nunquid sapiens respondebit, quasi in uentum loquens? Eliphaz sanctum Iob spiritu superbia ueluti uento tumidum redarguere ausus est, uel uacua atq; inanitia proloquentem. **E**t implebit ardore stomachum suum? Nominem ardo ris, excandescens felle iracundie animam eius uoluit iudicare, qui aduersum Deum tanquam non æqualem sibi irasci præsumperit. Porro autem antiqua interpretatio ita habet: Et implebit dolore uentrem suum. Ventrem, capacem quandam suam animam dictum intelligamus: quia quemadmodum receptaculum quoddam est corporis, quo uiscerum uitalia continentur, & hoc uentris nomine appellamus: ita uirtutem quandam exercitationis animæ capabilem alia translatio per demutationem nominis dixit, quæ eo modo cogitationibus repleatur, quo uenter hominis escis repletur. Nam quidem cogitationes a cogendo, id est in unum colligendo, dictas exposuerunt. Captiuata Hierusalem ab hostibus, & destructa. Hunc uentrem Hieremias propheta dolore desolebat, dicens, Ventrem meum doleo, uentrem meum doleo: & sensus cordis mei me conturbat. Vbi dum cor nominat, exposuit quod repetendo de uentre dicebat, & David in tribulationibus positus, similiter ait, Conturbatus est in ira oculus meus, anima mea, & uenter meus.

5. Reg. 17

Psal. 43

Rom. 8

Matth. 26
Mar. 14

Col. 2

1. Thest.

Rom. 8

2. Cor. 1

Mich. 4
Psal. 89

Actuum 9
1. Cor. 4

Ventris dicitur

Hier. 4

Psal. 10

meus. Incepatur ergo Iob ab Eliphaz, quod hu iuscemodi uentrem dolore repleuerit: id est ea cogitet, quæ animam eius discrucient, uel unde dolores corporis merito patiatur. **A**rguis uerbis eum qui non est æqualis tui, et loqueris quod tibi non expedit. Manifestum est. **Q**uam in te est, euacuasti timorem, et tulisti preces coram Domino. Tam elatus, inquit, effectus es, ut timore diuino omnino sis uacuius, & Deum iam nec deprecari digneris. **D**ocuit enim, inquit, te os tuum, & imitatis linguam blasphemantium. Tanquam si diceret: Ex abundantia cordis os loquitur. Malum igitur mentis tuæ os tuum didicit loqui: & idcirco imitator & discipulus es illorum qui linguam ad blasphemandum Deum semper habent paratam. **C**oncedam tibi, siue arguet te, ut alij dixerunt, os tuum, & non ego, & labia tua respondebunt tibi. Id est, Merita sermonum tuorum recipies. **N**unquid primus homo tu natus es, aut ante colles formatus? Siue ut alij dixerunt, aut ante colles concreatus es. Risoris, & non sine iracundia ista dicuntur. Ergo antequam generatio humana existeret, esse cœpisti, & donas tibi plurimum, quod præ cæteris hominibus sapias: ubi sub sermone subsannatorio potuit primum hominem Adami dixisse, quem utiq; sapientissimum a Deo conditum nouimus: licet iste natus dixerit, non formatum. Et ante omnes colles formatus. Si primum hunc hominem protoplasmatum intellexerimus, colles choros angelorum sentiamus, secundum Christum sapientiam Dei: quæ cum de creaturis corporalibus iam dixisset, sic ait de patre: Ante omnes autem colles genuit me. id est, ante omnes creaturas, etiam angelorum: licet & in collibus totus hic mundus a Deo factus possit intelligi, iuxta synecdochen, hoc est a parte totum, quod & in Psalmo septuagesimo primo sub nomine lunæ significatum est. **N**unquid consilium Dei audisti, & inferior te erit eius sapientia? Vehementer increpat, dicens, quod non solum nosse putet se Dei consilium, uerum etiam & inferior eo sit diuina sapientia, cum uir sit iste humilis, fortis & patiens. **Q**uid nosti quod ignoremus? quid intelligis quod nesciamus? Plurimum planè. In primis ipsum Deum magis nouerat, deinde reuelanda in Christo mysteria spiritu præuidebat. **E**t senes & antiqui sunt in nobis, multo uetustiores quam patres tui. Senes & antiqui nobiscum positi, qui iam ipsa longeuitate plurimum eruditionis atq; scientie cõsecuti sunt, nihil temere cõtra Deum, ut tu facis, dicere præsumperunt. quamobrem multum hi differunt a ueternis patribus tuis, quorum mores prauos tanquam eorum filius prauus imitatis. **N**unquid grande est, ut consoletur te Deus? sed uerba tua praua hoc prohibentur. Manifestum est. **Q**uid te eleuat cor tuum? quasi magna cogitans, attontos habes oculos? Quid timent contra Deum spiritus tuus, ut proferes de ore tuo huiuscemodi sermones? Cor, oculi, spiritus, totam hominis animam significant: sed in

corde hominis sapientiam cognoscimus, in oculis perspicuitatem intelligentiæ: in spiritu uero ipsius anime motum, quo cogitationibus incessabiliter agitur ad quæcunq; faciendâ. Offensus ex hoc fuerat Eliphaz, quod beatus Iob ad Deum superius enarrauit, dicens: Si fuero iudicatus, scio quod iustus inueniar. quis est qui iudicetur mecum ueniat. Proinde cõtra istos formones beati Iob nunc loquitur, dicens: **Q**uis est homo ut immaculatus sit, aut ut iustus appareat natus de muliere? & crescit ad exempla fortia proponenda, quæ aduersum Iob quasi inuincibilia forent, dicens de Deo: Ecce inter sanctos suos nemo immutabilis: & cœli non sunt mundi in conspectu eius, id est angelis. Iam superius sancto Iob hoc sensu responderat: Et in angelis suis, inquit, reperit prauitatem. **Q**uanto magis abominabilis & inutilis homo, qui bibit quasi aquas iniquitatem? Vbi sub generali sermone sanctum Iob uelut ex obliquo exprobrationum spiculis ferire conatur, qui & abominabilis Deo sit, sibiq; inutilis, eo quod nullum opus iustitiæ fuerit operatus: qui etiam insuper uelut sitiens desiderans potum, eo modo iniquitatem bibere delectetur: & sicut uiscera fellis calore æstutia refrigerij infunduntur humore, ita cor eius iniquitatis hausibus expleatur. **O**stendam tibi, audi me: quod uidi, narrabo tibi. Proponit quid eum docere cupiat, & dicit: Audi me, expertam rem loquar, quam cognouisse & uidisse me noueris. **S**apientes confitentur, & non abscondunt patres suos. Sicut ait in Psalmo: Dixi, pronunciaui aduersum me in iniustitiam meam Domino. Et tres pueri in camino ignis: Peccauimus, inquit, & nos & patres nostri: impiè egimus, iniquitatem fecimus. Hoc igitur sensu & Eliphaz ad sanctum Iob dicere uidetur: Sapientes confitentur, & non abscondunt patres suos, siue ut alij dixerunt, & non celauerunt parentes suos: id est, non defendendo se ipsos, suosq; patres similes sui, uel quos imitando parentes habere cœperunt, peccata sua siue parentum non cooperiunt nec abscondunt: siue non celant patres suos, id est seniores siue sacerdotes uel magistros suos, quibus peccata salubre est confiteri. **Q**uibus solis data est terra, & nõ transibit alienus per eos. Frequenter Deus propter peccata tradidit terram iniquorum, alijs gentibus possidendam, sicut fecit Chananeorum: & ut nunc Iudæorum terram a Romanis possideri uidemus, per quam nunc Christiani transeunt, id est prætereunt: & ut alieni illorum institutionibus atq; mandatis uitam hanc prætereuntem agnoscat in ea, in qua degunt cõuersatione præsentis, sicut Petrus apostolus de ipso Domino ait: In omni tempore quo intrauit & exiuit inter nos Dominus Iesus. Et de apostolo Paulo Lucas euangelista: Et erat cum illis, inquit, id est apostolis, intrans & exiens in Hierusalem. De hoc igitur cõuersationis introitu & egressu & Sophar contra Iob loquitur, ubi & dæmones in eum potestatem ha-

10

20

30

40

50

60

Psal. 22

Danielis 2

Actuum 1.
Actuum 9.

bere significat, dicēs: In amaritudine sua vadēt, & uenient super eum horribiles. id est, quasi in iracundiam felle commoti, & ueneno inuidiæ in amaritudinem furorēque conuersi, circa te, inquit ad Iob, iugiter morabuntur. Siue super eum uadent & uenient, quod ad ipsum Iob sine dubio loquitur, id est opprimere eum siue necare cupientes. Siue moraliter sapiētes illi in Christo sunt, & in hoc seculo stulti, qui satisfactionē pœnitentiæ peccata sua uel errores hæreseos, & authores uel criminum suorum uel dogmatum manifestant, ut terram corporis sui soli possideant: id est, non eis uitia uelut hostiles nequitia dominantur, nec ille sermo corrupat, qui uirus crancri habet, morbi utique lethalis & mortiferi: ita fit, ut ab occultis parcat sermo Domini deprecanti, & ab alienis indulgentiam mereatur, alienusq; per eum non transeat, id est diabolus in eo non habeat potestatem: qui uerē alienus dicendus est, quia se adeo & ab angelorum consortio fecit alienum: cuius satellites possunt intelligi illi, de quibus sub nomine Philistiim Dauid ait ad Deum: Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me: qui latinē cadentes populi appellatur: & idcirco, quia uino sunt inebriati superbiæ, de sublimibus ceciderunt, de quibus iterum ait Dauid ad Deum: Libera me de aquis multis, & de manu filiorum alienorum. Et propheta alius homines in peccatis eorum socios increpat, dicens: Et pueris alienis adhererūt, de populo etiam in deserto constituto Moyses dicit: Dominus solus ducebat eos, et nō erat cū eis Deus alienus. Illi uerō, qui scripturas in Græcum eloquium transtulerunt, ita inquit: Nec superueniet illis quisquam extraneus, ubi unus sensus esse utriusque editionis mihi uidetur.

Cunctis diebus suis impius superbit. In personā quibem Iob & hic Eliphaz uidetur inuehere, quæ usq; ad calcem sermonis huiusce perduxit: ego uerō existimo, quod afflatus spiritu prophetiæ cuncta hæc in quemlibet impium, siue in ipsum diabolum, uel eius socios dixerit: quemadmodum & Caiphas meritō pontifex de Salvatore prophetauit, cum diceret: Expedi ut unus homo moriatur pro populo, & non rota gens pereat. Qui quamuis animo in aliud intenderet, oris tamē officio aliud loquebatur: ita & hic dum de sancto Iob hæc dicere se existimat, potest fieri ut diaboli uel suorum satellitum mores, uitam, pœnasq; describat: quia nonnunquam dispensatione diuina eiusmodi homines spiritum accipiunt prophetiæ.

Cunctis ergo, ait, diebus suis impius superbit, & numerus amorum incertus est tyrannidis eius. Sonitus terroris semper in auribus illius: & cum pax sit, ille insidias suspicatur. Perseuerantem impium dicit in scelere, cum omnino nesciat, quandiu sit in ipsius superbiæ suæ impietate uicturus: & idcirco semper suspicax est de conscientia malo. Nouit enim secundum iustum iudicium Dei, quæ impijs retributio sit pa-

Psal. 53.

Psal. 143.

Esai. 2.

Deut. 32.

Ioan. 11.

rata. Sonitus terroris semper in auribus illius est, & cum pax sit, ille semper insidias suspicatur. Quemadmodum & in Sapientia de Aegyptijs dicitur, qui hoc malo formidinis conscientia cruciatu percussis pauebant. Aut enim spiritus sibilans, aut inter spissos ramos auium sonus suauis, aut uox aquæ decurrentis nimia, aut sonus ualidus præcipitarum petrarum, aut ludentium animalium cursus inuisus, aut mugientium ualida bestiarum uox, aut resonans de altissimis montibus, ergo deficientes faciebant illos præ timore.

Non credit, quod reuerti possit de tenebris ad lucem. Hic impius in profundum peccatorum deueniens, uitam se posse consequi desperauit: & idcirco non credit, quod reuerti possit ad pœnitentiæ lucem de tenebris peccatorū. Huius autem diffidentia causam enarrat dicens:

Circumspectans undiq; gladium. id est, hinc inde sibi præstolans mortem. In ueteri translatione ita habetur: Et decretus est in escam uulturum. Cui sensui congruit quod Dauid ait: Dediti escam populis Aethiopum; quia sicut uoraces & insatiabiles uel demones uel homines, qui alienis mortibus uelut carnibus delectantur, uultures esse censentur: ita infideles & nimium peccatores, propter uitiorū suorum nigredinē Aethiopes dicuntur. Isti ergo homines ex immunis siue ex tenebrosis Aethiopsibus sancti quoque effecti, huc quoque in Domino, hunc impium siue draconem consumunt ac deuorant, dum omne corpus eius, qui sunt utiq; peccatores, per fidem conuertunt & transmutant in corpus suum: id est, intromittunt in Ecclesiam, ut de uitulo illo in eremo factum est, per quem filij Israhel deuorati fuerant ab errore, quando præceptum est à Moysē, ut contracto uitulo, & mixto atque hausto puluere eius idololatraz, in corpus populi Dei transirent, & ita error ab illis sacrilegus consumeretur.

Cum se mouerit ad querendum panem, nouit quod paratus sit in manu eius tenebrarū dies. Motus animorum, est inchoatio cogitationis. Cum ergo hic recordatus fuerit reus, sibi semper & male conscius, quemadmodum ante Deum possit uiuere, nihil ei occurrit aliud, quam tempus illud iudicij Dei horribile, quo sibi pœnas irrogandas perpetuas expauescit, ubi post cæcitate ac tenebras cordis habiturus est tormēta tenebrarum, sicut & Dominus de huiusmodi in Euangelio ait, Ligatis pedibus & manibus, mittite eum in tenebras exteriores, &c.

Terrebit eum tribulatio. Antequam prædictus dies adueniat, malo formidinis cruciabit: pressuris quoq; angustia septus undiq; coartabit.

Veluti rex profecturus ad præliū. ab exercitu circumdatus. Vbi sub nomine regis impium hominem siue diaboli, tyrannū, Deoq; rebellē significari existimo, q contra Deū bella quotidie blasphemie, contentionesq; siue pugnas præparat uitiorū, sed eueniet illi quod in hoc loco antiqui dixerunt interpretes: Sicut dux in prima acie deciderit.

Impiorum terror.

Psal. 69.

Exod. 31.

Math. 23.

Tetendis

Tetendit enim aduersus Deum manum suam, & contra omnipotentem roboratus est. Nunc ostendit per singula, propter quid, diabolus siue impius homo mala superius dicta patitur: quem in elatione siue expansione manus resistentē Deo demonstrat, quemq; mentis etiam tumidę contumacia roboratum dicit, quorum figurā habuit Nembroth gigas, qui fuit robustus uenator contra Deum.

Cucurrit aduersus eum erecto collo. Non suffecerat, aut propriē exposuerat si dixisset, Ambulauit aduersus Deum: sed cucurrit, inquit, aduersus Deum erecto, ut abruptam superbiam ac præcipitē mentē indicaret erecti, qua contra Deum possessus insania, in audaciam resistendi non lenis gressibus processisset.

Et pingui ceruice armatus est. quod editio antiquior edita hoc modo habet: Incrassata ceruice scuti sui. quamobrem scuti nomine prædictam superbiam nuncupauit, qua unusquisque elatus & tumidus gloriatur, seq; protectum existimat, qua etiam uelut scuto munitus, contumaciter resistere Deo conatur. Vbi & hic ipse uersiculus eundem mihi habere sensum uidetur scđdum translationem nuper editam, Et pingui ceruice armatus est. & talia scuta dicit propheta à Domino concremanda: Tunc, ait, arcum conteret, & confringet arma, & scuta comburet igni. Pinguedo autē nominata ceruicis, super abundantem & quasi nimie effluentem superbiam demonstrauit, quemadmodum Propheta ait, cum de eadem hominum superbia loqueretur, dicens: Prodiuit quasi ex adipe iniquitas eorum. & iterum: Miserere nostri Domine, inquit, miserere nostri, quia multum repleti sumus despectione: multum repleta est anima nostra, opprobrium ijs qui abundant, & despectio superbis. Testimonium uerō quod de Psalmo supra posuimus, Prodiuit quasi ex adipe iniquitas eorum: noua editio in psalmis apertius dicere mihi uisa est, Præcesserunt à pinguedine oculi eorum: id est, sensus sui cogitationes nimium superborum, in blasphemiam proruperunt.

Operuit faciem eius crassitudo. Facies plerumq; ipsa mens animæ intelligitur: ut ait Apostolus, Nos autem reuelata facie gloriam Domini speculamur, hanc diabolus siue impius homo sanctitate humilitatis serenam non habet, siue perspicuam, sed crassitudine opertam superbiæ, qua & cæcus corde sit, & obtusus.

Et de lateribus eius aruina dependet. Sicutq; hebetudine cordis impius, & cæcitate percussus in prosperis sit elatus, in aduersis blasphemus. Nō enim gerit arma iustitiæ à dextris & sinistris. Possunt latera eius, ministri siue sodales intelligi, qui eius similes extiterint: & si aures dixerimus, quæ ex utraq; parte sunt capitis, tanquam ipsæ in lateribus positæ æstimentur: arbitrator quod non absurdum sit ita intellexisse, quæ utique in obedientia impingentur, unde nimia surditas contumacibus, sicut Euangelista commemorat, generetur. Incrassatum est, inquit, cor populi huius, & auribus grauitè audierunt.

Gen. 10.

Psal. 45.

Psal. 42.

Psal. 122.

Facies.

2. Cor. 3.

Math. 13.

Habitauit in ciuitatibus desolatis, & in domibus desertis, quæ in tumulos sunt redactæ. Ciuitates desolatæ, congregationes sunt iniquorum: quæ idcirco desolatæ dicuntur, quia habitatorem non habent Deum: quas Dauid dicit destructas à Domino. & Hieremias ait: Sit homo ille ut sunt ciuitates, quas subuertit Dominus, nec pœnituit eum. In his ciuitatibus pascuntur iuxta Esaiam prophetam, omnes bestia terre, & chameleontes, & hericij in laquearibus cubabunt: & bestia uocem dabunt in fossis eius, & corui in portis eius, siue in superliminaribus eius. Habitationē ergo bestiarum, & auium immundarum, spirituum immundorum spiritus immundos dicit, qui habitent in hominibus, quos Deus deseruit. de talibus ergo ciuitatib. est ciuitas illa de qua ait Dominus per Prophetam, Quoniam Deus ego sum, & non homo, in mediō tui sanctus, & nō ingrediar ciuitatem, in qua narrat propheta iniquitatem se, & contradictionem uidisse, laborem quoq; & iniustitiā de plateis eius, usuramq; nō deficientem, & dolum.

Non ditabitur, neque perseuerabis substantia eius. Substantia hæc nō rerum diuitiæ intelligendæ sunt, sed peccata. Quod autem ait, Non ditabitur: hoc dixisse mihi uidetur, non longum tempus erit uitæ eius, quo in diuitijs facinorum degressetur, cum etiam collecta uitiorum eius substantia non erit permansura, propter quam ipse puniendus est.

Nec immettet in terram radicem suam. id est, quod tanquam arbor euulsa sit moriturus: quoniam in terra uiuentium stabilitatem æternam, siue uitæ eorum consortium nō habebit, eo quod huic prius spem uelut radicem fidei non præmisit. & propterea hic impius auditurus est, Destruet te in finem Dominus: euellet te, et emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicē tuam de terra uiuentium: ubi iustorum uelut bonarum arborum radices non eradicabuntur, ut Salomon sapientissimus ait, Radices autem iustorum in tuto sint. Vbi ergo nunc dicitur est, Nec mittet in terram radicem suam: alij dixerunt, Non habebit super terram umbram: id est, quia in terra mansuetorum, quam iusti exaltati inhabitabunt, auram salutis, ut sub umbra uiuat refrigerij, non habebit.

Non recedet de tenebris. Non habebit umbram, uel nullum signum illius apparebit: uel de tenebris infidelitatis homo hic impius ad lumen pœnitentię uenire detrectat: & idcirco de tenebris peccatorum, quoniam & peccata tenebræ plerunq; dicuntur, transiturus est ad pœnales tartari tenebras.

Ramos eius arefaciet flamma. In ramis, operum malorum fructus intelligamus, sicut Salomon ait: Fructus impiorum peccata, hos uelut ligna, fornem & stipulam gehennæ ignis absumet.

Et auferetur spiritus oris sui. Quia ergo furore contra Deum angelus est, quo etiā & blasphemias in eum spirare non desinit, oris sui, ait, iudicio condemnabitur: sicut & Iudei qui de Domino saluatore dixerunt, Sanguis eius super nos, & super

Hier. 50.

Esai. 13.

Os. 11.

Psal. 54.

Psal. 11.

Prover. 10.

Math. 27.

FF 2 per fi.

per filios nostros. Non credat frustra errore deceptus, quod aliquo precio redimendus sit.] Hoc dicit, quod homo impius nullo cuiuslibet rei precio de aeterno sit absolvens interitu.

Antequam dies eius impleantur peribit.] Tunc dies uniuscuiusque impleri dicitur, cum bonorum hominum ac malorum retributio uenerit. Hic ergo homo siue diabolus ante perspicuae sententiae diem, quam cis Dominus in iudicio futuro daturus est, praesciti in praedestinatione perierunt: sicut & de incredulis uel Propheta dicit, Non resurgent impij in iudicio. uel Dominus ait in Euangelio: Qui autem non credit, iam iudicatus est.

Psal. 1. Ioan. 3.

Et manus eius arescent.] Nullum utique fructum in se boni operis habent.

Ladetur quasi uinea in primo flore botrus eius, & quasi oliua proiciens florem suum.] In botro nulli dubium, quod fructus operis intelligatur. Praedictus igitur florens uelut foenum inter ceteros peccatores, qui de semetipsis faciunt uineam Sodomiticam, florem gaudij temporalis ad maturitatem fructus perpetui perducere non ualebit, eo quod in spe ipsa mendacis gloriae, calido uento superbiae dissipabitur: siue frigore charitatis Dei uelut a pruina ladetur, quod eodem sensu & in sequenti uersiculo arbitror dictum, sicut scribitur:

Thren. 2.

Et quasi oliua proiciens florem suum. & Hierusalem, Et uindemiauit me Dominus, ait, in die irae suae. Uinea & oliua ex incurriti plebs Iudeorum potest intelligi: de qua dicitur, Uinea enim Domini fabaoth, domus Israel est. Oliuam speciosam uocauit Dominus nomen tuum, de qua etiam oliua ad Romanos scribens Apostolus, copiose disputat: in qua etiam praepitium, id est, gentes dicit uelut oleastrum insertum. Haec igitur uinea siue oliua perdet siue amittet fructum sanctitatis atque iustitiae: quia Christum primum florem & optimum sanctorum omnium in agro legis habere noluit. Ipse enim dicit: Ego flos campi, sed ut infidels atque incredula, ne illi fides Christi flagraret, proiecit eum a semetipsa: & dum proiicit extra uineam, & a se excutit uelut florem, ipsa a patriarcharum radice diuisa est, & a Christo fructu nostrae salutis excussa.

Cantic. 5.

Hier. 11.

Rom. 11.

Cantic. 2.

Congregatio hypocritae sterilis.] Raptorem & uolentem, simulatorem quoque sanctum Job his sermonibus denotat, & dicit quod ei nihil proderunt diuitiae ex iniquitate collectae. Quod autem ait Eliphaz, Et ignis deuorabit tabernacula eorum qui uenera libenter accipiunt: in sanctum Job cadere non potest: quia ipse, ut iam dixi, secundum Dei testimonium de semetipso ita locutus est, Si in manibus meis adhaesit macula, cum de muneribus loqueretur.

Concepit dolorem, & peperit iniquitatem, & uterus eius praeparat dolos.] Dauid quoque sanctus postmodum de huiusmodi ita dixit: Ecce parturit in iustitia, concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Dolor ergo est iniustitia & iniquitas. Hoc ergo impius peperit, quod conceperat: & tamen uterus cordis eius dolos praeparare non desinit: quos

Psal. 7.

tunc edit, quando opera in fructum procedunt. In conceptu itaque iniqua cogitatio intelligitur, sicut in partu effectus malae cogitationis cognoscitur. Aduersum Job quidem haec uniuersa Eliphaz locutus est: sed ad superius diximus, quod sumministrazione prophetiae, per personam Job de diabolo uel quolibet homine impio dicta haec omnia uideri possunt, sicut & alia quae siue iste ipse Eliphaz, siue amici eius locuti sunt, uerumtamen Job de se haec dici intelligens, ita respondere exorsus est:

CAPVT XVI.

Respondens autem Job, dixit: Audiuim frequenter talia. Consolatores onerosi omnes nos estis.] Aut eisdem amicos suos dicit frequenter audisse sibi iniurias irrogantes, aut fieri potest ut alio tempore ab alijs huiusmodi contumelias frequenter exceperit.

Nunquid habebunt finem uerba uentosa: aut aliquid modicum testum est si loquaris.] Finem dicit, id est uel modicum uel rationem. Ventosa, uana, & inania. Sed haec causa facit loquendi facilitatem, quia inuidiosa loquacitas magis audienti molesta est, quam dicenti. Interdum hic uel de diabolo uel de impijs per subministrazione spiritus uera dicebat. Vana autem loquebatur, quando aliqua in ueri sancti iniuria dicere coepisset, aut quando eum spiritus deseruisset.

Potera ergo, inquit, similia uestri loqui.] Manifestum est. Atque utinam esset anima mea pro anima uestra.] Si uos, inquit, quae sustineo pateremini, non ita cit cauos agere, ut uos circame agere non cessatis.

Consolaretur ego uos sermonibus, et moueret caput super uos.] Exhortationem quoque & rationem etiam motu capitis exprimerem: animi quoque mei nihilominus super uos blandimentum commotione capitis confirmarem, eo quod uos sermonibus huiusmodi consolatus fuisset. Nouerimus tamen motu capitis in scripturis & in contrariu dicit, ut in tempore passionis Domini Euangelista de Iudaeis: Mouebant, inquit, capita sua, quod irridentes fecisse nemo ambigit. Sic & euge dicitur in bonum, ut Dominus ait in Euangelio: Euge serue bone, intra in gaudium domini tui. Aliquando tamen & in contrarium ponitur, ut Psalmista ait: Erubescant & reuerentur, qui dicunt mihi, euge, euge. Ergo in talibus uerbis uel nutibus intentio dicentiu intenda est, & intelligi ita poterit, de quo affectu unus idemque sermo procedat, uel gestus corporis exprimat.

Roborarem uos ore meo, & mouerem labia quasi parcens uobis.] Talia quoque uobis uerba depromerem, quae uos contra illatas miseras roborarent, & a blasphemiae amaritudine reuocarent. Et mouerem, inquit, labia quasi parens uobis: hoc est, illo moderamine labiorum eloquium temperarem, quo uerum mihi circa uos inesse monstrarem compatientis affectum.

Sed quid agam? si locutus fuero, non quiescet dolor meus: & si tacuero, non recedet a me.] Dico quidem haec omnia, quemadmodum potuissim uobis affectum condolentis impendere: sed tamen siue loquar ista nunc uobis, siue etiam taceam, hoc solum me nosse con-

Mar. 15.

Math. 25.

Psal. 69.

nosse confiteor, quod incessabili dolore discrutior.

Nunc autem oppressit me dolor meus, & in nihilum redacti sunt omnes artus mei.] Calamitatibus plagae illius quam patiebatur, uictum se clamitat, & oppressum. Nam in adiutorio Domini animam fortem & insuperabilem possidebat. A Deo autem haec mala sibi inferri dicebat, quae ipso permittente patiebatur: sicut & Psalmista dicit, Omnia excelsa tua, & fluctus tui super me transierunt. itemque, Quonia tu percussisti, ipsi persecuti sunt.

Psal. 4. Psal. 68.

Ruga mea testimonium dicunt contra me.] Hoc sensu & superius ait, Induta est caro mea putredine, et fordibus pulueris cutis mea aruit, & contracta est. Proinde contractio cutis mea, inquit, quam exiccante me eadem sanie patior, quodammodo ipsa manifestatione sui dat aduersum me testimonium, & quasi loquitur quatos dolores siue circiatus sustineam. Vnde & ad cuculum crescit miseriarum mearum, quod insuper suscitatur falsiloquus aduersus faciem meam, contradicens mihi.] Hic aut ipsum Eliphaz falsiloquum dicit, qui exprobrat sancto Job, quod haec ob peccatorum meritum sustineret: aut diabolum, qui non poterat probare, quod ad Deum dixerat: Tange os eius & carnem, nisi in faciem benedixerit tibi.

Colligite furorē suum in me.] id est, totis uiribus in me indignationem animi saeuientis effudit.

Et conuiuans mihi, infremuit contra me dentibus suis.] Ore amicorum contra sanctum Job disputantium, diabolus minabatur. Antiqui interpretes ita dixerunt, Sagittae piratarum eius super me deciderunt. Piratae igitur isti, diaboli sunt ministri atque satellites, de quibus ipse sanctus Job in consequentibus ait, Simul uenerunt latrones, et fecerunt sibi uiam per me. Sed hi socij diaboli, & angeli eius, tunc piratarum nomine appellantur, quando hic mundus per figuram maris uocabulo nuncupatur: & tunc latrones dicuntur, quando hoc seculum habitatio eorum describitur: sicut ipse Dominus ad eundem Job de diabolo in fine libelli istius loquitur, quem Veemoth dicit, id est bestiam, nescio quam enormem, ubi eum habitatorum terrae describit. Leuiathan uero nominat illum, id est cetum siue draconem, quando in mari eum habitare designat. Ipsi ergo piratae, qui nauigantibus in hoc seculo semper insidiantur: ut diuitias eorum auferant, mercimoniamque ipsorum diripiant, eosque demergant: isti inquam piratae, diaboli super beatum Job cruciatum immiserunt sagittas, ut eis transgressus, blasphemiam moreretur: & ita demum aurum atque argentum sapientiae eius & scientiae, uestes quoque preciosas uirtutum, spei etiam atque fidei in Deum auferrent ab eo grandi precio comparata monilia: sed ille in Deo suo immobilis & intrepidus mansit.

Veemoth

Leuiathan

Hofis meus terribilibus oculis me intuitus est.] Et ut alij dixerunt, acie oculorum irruit in me. In oculis terribilibus, animum saeuientis describit inuisibilis inimici. Potuit et per eisdem amicos ipse Job uisus diaboli quodammodo horribilis apparere, contra quem eos idem instigator occultus non minus fronte improbos quam sermone redde-

bat: ut quemadmodum caro eius ab eo poenis atterebatur, ita mens illius terroribus turbaretur. Licet hic locus posset & ita intelligi, quod ubi Job clauderat oculos, se ad somnium desiderata quiete componens, illico umbrarum quaedam retrarum, horridaeque imagines ei a diabolo & eius socijs intantabantur, ut ipse Job ait ad Deum, Terribilis me per somnia, &c.

Aperuerunt super me ora sua, et exprobrantes percusserunt maxillam meam, satiati sunt poenis meis.] dicentes illud quod postea Tobias audiuit, Vbi sunt iustitiae tuae: ecce quae pateris. quod potuit diabolus ad conturbandum seruum Dei, uel in uisu uel in qualibet imagine corporali facere, se cum suis perspicue demonstrando: quorumque crudelissimam mentem sanctus Job dicit eorum opprobrijs suisque poenis ac doloribus satiatam. & sicut propheta Hieremias de iusto dicit, Dabit percipienti se maxilla, saturabitur opprobrijs: ita animus malus satiri quodammodo dicitur, se eos quos im merito odit, uideat cruciari. Illud uero quod dicit, Percusserunt maxillam meam: ita percussisse intelligendi sunt, dum ei in faciem probra et maledicta coniecerant, secundum Apostolum, qui iuxta hunc sensum Corinthijs scribebat, inter cetera dicens: Si quis uos in faciem caedit, & quod fecutus ait, Secundum ignobilitatem: dico exposuit quid sit in facie caedi, id est contemni ac despicere. Sed quia sanctus Job maxillam dixit, non faciem: quaerere fortasse debemus, quid sit maxilla, siue maxillae percussio. Igitur in maxilla generis est nobilitas, siue honor quidam manifestus, quem dicit Apostolus per contumeliam ignobilis factum. Hunc ergo honorem in sancto Job inimici eius ualide percusserunt. Maxilla itaque sancti caeditur, quando fidelis conscientiae gloriosa confessio superbientibus contra Deum uerberatur opprobrijs.

Thren. 3.

2. Cor. 1.

Conclusit me Deus apud iniquum, et manibus impiorum me tradidit.] Principia uoluminis istius manifestant, quemadmodum Dei iudicio factum sit hoc quod nunc beatus Job loquitur. Nam hoc est conclusus apud iniquum, quod est, & manibus impiorum traditus, id est diabolo, & angelis eius. De eodem diabolo Dominus ait, Qui factus est ut illudatur ab angelis meis: id est a sanctis hominibus meis habeatur pro nihilo.

Ego ille quondam opulentus, repente contritus sum.] Ita factum est, sicut initia libri huius declarant, ut diues plurimum, & rex potens, Domino permittente, ab omnibus facultatibus suis subito fieret destitutus.

Tenuit ceruicem meam, confregit me, & posuit sibi quasi in signum.] In ceruice ergo uel maxime uirtus luctatorum significatur. Hanc igitur sibi Job a diabolo tentatione uelut a potentiore dicit, quem uictum ille confregerit, ludensque de eo in signum sibi posuerit, ut solent illi qui in armis sunt, facere, quando eminus quaedam signa de lignis quibuslibet constituuntur, atque uelut ad certa loca tela iaculantur, propter quod & sequitur, dicens:

Circumdedit me lanceis suis.] Quemadmodum fieri

FF 3 riuu

ri in istis talibus signis nonnunquam uidemus, cum ab hominibus eadem signa iaculis uel formantur, uel etiam comminuantur, ut etiam in ipsis signis lanceæ siue sagittæ aliquoties infixæ dependeant. unde eadem lanceæ hoc loco nominatæ, dolorum compunctiones quas Iob patiebatur significanter intelliguntur, quibus se circumdatū protestatur. & sanctus Hieremias eodem sensu in lamentationibus ait: Semitas meas subuertit, & confregit me, posuit me desolatum. Terendit arcū suum, & posuit me quasi signum ad sagittam. Misit in renibus meis phialas pharetræ suæ. Phialæ, id est sagittæ, tela sunt quæ sibi sancti istis in libris siue renib. infixæ esse testant.

Thren. 1.

Thren. 2.

Conuulnerauit lumbos meos, nō pepercit, et effudit in terram uiscera mea. quod propheta alius dixit: Conturbata sunt uiscera mea, effusum est in terram uiscerum meum. In lumbis uero uulneratis, & effusis in terram uisceribus, sicut beatus Iob ait: & hoc intelligendum existimo, quia nō solum de foris toto corpore cōputrera, uerum etiā totus intrinsecus putredinis sanie liquefcebatur, ita ut ipse Iob quodam loco diceret, Halitum meum exhorsit uxor mea. & ita omnia interiora eius cōuersa in sanie, per secretiora alui paulatim in terram effusa sunt. ubi inter cætera mala pœnarum suarum, morbo dysenterici languoris se percussum esse significat. Vbi ergo superius diximus, sancto Iob referente, de diabolo, Tenuit ceruicem meam, &c. antiqui eodem loco ita dixerunt, Et tenens comam meam diuellit. iuxta quorum editionem, quod magna uirtus in capillis indicata sit, nouimus: præsertim cum aliquoties legimus, quosdam capillos suos ponderis certa taxatione pensasse. quam uirtutem & capilli Samson nobis mirabilem faciunt, licet in eo specialis gratia spiritus fuerit, qui figuram in se Domini præferebat.

2. Reg. 14.

Iudic. 16.

Confecit me uulnere super uulnus, irruit in me quasi gigas. Dum languoribus meis, ait, atque uulneribus adduntur plagæ innumerabiles, diuidor totus resolutus, atq; comminuo.

Iob 30.

Psal. 34.

Apo. 11.

Saccum consui super cutem meam. In contemptum, inquit, despectionis omnibus factus sum: sicut alibi ait, Redactus sum in nihil, & comparatus sum luto, & assimilatus fauillæ & cineri. Proinde ex sensu humiliationis suæ dixit, Saccum consui super cutem meam. non perspicue sicut propheta ex persona domini, Ego autē, inquit, cum mihi molesti essent, induebam me cilicio. & in Apocalypsi de duobus prophetis dicitur, Saccis amicti erant.

Et operui cinere cornu meum. Quod similiter dictum ad humiliationem regni eius pertinere mihi uidetur, eo quod fuerat florens, ut ipse loquitur, cum Dominus inspiceret domū eius, & esset in abundantia, & magna potentia. Cornu autem nomē in scripturis sanctis, uel maxime pro regno ponitur: ut illud est, Et exultabit cornu Christi sui, & Cornu eius exaltabitur in gloria. & Erexit nobis cornu salutis in domo Dauid pueri sui.

1. Reg. 2.

Psal. 132.

Luc. 1.

Facies mea intumuit à fletu, & palpebræ meæ caligauerunt. Lachrymæ aliquādo per genas cum silentio defluunt, fletus uero cum habent lachrymas, non sine uoce et commotione corporis dantur. Fletum ergo qui ad maiorem planctum et gemitum pertinet, Iob se habuisse testatur. Et palpebræ meæ caligauerunt. Palpebras pro ipsis oculorum obtutibus posuit, quæ ab eo quod moueantur & palpitent, inde sunt palpebræ appellatæ.

Hæc passus sum absq; iniquitate manus meæ, cum haberem mundas ad Deum preces. Causam qua hæc innocens pateretur, ipse Dominus in subsequenti ait, Aut putas me aliter tibi locutum, quam ut appares iustus: Quamobrem in Iob probitas iustitiæ suæ, & magnitudo patientiæ cæteris hominibus per tentationes istas Deo uolente manifestanda erat. Ab illo autem loco, ubi superius sanctus Iob ait, Ruge meæ testimoniū dicunt cōtra me: usq; ad istum uersum quem nunc exposuimus, intelligi possunt, quæ dicta sunt in Saluatorē nostrum præfigurata. Ruge meæ testimoniū dicunt contra me: dicunt, sed falsum contra me: ut reus uidear per pœnam, qui nō probor esse per culpam. Rugæ possunt ictuum ipsorum quædam duplicationes, uel flagellorum cōtextæ impressiones intelligi, quas Dominus noster in sua sancta passione sustinuit.

Et suscitatur falsiloquus aduersus faciem meam, contradicens mihi. Cum in Iudam discipulū Domini, diabolus introisset, ut eum Iudæis proderet, suscitatus est per eum falsiloquus populus Iudæorum, dicens, Reus est mortis: sicut etiam & illi duo falsi testes suscitati sunt, qui de Saluatore falsa finxerunt, dicentes de eo: Hic dicit, possum destruere templum Dei, & post triduum ædificare illud.

Collegit furorem suum in me, & comminans mihi, infremuit contra me dentibus suis. Tota igitur cōspiratio- ne animi, ille populus in necem Domini furore impietatis accensus est: eiq; comminans mortem, dicēdo, Crucifige crucifige, infremuit contra eum dentibus suis. quod & sanctus Dauid de eodem populo Iudæorū ex persona Domini dicens, postea prophetauit: Tentauerunt me, & subsannauerunt me subsannatione, frenduerunt super me dentibus suis. Hostis meus terribilibus oculis me intuitus est. Secundum psalmistam, qui hoc de eodem Iudæorum populo in Christi passione implendum prædixerat: Oculi eius in pauperem respiciunt, itemq; Considerat peccator iustum, & querit mortificare eum. & iterum ipse Saluator per prophetā, Susceperunt me, inquit, sicut leo paratus ad prædā, & sicut carulus leonis habitans in abditis. Aperuerunt super me ora sua, dicentes: Crucifige, crucifige. Et in psalmo ipse Dominus ait, Et aperuerunt siue dilatauerunt super me os suum. & alius propheta ex persona Domini: Dimisi, inquit, domum meam: reliqui hæreditatem meam, facta est mihi hæreditas mea sicut leo in sylua: dedit super me uocem suam. Hunc leonē, superbum utiq; Samson per figuram, uelut hædum caprarum

Matth. 26.

Ibidem.

Psal. 34.

Psal. 6.

Psal. 36.

Psal. 16.

Psal. 34.

Hier. 12.

Iudic. 14.

rum spiritus uirtute confregit. Exprobrantes percusserunt maxillam meam, satiati sunt pœnis meis. Hoc in Christi passione manifeste impletum est, quando secundum Euangelistā & palmas in faciem ei dederunt. Quorum liuorem inuidiæ facibus ardentem, propheta hoc modo conuertit in spiritum: Peccator uidebit & irascetur, dentibus suis frendet & tabescet, desiderium peccatorum peribit. cum Christus ab eisdem morti traditus, ex mortuis resurrexit. Conclufit me Deus apud iniquum, & manibus impiorum tradidit me. Populus Iudæorum iniquus, idemq; ipsi Iudæi impij recte intelliguntur, quorum manibus à Deo pater est filius traditus: sicut ait Apostolus, Qui proprio filio nō pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quod autem cōclufit me, ait, ad illum sensum uerborū Domini pertinet, ubi dicit ad patrem: Pater mi, si nō potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat uoluntas tua. Ego ille quondā opulentus, repente cōtritus sum. Ille sensus apostolicus præsentī concinit loco, ubi ait ad Corinthios, ita scribēs de Saluatore: Qui cum diues esset, pro nobis pauper factus est. itemq; Cum in forma, inquit, Dei esset, non rapinam arbitratus est, se esse æquale Deo: sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens. & cætera.

Matth. 26.

Psal. 111.

ROM. 8.

Matth. 26.

2. Cor. 8.

Philip. 2.

Ioan. 10.

Psal. 3.

Matth. 26.

Psal. 56.

Eccle. 22.

Hier. 9.

Psal. 36.

Psal. 34.

Hier. 12.

Iudic. 14.

Effudit, inquit, in terram uiscera mea. Affectum & dilectionem quam Deus exhibet hominī, dixit uiscera sua, damnū suum uel amissionem cuiusdam portionis suæ esse deputas, quando homo ab eius corpore peccati gladio abscondente deciderit. Effudit ergo ac perdidit caro mēbrorū suorum uiscera, diabolo impietatis lancea uulnerante: quod Iudæi, ut superius dictum est, de electis eius facere conati sunt. In hoc loco antiqua editio ita habet: Et effuderunt in terram fel meum. Pro hoc ergo, quod mihi innocenti non pepercerunt, & tanta inconsiderantia sine uilo respectu metu diuini usq; ad mortem me persecuti sunt, effuderunt in terram fel meum: id est, ipsi suo merito operati sunt, ut iram super eos iustitæ meæ indignationis effunderem. secundum psalmistam, Effunde super eos iram tuam, & indignatio iræ tuæ comprehendat eos. & reliqua.

Confecit me uulnere super uulnus, irruit in me quasi gigas. Nam ita factū manifeste in Euangelio legimus, ubi super uulnera crucis transfixione lanceæ hostis eius lateris uulnus operatus est. Sic namque ut gigas, fortis uidelicet & potens nimium, ad extinguendum illum crucis morte, irruit super eum. Saccum cōsui super cutem meam. Cutem suam, id est carnem suam. à parte totum, Saluator ipsam gentem de qua oriūndus erat, appellauit. quod & apostolus eius cum ad Ecclesiā ex gentibus scriberet, ita ait: Vobis enim dico gentibus, quamdiu ego sum gentium apostolus, ministerium meum honorificabo, si quo modo ad amulationem prouocem carnem meam. Super hanc ergo carnem meam saccum consui, ait Dominus Iesus Christus: id est, eam gentem ob peccata eius ad pœnitentiā prouocauit, quam per religionis meæ cultum, quam illi specialiter dederam, quando eam ex uniuersis gentibus separauit, proprie mihi adiunxeram.

Et operui cinere cornu meum. Et cum in ea gente mihi esset, ait Deus, cornu regnū, quam possidens sublimaueram, & hoc cornu ad principes siue pontifices pertinere disposueram, nihilominus & ipsum cinere humiliationis operui, ut pro negationis suæ & blasphemie criminibus per confessionem pœnitentiæ, se protestaretur esse terram & puluerem. Quod etiā in Actibus apostolorum in plebe & sacerdotibus ex parte factum cognouimus, ubi ait Petrus ad populum qui de scelere suo corde compuncti fuerant, dicens: Viri fratres pœnitentiā agite, & baptizetur unusquisq; uesterū in nomine Iesu Christi, in remissionem peccatorum: & accipietis donum spiritus sancti. Vel cinere operui cornu meum, humiliatū atq; dispersi gentis eius potentiam pro impietate sua, & in abiectione iacere permisi.

Facies mea intumuit à fletu, & palpebræ meæ caligauerunt. Prophete, qui uidentes dicti sunt, possunt methaphoricōs Dei facies appellari, eo quod per eos Dei iudicia et madata populis padebantur, ut eis omnia uelut in facie publicè manifesta luce clarescerent. Qui & palpebræ oculorum nihilominus possunt intelligi. Hoc ergo qui perditionem

Psal. 68.

Ioan. 14.

ROM. 11.

Actuum 2.

ditionem incredulorum cōtemplabantur in spiri-
ritu, gemitibus continuis fleuisse nouerimus, ut
sanctus Hieremias, qui Hierusalem quadruplici
planxit alphabeto: & Daniel, qui ab angelō Ga-
briele uir desiderū est appellatus, flens pro po-
pulo ita ait: Ego Daniel iugebam triū hebdo-
madarum diebus. Ezechiel quoq; cui ait Domi-
nus, Et tu fili hominis in gemisce in contritione
lumborum: ingemisce coram eis, id est, castum
te exhibe, ut possis pro populo obtinere quod
postulas. & Hieremias propheta: Quis dabit,
inquit, capiti meo aquā, & oculis meis fontem
lachrymarum? & Dauid, Exitus, ait, aquarum
transierunt oculi mei: id est, uicerunt riuos sine
cessatione defluentes, quod hyperbolicē dictū
intelligamus. possumus palpebris in quib. ipse
internus oculorum obtutus est, & apostolos in-
telligere, qui uisiti sunt proximiores, propter i-
psius Domini nostri Iesu Christi presentia, quē
utiq; sicut aliqui sanctorum in carne uiderunt,
ita propheta uenturum tanquam aliquanto lon-
gius positi prospexerunt. Quod autē ait, sibi eas-
dem palpebras caligasse, tribulationum enōrmi-
tate dicit animas sanctorum suorum pro ipso pa-
tientium esse turbatas: de quibus dicit, Qui tan-
git uos, tanquā qui tangit pupillā oculi mei. In
quibus erat quidem spiritus promptus, sed caro
infirma. Nam in passione Domini in Petro pu-
pilla fidei usque ad negationes tenebras caliga-
uit. Pari modo et aliquantorū martyrum uisus con-
turbatione subita ueluti caligine in tēpore pas-
sionis offusus est, sed gratia eōs diuina illumina-
te non est in eis fidei uisus extinctus: sed potius
ut in amorem Dei flagraret, accensus est.

Hæc passus sum absq; iniquitate manus meæ, cum haberem
mundas ad Deum preces. Nullus sanctorum ita mun-
das & immaculatas, atq; ab omni uel minima la-
be cogitationis aduersę preces ad Deum habet,
ut mediator Dei & hominum, homo Iesus Chri-
stus, qui peccatū non fecit, nec dolus inuētus est
in ore eius: quas utiq; preces atq; oratiōes secun-
dum hominē quem assumpsit, ad Deum habere
credendus est, cum secundum diuinitatē suā cum
patre ipse exaudiat, ipse quoq; secundū utramq;
naturā, uidelicet Dei & hominis, aduocatus &
iudex est. Quod autē ait Deus, Hæc passus sum:
dixit hoc propter assumpti hominis passionem.
Hucusq; secundū mysticos intellectus uidetur
mihi potuisse sentiri. Nunq; uerō uerba Iob se-
quentia, qui Christum prefigurabat, simpliciter
dicta intelligamus.

Terra ne operias sanguinem meum, neq; inueniat locum in
te latendi clamor meus. Totum hoc est quod dicit,
Ne innocentes & bene sibi conscij meritum la-
teat, præsertim cum in fontē se passum malē tan-
ta, uel potius pati referat, quæ uirtutibus illius et
sanctimonie minimē conueniebant. Sanguinis
uerō nomine, uite istius presentis statum dicere
uoluit, eodem modo quo & Dominus ad Cain
loquit: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me
de terra. Hoc autē loco clamorem positū, ipsam
sanctitatem eius contra pœnas illius reclaman-

Dan. 9.
Dan. 10.
Ezech. 21.
Hier. 9.
Psal. 118.
Zach. 2.
40
50
Gen. 4.

tem, quæ iniquis merito inferuntur, iustis autem
ad probationem, nō absurde sentimus. Aliquan-
do tamen clamor in scripturis, sicut & hoc loco,
intus ad Deum orantis animi demonstratur affe-
ctus: ut & sanctus Dauid ait, Domine exaudi o-
rationē meam, & clamor meus ad te ueniat. Ali-
quando etiā clamor & iniquitas dicitur, ut Esa-
ias ait ex sermonibus Domini culpatis uineam
suam: Expectauit ut faceret in iudicium, fecit au-
tem iniquitatem, & nō iustitiam, sed clamorem.
de quo clamore ipse Dominus loquitur ad Io-
nam prophetam: Surge & uade in ciuitatem ma-
gnam Niniuē, & prædica in ea, quia ascendit cla-
mor malitiæ eius ad me. De quo clamore cum
uir quidā doctissimus loqueretur quid esset, ita
expofuit dicēs, Non omnis iniquitas clamor di-
citur, sed magna, professa, publica. Nam cum
adhuc quodāmodo uerecundatur atq; euncta-
tur, & uel timore uel pudore reprimitur, aut late-
bris siue locorū siue ipsius cogitationis abscon-
ditur, nondum dicitur clamor. Cum uerō ingen-
tis cupiditatis impetu omnia præceptorū & le-
gum monumenta rumpuntur, & improborum
mentiu male cōcepta secretā, euictis omnibus
reprehensionibus atq; terroribus, impudētissi-
mos atq; audacissimos mores, tanq; in diluuiū
cōsuetudinis cōfluunt, iam clamor uocatur, qualē
clamorem fecit uinea Domini. De tali clamore
tot sceleratis mortibus prophetarū excitat exe-
crato atq; robusto etiā in ipsum Dominū uineæ
clamor ille surrexit, Crucifige, crucifige.

Ecce enim in medio testis meus, & conscius meus in excel-
sis. Verum est, quia Iob Deum sanctæ uitæ suæ
testē siue cōscium habuerit, quod etiā ipse Do-
minus de eo ita locutus est: Vir simplex & re-
ctus, actiuens Deum, & recedens à malo. Ipse
quoq; beatus Iob secundū diuinum præconiū,
multas sanctitatis suę uirtutes prope finem libri
huius exposuit.

Verboſi amici mei: ad Deū stillat oculus meus. Quam-
uis his tres amici Iob multo minus quam ipse
sanctus Iob dixit, locuti fuerint, ab eodem tamē
ut uerboſi notantur. Vbi aduertimus, quod uer-
bolitas illic esse dicitur, quando uana loquuntur
homines, & inania, sicut istos in sanctum Iob di-
xisse manifestū est. Quando autē uera dicuntur
& gratia, quamuis copiose dicantur, uerbolitas
non potest dici, ubi est non solum sanus sensus,
uerū etiam ualde utilis sermo, & necessarius.
Amicos autem per antiphrasin dictos intelliga-
mus, sicut Dominus Iudę proditori ait: Ad quid
uenisti amice: & dicit beatus Iob ad eosdem a-
micos suos, quod Deum potius imploret, illiq;
desleat, cum ab hominibus, & præcipuē ab illis
nullum ei sit fidele solatium.

Atq; uinam sic iudicaretur uir cum Deo, quomodo indica-
tur filius hominis cū collega suo. Ecce enim breues anni tran-
seunt, & semitam per quam non reuertar ambulo. Id est,
quia alia erit uita post istā: si fieri posset, ut inā ita
esset copia in iudicijs Dei homini respondere, ut
se in fontē manifestis approbationibus demon-
straret, quemadmodū in iudicio hominum fieri
nonnun-

Psal. 102.
Esaie 5.
Iona 2.
Clamor peccatorū.

nonnunq; uidemus. Sed quomodo uite eius æ-
ternæ nō possunt dies hominis mortalis assimi-
lari, sicut ait, Ecce iam breues anni transeunt, &
semitā per quā non reuertar, ambulo: ita iudicia
eius omnino non possunt iudicijs hominū com-
parari.

CAPVT XVII.
Spiritus meus attenuabitur, dies mei breuiabuntur, & so-
lum mihi superest sepulchrum. In his sermonib. iam
iamq; instantē siue impendentē mortem signi-
ficat, cui sola sepultura iam desit.

Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Secundum Dei testimonium, quo eius præconiū
collaudatus est, uerum est quod uir Deo placit-
us dixit, Non peccaui: licet possit hic locus ita
intelligi, quod in Deum non peccauerit, & ta-
men quasi in ipsum peccauerit, pœnas blasphem-
antiū patiat. siue iuxta hoc quod patiebat, nō
tantum delictorum cōtraxerit, ut illum meritō
sustineret: sed pœnā mensurā excesserint pecca-
torum. Sed dicit quispiam, quia in aliquibus lo-
cis Iob se peccatorem confessus sit: unde potest
fieri, quod in præteritis uitæ suæ seculis, uel etiā
in ipsa adolescentia sua quippiā delictorū com-
miserit: quod & ipse Deo cōfessus est, dicēs: Et
cōsumere me uis peccatis adolescentiæ meæ. In
præsentiarū uerō, quādo tentādus laudat à Do-
mino, extinctis uita meliore delictis, nequaquā
credendū est, quod in operibus uixerit peccato-
rum: ut testimoniu Dei uerum sit, qui omnino
nō potest falli: licet postea in ipsis responsio-
nibus suis nō potuit carere peccato. Quod autē
dicit Deus postea ad Eliphaz, Iratus est furor
meus in te, & duos amicos tuos, quoniam non es-
tis locuti corā me rectū, sicut seruus meus Iob:
ad cōparationē arbitror dicit, eo quod melius
locutus sit Iob q̄ illi, non tamen omnē quod Iob
locutus est, ita rectū fuit, ut per se tanq; plenum et
cōsummatū, sine aliqua reprehensione fuerit re-
ctum. quod secundū iam ipsius sancti Iob ser-
mones in superioribus diximus. Quod autem
ait, oculus suum in amaritudinibus cōmorau-
rari, sicut & Hieremias de Deo dicit, Repleuit
me amaritudinibus, inebriauit absinthio: puto
quod uigorem cordis oculum dixerit, qui inde-
linenti motu intelligentiæ, cuncta quæ secundū
naturam eius sunt, ratiocinando contuetur.

Libera me, & pone me iuxta te, et cuius manus pugnet
cōtra me. Moyses quoq; et sponsa in figura Chri-
sti & Ecclesiæ, petre uelamine proteguntur.

Cor eorum longē fecisti à disciplina, et propterea non exal-
tabuntur. Quia ad Deum hæc loquit Iob de dia-
bolo utiq; & satellitib. eius, ideo uersus iste ob-
scurus est, & ad intelligendum ualde difficilis.
Proinde cor aduersariarū potestati longē factū
à disciplina iusto Dei iudicio nouerimus, sicut
& Pharaoni iuste credimus contigisse, et omni-
bus illis gentibus quas Iesu Naue interfecit, de
quibus legimus: Domini enim sententia fuit, ut
indurarent corda eorū, et pugnarēt cōtra Israel,
& caderēt: præcellerāt quippe peccata, pro qui-
bus hanc pœnam obturationis acciperent.

Prædam pollicetur socijs, & oculi filiarū eius deficient.

Socij siue filij diaboli, iidem sunt ministri eius.
His igitur dæmonibus beatū Iob in prædā dan-
dum, pater eorū, & rebellionis caput diabolus
pmittebat, dum eum per tantos dolores ad bla-
phemiam impellendum, & a Deo ob hoc relin-
quendū esse credebat: & idcirco illi in affectib.
suis, cordis etiam mali desiderijs, quæ oculorum
nomine dicta sunt, circa necem Iob sæuitia tabe-
scentes deficiebat, secundū illum sensum quem
ponit Dauid de ipso diabolo auctore istorū di-
cere: Peccator uidebit, & irascetur, dentib. suis
freniet, & tabescet. De eius quoq; filijs uel mini-
stris, Desiderium peccatorum peribit.

Posuit me quasi in prouerbiū uulgi, & exemplū suum coram
eis. Hunc sensum sanctus Iob multis in locis re-
plicat: unde illud est quod ait, Nunc autē deridet
me iuniores tempore, quorū non dignabar pa-
tres ponere cum canib. gregis mei. Et alij sancti
dicit ad Deū: Posuisti nos in similitudinē gen-
tibus, cōmotionē capitis in populis. Proinde et
hic Iob typū Domini præferēs, iam tūc ab inimi-
cis opprobria audiebat: similes quoq; non sine
substantione patiebat iniurias: & multa super
persona Domini in psalmis similia cōtinentur.

Caligauit ab indignatione oculus meus, & membra mea
quasi in nihilum redacta sunt. Mentis est oculus iste,
non carnis. Hunc igitur oculū Iob sibi caligasse
cōqueritur illa indignationē, qua ipsum sancti-
tatis suæ merita commouebant, eo quod bona
conscientia pœnas pateretur.

Stupebant iusti super hoc. Iusti siue ueraces, ut alij
dixerūt, admirantes de iustis Dei iudicijs stupe-
bunt attoniti, quomodo iustus homo, et sine cri-
mine pœnis maximis affligatur. Non utiq; uos
stupebitis iniqui, qui me exprobrationib. quasi
reum nō cessatis atterere. Secundum hunc sen-
sum multis in locis & pphæ ad Deum loquitur:
Quare, inquit, nō respicis super iniquē agē-
tes: & taces deuorante impio iustiorē le: & fa-
cies hominis sicut pisces maris, & quasi reptile
non habens principē? Et Dauid obstupefecit in
septuagesimo psalmo pacem peccatorū uidēs.

Hieremias quoq; Bene est omnibus qui præua-
ricant, & iniquē agūt: plantasti eos, & radicē mi-
serunt: pficiunt, & faciūt fructū. Hunc ergo stu-
porem iusti super irreprehensibilib. Dei iudicijs
patiant: et bona freti cōscientia, quasi ita respō-
dere uidentur, ut dicant: Expectas quidem salu-
tem hominum impiorū, quia nō uis mortem
peccatoris, tantum ut conuertatur, & uiuāt: sed
illi hoc tempus longanimitatis tuæ ad beatitū-
dinem presentis gloriæ conuēterūt, per quam
æternam sibi acquirerent damnationē. Stupe-
bunt ergo iusti super hoc: & innocens contra hypo-
critam suscitabitur. Hypocrita est ipse diabolus, qui
cum sit tenebrarum, id est, delicti inuentor, & i-
pse recedendo à uerō lumine sit tenebrosus ef-
fectus, quasi Lucifer posuit in cœlo sedē suam:
sic unusquisq; dæmoniorum hypocrita est, qui
se transfigurant in angelos lucis. Aut certē u-
numquēq; amicorū suorum Iob hypocritam
dixit, quia sub uerbis consolatorijs ei dolose
loque-

10
10
20
30
40
50
60

Psal. 112.
Ibidem.
Psal. 41.
Abdicat.
Hier. 12.

loquebantur. Contra hos igitur simplex & innocens Dei promissione siue iudicio in certamine fuscitat, ut alios horu uincat, alios arguat.

Et tenebit iustus uiam suam, & mundis manibus addet fortitudinem. Quia tantis illatis sibi cladibus frangi non potuit, idcirco perseverantiam suam in sanctitate his uerbis roboratam significat, dicens: Et tenebit iustus uiam suam. In quo profectu uirtutum, se magis crescere manifestat, dum dicit: Et mundis manibus addet fortitudinem: ubi declarat, qd operibus bonis uirtus animi roborat.

Igitur uos omnes conuertimini & uenite, et non inueniam in uobis ullum sapientem. Conuersio pertinet ad emendationem morum: id est, Conuertimini, ait, a prauitate sententiae, qua me condemnare summo studio non desistitis. Venite autem, sermo inuitantis est ad melioris uitae profectum. quod est, O uos hypocritae, & non boni nec fideles amici, ad agnitionem ueritatis accedite, quam uos minime habere noueritis. Nullus autem amicorum Iob, sapiens ab eo potuit dici, eo quod contra eum quae Dominus laudauerat, iniuriosa quaeque et improba plenaq; mendacis loqueretur: sicut antiqui interpretes ediderunt, Non enim inuenio in uobis ueritatem.

Dies mei transierunt, cogitationes meae dissipatae sunt, torquentes cor meum. Dies hi praeteritae felicitatis eius possunt intelligi, in quibus pollens uirtutibus, Deoq; placens uiuebat beatus. Hos igitur dies a se non sine gemitu loquitur praeterisse. Cogitationes meae dissipatae sunt, torquentes cor meum. Cum in unius, inquit, iugiter contemplationis intentione positus essem, & cogitationes meas haberem semper intentas ad Deum: plagae huius superuenientis mihi miseris eadem cogitationes meas a sua unica soliditate in me uideo dissipatas: & ob id quod excrucietur cor meum, eo quod earum dilaceratione torqueatur, uident me mala simplicitati meae inconuenientia sustinere.

Noctem uerterunt in diem, & rursum post tenebras spero lucem. Hoc dicit, quod iuges uigilias die noctuq; habuerit, cogitationibus uidelicet non sistentibus eum requiescere. Cum ergo per diem actiorem cogitationum moribus roderetur, noctem uenire desiderabat, sperans quod eius silentium aliquod remedium quietis afferret. Rursum in ipsa noctis quiete, curis ac sollicitudinibus diei remotis, magis in se uigilantes & plus solito inquietas cogitationes patiebatur, quem quasi solum et exemptum diei occupatio nibus inuenissent.

Si sustinero, infernus domus mea est, & in tenebris stratum lectum meum. In omnibus cruciatus suos dicit cruciatibus inferorum esse consimiles, in quibus iam quasi sit in domo tartarea constitutus, & uelut inde non amouendus, lectum in tenebris habeat stabilitum. Ipsas poenas tenebras appellauit: quia eis in corpore humano saeuientibus, lux sapientiae dolorum confusionibus obscuratur: quam obscuracionem in illa parte uisus sui sanctum Iob arbitror posuisse, ubi Deo

dicit, iniuste se sustinere quae patitur.

Putredini dixi, Pater meus es, mater mea et soror mea uermibus. Tam longo, inquit, tempore computresco, ut ipsam putredinem & uermes in eius nascentes sanie, parietes appellent. Ac per hoc quae admodum quispam mortaliu existere sine parentibus non potest, ita & ego factus sum quasi sine putredine & uermibus esse non possim, qui ita in carne mea uelut in natura sunt, tanq; si ex eis ipse subsisterem: cum illi in me de carnis meae sanie potius generent, non ego ex illis. Vbi magis putredo peccatu accipiendum est, ideo pater, quia corrupit naturam, & generat mortem. Mater, ipsa natura, de qua in peccato concipimur. Soror, ipsa mortalitas cum qua nascimur: uel ipsum originale peccatu, proficiens per germina peccatoru uermibus coparanda: uel omnis posteritas Adg, quae de corruptione mortalitatis uelut de sanie putredinis nascit, quod et Saldad dixit, Homo putredo, & filius hominis uermis.

Vbi est ergo nunc praesolatio mea? & patientiam meam quis considerat? Hic ubi praesolatio dicta est, spem alij transfulerunt hoc eodem sensu. & alibi ait: Expectabam bona, & uenerunt mihi mala. Praesolabar lucem, & eruperunt tenebrae. Quod autem ait, Et patientiam meam quis considerat? aperte fortem se in illis cruciatibus manifestat, in quibus quasi queritur, quod ad retributionem tanti laboris sui non potuerit peruenire.

In profundissimum infernum descendit omnia mea. Iam si dixerunt, Omnia bona mea. Bona sua dicit ad inferos descensura, quod est, animam suam, in qua omnis status hominis continetur.

Putas ne saltem tibi erit requies mihi? Istud est: Si enim in hac uita poenas patior inferorum, putas ne in locis poenarum erit aliqua quietes mihi? Hoc autem grauatus miseris loquitur potius, quam uictus diffidentia: qui alij locis ait ad Deum, Scio quia in inferno protegas me, & abscondas me, donec pertranseat furor tuus.

In Iob libri primi expositionum allegoricarum finis.

BEDAE PRESBYTERI IN IOB ALLEGORICAE expositionis Liber secundus.

CAPVT I.

RESPONDENS autem Baldath Suetes, dixit: Vsq; ad quem finem uerba iacta bitis? Intelligite prius, & sic loquamur. Quasi non sit sincerus, non solus Iob a Baldath uerbosus arguitur, sed potius qui spiritu nescio quo instigante loqui non desinat. unde & hic ipse Baldath quasi contra plures nunc loqui exorsus est.

Quare reputati sumus ut iumenta, & sordidimus coram uobis? Adhuc dicit, quod tanquam bruta animalia sanctus Iob eos despexerit, & ut uilissimos atq; indignos colloquio existimauerit.

Quid perdis animam tuam in furore tuo? Loquendo contra diuinam iustitiam furoris amentia concitatus,

tatus, animae tuae necesse est inferas mortem.

Nanquid propter te derelinquetur terra? & transferentur rupes de loco suo? Tanquam diceret: Num propter te mundus ad rectorem suum non pertinebit, ut si quos peccatores in eo inuenit, sicut te ipsum, non puniat, ad dandam scilicet hoc exemplo ceteris hominibus disciplinam? Terra uero, & rupium nomine metaphoricis uniuersa multitudo populorum, & excelsi quicq; mundi, & superbi ac potentes possunt intelligi. hoc autem dicit, quia nec illam utiq; a dominatione potestatis suae relinquat, nec istos iustitia aequitatis suae de loco suo moueat, ut aut indignos ad honorem surrigat, aut dignos ex honore deponat. Sed & angeli propter celsitudinem naturae suae, eminentemq; honorem, rupes dici possunt.

Nonne lux impij extinguetur, nec splendebit flamma ignis eius? Lucem, felicitatem praesentem, in qua sanctus Iob gloriosus agebat, significauit. sicut & Salomon ait: Lumen uero impiorum extinguetur. Hanc igitur extinctam dixit, quando Iob destitutus est ab omnibus, regnoq; depositus, & diabolo traditus. Quod autem ait, Nec splendebit flamma ignis eius: hoc insipiens dicit, quod ad prosperitatem & gloriam pristinam non erit rediturus.

Lux obtenebrescet in tabernaculo eius, & lucerna quae super eum est, extinguetur. Non solum igitur praesentem, ut dixi, felicitatem amittet, sed etiam lux recordationis Dei, quae erit in tabernaculo cordis eius, obtenebrabitur: ut ei Deus scilicet in memoriam non ascendat, & pro merito eius, lucerna protectionis diuinae, quae super eum fuerat, extinguetur.

Artabuntur gressus uirtutis eius, & praecipitabit consilium suum. Sicut superbus confidens in uirtute sua, qua recte se incedere arbitrabatur, concludetur tribulationum angustijs & pressuris, ut inde omnino exire non possit.

Immisit enim in rete pedes suos, & in maculis eius ambulat. Retis nomine, atq; macularum eius, inuitabile malum significatur, quo se uolens quisq; exuere, ipso conamine impediatur, atq; implicetur ut corruat. Huiusmodi retis & Hieremias meminit: Expandit rete pedibus meis, conuertit me retrorsum.

Tenebitur planta illius laqueo, & exardescet contra eum sitis. Impeditus, inquit, malis suis, & obligatus homo impius, iuste suppletabitur: contra quem perditio iniquitatis eius uelut ad absorbendum illum merito exardescet. Laqueus hic ipse diabolus non absurde sentitur, qui ad supplantationem calcaneum peccatoris obseruet. Et ipse nihilominus sitis nomine appellatur, eo quod uelut in aliquod bonum aestuans, sitiat hominis mortem.

Abscondita est in terra pedica eius, & decipula illius super semitam. Latet illi quib; in filijs periturus sit: siue in semetipso pedica, qua praepedit pedes suos, habet abscondita, id est obligatione peccati, & in semita conuersationis suae, qua se recte putabat incidere, istius erroris similiter latet decipula.

Vndiq; terrebunt eum formidines, & inuoluent eum pedes eius. Siue ut alij dixerunt, multi circa pedes eius. superbus uidelicet & elatus impietatis suae conficius, timore superuenturae cladis semper terretur: & sicut bestiae fere, quae formidinib; coguntur in retia: ita & gressus non recte ambulantis inuoluentur ut corruat. Possunt formidines hoc loco non affectiones cordis intelligi, sed ipsius potius ministri diaboli: qui & horribiles dicti sunt, & latrones, sicut & impij ac superbi, & testes iniqui. Hi igitur multis modis terrere sanctum Iob, ut eis cederet, instituerunt: & idcirco de ipsis proprie dixerunt antiqui interpretes: Multi circa pedes eius.

Attenuetur fame robur eius, & inedia inuadat costas illius. Ita maledicit, ut qui huiusmodi est, fame tabescat & pereat. Est & fames uerbi Dei, quae sit secundum prophetam peccatoribus, ut non audiant praeccepta diuina. Potest fames, sicut superius sitis, & ipse diabolus appellari, qui inexplorata quadam atq; insatiabili rabie ab infectione perendi hominis non desistit. Huiusmodi ergo famem patitur, qua nunquam de manibus hominum satietur. Siue & ipse famem patitur, quia uerbum quod procedit de ore Dei, accipere non meretur: & idcirco sub nomine costarum, thoracis eius munimenta significantur, quibus se uelut quadam obduratione construxit, ut eum cum eloquij diuini non ardeat. de quo Dominus ait, In duplicationem thoracis eius quis intrabit? ubi est prauaricator & impoenitens: & proinde duplici confusionis sententia feriendus est, sicut & omnes ministri eius. Quod & propheta faciendum cecinit, dicens: Induantur, qui detrahunt mihi pudore, & operiantur sicut diploide confusione sua: id est, & intus corde, ubi superbi sunt, & coram sanctis angelis erubescant.

Deuoret pulchritudinem cutis eius, & consumat brachia eius primogenita mors. Pulchritudinem cutis, id est ornamenta uirtutum, & brachia, fortitudinem regni eius, sicut fecit diabolus: qui ideo primogenita mors appellatus est, quia per ipsum primum intrauit mors in orbem terrarum, & ipse est suae mortis inuentor.

Auellatur de tabernaculo suo fiducia eius, & calcet super eum quasi rex interitus. Ita impius pollutus peccatis suis, & obuolutus, semper conscientia torquetur, ut nulla sit ei fiducia Dominum deprecandi. Nam si super criminibus reprehensio cordis non fuerit, multum fiduciae est per fidem ad Deum semper orandi. Quod autem ait, Calcet super eum quasi rex interitus: id est diabolus, sancto Iob omni modo non conuenit, sicut & nonnulla alia quae superius dicta sunt. Nam & ipse Dominus ostendit eundem diabolum post bellum plagae, sancti Iob subditum potestati. sicut ait ad eum: Illudes ei quasi aui, quippe qui factus est ut illudatur ab angelis. quod & in psalmo dictum est ad Dominum: Draco iste quem formasti ad illudendum ei.

Habitent in tabernaculo illius socij eius qui non est. Socij, sodales siue filij, ut supra iam dictum est, ministri

nistri diaboli sunt, qui hoc loco esse non dicuntur. Hos igitur demones Baldath exoptat in tabernaculo impij habitare, quem impij sanctu Iob esse definit. Recte igitur siue laqueus, sitis, siue pedica, fames siue inedia, primogenita mors, in teritis, & qui non est, diaboli nominibus siue factis conueniunt: qui bonus angelus ut a Deo factus est, non est, idcirco non esse dicitur. & cum sit naturae suae proprietate subsistens, Deo non est, ut dixi, quia praetartaratione factus est alienus, et ideo dicit, Non est. Hesther quoque cum de cultoribus daemoniorum, socijs ipsius diaboli, in oratione sua loqueretur ad Deum, ita ait: Ne tradas Domine sceptrum tuum his qui non sunt.

Hesther 14.

Aspergatur in tabernaculo eius sulphur. Nam ei de futuris sibi aeternis & magnis cruciatibus in hoc seculo adspargatur sulphur, ut fumum hic sentiat gehennarum.

Deorsum radices eius siccantur, sursum autem atteratur mors eius. Fides quae est in altitudine cordis reposita, propter remotum ab oculis hominum secretum suum, potest ipsa altitudine deorsum dici. Melsis uero opera possunt intelligi, quae foras atque in publicum exterius erumpentia, de fide radice confurgunt. Aut certe ita intelligendum, Deorsum radices eius siccantur: id est, opera quae in hoc seculo perpetravit, inueniantur inania, mortuisque ariditate similia. Sursum autem atteratur melsis eius, in futuro utique mercedem laboris sui minime consequatur. Nam domus Iuda, ut Esaias ait, quae est domus confessionis, mittet radicem deorsum, & faciat fructum sursum.

Esai. 37.

Psal. 37.

Memoria illius pereat de terra. ut Propheta postmodum dixit: Vultus autem Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoria eorum.

Et non celebretur nomen eius in plateis. In plateis atque in portis reges quondam & iudices residebant: & ideo ait, nec ibi laudem & praedicabilem famam impius homo integritatis atque iustitiae habeat, ubi regum & potentium nomen solet uirtutum suarum merito celebrari. Siue plateae uirtutes intelliguntur, in quibus sapientia fiducialiter agit, & circuit ciuitatem Hierusalem, in qua sacramentis diuinis atque mysterijs latum est scripturarum mandatum uehementer. In his igitur plateis laudant senes & anus, infantes & puellae: & ipsi sunt iuuenes & uirgines, seniores cum iunioribus laudantes nomen Domini.

Expellet eum de luce in tenebras. De hac utique luce temporaria in aeternas tenebras inferorum, ubi erit fletus & stridor dentium: siue de parte fortis sanctorum in lumine, excludetur, trudendus in tenebras tormentorum.

Et de orbem transferet eum. Hic est orbis futuri seculi, de quo scribit ad Hebraeos, cum filij ad patrem reditus diceretur: Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terrae, dicit & cetera. De illo igitur orbem impius transferet ad tartarum, cum ibi esse non sinetur. Ille ergo orbis, ipsa est regio beatorum,

Hebr. 1.

Non erit semine eius, neque progenies in populo suo. Siue, ut alij dixerunt, Non erit cognoscibilis in populo suo. Hoc dicit, quod posteritate indignam memoriam genti suae uel patriae derelinquet: secutum illum sensum Psalmista, Iniqui punientur, & semen impiorum disperibit. Siue semine & progenies spiritualiter ita intelligenda sunt, quae sanctis moribus & coelesti doctrina fiunt. & de qua Dauid ait: Generatio rectorum benedicetur. & Potens in terra erit semen eius. Talem igitur generationem in populo suo noluit procreare, unde in hac gente uel patria spiritali gloriaretur. Nec ullae reliquiae in regionibus eius. Manifestum est, quod sancto Iob nihil omnino remanserit secundum literam.

Psal. 36.

Psal. 111.

In die eius stupebunt nouissimi. id est, In tempore damnationis eius, cum ei supra dicta aduenerint, stupebunt nouissimi: & horror primos inuadet. id est infirmi & proceres terrebunt. Siue nouissimi & primi, homines & angeli, sancti quoque & peccatores non absurde intelliguntur.

Hae sunt tabernacula iniqui, & iste locus eius qui ignorat Deum. Enarratis maledictionibus, sententiam dare uidetur, & dicit ubi huiusmodi homo superbus scilicet & impius habitaturus sit.

CAPVT II.

Respondes autem Iob, dixit: Usquequo affligitis animam meam, et atteritis me sermonibus? Manifestum est.

En decies confunditis me, & non erubescitis, opprimentes me. Quid sit autem quod ait, Decies confunditis: requirendum est, cum Eliphaz & Baldath his numero usque ad istum locum illi responderint, Sophar uero semel tantum. Dicimus ergo de hoc numero, sicut in sacris literis inuenimus. Ex persona itaque Domini, Ioannes in Apocalypsi ait: Ecce missurus est diabolus ex uobis in carcerem, ut tentemini, & habebitis tribulationem diebus decem. Dies decem pro toto tempore nominauit. Sed quomodo in breui numero, in Apocalypsi maior numerus temporis intelligitur: ita & in hac eadem summa numeri minus significatur: ut hoc solido numero & perfecto manente, pro diuersitate locorum in scripturis diuinis nunc maiorem numerum, nunc minorem significari nouerimus. Nam & sanctus Iacob sub hoc eodem numero queritur Laban sero suo, dicens, Immutasti mercedem meam decem uicibus: ubi secundum hunc numerum factam ei hanc fraudem in historia libri Geneleos non apparet. Potuit quidem fieri, ut tot uicibus fraudulentiam praedicti socris sustineret: sed rursus potuit fieri, ut secundum consuetudinem humani eloquij dixerit, qua solet finitum aliquid dici pro infinito: sicut dicit, Hoc & istud scelus iste operatus est: sed & quinquages peiora commisit. Sunt enim & alij numeri, in quibus sola auctoritas perfectionis tenenda est, non autem ratio perscrutanda. ut, Septies recipiet in hoc seculo: quod alter Euangelista centuplum nominauit. Et gentes quas filij Israel debellarunt, alibi septem dicuntur, cum in alijs locis eadem gentes decem esse referantur.

Apo. 2.

Genes. 31.

Numerus pro numero.

Matth. 19. Dent. 7.

Nempe

Nempe si ignorauit, necum erit ignorantia mea. At uos contra me ne erigimini, et arguitis me opprobrijs meis. Qui olim scripturas interpretati sunt, ita inquitunt: Sed esto, ego erravi, & apud me habitat error, ut loquerer uerbum quod non oportebat, & sermones mei errantes sunt in tempore. Cur autem uos in me exaltamini, & exprobratis mihi opprobrium? Putate me, inquit, ignorare Deum, sicut & dicitis: nunquid amicos decet insultare oppresso, a quibus magis tribulati solatia praestolantur?

Saltem nunc intelligite, quia Deus non aequo iudicio afflixerit me, & flagellis suis me cinxerit. Respexit ad meritum uitae suae: & idcirco dicit, quod Deus non secundum iustitiam suam illum afflixerit, flagellis etiam poenarum atque uerberibus, ut nusquam effugere aut euadere posset, circuncinctum ueluti clausum uallatumque tenuerit. Tota autem claustratio alterationis in hoc libro Iob, & amicorum eius, de iustitia & iniquitate fuisse monstratur. Ille dicebat se inique sustinere molestias tormentorum: illi uero, utpote iniquum, pati suo merito loquebantur. Sed Iob non ita dicebat Deum iniustum, quasi iniustus naturaliter esset: sed quia sciebat illum bonum & iustum, in putare cur ausus fuit, quare cum illo iuste uiuente non secundum conscientiam suam opera taliter ageretur. Sed pro his postmodum dicit, Insipienter locutus sum, & quae ultra modum excederent scientiam meam.

Ecce clamabo uim patientis, et nemo audiet: et uociferabor, & non est qui iudicet. Aegrotorum more loquitur: qui cum in manus medici uenerint, acti doloribus uerba quaedam iniuriosa, & aspera in ipsum medicum, non ex iudicio, sed amaritudine proloquuntur.

Semitam meam circumsespit, & transire non possum. qua recte utique atque illibate proficiscebatur ad gloriam meritorum meorum. Hanc igitur ignorantia passionis huius, & intolerandis doloribus circumsespit atque interclusit, ut ad illam gloriam peruenire non possim.

Et in calle meo tenebras posuit. id est, in tramite hoc castigatae uitae meae, quo uelut per artum & angustum certa spe ad iustum retributorem pergebam, ipso permittente tenebras in eo miseris huius, & calamitatis incurrere.

Spoliauit me in gloria mea, & abstulit coronam de capite meo. Gloria me regni priuauit: fidei quoque meae fiduciam abstulit, quam de ipso apice mentis meae, qui est naturae rationalis caput, uelut honoris coronam detraxit.

Destruxit me undique, & perego, & quasi auulsae arboris abstulit spem meam. Domo, regno, familia, filijs, amicis, & sanitate corporis mei destitutus sum: et ita his omnibus ablatis perire me uideo. Cuius etiam spes uitae uelut effossa, siue funditus eradicata arbor ablata est.

Iratu est contra me furor eius, & sic me habuit quasi hostem suum. Dolorem suum, furorem Dei uocat, quem ita eidem subiectus incurrat, quasi in ullo unquam contrarius uoluntati eius extiterit.

Simul uenerunt latrones eius. Possunt dicere hos latrones diaboli ministros esse significatos: qui quemadmodum si hostes interrupta murorum adeunt, ita irrupentes ad eum crudeliter debacchati sunt, & obsederunt siue circumfuderunt, ut dixerunt alij, in gyro tabernaculum meum. Quia ergo diabolus in ipsum Iob non acceperat potestatem, id est in animam eius, quia dictum est ei, Ecce in manu tua est, uerumtamen animam eius seruauit: idcirco ministri eius non sicut uoluerunt, in eum intus, id est in eius animam saeuiebant, unde pulchre dictum est, Et obsederunt: id est de foris insidiati sunt, siue circumfuderunt in gyro tabernaculum meum. Fratres meos longe fecit a me, & noti mei quasi alieni recesserunt a me. Si de Deo hoc dictum accipimus, ita sentiamus: quia Iob Deum ita fecisse dicit, quod ipse Deus fieri permisit. Nam & Saluator in Psalmo ad patrem ita ait: Elongasti a me amicum & proximum, & notos meos a miseria.

Psal. 57.

Seruum meum uocauit, & non respondit, ore proprio deprecabar illum. Ad maiorem & ualde acerbam iniuriam pertinet, ut domini cum seruis suis blandere loquantur, & serui eos despiciant & contemnant, quod in his uerbis sancto Iob contigisse monstratur.

Halitum meum exhorruit uxor mea. Ita totus intrinsecus computruit, inquit, ut anhelitus mei foetorem nec uxor mea sustinere potuerit, ubi potuit fieri, quod apostema habuerit in uisceribus, quod totum uentris eius suum tenuerit, & inde loquendo odorem foetidum de purulentia profundam uulneris exhalaret.

Et orabam filios uteri mei. Siue ut alij dixerunt, In uocabam blandiens filios uteri mei. Superius legimus, filios Iob ruina concussa domus occisos, & quomodo hic loquitur, quod filios suos despicientes se precaretur? In scripturis diuinis filij etiam appellantur pronepotes, & illi qui sunt de longiore serie nati, ut Iair, qui est unus de illis quatuordecim post Iosue iudicibus: & cum eum legamus in Numeris esse filium Manasse, in Genesi, ubi generatio Iacob profectura de Aegypto numeratur, siue secundum Paralipomenis fidem ita describitur: Ioseph genuit Manassen, Manasses uero Machir, porro Machir Galaad, & Galaad Esrom, Esrom autem Segub, & Segub Iair: sicut e contrario aui & proauit atque atauit patres dicuntur. Attendamus hoc familiare esse scripturis diuinis, ut ipse Dominus Iesus, qui dicitur filius Dauid, & filius Abraham, Proinde inquam, quando filios uteri sui dixit, ad se quasi ad fontem & ad originem posteritatis suae respexit: sicut & Dominus ad Dauid ait, cum filij sui natiuitatem ex Maria uirgine futuram annuntiaret, dicens, De fructu uentris tui ponam super sedem tuam. Potuit & illos uteri super filios dicere, quos doctrina sapientiae suae tanquam femine de utero cordis sui formauerit, habens in se per gratiam Dei formam scientiae, & disciplinam naturalis legis in ueritate: sicut & ipse de eisdem ait, Super illos stillabat eloquium meum, & expectabant me sicut pluuiam, & os suum

Psal. 137.

Iob. 29.

GG suum

suum aperiebāt quasi ad imbrem ferotinum. Et hi ergo filij siue discipuli facti sunt, inquit, inimici, quos orabā utiq; siue blandiens deprecabar, ut mihi eos gratos & placabiles facerem.

Stulti quoq; despiciēbant me.] & hinc maior nascitur indignatio, ut sapientem stulti iridentes despiciant.

Es cum ab eis recessissem, detrahebant mihi.] De hoc sermone aduertimus, Iob in tempore tentationis suae non semper sedisse in sterquilinio: quando quidē dicit se a detrahentibus recessisse. Aut hoc fortē uult intelligi, se in eorū obliuionē uenisse, & ab eorū affectib; & cordibus recessisse.

Abominati sunt me quondam consiliarij mei, & quem maxime diligebam, uersatus est me.] Manifestum est.

Pelli mea, cōsumptis carnibus, adhæsit os meum.] Inter opprobria hominum, & subannationes quæ ad dolorem animi mei pertinet, additum est, ut inter cætera mala poenarum mearum, carnis meæ corium adhereret ossibus meis: ut dicam, A uoce gemitus adhæsit os meum carni meæ. Hanc infirmitatem pessimam esse referunt qui nouerunt, quam etiam alapasimon appellare medici solent.

Et derelicta sunt tantūmodo labia circa dentes meos.] Hoc agere uidetur diabolus, qui ingrediendi in eum non acceperat potestatem. Cum iam illum totum uarijs cruciatibus consumpsisset: dentes, linguā, & labia quæ sunt uasa uerborum, reseruat. ex his enim forissecus cordis promptuarium demonstrat, dum nobis sensus intrinsecus constitutos distinctionis suae ministerio proferunt. Hæc ergo inquam diabolus in eo reseruat, ut blasphemiam prolatam eius ore cognoscat: sed audiat scripturam dicentem, In omnibus his non peccauit Iob in labijs suis. In primo quidem cōgressu, quando omnia perdidit, non peccauit: sed quia interdum aliqua asperiora pro bono conscientie loquebatur, ideo postea dicit ad Deum: Ob hoc ipse me reprehendo, & ago poenitentiam in fauilla & cinere.

Miseremini mei, miseremini mei saltem uos amici mei, quia manus Domini tetigit me.] Quia me Dominus nondum in aliquo consolatus est, saltem uos miseremini mei, & miserabili pietatis præbete solatiū. Manum autem Domini appellauit ipsam plagam, quam patiebat, quæ facta est manu, id est Domini potestate. Tetigit autē, pro adfixit intelligendū, ut ipse Dominus ait ad sanctos suos: Qui tangit uos, sicut qui tangit pupillam oculi mei. itemq; de eis ad aduersarios: Nolite, inquit, tangere Christos meos. & diabolus ait ad Deū: Extende manū tuam, & tange cuncta quæ Iob possidet.

Quare persequimini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini? Fecit Deus circa me iudicio suo, cui soli licent omnia in opere suo: uos quare præsumitis sicut Deus, ut adiligatis innoxium, quod ipsi tantum pro dispensatione sua competit, aut quasi defensione uestra indigeat Deus?

Quis mihi tribuat, ut scribantur sermones mei? Quis mihi det, ut exarētur in libro stilo ferreo, aut plumbi lamina, uel cer

te insculpantur in silice? Quoniam a nullo hominum potuit inuenire solatiū, conuertit se ad Deum, & resurrectionem futuram, & aduētum Domini prophetat in spiritu: ubi pro his malis quæ patiebatur, præmium sit incorruptionis & beatitudinis a Domino, qui hæc ei infixit, recepturus, & hæc duraturus in secula apicibus optat inscribi.

Scio enim, quod redemptor meus uiuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum.] Manifestum est, ita & propheta alius dicit: Post hæc in terris uisus est, & cum hominibus conuersatus est.

Et rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea uidebo Deum.] Cum corruptibile eius induerit incorruptionem, & mortale eius induerit immortalitatem resurrectione in gloriam cōmutabitur. Ego ipse Iob qui in stercore iacens, a uermibus comedor, & totus uulnerum sanie computresco: ego inquam Iob iam corruptus, atq; uisceribus dissolutus, in hac carne mortali incorrupta per resurrectionem futuram glorificatus, uidebo Deum. Certus utiq; & inhiantibus desiderijs fixus, in cōcussus atq; immobilis in hoc fundamēto fidei ista loquebatur, unde etiam ait:

Reposita est hæc spes mea in sinu meo.] Quod dixerunt antiqui interpretes, Hæc omnia mihi consummata sunt in sinu.

Quare nunc dicitis, Persequamur eum? Ut quid nunc ita agitis, ut ne tanquam uanum, nihilq; credentem, uel qui Deum non timeam, siue qui a religione diuina sim alienus, persequi uelit, aculeatis me uestris perdo diendo sermonibus?

Et radicem uerbi inueniamus contra eum.] Videtis ergo, quia mecum non ut ueri amici fideliter agit, sed ut dolosi de meis sermonib; mihi laqueos concinnatis: quando quidē de ipsis uerbis meis occasionem uelut quandam radicem reprehensionis inuenire captatis.

Fugite ergo a facie gladij, quia ultor iniquitatu gladius est.] Si recesseritis ab oppressione mea, gladium iustæ sententiæ Dei poteritis euadere. Gladius est enim lingua regis, & nō carnalis, ut Salomon dicit, Quicumq; traditus fuerit, conteretur.

Et scitote esse iudicium.] Quo iudicio iusti iudicis Dei poterō de subannatoribus uindicari.

CAPVT III.

Respondens autem Sophar Naamathites, dixit: Idcirco cogitationes meae uariae succedunt sibi, & mens in diuersa rapitur.] Ideo, inquit, æstuo, & cogitatione conturbor: quia dicis, te hæc mala sine causa a Deo iusto iudice sustinere. Doctrinam qua me arguis, audiam, & spiritus intelligentiæ meae respondebit mihi.] Audiam te quidem increpantem & redarguentem me, quia fortē in doloribus positum oburgare non debeam: sed spiritus quo sapimus, continemur & regimur, ad hanc regulam nobis iustitiæ & æquitatis Dei redit, quod nō possit quispiam ab eo nisi iniquitatu suaru merito condemnari.

Hoc scio a principio ex quo positus est homo super terram, quod laus impiorum breuis sit, & gaudium hypocritæ ad instar puncti.] Iam nunc cepit in sanctum Iob maledictis inuehi, quem & impium aperte asserit, & hypocritam,

Baruch 2.

poeritā, eō quod simulauerit se iustum, & nunc in Deum rebellis extiterit.

Si ascenderit usq; in cœlum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinum in fine perdetur, & qui eum uiderant, dicent, Vbi est? Sterquilinio assimilatus es per omnia, in quo & ipse te nunc conspicias putrefactum: & qui te quondam uiderant regnantem in gloria, nunc inquit in insultanti uoce, Vbi est ille sapientissimus hominum, & potentissimus regum?

Velut somnium auolans non inuenietur, transiet sicut uisio nocturna.] Manifestum est.

Oculus qui eum uiderat, non uidebit.] id est in ea gloria, in qua pro tempore prospere agere uidebat.

Neque ultra intuebitur eum locus eius.] id est, honor impij non poterit reparari.

Filij eius atterentur egestate.] siue ut alij dixerunt: Filios eius disperdent infirmi. In fuggillationē igitur Iob generaliter ista dicitur. Siue ergo carnales filij eius, siue opera quæ aliquando filiorū nomine appellantur, siue illi qui tanquā patrem eum fuerat imitati, omnes consumpti egestate, miseria et indignatione, per Dei sententiam ad nihilum redigentur: quod & in filijs tuis carnalibus, inquit, operibus quoq; tuis ex parte uides esse completum.

Et manus eius reddent ei dolorem suum.] hoc enim operatus est, unde malum uindictæ operante Dei iustitia recipere mereretur: tanquam diceretur ei, Labores manuum tuarum manducabis.

Ossa eius implebuntur uitijs adolescentiæ suæ.] quod a iuuentute sua, ex quo grauiora peccata committere cœperit, in eisdē peccatis suis iuuenis, usq; ad senectam permanens, pro quibus nunquam uoluerit poenitere, & idcirco sequitur:

Et cum eo in puluere dormient.] id est post mortem uitiorum, quæ fit in anima: quia anima quæ peccauerit, ipsa morietur: usq; ad mortem, quæ fit per resolutionem corporis huius, in eisdem peccatis perseverabit. Hæc sunt igitur peccata usq; ad mortem, sicut dicit Ioannes Euangelista in epistola sua, pro quibus non est orandum. Ossa ergo hoc loco ipsam senectutem non est absurdum intellexisse, quibus ueternitas annorum, & diuities senij iam pramatura signetur. Siue ossa eius implebuntur uitijs adolescentiæ, &c.

Si quæ igitur uirtutes sunt animi in impio homine naturalis, adolescentiæ eius uitijs mollescēt, & resoluētur ac defluerit, ut nihil in eis solidum & forte remaneat, quia eisdem uitijs tanquā carnis, fluidis uidelicet rebus, operiuntur & obteguntur, ubi magis deberent uirtutes ueluti ossa solida & firmissima, tanquam fluidas & solutas, ita uitia restringere, continere, & regere: & idcirco in carnis eius puluere dormient, quia uitijs reluctantibus atque uincētib; rigorem bonæ naturæ suæ amittent. Vnde & secundum hunc sensum de peccatoribus uidetur Propheta dixisse, Et erunt iniquitates eorum in ossibus eorum.

Cum enim dulce fuerit in ore eius malum, abscondet illud sub lingua sua.] Dulcia mala sunt blasphemiarum im-

pio, & cætera oris peccata, sicut iusti faucib; dulcia sunt eloquia Dei. Cum ergo ait, Dulce fuerit in ore eius malum, abscondet illud sub lingua sua: abscondet sub lingua sua dixit, ubi est & labor et dolor, pro defendet atq; celabit. Sed contra hoc malum absconditū Salomon ita ait: Qui contegit iniquitatem suam, non prosperabitur: qui autem narrat & increpat, diligitur, uel dirigetur. & Dominus per Prophetam: Dic, inquit, prior iniquitates tuas, ut iustificeris. itemq; Laua a malitia cor tuum Hierusalem, ut salua fias. Vsq; quō morabuntur in te cogitationes noxiæ: & hic sanctus Iob ait, Si abscondi quasi homo peccatum meum, & celauit in sinu meo iniquitatem meam.

Parcet illi, & non derelinquet eum.] id est, palpat & nutrit, fouet malum suum, et delectans illud nunquam poenitet, ut ab eo discedat.

Et celabit in gutture suo.] Siue, ut alij dixerunt, Et tenebit in gutture suo, quod tantundē esse existimo. Tenendo enim celatur, & celando tenetur. Celat ergo, id est latet in eo malum blasphemiarum, quando ore sacrilego proferendum tenet quodammodo conscientia uelamine cooperatum. Quod autem dixit, In gutture suo: illud dicere mihi uidetur, quod semper sit ad blasphemandum paratus, & nō prius saltem per aliquā moram cogitet quod diciturus est, cum iam in ore blasphemiarum meditatione habeat preparatā, ut cum liberit, statim maledicta cordis effundat, quæ antea exagitatione animi cōgregarat.

Panis eius in utero illius uertetur in fel aspidū intrinsecus.] Panis scilicet in tota uita huiusmodi hominis est delectatio peccatorum. Sed dulcedo illecebrarum & suauitatis amarissima illi atq; mortifera postmodum erit: & ut dixerūt alij interpretes, fel aspidis in ventre eius, id est, pro ista felicitate temporaria, ubi in malis omnibus & sceleribus debacchatus est, amarissimos & lethales sentiet cruciatus. Quod autem dixit, In uentre eius: hoc ait, quod etiam in corde suo pro iniquitatibus suis amaros dolores, acerbos & nimios conscientia torquente patietur.

Diuitias quas deuorauit, euomet, & de uentre eius extrahet eas Deus.] Quod iniquē & per uolentiam rapuit & inuasit, & quodammodo iam cupiditatis spiritu deuorauit, meritō ei Deus poenis illatis criminis ipsius reddet. ita extorquebitur ab iniquo, quod iniuste abstulerat. Hoc igitur modo de uentre raptoris iudicio Dei diuitiæ extrahuntur. Alij uero interpretes ita dixerunt: Diuitiæ iniquē congregatæ, euomentur: de uentre illius extrahet eas angelus, ubi eundē sensum esse existimo, præter illud nomen Dei & angeli. Sed potest & idem uideri, quia propter annunciationem salutis miræ Deus & angelus dicitur. Proinde igitur hic angelus & Deus est, secundum Psalmistā dicentem: Immitter angelus Domini in circuitu timentiu eum, & eripiet eos. & angelus loquebatur in rubo ad Moysen, & dicebat ei: Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, Sanctus quoq; Iacob patriar-

Prouer. 28.

Esaiæ 43. Hier. 4.

Deus etiam angelus dicitur.

Exod. 3.

Genes. 48.

cha Effraim & Manassen nepotes suos ita benedicens ait: Deus in cuius conspectu ambulauerunt patres mei Abraham & Isaac, Deus qui pascit me ab adolescentia mea usque in presentem diem, angelus qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueros hos. Aliquando in scripturis & homines nomen angelorum accipiunt, sicut ait, Labia sacerdotis custodient sapientiam, & legem requirent: ex ore eius, quia angelus Domini sabaoth est. & Apostolus: Veruntamen, inquit, mulier potestatem debet habere super caput propter angelos. Certè in tempore mysteriorum, quando ad sacrum corpus accedunt, debent impositam capiti suo habere uelaminis potestatem: ne forte aliquibus angelis, id est ministris altaris, scandalum aliquod inferat: & ubi per mortem Domini uita nobis datur æterna, illic locum inueniat mors secunda. Non enim consequens est, ut Apostolus ibidem de angelis (quorum natura spiritualis est) dixerit, quoniam tenuis ac subtilis substantia eorum non potest uestimentorum tegmine prohiberi. Ergo hæc de hominibus accipiamus, ut quemadmodum corpori Saluatoris angeli assistebant posito in sepulchro, quod figuram Domini habebat altaris: ita & sacerdotes nomen angelorum accipiunt, qui ipsum per fidem sanctum corpus Domini populis sumministrant. Si autem dicitur, quod & angeli sacramentis Domini corporis in tempore consecrationis assistant, & ob id altario Dei, quod & a ministris celestibus circumdatur, foeminae operis capitibus reuertentibus impendere debeant, sanctum est quidem & plenum fide ita sentire: sed puto, quod non minus faciant foeminae, si & propter quod prius dixit, illud uel maxime sacramentum Domini corporis, ad cuius ministerium angelos assistere credimus, palliorum uelamine operiantur: ut illi qui diuina sacramenta dispensant, a spectu oculorum tutiores sint a peccato, quod in corde ante Deum intra momentum temporis, punctumque committitur. Hunc ergo locum de epistola Pauli apostoli hoc sensu nobis uisum est rectè intellexisse.

Caput aspidum suget, siue ut alij dixerunt, Caput draconum mulget. Minus arbitratu si uenena aspidum bibat: hoc est, si mala tantum demoniorum, qui sunt satellites diaboli imitetur, sed ita mens eius omnè excessit malitiã, ut de ipso capite, id est diabolo, sorbeat uenena omnium uitiorum.

Occidet eum lingua uiperæ, siue colubri, ut alij dixerunt: id est, effectus & ipse coluber siue uiperæ, lingua suæ blasphemis morietur, quod & Sophar superius dixit, Et auferet spiritus oris sui.

Non uideat riuos fluminis, torrentes mellis et butyri. Amoenitatem siue delicias paradisi, siue affluentiam quoque eius, his nominibus significari non uerimus. Et quia hi reges & amici Iob, qui aduersariorum Christi figuram habuerunt, mala & bona, prospera & aduersa futura annunciauerunt: possunt uideri intellexisse, quod hi riuus, ipsi

sint illi impetus fluminis, qui lætificat ciuitatem Dei, ubi sensus apostolicos non absurde intelligimus, manantes uidelicet & de fonte siue flumine scripturarum: siue eosdem apostolos hos impetus rectè sentimus, exeuntes de fonte Euangelij, ad irrigandas terras sterilium populorum, quos etiam torrentes, propter uelocem effusam super omnes nationes doctrinam eorum intelligere debemus. que doctrina diuine sapientie, mellis propter dulcedinem eloquiorum Dei: & butyro, propter simplicem & innocentem eundem cibum doctrinæ uerissimæ comparat: qui que apostoli propter eminentè doctrinam Euangelij, in Psalmo motes caseati dicunt. Hanc igitur iocunditatem donorum Dei, & deliciarum spiritualium gratiarum, ait Sophar, impius homo miramè consequetur.

Luet quæ fecit omnia, nec tamen consumetur. Quemadmodum operatus est, secundum Dei est iudicium recepturus. Quod autem ait, Non consumetur: illud est, quia gehenna peccatoribus, quædam perpetua in corruptio est, æterna perseverantia tormentorum.

Luxta multitudinem adinventionum suarum, sic & sustinebit. Luxta illud quod Propheta dicit ad Deum, Quoniam tu reddes unicuique secundum opera sua.

Quoniam confringens nudauit pauperis domum, rapuit, & non edificauit eam. Retulit causas, quamobrem poenas, quæ supra dictæ sunt, impius luere mereatur, præsertim cum pro iniquitate sua & iniustitia noluerit poenitere.

Nec est satiatus uenter eius. Ventrem hic appellatum puto quoddam receptaculum animæ, ubi cogitationes, quasi escæ ciborum recõditæ continentur. Hunc igitur cupiditate & auaritia Sophar inexplabilem dicit, & idcirco Iob satiari non possit: & cum habuerit quæ cupierat, possidere non poterit, quemadmodum & tu ipse, qui iusto Dei iudicio omne patrimonium perdidisti.

Non remansit de cibo eius, et propterea nihil remanebit de bonis eius. Inhumanitatis ei notã inurit, eo quod de abundantia mensæ suæ nulli peregrino, uel homini refectioem præbuerit, ac propterea nihil de bonis facultatū illius ei potuerit remanere.

Vt inam impleatur uenter meus, et immittat in eum iram furoris sui. Quandam capacitatem, siue quasi suum spaciosum, uentrem animæ superius intelleximus. Hoc ergo dicit, ut quia iam cogitationibus iniquissimis plenus est, usque ad summum oris sui blasphemiam cumuletur, secundum Salomonem, qui ait, De fructibus oris uir fatiat uentrem suum, & de fructibus labiorum suorum satiabitur: & ita pro merito blasphemie mittat in eum iram furoris sui. Si autem hoc loco uindictæ malorum, examinatione quoque sanctorum, diabolus furorem Dei intellexerimus: iram furoris Dei, ipsius diaboli animum sæuientem non absurde intelligimus.

Et pluat super eum bellum suum. Bellum præmultitudine sua possunt intelligi aduersariæ potestates. Iste igitur bellum Deo inferunt, quando sanctos eius oppugnant. Istud ergo agmen demoniorum,

niorum, bellum arbitror dictum. Quod uerò ait, Pluat super eum: hoc uerbo pluat, abundè in eum calamitatis miseriam præcatur effundit. Siue quia non manifestè Sophar locutus est, cuius furoris iram dicat, potest & ita intelligi, ut meritum iræ suæ, qua homo impius exarsit, ut in furorem conuersus blasphemaret Deum, & bellum suum, quod ut hostis repugnando ei intulit, mittatur siue effundatur super eum.

Fugiet arma ferrea, & irruet in arcum æneum. Tanquam si diceret: Quando putauerit se leuiores calamitates posse effugere, in atrociores incurret: sicut & Dominus de peccatoribus loquitur per Prophetam: Quomodo si quis fugiat a facie urfi, et incidat in leonem, et mittat manum suam in parietem, & mordeat eum coluber: ita est dies Domini, id est, quæ nullus poterit euitare. Siue, fugiet arma ferrea, & irruat in arcum æneum: si socios & ministros diaboli fugiat, incurrit in ipsum principem tenebrarum: cum sint illi rebelles, in malitia fortes & duricordes, tanquam arma ferrea, in peiorem tamen auctorem totius mali uelut in æneum arcum impinget. quem puto hoc loco arcus nomine ideo appellatū, quia uel maxime insidijs & dolo homines inopinantes interimere non desistit.

Eductus & egrediens de uagina sua, & fulgurans. Virtus igitur & rationalis, ut iam dixi, arcus iste intelligendus est: de quo dicitur, Egrediens de uagina sua, & fulgurans, ubi paratum semper ad interitendum fugientem significatum esse nouerimus, dum dicitur, Eductus & egrediens de uagina sua, & fulgurans. Et quia diximus arcum translato nomine diabolum posse intelligi: ipse dum obediens transgreditur terminos, & in superbiam elatus, metas sanctus humilitatis transscendit, quasi de uagina beatæ habitationis iusto iudicio Dei eductus atque expulsus est. Vaginam uerò locum habitationis dicit, ex sancto Ezechiele propheta possumus approbare, qui cum de Nabuchodonosor rege crudeli & impiissimo, qui typum habebat diaboli, loqueretur, ex persona Domini ita ait: Idcirco egredietur gladius meus de uagina sua ad omnem carnem, ab Austro ad Aquilonem: ut sciat omnis caro, quia ego Dominus eduxi gladium meum de uagina sua irreuocabilem. Itemque ipse Dominus ad eundem Nabuchodonosor ita loquitur, dicens: Reuerte ad uaginam tuam in loco in quo creatus es, in terra natiuitatis tuæ iudicabo te. Aes autem perenne esse dicitur: quod etiã diuturnitate sua uineat ferri materiam: & idcirco huic metallo diabolus comparatur, eo quod ad interitendum nunquam deficiat, nec uetustate aliqua consumatur. Qui etiam quasi fulgurans transfiguratur se in angelum lucis, ut coloris similitudine aurum sanctimonie mentiatur: de quo Dominus ait in Euangelio, Videbam autem Sathanam sicut fulgur de caelo cadentem.

In amaritudine sua uadent et uenient super eum horribiles: id est, socij principis tenebrarum. Omnes tenebræ absconditæ sunt in occultis eius. Tene

bræ hoc loco peccata intelligenda sunt, quæ siue ea quæ commissa ab impio sunt, siue ea quæ ab eo committenda sunt, in corde eius affectu et cogitationibus latent. quæ ideo in secretis mentis eius abscondita esse dicuntur, quia eis fauet, eisque plurimum delætatur. Sed sanctus non ita est, ut tu peruersissimè arbitris, qui ut uerax & timens Deum ait, Si abscondi quasi homo peccatum meum, & celauit in sinu meo iniquitatem meam. Tales igitur tenebras peccatorum homines dilexerunt magis quam lumen uirtutum: & idcirco qui huiusmodi tenebras, id est qui mala opera agit, odit lucem, & non uenit ad lucem, ne arguantur opera eius. Qui autem facit ueritatè, id est, Deo mala sua opera cõfiteatur, tenebrasque suas in lucem profert confessionis, hic iuxta Saluatoris sermonem ad lucem ueritatis uenit, ut ita manifestentur opera confessionis eius, quia per Deum sunt facta.

Deuorabit eum ignis, qui non succenditur. Hunc ignem non absurde gehennam intelligimus, qui non materijs quibusdã & pabulis corporalibus uiuit, nec aliunde accipit fometa ut ardeat: sed per se ipsum ut creatus est uigens, cuncta quæ ei iniecta fuerint cõcremat: ubi eis nec aer iste spaciosus erit, nec anhelitus liberè spirandi. Propter quod etiã dictum existimo, Deuorabit eum ignis qui non succenditur: uidelicet ut demersus in eum flammis ignei fluminis uoluetur.

Adhigetur relictus in tabernaculo suo. Ob impietatè uidelicet suã impius derelinquet a Deo, ut in tabernaculo corporis sui poenis perpetuis crucietur.

Reuelabunt cœli iniquitatem eius, & terra consurget aduersus eum. In testimonium utique erunt angeli & sancti homines contra impium, ut uel nouerint, uel manifestent ei, quia omnia tormenta poenarum iustissimè patiat. quod & in Psalmo dictum est: Aduocabit cœlum iursum, & terram discernere populū suum. & Moyse in testimonium uocat angelos sanctos & homines, ita dicens: Attende cœlum, & loquar, & audiat terra uerba ex ore meo, ut sint & ipsi contumaci populo in iudicium.

Apertum erit germen domus illius. In iudicio Dei, quando impius condemnandus est, non solum cogitationes cordis eius, uerum etiam principia imperfectarum cogitationum Deo pandenda sunt, atque clarius luce manifestanda. Illi enim nuda erunt omnia & aperta, sicut & Apostolus ait, Nolite ante tempus iudicare, donec ueniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, &c.

Detrahetur in die furoris Dei. In die iudicij mittetur in tenebras exteriores. Potuit & dies ire Dei fuisse sancto Iob, quando plaga percussus est.

Hæc est pars hominis impij a Deo. Ex obliquo ostendit, quod in sanctum Iob uniuersa hæc dixerit, & quasi ex Dei præsumens iudicio in Iob sententiam dirigit, sicut his uersiculis edocemur. Quod autem sequitur,

Et hæreditas uerborum eius a Domino. id est operum retributio, antiqui uerberantur, ab episcopo, quod desuper intendat in omnem creaturam suam:

AMOS. 5.

Psal. 61.

Iob 20.

Dei. 50.

Exec. 21.

Ibidem.

Prover. 18.

Luce 10.

60

unde & apostolus Petrus scribit, Conuersi estis, inquit, ad pastorem et episcopum animarum uestrarum. De episcopo quoque dicitur, Speculatore te dedi domui Israel.

CAPVT IIIII.

Respondens autem Iob dixit: Audite quaeso sermones meos, et agite poenitentiam. Ut perfectus non mouetur iniurijs, sed tranquillus deprecans eos alloquitur, & ait ut audientiam praebent sermo nibus eius, quibus perceptis & cognitis nouerint se super tanta oris sui amaritudine poenitere debere.

Sustinete me, ut ego loquar, et post mea, si uidebitur, uerbaridete. Manifestum est.

Nunquid contra hominem disputatio mea est, ut merito non debeam contristari? Dicit quod ideo tristis fuerit, quia castigatio eius non ab homine sit, cuius iudicium solet errare, ut aliquando iniustae poenae innocentibus infligantur: sed potius a Deo sit ei illa tam dura correptio: cuius iudicium nequam falli potest.

Attendite me, et obstupescite, et superponite digitum ori uestro. Obstupescite atque miramini quod sit istud secretum, ut Deus bonus & iustus erga me taliter operetur, praesertim cum eius testimonium de me bonum habeam.

Et ego quando recordatus fuero, pertremisco, et concutit carnem meam tremor. Cum enim hanc plagam meam cogito, quam recte & iuste uiuens sustineo, nimium pertremisco. Quomodo est ergo in medio, inter innocentem me uidelicet, & iustum Deum, malum istud quod patior? & ideo coartor sensus angustia, quia ad causam poenae meae, uel ad secretum ueri peruenire non possum.

Quare ergo impij uiuunt, et subleuati sunt confortatiq; diuinijs? & alius dixit: Quare uia impiorum prospicitur, &c. & alius dixit: Quare non respicis ad iniqua gerentes, & taces deuorante impio iustiorum se, & facies hominis sicut pisces maris? Respondete mihi obsecro: Si ego impius & immemor bonorum operum secundum iustitiae ordinem, sicut uos confirmatis, haec patior: quare impij uiuunt, & subleuati sunt, confortatiq; diuinijs: siue ut alij dixerunt, seruauerunt in diuinijs. hoc inquam obsecro respondete. Nunquid uos qui Deum contra me iustum defenditis, in hoc loco iniustum notabitis, ut in me iniquo ultor sit, & in mei similibus clemens? Sequentes uersiculi manifesti sunt. Ducunt in bonis temporalibus umbram similes dies suos, & intra tempus breuissimum ad infernorum tormenta descendunt, & causas huius damnationis impiorum aperit, dicens: Qui dixerunt Deo, Recede a nobis, scientiam ustrarum tuarum nolumus. Quis est omnipotens ut seruamus eum? & quid nobis prodest si orauerimus eum? Verum tamen quia non sunt in manu eorum bona sua, consilium impiorum longe sit a me. Quia ergo dispensatione diuina & prouidentia permittitur inimici Dei, ut pro tempore feliciter agant, licet beati sint nunc & gloriosi, consilium tamen eorum execrabile, inquit, procul sit a me: quia pro hoc gloriae suae temporario

flore, perpetua ignominia coram angelis induetur.

Quoties lucerna impiorum extinguetur, et superueniet eis inundatio, & dolores diuidet furoris sui. Apertius dixerunt antiqui interpretes: Immo uero impiorum lucerna extinguetur. Lucernam pro splendore impiorum, & gloria dictam esse nouerimus. Et ueniet impijs, sicut Iob ait, inundatio, id est abundantia tormentorum: quod & propheta ait, Et ibit per Iudam inundans, id est, fluuius illius ignei, de quo in Daniele legimus, Fluctibus obruet, quibusque dolores diuidet furoris sui. proculdubio Deus dolores diuidet dixit, pro hoc, poenas unicuique retribuet ut meretur.

Erunt sicut paleae ante faciem uenti, et sicut fauilla quam turbo dispergit. Hoc est quod in Psalmo dictum est, Non sic impij, non sic: sed tanquam puluis, quem proijcit uentus a facie terrae. Quod autem dicit, Et sicut fauilla, quam turbo dispergit: hoc ait, quod peccatores & impij perituri sunt, ut omnino reparari non possint.

Deus seruabit filijs illius dolorem patris, et eum reddiderit, tunc sciet. Scripturae quidem diuinae, sicut uel maxime liber iste, hinc obscurae sunt, quia solent aliquoties superioris intellectus consequentiam non tenere: et ideo meminisse debemus, quid in libri huius prologo legimus, quia & apud Hebraeos totus liber iste obliquus fertur & lubricus, eo quod nunc personas mutet in eadem oratione, nunc sensus. Cum hoc loco sanctus Iob de prophanis & impijs loqueretur, subito, sicut & multis locis scriptura solet, superioris intellectus continentiam praetermisit, & subiunxit personam nescio quam, cuius dolorem Deus filijs illius reseruaret. Quamobrem nos filios istos blasphemos & impios, de quibus nunc dictum est, patrem habere diabolum, secundum hunc sensum sancti Iob recte intelligimus, quia mala omnia imitates eum, sicut & ille, facit & loquitur. Quomodo enim Deus seruat sanctis filijs gloriam immortalitatis, ut omnes qui fuerunt in hoc seculo, & illi qui sunt, siue illi qui futuri sunt, simul accipiant denarium uitae aeternae: simili modo & diabolo seruat supplicium gehennarum, ut cum eo illi quos sibi exemplo malitiae suae filios fecit, pariter puniantur: quod Deo reddente pater eorum diabolus tunc sitiet, id est tunc sentiet, quando cum filijs poenas patitur aeternas.

Videbunt oculi eius interfectionem, siue necem suam, ut alij dixerunt. Duplex enim tormentum est, uide re poenas quas sustineas.

Et de furore omnipotentis bibit. Alij dixerunt, & a Domino non saluetur. Ipse est calix aureus Domini in manu Babylonis, de quo ciuitas eadem Babylon, ciuitas peccatorum, que est diaboli ciuitas, bibere a Deo praecipitur, de qua in Apocalypsi & in prophetis multa dicuntur.

Quid enim ad eum pertinet de domo sua post se, et si numerus mensium eius dimidiatur? De eodem diabolo dicit: de quo & Salomon dicit, Impius cum uenerit in profundum malorum suorum, ex criminum desperatione contemnet. & ideo ait, Quid enim ad eum pertinet de domo sua post se? lam enim nouit

nouit se cum suis, qui sunt domus & regnum eius, perpetuo esse damnandum, quia in Euangelio ministris eius Domino dicit, Quid uenisti ante tempus perdere nos? Numerus quoque dierum eternitatis eius a Deo dimidiatus est: id est, cum esset immortalis & incorruptibilis a Deo conditus, ut aeterna felicitate esset beatus, per peccatum superbie suae quasi inter cisa est ei illa immortalis felicitas. Potuit & de quolibet superbo homine & impio ita dixisse.

Nunquid Deum quisquam docebit scientiam, qui excelsos iudicat? Qui enim de excelsis atque sublimibus potestatis angelorum habet iustum iudicium, quemadmodum a quoquam doceri poterit, ut in ijs quae supra diximus, possit eius iudicium reprehendere.

Iste moritur robustus et sanus, diues et felix, siue ut alij dixerunt, totus in abundantia & felicitate. Beatorum in hoc mundo & infelicitum communem dicit esse conditionem: ut & Ecclesiastes ait, Bonum & malo, mundo & immundo, sacrificanti & non sacrificanti, illi qui iurat, & ei qui iurandum timet: uiscera siue intestina eius, ut alij dixerunt, plena sunt adipe, & medullis ossa illius irrigantur. Alius uero moritur in amaritudine animae suae absque ullis opibus, siue ut alij dixerunt, non comedens quicquam boni: tamen simul in puluere dormierunt, & uermes operient eos. ita est istud quod & nos fieri nunc uidemus, ut alij delicijs & abundantia pingues sint, & nimia opulentia diuites, alij uero summa egestate tabescent, & tamen diuitum & pauperum una est nascendi moriendique conditio. Vnus inquit Salomon, introitus ad uitam omnibus, & similis exitus. Similiter modo a uermibus comedentur, & ita in fauillam & cinerem redigentur. In hac igitur continentia sermonis huius iste est sensus, quod in hoc mundo iusti & peccatores indifferenter ante iudicium uiuant, haec diuinitas commutanda sit in futuro: sicut in illo diuite factum est, & Lazaro paupere.

Certe noui cogitationes uestras, et sententias contra me iniquas. Cum ergo recte definiam, inquit, quod & uos uerum esse percipitis, quia una sit in hoc seculo sancto & peccatorum moriendae conditio, qui tamen meritis postea desurguntur, ut ad premium innituntur iusti, ad supplicium rapiantur iniusti: uos iam in cogitationibus uestris in insontem iniquam datis sententiam, & datis insultantes mihi, meque irridentes.

Vbi est domus principis, et ubi tabernacula impiorum? Sequens uersus potest generaliter dictus uideri: potest tamen & de filijs Iob intelligi, ut de eodem Iob superior uersus dictus esse uideatur. Antiqui interpretes ita dixerunt, Et ubi est uelamen tabernaculi impiorum? quod ita sentendum est, secundum inimicorum Iob intellectum ita dicentium: Nullo enim se uelamine occultationis poterunt male agentes defendere.

Interrogate quemlibet de uiatoribus, et haec eadem eum intelligere cognoscetis. Non est in hoc seculo de iniquis plenarium Dei iudicium, neque retributio mercedis iustorum: quia & iniquis ex parte ali-

quid interdum afflictionis infertur, & bonis autem quid remunerationum tribuitur. Ergo quia de me ita sentitis, quod damnationis meae nunc tempus aduenerit, non ita est ut definisse uos arbitrari: quia haec Dei cogitatio temporalis, non est aeterna damnatio. Certum si putatis quod fallam uel mentiar, a uiatoribus, quibuslibet passim praeteritibus, huius rei scientia minus imbutis, haec eadem sciscitami: & ita eosdem intelligere cognoscetis.

Quia in diem perditionis seruat malus, et ad diem furoris ducetur. Malus in diem perditionis suae seruat, qui & ad diem furoris Dei ducendus est, ut excipiat sententiam mortis aeternae. Sed uiatores istos, de quibus diximus, spiritualiter magis intelligamus, Sancti enim omnes recte uiatores esse dicuntur: qui ut expediti & alacres praeterendo hoc seculum, uirili animo calcant terram suam, & festinanter proficiscetes ad beatam patriam, mundi huius iter laboriosum proposita ante oculos mansione conficiunt. Hiergo sunt uiatores, qui ascendentes ad populum peregrinationis eorum, siue ad populum succinum, fidei utique cingulo, contra dissolutionem uitiorum lumbos mentis accingunt, qui praeterentes non dicunt benedictionem super odientes Sion. Quod ergo uobis nunc dico ego, quia in diem perditionis seruat malus, & ad diem furoris ducetur: interrogate illos in prophetijs eorum, scriptis quoque & moribus, & haec eadem eos intelligere cognoscetis, quia statuit Deus diem in quo iudicet de orbe terrarum.

Quis arguet coram eo uiam eius? et quae fecit, quis reddet ei? Videtur mihi quod Iob proprie de diabolo dixerit, unde possunt & illi duo superiores uersiculi in personam illius coaptari, licet & generaliter de omnibus peccatoribus possit intelligi. Quia ergo diabolus nimium ferocis sit, secundum Domini narrationem, quam ad sanctum Iob de eodem refert, ubi eum non solum horribilem magnitudine, uerum etiam & potestatem nimium dicit: quis hominum eum potest arguere propter uiam eius pollutissimam, qua totum mundum ingredi fecit: an reddere ei, quae creatura, poterit quod meretur? nisi ille solus agnus Dei, qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius: qui passione sua regnum eius destruxit, & morte sua omnes in peccato illius mortuos liberauit.

Ipse ad sepulchra ducetur. Ad mortem uidelicet tormentorum, quam ipse hominibus intulit in Adam: & ipse in infernum ducendus, ut illic perpetuo puniatur.

Et in congerie mortuorum uigilabit. Et licet damnatus, & ad poenas ducendus sit, tamen morte hominum gaudens, ad intuendam eorumdem mortuorum congeriem omni alacritatis instantia in eorum interitum uigilabit: uel per uigili malitia iniferos congregabit ad mortem, uel certe semper uiuet in morte.

Dulcis sicut glareis cocytus. Cocytum inferorum fluiuium esse dicunt, Nos autem in scripturis diuini

Hier. 12. Abacuc. 1.

Esai. 8.

Dan. 7.

Psal. 1.

Scripturae vii obliuio.

Ecd. 9.

Sapient. 7.

Luce 16.

Prover. 11.

Viatores.

Cocytus.

nis eundem fluvium, torrentem, puteum, caminum, ignem aeternum, lacum, stagnū, legimus & gehennam. Glarearum uero nomine ipsa officia tartarorum, ministros quoque poenarum infernalium iunctos tormentorum locis existimo nuncupatos. siue glarearum uocabulo in igneo fluuio, quem igneum esse Daniel dicit, habitationem perditorum significat. Dulcis autem glareis diabolus aestimo ita dictus sit, quasi per ironiam, eo quod desiderent illum atque exoptent habitatores inferorum, ut puniant, & de eius interitu fatientur: uel dulcis fuit filiis perditionis, quos peccandi suauitate decepit. Vel certe dulcis fuit morti, quia tam innumeris ei populos acquisiuit.

Daniel. 7.

Et post se omnem hominem trahet, qui imitatione exemplum eius sequuntur. Siue post se omnem hominem trahet, secundum prauaricationē humani generis in Adam.

Et ante se innumerabiles. Quos deceperit, & eos secutus praeiungit ad poenas.

Quomodo igitur consolamini me frustra, cum responsio uestra repugnare ostensa sit ueritati? In hoc uersiculo omnem altercationem disputationis suae concludit: & amicos suos, quod sine causa contra eum decerent, praedicta ratione conuincit: quia cum illi definiant impios & peccatores in hoc mundo puniri, inter quos & ipsum condemnant: ille approbet, quod uel maxime in hoc seculo gloriantur, qui sint ad damnationis iudicium deducendi.

CAPVT V.

Respondens autem Eliphaz Themanites dicit: Nunquid Deo comparari potest homo, etiamsi perfecta fuerit scientia? Ipsum elationis notat, & quamlibet, inquit, multum tibi sciens uidearis & doctus, tamen scientiae & sapientiae Dei non poteris comparare.

Quid prodest Deo si iustus fueris? aut quid ei confers, si immaculata fuerit uita tua? Quod dixit, Quid prodest Deo si iustus fueris? alijs uerbis ipsum repetit, dicēdo, Aut quid ei confers si immaculata fuerit uita tua? Nemo iustitia sua & sanctitate Deum efficit meliorem, quoniam fons omnis boni atque origo, nullius bono eget, secundum Prophetam, qui ait ad eum: Quoniam bonorum meorum non egēs.

Psal. 115.

Nunquid timens te arguet te, et ueniet tecum in iudicium? Nunquid causa timoris Dei haec est, ut timeat Deus, ne forte ipse potens aliquando efficiaris, & coequalis ipsi factus resistas ei, & propterea arguat te, & passionibus duris humiliet: timens ne in exaltatione tua hoc illi contingat, ut cum effecta sibi aequali persona tecum disceptaturus ueniat in iudicium? quae risorio potius, & subfannantis sensu dicuntur.

Et non propter malitiam tuam plurimam, & infinitas iniquitates tuas. & subiungit, Et enarrat eas ipsas iniquitates, quasi per species singulas, ita dicens:

Abstulisti enim pignus fratru tuorum sine causa. Hoc dicit, quod uiolenter & hostili more rapuerit aliena, uel pignora iniuste extorsit, siue sub

specie iustitiae per calumniam spoliauerit: ubi exaggeratur crimen, quando dicitur, quod nec sanguini suo pepercerit.

Et nudos spoliasti uestibus. Quid uestitis feceris, hinc apparet, apud quem nec nudus a rapinis tuis immunis inuentus est.

Aquam lasso non dedisti. In Euangelio Dominus dicit, quia remuneratio aeternae mercedis sit illi qui dederit calicem aquae frigidae sitienti.

Mar. 9.

Et esurienti subtraxisti panem. Panē graue est negasse, grauius abstulisse. Notandum inter quam grauiā peccata inhumanitas computetur, cum super hoc peccato Hierusalem Dominus argueret, & eam Sodomaē fororem criminū similitudine nuncuparet. Ecce haec fuit iniquitas Sodomaē fororis tuae, superbia, saturitas panis, & abundantia, & ocium ipsius & filiarū eius, et manum egeno et pauperi non porrigebant, & eleuatæ sunt, & fecerūt abominationes coram me: & abstuli eas sicut uidisti. Quod ergo malum sit, ubi non est misericordia, hinc apparet, quod Dominus dixit, et Esaias propheta similiter ait: Quod est peccatum Sodomorum? Nonne abundantia panis? Proinde apostolus Iacobus ait: Iudicium sine misericordia ei qui non fecerit misericordiam.

Inhumanitatis peccatum. Exec. 16.

In fortitudine brachij tui possidebas terram, & potentissimus obtinebas eam. Arguit nihilominus eum tanquam superbum & tyrannum, qui non iustitia & aequitate regni sui populos regeret, sed truculentis moribus, tanquam uirtute brachij duro eos seruitutis oneri subiugaret.

Iacobi. 2.

Viduas dimisisti uacuas. quia eas destitutas, & tribulationibus affectas atque humiliatas ad subueniendum audire noluit. Vnamquamque earum uacuum dimisisti, quando id quod a te postulabat, non potuit impetrare.

Lacertos pupillorū comministi. Si quid uirium habuerūt unde sustentari possent, tulisti, & eorum animos uitae desperatione fregisti: uel nō defendendo eos a malis hominibus, uirtutem spei eorum, qua ad te respiciebāt, comministi, dum eos passus es opprimi.

Propterea circumdatus es laqueis, & conturbat te formido subita. Hoc dicebat Eliphaz, quod ipse beatus Iob malae conscientiae formidine turbaretur, & eadem formidine sibi subita ueniente usquequaque consternatus, consilium patientiae contra aduersa perdidit.

Et putabas te tenebras non uisurum, & impetu aquarum inundantium non oppressum iri. Tanta securitate iniquitatibus potens agebas, ut haec mala meritorum tuorum reciproca tibi uenire nō crederes, quibus tenebris miseriae utique & calamitatis tanquam impetu aquarum inundantium repente depressus es, ut obscurato corde non uideas quod rectum esse lux sapientiae perdocet.

Tenebra.

Aliquando scripturarum obscuritas, tenebrarum nomine: aliquando profunditas aquarum, tenebrarum uocabulo nuncupatur. Multis modis tenebrae intelligi possunt, modo peccata, modo ignorantia, modo, sicut hic, tribulatio, modo

modo obscuritas uoluminum diuinorum.

An cogitas, quod Deus excelstior sit, et super stellarum uerticem subleuetur? Non solum iniquissimū Iob fuisse describit, uerum etiam dicit, quod crimina sua Deum ignorare crediderit, quae putet in caelorum tantū partibus commorari, & super astrorum solummodo globos consistere: ac sic arbitretur, non ubique esse Deum, qui caelorum habitaculis concludatur, & regno suo minor sit.

Et dicitis: Quid enim nouit Deus? & quasi per caliginē iudicat. Primum ergo Eliphaz sanctum Iob criminatur, quod in Deum asserit ignorantiam cadere, & multa sint in creaturis suis quae nesciat: deinde, quod iudicium eius asserit incertum esse, & dubium: idcirco per caliginem, id est quasi uerisimile sit, quod iudicet. His autem uerbis asserit Eliphaz, sanctū Iob dicere, quod Deus fallatur, uel etiam erret in iudicijs suis.

Nubes latibulum eius, nec nostra considerat, et circa cardines caeli perambulat. Et quasi ex sensu sancti Iob ita dicere uideatur, Scio, iniquis, Deum esse iustissimum: qui haec quae patior, si nosset me pati, innocentem utique pati non sineret. qui dum iusti iudicis iustitiam praedicit, Deum rerum suarū ignoratorem, sensu deprauatus accusat, atque in Ethnici eorum errore blasphemam incurrat, qui opinantur mundum sine regimine diuini numinis gubernari, eo quod euentibus in seipsum & calibus reuoluatur.

Nunquid semitam seculorum custodire cupis, quam calcauerunt uiri iniqui? Custodire cupit, dixit pro obseruare & imitari desiderat. hoc ergo ait, Nunquid actus & uitam perditam sequi concupiscis eorū qui in diluuiō & Sodomis & eremo perierunt? & forte de illis peccatoribus dicit, qui superiori bus seculis fuerunt, non credentes Deum humana apud istos recens erat.

Qui sublati sunt ante tempus suum. Ut Dathā & Abiron, quos dehiscente terra inferi susceperunt: & sicut ab alijs dictum est, qui raptim sunt immutati, id est subita morte perierunt.

Et fluius subuertit fundamenta eorum. Imminente in se ira Dei tanquam fluij impetu, stabilitas praesentis uitae eorum subuersa est: siue quasi fluuiō supereminente pressura, fundamentū corporum eorum demolitum est, ut paries ac tota uitae eorum structura corrueret. Alij uero, quod omnino eis nulla esset stabilitas, ita dixerūt, Flumen decurrens, fundamentum eorum.

Qui dicebant Deo, Recede a nobis. Propter apostasiam ergo damnati sunt. Iob uero non ita est, ut tibi Eliphaz uideatur, qui dicit de eo: Etiam si occiderit me, in ipso sperabo.

Et quasi nihil posset facere omnipotens, aestimabant eum. Putabant enim, quod Deus in peccatores ultionis iracundiam non effunderet.

Cum ipse impleset domos eorum bonis. Cum ipse ergo impleset domos eorum diuitijs: cur non timuerūt, ne propter peccata sua auferrentur eis eadem bona quae ille praeflitterat?

Quorum sententia procul sit a me. Et sanctum Iob

in blasphematorum numero ponit, quem ita ut eisdem detestatur.

Videbunt iusti, & letabuntur, siue ut alij dixerunt, Videbunt iusti, & ridebunt: & innocens subsannabit eos. Sic enim de Deo dicit: Qui habitat in caelis, iridebit eos, & Dominus subsannabit eos, quando per prophetam de abiectioe infidelis populi loquitur: quomodo hoc & de sanctis eius non potest dici, quando uidet peccatores iusto Dei iudicio condemnari, uidebunt & letabuntur. placet enim illis Dei iustitia, sicut & ipse Deo: uel cum de illis dolere coeperunt, & se letabuntur.

Psal. 122.

Psal. 106.

Nonne succisa est eiectio eorum? Superbia utique & contumacia supradictis poenarū exemplis succisa est, & perpetuae perditioni tradita.

Et reliquias eorum deuorabit ignis. Reliquias dixit nouissimum quadrantem uel extrema quaeque peccaminum in die iudicij puniēda: quia in hoc seculo nulla poena grauiusimos peccatores ita ut digni sunt damnat: sicut & Sodomitis, quos iam Dominus punierat, ipse ait in Euangelio, Remissius erit terra Sodomorum in die iudicij: hoc est, adhuc punientur Sodomitae, quamuis remissius quam hi qui uerbum Dei recipere noluerunt. Siue reliquias posteritatem malorum hominum intelligere possumus: quae inuitando eos tanquam patres, ipsorum generatio appellatur. Nam & illud quod in Euangelio dicitur, Veniet super generationem istam omnis sanguis iustus, qui effusus est a sanguine Abel iusti: quomodo post multa secula pertinere poterit ad Iudaeos? sed sic exponitur, eo quod generatio in huiusmodi locis non de temporis praesentis aetate, sed de peccatorum & criminum imitatione signetur. Aliquando reliquiae in bonam partem intelliguntur, ut in psalmo Deo canitur, Quoniam cogitatio hominis consistebit tibi, & reliquiae cogitationis diem festum agent tibi: ut cogitatio hominis ad confessionem pertineat peccatorum, reliquiae uero sint bona opera, uel bona consummatio, uel ipsius confessionis aeterna remuneratio. Haec enim bonis restat in posterum, qua indultis sibi peccatis, uelut in die festo spirituali legitima perfruantur. Possunt reliquiae & nouissima intelligi: ut illud, Reliquiae impiorum peribunt.

Luc. 10.

Matth. 23.

Psal. 75.

Psal. 36.

Homini uero pacifico reliquiae sunt. gaudent boni finis, & pacis gloria sempiterna. Acquiesce igitur ei, & habeto pacem: & per haec habebis fructus optimos. Hortatur sanctum Iob, ut se iam cogitet emendare: & dat consilium nō quaerenti, ut per poenitentiam reuertatur ad Deum, & ita post bellum horribilis huius plagae possit habere incolumitatis pacem, cum illud malum ab eo abscesserit flagellorum. Promittit etiā, quod & praemia possit a Deo remunerationis accipere.

Suscipe ex ore illius legem: siue, ut alij dixerunt, Et pone sermones eius in corde tuo. id est, audi quae praecipit, & conserva.

Si reuersus fueris ad omnipotentem, aedificaberis, alij dixerunt, Instauraberis. Si te factorū tuorū poeniteat,

CAPVT VI.

teat, edificaberis, id est quotidie reparaberis: siue edificaberis in templum sanctum in Domino: siue in cogitatione atq; scientia Dei proficiendo edificaberis. Necessaria hæc ad poenitentiam cohortatio est, qua possunt peccatores gloriam perditam reparare.

Et longe facies iniquitatem a tabernaculo tuo.] Siue iniquitas ipse diabolus, qui propter peccata tuate in potestatem accepit, per conuersionem tuam elongabitur a te.

Dabit pro terra silicem, & pro silice torrentes aureos.] Hoc dicit, quod si propitiatio sibi Domino, in præceptis eius se firmissimè stabilierit, non terrenis rebus & carnis uoluptatibus operâ dabit, sed magis ad fortitudinem uirtutû proficiet, per quam possit ad affluentes cœlestium bonorum operum diuitias peruenire. Si, inquit, in saxo fortitudinis bonæ conscientia tuæ positus fueris, sensus diuinæ sapientia tibi uelut torrēs aureus abundabit. Vel aliter, Dabit pro terra, id est hominē, sicut id est Christū, petra enim erat Christus.

Eritq; omnipotēs contra hostes tuos.] Cum ergo hæc quæ dixi per correptionē habueris, in defensionem tuā erit omnipotēs cōtra aduersarios tuos.

Et argentum coaceruabitur tibi.] Suprà in torrentibus aureis abundantia significata est sensuum diuinorum: nunc uerò in argento eloquia Domini intelligenda sunt, quæ sunt argentum igne examinatum, sicut in psalmo legimus, Pænæ quæ columbæ de argentata, id est Ecclesiæ pænæ geminum uolandi admniculum, fides, & opera. Et posteriora dorsu eius in specie auri. posteriora, id est uita sequens in cōsummationem proficiens, mundi nouissima ac futura semper intendens. Eloquia autem Domini, iustificationes & mādāta atq; iudicia sunt. Hoc ergo dicit, quod conuersus ad Dominum, intelligentias sensuum diuinorum cum legis eius meditatione percipiet.

Tunc super omnipotentem diuitijs afflues.] Diuitijs utiq; spiritualibus supradictis ipse repleberis.

Et eleuabis ad Deum faciem tuā.] Liberā frontem ad deprecandū Deū attolles, siue iam non reā neq; incuruatam deorsum mala cōscientia, eriges ad Deū animā tuā, & dices: Ad te Domine leuau animā meā: deus meus in te cōfido nō erubescā.

Rogabis eum, & exaudiet te, & uota tua reddes.] Manifestum est, Decernes rem, & ueniet tibi. Rem duntaxat iustam, sanctam, atq; honestam quam a Deo patieris, obtinebis.

Et in uis tuis splendebit lumen.] Viæ tuæ actus tui boni erunt: & lumen tibi erit Dei notitia, Deiq; uisitatio atq; protectio, quo actus uiarū tuarū correcti illuminentur: ne forte per errorē inscientiæ in montes tenebrosos offendas.

Qui enim humiliatus fuerit, erit in gloria: & qui inclinauerit oculos suos, ipse saluabitur.] Manifestum est, Saluabitur innocens, saluabitur autem munditia manuum suarum.] id est gratia bonorum operum uel nitore: & non solum propter hoc saluabitur, quia innocens est, & nihil mali est operatus, sed quia & iustitiā fecit, quæ in manū munditiā designat.

Psal. 11

Psal. 67

Psal. 24

Respondēs autem Iob ait, Nunc quoq; in amaritudine est sermo meus, & manus plagæ meæ aggravata est super gemitum meum.] Relictis colloquijs infidelitū amicum, qui me calamitatis huius miseriam iuste pati definiunt, & addunt amaritudinem meam, totum me ad Deum cōuertam, & dicam ei pro conscientia meæ fiducia quæ sequuntur.

Quis mihi tribuat ut cognoscam & inueniam illum? & inueniam usq; ad solium eius.] Intellectu se cognoscere Deum dixit, inuenire quoq; eum operibus bonis: & uenire usq; ad solium eius, futuri scientia, & cogitatione iudicij, & proficiendo accedere usq; ad ipsam contemplationem diuinę potestatis, quam utiq; mundicordes uidebūt. quod cor multis castigationibus morum sanctus hic Iob purificatum se dicit habuisse.

Ponam coram eo causam meam. Iudicium, inquit, iustitiā ponam in conspectu Dei mei: & secundum illud ab ipso iudicij eius æquitatem requiram. Tamē prius quam sit eius in me finitiua sententiā, multas ei proferam increpationes, cum eius nouerim singularem iustitiā, quare iustus mala patiōr tormentorum, quæ iniquis potius impijsq; debentur. Hoc ergo est quod in consequentiā ait.

Et os meum replebo increpationibus.] id est iusti doloris querelis.

Ut sciam uerba quæ mihi respondeat, & intelligam quid loquatur mihi.] Quod manifestus alij transfulerūt, Ut sciam causatiōes quas loquetur mihi: id est ex uerbis meis, & Dei ac Domini mei responsione cognoscam, quid causæ extiterit, ut homo innocens, & secundum eius testimoniū iustus, tantis malis cruciatuū deputer. Per totum igitur libellū istum uno sensu sancti Iob ad Deum querimonia est.

Nolo multa fortitudine contendat mecum, nec magnitudinis suæ mole me premat.] Seposita igit inenarrabilis naturæ eius uirtute, quam omnis creatura eius non potest sustinere, iustitiā eius ab eo solā require, qua in cōspectu eius, ne puniri debeā, inueniar innocēs. Nolo autē uerbū sensu optantis locutus est, nō iubētis: ut nos dicimus Deo, Sanctificetur nomē tuum, adueniat regnum tuum.

Si ad orientem iero, non apparet: si ad occidentem, non intelligam eum. si ad sinistram, quid agam? non apprehendam eum. si me uertam ad dexteram, nō uidebo illum. Ipse uerò scit uitam meam, & probauit me, quasi aurū quod per ignem transiit.] Dum omnes partes mundi enumerat, dicit eum habitare ubiq; totum: sibi tamen omnino esse inuisibilem constitetur, eo quod non subiacet eius diuinitas obtutibus creature. Deus uerò omnem uiam conuersationis eius ait, quia optime nouerit: quem etiam tanquam aurū igne excoctum tribulationibus approbauerit.

Vestigia eius secutus est pes meus, uiam eius custodiu, & nō declinaui ex ea.] Omnes ingressus uie meę, preceptorū illius semitas imitati sum. quod iubere uoluit, custodiu, & in partem alteram omnino non declinaui.

A mandatis

Psal. 118

Sapient. 22

Hier. 23

A mandatis labiorum eius nō recessi, & in sinu meo abscondi uerba oris eius.] Et David dicit ad Deum: In corde meo abscondi eloquia tua, ut nō peccem tibi.

Ipse enim solus est, & nemo auertere potest cogitationē eius, et anima eius quodcumq; uoluit hoc fecit.] Solus Deus esse recte & proprie dicitur, quoniā ab ipso omnia quæ sunt, ipsæ etiam rationales creature esse coeperunt. Hoc ergo dicit, Multa quidē iam passus sum: tamen sic quoq; ei, si aliud anima eius in me uoluerit, fiet, & quod statuerit, præteriri omnino non poterit: sicut in Salomone habetur, Quis tibi imputabit, si perierint nationes quas tu fecisti: aut quis in conspectu tuo ueniet uindex iniquorum? Nec enim est Deus nisi tu, cui cura est de omnibus.

Cum expleuerit in me uoluntatem suam, & alia multa similia præstō sunt ei.] Cum iam me quibus uoluit tormentis affecerit, & alia adhuc quanta uoluerit mihi infligere poterit, quoniam uniuersa præstō sunt ei quæcumq; uoluerit.

Et idcirco a facie eius turbatus sum.] Quoniam dixi solum Deum omnipotentem, qui in me faciat quod uoluerit, quando uoluerit præstō sint ei, si qua mihi adhuc infligere ei placuerit: ideo a facie maiestatis Deus ut homo turbatus sum. Unde & considerans eum, mente scilicet sentiens, & ex parte intelligens, timore sollicitor: id est horripilatione maiestatis illius pertremisco, atq; sollicitus sum.

Deus molliuit cor meum, et omnipotens conturbauit me.] Cor mollium, resolutum pauore nimio et timore, hoc loco dictum nouerimus. Secūdum hunc sensum & Hieremias plangens Hierusalem ait, Mollitū est cor meum in me, & omnia interiora mea resoluta sunt: id est, pro captiuitate populi mei totus sum liquefactus.

Non enim perij propter imminentes tenebras, nec faciem meam operiuit caligo.] Ipsas calamitatis suæ miseras tenebras appellauit, quas uelut ruinas subito imminentes sibi dicere uoluit: quibus tamen insistentibus mihi, ait, desperatione nō perij, nec faciem mentis meæ infidelitas excæcauit, uel negatio Dei.

CAPVT VII.

Ab omnipotente non sunt abscondita tempora: qui autem nouerunt eum, ignorant dies eius.] Quomodo enim cum tempora latere non possunt, quæ ipse disposuit & creauit: ita & illa quæ in temporibus sunt, illi minime possunt abscondi. Proinde tempora uitæ meę, & sermonum & actuum meorū, ab omnipotente non sunt abscondita. Illi uerò quæ sentiunt & intelligunt Deum, dies æternitatis eius ignorāt: in qua æternitate nec tempora nec dies, qui in temporibus sunt, inueniuntur, ubi unus æternus est dies.

Alij terminos transfulerunt, deripuerunt greges, & pauperunt eos.] id est, comederunt. Transfulerunt terminos, contra illud præceptum, quod a Moyse legislatore & sapientissimo Salomōe cautū est, Nō li transferre terminos quos posuerūt patres tui.

Asinum pupillorum, siue ut alij dixerunt, iumentum pupillorum, abegerunt, & abstulerunt pro pignore bouem uiduam.]

Deut. 19

Proneb. 22

Contra legem Moyfi facientes, ubi dicitur: Viduam & pupillum non opprimeris per calumniam. Illic enim calumniæ locus est, ubi sub occasione ablati pignoris, rem alienam calumniator inuadit.

Subuerterunt pauperum uiam.] Ad spoliandos eos, litibus calumniarum uelut hostes insidiati sunt: quos ita necessitatum miserijs coartarunt, ut copiam uiuendi non inuenirēt. Siue inclinauerūt pauperes de uia iusta: id est, ita odio & multis persecutionibus humiliauerunt eos, & diuersis tribulationibus affecerūt, ut illos de uia iustitiæ aliorum auerterent.

Et opprefferunt pariter mansuetos terræ.] Innocentes quoq; & simplices, qui propter mansuetudinē resistere ei non poterant, dominationi suę & seruitio subiugarunt. Et quia aliquantis in locis diximus, quod sanctus Iob ut ppheta Dei, & qui typum gereret Saluatoris, interdum in sermonibus suis sensus spirituales insereret: uideamus nunc secundum mysticos intellectus, quid significent illa quæ hic sub prædictis nominibus dicere uidetur, Terminos transferentes, id est statuta Ecclesiæ conuellentes: hæreticos esse significauit, qui nouitate doctrinæ peruersę, Euangelicę legis & apostolorum terminos præfinitos excedunt siue transponūt: & ita deceptoris suasiōe diripiūt greges Dominicos, id est populos credentes in Christum circumueniunt: sicq; extra caulas exclusos Ecclesiæ, iam quasi proprios greges pascunt, quia sublato ab eis nomine ueri pastoris, eos suo nomine cōsecrarunt, & suo dogmate repleuerūt. Asinum pupillorum, siue iumentum, ut alij abegerunt: & abstulerunt pro pignore bouem uiduam. Subuerterunt pauperum uiam, & opprefferunt pariter mansuetos terræ.

Non solum, inquit, hæc faciūt quæ iam dixi: sed & pupillos quoq; qui sunt intra Ecclesiā, uiduas etiam, pauperes & mansuetos spoliāt, subuertunt & opprimunt. Et pupilli quidem, sunt renelli & infantes in fide, uel qui Deum patrem non habent, ut ab eo contra aduersarios defendantur, quorum animum uelut iumentum forte ac necessarium ad Deum in se per fidem portant, hæretici prædonum more a uia abigūt ueritatis, dum eos fallacijs suis hac uirtute animi spoliant. Siue gentilem sensum, animalis nomine significatū, ab eisdem auferunt, dum sub pre-textu ueræ religionis eos in perfidiam suam ducunt, & faciūt eos filios gehennæ. Viduæ etiam illæ sunt animæ, quæ uerum Deum suum & Dominum perdidit: a quibus hæretici pro pignore perfidæ utiq; confessionis, per quam fallis eorum adinventionibus inuaduntur, & debitores eorū efficiuntur, sanctarum uirtutum munda ab eis, & utilia animi opera cōstāt auferre. Pauperes quoq; in hoc loco intelligendi sunt, qui patrimonio fidei destituti sunt. nā alij pauperes in hoc seculo, alij sunt diuites in fide. Horum ergo religionis uiam, qui ad Deum redire potuerunt, suis erroribus hæretici subuerterunt. In bonam uerò partem, pupilli sunt patrum ac seniorum

Exod. 22

Hæretici terminos transferunt.

Pupilli.

Viduæ.

Pauperes.

rum

rum auxilijs indigentes. Vidue uerò accipi possunt illæ animæ, quæ se à seculo separant, atq; à mundi luce seiuungunt, uitijs & concupiscentijs uiduaræ. Pauperes sunt, de quibus Dominus dicit: Beati pauperes spiritu. Quos omnes hæretici subuertere moluntur. Mansuetos autem hic illos esse sentiamus, qui cõtra inimicos suos constantiam non habent resistendi, & propter ignam animi sui facile seducunt. Hi igitur ita multis hæreticorum dogmatibus & diuersis præceptorum superstitionibus opprimuntur.

Alij quasi onagri egrediuntur ad opus suum, uigilantesq; ad prædam præparant panem liberis. Violenti illi & rapaces, de quibus superius dictum est, sub specia iustitiæ, iniquitatem & iniustitiam palam et sub oculis operantur. Hi uerò uelut prædones & latrunculi in remotioribus locis degentes, furtim more abigentium rapiunt aliena. unde & dicitur, Egrediuntur ad opus suum. Sicut utiq; opus, nõ Dei: id est iniquitatis, nõ iustitiæ. omni quoque uigiliantia instant, ut de aliorum rebus sibi filijsq; suis præparent necessaria.

Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes, quibus operimentum non est in frigore, quos imbres montium rigant. Hos ergo per miseriam destitutos domibus dicit, quandoquidem ait eos montium cauernis & umbraculis operiri: & quanta sit eis in ipsis montibus necessitas commouendi, ita ait, quos imbres montium rigant. id est, aquis de ipsis montibus copiose fluentibus infunduntur. Siue ut alij dixerunt, De stillicidijs montium madescunt.

Et non habentes uelamen, amplexantur lapides. Manifestius alij dixerunt, Qui cum tegmẽ nõ habeat, petra adoperiuntur.

Vim fecerunt deprædantes pupillos, & uulgum pauperem spoliauerunt. Manifestum est.

Nudis & incedentibus absq; uestitu & esurientibus tulerunt spicas. Supra hostilitatem est, nec à seminudis spolijs abstinere.

Inter aceros eorum meridiati sunt, qui calcatis torcularibus suunt. Hoc malum est magnum & iniquissimum, ut sub labore & fructibus aliorum alij requiescant, & inebrientur uino eorum qui collectis atq; expressis uindemijs suis sitiunt.

De ciuitatibus fecerunt uiros gemere, & anima uulneratorum clamauit, & Deus inultum abire non patitur. Quos autem ait, anima uulneratorum: tanquam unam pro consensu ad Deum clamantium intelligamus. Vastatorũ autem tribulatio, usq; ad gemitus ciuitates habitantium perueniebat. Vulnerati uerò non solũ illi intelligendi sunt, quorum corpora telis transfodiuntur: uerũ etiam illi quorum animæ hostium timore nimio uelut gladio feriuntur.

Ipsi fuerunt rebelles lumini. Deus utiq; lumen est omnis creaturæ suæ rationalis, quam condidit: & sicut eam sapiẽtiæ ratione perfundit, ita & gratia diuinæ miserationis illuminat.

Nescierunt uias eius, nec reuersi sunt per semitas illius. id est, prædicti luminis uias, iustitiæ atq; innocentia resistendo & rebellando, præmium cognoscere detrectarunt: deinde nec aliquando per eas

dẽ semitas iustitiæ Dei, de tenebris suis ad Deũ intelligibile lumen poenitendo redire noluerunt. Ipsi autem, quia cæcatis corde in tenebris sunt, mittentur in tenebras exteriores, & duplici malo induentur, sicut diploide confusione sua. Secundum spiritualem intelligentiam, transferentes terminos, id est decreta fidei catholicæ commutantes, hæreticos superius intelleximus: & nunc, quia uniuersaliter de statu uel cõuersatione humani generis disputat, alios qui commorantur quasi onagri in deserto, demones intelligere possumus, iuxta spiritualem intellectũ, qui in aeris huius uacuo atq; deserto, ad exercendam perditionem hominum peruagantur absq; ullo iugo liberi, & nullo nexu diuini timoris adstricti. Egredi autem dicuntur, eo quod nequitias suas in effectum operis expugnata hominum salute præferant ac producant, & hoc eis opus in exercenda mortalium deceptione sit proprium.

Vigilantesq; ad prædam præparant panem liberis, id est humanum genus infatigabili nequitia deprædantes, sibi atq; subuectis tanquam liberis suis escam per uigiliam insectatione cõquirunt, & in animarum supplantatione non dormiunt. Agrum suũ non demerunt: et uineam eius quem uis opprefferunt, uindemiant. Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes, quibus non est operimentum in frigore. id est, cunctis eos bonorum operum atq; uirtutum spoliat ornamentis, quos operimentum fidei nõ habere perspexerint. & idcirco infidelitate algenẽ, qui charitatis Dei non habent uestimentum, quia feruentis spiritus tunica indui non merent. Quos imbres montium rigant. Non imbribus cœli rigantur, sed montiũ, extollentium se aduersus scientiam Dei, quæ de cœlo est. hi utiq; infidelium sensibus nequitia suæ uirus instillat. De his imbribus in Euangelio dicit: Descendit pluuia, uenerunt flumina, flauerunt uenti, & irruerunt in domũ illã. Horum itaq; animæ uitiõrũ pluuia, & peccatorum grandine uerberatur. Et nõ habentes uelamen, amplexantur lapides: & idcirco, quia sine uestimento uirtutũ effecti sunt, amplexantur lapides: id est peccatis suis & erroribus delectant. Lapidem namq; in scripturis aliquando & peccata intelligunt, ut ait propheta, Et lapides de uia projicite. id est, auferte de medio offendicula peccatorum, ne in ea qui uias Domini gradiuntur, incurrat. Vim fecerunt deprædantes pupillos: id est, pusillanimes etiã, et paruulos in fide, et incipientes, fragili adhuc animo & puerili in Dei agmine uiuẽtes, uirtutibus tanq; parētibus destitutos, prauis insinuationibus deprædati sunt, et uulgũ pauperẽ spoliauerunt. Multitudinẽ quoq; populũ uili atq; cõmuni cõuersatione plebeia, et in scientia Dei pauperẽ, si quid fortassis habebat iustitiæ, aut etiã innocentia naturalis, spoliauerunt, dũ infirmas mētes fortia uitiõrũ blandimenta decipiunt. Nudis et incedentibus absq; uestitu, et esurientibus tulerunt spicas. Nudis, id est Dei timore & custodia derelictis, spei indumenta nõ habentibus, etiã spicas, ipsam naturæ legem uisceribus

Matth. 7.

Lapidum typus. Hier. 50.

ribus insertam, in qua diuinam notitiam adoperitam habere uidebantur, & frugem bonæ uoluntatis tulerunt, quam per exercitia bonorum operũ uelut conterendo, remota ignorantia palea, & reiecto uelamine, ad scientiã Dei quandoq; peruenire potuissent, & per uerbũ Dei ipsam nudam ueritatem tanquam panem alimoniam uitalis accipere. Inter aceros eorũ meridiati sunt, qui calcatis torcularibus sitiunt, id est coaceruata perditionum strage requiescunt, & in eorum perditione reficiuntur, quos post multa bona opera deceperunt: quos calcata, & nondum reposita, neq; ad consummationem perducta uirtutum uindemia, per errorum deserta sapientes, ariditate ac siti destituti faciunt. De ciuitatibus fecerunt uiros gemere, id est expugnatis ciuitatibus animarum, respicientes gemere compulerunt: agnitæque tandem ruina, gemitu & doloribus pertulerunt: aut certe in eorum deceptione de ciuitatibus, id est de Ecclesijs, sacerdotibus casus eorum gemere ac flere fecerunt. & ideo sequitur: Et anima uulneratorũ clamauit, & Deus in altum abire non patitur. Cum ab erroribus, inquit suis, in quos inducti fuerant aliqui eorum, redire ad uitam coeperunt, & ad Deum uulnerata superstitionibus anima dolente clamauerint, Deus uocem implorantium inultam esse non patitur. Ultionem enim de inimico facit, quando nequitia opus, illorum qui seducti fuerant, conuersione destruitur.

Ipsi fuerunt rebelles lumini, nescierunt uias eius, nec reuersi sunt per semitas illius. In cœlesti ubiq; statione degentes, cõtra lumen uerũ suæ beatitudinis auctiorẽ rebelles effecti sunt: & ne deiecti quidẽ ad qualcũq; plenitudinis intellectũ, aut satisfactionis affectum redire conati sunt. Ipsi tamen seducti, ab eis calcata uirtutum uindemia, & expressa sitiunt: quia ueritatis poculum apud eos à quibus in errorem abstracti sunt, non inuenerunt. Potest hic sensus de onagris, quos paganorum figuram habere diximus, & demonibus coaptari, qui in unaquaque animæ agrum Christi, non suum demerunt, & nudos fidei uita spoliant, & inter opera eorum requiescunt, & reficiuntur, quos post multa bona opera deceperunt. Quod autem ait:

Mane primũ confurgit homicida. Nõ est hoc solũ matutini operis, quasi speciale crimen, ut hæc sit consuetudo homicidarum, primum manẽ homines interficere, cum sciamus quolibet tempore ab hominibus scelus istud admitti: sed fortẽ manẽ dicitur est, pro eo quod publice & clara luce malum committitur, ut sit quasi gloria facinus operantium, secundum Somnitarum exemplum, de quibus dicitur: Et peccatum suum non absconderunt, sed potius prædicauerunt.

Per noctẽ uerò erit quasi fur. Publicus homicidam fur nocturnus efficitur, potuit & de ini-

Esai. 3.

quis iudicibus hoc dixisse, qui ad hoc maturius surgunt, ut causam egeni & pauperis muneribus corrupti præuaricentur: quos non aperte quidẽ interficiunt gladio, sed dũ spoliant eos, & totũ eis auferunt unde uiuebant, atrocius eos quodammodo & grauius occidunt.

Noctem uerò. Ideo dictam puto, quia præuaricatores negotiorũ secretũ quoddam, quasi tempus nocturnũ requirunt, quando munera pro causis præuaricatis accipiunt. unde &, sicut hic ait, furum nomine appellantur.

Oculus adulteri obseruat caliginem, dicens: Non uidebit oculus, & operiet uultum suum. Id est, cordis eius oculus obliuione excecatus est, ut in eius memoriam non ascenderet, quia omnium cogitationum & operum humanorum Deus esset inspector & cognitor. Quod autem dictum est, Et latibulũ faciei posuit, potest ea ratione sentiri, quia nolint intelligere ut bene egerit.

Perfudit in tenebris domus, sicut in die condixerunt sibi, & ignorauerunt lucem. Adulter ut ad scelus committendum perueniat, in obscuro & tenebris etiam domorum irruptionem meditatatur. Hoc enim apud se definiant per diem adulterina colloquia. Et ignorauerunt lucem, id est Deum, quod utiq; dolentis uoce pronunciantũ est.

Si subito apparuerit aurora, arbitratur umbram mortis. Quia eorũ opera nocte recedente detegit, uel si eis per castigationẽ lumen uitæ melioris ingesseris, de cõscientiæ suæ malo iam poenas mortis se æstimat sustinere: quia iustitiæ sanctitas, ut ait scriptura diuina, odiosa est iniquo.

Et sic in tenebris quasi in luce ambulat. Ita enim in tenebris peccatorũ uiuere delectatur, tanquã si in uirtutũ luce cõsisterent, ut Salomon de huiusmodi ait: O q; dereliquerunt uias rectas, ut ambulẽt in uijs tenebrarũ, & qui letant in uijs pessimis. Dicamus & aliter secundũ tropicos intellectus, quos beatus Iob, ut propheta potuit in spiritu præuidere. A passione Domini & resurrectione hereses de Ecclesia esse coeperunt. Mane enim primo legimus Dominũ ex mortuis resurrexisse: quod et prophetãscimus dixisse ad patrẽ, cũ filij eius in spiritu cerneret resurrectionẽ, ita inquit, Repleti sumus manẽ misericordia tua: qui & gloria dicitur, sicut ait pater ad eum: Exurge gloria mea, exurge.

Vnde & Israeli populo per fidem uidẽti Deũ, ita dicitur: A uigilia matutina usq; ad noctẽ,

speret Israel in Domino. A uigilia matutina usq; ad noctẽ, id est à resurrectione Christi incipiat, in qua tota dispensatio redẽptionis nostræ cõpleta est, & usq; ad finẽ præsentis uitæ istius perseveret. A primo ergo mane, ipso capite resurgente coepit Ecclesia, de qua omnes heretici exquisitis per cõtentiones prauitatis emerferunt: qui & ipsi, sicut Ecclesia, resurrectionem Domini prædicant, qui à tempore apostolorum coeperunt, deinde per temporum spacia crescendo alij subsecuti sunt, ad quorum numerũ ex tempore matutino resurrectionis Domini, homicidarũ additur multo-

Iob 24.

Proverb. 2.

Psal. 89.

Psal. 56.

Psal. 129.

tudo. Per noctem uerò erit quasi fur. Omnes sensus hæreticorum nocti & tenebris comparandi sunt, quia nō habēt lumen ueritatis: qui cū de lege fuerūt, & Euāgelio, unde sibi eodēdē prauos sensus de cordis sui figmento cōponant: manifestum est, quia ad auctoritatem sibi faciendam aliena furantur, de quibus scriptum est, Vidi, ait Propheta, & ecce uolumen uolans. longitudo eius uiginti cubitorum, & dixit Dominus ad me: Hęc est maledictio quę egreditur super faciem omnis terrę. Et ueniet ad domum furis, & ad domum iurantis in nomine meo mendaciter: & cōmorabitur in domo eius, & consumeret eam, & ligna eius, & lapides eius. & Dominus de his dicit in Euāgelio, cum de ueris & bonis pastoribus loqueretur, dicens: Qui autem ascendit aliunde, fur est, & latro.

Zacha 5

Ioh. 10

Esai. 1

1. Petr. 2

Oculus adulteri obseruat caliginem, dicens: Non me uidebit oculus, & operiet uultum suum. Sicut homicida & fur unusquisque hæreticus nuncupatur: ita adulter rectē intelligitur, cum ad sensus suos eloquia diuina conuertit, & adulterat uerbum Dei de his propheta ita dicit, Caupones tui aquam uiuam miscēt: id est, adulteris uis doctrinam intellectus sui peruersi arte corrumpunt. De his & Petrus apostolus ait: Hi sunt fontes sine aqua, & nebule turbidibus exagitate. & ludas: Hi sunt nubes sine aqua, arbores autumnales, fluctus ferri maris, sidera errantia. Vanitate utiq; & presumptione hæretici cæcatus uultus operitur: & excrefcente in eo tumore superbię, tota præcordia eius, & uiscera conteguntur.

Perfodit in tenebris domus, sicut in die condixerunt sibi, & ignorauerunt lucem. In erroris sui tenebris uiuens unusquisque hæreticus, atque in doctrinæ prauitate consistens, non dicit & iurari sermone Euāgelij, qui sicut imber placidus, sicut ros cum silentio in anima descendit fidelium: sed aspero potius, & ad uulneradum nimium præacuto, domus perfodit animorum. Hoc enim in die condixerunt sibi hæretici, ut homines mortiferis iaculis doctrinæ noxi perforarent: quādo in Ecclesia adhuc, hoc est in die ueritatis positi, hereses facere condixerunt: quia etsi diuersis diuerso tempore errant sensibus, uno tamen discordiã spiritus schismata facere moliantur. Et ignorauerunt lucem, ipsum utiq; Dominum saluatorem. Omnes enim hæretici uerē ignorant eum, quia integram perfectamq; dispensationem eius, ut uerē est non intelligunt: & ideo in erroribus cōstituti, uerum lumen mundi ignorant.

Si subito apparuerit aurora, arbutantur umbram mortis, & sic in tenebris quasi in luce ambulat. Si quis piã disputator extiterit, qui contra eos lucē manifestę ueritatis enarret, cōuicti arbitrātur se incurrisse in umbrā mortis. & nihilominus in stultitię suę tenebris uelut in luce sciētę gloriantur. Potest & diabolus, fur, homicida &

adulter intelligi: quia decipiēdo hominem, factus est homicida, ut ait Dominus, Ille homicida fuit ab initio. Diuinitatem quoque sibi per superbiam permittendo, quam presumptione animi sui tentauit inuadere, uelut fur inuentus est, qui aliena conaretur auferre: qui etiam uirginalem illam, & castam dilectionē Dei amisit, dum adulterinos ambitus contra Dei sui & Domini amorem faciens, propria uoluntate quasi iit. Hic igitur mane primo, id est circa ipsam nouitatē protoplasti hominis, ad seducendū eum per eius mulierē cōsarrexit, cum ad eum tanquam egentem ad huc cōsilio, & pauperē, qui experientia minus cautus esset, deceptione insidiosę persuasionis accessit. Noctem uerò peccati ipse sibi est operatus, quādo ad diuinitatem inuadendā uelut fur irrepere uoluit, dicens: Super sidera cœli ponam thronum meum, & ero similis altissimi. & exinde cum suis, quos sidera cœli appellauit, nox & tenebrę, princeps que tenebrarum est appellatus. & rectē, quia Deum uerū lumen amiserat: hic iam in peccatorum suorum tenebris constitutus, uultum malę conscientię suę obduratione operuit, pœnitentiam non acturus: & idcirco diuino lumine priuatus. studet atq; obseruat, ut ea que tenebris & caligine sunt digna, cōmittat. unde in his operibus uitam agens, fodit sibi domos habitationum in infernis, cum illis suis ministris, cum quibus se aduersum Deum & creatorem suum erigere tentauit. Hi ergo ministri eius, cum adhuc beati essent, in illa æterna felicitate, in illo die unique sempiterno, qui non habet initium neque finem, hoc sacrilegium tyrannidis sunt cum suo principe collocuti: & putauerūt, quod Deus, qui est lux uera, sapiēs & intelligibilis, hoc malum contumacię eorum non impunitū relinqueret, ut non eos de illa beata atq; gloriosa sede deiceret. & hinc puto dixerit, Et ignorauerunt lucem: quod estimauerint Deū hoc in eis minime esse facturum. Qui de potestate dicti sunt tenebrarum, id est hominum peccatorum. Et inde est, quod nunc si uel nomen Dei audiant, contremiscūt, quod uocabulo aurorę significari putamus. sicut in Euāgelio dicit ad Dominum: Quid uenisti ante tempus torquere nos? Non immeritò autem hoc loco de his beatus Iob ait: Sicut in die condixerunt sibi, quando persuadente adhuc archangelo, reliquis de quibus dicitur, Traxit secum tertiam partem stellarum, contra Deum in cœlis facta est conspiratio rebellionis. Quorū colloquutionem ego existimo mobilem quandam uoluntatū fuisse cōsensum potius quā sonora colloquia: quoniam spiritus sunt, & non corpora mēbris cōposita. Vnde fieri potest, ut similes motus per subtilitatem naturę suę in se perspexerint, & hoc dictū sit colloquū. Non enim quicquā affectuū suorum ad inuicem latere spiritus potest. Simples enim creaturę, nullum habentes

Ioh. 8

Esai. 14

Matth. 8

Apo. 15

Collocutio angelorū.

tes

res quali obstaculū corpulentū, perspicue sibi sunt. Vnde arbitrator, quod lingua illa quę est eis secundū cōditionis suę modū loq; dissimili atq; insuspicabili distinctione, siue sono uocis, que sit uerberato aere, quod uolūt illicō enunciēt: nec sit necesse eis humano more breuissimi saltem temporis spacio loquelā a cogitatione discernere. Illud tamē immobiliter est tenendum, nullo modo in silentio agi militiæ cœlestis officia, cum legamus angelicas potestates ante sedem Domini in laudem glorię eius indefensis uocib. personare: neq; ullo modo, apostolum dicturum fuisse: Si linguis hominum loquar, & angelorum, nisi essent angelorum linguę, sicut hominū sunt: quāuis angelicę dissimiles sint humanis. Est ergo aliquid magnum, atq; ipsum ualde secretum super diuersitate linguarum inter terrigenas & ministeria superna discernere.

Apo. 4

1. Cor. 13

Psal. 1

Thre. 3

Lenis est super faciem aquę. Hinc usq; ad finē sermonis huius de illis, de quib. supra diximus, a beato Iob simul dici intelligamus, quorum & sanctus David ita meminit, dicens: Non sic impij, nō sic, sed tanquā puluis, que proiect uentus a facie terrę. & ideo quia nō sunt de Ecclesia magna, id est populo graui & sancto, qui granis secūdi & optimi tritici comparatur, & qui in horreo æternarum mansionum condendus est, leues ut paleę, nihil que eius ponderis habentes, quod ad prægrauidos uirtutum pertinet fructus, aquę elementa supernatant, ut aurę flatu tenui rapiantur. Siue hoc loco ille aquę dicitur sunt, que aliquando in scripturis humani generis amantis hoc seculum habent figuram, eo quod semper ad inferiora procliuēs, multum secum limi trahant, quo in chaos inferorum turbido pondere deponantur.

Maledicta sit pars eius in terra. Qui enim in terra sanctorum, quę est uiuentium terra, non fuerit, maledictus erit: & ideo maledictam partem dixit eius, qui illic non est habiturus. Propheta autem ait: Pars mea Dominus. Siue maledicta sit pars eius in terra, ut quicquid in parte sua in massa humani generis uiuens agere uideretur, quia & ipse pars mundi est, maledictum inueniatur, & reprobum.

Nec ambulet per uiam uinearum. Id est, ita maledicta sit eius conuersatio in hac terra, ut plebes Dei, siue animas sanctas, quę sicut uinę plene fructibus, ita & ille uirtutibus fructifere sunt, non imitentur, neq; per ipsas ambulet, non eas diligat, nō sequatur. Via autem uinearum, fides Ecclesiarum est: uel uia uinearū Christus est, per quem itur ad uitam æternā. Has enim uinęas doctores tanquam cultores doctrinis, uelut ligonibus colunt, ut ab eis uinum operum bonorum uindemiatur, quod in fide, id est torculari Ecclesię, pondere tribulationis expressum, fragrans Christi gratia, odore suauitatis cum uirtute meritorum in apothecis domorum cœlestium recondatur.

Ad nimium calorem transeat ad aquis nimium. Quasi duas gehennas sanctus Iob dicere uideretur, ignis & frigoris, per quas diabolus hæreticus, & homo impius commutetur, cum in Euāgelio huius duplicis pœnę, siue dissimilem auctoritatem non habeamus. Certum quidem est, nō minus quā ignē esse adustionis in frigore. Sed si gehēna tantūmodo ignis est, fortē in ipsa talis sensus cruciatuum fiat illis qui in ea torquebūtur, ut nunc quasi ignē ardentem sentiāt, nūc nimij algoris incendū, & pœnalis cōmutatio, nunc frigus sentiētibus, nunc calorem, quasi de loco ad locum transiuntur. & inde fortassis illud sit, quod Dominus ait in Euāgelio: Mittite illū in tenebras exteriores, illic erit fletus & stridor dentium: ut hic stridor dentium de rigore frigoris oriatur, ubi & similitudinem quandam ex nostris corporibus aliquatenus possumus inuenire, in quibus ex fellis rufi abundantia, quod est calidissimum, in typicis morbis intolerabilis rigor præcedit ignem, febrē ardentissima secuturum: & dicuntur a medicis hæc duo, que sibi contraria dignoscuntur, est una fellis materię in homine procreari.

Et usque ad inferos peccatum illius. Hoc quod peccatum impij & iniqui tam magnū sit, & tam graue, quod eum deprimat in infernum. In quorum figura Aegyptij demersi sunt in profundum, uelut plumbum in aqua ualidissima.

Obluiscatur eius misericordia. Id est Deus, qui nō solum misericors, sed & misericordia dicitur, & ita uerē ac propriē appellatur. Misericordię autem nomen a misericordia nascitur, apud homines de misericordia & iustitia, misericordis & iusti appellatio deriuatur: apud Deum, quod est Trinitas, ex illo qui misericors & iustus est, nasci iustitia & misericordia, id est existere filius ex patre cognoscitur. Quicumque sanctorum potest dici misericors & iustus, esse misericordia & iustitia uerē non potest: quod propriē & naturaliter Deus est, illi hoc speciali competit. Deus enim, quod habet est: nos quod habemus, de fonte suscipimus, fons autem ipse esse non possumus.

Dulcedo illius, uermis. Per antiphrasin dictum: quod est, dulcis sit uermibus, ut ab eis infatigabiliter consumatur: sicut Euāgelista, uel sicut Esaias propheta de præuaricatoribus dicit, Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Talis igitur dulcedo erit iniquis & odientibus Deum.

Non sit in recordatione. Id est, ad diuinam misericordiam non pertineat, quod diabolo & suis hæreticis, & impijs ita futurum, de scripturis sanctis discimus.

Sed contratur quasi lignum infructuosum. Quod & sanctus Iohannes baptista ait in Euāgelio: Omnis arbor quę non facit fructum bonum, excindetur, & in ignē mittetur. Vellignum peccatum intelligamus, quod per lignum accidit, & ipse diabolus lignum insanabile, uel

Matth. 22

Exod. 15

Esai. 66

Matth. 7

infructuosum potest dici, qui nunquam erit poenitentiae medicatione sanandus. Deligno autem uitae, id est de cruce uel Christo dicitur: *Esai. 67* Secundum dies ligni erunt dies populi mei.

Pauit enim sterilem. Id est, siue peccatum in homine nutritur & fouit, siue animas steriles & infructuosas uirtutibus.

Quae non pariet. Eas quoque animas assentationis suae delectationibus pauit, quae cum possent de utero cordis bona opera parere, noluerunt, ut beatus Dauid de huiusmodi ait: *Psal. 35* Noluit intelligere, ut bene ageret.

Et uiduae bene non fecit. Viduam etiam animam, & sanctitatis uiribus destitutam, quae Deum uirum habuerat, cum exhortatione noluit consolari, ut id ageret, quemadmodum posset reuerteri ad uirum suum priorem.

Detraxit fortes in fortitudine sua. Si fortes, & uirtutum uiros prostrauit atque detraxit, aduertere quid fecerit de infirmis: non quod haec bona, ut alicui prodesse, potuerunt iniqui in impietate durantes, sed quod ad maius pondus facinorum eorum pertineat, ita dicit: quandoquidem propter maiores iniquitates suas, nec istas quae sequentes uirtutes sunt, facere potuerunt.

Et cum steterit, non credet uitae suae. Et cum in prosperis sit, nec sic quoque moriente conscientia, putat quod eadem felicitate nequaquam perpetuo patiatur: qui cum huiusmodi pertinacis & duri animi sit, modo credens, quod in illa uita sua tam perditam stare possit, accipit tam a Deo locum poenitentiae, ut secundum diuitias bonitatis illius, patientiae quoque & longanimitatis, per has inducias prolongato sibi tempore, sed de conuersatione excusare non possit, quod tamen beneficium pietatis Dei, superbia exciccato corde contemnit: nequando reuertatur ad Deum, qui omnes uitas eius, & actus singulos intuetur.

Elevati sunt ad modicum, & non subsistent, & humiliabuntur sicut omnia, & auferentur. Nunc iterum illa pluraliter describuntur, de quibus usque ad hunc uersum singulariter dixerat. Ad modicum autem dicitur pro breuitate uitae praesentis, in qua pro tempore exaltatur iniqui. Quod autem ait, Auferentur sicut omnia, id est sicut illa quaeque sunt partis aduersae: siue cum in fine seculi ablata fuerint omnia temporaria, quibus se inseruerant, & quibus inhaeserant.

Et sicut summitates spicarum conterentur. Quemadmodum enim summitates spicarum, res utique nimium fragiles, tam a facilitate comminuuntur, ut ad nihilum deducantur: ita & hi de quibus locutus sum, ut puluis tenuissimus, siue ut fauilla & lanugo erunt ante faciem Dei, cum fuerint conrumelia confusionis attriti.

Quod si non est ita, quis me potest arguere esse mentitum, & ponere ante Deum uerba mea? Quis enim ex uobis me arguere poterit, quia non ita sit futurum ut dixi: me quae falsitatis conuincere, qui dicitis, quod omnia in hoc tempore redat Deus peccatoribus quae merentur: quod

in meam potius suggillationem de studio contentionis asseritis.

CAPVT VIII.

Respiciens autem Baldath Sutes, dixit: Potestas & terror apud Deum est, qui fecit concordiam in sublimibus suis. Conuersus Baldath a beato Iob, dicente in futuro magis Dei esse iudicia, ad haec se conuertit, ut diceret, Apud Deum est potestas & terror: id est, non iam exercet iudicium, sed apud se repositum tenet ac referuat in posterum: ipse tamen facit perpetuae pacis concordiam in sublimibus, id est sub aeternae beatitudinis securae tranquillitate uiuentibus angelis siue hominibus sanctis suis, custodiendo eos ne per aliquem lapsum peccati inimicitias offensae coelestis incurrant.

Nunquid est numerus militum eius? De hoc innumerabili exercitu militum Dei & sanctus Daniel ita ait, Millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei.

Et super quem non surgit lumen eius? Ipse enim illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum: quia non est qui se abscondat a calore eius.

Nunquid iustificari potest homo, cum paratus Deo, aut apparere mundus natus de muliere? Non mihi uidetur, quod ad ea quae sanctus Iob dixit, Baldath respondeat: sed secundum illum sensum potis dicat, quem & alij saepe dixerunt. Proinde manifestum est, quia de inopia respondendi eadem quae dixerant, frequentius repetant.

Ecce etiam luna non splendet, & stellae non sunt in conspectu eius. Sub nomine lunae, siue stellarum, angelos & supernas potestates intelligere possumus: qui ad comparisonem diuinae reuerentiae immundi & tenebrae possunt uideri, ex eo utique, quoniam natura conditione creaturae, licet non peccet, capax tamen delicti est, ut apparuit in angelis eiusdem naturae peccantibus. Sed post eos nullum angelorum peccasse credendum est, quia omne liberum arbitrium suum in solius Dei charitatem agnita sui conditione uerterunt, immobiles facti sunt, persistentes in ueritate, in qua praedictus angelus cum suis stare noluit. Proinde angelorum uoluntas per amorem Dei facta est inconuertibilis, quae in Deo una atque eadem esse creditur per naturam: & ideo ipsi soli in corrupto honore & gloria permanet. Potuit fortasse & de his astrorum corporibus dixisse, quae cum humanis praestantiora uideantur, eo quod in sublimi posita loco, coelestia nuncupantur: in conspectu tamen Dei ideo aestimantur munda non esse, quoniam iugiter & indefinenter, sicut Deus mundum illuminant, quorum quae illuminatio non est similis Dei illuminationi: quia haec solummodo corpus mundi illuminant, Deus autem illuminat & animas corporum humanorum: multi tamen glebas siderum corporatos spiritus arbitrantur, quemadmodum & de sole scriptum est: Girans girando uadit spiritus.

Quanto magis homo putredo, & filius hominis uermis.

Daniel. 7

Ioan. 1

Si enim angeli, inquit, coelorum etiam corpora ad comparisonem Dei immunda esse dicuntur, quid putas homo existimandus esse, cum sit ipse putredo: filius quoque hominis pro eo quod sicut uermis, ex corruptione nascitur. Et quia Baldath, quasi in defensionem Dei contra sanctum Iob loqui sibi uisus fuerat, talia in eum cum increpatione referuntur.

CAPVT IX.

Respondens autem Iob, dixit: Cuius adiutor es? ni quid imbecillie, & sustinet brachium eius qui non est fortis? Cui dedisti consilium? Forsitan illi, qui non habet sapientiam & prudentiam tuam ostendisti plurimum. Aut que docere uoluit? non ne eum qui fecit spiramentum? Quotiescunque sanctus Iob respondit amicis suis, nunquam asperere coepit, cum illi apertas ei iniurias irrogarent. Nunc autem uidens Deo iniuriam fieri, iusta indignatione commotus, in ipso initio sermonis sui Baldath solum durioribus arguit uerbis, eo quod ita loqueretur, tanquam Deus sit infernus, ac non habens ullam brachij fortitudinem, cuiusquam egeret auxilio: non aduerrens, quia minor est participatio toto, gutta situla perenni fonte, scintilla latens in cinere igne diuino, quo omnia concalescunt: lucerna corporis sole iustitiae, testa figulo, anima Deo, unde mirans Iob loquitur, quare ausus fuerit, ut eum eo a quo illi est esse, adiuuare uel docere uoluerit.

Ecce gigantes genuit sal aquis, & qui habitant cum eis. Vis igitur nosse, homo uane, maiestatis Dei fortitudinem? ecce ipsi gigantes, & qui cum eis, sicut sub aquis terrarum positi in inferno, potentiam uirtutis illius sentientes, non sine suo gemitu contremiscunt. Gigantes autem appellat scriptura diuina homines superbos, rebelles & contumaces, ut fuit ille Nembroth gigas uenator contra Deum, Diabolus quoque & sui translator, nomine gigantes propter superbiam nuncupatur. Quod autem ait, sub aquis gigantes gemere, ita inquit, uelut si dixisset, sub terra, id est inferioribus terrae, ubi inferi esse perhibentur: unde & ipsi inferi nominati sunt. Aqua ergo eius naturae sunt, ut sine terra esse non possint. Sicut ergo inferi in profundo terrarum sunt, ita terrae in profundo aquarum, sicut ait: Qui creauit terram super aquas. Nam & sanctus Ionas, cum praeteris prophetis personam in se specialiter exprimeret Saluatoris, ita & de uentre ceti orat ad Deum: Circumdedert me aquae usque ad animam, abyssus uallauit me, pelagus operuit caput meum. Secundum ergo hunc intellectum, illud arbitror posse sentiri, quod beatus Iob ait, Ecce gigantes gemunt sub aquis: qui gemitus de doloribus utique & squallore eius habitationis tartareae nascebatur.

Nudus est inferus coram illo, & nullum est operimentum perditioni. Hoc dicit, quod scientiam Dei nihil latere possit, & quod perditio, qui diabolus a nobis non absurdè sentitur, se non preualebit ab omnipotentia eius abscondere.

Qui extendit Aquilonem super uacuum, & appendit terram super nihilum. Hic ipse sanctus Iob, cum superioris dixisset, quemadmodum Deus prudentia sua mundum regeret, inter cetera ait: Qui facit & interiora austrum, ubi plagam meridianam per spacia infinita ingredientem intrinsecus uoluit significare, sicut & nunc Septentrionalem partem aquilonis uocabulo nominauit, qui in extrema plaga. Deest aliquid, apostolus dicit, Portas omnia uerbo uirtutis suae: & quia aliquando in scriptura uetus diabolus significat, de quo & Salomon ait, Aquilo durus uentus. Nomine alio dextero uocatur, a suis quippe, & qui ad occidentem respiciunt, dexter quidem dicitur, sed totus sinistri operis auctor est: hic igitur supra uacuum dilata, id est super frigidus fide, atque incredulos, quod est super inanes a uera religione, & uacuos, atque ut eis uelut rex domineat, super eos extenditur. Rursus illi ipsi increduli, quos sanctus Iob terrae nomine appellauit, super diabolum, quod aenatus a Deo, nihil factus est, appenduntur, ut incerti semper sint, & nutantes tanquam caput & membra: ut caput quod nihil est dictum habitet in uacuo, & uacuum super nihilum appedatur.

Qui ligat aquas in nubibus suis, ut non erumpant praeceps deorsum. Per has nubes, scilicet ab altitudine ipsa spaciose aeris colantur aquae de coelo, sicut & alio loco de Deo ita legimus, Cribrans aquas de nubibus suis. Hoc igitur modo ligatae dicuntur, quoniam non simul effunduntur in terras, sicut & in diluuium factum legimus. Spirituales autem iste est intellectus, ut nubes sanctos doctores interpretemur Ecclesiae, qui aquas Euangelij portant populis effundendas, & gubernate sancto Spiritu, deferatur quocumque eas uoluntas regis perduxerit: ut irrigetur terra populorum, & de hac coelesti pluuia uirtutum fruges spirituali operatione multiplicentur. Quas aquas de superna abundantia defluentes ligat Deus in nubibus suis, ut unicuique secundum capacitatem cordis sui tantum doctrinae, tantum aquae effundant, quantum suspicientis possibilitas patitur: ne simul fortassis effusa, obsint cordibus minus ualentibus abundantiam sustinere doctrinam.

Qui tenet uultum solij sui. Id est, sententiam atque terrorem iudicij sui referuat in posterum. Iustitiae suae, & pietatis sedem in omni creatura sua ueritatis gloria resplendentem Deus tenere dicitur, quod est manifestatione secretorum iudiciorum suorum obuelare atque abscondere: ut Euangelium Christi in his quae perierunt, sit operum, in quibus Deus seculi huius excacauit mentes infidelium, ut non fulgeat eis illuminatio Euangelij gloriae Christi, & ideo ait: Et expandit super illud nebulam suam. Secundum illud quod ait Dominus discipulis suis in Euangelio: Vobis datum est nosse mysterium regni coelorum, illis autem non est datum. In protectione quoque diuinae custodiae suae expandit super ipsum bonum nunciu Euangelij nubem defensionis

ram super nihilum. Hic ipse sanctus Iob, cum superioris dixisset, quemadmodum Deus prudentia sua mundum regeret, inter cetera ait: Qui facit & interiora austrum, ubi plagam meridianam per spacia infinita ingredientem intrinsecus uoluit significare, sicut & nunc Septentrionalem partem aquilonis uocabulo nominauit, qui in extrema plaga. Deest aliquid, apostolus dicit, Portas omnia uerbo uirtutis suae: & quia aliquando in scriptura uetus diabolus significat, de quo & Salomon ait, Aquilo durus uentus. Nomine alio dextero uocatur, a suis quippe, & qui ad occidentem respiciunt, dexter quidem dicitur, sed totus sinistri operis auctor est: hic igitur supra uacuum dilata, id est super frigidus fide, atque incredulos, quod est super inanes a uera religione, & uacuos, atque ut eis uelut rex domineat, super eos extenditur. Rursus illi ipsi increduli, quos sanctus Iob terrae nomine appellauit, super diabolum, quod aenatus a Deo, nihil factus est, appenduntur, ut incerti semper sint, & nutantes tanquam caput & membra: ut caput quod nihil est dictum habitet in uacuo, & uacuum super nihilum appedatur.

Qui ligat aquas in nubibus suis, ut non erumpant praeceps deorsum. Per has nubes, scilicet ab altitudine ipsa spaciose aeris colantur aquae de coelo, sicut & alio loco de Deo ita legimus, Cribrans aquas de nubibus suis. Hoc igitur modo ligatae dicuntur, quoniam non simul effunduntur in terras, sicut & in diluuium factum legimus. Spirituales autem iste est intellectus, ut nubes sanctos doctores interpretemur Ecclesiae, qui aquas Euangelij portant populis effundendas, & gubernate sancto Spiritu, deferatur quocumque eas uoluntas regis perduxerit: ut irrigetur terra populorum, & de hac coelesti pluuia uirtutum fruges spirituali operatione multiplicentur. Quas aquas de superna abundantia defluentes ligat Deus in nubibus suis, ut unicuique secundum capacitatem cordis sui tantum doctrinae, tantum aquae effundant, quantum suspicientis possibilitas patitur: ne simul fortassis effusa, obsint cordibus minus ualentibus abundantiam sustinere doctrinam.

Qui tenet uultum solij sui. Id est, sententiam atque terrorem iudicij sui referuat in posterum. Iustitiae suae, & pietatis sedem in omni creatura sua ueritatis gloria resplendentem Deus tenere dicitur, quod est manifestatione secretorum iudiciorum suorum obuelare atque abscondere: ut Euangelium Christi in his quae perierunt, sit operum, in quibus Deus seculi huius excacauit mentes infidelium, ut non fulgeat eis illuminatio Euangelij gloriae Christi, & ideo ait: Et expandit super illud nebulam suam. Secundum illud quod ait Dominus discipulis suis in Euangelio: Vobis datum est nosse mysterium regni coelorum, illis autem non est datum. In protectione quoque diuinae custodiae suae expandit super ipsum bonum nunciu Euangelij nubem defensionis

Qui tenet uultum solij sui. Id est, sententiam atque terrorem iudicij sui referuat in posterum. Iustitiae suae, & pietatis sedem in omni creatura sua ueritatis gloria resplendentem Deus tenere dicitur, quod est manifestatione secretorum iudiciorum suorum obuelare atque abscondere: ut Euangelium Christi in his quae perierunt, sit operum, in quibus Deus seculi huius excacauit mentes infidelium, ut non fulgeat eis illuminatio Euangelij gloriae Christi, & ideo ait: Et expandit super illud nebulam suam. Secundum illud quod ait Dominus discipulis suis in Euangelio: Vobis datum est nosse mysterium regni coelorum, illis autem non est datum. In protectione quoque diuinae custodiae suae expandit super ipsum bonum nunciu Euangelij nubem defensionis

Qui tenet uultum solij sui. Id est, sententiam atque terrorem iudicij sui referuat in posterum. Iustitiae suae, & pietatis sedem in omni creatura sua ueritatis gloria resplendentem Deus tenere dicitur, quod est manifestatione secretorum iudiciorum suorum obuelare atque abscondere: ut Euangelium Christi in his quae perierunt, sit operum, in quibus Deus seculi huius excacauit mentes infidelium, ut non fulgeat eis illuminatio Euangelij gloriae Christi, & ideo ait: Et expandit super illud nebulam suam. Secundum illud quod ait Dominus discipulis suis in Euangelio: Vobis datum est nosse mysterium regni coelorum, illis autem non est datum. In protectione quoque diuinae custodiae suae expandit super ipsum bonum nunciu Euangelij nubem defensionis

Qui tenet uultum solij sui. Id est, sententiam atque terrorem iudicij sui referuat in posterum. Iustitiae suae, & pietatis sedem in omni creatura sua ueritatis gloria resplendentem Deus tenere dicitur, quod est manifestatione secretorum iudiciorum suorum obuelare atque abscondere: ut Euangelium Christi in his quae perierunt, sit operum, in quibus Deus seculi huius excacauit mentes infidelium, ut non fulgeat eis illuminatio Euangelij gloriae Christi, & ideo ait: Et expandit super illud nebulam suam. Secundum illud quod ait Dominus discipulis suis in Euangelio: Vobis datum est nosse mysterium regni coelorum, illis autem non est datum. In protectione quoque diuinae custodiae suae expandit super ipsum bonum nunciu Euangelij nubem defensionis

Hebr. 1

Eccle. 42

2. Reg. 22

Gen. 7

2. Cor. 4

Matth. 13

tionis suae, ut nullus possit ei, quamuis acerri-
mus aduersarius preualere. de qua etiam & apo-
stolus ait: Patres nostri omnes sub nube fuerunt.

Terminu dedit aquis, usquedu finiantur lux & tenebra.]
Sub nomine aquarum cara sinecdochē, quod
est a parte totū, mundi finem mihi uidetur di-
xisse, quia noctis ac diei uicissitudo peritura
sit: siue de infidelium & impiorū hominū popu-
lis dixit, quia aquae secundū Apocalypsin po-
puli sunt. Hae igitur aquae a Deo terminū acce-
perūt, siue ut non semper iniqui & peccatores
sint, siue ut non sinat Deus tribulationes pati san-
ctos suos, supra quam sustinere possint, sed fa-
ciat cum tentatione etiam prouentum tanquā
terminū, ut ualeant tolerare. Hec ergo sicut
demonstratur, quae hoc loco lucis & tenebra-
rum nomine significatae sunt, sicut & hic ipse
sanctus Iob alibi ait: Auferetur ab impijs lux
sua, itemq; de istis impijs: Et sic in tenebris,
quasi in luce ambulant, ambulationes etiam
fidelium terminentur, quae saepe in scripturis
a quarum nomine designantur.

Columnae caeli contremiscunt, & pauent ad nutum eius.]
Superius hic ipse sanctus Iob, cū de iustis ho-
minib; loqueretur, & de Deo, sic ait: Sub quo
curuantur, qui portant orbem. Ibi ergo quod
alij sint qui portant & sustineant mundum, ui-
deri potest: hic uero alij uelut columnae, quae
in illa caeli regia stabili perpetuitate consistāt,
qui tamen ad nutum diuinā potentie pauent,
& metu famulo contremiscant. Quia ergo il-
lic de hominibus sanctis intelleximus, quo-
rum meritis & orationibus mundus sustinea-
tur, non abs re esse existimo, ut hoc loco san-
ctos angelos columnas caelestis aedificij sen-
tiamus, quibus non tam sustentari, quam or-
nari uoluerit regnum suum: quia & ad ornatū
solūmodo aedificiorum plerūq; columnae per-
magnifice erigi solēt, ut aedes opere pulcherrī-
mo aedificatae, speciosis columnarū decorētur
ordinibus, sicut & illae durae columnae, quas in
tēplo Salomonis fuisse legimus: nō quod ali-
quid super se ponderis, quod ad aedificiorū su-
stentacula pertineret, habuerūt: quae tamē in mi-
ro opere fuerāt adornatae, ut tēpli uestibulum
per ipsas pulchrius redderetur. Stabilitatē er-
go solūmodo permanētem in natura angelo-
rum intelligimus nomine columnarū: qui nō
solū immobiliter in sanctitate perseverantes,
stabiles sunt, sed etiā aeternae beatitudinis glo-
ria speciosi. Nā & de futura immobilitate ho-
minum ita ait filius Dei: Qui uicerit, faciā illū
columnam in templo Dei mei: & foras non e-
gredietur amplius. Et ipsa Ecclesia, quae est
sanctorū omnium congregatio, pro aeterna si-
bi in Deo futura stabilitate, columna & firma-
mentum dicitur ueritatis. Secundū tropicos in-
tellectus, caeli nomine sanctificari Ecclesiā no-
uerimus, quā etiam beatus Ioannes apostolus
& euāgelista in Apocalypsi sua sapientimē coe-
lum nominat. Coelū ergo nō absurdē Ecclesia

dicitur, in qua caelōrum mysteria celebrantur. I-
psa quoq; desistendo mūdāna & terrestria co-
gitare, sursum cor habens, iam in spe caelum
efficitur: & idcirco, ut & ad illā promissam sibi
aeternam gloriam angelorum ex resurrectio-
ne perueniat, quotidie desiderijs inhiantibus
pendet, quemadmodum dicit apostolus: No-
stra autem conuersatio in caelis est. Huius ita-
que caeli, id est Ecclesiae, columnae sunt apo-
stoli, & ceteri qui simili gratia pollent, & eo-
rundem funguntur officio, de quibus ita ait a-
postolus, dicens: Iacobus, & Cephas, & Ioan-
nes, qui uidebantur columnae esse, dexteras
mihi dederunt, & Barnabē societatis, unde &
ipse tanquam columna fortis atque firmissi-
ma, portans ac sustinens diuersarum persecu-
tionū ingruentia sibi pericula: Ecclesiarū quo-
que instituendarum onera basulas, cum enu-
merasset plurimas insectationes aduersantiū,
ait, Praeter illa quae extrinsecus sunt, instantia
mea quotidiana, sollicitudo omnium Eccle-
siarum. Ista itaque columnae intremiscunt &
pauent ad nutum maiestatis Dei: quibus uer-
bis nō solū obedientiam praepositorum san-
ctus Iob significauit, uerū etiam pro com-
missi sibi doctrinae denario rationem in die
Domini, cum timore ab eis reddendam uo-
luit indicare, ne fortē audiant illam Domini
uocē: Veniet dominus serui illius in die qua
non sperat, & hora qua ignorat: & diuidet
eum, partemq; eius cum hypocritis ponet, illi
erit stertus, & stridor dentium.

In fortitudine eius repente maria congregata sunt.]
In principio Genesis legimus, quomodo secun-
do die praeeperit Deus, ut congregarentur
aquae in unum locum, & appareret arida. & ita
ad uerbum iubentis Dei illic congregatae
sunt, & tunc easdem congregationes Deus
maria appellauit: & forsan beatus Iob inde
nunc dixerit, quia repente ad uerbum eius a-
quarum moles in unum fuerint congregatae.
Vbi Iob Baldath amico suo, Dei enarrat po-
tētiā, ne quasi adiutorem Dei se, ut a sancto
Iob arguitur, aestimaret.

Et prudentia eius percussit superbum.]
Cui dubium
est, quia principaliter diabolus sit hic super-
bus: qui tunc primū a Deo percussus est,
quando illum de sede illa caelorum beata at-
que sublimi deposuit: de quo propheta ait ad
Dominum, Tu humiliasti sicut uulneratum
superbum. & iterum de eodem: Et humiliabit
inquit, calumniatorē. Qui uulneratus a Deo
est non in carne, quā non habet, sed in corde,
ubi superbus est. Si autem specialiter maria &
a quarū multitudines, populi esse intelligun-
tur, rectē maria haec Iudeorum gentem, & na-
tionum populos esse sentimus, quibus domi-
naturū uerum Salomonē David propheta ita
prenūciat, dicens: Et dominabitur a mari usq;
ad mare. De mari enim, id est gente Iudeorum
coepit Euāgelium Christi, quia de Siō exiuit
lex, & uerbu Dñi de Hierusalem, & peruenit
usq;que

usq; ad mare gentium, ut & ipse Dominus ait
discipulis suis: Et eritis mihi testes in Hierusa-
lem, & in omni Iudaea, & usq; ad ultimum ter-
ra. Sanctus ergo David quod dixerat, a mari
usq; ad mare: hoc ipsum in alio uersiculo repe-
tere mihi uidetur, sicut ait: Et a flumine Iorda-
ne, uidelicet qui est in Iudaea, ubi baptismi sa-
cramenta esse coeperunt, usq; ad terminos or-
bis terrae. Haec ergo maria populorū fortitudi-
ne ac uirtute resurrectionis Christi, apostolo-
rum Euāgelistarumq; ministerio, ceterorūq;
praedicatione, repente in unum Ecclesia cor-
pus congregata, atq; in unam copulā fidei fuit
Christi charitate connexa. Sic itaq; prudentia
eius percussit superbum, nempe diabolū, hūā-
ni generis inimicū, dū de potestate eius eruit
nos, & trāstulit in regnum filij charitatis suae.
Spūs eius ornauit caelos. Legimus in princi-
pio Geneleos, quarto die stellas a Deo posi-
tas esse in firmamēto, atq; exinde astrorū mi-
cātium globos, incessabili cursu ac militiāe fir-
ordine dispositū caelōrum uidemus ornatum.
Hos igitur caelos beatus Iob dicit, quia mira
pulchritudine Dei spūs adornauerit. David
quoq; nō solū de pulchritudine & decore coe-
lorum, uerū etiam, & de uirtute ipsorum ita
ait, dicens: Verbo Domini caeli firmati sunt, &
spūs oris eius uirtus eorū. Vbi breuiter Trinita-
tē nobis, operatē omnia cōmendauit: Domi-
num patrē, uerbu filii, & de patre spūs pro-
cedētem. Quod ergo dixit David uirtutē coe-
lorū, hoc ornatū eorū Iob appellauit: quoniam
decorū eorū & pulchritudini uis ignea inest,
qua ex illorum lumine & calore, noctis tene-
brae, & rigor frigeris temperētur. Iob etiā san-
ctus patri modo ut btūs David, hoc loco san-
ctam nobis insinuat Trinitatem, dicendo: In
fortitudine eius repente maria congregata
sunt, & prudentia eius percussit superbum.
spiritus eius ornauit caelos.] Quod ita nos intelli-
gere possumus, quia in fortitudine sua Deus
pater maria congregauerit, & in sua pruden-
tia superbū percussit: de qua dicit Apосто-
lus, Christus Dei uirtus, & Dei sapiētia, sicut
enim per ipsū Iesū Christū filiu suum, qui est sa-
pientia & fortitudo eius, uniuersa cōdidit: ita
& per eundem, qui est sapiētia & fortitudo e-
ius, superbū & callidū percussit inimicū. Spūs
etiā sancto suo rationales caelos ornauit, quos
apostolos & apostolicos uiros intelligimus,
qui multis scripturarū locis caelōrum nuncupa-
tione cēsentur, ut propheta Abacuc ait: Ope-
ruit caelos uirtus Dei, laudis eius plena est ter-
ra. Hi ergo sancti uel apostoli, uel apostolorū
discipuli, per spūs sanctum ita distenti sunt
gratiarū donis, tanquam sidereis luminibus.
Et obstetricāte manu eius educus est coluber tortuosus.]
Sancti ergo spūs donis hoc modo praedicato-
res Euāgelij intrinsecus adornati, uerbu no-
uum redemptionis hūanāe tanquam semen po-
pulis aspererunt, unde a timore Domini in
utero spūs salūtis cōciperēt: & ita manus &

sapientia patris Iesus Christus filius eius, per
quē pater omnia cōdidit & creauit, sicut pro-
pheta ait ad patrem: Omnia in sapientia fecisti.
Et Euāgelista: Omnia, inquit, per eum facta
sunt, & line ipso factū est nihil, animabus mul-
tiplici uirtute foecundis dignatione sua a san-
cto Iob ad stare perhibetur, ut parturientibus si-
lios uerturi seculi, obsequiū quoddā adhibeat
suae pietatis, easq; in persecutionū doloribus
positas cōsoletur: ministerio quoq; suo inuisi-
biliter intrinsecus operatē, adiuuet parientes:
quia sine illo nullus eas honorū operū, quae fi-
lorū nomine significari superius diximus, sub-
sequetur effecto. Quas animas beatas & sanctas
ipse Dominus, ceruarū nomine ita appellat,
dicens ad Iob, Aut parturientes ceruas obserua-
sti: Vbi se uelut sapiētia patris aperte manife-
stat, quasi obstetricis officio sicut dixi, ad stare
parientibus, ut uerbu illud suū diuinū, quod tā-
quā semē infusum est, credētū sinibus anima-
rū obseruet atq; custodiat, quē admodum for-
matū & solidū in filios operū procreetur. Ipse
igitur charitatē misericordiae suae, qua multū
dilexit nos, per hoc ministeriū obseruante, &
pietate eius obstetricāte, ut anima sancte huius
modi foetus edāt, educit ab eis, & de cordibus
earū excludit ille in quo nihil est rectū, colu-
ber tortuosus: ille utiq; serpens qui est callidior
omnibus animātibus sup terrā, ut in eis per fi-
dem uirtutum filios generātibus, ultā non ha-
beat potestātē: sicut ipse Dominus ait in Euā-
gelio, Nunc princeps huius mundi eijcietur
foras. Non enim foras mundū principē mūdi
huius, id est diabolū dixit eijciendum, sed
de fidelium cordibus excludendum. & hoc
est quod ait, Educus est coluber tortuosus.
Ecce haec ex parte dicta sunt uerū eius.] Iste sunt uer-
ba Domini, de quibus ipse Saluator per Salomo-
nem ait, cum & de sua natiuitate praedixit:
Dominus creauit me in principio uiarum sua-
rū, in opera sua. Creatus est ergo ipse Domi-
nus Iesus Christus per Deum patrē ex Maria
uirgine, ad ostendendas & manifestandas per
filium suum uias mandatorū suorum: a qui-
bus opera Dei, id est homo aberrauerat. De
quibus uis Domini, sanctus Iob ex parte ali-
qua dixit in superioribus se locutū. Vnde ad-
uertimus quod non omnino inuenias quem-
piā qui ualeat omnia secretorū Dei mysteria,
quasi sibi reuelata cognoscere, propter quod
& Apostolus dicit, Et ad haec quis tā idoneus:
Et cum uix paruam stillam sermonis eius audierimus.]
Paruā stillam hominē assumptū intelligamus,
qui in Psalmo Hermon, mōs modicus de-
pellatur, & in Danielis lib. lapis excisus de mōte
sine manibus dicitur, & fasciculus guttae ab
sponsa sua in Cantico uerū cātici nominatur. Igi-
tur de hac paruā stilla sermonis Dei, cui mini-
stri fuerūt apostoli, Iob audisse se dixit: quod
tamē audire nō potuit, nisi Dño sibi reuelāte
cognosceret, sicut & alius Propheta ait, Audiā
quid loquatur in me Dñs Deus, & ideo, quia
HH 4 cordis

cordis est potius iste quam corporis, in ipso auditu est intelligentia dispensationis sacramentorum Christi, ubi ipsum audire uidere est, & cognoscere.

Quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri? hoc dicit: Si enim assumptio forme serui specie ineffabilibus mysterijs continetur, quae tamen ad comparationem assumptis Dei istilla permodica est, quanto magis quisquam non poterit tonitruum magnitudinis illius intueri, id est ipsam diuinitatem? Quae ideo tonitruum nomine dicta est, quia de excelso fama nominis eius in Iesu filio suo terris insonuit, & cum hominibus hoc fragore terribili insonauerit, nemo tamen eorum poterit totam diuinitatis eius magnitudinem intelligere cõtueri. Ut autem tonitruum diuinæ sublimitatis Ioannes apostolus mundo altius insonaret & diceret, In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum, ipse Boanerges siue Boanerehem, id est filius tonitruum nuncupatus est, sicut & Iacobus frater eius, qui primus inter apostolus martyrij est gloriam consecutus. Finitis interlocutionibus sancti Iob, & amicorum illius, nunc post silentium praedictorum duas longas & obscuras parabolas est locutus.

Ioan. 1. Mar. 3.

C A P V T X.

Adit quoque assumens parabolam suam, & dixit. Quod dixit, Addidit Iob, assumens parabolam suam: significat quod ea quae ante dixerat, per similitudinem & parabolam, uel maxime dixerit, & conuictis amicis suis, quasi ea libere agens, ita contra eos loqui exorsus est, dicens: Viuit Dominus.] Hoc iuramento & prophetae postea usi sunt, & ipse Dominus aliquoties ita iurat, inquiring per prophetas: Viuo ego, ait Dominus, uiuit ergo Deus, ait factus Iob.

Hier. 46.

Qui abstulit iudicium meum, siue ut alij dixerunt, Viuit Deus, qui sic me iudicauit.

Et ois qui ad amaritudinem animam meam adduxit: quia donec superesset halitus in me, & spiritus Dei in naribus meis, non loquentur labia mea iniquitatem.

Nec lingua mea meditabitur mendacium. Alij uero dixerunt, Nec anima mea meditabitur iniqua.

Absit a me, ut iustos uos esse iudicem, donec deficiam, non recedam ab innocentia mea. Iustificationem meam quam coepi tenere, non deseram. Nec enim reprehendit me cor meum in omni uita mea. De tribulatione itaque plagae huius, quam beatus Iob patiebatur, in hoc libro frequentis sermone ita repetit, dicens quod Deus iudicium eius secundum hunc sensum, ut hic ait, ab eo abstulerit, dum eum innocentem poenas iniquorum pati permittit, amaritudinem quoque animam eius super miseria praesenti repleuerit. Hoc igitur ait: Viuit Deus meus, qui facit quicquid ei placuerit: quia donec ipsis halitus iam omnino attenuatus in me est, spiritus quoque Dei, qui me ut sustineam hos cruciatus, corroborat, non sum locuturus mendacium & iniquitatem, ut iustos uos esse dicam, qui merito me ut reum criminum pati poenarum mala ista de-

cernitis. Ego enim etiam in his cruciatus moriar, non recedam ab innocentia mea, quam uos quasi blasphemis meis me asseritis perdidistis. Iustificationem quoque meam, qua etiam his examinationibus, erudior, donec uiuo, quam coepi, tenere non deseram: quia non reprehendit me cor meum in omni uita mea. Magna conscientia quae hoc dicit: cui non credere, grade peccatum existimo, de quo dixit Deus, quod uir esset uerax, & sine ullo mendacio. Sed quemadmodum uerum erit illud quod ipse Iob superius dixit ad Deum, Et consumere me uis peccatis adolescentie meae? qui sermo huic loco non concinit, si cor eius in omni uita sua eum non reprehederit. Proinde nequaquam haec duo contra se dimicantia stare poterunt: quoniam unum horum ueritas suppledat necesse est. Vnde illud quod ait, Non enim reprehendit me cor meum in omni uita mea. Hoc loco omnis uita, praesens eius uita intelligenda est, quo tempore haec dicebat: tanquam si diceret, Tota nunc conuersatio mea irreprehensibilis est. nam & ita dicitur ex superiori uersiculo credibile uideri potest, ubi ait: Iustificationem meam quam coepi, tenere non deseram: ubi dum coepisse se profiteretur, fieri potest quod post aliquod tempus uita sua ad hanc perfectionem irreprehensibilis cordis peruenerit, aliter: Quia ergo illos amicos suos toto animo intuens dixit, Non loquentur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium, & aperit hoc ipsum in subsequenti uersiculo, dicens, Absit a me, ut iustos uos esse iudicem. idcirco in eandem partem qua de eis loquebatur, intendens, potuit dicere: Non enim reprehendit me cor meum in omni uita mea. Male suadentibus, & ut uos facitis, blasphemiam hortantibus non consensit: quod & uxor mea, ut hoc facerem persuadebat. Hinc igitur solummodo potuit dicere, Non reprehendit me cor meum in omni uita mea. nam & sanctus David secundum hunc sensum ait in Psalmo: Domine Deus meus si feci istud, si est iniquitas in manibus meis, si reddidi retribuentibus mihi mala. Et licet a Salvatore dictum recte intelligatur, tamen a David non generaliter dictus locus iste intelligendus est, sed potius specialiter: quoniam eundem Psalmum pro uerbis Christi filij Iemini Dominus decantauit: & istum Christum filium Iemini Saulem fuisse dicimus. Quoniam ergo Christi pater est gentis Aethiopiae, & Aethiopia interpretatur notabilis: idcirco quia Saul stature notabilis fuit, ut in Samuele scribitur, ab humero & sursum eminebat super omnem populum Christi, est appellatus, & dicitur est filius Iemini, cum pater eius Chis uocabulo consecratur. Sed scriptor historiae ad caput familiae eius respexit, unde nobilitas generis illius descendebat. Nam Iemini septimus est a Saule sursum uersus, unde iste est oriundus. Igitur quemadmodum David speciale locum propter Saul dicitur, quasi generaliter uidetur intulisse, dicens: Si

Psal. 7.

Si est iniquitas in manibus meis, cum legerimus illum peccasse: ita potuit beatus Iob in hoc loco quasi sub generalitate totius uitae specialem sensum exprimere praesentis temporis, ita dicens, Non enim reprehendit me cor meum in omni uita mea, id est male & dolose siue uobis siue alijs consilium mihi datibus non consensi. unde & illud quod dixerunt alij interpretes, ad hunc sensum speciale poterit iungi, qui ita inquit: Nec enim conscius sum mihi, iniquum quod commisisset.

Sicut impius inimicus meus, & aduersarius meus quasi iniquus. Quod prophetae spiritu indicat haec dicere mihi uidetur, magis quam uoto maledicentis, qui ait alio loco: Si gauissus sum ad ruinam eius qui me oderat, quia dum alijs sensibus obscurioribus detinetur, non ad omnes contradictiones eorum tunc potuit respondere.

Quae enim spes & hypocrisis si auare rapiat, & non liberet Deus animam eius? id est, dignum se exhibere liberatione non studeat. Videtur mihi quod aliquibus obiectis amicorum suorum, quae superius ab his dicta sunt, nunc respondeat, eam obmutescens eis & superior & liberior. Quae ergo est spes hypocrisis, si auare rapiat, & non liberet Deus animam eius? Hic hypocrisis fictos in amicitia, uel dolosos intellige. Quam uos cupiditatem, & quasi auaritia sitim patimini, inquit in interitum meum, ut me uotis iam ad tartarum rapiatis. Super hac igitur nefanda uoluntate, quam spiritus uenit ante Deum habebitis: si non acquiescitis Deo, ut uos in hac uita emendare curetis: aut si uos Deum misericordia bonitatis suae a donatione iuste sententiae suae liberare noluerit?

Nunquid clamorem eius audiet cum uenerit super eum angustia? In tempore utique retributionis, quando uentura est impio angustia, nullum erit remedium peccatoribus: quia supplicationes eorum Dominus in die ultionis non suscipiet. Tunc enim clamare ad Dominum incipient, quando locus exaudiendi eos iam non erit.

Aut poterit in omnipotente delectari, aut inuocare Deum in omni tempore? Is in Deo delectari poterit, & inuocare eum, qui sibi bene conscius, recte presumit, qui se talem exhibuerit, ut quolibet tempore mereatur audiri.

Docebo uos per manum Dei, quae omnipotens habeat, nec abscedam. Dicit illa quae habet Deus in manu ac potestatis, & in secretis iudicij suis, quae etiam eis cupiat demonstrare, ita inquiring:

Haec est pars impij hominis apud Deum, & haereditas uolentorum quam ab omnipotente suscipient. Illud est quod superius definitus ait: Quae enim spes est hypocrisis, si auare rapiat? Nunquid clamorem eius audiet Deus, cum uenerit super eum angustia? Haec ergo sunt quae uolenti & impij non modo hic, sed in futuro iudicio ab omnipotente percipient. Vos autem qui in mea personam haec uniuersa depromitis, quod in praesenti restituat Deus, uana & rationem non habentia fabulamini.

Si multiplicati fuerint filij eius, in gladia erunt, & nepotes eius non saturabuntur pane. In filijs & nepotibus, reliquis quoque omnem posteritatem male generat.

tionis aspexit. Aliquando in scripturis non solum pro carnali progenie, uerum etiam pro morem similitudine filij appellatur. De illis uero qui siue in bono, siue in malo parentum suorum sequuntur uestigia, Domini est in Exodo definitiua sententia, ita dicens: Visitationem patrum in filios in tertiam & quartam generationem, eorum qui oderunt me: & faciam misericordiam in millia ijs qui diligunt me, & custodiunt praeccepta mea.

Qui reliqui fuerint ex eo, sepeliuntur in interitu, & uideae illius non plorabunt. Generationem imitatricem malorum parentum his uerbis danandam esse significat, & per sepulturam animarum mortem futuram, & uideae eorum praenimio instante sibi malo flere non poterunt, non habentes utique temporis copiam, quo suarum miseriarum cum lachrymis recordentur.

Si comportauerit quasi terram argentum, & sicut lutum preparauerit uestimenta. Infatiabilem cupiditatem ac uoraginem quandam in explebilis auaritia huius impij dicit, qui tantum congregare potuerit, ut immensitas diuitiarum eius ac supellectilis, terrae & luti materiae comparatur. de quo superius ita iam dixerat: Quae enim spes est hypocrisis, si auare rapiat?

Preparabit quidem, sed iustus uestietur illis, & argentum innocens diuidet. & Salomon ita locutus est dicens: Thesaurizantur iustis diuitiae peccatorum. Alij uero translators ita dixerunt, Haec omnia iusti consequentur, & substantiam eius ueraces possidebunt.

Aedificant sicut uinea domum suam, & sicut custos fecit umbraculum. His uerbis hoc ait, quod homo impius frustra laborauerit, quandoquidem uel citò transeuntibus, rebus uel tunc demoliuntibus status domus illius comparatur. Quod & alij dixerunt: Erunt enim eorum domus sicut tineae, & aranea quae seruauit. Et quia puto locum istum generale esse non posse: non enim iustis peccatorum istae corporales diuitiae reseruantur, cum plerumque uideamus non solum iniquorum, sed & iustorum substantias a peccatoribus possideri: ipse titulus nos coartat, ubi dicitur, Et assumens Iob parabolam suam ait, ut specialiter de diabolo, & e contrario de Christo intelligamus, Si comportauerit quasi terram argentum, & sicut lutum preparauerit uestimenta: preparabit quidem, sed iustus uestietur illis, & argentum innocens diuidet. Aedificauit sicut tineae domum suam, & sicut custos fecit umbraculum. Hic ergo impius, quem superius diabolus esse diximus, in prauaricatione Adae periculosos quosque & claros uiros, ut terram & lutum uiles constituit, a quibus etiam uirtutes bonae naturae eorum uelut uestimenta detrahit: quorumque aurum, sicut alij dixerunt, quo diuitiae metis significantur. His enim diuitijs ad imaginem & similitudinem creatoris sui pulchritudinis fuerunt, & compositi auferendo ab eis, ad summam eos indigentiam uilitatemque perduxit. His igitur rebus homines cooperantur in Adae,

Exod. 20.

Cap. 27. Prover. 15.

ut dixi, seducti à diabolo, quæ in creatura mū-
 di uiliores uideantur. Sed iustus Dominus Deus
 noster, auferendo à diabolo predicta spolia ca-
 ptiuorum, ipsosq; captiuos liberans, quos ini-
 micus in interitum præparauerat, Ecclesiam
 sanctā sibi exhibuit de eis, mundansq; eam la-
 uacro aque uerbo, atq; eam sine macula & ru-
 ga efficiens, id est puram à peccato, & confes-
 sione fidei simplicem, ut preciosum induit ue-
 stimentum. Argentum etiam, quo per spicui
 quicq; ut iam locutus sum, & clari mūdi huius
 intelliguntur, innocēs agnus Dei & immacula-
 tus diuidet, cum credēs in beatam uitam &
 æternam gloriam mittet, & incredulos in per-
 ditione dimittet. Ita enim & Deus pater pph-
 etans ait, ubi de filio suo loquitur dicens, Disper-
 tiam ei plurimos, & fortitū diuidet spolia. & la-
 cob patriarcha in benedictionibus filiorū suo-
 rum de sancto Paulo, qui prædicatione sua fide-
 les ab incredulis separaturus esset propheta,
 dicens: Baniam in lupus rapax, manē comedet
 prædā, & uespere diuidet spolia. & Dominus
 Deus, qui dat sanctis suis uerbū, euangelizan-
 tibus uirtute multa, rex uirtutum dilecti, ipse
 eis tribuit species domus diuidere spolia. Si-
 ue argentū innocēs diuidet, clara & splendēs
 eloquētia secularis mūdo per Christū auferet-
 tur, ut credentiū facundia nitenti & puro elo-
 quio eius uestiatur: quia quæadmodū animæ
 hominū, uirtutū uestibus induuntur, ita & sensus
 diuini dū euangelizantiū prædicationibus
 enunciantur, quodāmodo sermonibus uestiū-
 tur. Aedificauit sicut tinea domū suā, & sicut
 custos fecit umbraculum. Ut tinea cōsumit &
 demolitur habitaculū suū, ita & diabolus do-
 mum perditū populū suū in interitū eius ædifi-
 cat, quia habitatiōē sibi temporariā, & pau-
 latim solubilem præparat, possessurus æterna
 supplicia. Hic ergo est ille impius, de quo per
 figurā Christi loquitur sanctus Iob in superiori-
 bus cœpit, ita dicens: Quæ enim est spes hypo-
 critæ, si amare rapiat? In non cōuertentem nul-
 la spes uentis erit, cū etiam super hæc quadam
 auaritia fauente rapiat homines ad introitū.
 Qui iccirco hypocrita dicitur, quia se transfigu-
 rat in angelū lucis. Cuius etiā clamorē seræ de
 precationis non est Deus auditurus, cū intra
 poenarum angustias fuerit coartatus. In Deo
 quoq; non erit ei de bono conscientia aliqua
 delectationis fiducia. Sed nec in laude confes-
 sionis eū poterit inuocare, quia non est in in-
 ferno qui cōfiteantur ei. Vnde etiam sanctus
 Iob hoc ipsum ait, Per manū Dei, qui est Chri-
 stus filius eius, dextera quoq; & brachiū, quo
 omnia cōdidit & creauit, docebo uos quæ in
 iudicijs suis iustissimus habeat, nec abscondā:
 quod & uos scire nō dubito, quia oēs aduersa-
 rij Christi, siue per scripturas eius, siue per na-
 turæ bonū sciūt iustitiā Dei. & iccirco per il-
 los amicos figuratē dictos, in spū prophetiæ
 coercentur inimici futuri Christi temporibus:
 qui etiā cū sciant retributionē iniquorū futu-
 ram, tamen quicquid de præsumptione spiri-
 tu uanę loquuntur, atq; mēdaciter, etiā scriptu-
 ris suis atq; dogmatibus copioso sermone cō-
 firmant. Audite ergo o uos amici dolosi, dicit
 sanctus Iob, per prophetiam ferens imaginem
 Saluatoris: quia hæc portio est huius impij,
 de quo in multis locis scripturarū sanctarum
 denunciatur, quia perditā gloria angelicæ di-
 gnitatis, hominis nomen accepit. Hæc quoq;
 est hæreditas uolētōrū satellitū eius, quam
 ab omnipotēte, & iusto iudice uiuorū ac mor-
 tuorū, & si ita me credere nolunt, percepturi
 sunt: quia et si multitudinē innumerabiliū fi-
 liorū habuerit, oēs diuinæ sententiæ meæ gla-
 dio feriētur. Nepotes etiam, in quibus illi in-
 telliguntur, qui ab illis seducuntur, quos prius
 diabolus ipse deceperat: nepotes in quā eius
 nō saturabūtur pane, uisionis Dei utiq; famē
 inopsiamq; passuri, quia oēs sancti cōtempnan-
 tes Deū, reficiēdi eo sunt, & pascēdi, quo nūc
 angeli satiātur. Illa quoq; promissio tūc uerē
 implebitur, quæ in psalmo dicta est, Panē an-
 gelorū māducauit homo: quia quæadmodum
 in tēpore malorū sancti nō confundentur, ita
 & in diebus famis istorū illi saturabūtur. Reli-
 quias quoq; diaboli, extremā generationem
 populū eius intelligere possumus, quæ simili-
 ter ut ipse diabolus, & filij ac nepotes eius, cū
 toto corpore populū suū sepelientur in introi-
 tu, ut ille diues qui sepultus est in inferno. Il-
 læ quoq; uiduæ. i. animæ quas uitij suis, & il-
 lecebris uoluptatū diaboli enerauerat, mol-
 lesq; reddiderat, ut animū fortē ac uirilē amit-
 terent, nulla correctione aut satisfactione de-
 flebūt, ut saltem aliquādo respiscāt ad Deum,
 quæ tanquā uicū amiserunt, uelut uicis adul-
 terijs adherēdo, principia uerō sermonis hu-
 ius satis difficulter super Domini persona in-
 telliguntur, præsertim cu hoc modo exordiū
 habeat: Viuit Dominus, qui abstulit iudiciū
 meū. Sed secundū formā serui, quā Dominus
 assumpsit, possunt tota fidei passiōe Domini-
 cę coaptari, ut iudicium uoluntatis hūanæ ex
 persona assumpti hominis dictū sit, quo orās
 dicebat ad patrē: Mi pater, si possibile est, tran-
 seat à me calix iste. itēq;: Si nō potest hic calix
 trāsire nisi bibā illum, fiat uolūtas tua. & ideo
 iudiciū meū dixit, quia in se hūani generis in-
 firmitatē in ueritate suscepit hominis demon-
 strabit. Sic igitur in eo ablatū est iudicium fra-
 gilitatis hūanæ timēte ipso mortē, dum ait ad
 patrem: Verūtamen non sicut ego uolo, sed si-
 cut tu. Sequēs etiā uersiculus eodē sensu dicitur,
 quo Iob, qui figurā Christi habebat, ait ad
 patrē: Et ops qui ad amaritudinē adduxit ani-
 mām meā. Amarum erat poculum mortis, ad
 quod bibendū Saluator noster aduenerat. De
 ipsius nāq; calicis amaritudine erat illud qd ait
 discipulis suis: Tristis est anima mea usque ad
 mortē. Verbū autē adduxit, sicut ait, Et ops qui
 ad amaritudinē adduxit animā meā: secundū
 Apollōn est intelligendū, qui de Deo patre
 ita ait,

Esai. 53.

Gen. 49.

Psal. 67.

Psal. 6.

Psal. 77.

Luc. 16.

Mat. 26.

ita ait, Qui proprio filio suo non pepercit, sed
 pro nobis omnibus tradidit illum. Non enim
 uolēs traditus est ad mortē, cū alio loco de Sal-
 uatore idē dicat Apostolus, Qui se tradidit p-
 peccatis nostris. & multa talia secundū hunc
 sensum de Salvatore in Psalterio prædicuntur.
 Quod autē ait: Viuit Deus, ipse est Deus pater
 eius, quē Petrus confitetur in Euangelio, di-
 cens ad filium: Tu es Christus filius Dei uiui.
 Per hunc igitur patrem suū filius eius iurat, si-
 cut solet in scripturis alijs pater eius iurare per
 filium, ita dicens: Tollam in cœlū manū meā,
 & iurabo per dexteram meā. Iuramentū istud
 diuinū, quod pro infirmitate consilij siue sen-
 tētiæ dicitur, ad subsequentiū pertinet sēsum,
 dicēdo: Quia donec superest halitus in me, &
 spiritus Dei in naribus meis. Vbi & illud per-
 tinet, quod de Domino in Esaiā scribitur:
 Quiescite ab homine, cuius spiritus in nari-
 bus eius: quia excelsus deputatus est ipse. Do-
 nec autē ad uerbū, secundum hunc intellectū,
 quo de Salvatore nostro seriem intelligen-
 tiæ huius texuimus, non ita dictum existime-
 mus: tanquā dixerit, Quo ad usq; est halitus ui-
 tæ huius in me, id est antequam moriar. Spiritus
 quoq; Dei qui uiuificat me, siue qui ministrat
 mihi huius aeris uitam: non loquentur labia
 mea iniquitatem, &c. sed donec pro semper at-
 q; perpetuū hoc loco dictum esse nouerimus:
 sicut ipse Dominus ait ad populum per pro-
 phetam, Ego ego sum, ait Dominus: & donec
 senescatis, ego sum. Non enim post senectutē
 hominum Deus non erit, cum eisdem potius
 senescentibus Deus perpetuū maneat. Siue il-
 lud quod Psalmista ait, Dixit Dominus Do-
 mino meo, sede à dextris meis, donec ponam
 inimicos tuos scabellum pedū tuorum. Quid
 dicimus, quod nisi posteaquam inimici suble-
 cti fuerint Christo, non est sessurus ad dexte-
 ram patris: & ubi erit illud quod ait angelus,
 Et regni eius non erit finis: Propter quod, do-
 nec in talibus locis, ut dixi, pro perpetuū est
 intelligendum. Necnon & illud quod de Io-
 seph & beata Maria Euangelista ait: Et nō co-
 gnoscebat eam, donec peperit. Quis est enim
 super ueneranda sanctæ Marię uirginitate ita
 blasphemus, ut hoc saltem audeat cogitare, qd
 post Dominū Saluatorem filium suum illa ui-
 rum cognouerit? Proinde secundum ueritatē
 fidei catholicæ, donec & hic, sicut & supra di-
 ctum est, pro semper intelligamus. Ait ergo
 Dominus Iesus: Quia semper habitus diuini-
 tatis in me est, qua secundum id quod homo
 sum, à Deo conditus sum & creatus, habens
 quoq; in me spiritum patris mei, meumq; sub-
 stantialiter. Sequitur ergo, ita dicens: Donec
 deficiam, non recedam ab innocētia mea. Ita-
 que secundū superiorem sensum, donec & hic
 posuit, id est nunquā deficiam, & ideo ab in-
 nocentia non recedam: quia ego innocentia
 non morum industria acquisiui, sed in qua na-
 tus sum, ita sum iustus & innocens, iustifica-

Rom. 8.

Gal. 1.

Mat. 16.

Esai. 2.

Psal. 109.

Luc. 1.

Matth. 1.

tionem meam quam cœpi, terrę non deseram.
 Potuit hoc Saluator dicere, ut homo in Deū
 assumptus, cuius initium est secundum carnem
 ex Muria uirgine, ex qua esse cœpit, qui ini-
 tium non habebat. Peccatū autem hominis nec
 nascendo attraxit, nec operando cōtraxit: &
 ideo solus ueraciter dicit, Non enim reprehē-
 dit me cor meum in omni uita mea. Sit ut ini-
 pius inimicus meus, & aduersarius meus qua-
 si iniquus. Nō enim uoto maledicit, sed pro-
 phetando prædicat. Nunc ad illum locum, un-
 de ad hæc superiora uenimus, reuertamur,
 ubi hoc sequitur:
 Diues cum dormierit, nihil secum auferet, aperiet oculos
 suos, & nihil inueniet. Ad illum qui comportauit
 quasi terram argentū, locus hic pertinere di-
 noscitur, qui uelut ex superioribus pendeat:
 sed ramentum multis modis diues intelligitur in
 scripturis diuinis. Est diues facultatibus ter-
 renis, sed si confidit in ipsis diuitijs, cadet, ut
 Salomon dixit: Hic ergo talis diues, cū ad som-
 num mortis abierit, nihil de suis facultatibus
 secum feret, quoniam nudus uenit nascendo,
 & nudus in terram reuerteretur moriendo. hic
 in resurrectione aperiet oculos suos, & nullū
 meritum boni operis inueniet. Iudæorū quo-
 que populus propter innumerabilia diuina
 beneficia, prophetarum quoque oracula, siue
 promissiones quamplurimas, & Dei ipsius
 frequēs alloquium diues est dictus. unde eis-
 dem Iudæis Dominus ait in Euangelio, Vā uo-
 bis diuitibus: Superbi quoque non habentes
 spiritus paupertatis, diuites appellantur. Phi-
 losophi etiam habentes facundiam & scientiā
 mundialem, diuites nuncupantur. hi cum in
 die resurrectionis fuerint suscitari, nihil reme-
 dij quo saluentur inuenient, ut illud Psalmi-
 stæ compleatur in eis, ita dicētis: Dormierunt
 somnum suum, & nihil inuenerunt omnes ui-
 ri diuitiarum in manibus suis.
 Apprehendet eum quasi aqua inopia, nocte opprimit eum
 tempestas. Subitam egestatem prædicat diuiti-
 bus, uelut aquam superuenturam significat,
 qui miseria & inopinata sibi angustia, quæ tē-
 pestatis nomine dicta est, nocte id est repente,
 dum nesciunt, opprimuntur. sicut de eiusmo-
 di ait Apostolus, cū de die iudicij loqueretur:
 Cū enim dixerint, pax & securitas, tunc repē-
 tinus eis superueniet interitus: sicut dolor par-
 tus in utero habēti, & nō effugiēti. & David
 sanctus ait, Deus manifestē ueniet, & Deus
 noster, & nō silebit. Ignis in conspectu eius ar-
 debit, & in circuitu eius tempestas ualida.
 Tollet eum uentus urens, & auferet, & uelut turbo ra-
 piet eum de loco suo. Venti nomine sententiā Dei
 dixit, quia uelut puluis quisque eorum profici-
 entur a facie terræ. Et uentus hic diuinæ sen-
 tentiæ urens dicitur, eo quod ad gehennæ
 uerdinem ducet siue compellet. quod alij dix-
 erunt, Tollet eum aestus, & abibit: impetu quo-
 que superuenientis turbiniis rapietur de loco
 suo, id est de mundi istius habitaculo, ubi
 locum

Prover. 12.

Luc. 6.

Psal. 75.

1. Thes. 5.

Psal. 49.

locum sibi constituerat, futura non sperans. Nam illic quaeretur locus eius, & non inuenietur.

Et mittet super eum, & non parcat. Ventus utique sententiae Dei, siue ipse Deus, per sententiam iustitiae suae mittet super eum poenas, id est meritum facinorum suorum suscipiet. Non enim parcat, cum reddet ei secundum opera sua.

De manu eius fugiens fugiet. Non tenebitur, inquit, manu Domini ut saluetur, de qua uelut fugam modo ueloci lapsu in ruinam suam decideret. Quod autem ait, Fugies fugiet, siue ut alij dixerunt, fuga fugiet: pereuntem in perpetuum peccatorem significat, qui iam nunquam sit reuocandus ad uitam, quia illic ei poenitentiae locus non erit. Illud uero quod ait, De manu eius, & non significat de cuius manu: & tamen non potest nisi manus Dei intelligi. Ita mihi uidetur dixisse factus Iob, cum amicis suis haec mysteria loqueretur, ut eis nutu quodam significauerit, quod manus Dei esset haec de qua dicebat, dum aut eleuat oculos ad caelum, aut in altum extendit manum, aut certe caput in sublime sustollit. Eiusmodi itaque nutibus potuit indicare, cuius manus esset, de qua diues superius nominatus fugiens fugiet.

Striget super eum manus suas, & sibilabit super eum, inueniens locum eius. Alij dixerunt, Plaudet super eum manibus suis, & trahet eum de loco suo. Nutibus quibusdam humanorum cordium testibus censuram indignantis Dei, & contra peccatorem diuitem irascētis, hoc sermone describit, ubi etiam quasi sibilans iudicat, quam atrox ille poenarum locus referuetur. Ad tale locum Iudas Iscariotes abiit, sicut de eodem dixerunt apostoli: Tu Domine, qui corda nostri hominum, ostende quem elegeris ex his duobus unum accipere locum ministerij huius & apostolatus, de quo prauaricatus est Iudas, ut abiret in locum suum.

C A P V T X I.

Habet argentum uenarum suarum principia, & auro locus est in quo conflatur. Ferrum de terra tollitur, & lapis solutus calore in aes uertitur. Quis non uideat quam dissonantia sint haec subiecta superioribus? sed uidetur mihi, quod per aenigma & parabolam sub horum nominibus metallorum, mores hominum ac uirtutes describat animorum, minime ordinis consequentiam, prophetarum more custodiens: argenti uero & auri uocabulo secundum auctoritatem scripturarum uerbi eloquium, & sensus animi indicare uoluerit. ubi haec disserentes nos ita dicamus, Habet argentum uenarum suarum principia, & auro locus est in quo conflatur: ut uenae argenti, id est initium eloquij, ab animae sensibus oriatur, sensus uero aureus, rationis ac sapientiae iudicio fabricetur, & ut sit optimus, ab igne diuino examinationis probatione conflatur. Fortitudo uero, quae ferri nomine appellatur, illa sit, quam de terra, id est de carnis nostrae mollitie in nobis tollimus, ut aduersus eam contra nos militantem, & contra le-

gem spiritus concupiscētem, rigore animi & uirtute pugnemus. Lapidis quoque nomine, cordis sit figurata durities, quae per calorem ac feruorem fidei resoluta mollescat, ut primum possit in se Dei uerba scribentis recipere: deinde uelut aes, quod canorum est, merito sanctitatis proficiens ad laudes, & gratias Deo referendas fidei soliditate perueniat.

Tempus posuit tenebris, & uniuersorum finem ipse considerat. In scripturis diuinis peccatores homines, daemones quoque & ignorantiae atque tribulationes siue peccata pro modo & locis tenebrae nuncupantur. Horum igitur omnium tempus Deus statuit, finemque imposuit. Non enim perpetuo ista futura sunt: & hic licet more suo beatus Iob diuinitatis nomen taceat, quis tamen alius hoc facturus est, nisi ipse qui solus est? Ille ergo qui uere nouit etiam quae futura sunt, finem omnium contuetur, id est, unusquisque hominum quale meritum sit adepturus, siue ad cuius meriti finem modumque perueniat.

Lapidem quoque caliginis, & umbram mortis, siue, ut alij dixerunt, lapis, tenebrae, & umbra mortis. Hunc lapidem metaphoricē diabolum in hoc loco intelligere possumus, qui propter errores suos, quibus totum mundum inuoluerat, lapis caliginis dictus sit, qui cum fortis & potens sit per naturam, quae a Deo est conditus, confidens per superbiam in uirtute sua, & non in Domino & Deo creatore suo, amiserit sapientiae lumen, conuersus in stultitiae tenebras: & idcirco lapis caliginis dici potuit, secundum quod scriptum est: Et stultus in tenebris ambulat. & de quo propheta ait ad Dominum: Memor esto improperiorum tuorum, eorum quae ab insipiente sunt tota die. Sicut ergo lapis caliginis diabolus nominatur, ita & umbra mortis dicitur: quoniam ij qui se ab eo defendi ac protegi putant, aeternis in ipse diabolus, gehennae ignibus mancipandi sunt.

Diuidet torrens a populo peregrinante eos quos oblitus est pes egentis hominis, & inuios. Hoc dicit, inuios, hoc est errantes, & illos quos oblitus est pes egentis hominis, separabit torrens a populo peregrinante, eo quod oblitus eorum sit gressus siue praesens conuersatio egentis hominis, quae pedis nomine significata est. Oblitus est dixit, pro eo quod praetermissus: egens, non est Deum pro huiusmodi deprecatus, cum tamen elemosyna Deum precetur, id est ipsum opus bonum, quod homo fecerit, quadam manifestatione sui loquatur. ad Deum propheta Abacuc ait: Requiescam in die tribulationis, & ascendam ad populum peregrinationis meae. Hoc ergo dicit sanctus Iob, quod inuij, id est sine uia uerae religionis uiuentes, & qui misericordiam pauperibus non fecerunt, torrente ignis eos separante, simul a sanctorum confortio diuidendi sint. Siue hic egenus proprie Saluator noster potest intelligi, qui propter nos egenus & pauper factus est, cum diues esset.

In

esset. In pede quoque eius, dispensationem uel assumptis hominem, uel mundum ingredienti aduerte, sicut & propheta in spiritu ait ad eum: Existi in salutem populi tui, ut saluos faceres christos tuos. Hic igitur ut pius, & multum misericors, hominum salute pro exercitio tantum suae bonitatis indiguit. Futuri autem erant quamplurimi, qui hanc uisitationem diuinam, uelut aeger ingratus, habituri essent contempui. Idcirco dicit eos Iob in ipsa dispensatione Saluatoris obliuioni dandos, eo quod Euangelio salutis suae non erat credituri, quos etiam a peregrino & beato fidelium populo ait Dei iudicio separandos, cum torrentis ignei flammis ob infidelitatem suam fuerint mancipati. Quos etiam inuios appellauit, eo quod habituri essent Christum uiam qua reditur ad patrem.

Terra de qua oriebatur panis, in loco suo igne subuersa est. Diuersas res obscuras connectit, ut cum superioribus inferiora non haereant. Proinde mihi uidetur, quia hoc loco terram Sodomorum describat, cuius abundantiam & amoenitatem cum admiratione collaudet. Quod autem abundans omni copia fuerit terra illa, & fertilis, propheta nobis testimonio sunt, per quos Dominus ait: Quod est peccatum Sodomorum: nonne abundantia panis? Et quod amoenitas, & arboribus confita fuerit terra illa, Moyses ait in libro iustorum, ita dicens: Quae erat ut paradysus Dei, & ut terra Aegypti. Haec ergo terra propter peccata habitantium igne subuersa est, quando pluit Dominus super eam ignem & sulphur a Domino.

Locus sapphyri lapides eius, & glebae illius aurum. Per metaphoram dicit, quod in Sodomis uberrima fuerint omnia & optima, quae etiam auro & preciosis lapidibus comparentur.

Semitam ignorauit auis. Exitus plurimos in eadem regione multitudo habitatorum fecerat: & ideo hoc forsitan dixerit, quod auibus praefrequenti hominum copia semitas intuendi, uel facultas illic residendi incedendi uel non fuerit.

Nec intuitus est eam oculus uulturis. Tam condensis enim fructetis atque contiguus arboribus erat confita regio Sodomitarum, quae eis amoenissimum nemus perbebant, ut eam aues desuper uolantes, despiciere non possent.

Non calcauerunt eam filij iustorum. Hoc ait, quod ita fuerit terra Sodomorum omnibus bonis referta, ut nullius patriae egerit mercimonia: ad quam negotiatores, qui propter instandum lucro etiam in posteris suis filij iustorum dicitur, uelut ad nullius rei indigam regionem negotiandi gratia, quia opus non erat ut uenirent.

Nec pertransiuit per eam leena. Propter frequentiam utique illic innumerabilium populorum in Sodomis commorantium, bestia per medium regionis eius transire non poterat, quibus potius remota sylvarum loca, & quadam silentia, & solitudinum secreta conueniunt.

Terra de qua oriebatur panis, in loco suo igne subuersa est.

Item aliter haec terra potest Iudaea intelligi, in qua panis legis Dei, uel ipse Christus per doctrinam prophetarum populis nascebarur. de quo pane ait Dominus in Euangelio, Non licet tollere panem filiorum, & mittere canibus: id est, non licet eloquia Dei Iudae tantum quondam credita praebere gentilibus, & mittere margaritas ante porcos. Haec igitur Iudaea, cui hic panis eruditionis ministrantibus prophetis & sacerdotibus praebatur, cuius doctrinae quinque panes in Euangelio populis dispensantur: haec inquam Iudaea, in loco suo utique, & non Dei, id est in loco delectationis suae: ubi uoluptatibus atque illecebris conflagrabit, igne uitiorum suorum ardens, subuersa est, sicut dicit propheta: Omnes adultere, sicut clibanus ardes corda eorum, & sicut alio loco dicit: Ambulate in lumine ignis uestri, & in flammis quas succendistis uobis. Locus cethocipsi quod ait, igne subuersa est: secundum futurorum prophetiam, & de aeterni igne iudicij possit intelligi. Locus sapphyri lapides eius, & glebae illius aurum. Sic dicit & alio loco Dominus ad Iudaeam, Et ecce ego ster-

nam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphyris, & ponam in aspidem propugnacula, & portas tuas in lapides sculptos. His lapidibus Iudaea tunc adornata per Christum est, quando gentium populus ei per Christum est comparatus: sicut in sequenti per prophetam memorat Deus, Ecce accola ueniet, qui non erit mecum: aduena quondam tuus adiungere tibi. Item similiter lapides preciosi, siue aurum non in optimo terrae calculo inueniri dicuntur, sed in remotis, uel maxime & squallidis ariditate regionibus. Quod etiam Moyses manifeste ostendit, qui ait in solitudine campestri, ubi auri esset plurimum, se Deuteronomio mium populo replicasse. Igitur secundum hunc modum Iudaea sterilis fide, & in foecunda uirtutibus, habuit in se hos lapides preciosos, id est patriarchas, prophetas, & omnium sanctorum multitudinem: qui uelut glebae auri, in loco illius fuerunt regionis, solidi uidelicet fide, & extantes quodammodo ipso nominis merito a permixtione terre, infidelitate infructuosae. Semitam ignorauit auis: nec intuitus est eam oculus uulturis. Aues possunt hic duo populi non absurde intelligi, id est Iudeorum & Gentilium, quos propheta quasi mundum & immundum his uocabulis ita significauit, dicens: Agnouit bos possessorem suum, & asinus praesepe domini sui. Carnalis ergo Iudaea fides in Christo non habens, sed potius legis operibus uiuens, eundem Christum pro nobis factum semitam siue uiam, qua reditur ad patrem, ut incredula ignorauit. quae propter elationem suam, qua se putabat legis operibus posse iustificari, auis dicta est, leuis utique & uaga, atque in ipsis operibus legis instabilis. Vulturi uero gentium populus ideo asinifera ri uidetur, quoniam per errores mortuorum

II hominum

hominum discurrere, & rebus mortuis pascere. Et hic ergo populus gentium, quemadmodum & Iudeorum, Christum legis litera obiectum, & terram re promissionis, quae mansuetorum terram per Iesum Christum futuram significabat, praepositis significacionem umbraculis non potuit omnino perspicere. Non calcauerunt eam filij institorum, nec pertransiunt per eam leaena. Filij institorum, apostolorum discipuli & apostolici uiri, caeteri etiam ueritatis praedicatores intelligendi sunt, qui gentilibus Euangelium praedicauerunt, innoxiiis meritorum suorum proponentes eis margaritam, qua sibi emerent regnum caelorum. Igitur Iudaeam, terram uidelicet infidelium, ut gentibus annunciant Euangelium, non calcauerunt: sicut ipsi dicunt in Actibus apostolorum, Vobis quidem primum oportuerat uerbum Dei loqui: sed quia uos indignos iudicatis uita aeterna, ecce conuertimur ad gentes. Sic itaque factum est istis Euangelizantibus uerbum, ut mons Christus in mare gentium transplantaretur: quia & de eis similitur prophetatum est, Et transferentur montes in cor maris: id est, uel prophetarum, uel Euangelistarum oracula ad credituros gentium populos transferentur. Nec pertransiuit per eam leaena. Leaena potest diaboli dominatio sentiri, siue superbia Iudeorum. Quod autem dicit Non pertransiuit hoc ait, Non recessit a Iudaea, sed ibidem infidelitatis superbia & dominatio inimici, loci habitatione permansit. Possunt hi uersiculi, de quibus usque nunc diximus, in Ecclesia pari modo secundum mysticum sensum intelligi, ut terram hanc eandem, sanctam Ecclesiam sentiamus, quae & alibi ager Dominicus dicitur. Si ut ait Apostolus, ad Corinthios scribens: Dei agricultura istis. In hac igitur panis Christus est, uita creditum: sicut & ipse ait, Ego sum panis qui de caelo descendit. In loco ergo suo, id est Ecclesia, in illa utique gratia uirum suarum, in loco necessario redemptionis suae, in quo per fidem stat, igne subuersa est: illo utique diuino igne, de quo ipse Dominus ait in Euangelio, Ignem ueni mittere in terram, & quem uolo ut ardeat. Hoc igitur igne Ecclesia, id est terra sanctorum, amoris Dei desit. Iero flagrans, subuertitur, ut eam carnalis concupiscentia non possideat, & ita incensa diuinitus, fructus & spinas uertiorum inuiles non reponet. Hoc igitur modo subuertitur, ut in terra carnis suae uiuens, carnis in ea uita moriantur, ut ait Apostolus: Qui enim sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs, & multis alijs locis de hac peccatorum euersione apostolus. hos laudat Ioannes dicens, Beati mortui qui in Domino moriuntur. Locus sapphyri lapides eius, hoc dicit, quod in Ecclesia sint lapides preciosi, & magni quique & sancti uel sunt apostoli, & qui eorum uestigia imitando sequuntur, qui lapidis sapphyri etiam

Act. 13.
Psal. 43.
1. Cor. 3.
Ioan. 6.
Luc. 12.
Gal. 5.
Apoc. 14.

coloris similitudinem referant: id est, caelestia semper cogitent; non terrena. De his lapidibus dicit Ioannes apostolus, Tabernaculum Dei extractum atque compositum. Hi ipsi sunt uelut lapides, qui secundum epistolam Petri apostoli constructum in aedificium sanctum domus spiritualis, quae est Ecclesia. Et glebae illius aurum. Glebas sanctae terrae Ecclesiae, sanctos eius propter fecunditatem bonorum operum appellauit: quos etiam & propter gratiarum diuisiones, glebas spiritus sanctus uoluit nuncupare. Quae auro merito conferuntur, in quarum occultis uenis tanquam animarum sinubus, sensus magni preciosi nascantur: ut & hoc ipsum loquantur, & dicant, Habemus thesaurum istum in uasis nostris fictilibus. Semitam ignorauit auis, nec intuitus est eam oculus uulturis. Sub his nominibus auis & uulturis, inimicos Ecclesiae intelligamus, qui tenebris malitiae obsecatum habentes intellectum, nescierunt uiam siue semitam uocationis eius, qua ad Deum ambulans, per fidem reuertitur: uel quae haereditas aeternae promissionis eius in Christo sit, quam ut uani atque immundi uilem semper & despicibilem habuerit: & idcirco illud quod ait, Nec intuitus est eam oculus uulturis, ad contemptum Ecclesiae referendum est, eo quod eam amatores mundi istius, qui erroribus mortuorum persecuntur, ac lenitate animi demoniorum superstitionibus dediti sunt, qui que in diuersa rapti quasi uolare arbitrandi sunt, semper eam despectui habeant atque contemnunt. Siue autem & uulturem ipsum diabolum cum ministris suis possimus dicere, qui utique aereque potestates sunt qui cadauera & morticina sectantur, qui mysteria redemptionis nostrae, & aduentum sapientiae non intuiti sunt: id est, non cognouerunt. Si enim, inquit, cognouissent, nunquam Dominum gloriae crucifixissent. Non calcauerunt eam filij institorum, hi institores siue negotiatores reprobi sunt, & laude indigni, qui peccata addendo peccatis, uelut diuitias sibi congregant: de quibus Ioannes ait in Apocalypsi sua, ubi sub nomine Babylonis de breui seculo ait, Omnia clara & pingua perierunt a te, & amplius iam illa non inuenient mercatores tui, qui diuites facti sunt: id est, qui peccatis suis plurimis & innumeris addiderunt multitudinem peccatorum. Hi ergo institores siue negotiatores, insistentes circa diuitias uidelicet peccatorum, procul dubio non calcabunt Ecclesiam: id est, non habitabunt in ea, quia sanctam eam, & immacularam Dominus possidebit: sicut & Ioannes apostolus ait, Non intrabit in eam aliquid coinquinatum, & faciens abominationem, & omne mendacium. & propheta commemorat, Quia non cognoui negotiationes, introibo in portus Domini. Alij dixerunt, Non calcauerunt eam filij arrogantium, id est superborum: quoniam humilis ad nos Deus uenit,

1. Pet. 2.
2. Cor. 4.
1. Cor. 2.
Apoc. 18.
Psal. 70.
Apoc. 11.
Ioan. 21.
2. Cor. 12.
Psal. 70.

ueniens, humilem sibi & mansuetam per obedientiam fidei congregauit Ecclesiam. Quod autem arrogantium filios dixit, posteritatem imitricem paratum, uel etiam priorum suorum, tanquam patrum male conuersationis uestigia sectantem uoluit indicare. Nec pertransiuit per eam leaena, siue leo, ut alij dixerunt. Leo hic iuxta auctoritatem scripturarum non absurdè diabolus intelligitur, qui circuit querens quem deuoret: & qui sanctae Ecclesiae terram pertransire non potuit, id est non praualuit aduersus eam, eo quod grauibus persecutionibus eam uincere non uoluerit. Accepit quippe a Domino tolerantiae patientiam, ut non patiatur pressuras tentationum supra quam possit sustinere, sed habeat prouentum potius, ut illatas sibi angustias ualeat tolerare. Unde & in Apocalypsi dicitur, quod in protectione sui duas aquile magne alas acceperit. In leaena autem, quae senior & fortior dicitur esse quam leo est, sauitiam persequentium uoluit demonstrare. Quod autem nos secundum mysticos intellectus de Ecclesia diximus, potest & moraliter de homine sancto quocumque sentiri. Ad silicem extendit manum suam. Videtur mihi sanctus Iob aliud aenigma protulisse. Itaque hoc loco intelligamus propter soliditatem suam, & fortitudinem, Christum, secundum hominem quem assumpsit, silicem posse significari, qui etiam petra & lapis a prophetis & apostolis dicitur. Nam & de eadem petra, de qua Moyses iubente Deo aquam eduxit: de qua etiam Apostolus ait, Petra autem erat Christus. ita scriptum in Numeris legitur. Cumque eleuasset Moyses manum, percussit uirga bis silicem. Deus ergo pater extendit ad silicem manum suam, id est, filium suum, per quem uniuersa condidit (quem etiam brachium suum dicit, & dexteram) ad suscipiendum hominem misit: ut Apostolus dixit, Deus filium suum misit in similitudinem carnis peccati: & idcirco in extensione manus Dei patris, filij eius ad nos significari nouerimus aduentum. Exten dit autem, quia ad nos a patre, sine aliqua separatione perueniens, & ad nostram accedens mortalitate, ab eius gloria non recessit: ut per eum, sicut sequitur, Subuerteret a radicibus montes. Iquos per metaphoram daemones siue homines superbos esse rectè sentimus, qui in aduetu filij Dei, subuersi sunt & contriti: sicut ait Apostolus, Principatus & potestates traduxit, palam triumphans eos in semetipsis. In petris riuos scidit. I duris scilicet praecordijs gentium, & nimia infidelitate constrictis abundantiam gratiarum suarum largitus est, & uelut riuos affluentes uerem copiam doctrinarum distribuit. hoc enim ipsum distribuisse intelligitur, quod scidisse memoratur, sicut ait Apostolus: Alij enim datur per spiritum sermo sapientiae, alij sermo scientiae, alij dixerunt, Ripas fluminum dirupit, quod fortassis ita est

1. Petri 5.
1. Cor. 10.
Apoc. 12.
Exod. 17.
1. Cor. 10.
Cap. 20.
Rom. 8.
Coloss. 2.

intelligendum, id est, ut illam doctrinam spirituales legis & prophetarum, de qua Esaias ait, Qui sicutis, ite ad aquam, abundantius largietur, ut quae in una gente tanquam intra quasdam angustias defluebat: quae etiam legis Moisaicae praecipis uelut quibusdam quasi riparum obicibus claudebatur, huiusmodi disruptis obstaculis, de alueo legis super omnem terram Euangelio inundante diffunderet. Possunt & his fluminibus nominatis affluenti gratiarum dona intelligi, de quibus Abacuc propheta loquitur dicens, Fluminibus scindetur terra: ut hac terram Ecclesiam sentiamus, de qua & Dauid ait ad Deum, Visitaui terram & inebriasti eam. Scindi uerò eam atque dirumpi eo modo nouerimus, quando se ad suscipiendum uerbum Dei capabilem praebet. hanc quoque quandam adaptionem capacitatis, quae fit per obedientiam terrae rationalis, eorundem fluminum impetus operantur. Beatus ergo Iob, posteaquam dixit de Deo, In petris riuos scidit: adiecit de eodè ita dicens, Et omne preciosum uidit oculus eius. I Eductis igitur riuus gratiarum Dei, secundum superiorè intelligentiam de saxis ac lapidibus, uidit Deus quam immensa essent atque innumerabilia beneficia pietatis suae, quae secundum fidem credentium, mundo contulerit. Vidit autem dixit, pro eo quod ante conspectum eius adimpletio, siue effectus suae uoluntatis adstiterit in Ecclesia sua. Profunda quoque flumiuorum, siue ut alij dixerunt, altitudines flumiuorum, scrutatus est, & abscondita produxit in lucem. I Hos igitur flumiuos non absurdè singulos libros ueteris instrumenti esse sentimus: in quorum profundis latebris abscondita erant Ecclesiae sacramenta, quae in tempore Saluatoris Deus pater scrutatus sit, id est in adimplerione eorum omnia quae praedicta sunt manifestius. Igitur non ita dicitur, Deus scrutatus, quasi aliquid ignorauerit, ad quod scrutando perueniat: sed quia nihil sit, quod ignoret. Non enim ignorare potest, quod ipse per suum spiritum in prophetis locutus est. Et hinc est, quod sanctus Iob ait de eo, Et abscondita produxit in lucem: eo quod illa quae in scripturis ueteribus per figuras & significaciones quamplurimas dicta uel facta sunt, nunc reuelentur in Christo: siue quia flumiuorum nomine, populorum multitudines aliquando intelliguntur, quemadmodum Naum propheta ait, ubi contra Babylonem propheta, eamque ab hostibus suis capiendam praenunciat, ita dicens: Portae flumiuorum apertae sunt, & miles captiuus adductus est. profunda flumiuorum hoc loco secreta conscientiae hominum aduertamus, quorum scrutator & cognitor Deus est: sicut & alius propheta ait, Scruans corda & renes Deus. Sapientia uerò ubi inuenitur? & quis est locus intelligentiae? I Quod hic quasi inquireret ait, difficile re, & quae uix inueniatur, uoluit indicare, immo

Esai. 55.
Cap. 3.
Psal. 64.
1. Petri 2.
Psal. 7.
Cap. 2.

quæ nisi Deo demonstrante, nec inueniri pos-
sit ab homine, nec haberi. quod & ipse Iob in
subsequentibus declarauit, ita dicens, Et dixit
homini, utique Deus: Ecce timor Dei, ipsa est
sapientia: & recedere à malo, intelligentia.

Nescit homo precium eius.] Hæc dicendo, inæsti-
mabilem esse sapientiam timoris Dei significa-
uit, eo quod tam magna sit, tamq[ue] præciosa, ut
quantum sit eius merit[um], homo penitus igno-
ret. & sanctus Salom[on] similiter ait dicens,
Melior enim est sapientia lapidibus preciosis:
omne uero preciosum non est ea dignum.

*Prover. 8.
Iob 28.*

Nec inuenietur in terra suauiter uiuentium.] Hanc igitur
sapientiam timoris Dei non habet quis-
piam, nisi carnem suam crucifixerit cum uitijis
& concupiscentijs, nisi uixerit sicut Paulus
apostolus, & omnes sancti in tribulationibus,
persecutionibus, angustijs & pressuris. Et
ideo suauiter dicti sunt uiuere illi, qui nullo
iugo disciplina tenentur, sed effrenes ac præ-
cipites in labem proruant uitiorum.

Rom. 10.

*Abyssus dicit, non est in me: & mare loquitur, non est me-
cum.*] Abyssum hoc loco infirmum intelligen-
mus, sicut dicit Apostolus: Aut quis descendit
in abyssum? & mare hoc seculum Psalmista ca-
nente cognouimus: hoc mare magn[um] & spa-
ciosum. Infernus ergo, & hic mundus sapien-
tiam timoris Dei, se non habere testantur. hoc
adiicit loqui pro ijs qui in locis, uel mundi
uel inferorum sunt. hic de illis loquitur, qui
carnali conuersatione, mundi illecebris possi-
dentur. Sancti autem in hoc m[un]do uiuentes,
extra mundum sunt, quorum conuersatio in
caelis. de quibus dicit Dominus: Regnum
meum non est hinc. Non dixit, Non est hic:
sed, Non est hinc. Ad incredulos, & perse-
cutores suos respexit, quando ista dicebat.
Quod autem Iob futurum tempus expressit
dicens, Et mare loquetur, N[on] est mecum: for-
sitan illa Ecclesie tempora in spiritu confide-
rauerit, quando hanc ueram sapientiam, per
infidelitatem non habiturus esset hic m[un]dus,

Psal. 103.

*Non dabitur aurum obrixiu[m] pro ea, nec appendetur ar-
gentum in communicatione eius.*] Sicut ut alij dixer[un]t,
non dabitur aurum c[on]clusum pro ea. hoc ait:
q[uod] nulla res est, quãuis preciosa sit, quæ possit
huius sapientie comparari, uel qua possit emi-
ssa sapientia. Sicut quia aurum in scripturis, &
argentum tropic[us] sensus & sermo intelli-
guntur. hoc dicit, quod sapientiam istam nul-
lus pro merito eius sentire possit, aut eloqui.

Ioan. 18.

Non conferetur tinctis Indiae coloribus, nec lapidi sardonio.] Alij dixer[un]t, non erit deterior auro ophir.
Sciendum est, quod uel maximè sub meridiana
plaga hæc metalla nascuntur. Ophir autem
uel Euiath, cuius mentio habetur in Genesi,
filij fuerunt Heber, filij Sem. Isti ergo, quando
terra diuisa est, illam regionem occupauer[un]t,
qui ex eorum uocabulis nomen accepit. Et
quia in India omnes Iudæorum cultores si-
gnificantur, in qua colores, ut dixi, preciosi
uel nascuntur, uel sunt: id puto posse intelli-
gi,

Cap. 1.

quia in gentibus, ubi timor ueri Dei non est,
fucata & quodammodo tincta religio sit, quæ
sub prætextu nominis Dei, in errorum men-
daciū diuerso acuario sermonum colore ue-
lut pictura cōponatur, & quasi lapis precio-
sus eloquio splendeat, siue nomine fulgeat
deitatis. & India, siue etiam Aethiopia nigre-
dinem, uel tenebras peccatorū significat, quæ
specialiter in idolorū culturis habentur. Qua-
rum gentium figuram habuit Saba regina
Aethiopiæ, de qua Psalmista ait: Aethiopia
præueniet manus eius Deo. cum de exclusio-
ne Iudaici populi loqueretur.

Psal. 67.

*Non adæquabitur ei aurum uel uitrum, nec commutabun-
tur pro ea uasa auri.*] Id ait, quod res corporeæ &
insensibiles, rei præcipuæ quæ uiuentibus in-
est, per quam etiam obedientibus ei æterna
beatitudo confertur, nequaquam poterunt
exequari. Siue hoc aurum & uitrum, uel etiã
uasa auri preciosa, nobiles quique & clari in-
telliguntur, qui in hoc seculo nomine rutilent
dignitatis, & diuitiarum gloria splendeant.
Hi utique non habentes uerè religionis timo-
rem, pro nihilo habebuntur, eo quod non pos-
sint uelut pro merito gloriæ suæ ad commuta-
tionem sapientie singularis accedere.

*Excelsa & eminentia non memorabuntur comparatione
eius.*] Etiam si excelsa sint, & plurimum eminē-
tia quæcunq[ue] in creaturis sunt, ut sunt angeli
cæ potestates: minima omnino, immo potius
indigna memoriæ erunt in comparatione rei
illius, quæ facit omnem creaturam rationale
Deo placere, eiq[ue] sancto amore coniungi: &
ideo præfertur illis eminentibus & excelsis ti-
moris huiusmodi sapientia, quia sine illa
nihil sunt ante Deū: sicut & ipse diabolus, qui
amisit timorem diuine reuerentiæ, perdidit se-
metipsum. Sic itaque quæcunq[ue] sunt eminē-
tia & excelsa, nihil sunt, si hoc principale bo-
num non habuerint, quo Deus sancto timore
diligitur, præcepta eius custodiuntur, & pec-
cata uitantur.

Trahitur autem sapientia de oculis.] Hæc igitur a-
liunde non potest nisi de supernis assumi, siue
de intimis cordis affectibus dono sancti spiri-
tus trahitur: ut propheta ait, Os meum aperui
& attraxi spiritum, ut uidelicet sapiat homo
Deū, & timeat, ac recedere à malo intelligat.

*Non adæquabitur ei topazium de Aethiopia, nec tinctu-
ra mundissima componetur.*] Diuersis modis & di-
uerso nomine auri preciosi ac supellectilis san-
ctus Iob dicit, quod timor Domini non pos-
sit eis ullatenus comparari.

Vnde ergo sapientia ueniat, & quis est locus intelligentiæ?]
Cum ergo hoc loco quasi interrogans requi-
rat hanc sapientiam, & in clausula sermonis
huius aperiat, quemadmodum eã homo pos-
sit percipere: dicit tamē, quod omnis creatura
uel maximè sapientiam hanc ignoret, sicut ait:

*Abscondita est ab oculis omnium uiuentium, uolucres quo-
que caeli latet.*] Viuentium mundo, intelligen-
dum: de quibus superius ait, cum de hoc sa-
pientia

sapientia loqueretur, Nec inuenitur in terra
suauiter uiuentium. Sin aliàs & ipse Iob timo-
rem Dei, & sapientiam non habebat, quem
Deus taliter laudat dicens, Homo simplex &
& rectus, ac timens Deum, & recedens à malo.
Quod autem dixit, Quia hæc sapientia uolur-
ces caeli latere: superbi & leues, siue illi qui
altum sapiunt, quod ad timorem arrogantia
pertinet, intelligendi sunt: siue spiritus mali,
qui secundū parabolam Euangelij, iactum iu-
xta uiam semen Dominicum comedunt. hos
igitur latet bonum timoris Dei.

Iob 1.

Mar. 4.

*Perditio & mors dixerunt, Auribus nostris audiimus sa-
mam eius.*] Potest hoc utroque nomine diabo-
lus dici: siue ille mors appellari potest, ut sui
satellites perditio nuncupentur. Hi ergo dix-
erunt, quod famam timoris Dei audierint. Nō
enim negare possunt, quia audierint illam,
quam in naturæ suæ bono inditam percepe-
runt: sed per inobedientiam malum eam habe-
re minime uoluerunt.

Deus intelligit uiam eius, & ipse nouit locum illius.] Pro-
certo scit Deus, quod hæc sapientia properet,
cui etiam ipse ducatum præbet: ad locum uti-
que quietis, & perpetuæ pacis. ubi per hanc
ipsam sapientiam timoris sui super quietem, &
humilem ac tremētē sermones suos requies-
cere delectatur. Siue Deus intelligit uiam eius,
quia prædicatione Euangelij per omnes fi-
nes terræ profecta est. unde & sequitur de
Deo dicens:

Gal. 4.

*Ipse enim fines m[un]di intuetur, & omnia quæ sub caelo sunt
respicit.*] Quis enim ambigit, Deū nosse etiam
quæ futura sunt? Sed hic potius Deus cogni-
tor futurorum illud inspicit, quod postea di-
xit Apostolus eius, ita inquit: Cum autem
uenit plenitudo temporis, misit Deus filium
suum. Hoc igitur modo aduentu suo nos uisi-
tando, fines mundi intuitus est: in his inquam
temporibus nostris, in quos fines seculorum
deuenerunt. & de ipso Saluatore specia-
liter prophetatur in Psalmo: Respexit Deus
uidere filios hominum de preparato habita-
culo suo.

Act. 2.

Qui fecit uentis pondus, & aquas appendit mensura.]
Ipsas gratias spiritus sancti, quas in ipso ini-
tuo per apostolos accepit Ecclesia, quando fa-
ctus est de caelo sonus tanquam aduenientis
spiritus uehementis, uentos siue spiritus scri-
ptura commemorat, quos Deus largiendo de
arcanis secretorū caelestium prolaturus erat
hominibus, secundum prophetiam dicentem:

Psal. 139.

*Qui educit uentos de thesauris suis. Hæc igitur
diuersitates gratiarū spiritus sancti, quas
uentorum uocabulo dixit, aliquando censen-
tur nomine ipsius spiritus dantis has gratias,
ut Apostolus ait, Et spiritus prophetarū pro-
phetis subiecti sunt. Qui etiam propter ope-
rationem & effectum diuinæ sanctificationis
sue pondus habere dicuntur. Aquas uero quas
mensura Euangelicæ prædicationis appendit,
huiusmodi sunt, quo & Dominus ait in Euan-*

1. Cor. 14.

gelio, Beatus seruus ille, quem constituit Do-
minus super familiam suam, ut det illis in tem-
pore tritici mensuram.

Luc. 12.

*Quando ponebat pluujs legem, & uiam procellis sonanti-
bus.*] In pluujs abundantem copiosamq[ue] do-
ctrinam Euangelij nobis uoluit indicare: qui-
bus etiam pluujs à Deo dicit legem imposi-
tam, ut secundum uniuscuiusque uires, prædi-
catores uerbi Dei, alijs lac darent, alijs solidū
cibum porrigerent: quid etiam dicerent, pen-
sarent, & ubi dicerent, uel quibus dicerent. Si-
ue pluujs nominatis potuit de utroq[ue] Testa-
mento dixisse, de quibus ait Dominus per
prophetam: Dabo uobis imbrem matutinum
& serotinum terræ. Tempestatibus quoque
persecutionum dicit, quia uiam prætereundi,
& pertranseundi Deus aperiet, ut sancti eius
tribulationes non patiantur, supra quam eis
sustinere possibile est: sed faciat cum tentatio-
ne etiam exitum, ut illatas queant tolerare
pressuras.

Iohel. 2.

*Tunc uidit illam, & enarrauit, & præparauit, et inuestiga-
uit.*] id est, in Ecclesia sua Deus futuram hanc
sapientiam, qua totus m[un]dus timorem illius
esset habiturus, antè præuidit: & prophetarū
omnium ore narrauit, præparauit quoque eã
cordibus fidelium futurorum, quos in ado-
ptionem suam præcognitos uocando inuesti-
gauit. Ipsi enim sunt illa ouis erronea, quam er-
rantem quasiuit, ut inueniret.

*Et dixit homini, Ecce timor Domini ipsa est sapientia: et re-
cedere à malo, intelligentia.*] Alter timor est, ne quis-
quam Deum offendat: alter uero, si offenderit.
Ille prior sanctus & laudabilis, iste alius non
habens charitatem, sed pœnam. Proinde de
hoc prædicabili timore dicit Psalmista: Timor
Domini sanctus, permanens in seculum seculi.
De alio uero timore loquitur Euangeli-
sta Ioannes in epistola sua, dicens: Timor
non est in charitate, sed perfecta charitas fo-
ras mittit timorem.

Psal. 18.

1. Ioan. 4.

C A P V T XII.

Addidit quoque Iob assumens parabolam suam, et di-
xit.] Per parabolam dicturum sanctum
Iob, quæ subiecta sunt, ipsa tituli inscriptione
dinoscitur: ubi etsi principia parabolæ ipsius
utrunque potuerunt spiritualiter intelligi, ea
quæ circa finem eius sunt, nescio quemadmo-
dum possint allegoricè dicta monstrari, in
quibus uirtutes suas solummodo, & merita
sanctitatis enarrat. Si autem secundum supe-
riorem regulam etiam istis intelligentiæ li-
neam duxerimus, quando id quod sequitur,
in Saluatorem referri non conuenit, ad mē-
brorum illius compagem sensus expositionis
conemur inflectere.

*Quis mihi tribuat, ut sim iuxta dies pristinos, & secundū
dies quibus Deus custodiebat me?*] Optat se reuocari
ad illam foelicitatem, quam dudum cum Deo
custodia possidebat, quod etiam diabolus se-
cundum hunc sensum Domino confitetur,
II 3 inquit:

inquiens: Non netu uallasti eum, ac domum eius, uniuersam que substantiam eius per circuitum: operibus manum eius benedixisti.

Quando splendebat lucerna eius super caput meum. Multis modis lucerna in scripturis Dominicis appellatur, hic uero potuit eam Iob pro gloria temporalis dixisse, quam a Deo acceperat, & quam in honoris potentia, & diuitijs possidebat. Quod uero ait, Super caput meum: benedictionem diuinam gratiam pra omnibus supra se refugientem significauit.

Et ad lumen illius ambulabam in tenebris. Inter peccata utique, & ea quae ignorabam, quasi inter aspera & obscura uitae huius, ad lumen uirtutum, lumen inspirationum, uel consolationum illius incedebam.

Sicut fui in diebus adolescentiae meae. Magna uirtus atque praecipua erat in illo, Deique gratia singularis, ut in tempore adolescentiae suae, in secreto eius Deus cum eo familiarissime moraretur. Illud uero quod in superioribus dixit ad Deum, Et consumere me uis peccatis adolescentiae meae: contrarium huic loco uideretur. Sed ibi diximus, uel de ignorantiae lapsibus, uel quod pulsari potuerit adolescentiae uitijs, non tamen fuerit ab eius consensione prostratus: & ideo in hac castigatione uirtutum studio uiuens, potuit cor suum Deo uelut sanctum & mundum exhibere domicilium, ut in eius intimis & secretis habitaret Deus, ut ait dices: Quando secreti Deus erat in tabernaculo meo. Et secretum suum, mentem suam ideo dicere uoluit, quia illi tumultuosae uitiorum turbae perstrebebant.

Quando erat omnipotens mecum, & in circuitu meo pueri mei. Quando Deum habebat in tabernaculo suae uirtutis ante eum stetitisse, tanquam pueri perhibentur: quando ideo masculi appellantur, propter uigorem contra uitia resistendi. Talibus potius ministris Iob beatus ambiebat, quando Dei dignatione & praesentia fruebatur.

Quando lauabam pedes meos butyro. Pedum uocabulo in scripturis Dominicis modus quidam humanae conuersationis, & uitae cursus plerumque intelligendus est. Eluebam, inquit, ab omni peccati macula actus meos, cum in innocentia & simplicitate uersabar. Hanc enim hoc loco lactis nomine significari nouerimus, propter innocentium pecudum simplicitatem. Gressus ergo animae suae, bonorum operum, simplicitatis & innocentiae fructibus abluerebat.

Et petra fundebat mihi riuos olei. Iuxta hunc sensum & de filijs Israel in cantico Deuteronomij Moyses ait: Suxerunt mel de petra, & oleum de firma petra. & Dauid, Et de petra, inquit, melle saturauit eos. Vbi sicut manna cibus caelestis unicuique pro suo desiderio saepebat: ita potuit & ille potus, qui de petra per Moysen uirga percutiente manauerat, secundum delectationem uolentium in ore sa-

Cap. 32. Psal. 80.

puisse: & cum petra illa Christum secundum Apostolum figuraret, in Deo tamē isto dona spiritus Christi sanctus Iob largiter sibi effusa uoluit demonstrare. Hoc ergo oleo diuinam gratiam de petra uiua, & rationabili largissime profluente sanctus Iob abundabat: quo & charitatis Dei pinguedine repleteretur, & quo accensus diuino timore flagraret.

Quando procedebam ad portam ciuitatis, & in platea parabant cathedram mihi. Iudaeorum consuetudo haec postmodum fuit, ut in portarum egressibus eorum iudices residerent, & illic intrantibus ciuitate, uel exeuntibus iudicarent: quod sanctus Iob ita loquitur, quasi diceret: Cum igitur tempus esset ad examinanda diuersa negotia procedendi in exitus platearum, sedes mihi non tanquam seueri iudicis & cruento, sed uelut magistro plebis ac doctore populi parabatur.

Videbant me iuuenes, & abscondebantur, & senes assurgentes stabant, principes cessabant loqui, & digitum superponebant oris suo. Vocem suam cohibebant duces, & lingua eorum gutturi suo adhaerebat. Reuerentiam patris & sancti timoris, quam ei non solum omnis aetas, uerum etiam uniuersae potestates merito debebant, his uersiculis demonstrauit.

Auris audiens beatificabat me, & oculus uidens, testimonium reddebat mihi. Tam sancta erat, ut ait praesens conuersatio eius, quam fama referebat: sicut & de sancto Loth beatus Petrus apostolus ait, Aspectu enim & auditu iustus erat. & sequitur, Iob dicens, Quam ob causam eum uel absentes beatificauerunt, uel praesentes ei testimonium laudis praebuerunt, ita in-

quiens: Quod liberalem pauperem uociferantem, & pupillum cui non erat adiutor. Oppressum, inquit, egenum, qui ipso clamore suo uim pati se iudicabat, orphanum quoque defensionis auxilio destitutum, de manu iniqui & uiolenti hominis eruebam. Benedictio pupilli, siue ut alij dixerunt, pauperis, super me ueniebat: & cor uiduae consolatus sum. Pupillus pauper, & uidua, & omne genus humilium atque afflictorum significant: quorum nullum praeterijt sanctus Iob, uel desepxit, quin potius omnibus sustentacula, ac diuerso modo refrigeria consolationum exhibuit: & idcirco iustae laudis benedictionem ab eis super se uenire dicebat.

Iustitia induus sum, & uestiui me, sicut uestimento: siue ut alij dixerunt, chlamyde, & diademate iudicio meo. Iustitia, iudicium rectum, & misericordia, haec erant animae illius indumenta. Talibus igitur uestibus mentis illius pulchritudo erat composita & ornata. Haec igitur iustitia tanquam singulare bonum cordis eius, uestiuit eum chlamyde & diademate, iudicio suo uidelicet: ut hoc duplicato uestimento, de foris in sanctis operibus apparerent, quae ab intus de ueste iustitiae procedebant sicut autem diadema, ita in eo iudicij ueritas eminebat.

Oculus sui caco, & pes claudo. Affectus pietatis eius

1. Cor. 12.

2. Pet. 2.

eius atque misericordiae in his sermonibus demonstrantur, eo quod utrorumque imbecillitati ducatur auxilium adhibuerit. Siue erranti in tenebris ignorantiae, ait, lumen praebui ueritatis: & claudicantibus in uis Domini, rectae uiae itinera monstraui.

Pater eram pauperum. Dicit causas, quapropter in affectum paternum pauperes suscepisset, ita inquiens:

Et causam quam nesciebam, diligentissime inuestigabam. Negotia utique, causasque pauperum contra potentes suscipiendo, & defensor eorum factus erat, & iudex: & idcirco ne aliqua aduersantium arte opprimerentur, & relictis eorum fraudibus, se eas inuestigare dicebat: & in subsequens inuestigatis dolis uiolentorum, & diligentissime pericrutatis, atque in hoc iniquitatis scelere deprehensus, quid eis fecerit, ait, ita dicens:

Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam praedam. Siue, ut alij dixerunt, Confregi moles iniqui, & de medio dentium eius rapinas extorxi. Vbi uelut rapacem bestiam, & uiolentam, hominem iniquum describit, de cuius ore substantiam pauperum abstulerit, siue extorserit: molares quoque eius, qui ad deorandum sunt fortiores, confregit.

Dicebantque, In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies. Nidus eius, exterior homo eius intelligendus est, qui de saeno carnis illius compositus a Deo fuerat & constructus. Omnis enim caro saenum. In hoc igitur nido semper se mori sub testificatione dicebat, dum uitijs mundi, & eius concupiscentijs non uiuebat, odio illam habens, quae carnalis est, maculatam tunnicam Palma autem arbor secundum Graecos phoenix dicitur. Aus quoque illa, quam multi facile quidem uiuere autumant, phoenix eodem nihilominus uocabulo nuncupatur. Potuit fortassis de eadem hoc loco dixisse, ut sicut illa nidum sibi faciens, in ipso post multa tempora a semetipsa dicitur concremari, & rursus de eiusdem nidi cineribus fertur intra breue tempus resurgere, quae deinceps multis uiuat temporibus fieri ergo potest, ut sanctus Iob in similitudine aus illius dicat se post mortem in cinere carnis, uelut in nido pro tempore futurum, & inde resurrecturum in gloriam, atque hos esse aeternos ac beatos dies, quos multiplicandos sibi fideles Dei cultor expectet. ita enim & superius est locutus, dicens: Et rursus circumdabor pelle mea, & in carne mea uidebo Deum. Radix mea aperta est secus aquas: & ros morabitur in messione mea. Spes mea & fides, quae in hac expectatione mea sunt, patent ad diuinam eloquia, quorum consolatio, ne in infidelitate mentis meae uigor arefcet, infunditur. ita enim & Apostolus dixit, Quaecunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus.

Esai. 40.

Rom. 15.

Expectabant me sicut pluuiam, & os suum aperiebant, quasi ad imbrem serotinum. Pluuiam nomine, copiosam ualde eruditionis suae scientiam esse demonstrat: & laudat auditores suos, quod eum de disciplina uirtutum, & bonis moribus in doctrina cathedra disserentem grandi desiderio expectauerint.

Si quando ridebam ad eos, non credebant. Plerumque laetitia siue gaudium in scripturis risus nomine dicitur, ut alio loco ait: Donec impleatur risu os tuum. Tanta, inquit, reuerentia & honore a praedictis habebatur, ut sapientiae meae & grauitati, indulgentiae blandimentum, & remissionis hilaritas congruere & conuenire uix possent, quae ad temperamentum magis morum, & instruendi gratiam pertinebat: & idcirco hoc ipsum a me pietatis fiebat studio, ut affectus amoris ac dilectionis eorum erga meam admirationem proficeret.

Et lux uultus mei non cadebat in terram. Affabilitas permixta reuerentiae, quam in eius facie resplendentem conueiebantur, apud praedictos non pro nihilo ducebatur. non enim aliquid frustra fieri eius nutibus aestimabant: & idcirco quasi magnum atque praecipuum suspiciebant, quicquid in serenitate uultus illius contemplantur.

Si uoluissem ire ad eos, sedebam primus: cumque sederem quasi

in messione mea. Hic ergo, ut arbor rationalis, transplantata secus decursus aquarum, spei siue uitam radicem in secretis uiscerum habens defixam, praegruidos fructus & pingues, gratia eos desuper rorante diuina, in tempore messis est collecturus.

Gloria mea semper innouabitur, & arcus meus in manu mea instaurabitur. Gloria mea semper innouabitur, potest in uirtutibus crescentis bonae conscientiae fructus, & nouus semper profectus intelligi: in arcu uero, resistentis ac repugnantis uigorem significari existimo, qui in manu sancti operis contra obuios quosque, & hostiles uitiorum impetus reparetur: sicut & Dauid ait ad Deum. Et posuisti ut arcum areum brachia mea. quod est, fecisti infatigabilem intentionem bonorum operum meorum.

Qui me audiebant, expectabant sententiam, & intenti tacebant ad consilium meum. Et sapientiam suam his sermonibus manifestat, & auditorum suorum admirationem declarat, quanta ab eis ueneratione & honorificentia habitus sit, apud quos non solum sententia eius praecipua fuerit, uerum etiam consilium utile ac necessarium.

Verbis meis addere nihil audebant, & super illos stillabat eloquium meum. Quia iam auctoritas sapientiae eius ubique fuerat diuulgata, nemo quasi retractans, ad uerba eius quicquam addere praesumebat: quin immo stillabat super illos eloquium illius, id est sensim interiora uiscerum penetrabat: ut eorum infusa praedictis doctrinae illius abundantia, a tali magistro perfecti atque optimi discipuli redderentur. Unde & sequitur, ita dicens:

Expectabant me sicut pluuiam, & os suum aperiebant, quasi ad imbrem serotinum. Pluuiam nomine, copiosam ualde eruditionis suae scientiam esse demonstrat: & laudat auditores suos, quod eum de disciplina uirtutum, & bonis moribus in doctrina cathedra disserentem grandi desiderio expectauerint.

Si quando ridebam ad eos, non credebant. Plerumque laetitia siue gaudium in scripturis risus nomine dicitur, ut alio loco ait: Donec impleatur risu os tuum. Tanta, inquit, reuerentia & honore a praedictis habebatur, ut sapientiae meae & grauitati, indulgentiae blandimentum, & remissionis hilaritas congruere & conuenire uix possent, quae ad temperamentum magis morum, & instruendi gratiam pertinebat: & idcirco hoc ipsum a me pietatis fiebat studio, ut affectus amoris ac dilectionis eorum erga meam admirationem proficeret.

Et lux uultus mei non cadebat in terram. Affabilitas permixta reuerentiae, quam in eius facie resplendentem conueiebantur, apud praedictos non pro nihilo ducebatur. non enim aliquid frustra fieri eius nutibus aestimabant: & idcirco quasi magnum atque praecipuum suspiciebant, quicquid in serenitate uultus illius contemplantur.

Si uoluissem ire ad eos, sedebam primus: cumque sederem quasi

quasi rex circumstante exercitu, eram tamen moerentium consolar.] Eūdo ad inferiores, humilitatem suam afferit, seq̄ in regni potentia solatium miseris & moerentibus prębuisse.

CAPVT XIII.

Nunc autem derident me iuniores tempore.] Manifestum est, ob huiusmodi uidelicet disciplinam & misericordiam à leuibus ignorantibus irridebat.

Quorum non dignabar partes ponere cum canibus gregis mei.] Non hoc typus superbiam atque diuitiarum factantia fecerat, sed utilitas infirmorum, ut deridentium illum patres, nec canibus quondam eius digni fuerint comparari. ceterum in tam iustum & sanctum uirum non cadebat arrogantiæ tumor, qui de superbiam nascitur, quæ est delictum hominis maximum.

Quorum uirtus manuum erat mihi pro nihilo, & uita ipsa putabatur indigni, egestate & fame steriles.] Id est, ignauitiam uilitate despecti.

Qui rodebat in solitudine squallentes calamitate & miseria, & mandebant herbas, & arborum cortices, & radix iuniperorum erat cibus eorum. qui de conuallibus ista rapietes, cum singula reperissent, ad ea cum clamore currebant.] Pre miseria & auaritate ea etiam quæ extra cibum erant, uel hominum, uel ferarum, tanquam epulas ac delicias inuadebant, humecta & conualles præ nimia egestate sectantes.

In desertis habitabat torrentium, & cauernis terræ, uel super glaream.] Similiter & superius locutus est, dicens: Quos imbres montium rigant, & non habentes uelamen, amplexantur lapides.

Qui inter huiusmodi letabantur, & esse sub sentibus delicias computabant.] Id est, si in æstu suo uilissimarum stirpium folijs tegeantur.

Filij stultorum & ignobilium, & in terra penitus non parentes.] obscuri, & memoria penitus indigni. Abominantur me, & longe fugiunt à me, & faciem meam conspuere non uerentur.] Manifestum est.

Pharetram enim suam aperuit, & afflicxit me, & frænum posuit in os meum.] Nunc iterum more suo singulari numero sanctus Iob loquitur: ubi obscurare uidet, quæ superius ab aduersarijs ex ordine in se gesta retulerat. Pharetram existimo multitudinem plagarum, uel ipsum diabolum, uel potestatem illius, hoc loco oportere sentiari: quam, sicut Iob ait, Deus aperuit, dum circa eum diabolus acceptam exerit potestatem. unde eum & faculis tormentorum afflicxit. Insuper etiam frænum ei in ore, ne præ dolore loqueretur, imposuit. quod hoc modo accipiendum est, dum aut uox interdum angustijs intercluditur, aut dum ne blasphemet à Domino custoditur, sicut & de se Psalmista commemorat: Opprobrium insipienti dedisti me, obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu fecisti me. Nam et si beatum Iob ad Deum multa dixisse superius legimus, ueruntamen quia ipse postmodum poenitens Deo dicit, Manum meam ponam super os meum, & uinum locutus sum, quod utinam non dixissem, & alterum, quibus ultra nihil addam: animaduertere de-

Psal. 38

hemus, quod illa plurima quæ locutus est, non habeant blasphemiam, exceptis illis duobus sermonibus, quæ diluit poenitendo.

Ad dexteram orientis calamitates meæ illicò surrexerunt.] Id est, uel in ipso tempore felicitatis, quod grauissimum probatur, exorta sunt, uel permissu diuinæ potestatis impositæ sunt. Ipse enim est oriens ex alto, ipse dextera, id est uirtus altissimæ.

Pedes meos subuerterunt, & oppreserunt quasi fluctibus semitis suis.] Venientes atq̄ irruentes super me prædictæ calamitates, semitis suis: id est frequenti repetitione me affligentes, uelut fluctibus, omnes uias rectas conuersationis meæ subuerterunt, ac pariter oppreserunt: siue, ut aliorum habet editio, Pedes meos uinxere compedibus.

Dissipauerunt itinera mea, insidiati sunt mihi, & præualuerunt, & non fuit qui ferret auxilium.] Id est, itinera mea, quibus per uias iustitiæ quotidianis profectibus incedebam, inimici mei conturbauerunt, in ruinam meam ex insperato, uelut ex insidijs erumpentes, negantibus mihi proximis meis consolationis auxilium.

Quasi rapturo muro, & aperta ianua irruerunt super me, & ad meas miseras deuoluti sunt.] Tam ueloci, inquit, impetu prædicta mala super me irruerunt, ut nullo resistentē obstaculo in me desuper uerentur.

Redacti sunt in nihilum, abstulisti quasi uentus desiderium meum, & uelut nubes pertransiit salus mea.] Desiderium meum, quo remunerationes tuas per mandatorum tuorum custodiam præstolabar, pariter cum salute, quasi uenti impetu, & quasi transuolantis nubis celeritate rapuisti, quia abripi permisiisti.

Nunc autem in memetipso marcescit anima mea, & possident me dies afflictionis.] Marcescit, id est, à uigoris sui intentione dissoluitur.

Nocte os meum perforatur doloribus, & qui me comedunt, non dormiunt.] Quod de uermibus, uel demonibus intelligi potest.

In multitudine eorum consumitur uestimentum meum, & quasi capitis tunica sic cinxerunt me.] Scatentium uermium multitudo semper se commouens, & per diuersos uulnerum meorum sinus discurrens: uestem quoq̄ meam, dum per me repere non cessat, attriuit, quem totum, atq̄ ex omni parte circumdatum, & quasi in unum uulnus redactum incessabili est haustuq̄ discruciat.

Comparatus sum luto, et assimilatus fauilla et cineri.] Ad summam uilitatem perductū se dicit, qui uulneribus & sanie, sicut lutū putresceret & foeteret: & exiccante rursum carnis eius putredine, cinis fieret & fauilla. hoc ipsum & in superioribus ita dixit, Induta est caro mea putredine, & sordibus pulueris.

Clamo ad te, et non exaudis me: sto, et non respicis me.] In clamore intentio est orantis ad Deū. In eo uero quod stare se perhibet, perseverantiā se ad Deū habere indeclinabilem dixit. fiducia iustitiarum suarū ad Deū hæc liberè Iob sanctus eloquit.

Mutatus

Mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduersaris mihi.] Pium & misericordem Deum fuisse sibi ostendit in prosperis suis, & in aduersis subito commutatam, cuius etiam manus, id est plagæ duritia graues poenas sustineat.

Eluisti me, & quasi superuentum ponens elisti me ualide.] Terreni etiam me honoris gloria sublimasti, qua à me subducta, ita elisus sum, ueluti supra uentum me posueris.

Scio quia morti tradas me, ubi constituta est domus omni uiuenti.] Post delictum parentis, inquit, domus inferorum est homini constituta, id est mors, non in ipsa conditione eius creata. Illuc ergo & me, tanquam peccatoris Adæ filium, secundum iustam sententiam tuam abire uoluisti.

Veruntamen non ad consumptionem eorum emittes manum tuam.] Reconciliationem mundi prophetat in Christo futuram, dum dicit homines non in perpetuum consumptionem redigendos, sed aliquando ab inferis reuocandos.

Et si corruerint, ipse saluabis.] Et post redemptionem, qua per fidem in Christo Iesu saluamur, si iterum per peccatum ruerint homines, manu pietatis alleuante, per poenitentiam ipse saluabis.

Flebam super eo quondam, qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi.] Factū est, ut pro honorū expectatione, qua miseris condolebam, mala nunc omnia sustinerem: & pro luce prosperitatis, tenebras incurrerem tormentorum.

Interiora mea efferbuerunt absque ulla requie, præueniunt me dies afflictionis.] Vbi ait, quod cum dies afflictionis præuenierint, puto quod tempus iudicij uoluerit indicare: quo præuentum se uidetur idcirco dixisse, quia eum sibi necdum uenturum putauerit. ubi magnos dolores gehennarum significat, dum suas illis comparat poenas, quibus eius uiscera interno seruire coquerentur. quod apostema fuisse, uoce gementis exprimitur. Quod autem ait, Absque

ulla requie: hoc dicit, quod doloribus simul & cogitationibus cruciaretur, ignorans unde sibi hoc malum poenarum, qui non agnosceret culpæ meritum, contigisset.

Moerens incedebam, sine furore surgens in turba clamabam.] Tristis & affectus moerentia incedebam, quia poenæ meritum nesciebam: & sine furoris iracundia eram, ad spem animi uirtute confurgens, quia Deus docuerat me patientiam, ut æquanimitè ferrem, publica satisfactione uociferans & exorans.

Frater sui draconum, & socius struthionum.] Quia cruciatibus poenarum affectus, dolores meos sibilis temperabam, quemadmodum facere dicuntur dracones, quando ab elephantis capiuntur, ut Propheta ait: Faciam plactum uelut draconum, quem faciunt, ut dixi, quando ab elephantis interficiuntur. Et socius struthionum, fatuus factus sum & insipiens, ut struthio auis stultissima, ut hebes præ dolore, frustra me aestimem laborasse. Siue aliter, ab hominibus derelictus, bestijs que habitant in

Mich. 1

solitudine, factus sum frater & socius.

Cutis mea demigrata est super me, & ossa mea aruerunt præ caumate.] Et hoc ad poenarum eius cumulum pertinebat, ut in stercore constitutus, per multos tempora soles, ardentissimos que ad ossa pateretur.

Versa est in luctum cithara mea, & organum meum in uocem flentium.] His rebus designat felicium dierum suorum, atque prosperitatis letitiam & iocunditatem in luctum esse conuersam.

CAPVT XIII.

Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de uirgine: quam enim partem haberet Deus in me desuper, & hereditatem omnipotens de excelsis? Nunquid non perditio est iniqua, & alienatio operantibus iniustitiam? Non ne ipse considerat uias meas, & cunctos gressus meos dinumerat?] Abhinc usque ad finem, iustitias suas, uel maximè & misericordias atque uirtutes enarrat ac replicat, quas usque ad quintumdecimum numerum digerit, uelut uir perfectus & consummatus, qui ascensiones in corde suo disponens, per gradus quosdam perfectum, usque ad domum Dei ascendendo peruenerit. Ego, inquit animus, cum his obtutibus carnis meæ definitui ac statui, ut nihil omnino turpe atque obscœnum mihi intrinsecus nunciarem, quo delectationem uoluptatis intra me iniquis cogitationibus uoluptarem: & idcirco se continentij uirtute præcinxerat, timens oculum Dei, cum ipse scrutator cordis sit, & omnes uias conuersationis humanæ, cunctos que gressus actuum mortaliū nouerit.

Si ambulauit in uanitate, & festinauit in dolo pes meus, appendat me in statera iusta, & sciat Deus simplicitatem meam.] Sanctus Iob certus de æquitate iustitiæ Dei, se manifestari optat hominibus. Non enim aliquid ignorat Deus, ut examinando cognoscat: sed sciat Deus, ita dixit beatus Iob, pro scire alios faciat, sicut alibi dicitur: Tentat uos Dominus Deus uester, ut sciat, si diligitis eum, pro eo quod est, ut scire ceteros faciat.

Si declinauit gressus meus de uia, & si secutum est oculos meos cor meum, & in manibus meis adhaesit macula, seram, & alius comedat: & progenies mea eradicetur.] Nihil mandatorum Dei, ait, præterij, quia nec cor meum acquiescens secutum est oculos meos, cum concupiscentiæ imagines ei offerrent, prius quam pactum cum ipsis haberem, ne quid intrinsecus turpe transmitterent, unde nec in operibus manuum mearum ulla peccati macula potuit adherere, & hoc ipsum cum quadam iuramenti execratione confirmat.

Si deceptum est cor meum super muliere, & si ad ostium amici mei insidiatus sum, scortum sit alterius uxor mea, & super illam incuruentur alij, hoc enim nephas est, & iniquitas maxima, ignis est usq̄ ad perditionem deuorans, & omnia eradicans gemina.] Secundum naturæ bonum loquitur, ut in Tobia scriptum est: Quod tibi non uis fieri, alij ne feceris, Proinde autem nephanda

Tob. 4

nephanda res est, & iniquitas maxima, hæc funesta ac detestabilia cogitare uel facere. Ingnis est incentiuæ libidinis, omnia bona uirtutum deuorans, atq; uniuersa in hominesanctarum rerum incrementa consumens.

Si contempsi subire iudicium cum seruo meo, & ancilla mea, cum disceptarem aduersum me: siue, ut alij dixerunt, apud me. quid enim faciam, cum surrexerit ad iudicandū Deus, & cum quaesierit, quid respōdebo ei: nunquid nō in utero fecit me, qui & illum operatus est, & formauit in uulua unius? Magna humilitas sancti uiri huius, & magna futuri iudicij cogitatio.

Si negaui quod uolebant pauperibus, & oculos uiduæ expectare feci. Manifestum est.

Si comedi buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea, quia ab infantia mea creuit mecum miseratio, & de uero matris meæ egressa est mecum. Manifestum est.

Si despecti prætereuntem, eo quod non habuerit indumentum, & absque operimento pauperem. Si non benedixerunt mihi latera eius, & de uelleribus ouium mearum calefactus est. De uelleribus ouium mearum calefactus est, ad significandum dixit, quem admodum opus misericordiæ fieri debeat: id est, ne alij auferas, unde alij recte dare te arbitreris: sicut & nunc plerumque fieri cernimus. & alius similiter dixit, Frange esurienti panem tuum. Tuum inquam, non alienum, quem sudore proprio, tuisq; manibus laboraris. & Salomon secundum hunc sensum monet filium,

Esaiæ 58

Honora Dominum de tuis iustis laboribus.

Proverb. 4

Si leuaui super pupillum manum meam, etiam cum me uiderem in porta superiore, humerus meus a iunctura sua cadat, & brachium meum cum suis ossibus confringatur. Semper enim quasi tumentes super me fluctus timui Deum, & pondus eius ferre non potui. In humero opera, in brachio uirtus perseverantiæ, ac intentio honorum operum accipi potest. Nisi ita est, inquit, irriti ante Deum inueniantur omnes labores mei.

Sicut aui aurum robur meum, & obrixi dixi, Fiducia mea: si lætatus sum super multis diuitijs meis, & quia plurima reperit manus mea. Ut ueræ homo philosophiæ nullo uitio tenebatur, sicut nunc cupiditatis & elationis contemptor fortissimus aurum etiam pro nihilo se habuisse testatur.

Si uidi solem cum fulgeret, & lunam incedentem clarè, & lætatum est in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meam ore meo, quæ est iniquitas maxima, & negatio contra Deum altissimum. Tantæ uirtutes, & tam præcipuæ nihil profunt, quamuis quisque in eisdem perpetrandis sit sapiens, magnus & clarus, si errorum stultitiâ teneatur. Non solum, inquit, quorumcunque idolorum culturis, uerum etiam nec horum pulchritudine ac specie magnorum luminum delectatus sum, nec quasi adorans eam, in eorum uenerationem osculatus sum manum meam: nec creaturam pro creatore ueneratus sum, quod in epistola ad Romanos sanctus apostolus detestatur.

Si gauisus sum ad ruinam eius qui me oderat, & exultauit, quod inuenisset eum malum. Non enim dedi ad peccatum

guttur meum, ut appeterem maledicēs animam eius. Cum magnum sit, si de inimicis suis quis cum possit, non studeat ulcisci: quanto apud Deum speciosius est de eorum ruina, nec in corde lætari?

Si non dixerunt uiri tabernaculi mei: Quis det de carnibus eius, ut saturemur? Foris non mansit peregrinus, ostium meum uiatori patuit. Cum enim ut strenuus & efficax in omni opere bono & hospitali uacaret, omnes que prætereuntes libenter susciperet, hinc domui suæ curâ sollicitior nascebatur, & ab hoc famuli pro laboris tædio uicti, hoc modo maledicebant eundem Dominum suum, dicentes: Quis det de carnibus eius, ut saturemur? Pro hospitalitatis igitur uirtute, qua & cæteri sancti Deo placuerunt, odium seruorum contraxerat.

Hebr. 13

Si abscondi quasi homo peccatum meum, & celauit in sinu meo iniquitatem meam. De his peccatis tantum, quæ cogitationibus committuntur, hoc loco dixisse mihi uidetur, eo quod nec ipsa celare uoluerit: quandoquidem secretorum suorum intima manifestarit hominibus, se confessione iniqua cuiuslibet peccati non fuisse participem. unde & ait, hoc ipsum non se erubuisse ante plurimos confiteri, ita inquiens:

Si expani ad multitudinem nimiam, & despectio propinquorum terruit me. Quod manifestius alij interpretæres transtulerunt: Nec enim erubui multitudinem, ne confiterer coram eis. Quod autem ait:

Et non magis tacui, nec egressus sum ostium. ad personam propinquorum suorum, despicientium eum, locus hic pertinet: coram quibus assistente etiam qualibet multitudine peccatum suum nunquam erubuerit confiteri. Eius ergo in miserijs calamitatum posito, indefinentes pro contemptu iniurias irrogabant, contra quos sibi exprobrantes posuit custodiam ori suo, & ostium circumstantiæ labijs suis, ut fieret & ipse secundum illud quod & propheta postea dicit: Ego autem sicut surperit os suum.

Psal. 17

Quis mihi tribuat auditorem, ut desiderium meum omnipotens audiat, & librum scribat ipse qui iudicat, ut in humero meo portem illum, & circumdum illum, quasi coronam mihi? Per singulos gradus meos pronuntiabo illum, & quasi principi offeram eum. Adiutorem Deum pro tantis iustitiarum suarum uirtutibus implorat, sciens utiq; eum iudicem esse iustissimum, qui iuxta desiderium eius ob meritū iuste retributionis ei librum describat, quæ ipse sanctus Iob demonstraturus cæteris, in humero suo, loco uidelicet cunctis cōspicuo circumferat: eoq; libro pro laboris sui meritis, uel ut corona gloriæ coronatus, per singulos eum gradus uirtutum, siue profectuum suorum incrementa ante Deum recensendo pronunciet, & omnium bonorum operum suorum autori eundem supplicans offerat librum, ut secundum rectum iudicium suum

suum in eo conscriptum, pro sanctis operibus eius dignum illum remuneratione perficiat. Si aduersum me terra mea clamat, siue gemit, ut alij inquirunt, & cum ipsa sulci eius desilent.

Si fructus eius comedi absque pecunia: siue ut, alij dixerunt, si uirtutem eius comedi sine precio, & animam agricolarum eius affixi, pro frumento oriatur mihi tribulus, & pro hordeo spina. Dicit quod terre suæ in dandis fructibus extra possibilitatis eius modū noluerit imperare: quam uelut si uiueret, & ratione uteretur, clamare & ingemiscere & flere sanctus Iob loquitur. Dicit etiam, quod neq; gratuito, ac sine competentibus laboribus expensis proventus eius assumpserit: agricolas quoque eius nequaquam duro opere tribulauerit, uel oppresserit. Secundum ethnicos, intellectus terra, caro hominis recte sentitur. ergo beatus Iob de ea tanquam ita loquitur: Nihil ergo animus carni meæ, quod ei aut onerosum esset, aut noxium, quod eam in die iudicij damnaret, iniunxi, quam potius ad pacem spiritus mei, & concordiam charitatis fœdere continebam: nec eius proventus in ocio comedi atque consumpsi: nec gratis in ea, sed sub æternis remunerationibus laboraui. Fructibus quoque continentia, cæterarumq; uirtutum illius, uelut iam de promisso beatitudinis præmio perfruebar. Omnium quoque agricolarum eius animam nulla infidelitatis desperatione super promissis Dei affixi, uel contristauit, sed potius de spe futurorum plurimum consolatus sum. Quod si non ita est, inquit, fruges laborum meorum, quas mihi ad epulas mentis meæ uirtutum merito conquisiui, in peccatorum sentes & tribulos conuertantur: & ita fiat eadem terra reproba, proferens uidelicet spinas ac tribulos, cuius consummatio sit incendium. Non est hoc in moribus sanctorum notabile, siue reprehensione dignum, quando seipsi laudant. Non enim iactantiæ uitio detinentur, ut in suis laudibus gloriam humanam requirant, sed faciunt hoc ueritatis intentione, qua ante Deum simpliciter ac sinceriter uiuunt. Nunc eandem parabolam secundum mysticos intellectus in Christo Iesu, ut possumus, differendam recenseamus. hoc etenim nos in exordio ipsius parabolæ meminimus promississe. In assumpto itaque homine Iesu Christo, id est Adam secundo, siue nouissimo. uox est Adæ illius protoplasti, ita dicentis: Quis mihi tribuat, ut sim iuxta menses pristinos, & secundum dies, quibus Deus custodiebat me? Reconciliandus igitur Deo patri per mediatorem Dei & hominum Iesum Christum, desflens hæc loquitur: & persona inducitur poenitentis, recolentis & quid perdiderit, & ad quam beatitudinem regredi concupiscat. Amiserat quippe per inobedientiæ malum, immortalitatis bonum, paradisi quoque felicitatem perpetuam. Hanc sibi per Iesum Christum Dominum nostrum instaurari desiderat.

rat. Suscipiēdo namque in se Dei filius, hominis filium, suscepit in eo & humani generis preces. Quando splendebat lucerna eius super caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris. Gloriam diuinæ gratiæ nomine lucernæ, quæ in paradiso floruerat, significauit ubi ad lumen, inquit, eruditionis Dei, ad illa uidelicet, quæ me adhuc latebant, cognoscendo proficiebā. & cum a Deo Adam perfectus fuerit factus, ac sapientissimus: credibile rationem uideri potest, ut nouus homo nuper de limo terræ plasmatus, secretiora aliqua ignora uerit, in quibus cognoscendis uiuendo proficeret. Hæc ergo quæ superius dicta sunt, Saluator ex persona Adæ potuit dicere: Sicut fui in diebus adolescentiæ meæ, quando secretò Deus erat in tabernaculo meo. Adolescentiæ nomine possunt primordia conditionis Adæ intelligi, uel ipsa felicitas. Quia ergo mortalis necdū erat, nec in grandeuā ætatē abbreviatæ uitæ senectute uergebat ante peccatū: ideo iuuenili uigore sine ullo defectu ætatis semper uirēs, quasi in diebus adolescentiæ fuisse dicitur. In illis ergo diebus adolescentiæ secretò Deus erat, inquit, in tabernaculo meo. Illud nāq; secretum mihi erat, ubi nulla, ut nunc, uitio um per carnem concupiscentiam contra spiritum impugnatione pulsabatur: sed pax erat in me summa uirtutum. Dum ergo præteritos dies felicitatis ueteris Adæ, ex persona sua nouus non Christus recenset, de ipsa dispensatione incarnationis suæ loqui incipit: & ita prope usque ad finem parabolæ huius de passione sua & prædicatione Euangelij, fide etiam credentium, ac perfidia Iudæorum, commixtum sub figura præteriti tēporis futura pronūciat.

Quando erat omnipotēs mecum, & in circuitu meo pueri mei. Potest & istud adhuc super persona Adæ, Christo dicente intelligi, qui quōdam in loco felicitatis Dei presentia familiariter utebatur: ut & pueros eius, omnes uirtutes animi, quibus in conditione sua donatus a Deo fuerat, sentiamus, quarumq; innocenti & sancta custodia, casto etiam amore ac simplici proprijs ambiretur. Sed puto, quod iam de semetipso Christus hæc dicat, ita inquiens: Quādo erat omnipotens mecum, & in circuitu meo pueri mei, prout si indicaret & diceret, Quando erat ubi assumptus homo, assumptem se Deum uoluit demonstrare: ut doceremur ex natura Dei & hominis esse in eo unam personam mediatōris Dei & hominum: pueros autem eius, angelos qui ministrauerunt ei in diebus carnis eius, uel apostolos, siue omnes sanctos esse, non absurdè sentimus.

Secunda expositio in cap. 18. 30

Quando lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei. Dixi superius, quia figura præteriti temporis Dominus Christus futura annūciat, quæ tempore passionis & resurrectionis eius, siue in eodē Dño, siue in Ecclesia eius implet, ut propheta ait de eodē Saluore, Ascendēs in altum, captiuā duxit captiuitatem: pro eo

Psal. 67

eo quod captiuam ducturus esset captiuitate. itemq; per aliu prophetam ipse Dominus ait, Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te: pro, exaudiam & adiuuabo te, quod apostolus in presentia Euangelij ait impleri, ita dicens: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Pedes igitur Saluatoris, predicatoris ueritatis, qui in uniuerso mundo annunciant Euangelium, intelligendi sunt: de quibus Esaias propheta uaticinatus est, dicens, Ecce super montes, pedes euangelizantis & annunciantis pacem. itemq; Naum, & apostolus Paulus ita inquit, Quam speciosi pedes Euangelizantium pacem, euangelizantium bona: Et cum de eodem uerbo Euangelij Abacuc prophetaret, Ante faciem eius, inquit, id est Dei, ibit uerbum: & prodiet in campos, id est in latitudinem regionum, uel per pedes eius. Hos igitur pedes suos, Iesus Christus Iob noster lacte siue butyro eluit atque abstergit, quando eos tribulationum pressuris sinceros ac purissimos reddit, docens quoque eos, atque instruens per Spiritum suum, quem dedit eis, simplicis innocetia uitam, sicut ait Petrus apostolus, ut ipse eruditus fuerat, docens & ceteros: Animas uestras castificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore simplici, ex corde iuicem diligite attentius. Itaque ait, Sicut modò nati infantes, rationales, sine dolo, lac concupiscite, ut in eo crescat in salutem. & apostolus Paulus, In simplicitate & sinceritate Dei conuersati sumus in hoc mundo. & iterum, Ex sinceritate, sicut ex Deo coram Deo in Christo loquimur. Hoc igitur modo pedes annunciantes pacem Euangelij mudabantur, ne quo inquinati essent carnalis sapientia luto. De his alij dixerunt interpretes, Et montes mei abundarent lacte. & Psalmista de eis postea dixit, Ut quid suspicamini mentes caecatos: Cum ergo mudarem eos, ait Dominus, ab omni inquinamento carnis, & spiritus mei in eis puritatem, sanctificationemq; perficerem, petra, inquit, fundebat mihi riuos olei. Petram hoc loco totam Ecclesiam non absurdè sentimus, quæ alio loco à sancto Iacob lapis est appellata, hoc modo: Si fuerit Deus mecum, & custodierit me, erit mihi Dominus in Deum: & lapis, quem erexi in titulum, uocabitur domus Dei. Et ad Petrum, qui figuram portauit Ecclesiae, ita à Domino dicitur, Quia tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam. Hæc ergo petra, Ecclesia fundata super Christum firmissimam petram, de se gratias Spiritus sancti, uelut riuos effundit, quod in Petecoste, & in domo Cornelij super illos quoque duodecim ex maxima parte apparuit, & postea in Ecclesijs innumerabilibus gentium demonstratum est, & usq; hodie declaratur.

Esai. 49

2. Cor. 6

Esai. 52

Nabum. 1

Rom. 10

1. Petr. 1

1. Petr. 2

2. Cor. 1

ibidem

Psal. 67

Genes. 28

Matth. 16

Quando procedebam ad portam ciuitatis, & in platea ponebant cathedram mihi. Ecclesia Christi, quæ lapis uocatur & petra, ipsa aliquando in scripturis,

& ciuitas nuncupatur, sicut ex persona eius propheta uaticinatus est, dicens: Ego sum ciuitas, quæ oppugnatur, quæ & in Ezechiele, & in Apocalypsi super montem, & iuxta flumen construitur: & de qua Dominus ait in Euangelio, Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Velut rex ergo, & Dominus primus quoq; ciuitatis suæ Ecclesiae, ad portam eius Christus procedit: id est sub tempore inuentionis eius, quando inuitans, & ingressum parat dicit hominibus, Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos. Tollite iugum meum super uos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. & iterum, Intrate per angustam portam, ut in platea eius uelut summo doctore atq; antistiti, à ministris suis, sibiq; obedientibus, honoris ei cathedra præparetur. sicut & propheta fieri præcepit, Exaltent eum in Ecclesia plebis, & in cathedra seniorum laudent eum. Platea autem ciuitatis Dei, uel quod publicè prædicauerit, uel secundum illum Psalmistæ sensum est intelligenda, in quo cantat, & dicit ad Deum, Latum mandatum tuum ualde, quod utique mandatum disputationibus Ecclesiae magistrorum, non solum in illam triplicem expositionis regulam dilatatur, uerum etiam in extensionem longissimam sensuum multiplicatio- ne porrigitur.

Videbant me iuuenes, & abscondebantur, & senes assurgentes stabant. Isti sunt iuuenes, ad quos sanctus Ioannes apostolus scribit, ita dicens: Scribo uobis iuuenes, quia fortes estis, & uicistis malignum. Hi per fidem Dominum saluatorem uident in spiritu, & intra sui corporis absconduntur, reprimetes uidelicet, atq; intra se pugnando uitia cohibentes, mortificantesq; semetiplos peccatis & concupiscentijs mundi. Et idcirco fortes iuuenes appellantur, quia in Christo uincunt malignum. Secundum hunc sensum est illud quod ait propheta, Abscondite uos in terra humo, antequam ueniat Dominus confringere terram. Senes uerò, filij consummati & perfecti, cognoscetes patrem qui est ab initio, quibus similiter scribit Ioannes apostolus: Assurgunt quotidie, dum mente eleuantur ad cælum: & stant in Christo fide immobiles, uitæ immaculatæ senectute atq; maturitate iuuenes, sicut in Sapientie lib. scribitur: Cani sunt hominis sensus, & ætas senectutis, uita immaculata, quæ placita est Deo.

Principes cessabant loqui, & digitum superponebant ori suo. Vocem suam cohibebant duces, & lingua eorum gutturi sui adhaerebat. In aduentu, inquit, meo, omnium sanctorum meorum prophetia clausa est, & signata. quod in silentio Zachariæ sacerdotis, patris Ioannis, qui intra sancta sanctorum obmutuit, manifestè apparuit. Dico autem clausam prophetiam, quod adueniente Christo non poterat à prophetis uenturus annunciar. Prophetantium ergo præconium in Domini saluatoris cessauit aduentu, & uox annunciantium

Matth. 5

Matth. 11

Matth. 7

Psal. 106

Psal. 118

1. Ioan. 1

Esai. 4

Cap. 4

Lucas 1

ciantium siluit & quiescit. Proinde ait, Principes cessabant loqui, &c. Clausa est quidem prophetia in ministerio annunciatorum, sed in sacramentorum mysterijs patefacta est. Principes & duces illius populi Iudæorum, fuerunt reges, sacerdotes & prophetae, qui potestate, doctrina & exemplo uitæ præerant populi. Aliter mandata hæc diuersarum eloquia doctrinarum, sacerdotum & principum Iudæorum in aduentu Domini cessauerunt, & tam profundum est factum super uanitate doctrinæ eorum silentium, ut cohibita uoce, lingua eorum gutturi cohaeresceret. Siue principes & duces, potentes quique mundi istius, atque eloquentes possunt intelligi, qui propter mediocritatem suorum inuentiones, principatum in populis seducti tenebant. Hi igitur in aduentu Christi conticuerunt, cum detectæ errorum fallaciæ, profundum silentium ueritas Christianæ prædicationis imposuit.

Auris audiens beatificabat me. Genti quoque populus, ad quem Euangelium meum annunciantium prædicatione peruenit, cui nuncius ante non fuerat, pro redemptione sua ac salute laudem deferens, beatificabat me, gratias referendo.

Et oculus uidens testimonium reddebat mihi. Populus uidelicet fidelium Iudæorum, cui per prophetas meos prædictus fueram, in presentia aduentus mei testimonium reddebat mihi. Omnes enim sancti sub lege Moyli constituti, prestolati sunt aduentum mihi. Siue in auditu eius & uisu obediens & intelligens potest animaduerti, qui beatificando, id est benedicendo, per intelligentia fructum, testimonium laudi eius præbuerit.

Quod liberafsem pauperem uociferantem, & pupillum cui non esset adiutor. Sic & Psalmista commemorat, Eripiens inopem de manu fortioris eius. Pauper hic & pupillus, sanctorum populus est intelligendus, qui propter humilitatem spiritus con- tribulati pauper est dictus. Pupillus uerò idcirco dicitur, quia pater eorum pro tempore absens est: qui in consolatione tamen eorum & exhortatione sermone eos ita alloquitur, dicens: Non relinquam uos orphanos, ueniam ad uos. Hi ergo ipsi sunt audientes, id est obedientes, ut dixi, & uidentes, id est intelligentes. Qui uidelicet pauperes & pupilli, pro liberatione sua, qua pro me de potestate diaboli, & interitu mortis exempti sunt, uberes mihi gratias referunt, quas nunc uidemus per uniuersum orbem omni tempore sanctæ Ecclesiam celebrare: quia hominum adiutor in præteritis seculis nullus existeret potuit, non legatus quispiam, non propheta, non leuites utiq; non sacerdos, qui colligeret à latronibus uulneratum, nisi ille Samaritanus, qui figuram pertulit Christi, quæ Iudæi Samaritanum conuictorum exprobratione dicebant.

Benedictio pueri (siue perditii, ut alij dixerunt) super me ueniebat, & cor uiduæ consolatus sum. Populus fidelis & spiritus, puer propter recuperatam in Christo innocentiam nuncupatus est. Perditus uerò idcirco

appellatus est, quia sanguine Domini acquisi- tus est: qui uenit querere & saluū facere quod perierat. Perditus autem dicitur ex perditio saluatus, iuxta more sancte scripturæ ita dicitur: Benedicet me bestia agris, cum iam ex bestiis feris mites sint & mansueti, qui benedicant: sicut Matthæus euangelista uocatus est publicanus, & eo tempore quo iam non publicanus, sed apostolus erat. Viduam autem istam, cuius Saluator cor ait se consolari, sanctam Ecclesiam, matrem nostram esse rectè sentimus. Quia ergo absentauit se sponsus eius secundum presentiam corporalem, ut dicit discipulis suis, Pauperes enim semper habetis uobiscum, me autem non semper habebitis: idcirco uidua nuncupatur Ecclesia. Sed & propter hoc uidua fortassis dicitur, quia ille per mortem ab hac excessit mortalitate, eamq; in ipsa mortalitate pro tempore, uelut uiduam dereliquit, resurrecturum utiq; ut ad uirum suum in aeternum uiuentem perueniat, cui ipse hoc promittens, loquitur per prophetam: Et gaudebis, cum tibi benefecero, & obliuisceris dies uiduitatis tuæ. Hanc igitur quotidie Euangelio suo, scriptisq; sanctorum, martyrum etiam passionibus, aliorumq; iustorum exemplis, & præterea innumerabilibus quotidianis secretis ac manifestis uisitacionibus in fide corroborans consolatur. Pauper, pupillus, puer & uidua, id est, id est Ecclesia. Vbi grãde uos sanctitatis gratia eiusdem Domini largiente, his uocabulis intelligere possumus: ut cor huius uiduæ sapientes eius, & prepollentes scientia nouerimus.

Iustitia indutus sum, & uestiui me sicut uestimento, & sicut diademate iudicio meo. Hoc loco illa iustitia se dicit indutum, de qua in Euangelio dicitur, Siue modò, sic enim nos implere oportet omnem iustitiam, ut perditii, non maiestate eripiantur, sed pietate liberentur, qua peccata nostra ab eadem increpatione damnantur, gratia condonantur, misericordia corriguntur. Hac itaque iustitia, ut nostri miseretur, indutus aduenit. Vestimento autem, id est carne, uel Ecclesia sua dicit se esse circumdatum, cuius figuram habuit uestis eius in mente clarificata, uel chlamys illa coccinea, qua exorandus erat tantus martyrum passionibus induendus. Hoc etiam uestimentum sanctificans, mundauit lauacro aquæ, ut non haberet maculam rugamq; peccati. Quod autem ait, Et sicut diademate iudicio meo: ordine suo post incarnationis suæ mysterium, iudicium testatur, & regnum.

Oculus sui caeco, & pes claudus. Lumē, inquit, sum peccatori, in uitiorum suorum tenebris ambulanti: & in preceptorum meorum semitis claudicanti factus sum gressus. & ideo ipse Dominus ait in Euangelio, Ego sum lumen mundi. itemq; Ego sum uia, ut caeci in fidelitate, in Euangelio lumen aspiciant, & claudi, ac fide dubij uiam ueritatis incedant. Hoc iam per Prophetam ipse Dominus olim prædixerat, dicens: Spiritus

Luce 8

Esai. 43

1. Ioan. 12

Esai. 54

Matth. 11

1. Ioan. 8

1. Ioan. 14

771
 Esai. 61. Domini super me, propter quod unxit me, et
 uangelizare pauperibus misit me: predicare ca-
 ptiuis remissionem, & caecis uisum restituere.
 Pateram pauperum.] Isti sunt pauperes, de qui-
 bus dicitur: Beati pauperes spiritu, & Deside-
 rium pauperum exaudivit Dominus. Ho-
 rum pauperum primores fuerunt apostoli, qui-
 bus Dominus ait in Euangelio: Filioli, ad-
 huc modicum uobiscum sum.
 Et causam quam nesciebam, diligentissime inuestigabam.]
 Causam utique cuiuslibet criminis, siue pec-
 cati, quod nullum commiseram, sicut & in
 Psalmis postmodum dixi, annuncians quae es-
 sent Iudaei in passione mea quaesituri ab igno-
 rante: Quae ignorabam, inquit, interroga-
 bant me. Hanc igitur causam peccaminum mi-
 sericordia pietatis meae indulturus, diligen-
 tissime persequer, ut radicem uulnerum
 curando persequer, ut peccatorem inuesti-
 gantem & confitentem culpas suas, ab omni
 reatu criminis liberarem. Causam quam nesciebam,
 id est debita generis humani, quibus
 solus non tenebar obnoxius, in praesenti re-
 dempturus, in iudicio damnaturus.
 Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius aufere-
 bam praedam.] Hunc iniquum diabolum esse re-
 cte sentimus, cuius dentes ac molares sint ad
 interimendum saeu ac truces animi motus, de
 huiusmodi, inquit, dentibus, uelut praedam
 quandam, humanum genus abstraxi, de mor-
 tis utique eum interitu liberando: & ascendens
 in altum, captiuam duxi captiuitatem. Itemque
 aliter, Huius iniqui & impij molas & dentes,
 omnes satellites eius & socios aduertere pos-
 sumus, quos diuites, id est superbos appellat
 scriptura diuina, sicut ait de eo & eisdem, ita
 dicens: Sedet in insidijs cum diuitibus in oc-
 cultis, ut interficiat innocentem, &c. Potest
 nihilominus hic iniquus haereticus quisque
 intelligi, in cuius dentibus doctrina perspi-
 cua sentiatur: in molaribus uero lateant re-
 mota & secreta nephanda mysteria, & forte
 de eiusmodi Propheta loquitur, dicens: Deus
 conteret dentes eorum in ore ipsorum, molas
 eorum confringet Dominus.
 Dicebamque, In nidulo meo moriar, & sicut palma mul-
 tiplicabo dies.] Nidus Domini saluatoris, Ecclesia
 eius potest intelligi, qua ut bonus pastor que-
 siuit, & saluandam indagare pietatis inuenit,
 sicut de eo Propheta ait: Etenim passer inue-
 nit sibi domum, & turtur nidum sibi, ubi reponat
 pullos suos. Si enim Saluator noster dici po-
 tuit per similitudinem pelicanus & nycticorax,
 eo quod Iudaeos in solitudine commorantes,
 id est sine fide uiuentes, uelut pisces capere uo-
 luit ad salutem, in quorum tenebrosis ruino-
 sa conuersationis aedificijs habitauit: & passer
 utique dici potuit, qui in matutina uigilia a
 mortuis euigilans resurrexit, & reuersus ad
 patrem, factus est sicut passer inicus in tecto.
 Hic igitur Dominus in Ecclesia, quasi in ni-
 dulo suo, quae sibi de saeculo carnis humanae co-

772
 gessit, & in quos procreat ac fouet filios, mori
 dicitur, dum membra eius, quorum ipse caput
 est, uitij & concupiscentijs huius saeculi moriu-
 tur: quoniam caput & membra, secundum aposto-
 lum, unum est corpus Ecclesiae. Quod autem
 hypocriticis nidulum nominauit Ecclesiam,
 eiusdem Ecclesiae humilitatem ita dicendo uo-
 luit demonstrare, sicut ait in Euangelio ad disci-
 pulos suos, in quibus eadem iam fundabat Ec-
 clesiam: Nolite timere pusillus grex, quia pla-
 cuit patri uestro dare uobis regnum. Cum ergo
 haec diceret, ad humilitatem sanctam respexit
 Ecclesiae, plus quam ad numeri paucitatem. Non
 enim ad nascetam tantum Ecclesiam, in qua pau-
 ci erant, pertinet corroboratio & consolatio Do-
 mini, sed etiam ad multiplicem post futuram, de
 qua Propheta uaticinatus est, dicens: Dinume-
 rabo illos, & super arenam multiplicabuntur.
 Ecclesiam enim suam Dominus quanta libet nu-
 merositate iam dilatata, tamen usque ad finem
 mundi humilitate uult crescere, & ad promissum
 regnum humilitate pertinere. In ea itaque se mo-
 ri uelle pro ea, moriturus annunciat. Sequitur,
 Et sicut palma multiplicabo dies. Igitur post
 humilitatem Ecclesiae, quae in nidulo superius
 Dominus indicauit, gloriam altitudinis eius in
 palma arbore ostendere uoluit, cui dicitur: Ma-
 gnitudo tua similis est palmae. Quae in nouis-
 simis suis pulchra est: ita tamen, ut initium eius a
 terra ducas, sine eius in cacumine statuas, ubi
 habet totam pulchritudinem. Cuius aspera ra-
 dix uidetur in terra, sed comis pulchra sub cae-
 lo. Haec ergo humilis spiritu est, & despicibili-
 uis uisu, ubi a Salvatore nidulus nominatur.
 Vbi uero palmam, cum dicit, exaltationem glo-
 riosam & pulchram in resurrectione ei futuram
 esse significat, qua secundum uniuersalem Ec-
 clesiam corpus necdum Ecclesia resurrexit. Caput
 ergo resurgens Ecclesiae, quod est Christus: di-
 cit hoc ex uoce membrorum suorum, quia in
 ipso uiuens Ecclesia, ipsi uelut suum corpus
 cohaerens, gloriosam aeternitatem suam per il-
 lius uerba pronunciat ita inquit, Et sicut pal-
 ma multiplicabo dies. Siue nidus hic potest
 populus Iudaeorum intelligi, ut ait factus Moy-
 ses de Deo dicens: Sicut aquila protegit ni-
 dum suum, & super pullos suos confidit, &c.
 In hoc igitur nido gentis suae, secundum car-
 nem pati & mori pro nobis uoluit, quod &
 scripturae Prophetarum suorum antea predi-
 xerunt, & resurgenti a mortuis, in aeternam
 uitam innumerabiles multiplicati sunt dies:
 sicut ait Propheta, quod patrem precatus sit,
 dicens, Vitam petisti, & dedisti ei longitudi-
 nem dierum in saeculum saeculi. Siue in synago-
 ga Iudaeis moriar, atque in eorum mentibus cruci-
 figar, ubi secundum hominem conuersatus &
 natus sum, & in gentibus, ubi palma uictoriae
 meae, crucis uexillum erectum est, multipli-
 cabo dies, dicens eis: Ecce ego uobiscum sum
 omnibus diebus, usque ad consummationem
 saeculi: quia sicut ait in subsequentibus,
 Radix

773
 Radix mea aperta est fecus aquas, & ros morabitur in
 messe mea.] Ita erit in nationibus, ut radix, id
 est fides, qua mihi placere uolo, ut omnes fan-
 cti mihi in praeteritis placuerunt, pateat geni-
 tium aquis, id est populis: ut in me scilicet cre-
 dant, quibus & in retributione aeterna, ros gra-
 tiae & muneris erit largiente me profluus. Si-
 ue radix charitatis meae atque dilectionis, quae
 fixa est in cordibus diligentium me, aperta
 est in eis ad aquas eloquiorum meorum, ut
 intrinsecus laticis huius infusione uiuentes,
 deforis contra aeternitatem, ut uere fru-
 ctus mei, benedictionis refrigerijs irroratur.
 Gloria mea semper inuouabitur.] Hic gloriam Ec-
 clesiam intelligere possumus, & apostolus que-
 admodum facta sit Ecclesia gloriosa, de Sal-
 uatore ita ait, dicens: Mundans eam lauacro,
 atque in uerbo, ut exhiberet sibi gloriosam
 Ecclesiam. Haec ergo gloria meae ait filius Dei,
 semper inuouabitur, usque in finem proficie-
 do: & quia beata uita ex mortuis inuouata
 semper manebit, cum in ea fuerit Deus Trini-
 tas in omnibus, ideo quae aut ipsa Ecclesia in-
 nouabitur, aut gloria eius in Ecclesia dilata-
 bitur.
 Et arcus meus in manu mea instaurabitur.] Arcum
 uirtutem Domini intelligere possumus, quae
 Ecclesia sua usque in finem saeculi pugnare
 non desinit.
 Qui me audiebant, expectabant sententiam, & intenti
 tacebant ad consilium meum.] Ut audiatur, Iesus
 Christus clamat quotidie in Ecclesia, non so-
 lum per scripturas suas, uerum etiam & per
 dispensatores uerbi sui: & obediens ei, sen-
 tentiam definitionis eius expectant, quia sta-
 tuit diem, quo iustitiae suae moderamine tu-
 dicet mundum, & separet malos de medio iu-
 storum. Quod autem ait, Et intenti tacebant
 ad consilium meum: hoc uerbo sanctorum si-
 gnificatur obedientia, qui tardi ad loquen-
 dum, ueloces autem sunt ad audiendum. In-
 tentos autem eos dixit, pro tota uultus confi-
 deratione in eum qui eis dabat consilium. Si-
 ue in ipsa inquisitione legis Dei sancti intenti
 esse dicuntur, sicut & de Beroensibus scribi-
 tur. Erant quotidie scrutantes scripturas, si haec
 ita se haberent. Intenti etiam dicuntur, mentis
 intentionem ad futura Dei munera dirigen-
 tes. Proinde eos etiam intentissimos facit, quod
 sit diuinitatis consilium, quo per passionem
 & mortem Domini Iesu Christi mundum sal-
 uare uoluerit. unde & ait, Iudaei autem consi-
 lium Dei spreuerunt: id est, praeparatam sibi a
 saeculis neglexerunt salutem, respicientes se-
 cretum & salubre mysterium: sicut inter cae-
 tera ad Deum patrem ait Petrus apostolus,
 Conuenerunt enim uere in ciuitate ista aduer-
 sus sanctum puerum tuum Iesum, quem unxi-
 sti, Herodes & Pontius Pilatus, cum genti-
 bus & populis Israel facere, quae manus tua &
 consilium decreuerunt fieri.
 Verbis meis ad dere nihil audebam.] Statuta utique

774
 & decreta non conuellent Ecclesiae, in qua
 fundamentum ueritatis meae est stabilitum, ha-
 bens in se consummatam plenitudinem praec-
 ceptorum meorum. Haeretici autem atque schis-
 matici praesumptione superbiae, quae se praestare
 ceteris putant, inuenta de corde suo at-
 que superflua dogmata, plenitudini uerbo-
 rum meorum superimponere moluntur. &
 ideo quod plenum & totum est, superaddita
 refundit & rejicit. Unde etiam & ipsi qui uer-
 bis ueritatis audent addere conficta menda-
 cia, a soliditate sanctae fidei dilabuntur, & tan-
 quam res in totum non necessaria superfusio-
 ne plenitudinis desurrunt, ut uelut sal infa-
 tuatum in sterquilinum decidant, & concul-
 centur ab hominibus.
 Et super illos stillabat eloquium meum.] Sensem uti-
 que sermo doctrinae meae, ait, Exultantium in
 me cum loquerer eis, & diligentium me uiscera
 penetrabat. in quo profectus animarum quo-
 tidie in uirtutibus, intelligendus est, ubi qua-
 si a parua stilla principiorum peruenitur usque
 ad uitam plenam perfectionis, tanquam ad plu-
 uiam cordis terram sua copia satiantem.
 Expectabant me sicut pluiam, & os suum aperiebant
 quasi ad imbrem serotinum.] Omnes sancti antiqui
 Saluatorem in carne uenturum indubitanter
 expectant: ad cuius imbrem serotinum, id est
 Euangelium ora cordium suorum nunc si-
 tientes aperiunt: quia meliora sunt, ut Ecce-
 stas ait, Nouissima sermonis, quam ini-
 tium eius. Et in praesentia Domini, quando
 in diebus mortalitatis suae Euangelium praed-
 icabat, potest de turbis credentium, siue de
 apostolis ac discipulis eius intelligi quod hic
 ait, Expectabant me sicut pluiam, nam de-
 sideria aduentum Domini ita aduertimus,
 ubi in Euangelio legitur: Omnis enim po-
 pulus suspensus erat audiens illum. & iterum
 docente eo, omnium in synagoga oculi erant
 intendentes in eum. In apertione autem oris
 diu sitientes significauit, quia secundum ua-
 ticinia Prophetarum olim Christus promissus,
 ut ueniret expectabatur. Serotinus autem
 imber in Iudaea maturis menses usque ho-
 die uenire consueuit, ubi secundum Prophe-
 tam & matutina pluuia promittitur, per quem
 Dominus ait: Dabo uobis pluiam matuti-
 nam & serotinam terrae. De ipsa ergo institu-
 tione loci, & plaga caeli figuram Propheta con-
 textit, matutinam pluiam dicens in spe resur-
 rectionis, quia primus a mortuis resurrexit se-
 rotinum imbrem, quia sub mundi uespera ex-
 pectatus aduenit, qui gentium segetes ube-
 rius irrigaret. Vel aliter, ut serotinum secun-
 dum intelligamus aduentum.
 Si quando ridebam ad eos, non credebant, & lux uultus
 mei non cadebat in terram.] Id est, Iudaei non credentes
 mihi hilari pietate, futurae beatitudinis laetitiam
 & gaudia aeterna promittenti, & peccatores
 praereatu conscientiae suae uix credent miseri-
 cordiae meae: & sibi salutem dari posse, praema-
 gnitudine

gnitudine criminum desperabunt: cum ego conuertentibus ad me, maiora quam spe possint capere, collaturus sim. Et hix uultus mei non cadebat in terram. Gratia, inquit, presentie meae, quam mundo uniuerso innotui, illustrat corda fidelium, quia ego sum lux mundi. Et Qui me secutus fuerit, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen uitae: & quicquid promiserit custodientibus pactum meum, iratum non erit, sed totum in tempore retributionis implebitur.

Si uoluisset ire ad eos, sedebam primus. Cum que sederem quasi rex circumstante exercitu, eram tamen moerentium consolator. Cum ergo uenit ad terras, dispensatione aduentus sui hoc operatus est, ut in Ecclesia & congregatione sanctorum suorum a populo adoptiuo, quem acquisiuit sanguine suo, ipse uelut caput totius corporis Ecclesiae suae principatum teneret: sicut & Apostolus de eo ait, Ut sit in omnibus esse, prima-

20 tum tenes. Cu ergo sedeat ut rex regu, & Dominus dominantiu, & circumstet cum exercitus angeloru, qui ei etiā & incorporali presentia corporatur: de quo exercitu dicit Euangelista, quando angelus pastoribus eundem Dominum nunciat natum, ita inquitens: Et subito facta est cum angelo multitudo militie caelestis. Cum ergo sedeat, ut Dominus & Deus, lugentium tamen atque moestorum consolator esse non desinat: sicut & ipse Dominus ait,

30 Beati qui lugent, quia ipsi consolabuntur. Siue ita sentiendum est, qui cum apud sanctos suos magnus & excelsus habitet, qui & angelii plerunq; dicuntur: & de quibus secundum aliam editionem ipse Dominus ait, Eram quasi rex cinctus: compunctos tamen & contritos corde non despicit, quoniam iuxta est ihs, qui tribulatio sunt corde, & humiles spiritu saluabit. Meminisse autem debemus, quomodo & superius ita iam diximus, his locis quae

40 implenda erant in Christo figura, preteritis temporis aliquando dici usque eum locum, quo tempora presentis Ecclesiae describuntur, in qua Saluator noster quae predicta sunt operetur. Nunc autem de passione sua Dominus loquitur, & de opprobrijs Iudeorum, quibus lacessitus tacuerit, & quod relictus a Domino, quam reprobabilem conuersationem habuerint, quibus quae uita fuerint pro delectatione uirtutum. Conuersus ergo per Prophetam ad

eorum personam, de eis ita exorsus est dicere: Nunc autem derident me iuniores tempore. Siue, ut alij dixerunt, Nunc autē derident me infirmi. Viles itaque & degeneres nihil de nobilitate sanctorum patrum in moribus referentes: & idcirco ipsi iuniores intelliguntur, eo quod in eis sanctitatis reuerens grauitas minime commoretur, & sint de illo numero iuuenum, quorum consilio Roboam filius Salomonis, Israelis populi perdidit regnum: & quos ut

iuuenes petulantes Dominus, ubi de passione

ne sua in Psalmo loquitur, ita denotat, dicens: Circumdederunt me uituli multi, quod est, multitudo lasciuientis plebis. Ait ergo Saluator: Derident me iuniores tempore, siue infirmi. Legimus in Euangelio, quemadmodum derisus sit, & illusus. Sed & in Propheta, Quem illulistis, & super quem leuastis uocem uestram: Hoc & in Psalmo praedixit, Aperuerunt in me os suum, quando dixerunt: Crucifige, crucifige. & iterum de hac irrisione manifestissime canitur in alio Psalmo, Tentauerunt me, & deriserunt me derisum: frenderunt in me dentibus suis, itemq; Omnes uidentes me, deridebant me.

Quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei. Hos ergo canes in bonam partem dictos esse existimo, qui gregem Domini nimirum a bestijs spiritualibus uigilando & custodiendo defendat. Nam cum speculatores, id est praepositos plebium, siue doctores per Prophetam increparet sermo diuinus, eo quod greges populorum Domini minime custodirent, ait de eis: Canes muti, nescientes latrare. Quamobrem secundum sensum de praedicatoribus ueritatis ad Deum dicitur: Lingua canum tuorum ex inimicis, ab ipso Iudeorum autem patres, qui sunt utique sacerdotes & principes, pastoralis quippe ab eis dignitate ablata: Non posui eos, ait Dominus, cum sancti gregis ouium meorum custodibus, eo quod ob malitiam infidelitatis suae, ne sacerdotio fungantur mihi, abiecti eos, & repuli quod etiam in Euangelio dicitur, Auferetur a uobis regnum Dei, quod est utrumque testamentum, legis & Euangelij: & dabitur genti facienti fructum eius, ubi iam incipit tollere panem filiorum, & mittere canibus: sicut ad eum in Euangelio sub typo Ecclesiae dicitur, Nam & catelli edunt de micis, quae cadunt de mensa dominorum suorum.

Quorum uirtus manuum erat mihi pro nibilo. Haec uirtus manuum erat Iudeorum, ut mandata Dei mandatis seniorum & obseruationibus destrueret: sicut & Dominus eosdem Iudeos increpans ait, Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est a me. Sine causa autem me colunt, docetes doctrinas & mandata hominum. Vel ita intelligendum, cum eius uitam putarent finitam esse per crucem, triumphē resurgentes ex mortuis, ad nihil conatum pessimorum uirtus redacta est.

Et uita ipsa putabantur indigni, egestate & fame steriles. Vitorum suorum & criminum turpi egestate confecti, & fame eloquiorum Dei facti steriles & mendici, uita insuper presenti indigni sunt habitus: sicut Propheta ait ad Deum, Disperge illos in uirtute tua, & destrue eos protector meus Domine. Vnde nunc sunt in medio nationum uelut captiui, uitam ducentes degenerem, quae eis uita non constituenda est, eo quod de illo splendore patrum in obscuritatem

humili-

humili-

humili-

humili-

humiliationis redacti sunt. Siue uita ipsa, id est aeterna indigni sunt habitus: sicut de eis Propheta dicit, Deleantur de libro uiuentium, & cum iustis non scribantur.

Qui redibant in solitudine, squalentes calamitate & miseria, & mandebant herbas, & arborum cortices, & radix iuniperorum erat cibus eorum. Plerunque ubi Deus non habitat, id est, ubi non colitur, solitudo, siue eremus appellatur, in qua secundum Apocalypsin Ioannis & mulier, id est corruptela sedere dicitur. In illo ergo populo a Deo derelicto, sacerdotes eorum & principes, tanquam in eremo commorantes, ubi & ipsi infelicitate morum squalent, & miseria uitiorum, in qua uelut herbas peccatorem

populum, de quo dicitur, Et sicut olera herbarum cito decident: doctrinarum praecipis quasi cibum sumunt. Mandere enim, siue rodere, opus est dentium. Et quoniam uox articulata dentibus & plectro lingua efficitur, ideo his uerbis doctrina praedictorum significatur, qui populos tanquam herbas, & infructuosarum arborum radices mandendo atque rodendo, in errores suos multiplices, uelut in suum corpus traiciunt. Etenim pasce se arbitrantur, si ab hominibus, quos scriptura solet arbores appellare, quicquid habent uitale abstulerint. Radicibus iuniperorum nihilominus aluntur, arborum scilicet longa aetate uiuentium, in quarum lignis multo diutius ignis quam in ceteris durat. Ita sunt ligna, quae in Paralipomenon oris arcae uicina appelluntur: quae Salomon per Hiram Tyrum regem cum alijs lignis ad aedificationem templi sibi sperat deferri, ubi sub arborum harum uocabulo, magnos quosque homines in populo Iudaico intelligere possumus, quorum praedicti doctores in uisceribus depascuntur, dum ab eis praedicatione legis praeterita, donum gratiae Christi auferunt. Sed secundum hunc sensum est illud quod ipse Dominus eisdem doctoribus ait in Euangelio: Vae uobis Scribae & Pharisei hypocritae, qui circumitis mare & aridam, ut faciatis unum profelytum: & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennae duplo quam uos.

Qui de conuallibus ista rapientes, cum singula reperissent, ad ea cum clamore currebant. De conuallibus utique herbas, ut fures (quod alij transfuges dixerunt) & arborum cortices supra dicti rapiunt: cum que ea sollicitē quaerendo repererunt, ut mala persuasionē diripiant, cum exultationis uoce ad inuadendum festinando concurrunt. Non enim ij quos herbas, cortices & radices arborum per enigmatis similitudinem intelleximus, in excelsis locis, atque sublimibus poterunt inueniri, sed in conuallibus, humilibus scilicet locis, & ad inferiora depressis. Vbi significati sunt carnaliter illi populi Iudeorum, quorum intellectus in occidentem literae sensibus, uelut in inferioribus commoratur, hinc eos primores eorum depopulantur, dum caecis caeci ducatum praebent.

In desertis habitabant torrentium, & in cauernis terrae, uel super glaream. Non tantum in desertis praedictorum, ubi cultura Dei non erat, morabantur, sed etiam in cauernis terrae, uel super glaream. Glaream puto esse legem carnaliter intellectam, ubi nihil pinguedinis spiritualiter sensui admiscetur, quo possit fecunditate uertatis terra per fidem filios sanctitatis matre gratia procreare. Et ob hoc in cauernis terrae esse perhibetur, terrenis uidelicet sensibus inhaerentes, de qualibus flens dicit Apostolus: Inimicos crucis Christi, quorum finis est interitus: quorum Deus uenter est, & gloria in confusione eorum, qui terrena sapiunt. Itemque aliter, Torrentes sunt peccatores, qui in hoc mare seculi per deserta notitiae Dei defluunt. Hi ergo in cauernis sensuum corporalium commorantur, eorumque delectatur officijs ad peccandum. Ipsae sunt fenestrae domus, per quas mors in animam ascendere dicitur. Propter quod Abraham foris ad ostium tabernaculi sui, nullum uidelicet sensum habens in hoc tenebroso ministerio terreno conclusum, sedisse perhibetur. Siue cauerna serpentis, est peccus nostrum, quando in eo uenena ta consilia, & mortiferos actus retundimus. Ipsi uero similiter super glaream habitant, qui terram suam nullo sermonum Dei diligentia colunt, ut accepta uertatis pinguedine possint fructus facere sanctitatis.

Qui inter huiusmodi latabantur, & esse sub sensibus delicias computabant. Inter haec mala quae sunt dicta superius, ita exultantes gaudio uiuunt, tanquam si pollerent uirtutibus, nam & Salomon de huiusmodi ita loquutus est, Qui dereliquerunt semitas rectas, ut ambularent in uis tenebrarum: qui latantur in uis malis, & gaudet in euerfione mala. quorum semitae prauae, & tortuosi eorum.

Filij stultorum & ignobilium, & in terra penitus non parentes. Ira enim & de eorum patribus Prophetam me ante dixerunt, Generatio mala & peruersa, populus stultus, & non sapiens, alienati a terra uiuentium.

Nunc in eorum canticum uersus sum, & ab eis in delectatione obreclationum assumor, abominantur me, longe fugiunt a me, & faciem meam conspuere non uerentur. Hoc & in Psalmo Dominus ipse praedixerat, ita dicens: Posuerunt me abominationem sibi. Longe uero a me fugiunt, tanquam malum aliquo d execrabile detestantes: ut Propheta praedixerat, Odio est iniquo uia iusti. Faciem uero consputam Domini saluatoris, ipsa passio eius nobis in Euangelio manifeste demonstrat.

Pharetram enim suam aperuit, & afflixit me, & frenum posuit in ore meo. Spiritus prophetiae & in alijs Propetis commutat non solum personas, uelut

KK 3 rum

KK 3 rum

KK 3 rum

rum etiam pluralitati singularitate admiscet. quod & nunc facere uidetur. & Propheta secundum hunc sensum ait: Aperuit Dominus thesaurum solum, & protulit uasa irae suae. Hic pharatra diabolus intelligi potest. Et quoniam credimus Saluatorem uerum hominem assumptum, non absurdum est ut credamus, quod & dolores corporis ualuerit in passione sentire, sicut Propheta ait: Ipse infirmitates nostras suscepit, & pro nobis dolet. Quod autem ait: Et fregnum posuit in ore meo, ad illatas contumelias patientiam demonstrauit: sicut ipse filius in Psalmo ait ad patrem, Quoniam tu es patientia mea Domine. Et idcirco secundum Prophetam, Sicut ouis ad uictimam deductus est, & sicut agnus coram tondente se, sine uoce, sic non aperuit os suum.

Esai. 53

Psal. 70

Esai. 53

Ad dexteram orientis calamitates meae illico surrexerunt. Id est de uoluntate patris, ad cuius dexteram filius sedet, haec insurrexerunt. Vel hoc ait, quod ad filium Dei etiam ad eam partem, qua passibilis est, contumelia passionum hominis assumpti peruenit, secundum apostolum dicentem: Si enim cognouissent, nunquam Dominum maestatis crucifixissent: quoniam ipse est dextera patris, manus & brachium, per quem facta omnia gubernantur. & discipuli magis de dextris illius erant, quem in tempore passionis dereliquerunt: de quibus ait, Considerabam ad dexteram, & uidebam: & non erat qui cognosceret me.

Psal. 141

Pedes meos subuerterunt, & oppreserunt quasi fluctibus semitis suis. Ipsi pauperum itinera mea, insidiati sunt mihi, & praualuerunt, & non fuit qui ferret auxilium. Quasi rupto muro, & aperta ianua irruerunt super me, & ad meas miseriae deuoluti sunt. Pedes meos subuerterunt. Pedes, humana substantia, id est assumptus homo quem crucifixerunt, intelligi potest: uel certe euangelizandi officium, tanquam hoc loquutus sit, Quia ad hoc ueneram, ut praedicarem eis regnum Dei, malitia sua, ut ab eis auerterer, compulerunt. Et oppreserunt quasi fluctibus semitis suis. In fluctibus amaros Iudaeos & inquietos esse demonstrat. Dissipauerunt etiam itinera mea, prophetarunt eorum oraculis aduentus mei in carne, illis praesentiam pollicebar, per quos etiam & in uisionibus reuelationum saepe ueniebam ad eos, & multifarie, multisque modis loquebar eorum patribus in Prophetis. Haec itaque itinera mea, incredulitate sua, atque impietatis scelere dissiparunt, persequendo & interficiendo eos.

Hebr. 1

Matth. 26

Posiunt etiam pedes eius, praedicatores uel apostoli eius. Sequitur, dicens: Insidiati sunt mihi, & praualuerunt: & non fuit qui ferret auxilium. Insidiae eorum euidenter patent in Euangelio: Non fuit, ait, qui ferret auxilium: quia & ipsi discipuli relicto eo fugerunt. Quasi rupto muro, & aperta ianua irruerunt super me, & ad meas miseriae deuoluti sunt: id est, per speciem meam in ruinam suam lapsi sunt: & sic, inquit, in odium, ac perturbatam

mentis insaniam contra me Iudaei conuersi sunt, ut quasi truculentissimi hostes, ac ferocissimi, irruptis ciuitatum munitionibus, & ianuis ipsius humanitatis effractis, in necem meam omnes pariter profilirent. Miseras autem, opprobria, flagella, sputa, alapas, spinas, & ignominiam crucis intellige.

Redactus sum in nihilum. Iudaei despicientes eum, pro nihilo habuerunt eum.

Abstulisti quasi uentus desiderium meum. Sicut solet uenti uolentia florum amoenam discutere, ita tu a me subito uitae huius iocunditatem felicitatemque rapuisti. Ex persona ergo ueteris hominis susceptus, in Deum homo Christus Iesus, haec loquitur. Desiderium uero ueteris hominis illud erat, ne uitam hanc temporalem amitteret. quod in uerbis Domini demonstratur, qui proximus passioni, iamque morti uicinus, ait ad patrem, Transeat a me calix iste. Veruntamen, inquit, non quod ego uolo, sed quod tu.

Nunc autem in memetipso marcescit anima mea, & possidet me dies afflictionis. Dies afflictionis eius, dies sunt passionis: sicut Euangelista, Et assumptus, inquit, Iesus Petro, Iacobo & Ioanne secum, coepit contristari & moestus esse. sicut alius Euangelista, Et coepit, ait, pauere & cadere. & dicit, Tristis est anima mea usque ad mortem.

Nocte os meum perforatur doloribus, & qui me comedunt, non dormiunt. Nocte, quia uespere captus, & per totam noctem a Scribis & principibus sub interrogatione quaestionis auditus est. Vel nocte tristitia & passionis meae, ait Dominus, apostoli mei, qui propter dilectionis & chritatis meae fortitudinem ossa dicuntur, aculeis timoris compuncti, usque ad negationis noxam perforati sunt: id est, penetravit uirtutem animi eorum titubatio fidei, ut ad horam tentationis in charitatis meae soliditate nutarent. Illi uero, qui me usque ad mortem persequendo studuerunt consumere, non dormiunt: id est omni uigilantia mentis insistent, ut ad me deuorandum perueniant. sicut ait, Dum appropinquant super me nocentes, ut edant carnes meas.

In multitudine eorum consumitur uestimentum meum. Conuenientibus in unum Iudaeis, caro mea iniurijs, clauis, cruce, morte confecta est.

Et quasi capitis tunica succinxerunt me. In necem meam omnes undique me, uelut strangulantes circumdederunt, & ut me prefocarent in mortem, tanquam ora capiti, fortibus uidelicet laqueis falsorum testium me cinxerunt, & intra passionem & crucem, quasi intra tunicam me induerunt.

Comparatus sum luto, & assimilatus sum fauillae & cineribus. Per mortem quam uolens suscepi, comparatus sum uilibus & peccato obnoxius, atque in Adam Dei sententia condemnatis, cum ipse peccator non sum, neque ut omnes peccatores fuerim natus.

Clamo ad te, & non exaudis me: stes, & non respicis me. Ita

Ita & in uicesimo primo Psalmo in cruce clamauit ad patrem: Deus meus, Deus meus, respice in me: quare me dereliquisti? & sequitur, Longe a salute mea uerba delictorum meorum: id est, delicta mea saluti meae contraria sunt, & ea quae uerbis desideriorum carnalium posco, non mihi proficiunt ad salutem. & clamabo per diem, & non exaudies: & nocte, & non ad insipientiam mihi. Haec igitur uerba dicuntur ex persona crucifixi. Superius clamabo, inquit, ad te per diem, id est in rebus prosperis huius uitae, ut non mutetur nec exaudies, quia uerbis delictorum clamabo. & in nocte, id est in aduersis uitae huius clamabo, ut prosperentur, & similiter non exaudies. neque hoc facis ad insipientiam mihi, sed potius ut sapiam quid clamare me uelis: id est, ut non uerbis delictorum ex desiderio temporalis uitae, sed uerbis conuersionis ad te in uita studeam proclamare. Quod autem ait Stes, in te datione, & perseverantia orationis ad Deum patrem stare se dixit, sicut scriptum est: Iesus autem pernoctabat in oratione Dei. itemque, Qui in diebus carnis suae preces supplicationesque effudit ad eum qui posuit illum a morte saluum facere, cum clamore ualido & lachrymis offerens.

Luc. 6. Heb. 5.

Matth. 26. Matth. 26.

Mutatus es mihi in crudellem. Dum pater unico filio non pepercit, sed pro omnibus tradidit illum, crudelitatis species uidebatur quod erat propter dispensationis effectus.

Et in duritia manus tuae aduersaris mihi. id est, dum me passioni ac morti tradis.

Psal. 101.

Eleuasti me, & quasi super uentum ponens eleuasti me ualide. Et in Psalmo similiter ait ad patrem: Quia eleuasti alluisti me. quod est, eleuasti me in cruce: & in non credentibus Iudeis me alluisti, ut moriendo eliderem mortem.

Scio quia morti tradas me, ubi constituta est domus uiuenti. Quia ante Domini resurrectionem etiam iusti in inferni partibus fuisse creduntur.

Veruntamen non ad consumptionem eorum emittis manum tuam: & si corruerint, ipse saluabis. Ad hoc utique morti trades me, ut non consumantur qui diuina sententia morti aeternae sunt deputati. E mittis manum tuam, id est me, qui brachium & uirtus tua sum, ac uiuorum ac mortuorum precum ac remedium destinabis. Dum autem dicit, Et si corruerint, ipse saluabis: post gratiam baptismi remedium salutis delinquentibus per poenitentiam repromittit.

Luc. 19.

Flebam quondam super eo qui afflictius erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Legimus in Euangelio fleuisse Dominum super ciuitatis Hierusalem interitum: de quo ita Euangelista ait, Et uidens ciuitatem fleuit super eam. Duabus autem de causis Saluator super Hierusalem flebat. Una est, qua pro conuersuris patrem orabat: alia uero est, qua pro non credentibus dolens flebat, prauidens utique, ut Deus, ob incredulitatis duritiam, perditionem eorum. Et compatieba-

tur anima mea pauperi, quomodo omnes sancti in scripturis appellantur, non habentes superbiam spiritum uel peccati, tanquam mundi diuitias: ita e contrario omnes peccatores pauperes nuncupantur, eo quod superbiam spiritus humilitate nudati tumeant, & facti sint inopes sanctitate: de quibus in Psalmo canitur, Sedes in tenebris, & in umbra mortis, ligatos in mendicitate & ferro. Ad desolandos huiusmodi pauperes, utpote diuites in miserationibus Deus, ex affectu misericordiae tristitiam sustinebat. Siue defunctis pauperibus loquitur, ad quos maxime passionis beneficia perueniunt.

Expectabam bona, & uenerunt mihi mala. hoc ipsum Dominus & per alium prophetam similiter ait: Expectaui ut faceret uiam, fecit autem spinas. Expectabam ergo per patientiam, ut bonum conuersationis eorum, gaudens super correctos, perciperem: sed illi diuitijs bonitatis meae, & longanimitatis contumaciter abutentes, thesaurizauerunt sibi iram in die irae, & reuelationis iusti iudicij mei. Haec igitur mala eorum quae mihi pro bonis uirtutum retribuerunt, ad conspectum meum uentura sunt, ut reddam unicuique secundum opera sua.

Præstolabar lucem, & infidelitatis eorum ac uisionum tenebrae praualuerunt.

Interiora mea efferbuerunt absque ulla requie. siue quod dolore tactus, intrinsecus animus eius sollicitudine & anxietate ferbuerit super eorum perditionem, sicut ait: Zelus domus tuae comedit me siue, postquam uerbum caro factum est, & Dominus habitauit in homine Iesu Saluatore nostro: interiora eius, id est anima illius motus, sine cessatione diuino igne feruebant. Quod autem dicitur est, Absque ulla requie: ita est & alibi, Et requiem non habebant die & nocte, dicentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus. Quod autem dicit interiora,

Vel pro in die. Apostolus de eodem Domino ait: In quo sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae absconditi.

Praueniunt me dies afflictionis. Dies afflictionis in die iudicij erunt, in quibus praedictam gentem iudicaturus sum, sed tamen nunc & in hoc tempore nimis sceleribus suis praueuerunt me, ut secundum iustum iudicium meum reddam eis: sicut post eius accidit passionem, quando a Romanis Hierusalem templumque subuersum.

Marens incedebam, siue furore consurgens in turba clamabam. Ita & in Euangelio scriptum est: Et contristatus est Iesus super duricia cordis eorum, quando sine aliquo utique iracundiae furore erat: quoniam donare atque concedere peccata eorum adueherat, non punire: sicut ipse Saluator ait, Filius hominis uenit querere, & saluum facere quod perierat. Ait etiam Euangelista: Sta

Psal. 106.

Esai. 5.

Psal. 68.

Apoc. 4.

Coloss. 3.

Matth. 3.

Luc. 19.

Ioh. 7. bat Iesus, & clamabat dicens: Si quis sitit, ueniat & bibat. & ipse Saluator inuitans ita ait: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos.

Mat. 3. Frater sui draconum, & socius struthionum. In Euangelio Dominus frequenter appellat serpentes & uiperas, ita dicens: Serpentes, genimina uiperarum, & per prophetam ait: Oua aspidum ruperunt, cum malorum generatione multiplicari uideret. itemq; propheta alius dicit, Furor draconum uinum eorum, & furor aspidum insanabilis. Sed idcirco fratrem eorum se nuncupauit, quoniam de eorum genere secundum carnem est procreatus: de quibus ipse Saluator ait in Psalmo, Externus factus sum fratribus meis, & hospes filijs matris meae: id est synagogae. Et quia secundum praesentem uitam hic mortalis fuit, & inter eos est conuersatus, struthionum se socium dixit, q; in eadem gente sua cum stultis & insipientibus habitauit: sicut ipse Dominus ait in Euangelio, Stulti, & caeci, propheta etiam increpans eos ita loquitur dicens: Hic populus stultus, & non sapiens, itemq; alius propheta: Faciam lucum quasi struthionum: secundum Salomonem qui ita locutus est, Lucus mortui, septē dies: fatui autem, omnes dies eius.

Deut. 32. Cuius mea denigrata est super me. In cute carnem suam, id est ludaeam gentem suam, unde ipse Saluator carnem assumpsit, a parte totum dixisse existimadus est. Quod aut, super me, ait, Denigrata est cutis mea: ita est, uelut si diceret: Propter me, id est in persona mea, alio persecutionum & scelere blasphemiae qua in me peccauerunt, peccatorum etiam nephandorum criminibus tetra ac nigra effecta est caro generis mei, ut sit quasi Aethiopsia, colorem nigredinis non amittens. & eo est infelicio, q; hanc nigredinem similem nocti, & tenebris non in superficie coporis, sed in corde contraxit. Vnde ipse Dominus ludaeis ait, cum de synagoga loqueretur: Nocti assimilaui matrem uestram.

Ossa mea aruerunt praecumate. Ossa corporis Ecclesiae, cui caput est Christus: sancti quidem omnes, sed praecipue apostoli intelligendi sunt, quorum sanctitatis robore atque uirtute omnia membra infirmiora Ecclesiae sustententur. Horum igitur adeps pinguisimus charitatis nimio persecutionis aestu in passione Saluatoris exaruit: de quibus in Psalmo Dominus ait, Et ossa mea sicut cremum aruerunt. itemq; in alio Psalmo ipse Dominus inquit, Sicut aqua effusa sunt (utiq; a ludaeis) & dispersa sunt omnia ossa mea. nam ut ait Euangelista: Et relicto Iesu fugerunt discipuli. Sed rursus per confessionem nominis eius, charitate illius uerissima impinguati sunt, ut nullo postmodum quantumlibet feruenti caumate persecutionu, fides Christi in eis, & humor charitatis eius aueresceret.

Verfa est in luctum cithara mea, & organum meum in uocem flentium. In cithara & organo, laetitia & exultatio intelligitur, quam Christus se habere demonstrat, quando super salute credentium delectatur. sicut ipse in Euangelio ait, ubi parabolam centum ouium ponit, de quibus una refert perisse, & ea inuenta ait: Amen dico uobis, gaudebit super ea. Siue ut alius Euangelista ait: Et cum inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudens, & ueniens domum conuocat amicos suos & uicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam que perierat. Itemq; cum renunciaissent apostoli Domino, quia in nomine eius plurimae sanitates per eosdem factae fuissent, ait Euangelista: In illa hora Iesus exultauit in spiritu. Hac ergo musicorum uasorum nomine cordis humani significata laetitia, super infidelium obduratio ne uerita est in tristitia, sicut de eodem Domino, ait Euangelista, Et contristatus est super duritia cordis eorum.

In Iob libri secundi expositionum allegoricarum finis.

BEDAE PRESBYTERI IN IOB ALLEGORICAE expositionis Liber tertius.

CAPVT I.

Miserunt autem tres uiri isti respondere Iob, eo quod iustus sibi uideretur, & caetera. Cedentibus aduersarijs Iob, post multa prophetia sua mysteria, & ipse finiuit sermonem. Quod autem dictum est, Omiserunt autem tres uiri isti respondere Iob, eo quod iustus sibi uideretur: scriptor historiae huius ex sensu respondentium dixit, eo quod iustus sibi uideretur: non ex suo iudicio, qui in praconium tanti uiri stylo haec suo posterorum memoriae commendabat.

Et iratus indignatusq; Heliu, filius Barachel Buzites de cognatione Ram. Quod dicit, de cognatione Ram: hunc Ram Abraham uolunt intelligi, cuius cognatio fuerit fratris sui Nachor familia atq; posteritas. De progenie & generatione Hus & Buz, filiorum Nachor & Melchae fororis Sarae uxoris Abraham nascuntur Iob & Heliu. De Hus Iob nascitur, ut in operis huius principio diximus: & de Bu hic Heliu: & inde Buzites dicitur: qui fuit, sicut hic scribitur, filius Barachel. Hunc igitur Heliu doctissimi scripturarum dicunt ipsum esse Balac ariolum, quem in Numerorum libro Balac rex Moabitaram ad Israelem maledicendum conduxerat. Et haec scriptura refert, quod hic Heliu de cognatione Ram fuerit. Legimus in Ruth libro, & in Paralipomenis, ubi generatio sancti Dauid patriarchae describitur, Ram nominari, a quo ipse Dauid septimus ponitur: qui Ram de generatione & familia Iudae, filij Iacob

patris Iacob descendit. & in Euangelio, ubi ex ordine ab Abraham generatio Saluatoris dicitur, hic ipse Ram, Aram nuncupatur, sicut in ipso principio Euangelij continetur: Iacob genuit Iudam, Iudas Phares, Phares Esrom, Esrom Aram. Et considerato in scripturis gestorum tempore, hic Ram qui in Ruth libello, & in Euangelio ponitur, posterior inuenitur illo Ram, de quo nunc loqui coepimus. Denique iste senior filius dicitur Barachel, ille uero iunior filius Esrom. Requiritur ergo nobis est, qui sit ille alter Ram, de cuius cognatione hic Heliu Buzites nascatur, quem & Balaam esse iam superius diximus. Manifeste enim constat, non esse hunc de gente & populo Israel, qui magis fuerit ariolus gentium, Madian uidelicet, Moab, & Ammon: unde haec ratio potius nobis suppeditat, ut secundum illam generationem, de qua superius diximus, intelligamus, ubi in Genesi legitur, quod de duobus fratribus filiorum Nachor fratris, Abraham, Iob & hic Heliu, qui & Balaam, in posterum crescente familia fuerint procreati: & hunc Ram Abraham esse intelligamus, de cuius cognatione & paterna familia hic Heliu fuerit procreatus. hinc utique fratris sui Nachor posteritas, proculdubio Abrahamae cognatio erat. Vbi hunc librum conscripsit, quem Hebraei Moysen autumant, in generationis Helii nominibus nobilitatem naturae uoluit demonstrare, quae utique clara ac splendida familia esset, unde hinc naceretur, cui etiam tantus uir Abraham, tam magnus, & in illo seculo praecipuus, qui que Deo placuisset, singulariter nominatus cognatione adiungeretur, ad cuius etiam excellentiam nominis pertinebat, ut Ram, id est excellentissimus uocaretur. Quod autem in hoc libro, Ram, quasi partito nomine sanctus Abraham dicitur, ita & in diuersis locis in scriptura Dei secundum incrementa in eo diuinae gratiae, nominatur: ut quando Ram dicitur, habeatur excellentissimus: quando uero Abraham, proficiens in uirtutibus sit pater excellentissimus. Item cum fides eius gentibus ad imitationem proponitur, Abraham, id est pater multarum gentium uocatur. Hic ergo Heliu, sicut apparet, secundum bonum naturale iustus homo uidetur fuisse, quin & spiritu habuisse prophetiae: sed puto non eo modo, uel eadem gratia, ut sancti prophetae. unde & ipse Dominus ad sanctum Iob de eo locutus est: Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis: quod est, improprijs uerbis atque inordinatis sermonibus sensus propheticos narrat. Vbi non improbat Dominus, quod Heliu loquitur: sed quod praepropere ab eo dicitur, hoc reprehendit. nam ita tumido & elato spiritu loqui exarsus est, ut haec de eo merito decorentur: qui tamen sicut & in hoc libro, ita & in Numeris prophetasse monstratur. nam & illic, quemadmodum & in hoc loco multa

de Christo & praesentia Euangelij uaticinatus est. De hoc inquam Heliu, ac sexus similibus in principio Operis huius iam diximus, quod prophetae ministerio usi sint etiam qui extores erant a uera religione: quia & illis dedit Deus uerbum suum, ut mysteria futura praenunciarent hominibus, ubi maxime fides & admiratio gentilium pendet: ut qui nostris nolunt credere prophetis, credant saltem diuinis & uatibus suis. Ibi etiam diximus, hunc eundem Heliu, qui & Balaam, figuram habere gentilium aduersantium Christo, sicut & illos amicos beati Iob: & haereticorum figurasse personam, qui contra Christum pugnant, & impugnant Ecclesiam. Vbi quod ait, finita sunt uerba Iob: possumus ita intelligere tanquam dixerit, Firmissime stabilita sunt uerba diuina, & finita esse non possunt, quae usque ad aeternam promissionem fideliter credentes proficundo perducunt: & ideo ueritatis Dei gratia preualente, omittent aduersarij respondere, cum obstructum fuerit os loquentium iniqua: quoniam Iob noster secundum iustitiam suam, ut est iustus, ita sibi uideatur: isti uero qui iustum, uerum & sempiternum praesumptione adinuentorum dogmatum audent discutere, aeterno quandoque silentio conticescent. Quod autem Heliu duobus nominibus uocatur, non sit mirum, aut incredibile. Familiare enim est scripturae diuinae, non solum binis uel ternis unum hominem, sed & quaternis uocitare nominibus: ut Gedeon, qui dictus est & Ierobaal. Barnabas appellatus est & Ioseph. Salomon quoque, qui idem uocatus est Ecclesiastes. Ioseph in Actibus apostolorum, Barfabas nuncupatur, & Iustus. Cognatus Moysi, sacerdos Madian, dictus est Ietro: Iobab, Raguel, Cyneus: primus apostolorum Petrus, Simon, Symeon, Cephas. Et penes omnis scriptura diuina his exemplis referta est. unde non paruam obscuritatem haec uarietas nominum solet legentibus exhibere. Iratus ergo indignatusque est Heliu filius Barachel Buzites de cognatione Ram. Iratus est autem aduersus Iob, eo quod iustum se esse dicebat coram Deo. Porro aduersum amicos eius indignatus est, eo quod non inuenissent responsum rationabilem, sed tantummodo condemnassent Iob. Vt ex uerborum continetia demonstratur, uidetur mihi quod haec prius gesta sunt, quae hic legimus, quam illa quae in Numeris de hoc ipso Heliu, siue de Balaam facta referuntur: quoniam illa tempore sancti Moysi, quando cum populo Israel morabatur, in eremo perpetrata sunt: haec uero quae hic dicuntur, acta priore tempore nemo dubitat: quae ex ipsius generationis Helii nominibus coniectare possumus: per quae credibile uideri possit, eundem Heliu natiuitate sua uiciniorum fuisse temporibus Abraham, siue Nachor, unde originem ducere uidebatur, quam Moysi. Sed cum in hoc libro, ipse Heliu iuuenis appellatur, illo

tamen

Iacob genuit Iudam, Iudas Phares, Phares Esrom, Esrom Aram. Et considerato in scripturis gestorum tempore, hic Ram qui in Ruth libello, & in Euangelio ponitur, posterior inuenitur illo Ram, de quo nunc loqui coepimus. Denique iste senior filius dicitur Barachel, ille uero iunior filius Esrom. Requiritur ergo nobis est, qui sit ille alter Ram, de cuius cognatione hic Heliu Buzites nascatur, quem & Balaam esse iam superius diximus. Manifeste enim constat, non esse hunc de gente & populo Israel, qui magis fuerit ariolus gentium, Madian uidelicet, Moab, & Ammon: unde haec ratio potius nobis suppeditat, ut secundum illam generationem, de qua superius diximus, intelligamus, ubi in Genesi legitur, quod de duobus fratribus filiorum Nachor fratris, Abraham, Iob & hic Heliu, qui & Balaam, in posterum crescente familia fuerint procreati: & hunc Ram Abraham esse intelligamus, de cuius cognatione & paterna familia hic Heliu fuerit procreatus. hinc utique fratris sui Nachor posteritas, proculdubio Abrahamae cognatio erat. Vbi hunc librum conscripsit, quem Hebraei Moysen autumant, in generationis Helii nominibus nobilitatem naturae uoluit demonstrare, quae utique clara ac splendida familia esset, unde hinc naceretur, cui etiam tantus uir Abraham, tam magnus, & in illo seculo praecipuus, qui que Deo placuisset, singulariter nominatus cognatione adiungeretur, ad cuius etiam excellentiam nominis pertinebat, ut Ram, id est excellentissimus uocaretur. Quod autem in hoc libro, Ram, quasi partito nomine sanctus Abraham dicitur, ita & in diuersis locis in scriptura Dei secundum incrementa in eo diuinae gratiae, nominatur: ut quando Ram dicitur, habeatur excellentissimus: quando uero Abraham, proficiens in uirtutibus sit pater excellentissimus. Item cum fides eius gentibus ad imitationem proponitur, Abraham, id est pater multarum gentium uocatur. Hic ergo Heliu, sicut apparet, secundum bonum naturale iustus homo uidetur fuisse, quin & spiritu habuisse prophetiae: sed puto non eo modo, uel eadem gratia, ut sancti prophetae. unde & ipse Dominus ad sanctum Iob de eo locutus est: Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis: quod est, improprijs uerbis atque inordinatis sermonibus sensus propheticos narrat. Vbi non improbat Dominus, quod Heliu loquitur: sed quod praepropere ab eo dicitur, hoc reprehendit. nam ita tumido & elato spiritu loqui exarsus est, ut haec de eo merito decorentur: qui tamen sicut & in hoc libro, ita & in Numeris prophetasse monstratur. nam & illic, quemadmodum & in hoc loco multa

de Christo & praesentia Euangelij uaticinatus est. De hoc inquam Heliu, ac sexus similibus in principio Operis huius iam diximus, quod prophetae ministerio usi sint etiam qui extores erant a uera religione: quia & illis dedit Deus uerbum suum, ut mysteria futura praenunciarent hominibus, ubi maxime fides & admiratio gentilium pendet: ut qui nostris nolunt credere prophetis, credant saltem diuinis & uatibus suis. Ibi etiam diximus, hunc eundem Heliu, qui & Balaam, figuram habere gentilium aduersantium Christo, sicut & illos amicos beati Iob: & haereticorum figurasse personam, qui contra Christum pugnant, & impugnant Ecclesiam. Vbi quod ait, finita sunt uerba Iob: possumus ita intelligere tanquam dixerit, Firmissime stabilita sunt uerba diuina, & finita esse non possunt, quae usque ad aeternam promissionem fideliter credentes proficundo perducunt: & ideo ueritatis Dei gratia preualente, omittent aduersarij respondere, cum obstructum fuerit os loquentium iniqua: quoniam Iob noster secundum iustitiam suam, ut est iustus, ita sibi uideatur: isti uero qui iustum, uerum & sempiternum praesumptione adinuentorum dogmatum audent discutere, aeterno quandoque silentio conticescent. Quod autem Heliu duobus nominibus uocatur, non sit mirum, aut incredibile. Familiare enim est scripturae diuinae, non solum binis uel ternis unum hominem, sed & quaternis uocitare nominibus: ut Gedeon, qui dictus est & Ierobaal. Barnabas appellatus est & Ioseph. Salomon quoque, qui idem uocatus est Ecclesiastes. Ioseph in Actibus apostolorum, Barfabas nuncupatur, & Iustus. Cognatus Moysi, sacerdos Madian, dictus est Ietro: Iobab, Raguel, Cyneus: primus apostolorum Petrus, Simon, Symeon, Cephas. Et penes omnis scriptura diuina his exemplis referta est. unde non paruam obscuritatem haec uarietas nominum solet legentibus exhibere. Iratus ergo indignatusque est Heliu filius Barachel Buzites de cognatione Ram. Iratus est autem aduersus Iob, eo quod iustum se esse dicebat coram Deo. Porro aduersum amicos eius indignatus est, eo quod non inuenissent responsum rationabilem, sed tantummodo condemnassent Iob. Vt ex uerborum continetia demonstratur, uidetur mihi quod haec prius gesta sunt, quae hic legimus, quam illa quae in Numeris de hoc ipso Heliu, siue de Balaam facta referuntur: quoniam illa tempore sancti Moysi, quando cum populo Israel morabatur, in eremo perpetrata sunt: haec uero quae hic dicuntur, acta priore tempore nemo dubitat: quae ex ipsius generationis Helii nominibus coniectare possumus: per quae credibile uideri possit, eundem Heliu natiuitate sua uiciniorum fuisse temporibus Abraham, siue Nachor, unde originem ducere uidebatur, quam Moysi. Sed cum in hoc libro, ipse Heliu iuuenis appellatur, illo

tamen

BEDAE PRESBYTERI IN IOB ALLEGORICAE expositionis Liber tertius.

CAPVT I.

Miserunt autem tres uiri isti respondere Iob, eo quod iustus sibi uideretur, & caetera. Cedentibus aduersarijs Iob, post multa prophetia sua mysteria, & ipse finiuit sermonem. Quod autem dictum est, Omiserunt autem tres uiri isti respondere Iob, eo quod iustus sibi uideretur: scriptor historiae huius ex sensu respondentium dixit, eo quod iustus sibi uideretur: non ex suo iudicio, qui in praconium tanti uiri stylo haec suo posterorum memoriae commendabat.

Et iratus indignatusq; Heliu, filius Barachel Buzites de cognatione Ram. Quod dicit, de cognatione Ram: hunc Ram Abraham uolunt intelligi, cuius cognatio fuerit fratris sui Nachor familia atq; posteritas. De progenie & generatione Hus & Buz, filiorum Nachor & Melchae fororis Sarae uxoris Abraham nascuntur Iob & Heliu. De Hus Iob nascitur, ut in operis huius principio diximus: & de Bu hic Heliu: & inde Buzites dicitur: qui fuit, sicut hic scribitur, filius Barachel. Hunc igitur Heliu doctissimi scripturarum dicunt ipsum esse Balac ariolum, quem in Numerorum libro Balac rex Moabitaram ad Israelem maledicendum conduxerat. Et haec scriptura refert, quod hic Heliu de cognatione Ram fuerit. Legimus in Ruth libro, & in Paralipomenis, ubi generatio sancti Dauid patriarchae describitur, Ram nominari, a quo ipse Dauid septimus ponitur: qui Ram de generatione & familia Iudae, filij Iacob

patris Iacob descendit. & in Euangelio, ubi ex ordine ab Abraham generatio Saluatoris dicitur, hic ipse Ram, Aram nuncupatur, sicut in ipso principio Euangelij continetur: Iacob genuit Iudam, Iudas Phares, Phares Esrom, Esrom Aram. Et considerato in scripturis gestorum tempore, hic Ram qui in Ruth libello, & in Euangelio ponitur, posterior inuenitur illo Ram, de quo nunc loqui coepimus. Denique iste senior filius dicitur Barachel, ille uero iunior filius Esrom. Requiritur ergo nobis est, qui sit ille alter Ram, de cuius cognatione hic Heliu Buzites nascatur, quem & Balaam esse iam superius diximus. Manifeste enim constat, non esse hunc de gente & populo Israel, qui magis fuerit ariolus gentium, Madian uidelicet, Moab, & Ammon: unde haec ratio potius nobis suppeditat, ut secundum illam generationem, de qua superius diximus, intelligamus, ubi in Genesi legitur, quod de duobus fratribus filiorum Nachor fratris, Abraham, Iob & hic Heliu, qui & Balaam, in posterum crescente familia fuerint procreati: & hunc Ram Abraham esse intelligamus, de cuius cognatione & paterna familia hic Heliu fuerit procreatus. hinc utique fratris sui Nachor posteritas, proculdubio Abrahamae cognatio erat. Vbi hunc librum conscripsit, quem Hebraei Moysen autumant, in generationis Helii nominibus nobilitatem naturae uoluit demonstrare, quae utique clara ac splendida familia esset, unde hinc naceretur, cui etiam tantus uir Abraham, tam magnus, & in illo seculo praecipuus, qui que Deo placuisset, singulariter nominatus cognatione adiungeretur, ad cuius etiam excellentiam nominis pertinebat, ut Ram, id est excellentissimus uocaretur. Quod autem in hoc libro, Ram, quasi partito nomine sanctus Abraham dicitur, ita & in diuersis locis in scriptura Dei secundum incrementa in eo diuinae gratiae, nominatur: ut quando Ram dicitur, habeatur excellentissimus: quando uero Abraham, proficiens in uirtutibus sit pater excellentissimus. Item cum fides eius gentibus ad imitationem proponitur, Abraham, id est pater multarum gentium uocatur. Hic ergo Heliu, sicut apparet, secundum bonum naturale iustus homo uidetur fuisse, quin & spiritu habuisse prophetiae: sed puto non eo modo, uel eadem gratia, ut sancti prophetae. unde & ipse Dominus ad sanctum Iob de eo locutus est: Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis: quod est, improprijs uerbis atque inordinatis sermonibus sensus propheticos narrat. Vbi non improbat Dominus, quod Heliu loquitur: sed quod praepropere ab eo dicitur, hoc reprehendit. nam ita tumido & elato spiritu loqui exarsus est, ut haec de eo merito decorentur: qui tamen sicut & in hoc libro, ita & in Numeris prophetasse monstratur. nam & illic, quemadmodum & in hoc loco multa

de Christo & praesentia Euangelij uaticinatus est. De hoc inquam Heliu, ac sexus similibus in principio Operis huius iam diximus, quod prophetae ministerio usi sint etiam qui extores erant a uera religione: quia & illis dedit Deus uerbum suum, ut mysteria futura praenunciarent hominibus, ubi maxime fides & admiratio gentilium pendet: ut qui nostris nolunt credere prophetis, credant saltem diuinis & uatibus suis. Ibi etiam diximus, hunc eundem Heliu, qui & Balaam, figuram habere gentilium aduersantium Christo, sicut & illos amicos beati Iob: & haereticorum figurasse personam, qui contra Christum pugnant, & impugnant Ecclesiam. Vbi quod ait, finita sunt uerba Iob: possumus ita intelligere tanquam dixerit, Firmissime stabilita sunt uerba diuina, & finita esse non possunt, quae usque ad aeternam promissionem fideliter credentes proficundo perducunt: & ideo ueritatis Dei gratia preualente, omittent aduersarij respondere, cum obstructum fuerit os loquentium iniqua: quoniam Iob noster secundum iustitiam suam, ut est iustus, ita sibi uideatur: isti uero qui iustum, uerum & sempiternum praesumptione adinuentorum dogmatum audent discutere, aeterno quandoque silentio conticescent. Quod autem Heliu duobus nominibus uocatur, non sit mirum, aut incredibile. Familiare enim est scripturae diuinae, non solum binis uel ternis unum hominem, sed & quaternis uocitare nominibus: ut Gedeon, qui dictus est & Ierobaal. Barnabas appellatus est & Ioseph. Salomon quoque, qui idem uocatus est Ecclesiastes. Ioseph in Actibus apostolorum, Barfabas nuncupatur, & Iustus. Cognatus Moysi, sacerdos Madian, dictus est Ietro: Iobab, Raguel, Cyneus: primus apostolorum Petrus, Simon, Symeon, Cephas. Et penes omnis scriptura diuina his exemplis referta est. unde non paruam obscuritatem haec uarietas nominum solet legentibus exhibere. Iratus ergo indignatusque est Heliu filius Barachel Buzites de cognatione Ram. Iratus est autem aduersus Iob, eo quod iustum se esse dicebat coram Deo. Porro aduersum amicos eius indignatus est, eo quod non inuenissent responsum rationabilem, sed tantummodo condemnassent Iob. Vt ex uerborum continetia demonstratur, uidetur mihi quod haec prius gesta sunt, quae hic legimus, quam illa quae in Numeris de hoc ipso Heliu, siue de Balaam facta referuntur: quoniam illa tempore sancti Moysi, quando cum populo Israel morabatur, in eremo perpetrata sunt: haec uero quae hic dicuntur, acta priore tempore nemo dubitat: quae ex ipsius generationis Helii nominibus coniectare possumus: per quae credibile uideri possit, eundem Heliu natiuitate sua uiciniorum fuisse temporibus Abraham, siue Nachor, unde originem ducere uidebatur, quam Moysi. Sed cum in hoc libro, ipse Heliu iuuenis appellatur, illo

tamen

BEDAE PRESBYTERI IN IOB ALLEGORICAE expositionis Liber tertius.

CAPVT I.

Miserunt autem tres uiri isti respondere Iob, eo quod iustus sibi uideretur, & caetera. Cedentibus aduersarijs Iob, post multa prophetia sua mysteria, & ipse finiuit sermonem. Quod autem dictum est, Omiserunt autem tres uiri isti respondere Iob, eo quod iustus sibi uideretur: scriptor historiae huius ex sensu respondentium dixit, eo quod iustus sibi uideretur: non ex suo iudicio, qui in praconium tanti uiri stylo haec suo posterorum memoriae commendabat.

Et iratus indignatusq; Heliu, filius Barachel Buzites de cognatione Ram. Quod dicit, de cognatione Ram: hunc Ram Abraham uolunt intelligi, cuius cognatio fuerit fratris sui Nachor familia atq; posteritas. De progenie & generatione Hus & Buz, filiorum Nachor & Melchae fororis Sarae uxoris Abraham nascuntur Iob & Heliu. De Hus Iob nascitur, ut in operis huius principio diximus: & de Bu hic Heliu: & inde Buzites dicitur: qui fuit, sicut hic scribitur, filius Barachel. Hunc igitur Heliu doctissimi scripturarum dicunt ipsum esse Balac ariolum, quem in Numerorum libro Balac rex Moabitaram ad Israelem maledicendum conduxerat. Et haec scriptura refert, quod hic Heliu de cognatione Ram fuerit. Legimus in Ruth libro, & in Paralipomenis, ubi generatio sancti Dauid patriarchae describitur, Ram nominari, a quo ipse Dauid septimus ponitur: qui Ram de generatione & familia Iudae, filij Iacob

patris Iacob descendit. & in Euangelio, ubi ex ordine ab Abraham generatio Saluatoris dicitur, hic ipse Ram, Aram nuncupatur, sicut in ipso principio Euangelij continetur: Iacob genuit Iudam, Iudas Phares, Phares Esrom, Esrom Aram. Et considerato in scripturis gestorum tempore, hic Ram qui in Ruth libello, & in Euangelio ponitur, posterior inuenitur illo Ram, de quo nunc loqui coepimus. Denique iste senior filius dicitur Barachel, ille uero iunior filius Esrom. Requiritur ergo nobis est, qui sit ille alter Ram, de cuius cognatione hic Heliu Buzites nascatur, quem & Balaam esse iam superius diximus. Manifeste enim constat, non esse hunc de gente & populo Israel, qui magis fuerit ariolus gentium, Madian uidelicet, Moab, & Ammon: unde haec ratio potius nobis suppeditat, ut secundum illam generationem, de qua superius diximus, intelligamus, ubi in Genesi legitur, quod de duobus fratribus filiorum Nachor fratris, Abraham, Iob & hic Heliu, qui & Balaam, in posterum crescente familia fuerint procreati: & hunc Ram Abraham esse intelligamus, de cuius cognatione & paterna familia hic Heliu fuerit procreatus. hinc utique fratris sui Nachor posteritas, proculdubio Abrahamae cognatio erat. Vbi hunc librum conscripsit, quem Hebraei Moysen autumant, in generationis Helii nominibus nobilitatem naturae uoluit demonstrare, quae utique clara ac splendida familia esset, unde hinc naceretur, cui etiam tantus uir Abraham, tam magnus, & in illo seculo praecipuus, qui que Deo placuisset, singulariter nominatus cognatione adiungeretur, ad cuius etiam excellentiam nominis pertinebat, ut Ram, id est excellentissimus uocaretur. Quod autem in hoc libro, Ram, quasi partito nomine sanctus Abraham dicitur, ita & in diuersis locis in scriptura Dei secundum incrementa in eo diuinae gratiae, nominatur: ut quando Ram dicitur, habeatur excellentissimus: quando uero Abraham, proficiens in uirtutibus sit pater excellentissimus. Item cum fides eius gentibus ad imitationem proponitur, Abraham, id est pater multarum gentium uocatur. Hic ergo Heliu, sicut apparet, secundum bonum naturale iustus homo uidetur fuisse, quin & spiritu habuisse prophetiae: sed puto non eo modo, uel eadem gratia, ut sancti prophetae. unde & ipse Dominus ad sanctum Iob de eo locutus est: Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis: quod est, improprijs uerbis atque inordinatis sermonibus sensus propheticos narrat. Vbi non improbat Dominus, quod Heliu loquitur: sed quod praepropere ab eo dicitur, hoc reprehendit. nam ita tumido & elato spiritu loqui exarsus est, ut haec de eo merito decorentur: qui tamen sicut & in hoc libro, ita & in Numeris prophetasse monstratur. nam & illic, quemadmodum & in hoc loco multa

tamen

tamen tempore, quando à Balac rege Moabitaram ad maledicendum populo Dei perquiritur, iste iam grandævus haberi potuit: sicut & isti nunc ab ipso Helio seniores dicuntur. Per longam enim ætatem, sine dubio sapientia sua gentibus & regnis quamplurimis innotuerat: qui & secundum illum numerum annorum quo illis seculis vivebatur, exinde usq; ad Moysi tempora potuit pervenisse.

Junior sum tempore, vos autem antiquiores idcirco, demisso capite conatus sum indicare vobis meam sententiam. Putabam enim quòd ætas prolixior loqueretur, & annorum multitudo doceret sapientiam: sed ut video, spiritus est in hominibus, & inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. Dicit hoc sibi magis uideri, quia spiritu aguntur homines, quibus Deus omnipotens sapientia suæ inspirationem tribuerit, quod in suggillationem prædictorū quasi ex obliquo dicit, uelut ipsi soli hoc sapientia bonum concessum sit. Notandum, quòd hic Helio per quatuor elocutiones, sicut textus lectionis docet, sibi ipse succedit, per quas singulas, uel priorum responsa quasi eruditus retractare, uel singula loca asperius à sancto Iob dicta corā ipso destruere conatur. Nam post præfationē copiosam in prima locutione sua de sancti Iob uerbis hæc posuit, ita inquit: Mūdus sum ego absq; delicto, immaculatus, & non est iniquitas in me. Quia querelas in me reperit, ideo arbitratus est me inimicum sibi. Posuit in nervo pedes meos: & custodiuit omnes semitas meas. In secunda locutione uerba Iob ita posuit, dicens: Iustus sum, & Deus subvertit iudiciū meum. in iudicando enim mendaciū est. Violentia sagitta mea absque ullo peccato. Tertia locutio eius ita habet, eodem Helio dicente ad Iob, dixisti enim: Non tibi placet quod rectū est. idē Deo dixisti, ait: Vel quid tibi prodest si ego peccauero? Quarta uerò locutio Helio continet, quod pro Deo locuturus, operatorē suum, id est Deum, iustum probare disponat, quòd usque finem quarti huius sermonis sui inter prophetia suæ mysteria acerrimè, & cū summa instantia prosequi nō desistit. Ideo dicam, audite me: ostendam uobis & ego meam sententiā. Expectaui enim sermones uestros: audiui prudentiam uestram, donec disceptaremini sermonibus, & donec putabam uos aliquid dicere, considerabam: sed, ut uideo, non est qui arguere possit Iob, & respondere ex uerbis sermonibus eius. Vbi ex sensu eorum etiā hoc connectit, ita inquit: Ne forte dicatis, inuenimus sapientiam, siue ut alij dixerunt, sapientiam Domini, Deus proiecit eum, non homo. Quod mihi ita uidetur dixisse: Nolite putare, quia in fontem Deus abiecerit, & non pro merito suo, ut illa poenarum mala omnia dignissimè sustineret. uoluntas enim diuina, iustitia est.

Nihil locutus est mihi, siue ut alij dixerunt, nec dū ad me locutus est: & ego non secundum uestros sermones respondebo illi. Nullam, inquit, aduersum me

Iob habuit disceptationem, sed neq; ego illi, quemadmodum uos facitis, maledictionibus conuictiorum & opprobrijs aggredior.

Extimuerunt, siue ut alij dixerunt, obstupuerunt à se eloquia, & non responderunt ultra. De eisdem dicit, ad quos superius loquebatur: & ideo obscurantur scripturæ, dum persona loquentium saepius commutantur.

Quoniam igitur expectaui, & non sunt locuti, steterunt, & non responderunt ultra: respondebo & ego partem meam, & ostendam scientiam meam. Illos amicos beati Iob, iste Helio ab eo dicit esse conuictos, usque à Deo, quòd in suis concertationibus steterint non ualentes ulterius progredi, & respondere nequiuerunt: proinde & ego Helio ait, pro uerbis meis respondere tentabo, & ostendā uobis meam pariter & Iob scientiam. Quod ex iactantia uanitatis dicere eum satis apparet, cum subiungit:

Plenus sum enim sermonibus, & coartat me, siue angit me, ut alij dixerunt, spiritus uteri mei. En uenter meus quasi mustū absque spiraculo, quod lagunculæ nouas diripit. Loquar, & respirabo paululum, aperiam labia mea, & respondebo: Non accipiam personam uiri, & Deum homini non æquabo. Nescio enim quandiu subsistam, & si post modicum tollat me factor meus. Plenus enim sum, inquit, sermonibus. Vas mentis suæ plenum sermonibus tanquam rebus corporalibus clamat, & non loquendo, uelut si clausum sit, ita se exastuans pronunciat cortari. Ventrem autem suum si ueuterum, ipsam memoriam suam dixit: eo quòd penè omnes sermones Iob, & amicorum eius, aliquandiu disceptantium uelut cibos intra capacitatem suæ memoriæ congregat. Non accipiam personam uiri, inquit, & Deum homini non æquabo. Iusti iudici mei, inquit, sententiā hæc est, ut nec homini parca uera dicendo, nec Deo iniuriam faciam, ut eū iniusti aliquid fecisse contendam. Et idcirco quòd uerum est tacere non possum, præsertim cum ignorem, quandiu in hac uita consistam, cum forsitan dum hæc ipsa loquor, auferet me factor & conditor meus.

C A P V T II.

Udi igitur Iob eloquia mea, & omnes sermones meos ausculta. Cum hic Helio non reprehendatur à Domino, quia sanctum Iob increpare uideatur, tamen ab eodem Domino iuste despicitur cum de eo ita ait: Quis est iste? Indignum enim erat atq; præproperum, ut uir magnus, Deoq; placitus, etiam si ut homo in aliquo deliquisset, ab illo corripere, qui longè à uera religione esset. Nec ita humiliandus erat, ut ab huiuscemodi uerbum tam asperæ increpationis audiret, quemadmodum & illi spiritui pithonico in Actis apostolorum, cum de Christo Iesu & uia salutis uerum diceret: tamen quia indignum erat, ut uerbum Evangelicum spiritus immundus annunciarer, præcipitur ab apostolis, ut abscederet & sileret: quia eiusmodi tremens debet Dominum confiteri, ut in Euangelio legitur demonia fecisse, quæ

quæ etiam à Domino iubentur tacere, non etiam ut sancti, diligentes Dominum, Euangelium prædicare. Sed si mouet forsitan quempiam, quia iste Helio multa de Saluatoris temporibus futura prædixit, quæ ut prophetiam suscipimus: sciat, quisquis est quem hoc mouet, illa quæ spiritu Dei prædicta sunt, suscipienda à nobis, & credenda. hæc uerò quæ elatione cordis ab eo deprompta sunt, reprobanda: quoniam de proprijs suis, ut diabolus locutus est, & non ex Deo: sicut credimus sancto Euangelistæ Ioanni, quod non putauit tacendum, quòd Caiphas agens summum sacerdotem, prophetauit: nec ideo tamen rectè eum fecisse dicimus, quia & ipse ad mortē tradidit Saluatorem. Audi ergo Iob eloquia mea, & omnes sermones meos ausculta.

Ecce aperui os meū, loquatur lingua mea in faucibus meis. Simplici corde meo sermonem meum, & sententiam labia mea puram loquuntur. Quasi iam apertum os habens, quod diu siletio operauerat, his uerbis præmissis mentem præparat auditoris, quòd sine ullo dubio, id est in simplicitate cordis, purisq; labijs & sinceris definitum sermonem, sit tanquam sententiam locutus: & incipit iam aliquid dicere, ita inquit,

Spiritus Dei fecit me, & spiraculum omnipotentis uiuificauit me. Ut det auctoritatem se audiendi, ita loqui exorsus est, quòd non possit non uera & recta dicere is qui spiritu Dei factus sit, & omnipotentis spiraculo animatus: Vbi trinitatem Deum intelligere debemus. In Deo enim nominat patrem, in omnipotente filium, in spiritu spiritu sanctū. Trinitas enim Deus creauit omnia: sed quando hominē fecit, propria & speciali quadam significatione nomen, per diuersam operum nuncupationem se uoluit demonstrare, ita legislatore dicente: Et creauit Deus hominem ad imaginem suā: ad imaginem Dei creauit eum, masculum & foeminam creauit eos, & benedixit eos Deus. itemq; Et fecit Dominus Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ: & factus est homo in animam uiuentem. De illa ergo creatione primi hominis Helio hoc loco forsitan dixit, in qua se uelut in fonte unde defluerit, conditum dicat. Nā & Iob sanctum dicit Helio eodem modo creatum, ita inquit: Ecce & me, sicut & te, fecit Deus, & de eodem luto ego quoque formatus sum. cuiq; ait:

Si potes, responde mihi, & aduersum faciem meā consistite. Prolaturus uerba, eius expectationem deposcit, ut sub blandimento quodam, & consolatione simulata minarum terrorem incutiat, quòd perturbatus Iob, facile multiloquio ipsius cedat.

Dixisti ergo, ait Helio, in auribus meis, & uocem uerborū tuorum audiui: Mūdus sum ego absq; delicto, immaculatus, & non est iniquitas in me, quia querelas in me reperit, ideo arbitratus est me inimicum sibi. Posuit in nervo, siue in ligno, ut alij dixerunt, pedes meos, & custodiuit omnes semitas meas.

hoc est ergo in quo non es iustificatus. Quod Helio ait ad Iob, Hoc est in quo non es iustificatus: id est, accusare te debueras, non laudare, non illud dicere, Mūdus sum sine peccato, & immaculatus, iniquitas quoque non est in me. hoc est inquam, in quo non es iustificatus, quia iustificatio per humilitatem acquiritur: laus uerò, elationis condemnationem meretur. Arguit sanctum Iob Helio, quòd quasi inuidum, & occasionem querentem circa hominis necem, significare uoluerit Deum, dicēdo: Quia querelas in me reperit, ideo arbitratus est me inimicum sibi: & qui uelut dolose cum homine ageret, ita de eo dixerit: Posuit in nervo pedem meū, & obseruauit omnes semitas meas. scilicet tanquam hoc ipsum hoc sensu à sancto Iob dictum sit: Quæsiuit Deus parua quædam, immò penè nulla peccata mea, propter quæ uelut si nefanda crimina commissem, atroci ac crudelissima me sententiā condemnaret, qui sub quodam ligamine custodia suæ idcirco insidiosè ad supplantandum me, pedum meorum uestigia sollicitus obseruauit, & latenter conuersationis meæ semitas custodiuit, nolēs me per singulas & paruas culpas meas corrigere, ut simul quasi omnium perpetratores criminum me puniret. Quid ergo dicemus quòd hoc sensu sanctus Iob de Deo dixerit, quia querelas in me reperit, Deo arbitratus est me inimicum sibi? Non legimus hæc Iob dixisse, quæ utique quasi ex sensu eiusdem sancti Iob dicta, suis his uerbis composuit. unde hunc potius non rectè uerba Iob dicere nouerimus, quàm eundem sanctum Iob ita intellexisse credamus. Illud uerò, quod Helio ait, ex sermonibus Iob, ita dicens, Posuit in nervo pedes meos, & custodiuit omnes semitas meas: dixisse hoc Deo de meritorum suorum confidentia ita potuit: quia me inquitens, ab adolescentia mea custodia tuæ compedibus illigasti, & omnes semitas actuum meorum uelut pater pijsimus obseruasti, ne patiaris obsecro, me nunc consumi uelut putredinem, aut ut uestimentum quòd comeditur à tinea. Hoc igitur Iob superius dixisse legimus, ubi uerba iunt eius interpretatione posita, à Deo misericordiam deprecantis, non blasphemore, cū indignatione animi, Deo iniuriam facientis. Sequitur igitur Helio, & dicit ad Iob: Respondebo tibi o Iob, quia maior sit Deus homine. Aduersus eum contendis, quòd non ad omnia responderit tibi: Quamobrem, inquit, conaris aduersus eū contendere, eo quòd non ad singula uerba querelarum tuarū tibi quasi satisfaciendo respondeat, uel causas iudiciorum tuorū edisserat? Semel loquitur Deus, & secundo id ipsum nō reperit. Iam Helio, ab ipso principio mundi, & deinceps semper locutus est Deus hominibus, & semel nihilominus loquitur: sed ubi frequenter loqui dicit Deus, uel lex eius multiplex, uel per prophetas madorū eius diuersitas indicatur. Vbi uerò semel loqui significatur, stabilita ac definita eius sententiā demonstratur. Loqui enim Dei,

efficiētiā eius res intelligitur, quāadmodum & ad sanctum Iob ipse Dominus ait, Aut putas me aliter tibi locutum, nisi ut appares iustus. Locutum se dixit pro illa tribulatione quam fecit, ut tentaretur. Quando ergo loqui Deus dicitur, interdum efficiētia operis intelligitur: & idcirco hoc est illius loqui, quod faceret. Ait ergo Heliu ita dicens, Semel loquitur Deus, & secundo id ipsum non repetit: id est, non immutat, nisi hoc ipsum uitae nostrae mutatio depoposcerit. Hoc loco dros quosdam correptionum gradus Helii diligenter enarrat: & dicit, quod eruditio diuina, uel castigatio circa hominem, & in noctis uisionibus fiat, item que in lectulo contabescere faciat hominem, donec ad uitae huius extrema perueniat, & cum ab aliquo sancto pro eo fuerit interuentum: ut fecit Isaias pro Ezechia rege, ut restitueretur pristinae sanitati. & ait in subsequētib; quod tribus uicibus hanc Deus circa homines operetur, id est euidenter & probabiliter, confirmatio modo: uel propter trini numeri perfectionem, uel propter trinum testimonium ueritatem. quo genere etiam patetiam Dei, clementiamque significat, que non statim, sed per partes & per uices castiget & arguat delinquentem: quia per has uices quibus dissimulat, ne statim puniat peccatores, conuersionem eorum, & locum conferendae remissionis expectat. Tres ergo has uices non irrationabili sermone distinxit, per quas nunc uisionibus terribilium somniorum animam hominis erudit Deus, nunc aegrotationibus acerbissimarum infirmitatum carnem afficit, nunc mentem etiam uisione consolationis illuminat. Ait ergo Heliu, Noli Iob aduersus Deum contendere, eo quod tibi non ad omnia uerba responderit, & quod non per singulas passionis tuas quas tibi intulit, causam rationemque reddiderit, quapropter tibi eas uoluerit inferre. Verba ergo haec, infirmitates Iob, quas uerbi Dei iubentis patiebatur, intellige. Quod autem ait:

Per somnium in uisione nocturna, quando irruit sopor super homines. Castigaturus est increpatione Deus hominem, grauiorem immittit soporem, ut sensibus his corporalibus sopitis, animus in profundum quoddam somnium demersus, ad suscipienda Dominicae disciplinae uerbera religitur. Proinde sopor huiusmodi, sopor Domini recte dicitur, sicut alio loco ait: Sopor, inquit, Domini irruit super eos, quando ad Saul regem sopore depressum Dauid sanctus intrauit. Vnde & irruere dicitur, quasi extra solitum repente & subito superueniat. & ait hoc loco de Deo:

Tunc aperit aures uirorum, & erudiens eos instruit disciplina. De his auribus & in Euangelio dicit: Qui habet aures audiendi audiat. & propheta cum sacramenta caelestia, per obedientiam sibi cognosceret reuelari, de hoc auditu ait: Dominus apposuit mihi aurem. Hac inspiratione

eruit Deus animam hominis a correptione poenarum, cum eam prius eruerit per conuersionem eius a corruptione uitiorum. De uita uero hominis, quam Heliu dicit liberandam a Deo, ut non transcat in gladium: ita intelligendum est, quod sicut per gladium infertur mors ista corporea, ita per peccatum incurritur mors secunda, a qua castigatos & emendatos merito asserit liberandos.

Increpat quoque per diabolum in lectulo. Non solum, inquit Heliu, uisionibus horredis terret Deus hominum animas, ut corrigat delinquentes: uerum etiam infirmitatibus corporis eos discutit ut emendet. Cum per haec itaque confectus homo atque consumptus, morti & infernalibus ministris appropinquauerit: si fuerit quispiam sanctorum, qui nomen sancti angeli habere mereatur, is pro huiusmodi, qui pro peccatis suis a Deo ita corripitur, poterit impetrare, si de multis operibus bonis, quae operari debuerat, saltem unum bonum opus eius, quod tanquam sacrificium pro eo placabile offerat, ualuerit inuenire. Secundum hunc sensum est, & illud quod postea de populo Iudaeorum dictum est, qui cum propter peccata sua, iram Domini mereretur, auersa est ab eis ira Dei, inquit scriptura, & non delicti sunt penitus. siquidem & in Iuda inuenta sunt opera bona, & angelus quilibet de caelo assistens ante faciem Dei, potest pro quolibet peccatore in flagella castigationem posito intercedere. Ipsi enim est cura iniuncta a Deo uel maxime, ut hominibus, uel diuersis nationibus defensionis siue custodiae suae opem ferant, sicut & in sancti Danielis uisionibus continetur, de quibus dicit Apostolus: Non ne omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi, propter eos qui hereditatem capient salutis? Exempla autem rerum praesentium, de quibus nunc loquimur, in scripturis Dominicis retinemus, ubi legimus in somnis homines fuisse correptos, ut Nabuchodonosor regem superbissimum, & Laban, qui de generi sui Iacob interitu disponebat: & Abimelech regem, qui sancti Abraham domum contaminare tentabat: & uxorem Pilati, quae ait ad eum de Domino Iesu Christo: Nihil tibi cum iusto illo, multa enim passa sum per somnium propter eum. Et ad magos in Euangelio in somnis dictum est, ut non ad Herodem, sed per aliam uiam redirent in regionem suam. Fideles etiam uiri in somnis a Domino instruuntur, ut Iacob patriarcha, cui ait Dominus: Ego reducā te in domum patris tui. Et alios legimus infirmatos esse propter peccata, de quibus illum paralyticum dicimus, cui ait Dominus: Remittuntur tibi peccata tua. Legimus & sanctos aegros fuisse, ut Trophimum & Epaphroditum, quos utique uelut iustos tali castigatione examinatos credere debemus, non ut peccatores infirmitatis uerbere flagellatos. Sequitur Heliu dicente:

Consumpta est caro eius supplicijs, reuertatur ad dies adolescentiae.

1. Reg. 26.

Luc. 8.

1. Par. 14.

Cap. 2.

D. M. 1.

Gen. 31.

Gen. 20.

Mat. 27.

Mat. 2.

Gen. 28.

Mat. 9.

Philip. 2.

lescentia sua.] Recepit, inquit, mala pro meritis suis suppliciorum poenarumque mensura, sufficienti ei haec uerba castigationis, quibus reuocatus est ad emendationem. Nunc indulgentia diuinae pietatis ad dies adolescentiae reuertatur, id est, sit iterum sanus atque incolumis uiridisque corpore, sicut prius, quod manifestius antiqui dixerunt interpretes, Et moliet carnes suas sicut paruuli, quemadmodum dictum est & de Naaman leproso, qui carnem lepra corruptam habuerat tunc languoris: Et restituta est caro eius, sicut caro pueri paruuli, & mundatus est.

Et uidebit, inquit, faciem eius in iubilo. Quod interim corde fit, cum per Deum bonum conscientia possidetur. Videbit autem faciem Dei, propitium sibi uultum illius sentiens, redditurus ei digna satisfactione iustitiae, cum

Respiciet homines, & dicit, Peccauit, & uere deliquit, & ut eram dignus non recepi. Magna res est, Deoque plurimum acceptabilis, ut homo errores suos confiteri non erubescat, praesertim si pro eis se intelligat castigari, & se ita humiliter, ut quicquid castigationis sustinuerit, pro meritis suis paruum se passum esse pronunciet.

Liberauit animam suam, ne pergeret in interitum, sed uiuens lucem uideret. id est agnitionis Dei lucem, & immensa eius beneficia illuminatus agnosceret, & lumine inspiret uiuere. de quo lumine & Dauid ait: Ut placeam coram Domino in lumine uiuentium.

Attende Iob, & audi me, & tace dum ego loquor. Haec quae dixit, ait, diligentius intueri, & tunc cognosces, quia ille qui uniuersa haec in genere humano agit iusto iudicio, simili quoque circa te iustitia operetur. Et quasi hac ratione Heliu sanctum Iob conuicerit, ait illi, Audi me: id est, docenti te obediens esto, & praebere consensum. Quod autem dicit, Ut taceat se loquente: tanquam minus eruditum, uel impatientem iubet ut sileat.

Si autem, ait Heliu, sermo tibi est rationalis respondendi, loquere, non prohibeo. Volo enim te iustum ex tuis sermonibus apparere. Hic Heliu uidetur ostendere, quod iuxta sermones eius correctus Iob, atque emendatus, ipsa etiam ueritate conuictus, illa quae superius in defensionem sui contra amicos suos locutus est, non esset amplius locuturus. In sequenti sermone, dum aduersus impios generaliter disputat, beatum Iob uelut participem scelestorum uult scire suae dictionis intelligi.

C A P V T III.

Pronunciāns itaque Heliu, etiam haec locutus est.] Quali ex sententia Helii pronunciat dicitur, & praesentes amicos sancti Iob ad audiendum se cohortatus: & admonet, ut de iustitia amicos eorum commoneat. his praefationibus incipit:

Audite sapientes uerba mea, & eruditi auscultate me. Auris enim uerba probat, & guttur escas gustu diiudicat. Iudicium eligamus nobis. Quod est, prius discutiamus

antequam hominem condemnemus, quod & sequitur:

Inter nos uideamus quid sit melius. Quod ait Heliu, Iob dixisse, *Iustus sum: non sermonem hunc Iob dixit, sed dum uirtutes iustitiarum suarum enarrat, iustum procul dubio se esse monstrauit, quem & Dominus iustum iam dixerat. & quod hic dicitur,*

Deus subuertit iudicium meum: similiter & hoc ipsum non legimus, sed sic scriptum tenemus, Viuit Deus, qui abstulit iudicium meum. Subuertere autem iudicium, ad iniquitatem respicit iudicantis: abstulisse uero iudicium, id est pro tempore distulisse, ad dispensationem iusti iudicis pertinet. Deinde ait Heliu, Iob dixisse,

In iudicando enim me, mendacium est uolenta sagitta mea, absque ullo peccato. Neque hoc locutum sanctum Iob scimus, nisi forte secundum illud ista Heliu dicat, ubi Iob de Deo ita locutus est: Et multiplicabit uulnera mea etiam sine causa. Proinde hoc loco, asserente Heliu, hic esse sensus uidetur, quod Iob ita dixerit, Fefellit Deum iudicium eius: non recte & uere iudicauit, & ideo erga me mendacio agitur. Quae autem locutus est Iob, magis incaute & praesumens de iustitia Dei dixisse credendum est. Proinde iuste ei de merito Deus ait: Vbi qui arguit Deum, debet respondere ei. In quibus utique uerbis Dei increpatis hoc resonat, quod beatus Iob non recte aliqua sit locutus: sed Deus qui optime nouerat, quod bona in eo plurima essent, unde & illi placuerat, concedit ea, quae immoderatus eum loqui in summis angustijs dolor compulit. Nunc post uerba Iob, quasi in medio iudicio constituto coepit in eum Heliu inuehi, ita inquitens:

Quis est uir ut Iob, qui bibit subsannationem quasi aquam? Hoc ipsum & Eliphaz de eo superius dixerat: Quato magis abominabilis est & inutilis homo, qui bibit quasi aquas iniquitatem, qui ut iniquus utique atque impius, Deum subsannare & deridere non metuit: cuius uiscera tanquam aquae abundantia ueneno huius passionis impleta sint.

Qui graditur, inquit, cum operantibus iniquitatem, & ambulat cum uiris impijs. Item inuidiose de Deo sanctum Iob locutum fuisse mentitur.

Dixit enim: Non placebit uir Deo, etiam si cucurrerit cum eo. id est, etiam si ita fuerit quispiam magnus & summus, ut Deo in omnibus iustionibus eius implendis occurrat: quod beatum Iob tamen infideliter sapuisse non credimus, sed nec alii cubi eum dixisse meminimus.

Ideo uiri cordati audite me. Quasi exposita impietate sancti Iob, & in medium audientium prolata inuidia Iob, qui quasi impia sit locutus, de aequitate Dei ac iustitia disputat, qui ita exorsus est dicens:

Absit a Deo impietas, & ab omnipotente iniquitas. & in subsequētib; Heliu contra Iob de iustitia Dei agit, ita dicens:

Opus enim hominis reddet ei. manifestum est, ei.

L L

Quem

Quem constituit alium super terram, aut quem posuit super orbem quem fabricatus est? Quod est, Nunquid alium rectorem posuit, qui a creatoris iustitia discreparet? Ipse ergo quam potens conditor, tam pius est moderator, quia opus suum agno scit & diligit.

Si dixerit ad eum cor suum, spiritum illius & flatum ad se trahet: id est mundi, hoc est habitatorum eius. Nam si omnia quae in eo quotidie geruntur, secundum regulam iustitiae suae uoluerit intueri, deficiet & peribit: sed eum pietate potius gubernat ac sustinet. Nam si iniquitates obseruaueris, quis sustinebit? Spiritus dixit animam, quae uiuificat hominem: & flatum, ipsam praesentem uitam, quae corporibus nostris per anhelitum ex hoc aere ministratur. Haec ergo Helii dicit ad se ita trahere Deum, cum auferit hominibus uitam quam eis creatio tribuerat, secundum illud Salomonis: Et spiritus reuertetur ad Deum, qui dedit eum. Possunt per spiritum prophetiae haec uerba ita uideri figurata, ut nunc in Christo compleantur, quando per dispensationem carnis assumpta, pater eundem filium suum, per quem omnia fecit, ad hunc mundum ex suo eructatum corde direxerit, ut spiritum eius & flatum ad se traheret, id est auferret ab eo per humilitatem crucis spiritum, id est superbiam spiritus mundialis: flatum quoque tumentis eloquii, quo anhelans gloriabatur in erroribus suis, sicut homo in se represso tumore deficeret, ac reuertens in semetipsum, cognosceret se terram esse & cinerem. ubi secundum moralem intelligentiam illud de Psalmo sentimus: Auferes spiritum eorum, & deficient, & in terram suam conuertentur. Emittere spiritum trum, & creabuntur. Auferit nempe spiritum eorum, & emittit spiritum suum, ut orantes dicant ad Dominum, Cito exaudi me, defecit spiritus meus.

Psal. 129.

Ecol. 12.

Psal. 103.

Psal. 142.

Si ergo habes intellectum, audi quod dicitur, & ausculta uocem eloquii mei: Nunquid qui non amat iudicium, sanari potest? quomodo tu cum qui iustus est, in tantum condemnas? Manifestum est, inquit, quia is qui iuste & recte iudicare non diligit, neque sanare a uitis animam, neque corrigere quemquam potest. Et quomodo tu Deum sanatorem languorum nostrorum, iniquitatis notare praesumis: qui secundum linguarem iustitiam suam ac potentiam, dicit regi iniquo, apostata: qui uocat duces, impios, qui nullius personam excipit: non regis utique, si iniquus sit, & in ipsum rebellis: non ducum, si impij & sacrilegi sint.

Qui non accipit personas principum: nec cognouit tyrannum, cum disceptaret contra pauperem. Secundum mysticos intellectus, principes isti, Iudaeorum, scribae, pharisei, & sacerdotes possunt intelligi, quos in Euangelio Dominus increpat. Tyrannum uero, eundem populum Iudaeorum non ab re est ut sentiamus, qui contra coetum sanctorum Ecclesiae, pauperem, humilem spiritum, & corde contritum, resistendo, hodieque disceptat: quod facere & tempore apostolorum non desistit, quando per omnes ciuitates contra eos pugnas & seditiones

agebat. Hos igitur ut infideles & impios Dominus non cognoscit, quibus quae etiam manifeste dicitur est, Non noui uos, discedite a me omnes, qui operamini iniquitatem. Sequitur dicente Helii de his quibus dixit superius: Subito morientur, & in media nocte. Secundum sensum Apostoli est istud, qui ait de filiis tenebrarum: Cum enim dixerint, pax & securitas, tunc repentinus illis superueniet interitus, & quae sequuntur.

Turbabuntur populi, & pertransibunt: & auferent uolentem absque manu. Secundum Salomonem qui ait: Castigato insipiente sapiens astutior fit. & Dauid, cum uiderit, inquit, iustus uindictam impiorum, exemplum uidelicet peccatorum hominum pertimescens, manus suas lauabit in sanguine peccatoris: id est in mortem, dum punitur, iste corrigitur. Hoc igitur modo turbabuntur populi, qua turbatione terram sensibilem legimus concurram: sicut propheta ait ad Dominum, Commouisti terram, & conturbasti eam, sana contritiones eius, quoniam commota est. Sic itaque uelut boni uisitatores ad futurum seculum pertransibunt, ubi locus non erit impius. Hi enim populi super audientes Sion non dicent: Benedictio Domini super uos. Et auferent a semetipsis uolentem inini cum, ut nullum peccati in eis faciat opus, quod in manu intelligi potest. Siue aliter, Nullum habebit adiutorium uolentem, quo defendi uel erui possit a pertrahentibus eum ad supplicium mortis: & ideo absque manu, id est absque praesidio erit.

Oculi enim eius super uias hominum, & omnes gressus eorum considerat. Manifestum est. Non sunt tenebrae & non est umbra mortis, ut abscondantur ibi qui operantur iniquitatem. Quod secundum illum Psalmistam sensum est, ita dicens: Quo ibo a spiritu tuo? & a facie tua quod fugiam? Si ascendero in caelum, tu illic es: & si descendero in infernum, ades.

Conteret multos innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. Iam superius diximus, ut factum est de Helia sacerdote, & Samuel, & Saule, & Dauid: Iudaeorum populo, & gentium.

Nouit enim opera eorum: & ideo inducet noctem, & conterentur. Sub his quoque uerbis Helii significasse potuit, ob merita sua Iudaeos nocte iniquitatis excandos a Deo, ut conterantur & humiliantur, sicut propheta & Apostolus ait: Dedit illis Deus spiritum compunctionis, oculos ut non uideant, & aures ut non audiant usque in hodiernum diem.

Quasi impios percussit eos in loco uidentium, qui quasi de industria recesserunt ab eo, & omnes uias eius intelligere noluerunt. Omnes enim peccatores & impij contra inditum sibi bonum naturae agunt, sicut de huiusmodi ait Apostolus: Qui cum cognouerunt Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt. Vbi autem cognouerunt Deum, nisi in ratione & iudicio mentis? Vbi ergo uel Dei gloriam habuerunt contempserunt,

Mat. 7.

1. Thes. 5.

Psal. 57.

Psal. 59.

Psal. 128.

Psal. 138.

Esa. 6.

Rom. 1.

Rom. 1.

perit, ubi ab eo contra suam conscientiam recesserunt: omnesque uias mandatorum Dei, quas suis cordibus habebant ingenitas, nosse & intelligere detrectarunt. Cum hominibus quoque ita impie atque iniuste egerunt, ut ad Deum pauperum oppressorum clamor ascenderet, & uox egenorum ad aures Domini personaret. Siue Iudaeos impios atque incredulos percussit Deus in loco uidentium, id est in traiectione Moysaica, ubi prophetae qui uidentes dicti sunt, habitabant. In ipsa itaque spe legis, & promissorum contemplatione, tanquam in quodam uidentium loco iuste percussit a Deo sunt, in tantum ut oratio eiusdem pauperis Iesu Christi, qui pro nobis pauper & egenus factus est, cum esset diues, contra eos ascenderet ad Deum, dicens ei super Iudaeorum interitum: Disperge illos in uirtute tua, & destrue illos protector meus Domine. Si uidentes sunt omnes qui in Christo ex fide uiuunt (in hac enim spe positi, mente contemplantur futuram beatitudinem) in hoc igitur loco, ubi quasi fide stantes sunt quidam qui sub fidei huius uocabulo habent speciem pietatis, uirtutem autem eius sunt abnegantes: hi ipsi igitur, qui haeretici intelliguntur, in loco fidei male stantes, a Deo percussit sunt, apostolis & Ecclesiarum doctoribus, id est pauperibus Christi, contra eos resistentibus, & ad Deum clamantibus.

Psal. 58.

Ipsa enim concedente pacem, quis est qui condemnet? Ex quo absconderit uultum, quis est qui contempletur eum? Es super gentem, & super omnes homines. Siue pacem Ecclesiae, & quietem ipse concedit, quando non consurgunt aduersus eam pugnae persecutorum: siue quando hereticorum lites, & scandala conquiescunt. Necnon contra uitiorum bella, quietem ac pacis silentium ipse donat, quando deuictis eis, & uelut acerrimis hostibus expugnatis, pax fit in homine summa uirtutum. Et quis est alius praeter ipsum, qui eam ab eo nobis data possit auferre? Si enim Deus pro nobis, quis contra nos est? Siue in eo quod ait: Ipse enim concedente pacem, id est Deo, quis est qui condemnet? & hoc intelligi potest, quia Deo pacem tribuente, nullus hominum poterit id discutere, ut condēnet, id est factum eius in iratum deuocet. Quod autem ait, Ex quo absconderit uultum siue faciem suam, &c. hoc est, quod nisi ipse dignatus fuerit se homini reuelare, quis est qui possit eum suis uicibus intueri, uel per scrutando ad maiestatem eius accedere? Et contra gentem & contra omnem hominem Deus quod uoluerit hoc faciet. Nullus enim contemplantur uultum, siue faciem eius, cum ea ipse indignis absconderit, ut eam uidere non possint.

Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. hoc & ipse Dominus iratus ait ad populum Iudaeorum: Dabo uobis regem secundum cor uestrum. Potest & diabolus homo iste intelligi, qui perdita angelica dignitate, hominis nomen sortitus est, de quo Domi-

nus ait in Euangelio: Inimicus homo hoc fecit. Hypocrita uero & similitus ideo est appellatus, quoniam transfiguratur se in angelum lucis, cum ipse potius auctor sit tenebrarum, id est omnium criminum & peccatorum inuentor: sicut & ipse Dominus de eodem ait in Euangelio, Cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur: quia mendax est, & pater eius. id est ipsius mendacii principium & origo. Hic ergo iudicio Dei dominatur impijs & peccatoribus, & operatur in filijs incredulitatis.

Quia ergo ego locutus sum ad Deum, te quoque non prohibeo. Quasi in iudicio constitutum permittit interloqui. Si erraui, tu doce me, si iniquitatem locutus sum, ultra non addam: id est, non loquar. Nunquid a te Deus expectit eam, quia displicuit tibi? Tu enim coepisti loqui, & non ego. Tu dixisti, quod iniquus esset Deus, qui a te iniquitatem & iniustitiam, ut iniustae correctionis exigeret, cum necesse te esset iniuste afflictum contra eum loqui iniusta: & ob hoc, inquit, displicerit tibi Deus, dum eius iustitiam qua te punit, & iniquitatem interpretaris, & iniustitiam. Nunquid a te ipse exigit ut blasphemus?

Viri intelligentes loquatur mihi, & uir sapiens audiat me. Helii sanctum Iob despiciebat, conuertit se ad eos qui cominus assidebant, & ita de beato Iob definite pronuncians, ait ad eos: Iob autem stulte locutus est, & uerba eius non sonant disciplinae. Manifestum est. Pater mi. Ideo patrem uocat, quia ab ipso est homo creatus & conditus.

Probetur Iob, inquit Helii, non ait examine, tur, quod solet ad probationem eruditionis referri: sed probetur inquit, id est manifestetur, probatum sit omnibus, cuius pateat, Iob qualis sit ante te.

Probetur Iob inquam usque in finem. id est misit in eo iugiter plagas flagelli huius, neque desinas infligere poenas operantibus iniquitatem.

Quia addit super peccata sua blasphemiam. id est, quia super hoc quod peccator est, propter quod mala haec cruciatuum sustinet, addit ad cumulum peccatorum, ut in blasphemiae crimen erumpat.

Inter nos interim constringatur, & tunc ad iudicium prouocet sermonibus suis Deum. Condemnetur inter nos interim, ne & nobis iniustitia reputetur. Absque nostro crimine erit, si postmodum Deum prouocare tentauerit.

CAPVT IIII.

Titur Helii haec rursum locutus est, Nunquid aequa tibi uidetur cogitatio tua, ut dices: Iustior Deo sum? Per omnes illas nouem responsiones beati Iob, quibus amicis suis ad singulas eorum interloquutiones respondit, nihil horum sanctorum Iob dixisse deprehendimus. unde Helii sensus eius inuidiosius uerbis suis exaggerat.

Itaque ego respondebo sermonibus tuis, & amicis tuis tecum. id est, pro eo quod non potuerint ei rationabiliter respondere.

Suspice caelum, & intueri, & contemplare aethera, quod altior te sit. id est, quod super aethera Deus sit, cui

Mat. 11.

Ioan. 8.

cui te æquare præsumis. Hoc ait Heliu, qui Deum corporaliter loci contineri arbitrabatur, quod in excelsis tantum atque sublimibus Deus Dominus commoretur. Proinde

Si peccaueris, inquit, quid ei nocebis? & si multiplicata fuerint iniquitates tuæ, quid facies contra eum? Quod ita dixisse mihi uidetur, Non enim peccante te, Deo damni aliquid inferetur, aut si pro multitudi peccatorum tuorum ulcisci in te uoluerit, nunquid ei poteris contraire?

Porro si iuste egeris, quid donabis ei? aut quid de manu tua accipiet? Sicut & Dauid ait ad Deum: Quoniam honorum meorum non eges.

Homini qui similis tui est, nocebit impietas tua, & filium hominis adiuuabit iustitia tua. Id est, homini nocere poterit impietas tua, si a male agentem te emulatus fuerit: quemadmodum filium hominis iustitia tua adiuuabit, si uias tuas cum recte incedis, imitetur.

Propter multitudinem calumniatorum clamabunt, & eiulabunt propter uim brachij tyrannorum. Obscura est nimium sermonum istorum consequentia, nisi forte illud quod superius Heliu singulariter dixit, & pluraliter in hoc loco prosequitur, aut ad hominem supradictum & filium hominis referamus: ut de ipsis ita dicat, Propter multitudinem calumniatorum clamabunt & eiulabunt propter uim brachij tyrannorum. ubi sub hac pluralitate disputationis suæ Heliu sanctum Iob talibus admiscet, eisq; similem iudicat, dum calumniatores & tyrannos iniquos homines nominauit, quorum calumnijs & potentia homo & filius hominis oppressi, ingemiscientes & eiulantes clamant ad Deum. Et amici Iob in eum similiter ista dixerunt: & modo spirititaliter huc hominem & filium hominis populum sanctum non absurdè sentimus, qui propter unitatem totius corporis Ecclesiæ, homo unus dicitur, sicut & Apostolus ait: & secundum Psalmistam filius hominis appellatur, ita dicentem, Fiat manus tua super uirum dexteræ tuæ, & super filium hominis quæ confirmasti tibi. Qui ab ipso sanctæ Ecclesiæ nascentis exortu, calumnias impiæ multitudinis pro Christi nomine atque amore patiuntur, quorumq; uelut tyrannorum crudelium uiolenta potentia se opprimi & conteri sentiunt: licet nunc iam non aperta persecutione inimici nostri inuisibiles in corporibus sæuiant, sed occulta impugnatione uitorum mentibus dominentur. Propter quod fideles in hoc certamine constituti, eiulantes, & quotidie in oratione clamantes ad Deum dicunt, Eripe me de inimicis meis Deus meus: & Nequãdo dicat inimicus meus, præualui aduersus eum: & Quousq; sanctus & uerus non iudicas & uindicas sanguinem nostrum de ijs qui in terris habitant?

Et non dixit, Vbi est Deus qui fecit me? Potuit hoc Heliu de illa multitudine calumniatorum superius nominata dixisse, sicut ait: Et non dixit, ubi est Deus qui fecit me? quando utiq; affli-

Psal. 58.

Psal. 12.

Apoc. 6.

gebant prædictos, quos sibi per iniquam dominationem Deo permittente subegerant, & durissimæ ditioni suæ subdiderant, ita ut hi sub tanta necessitate pressurarum positi eiularent & clamarent ad Deum. Illi uerò non intenderunt animo, neque suspexerunt in celum, ut sciperent, quod Deo creatori suo, & conditori hæc omnia displicerent. Non dixit, inquam apud semetipsam illa multitudo iniquorum, siue dæmonum, siue etiam hominū: Vbi est Deus qui fecit me?

Qui dedit carmina in nocte. Hoc ait Heliu: Cum ergo iustos, & recte uiuentes a supradictis Deus tribulari permittat, consolationem tamen in nocte tribulationum concedit. Nox enim in scripturis plerumq; ipsa tribulatio intelligitur, ut est illud Psalmista ad Deū dicens, Probasti cor meum, & uisitasti nocte. Et consequens, ut ea res quæ obscuram & tetram reddit mentem hominis, nox dicatur, sicut & prosperitas aliquando dies dicitur: quoniam qui in prosperis est, quasi quadam felicitate illuminatur, & ob hoc lætitia cordis dies est appellata. Proinde de huiusmodi die & nocte ad iustum unum Psalmista ait: Per diem sol non uret te, neque luna per nocte. Tantam, inquit Heliu, tolerantia uirtutē iusti homines a Deo accipiunt, ut etiam in nocte tribulationis hymnorum spiritualium canticis delectentur: quemadmodum postea & sanctus Dauid in tribulationibus suis psalmos quamplurimos decantauit: Multos etiam hoc titulo prænotauit, dicens, In finem in carminibus psalmus, siue intellectus Dauid: quos tamen specialiter, quando eum inimici sui persequebantur, orans decantauit. Paulus quoque apostolus, & Silas uir apostolicus, adorantes in carcere canebant Deo. Canticum ergo ad exultationem cordis uel maxime pertinet. Proinde hæc exultatio de spe futuri gaudij nascitur in corde cantantium: & faciunt more uiatorum, quia & ipsi ut uiatores & peregrini transeunt per hunc mundum: qui ut ad destinatum sibi locum sine magno labore perueniant, canticis fatigationem itineris consolantur ac subleuant. Itemq; & ad illam comparationem futuræ reuelationis filiorū Dei, ubi gloriam æterni illius diei percipituri sunt, & in re ipsam beatitudinem possessori. nox est presens hæc uita, cui fructus sui in futurum absconditi sunt, quoniam nunc in spe promissionis uiuitur, ubi per fidem ambulatur, & non per speciem, & ideo adhuc nox est, quia necdum uides quod speras. Ut autē non deficias per totam nocte, lucerna tibi accensa est prophete, sicut de Ecclesia dicitur: Non extinguetur lucerna eius per totam noctem. Proinde in hac nocte expectationis nostræ hymni a Deo, & cantica scripturarum data sunt nobis, donec discussa nocte fidei, ad diē æternæ mansionis perueniamus.

Qui docet nos super uimenta terræ, & super uolucres celi erudit nos. Deus homini præ omnibus animalibus

mantibus rationem & sapietiam dedit, docet in communibus, erudit in subtilioribus. Docet non solum per natura dona, sed etiam per gratia mēsuram. Secundum tropicū uerò intellectum, iumenta homines carnales plerumque intelliguntur, qui gula, uentri, luxurieq; sunt dediti. Alij autem uolatilibus comparantur, siue propter leuitatem morum, siue propter superbiam, qua tumentes quasi in altum eleuantur. Vnde dicit Apostolus: Noli altum sapere, & Dominus in Euāgelio: Quia quod est hominibus altū, abominatio est ante Deū. Itemq; ait: Nolite in sublime tolli, nam in græco eloquio hyperiphanos dicitur, quod est super apprensus, ut eleuatam mentem hominis, tumidamq; significet.

Ibi clamabunt, & non exaudiet propter superbiam malorum. Quod dicit, Ibi clamabunt: fortasse significare uoluit locum poenarum, ubi non exaudiendi sunt peccatores. & causam quapropter non exaudiatur a Deo, manifestauit, Propter superbiam, inquit, malorum, siue ut alij dixerunt, Ab iniurijs malorum: id est, quia mali bonis & iustis infestationes & iniurias irrogare non desinunt. Et forte non ab re est, istos superius superbos intellexisse, ubi tropicè uolucres dictos existimauimus, quando quidem in consequentibus, ut aperiret quod obscurius dixerat, ipsam malorum superbiam nominauit, ita inquit: Propter superbiam malorum.

Non ergo frustra audiet Deus, & omnipotens singulorum causas intuebitur. Hoc ait, quod perseverantes in malis, non exaudiat Deus: & frustra clamet, qui non merentur audiri, siue ut alij dixerunt: Vana enim non uult Dominus uidere, ipse enim omnipotens perdit, qui faciunt iniustitiam. Sequens uerò uersiculus cum supra dicta concinit expositione.

Etiam cum dixeris, non considerat, iudicare cum eo, & expecta eum. Quando uides o Iob, quia non statim Deus reddit peccatoribus quæ merentur, noli pusillanimitate frangi, ut in blasphemiam erumpas, & dicas, Deum iniustum siue iniquum, uel etiam non esse prouidentiam, uel quod ad Deum mundi huius gubernacula non pertineant, & loquaris de eo, ac dicas: Non considerat: quin potius iudicare cum eo: id est iudicare cum eo debes, quod est iudicij eius concinere, non contra eum presumptuose iudicio tuo in eius iniuriam profligare. Expecta eum, inquit. Virtute igitur patientiæ de ultione uindictæ pro tempore Deum dissimulante expectare te oportet. Quod & propheta postmodum dixit: Viriliter agite, & confortetur cor uestrum, omnes qui speratis in Domino. Alij dixerunt: Iudicare itaque contra eum, si potest collaudare eum sicut est, hoc inquit, Quemadmodum iudicare contra Deū nemo potest, ut eius quasi discutiat, siue infringat iudicium: ita laudare eum ut est, nullus mortalium potest.

Et si fuerunt in catenis, & uinciantur funibus paupertatis.

Et si fuerunt in catenis, & uinciantur funibus paupertatis.

Et si fuerunt in catenis, & uinciantur funibus paupertatis.

Et si fuerunt in catenis, & uinciantur funibus paupertatis.

Et si fuerunt in catenis, & uinciantur funibus paupertatis.

Et si fuerunt in catenis, & uinciantur funibus paupertatis.

Et si fuerunt in catenis, & uinciantur funibus paupertatis.

Nunc enim non infert furorem suum, nec ulciscitur scelus ualde. Quoniam igitur statuit diem in quo iudicet de orbe terrarum, idcirco in hoc tempore uindictam iustitiæ suæ non generaliter nec plenè egerit. Et hoc totum in exprobratione sancti Iob loquitur, quem uelut reum criminum, in hoc malum poenarum Dei sententia pro parte condemnatum describit, cui restent plurima, quæ adhuc sit postmodum percipitur.

Rom. 11.

Luce. 16.

Luce. 12.

Ergo Iob frustra aperit os suum, & absque scientia uerba multiplicat. Iuxta hæc conuictum sanctum Iob Heliu arbitratur, & quadam uerborum ratione conclusum.

CAPVT V.

Adens quoque Heliu, hæc locutus est: Sustine me paululum, & indicabo tibi. Adhuc enim habeo quod pro Deo loquar: id est pro iustitia & causa Dei. Repe tam scientiam meam a principio, & operatorem eum probabo iustum. Verè enim abique mendacio sermones mei, & perfecta scientia probabitur tibi. Et in hoc quarto sermone suo de singulari iustitia Dei, profundo nimium & copioso sermone prosequitur, ubi multa arcano in obscuro sacramentorum recondita, & longè remota mysteria dicere uidetur.

Deus potentes non abiicit, cum & ipse potens, sed non saluat impios. Alij uerò ita dixerunt: Scio quia Deus non abiicit innocentem, fortis robore cordis: & non uiuificabit impium. Quod autem Deus potentes non abiiciat, cum & ipse sit potens: hæc est iustitiæ eius immensitas, & naturæ bona uoluntas, ut nulli inuideat: quia nemo, quamuis potens sit, poterit coæquari: nullusq; potentiam reformidet, ut quispiam cum factus fuerit potens, aut succedat ei, aut certè superemineat.

Et iudicium pauperibus tribuit. Iuxta iustitiæ & æquitatis suæ tenorem. Sanctos autem & innocentes uiros cōstueuit scriptura diuina pauperes appellare.

Nō aufert a iusto oculos suos. hoc ait & beatus Dauid: Oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum.

Et reges in folio collocat in perpetuum, & illi eriguntur. & ipse Dominus ait per Salomonem: Per me reges regnant, & magnificantur. Et hic reges non seculi huius, sed & Ecclesiæ reges & præpositi intelligi possunt, & secundum tropicos intellectus, reges sunt animi hominum, qui corporibus suis rectè dominantur; quibus in psalmo dicitur, Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Ita & huiusmodi reges eriguntur a Deo, ut sedeant cum principibus, cum principibus populi sui. Quod si in aduersum de his regibus est intelligendum, ut illud quod ait, Et illi eriguntur, ad superbiam pertineat potius quam ad gloriam, quæ in bonum suum sublimantur a Deo: ea quæ sequuntur, secundum iustitiam Dei illis euentient, quæ ita sunt:

Et si fuerunt in catenis, & uinciantur funibus paupertatis.

Et si fuerunt in catenis, & uinciantur funibus paupertatis.

Psal. 135.

Psal. 135.

Psal. 135.

Psal. 135.

Psal. 135.

Psal. 135.

Psal. 135.

Psal. 135.

Psal. 135.

ris, indicabit eis opera eorum, & scelera eorum, quia nocenti fuerint.] Hincigitur in catenis, fortibus uidelicet iudicij Dei, & paupertatis funibus colligantur: id est, opem diuini auxiliij non habentes, pœnis temporalibus quasi uinculis adstringuntur, omnis rei bonæ in opes effecti pro qualitate meritorum.

Reuelabit quoque aurem eorum, ut corripiat, & loquetur ut reuertantur ab iniquitate.] Aurem, inquit, cordis ad obediendum sibi, Deus per castigationes & secretas inspirationes aperiet.

Si audierint & obserauerint, siue seruauerint, ut alij dixerant, complebunt dies suos, ait, in bono, & annos suos in gloria.] hoc est quod Salomon ait: Memoria iusti cum laudibus. itemq; sanctus Dauid de beato uiro ait, In memoria æterna erit iustus.

Si autem non audierint, transibunt per gladium, & consummentur in stultitia.] id est, si instruentem Deum, qui docet hominem scientiã, audire contempserint, per gladium, id est per hanc mortalitatem de hoc seculo præteribunt: ut in stultitia, id est illis locis, ubi stulti deputantur, qui dicunt in corde suo, Non est Deus, aternis cruciatibus consumantur.

Simulatores & callidi prouocant iram Dei, neque clamabunt cum uincti fuerint.] Ipsum sanctum Iob apertius in hoc loco uidetur Helium, quasi ex obliquo percutere, quod & ipse quasi callidè & nequiter ageret, uirum que egregium simularet, quiq; etiam cum esset uinctus plagæ huius compagibus, clamare ad Deum, & inuocare eum, ut à laqueis pœnalibus illigatus absolueretur, minimè curaret, quod utique desperatione non faceret, siue contemptu. De cæteris quoque peccatoribus similiter hoc ipsum intelligi potest, qui cum uenerint in profundum malorum, contemnunt. & de Iudæis, & de hæreticis, qui falsa dogmata quasi ueritatis uelamine operientes, in nobis perfidie obstinato & obdurato animo detinentur.

Moriatur in tempestate anima eorum, & uita eorum inter effeminatos.] Effeminatos uitiolos, uel uitia esse nouerimus, qui sicut de uirtutibus animi nihil in se habent quietum, nihil uirile & rigidum, sed totum & turbulentum, remissum & fragile: ita necesse est, ut uelut tempestate animam semper suis illecebris inquietent, portumq; uirtutum hominem non sinant apprehendere. & sit istis talibus fluctibus, quod Salomon ait: Ut iaceat anima tanquam in corde maris, & uelut gubernator in magna tempestate. Vel aliter per tempestatem intellige aduertumq; iudicium Dei, de quo dicitur: Et in circuitu eius tempestas ualida.

Eripit pauperem de angustia sua.] Pauperem, Salvatore nostrum, qui propter nos pauper factus est: qui in diebus carnis suæ, preces ac supplicationes patri obtulit, qui possit eum à morte saluum facere. Pauperem sanctum populum Dei, humilem spiritu, pauperem quem libet iustorum, eruet de angustia pressuratum, sicut etiam in diuinis scripturis diuer-

so modo legimus liberatos.

Et reuelabit in tribulatione aurem eius.] id est, ut fortis sit unusquisque eorum in tribulationibus, corroborante uisitacione diuina, ut quando à Deo homo tribulari permittatur, consolacionem in aurem cordis, Deum illic audiendo percipiat.

Igitur saluabit te de ore angusto latissime, ut non haberes fundamentum subter se.] Hoc in loco inferorum habitacula ab Helio describuntur, quæ pro immensa capacitate sui fundamenta non habeant. Ad quorum tamen fundamenta in prophetis legimus Luciferum, qui manè oriebatur, depositum, multitudinem quoque regum, & populos innumerabiles gentium plurimarum. sicut dicit scriptura: Qui descenderunt ad fundamenta lacu, ore autem angusto infernus ideo appellatus, eo quod amplum sit ad recipiendum, angustum ad dimittendum: quoniam mortuos intra se teneat, & eos ad uitam non pariat exire. Dauid quoque sanctus similiter ait ad Deum: Libera me ex odiõibus meis, & de profundo aquarum. Non me demergat tempestas aquar, neque absorbeat me profundum: neque contineat super me puteus os suum. Proinde nouerimus, quia loca infernalia ergastulorum secundum fidem scripturarum inter immensas abyssi aquas sint constituta. Et non solum inquit Helium, à tartareis angustijs liberaberis, uerum etiam in latissimo refrigerij nemore, uelut in campis spaciosis liber incedes.

Requies autem mensæ tuæ erit plena pinguedine.] Amoenitatem paradisi, & iocunditatem significauit, requiem nominando. In mensa uerò abundantiam uitæ beatæ, quæ esset plena ubertatis pinguedine, ac loci illius referta delicijs, uoluit demonstrare, cuius terram sanctam mansueti secundum promissionem Domini possidebunt.

Causa tua quasi impij iudicata est, causam iudiciumq; recipies.] Iudicio Dei ut impius & pœnarum debitor reus inuictus es, & idcirco secundum meritum causæ tuæ iudicij seuerissimum recepisti. Et ubi dictum est, Causam iudicijq; recipies: antiqui dixerunt interpretes, Propter impietatem numerumq; accipiebant iniquitatibus. Vbi sub pluralitate locutionis sanctum Iob Helium uidetur sibi mordacioribus ferire sermonibus.

Non te ergo superet ira, ut aliquem opprimas, nec magnitudo donorum inclinet te.] Docetur ab Helio uir patientiæ & integritatis uirtute fortissimas. Optimus iudex est, qui his pessimis iracundiæ & cupiditate, duobus uitijs non tenetur, quibus & hoc loco ab Helio sanctus uir corruptus arguitur.

Depone magnitudinem tuam absque tribulatione, & omnes robustos fortitudine.] Superbum hic Helium, & arrogantem beatum Iob notat, & idcirco ait: Depone tumorem magnitudinis tuæ, quam tibi mentis elatione fecisti, ne iniqua potentia tua mediocres, humiles & infirmi tribuletur, nec etiam robusti similiter tua fortitudine contem-

Prover. 10.

Psal. 111.

Esa. 14.

Psal. 68.

conteratur: id est, nec paruos, nec magnos tua iniusta opprimas dominacione, uel omnes motus deponere, formidine superbiæ roboratos.

Ne protrahas noctem, ut ascendant populi pro eis.] Iam sufficit hucusq; in hac cæcitate dixisse, iam ad lucem prudentiæ ac iustitiæ uenire contende. Siue noctem quã tibi ex diuersis peccatis contexuisti, ut in ea uelut in continuis & iugibus, ac perpetuis tenebris ambulares: iam quæso, ait, ne adhuc protrahas, & tanquam resticulum addidisti peccata peccatis in longum delictum extēdere. Lumine ergo correptionis huius, iam finem talibus impone peccatis. nam protractione hac inemendabilis uitæ tuæ fiet, ut pro omnibus malis operibus tuis, populi preces ascendant ad Deum, quos utique iniquissimè deprimebas, interpellatum contra te, suas que miseras sibi à te irrogatas ante sedem diuinæ iustitiæ deponentium, & attestantium scelera tua.

Cave ne declines ad iniquitatem: hanc enim cepisti sequi post miseriam.] Hoc, inquit Helium, ne in desperationem declines, peto, & blasphemiam iniquitatem iam caueas, sed reuerti festines ad Deum. Video enim te post plagæ huius tuæ horrendam miseriam ad interitum tuum hanc impietatis sequi uelle perniciem, & uoluntatem tuam, uelut legationem ad aduersarium mittere pusillanimitate deiectum.

Ecce Deus excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis in legislatoribus.] Cognosce, ait, quia nullus à Deo, qui solus est, & fortis, & sapiens, iniuste poterit condemnari.

Quis poterit scrutari uias eius? Quis utique, nisi impius & superbus iudicia & consilia Domini deprehendere, ac sensui suo subdere posse se credat, & tentare quod non licet?

Aut quis ei dicere potest, Operatus es iniquitatem? Quis est ergo iste tam temerarius & iniquus, qui hoc audeat loqui? Hæc omnia in iniuriam Iob dicuntur.

Memento quod ignores opus eius, de quo cecinerunt uiri.] Vel omne generale opus eius, mirabile opus & inexplicabile est: uel certe speciale, & supra omnia magna & mirabilia opera eius, dispensationis Christi mysterium, quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, ut illud quisquam enarrare sufficeret, de quo propheta uiri & homines Dei dixerunt. Vel uiri hic intelligendi sunt filij Israel, uel ipse beatus Moyses, qui sub ipsis temporibus canticum cecinit, profundis mysterijs inuolutum.

Omnes homines uident eum, unusquisque intuetur procul.] Per naturam bonum, notitia creatoris inest cordibus hominum. Et quamuis quisque tam prauus sit & frigidus, ut alienus esse studeat à creatore & Deo suo: nullus tamen est, qui se abscondat à calore eius. & ideo unusquisque mortalium, licet de lōge sentit & intelligit Deum, dissimiliter quidem omnino: quia non tanquam corpus, aut sicut quemcū-

que spiritum creatum, ita sentit esse Deum, siue intelligit, sed alio multo & ineffabili modo, quo Deus acie mentis est intuendus: ubi in ipso obitu cordis intelligendo uidet homo, quod supra ipsum est: quia omnis homo hanc uim sapientiæ naturaliter accipit, ut Deum ignorare non possit, nisi aut contemnat, aut negligat.

Ecce Deus magnus, uincens scientiam nostram, numerus annorum eius inestimabilis.] Vincens scientiam nostram magnitudine sapientiæ, & altitudine iudiciorum suorum.

Qui aufert stillas pluuie, & effundit imbres ad instar gurgitum.] Hanc ergo pluuiam legem Moyse intelligamus, quæ de cælo uelut pluuia uenit populo Iudæorum. & pluuia dicta est propter præceptorum multitudinem, sicut & ipse Moyses de eadem gente Iudæorum ait, dicens: Expectetur sicut pluuia eloquium meum. Huius igitur pluuie stillas, quæ sunt parua quædam mandata legalia, uel de incarnatione, uel de passione, uel de resurrectione Christi, quæ Iudæi credere excæcato corde noluerunt, de illa gente abstulit Deus, ut ea ad Euangelij fidem transferret, sicut ait Apollus: Verbum autem consummans & breuians in æquitate: quia uerbum breuiatum faciet Dominus super terram. Et de his stillis, paruisque guttis tonante Euangelio prædicationis Christi, imbres effusi sunt super terram: & hi imbres ad instar gurgitum esse dicuntur, qui utique cum in terram copiose descendunt, profunditatem in se & obscuritatem continent mysteriorum. Imbrium uerò nomine, largè effusam gratiam Spiritus sancti esse nouerimus, sicut ait Apostolus: Per lachrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abundanter per Iesum Christum.

Qui de nubibus fluunt, quæ prætexunt cuncta desuper.] Nubes scimus plerumque in scripturis sanctis homines appellari, sicut & manifestum est quodam loco dicente Domino: Et nubibus mandabo, ne pluāt super eam: id est, ut super uincem, quod est, super gentem peccatricem Iudæorum uerbis suis salutis pluuia non effunderet. De talibus igitur nubibus, apostolis uidelicet & apostolicis uiris prædicatoribus ueritatis, illi imbres, flumen, qui habeat similitudinē gurgitum, propter arcanorum cœlestium obscura & profunda mysteria. Vbi congruè illud Dauidicum dicitur, Tenebrosa aqua in nubibus aëris. Hæc igitur nubes, per quas imbres gurgitum fluunt in terram, prætexunt cuncta desuper: habentes enim intra se aquas Euangelij, ut flumina de uentre eorum fluant aqua uiuæ, de superioribus mysterijs, quasi quodam prætextu obscuritate aquarum carnalibus sensibus atque terrenis quoddam uelamen ducunt. Quem locum alij interpretes manifestius transferunt, ita dicentes: Fluent nubes, & tenebrescent super homines plurimos: in quibus est secundum

ad Tit. 2.

Rom. 9.

ad Tit. 2.

ad Tit. 2.

ad Tit. 2.

ad Tit. 2.

ad Tit. 2.

ad Tit. 2.

ad Tit. 2.

ad Tit. 2.

ad Tit. 2.

ad Tit. 2.

ad Tit. 2.

ad Tit. 2.

ad Tit. 2.

ad Tit. 2.

ad Tit. 2.

ad Tit. 2.

ad Tit. 2.

ad Tit. 2.

ad Tit. 2.

ad Tit. 2.

ad Tit. 2.

ad Tit. 2.

apostolum opertum Euangelium, ut non fulgeat in eis lumen Euangelij gloriæ Christi.

Si uoluerit extendere nubes quasi tentorium suum, & fulgurare lumine suo desuper, cardines quoque maris operiet. Ita enim prædictas nubes extendit, ut de eis diceret, In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum: quæ admodum postea loquutus est ad discipulos suos, id est nubes suas, dicens: Et eritis mihi testes in Hierusalem, & in Iudæa, & Samaria, & usque ad ultimum terræ. Quas etiam tentorium suum appellauit, secundum illud quod dixit: Quoniam inhabitabo in eis, & inter eos ambulabo. item que ait eis: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem seculi. quod usque ad cardines maris intelligi potest. Per quas utique nubes suas, fulgura prædicationis Euangelij resplenderunt, & nominis Christi fama de celo, uelut lumen effulsi: maris etiã, mundi uidelicet huius, cardines occupauit. Siue cardines mundi possumus intelligere principes & capitagentium diuersarum, quorum erroribus, ac prauis doctrinarum suarum uasationibus mundus in loco superstitionis demoniorum, uelut in cardine uertebatur.

Per hæc enim iudicat populos, & dat escas cunctis mortalibus. Istis enim, ut prædictum est, cœlestis gratiæ sacramentis, statuit Deus pietatis suæ iudicio uniuersis populis misereri, & dare escas doctrinæ uerbi sui, siue mysteriorum cunctis mortalibus. ita enim & ipse ait in Euangelio, Ego sum panis uiuus, qui de celo descendendi, ut panem angelorum manducaret homo. Hæc igitur escæ, & hi cibi nubibus, ministrantibus, & imbres in terram fundentibus præparantur.

In manibus, id est, in operibus malis, abscondit lucem, & præcepit ei, ut rursus adueniat. Potestate iusti iudicij sui, lumen notitiæ suæ abscondit a peccatoribus, malum operantibus: & uenire eam ad illuminationem mantis præcipiet, si Deum datorem eius quispiam fideliter quæret.

Annunciat de ea amico suo, quod possessio eius sit, & ad eam possit ascendere. De luce manifestationis suæ fidelem sibi amicum in corde docet & instruit: erudiens quoque annunciat ei, quod lux, siue illa illuminationis gratia, siue diuinorum claritas promissorum, possessio eius sit: & ad eam lucem, quæ sola & uera est, si disponat ascensiones in corde suo, quotidie proficiendo possit ascendere.

CAPVT VI.

Super hoc expauit cor meum, siue obstupuit cor meum, ut alij dixerunt, & emotum est de loco suo. Prædictis diuinis mysterijs, & luce cognitionis Dei patefacta, quæ non nisi amicis Dei & fidelibus demonstrantur, perterritum est cor meum, inquit Heliu, & de loco ignorationis ad sacramentorum cognitionem translatus est. Postea quã super cognitione diuinorum mysteriorum expauerat, conuertit se ad ceteros, & ait eis:

Act. 1
2. Cor. 6
Matth. 28

Ioh. 6

Audite auditionem in terrore uocis eius, & sonum de ore illius procedentem. Quod ergo dicit, Audite auditionem, id ait: Quemadmodum uult Deus audiri quod dicit, ita audite, ut credendo timeatis: sonum quoque oris illius, siue strepitum, ut alij dixerunt, pari modo audite. Hic ergo sonus est minarum Dei: qui fortè idcirco sonus dictus est, & non simpliciter sermo, ut inobedientia surdos, & obduratos, corde incredulos uox clarior penetraret, & totos ad timendum Dominum commoueret.

Subter omnes cœlos ipse considerat, & lumen illius super terminos terræ. Quid est hoc mirum de omnipotentia Dei, qui ubique est, in cœlo & in terra, in mari & in abyssi? Secundum allegoricum sensum, cœlos sanctos scriptura diuina appellare consuevit, quorum conuersatio in cœlis est. Dominus ergo subter hos cœlos considerat, uel dum ea quæ intra eos sunt, arcanorum scrutator introspicit, uel dum imbecillitatem corporum eorum, quæ cordis dominatione crucis uirtutem subdiderint, gubernat ac sustinet, & contra carnalium passionum bella corroboret. Siue ipse circumiuit subter omnes cœlos, quod alij dixerunt, ut angelus patris bonus nuncius circumdet in circuitu timentes eum, & eripiat eos. Terminis quoque, siue fines terræ ipsi sancti sunt, finem terrenis passionibus & cupiditatibus imponentes, eo quod non sint in medio Babylonis, nec seculi uitij circumdantur. Secundum hunc sensum est, quod & Petrus apostolus ait, Christo igitur in carne passio, & uos eodem sensu armamini: quia qui passus est in carne, & qui diuersa uitia per crucem & mortificationem carnis extinxit, desinit a peccatis: ut iam non hominum desiderijs, sed uoluntate Dei, quod reliquum est, in carne uiuat temporis: id est uiuens pro tempore, iam desinentibus peccatis in carne, uelut in finibus habitet carnis. In his finibus posita regina Saba, quæ typum gerebat Ecclesiæ, ueri Salomonis meruit audire sapientiam. Tales igitur terminos Deus lumine gratiæ suæ atque agnitionis illustrat.

Post eum rugiet sonitus, siue, ut alij dixerunt, Fremet uox: tonabit uoce magnitudinis suæ, & non inuestigabitur, cum audita fuerit uox eius. Cum positus in extremo terræ hominibus Deus in memoriam uenerit, illicò super infirmitatem mortalitatis suæ gementes ad eum rugient, sicut & Propheta qui ait Deo, Rugiebam a gemitu cordis mei, & ante te omne desiderium meum Deus. Et tunc hic rugiens faciet sonitum in affectu orationis clamantium ad Deum, qui perueniat usque in cœlum. unde & tonabit eis Dominus uoce præceptorum suorum, ut timeant a facie eius: quo fragore tonitruum simul agnoscent, quia Deus, ante quem desiderium eorum est, inuestigabilis sit, & immensus.

Tonabit Deus, alij dixerunt, Tonabis fortis in uoce sua mirabiliter, qui facit magna & inscrutabilia. Magna & inscrutabilia Deus mirabiliter operatur, quando

1. Petr. 4

Psal. 17

60

do istud tonitruum nominis sui, quo in toto sanæ eius notitia crebescit, in aures facit anime personare.

Qui præcepit niui, ut descēdat in terrã, & hyemis pluuijs, & imbri fortitudinis suæ. Niuem, cãdorem gratiæ, quæ per baptismum fidelibus, Spiritus sancti dono tribuitur, superius diximus posse significari: & exempla illic testimoniorum de scripturis aliquanta protulimus: de quibus est illud Dauidicũ, ubi ait in Psalmo 67. Niue dealbabit in Selmõ, quod est, in sũbra hoc ait, quod cœlestis, id est Deus de cœlo ueniens, reges quos discreturus sit, & separaturus; niue in umbra sint dealbãdi, ubi hoc mihi significare nunc uidetur, quia regeneratio uetustissimorum hominum in Christo obũbrante sancto Spiritu cesset efficienda. Sicut enim angelus annuncians natiuitatẽ Domini, ait sanctæ Marię, Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus Altissimi obumbrabit tibi: ita & hæc noua natiuitas, ubi ex ueteribus hominibus, per fidẽ, ut dixi, noui efficiuntur, per sanctificationem inumbrationis spiritus S. donat Ecclesiæ, licet alio modo, multoq; dissimili, siue in umbra futurorum ad imaginem illius reformamur in terra, ut similes efficiamur in cœlo. nõdũ enim apparuit, quid erimus, cum aut apparuerit, similes ei erimus. Hæc igitur gratia niuis nomine significata, ex præcepto diuinitatis descendit in terram: quod est, per Iesum Christum uenit ad homines, per quam uetustas nostra instauratur in melius. Contra hanc gratiam Christi tribulationes persecutionum futuras, in pluuijs hyemalibus uoluit indicare. & propter graues presuras hyemales pluuias dixit, quas tamen imber fortitudinis Spiritus sancti esset superaturus. nam post ascensionẽ Domini, apostoli, & ceteri sancti processuri ad persecutionum hyemales pluuias sustinendas, Spiritus sancti imbre fortissimo roborantur, quando eis & dicitur, Nõ enim uos estis qui loquimini, sed Spiritus sanctus qui loquitur in uobis.

Luc. 2

1. Ioh. 3

Marci 13

50

Supra Iob ait

cap. 9

Esai. 43

Qui in manu omnium hominum signat, ut nouerint singuli opera sua. In manu, id est, in liberi arbitrij potestate, secundum imaginẽ & similitudinẽ Dei, qua homo est a Deo cõditus & creatus, habet hanc sapientiam, ueluti quodam signaculo diuinæ operationis impressam, ut iuxta liberi arbitrij iudicium nouerit unusquisque hominum opera sua. Siue, ut alij dixerunt, infirmitatem suam nouerit, id est uelut uasa fragilia se subita morte confringi. Sed quod præsentis tẽpore signat, de Deo ait, scripturę sanctæ secundum huc modũ de Deo loquitur: quod Deus scilicet rerum omnium conditor, quæ semel creauit, indefinẽti gubernatione prudentiæ suæ regens, semper facere dicatur, sicut & sanctus Iob ait, Qui facit Arcurum & Oriona, & Pleiadas, & interiora Austris. De ipsis etiam hominibus, sicut & hic Heliu dixit, propheta Deo ait, Hæc dicit Dominus, creans te Iacob, & formans te Israhel.

Ingressur bestia latibulum suum, & in antro suo morabitur. Prophetarum more hic Heliu permiscet ordinem dictionis. Dum enim multa obscura ac uaria loquitur, obscuriora subitõ, & plurimum dissona prædictis, ac diuersa subnectit, ut nunc superioribus uideatur discrepantia subiēcisse, quæ sibi, ut existimo, non conueniunt. Vbi quid noui, uel quid obscurum dicit, si secundum literam intelligatur? Proinde bestiam istam inuentorem malorum, non absurdẽ sentimus: qui idcirco, ut singularis ferus dicitur, quia præcedit, siue superat malitia eius malitiam omnium operantium iniquitatem. Hæc igitur bestia rationalis ingreditur latibulum suum, peccus humanum, quando ex permissu iudicij Dei, potestatem accipit hominibus dominandi, & in antro quod suum fecit, sibi constituit habitationem. Siue antrum, uel etiam latibulum diaboli, omnes peccatores intelligendi sunt, durũ uidelicet infidelitate: uel saxei, quos uitij suis atque illecebris possidet, & in quorum cordibus criminibus que requiescit.

Ab interioribus egreditur tempestas, & ab arcibus frigus. Non mihi uidetur, quod de istius mundi plagis siue qualitibus, uel etiam secretis eius motibus dixerit, sed quemadmodum diximus, antrum siue latibulum esse demoniorum humana precordia: ita hæc interiora, cum ea ingressi fuerint, secreta eorum & abdita intelligamus consilia: unde in hunc mundum perfectionum tẽpestates egrediuntur, ut & peccatores conterant, sicut Aegyptij, quibus uenit immisso per angelos maos. & sancti eadem tribulationum tempestate quassantur, sicut quidam eorum ait, Grauat sumus supra uirtutem, ita ut taderet nos etiam uiuere. Frigus quoque eis infidelitatis immittitur, ut a charitate Dei & calore fidei discedentes, in algorem negationis incurrant. Que omnia immittunt demones per ministerium & sententias principum & infidelium potestatum. Arcurum quoque nomine, qui in sinistra mundi est constitutus, aduersariam partem significat, de cuius climate uentus Aquilo gelidus spirat contra meridiem.

Flante Deo concrescit, & rursus latissime funduntur aquæ. Quod hic dicit flante Deo concrescere aquas, id est glaciari, & coneretas fieri: in Psalmo econtrariõ dicit, Flauit, inquit, spiritus eius, & fluent aquæ, id est, resoluentur ac defluent. Sed siue hic flante Deo, siue in Psalmo, flauit spiritus eius, iubente Deo, siue iubebit spiritus, intelligere possumus. Et quod hic dicit, Concrescet gelu hoc in Psalmo superiore uersiculo ait, Emittit crystallum suum sicut frusta panis. Ita autem hyemali tempore fieri nouimus, ut flante, id est, iubente Deo, & nimio frigore densentur, uel etiam concrescant aquæ, & iterum tempore ueris resoluantur. Secundum mysticos intellectus, in præteritis generationibus ob meritum suum relinquentur

Psal. 147

60

relinquente Deo genus humanum, flatu oris Dei, & iustitiæ eius manente sententia, dum remouetur ab igne diuino, omnis creatura concreta est tanquam gelu, & a uera Dei cognitione frigoris sui immensitate constricta. Nunc uero per gratiam Domini & saluatoris nostri, sicut ait Petrus apostolus, Tēpora ignoratiæ despiciens Deus, rursus ab illo algore oblivionis, atq; duritia cordis, quæ sicut longi temporis gelu obdurauerat, charitatis suæ igne soluit corda populorum, ut fluant & recurrant ad Deum.

Frumentum desiderat nubes, & nubes spargunt lumen suum. Hoc est frumentum, de quo Dominus in Euangelio loquitur per parabolam, dicens:

Colligite zizania in fasciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum. & Hieremias propheta ait: Quid paleis ad frumentum, dicit Dominus? Proinde hoc nubium frumentum doctores quoscūq; Ecclēsiæ, qui uelut nubes portant, aquas Euangelij audire desiderant: sicut & illi qui erant de hoc frumento Dominico, habitantes Antiochiæ & Pisiadiæ, rogabant Paulū & Barnabam, ut loquerentur eis uerbum Dei, quod fecerunt apostoli, fruentes ut permanerent in gratia Dei. Cornelius quoque ad Petrum apostolum ait: Nunc ergo omnes nos in conspectu tuo assumens audire omnia quæcūque tibi præcepta, sunt a Domino. Et Moyses ait: Excipiat uelut pluuiam eloquium meum, & descendant sicut ros uerba mea. Vnde & Apostolus ait: Ego plantauī, Apollo rigauit: sed Deus incrementum dedit. Hæc nubes potest & ipse Dominus, id est assumptus homo in Deum intelligi, sicut & Propheta pronunciauit, dicens: Ecce descendit Dominus in nube leuis in Aegyptum. per quem diuina gratia & doctrina cœlestis mūdo effundenda prænunciabatur. Et pulchra nubes leuis dicitur, siue quia ipse Saluator peccatum non fecit: siue quia uirgo Maria mater Domini, quæ non est uirili semine aggrauata, leuis nubes est dicta. Cum ergo dixisset Heliu de sanctis ac fidelibus, frumentum desiderat nubes. sequitur, & dicit: Ecce nubes spargunt lumen suum. Lumen utique Euangelij prædicationum coruscationibus emittentes, lucem fidei spargunt super corda credentium. Alij uero trāslatores, quod illa nubes de qua superius locuti sumus, hoc efficeret, ita dixerunt: Et ipsa per circuitum uertitur in gubernaculis, ad operanda omnia quæ mandauerat eis. Hæc sunt igitur quæ mandauit & præcepit cæteris nubibus suis dicens, Ite in uniuersum mundum, prædicate Euangelium omni creaturæ. quibus ait: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus. Ipsa utique nubes magnarum nubium contra omnes uentos aduersantium populorū, eas in gubernaculis suæ protectionis erexit, & direxit quod pergerent. In Actis enim apostolorum legimus, quæ amad-

modum aut in summis, aut diuersis revelationum admonitionibus a Deo instruebantur ac docebantur, quas regiones peteret, quibusq; locis uerbum Euangelij ministrarent, & quod omnino non pergerent, sed neque rorem aliquem pluuiæ Dominicæ demonstrarent. Proinde quasi uenro spiritu Dei, quo ut nubes agebantur, prohibita sunt ire Bithyniam, & de Iudæa Romam illis transire præceptum est. Et ita sicut ista editio cōtinet, orbem uniuersum lustrantes circumierunt, quocūq; eas uoluntas gubernantis duxit.

Ad omne quod præcepit eis super faciem orbis terrarum. Et ut Psalmista ait, In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum: ut per eos emittens uerbum suum, terræ uelociter curreret sermo eius.

Sive in unatribu, siue in terra sua, siue in quocumque loco misericordie suæ eas iusserit inueniri. Hoc est quod ipse Dominus ait in Euangelio: Eritis mihi testes in Hierusalem, & in Iudæa, & in Samaria, & usq; ad ultimum terræ. Vbi illud præcipue intuedum est quod ait, In quocumq; loco misericordie suæ eas iusserit inueniri. ubi per gratiam Christi, atq; pietatis suæ misericordiæ significauerit ad fidem uocandos.

Ausculata hæc Iob, & cōsidera miracula Dei. Admonet Heliu, ut sacramenta in Christo & Ecclēsia adimplenda, Iob aure cordis diligenter intendat, & in mentis suæ specula cōstitutus, ubi etiam uigilantia contuendi docetur stare, consideret miraculorum Dei futura mysteria, quæ per nubes rationales operaturus sit.

Nunquid scis quando præcepit Deus pluuijs, ut ostenderent lucem nubium eius? More Prophetarum præteritis futura commemorat. Præcepit igitur Deus pluuijs Euangelicis, ut nubium suarum lucem, id est doctorum, sancta opera profundissime fidei demonstrarent. & hæc ad illuminandos homines misericordia cœlestis operatur.

Nunquid nosti semitas nubium magnas, & perfectas scientias? Hic dum dicit perfectas scientias, de rationabilibus se loqui nubibus, euidenter ostendit, prædicantibus scilicet ueritatis uias, & subtilium sensuum semitas. Dic mihi, quæso, si cognoscere potuisti, quæ semitæ in nubibus, sicut magnæ & perfectæ scientiæ. Figurabat hæc dicendo apostolicas nubes, quarum una scientissimam ait ad Saluatorem: Tu es Christus filius Dei uiui. quæ quoniam suspensa a terra, & proxima erat caelo, respondit ei Dominus, & ait: Hoc non tibi reuelauit caro & sanguis, sed pater meus qui in caelis est. Alius uero apostolus, tanquam nubes plena aquis perfectæ scientiæ, a tonitruo Euangelij copiosum imbrem cœpit effundere, ita dicens: In principio erat uerbum, &c. quo ualidissimo tonitruo ubique resonante, omnem terram ad fidem religionis tremore concuteret. Et alios in Iudæa per iteratam natiuitatem

natiuitatem exortus, uelut parua nubecula ita creuit, & flante spiritu dilatatus est, ut pluuia mysteriorum a seculis secretorum perfectæ scientiæ, usq; in Illyricum spargeret, aliasq; totius mundi regiones largis effusionibus irrigaret. Et hinc est, ut aliqui eorum appellarentur filij tonitruui, alius uero diceretur filius suspendentis aquas.

Non ne uestimenta tua calida sunt, siue ut alij dixerint, Tua uero stola calida est, cum perflata fueris terra austro. Hoc quidem uerum est, quod meridiana uentus sit calidus, quo flante etiam uestimenta hominum, uel corpora quæ animarum uestimenta sunt, concalescunt. Sed quia nubes, homines sanctos ueritas prophetiæ nos intelligere compulit, uentum calidum a meridie spirantem, feruentem fidem, uel gratiam Spiritus sancti ardentem, & clarius illuminantem intelligamus, uel ipsum Dominum nostrum, de quo legimus: Deus ab austro ueniet, quo rationalem terram perflante, uirtutes animi, quæ sunt uestimenta interioris hominis, inardescunt. Et ideo uestimenta appellantur, quoniam ipsius qui eis utitur, pulchram animam faciunt, & decoram. Et ob hoc hortatur

Apostolus, dicens: Fratres induite uos sicut electi Dei, sancti & dilecti, uiscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, & cætera quæ sequuntur. Et hæc igitur ab Helio, sicut & alia, spiritu prophetie dicuntur, quæ sanctum Iob ignorare Helium quasi sapientior arbitrat.

Tu forsitan cum eo fabricatus es caelos, qui solidissimi quasi ære sustinent. Hæc ab Helio iuxta litteram in iniuriam Iob per ironiam dicuntur. Secundum tropicum intellectum, cœli sancti homines propter celestem conuersationem nuncupantur: qui etiam propter tubam Euangelij clara uoce ubique resonantem, cris metallo solidissimo comparantur. & idcirco in Christo robustissimi permanserunt, quia nullo aduersariorum impetu, fidei eorum firmitas frangi potuit, aut dubitatione quasiari.

Ostendit nobis quid dicamus illi, nos quippe inuoluimur tenebris. Insultantis uerbum est, & exprobrantis. Ostende nobis, cum illud uerum dicat, se ad comparisonem scientiæ Dei, suis ignorantia tenebris commorari.

Quis narrabit ei quæ loquor? Etiam si locutus fuerit homo, deuorabitur. Dixi quidem tibi, o Iob, ut ostenderes mihi, quid loqui Deo possim: sed hæc ipsa quæ de eo dico, quis ei ausus est loqui? Certe si locutus fuerit quisquam, quod ei omnino non expedit, pro hoc ipso peccato temeritatis & irreuerentiæ deuorabitur. Et ut hic Helio ait, ita in Psalmis legimus: Deuorati sunt iuxta petram iudices eorum. ubi intelligitur peccato diffidentia deuotos atq; abortptos iudices populi Israelis in eremo, quia non crediderunt in Deo, quod possent de petra aquarum flumine uirtute diuinæ promissionis educi, Alij uero de hoc loco ita dixerunt:

Nunquid liber aut scriba astitit mihi, ut stans hominem faciam tacere? Quod mihi ita dictum uidetur: Si iudex essem, inquit Helio, cui & liber legis, iuxta ius potestatis esset in manibus, scriba quoque dicenti assisteret, & auctoritas adminiculetur, ut stans possim dicere sententiam, facerem tacere hominem. Vbi sanctum Iob uerbosum uidetur notare, & incontinentem lingua, qui se non possit omnino silentio cohibere.

Ad nunc non lucem. Subito aer cogetur in nubes, & uentus transiens fugabit eas. Ita, inquit, infidelitate huiusmodi exæcati sunt, ut fiant quemadmodum aer, quando crasse sit in nubes, & ita iusti iudicij Dei, uelut uenti impetu auferentur, sicut impij quos proicit uentus a facie terræ. Subito aer cogetur in nubes: id est, splendor felicitatis tuæ uersus est in tenebras miseriarum. Prophetica cōsuetudine futurum præterito prolocutus est. Et subito uelut ex insperato tribulationum uento, a beatorum numero separatus es.

Ab Aquilone aurum ueniet, & ad Deum formidolosa laudatio. Hoc aurum sanctos intelligamus, qui secundum spiritualem sensum ab Aquilone diabolo, sanguine Domini redimuntur. Hoc igitur modo uenit ad Deum aurum sanctorū, cum tremore laudantium eum, ac sibi cum quadam formidine incredibile arbitratiū, quod poterint de hoste grauissimo liberari. Quotidianis quoq; examinationibus, uelut aurum tentationum itammis excoctum, de fornace mundi istius eruantur. Alij dixerunt, Ab Aquilone nubes aurei coloris. In his est magna gloria & honor omnipotentis: & non inuenimus alium simile uirtutis eius. Ita enim sanctos homines, qui sunt nubes Dei, tentant frigora Aquilonis, ut eos preciosos, & igne charitatis rutilos reddant. Et idcirco magna gloria Dei, & honor omnipotentis & uirtus est, qui tanta bona ex rebus contrarijs operetur.

Dignè eum inuenire non possumus. Magnus fortitudine, & iudicio, & iustitia, & enarrari non potest. Ideo timebunt eum uiri, & non audebunt contemplari omnes, qui sibi uidentur esse sapientes. Quoniam, inquit, sicut fortitudine magnus & potens est. Deus, ita iudicio & iustitia uerus est Deus, & enarrari non potest: idcirco sicuti est, a creatura sua, quæ ad eum imbecilla est & infirma, non potes inueniri: propter quod magni uiri atq; cordati nō præfument scrutari incomprehensibilem, neque contemplari inuisibilem conabuntur. Hoc rotum in sancti Iob exprobrationem dicitur, qui queritur se a Deo sine ullo iniquitatis merito flagellari.

CAPVT VII.

Respondens autem Dominus Iob de turbine, dixit. In sermone terribili & increpatione arguendus Iob de turbine responsum a Domino accepit. Hoc enim ipsum quod de turbine dicitur, ad terrorem pertinet obiurgationis, quo esset, ut dixi, increpandus a Domino.

Math. 13

Hierem. 23

Act. 14

Act. 10

Deut. 32

1. Cor. 3

Esai. 19

Marci 16

Math. 28

Act. 16

Psal. 8

Act. 1

Rom. 15

Marci 3

Abac. 3

Colos. 3

Math. 16

Ios. 1

Psal. 140

no. Dixerat enim Iob se iustum, & iniuste à Domino castigatum. De turbine ergo Dominus ait:

Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis? His uerbis Dei admonetur Heliu cum suis confusis atque permixtis disputationibus, contra Iob, ubi Dei uerba ita uidentur intelligi: Et tu si, o Iob, loquendo talia in me, delicia aliqua commisisti: iste quis est, qui te audeat redarguere, praesertim cum ad increpandum non sit huiusmodi, qui uelut melior obfurgare te debeat: Amoto igitur Heliu de medio cum imperitis eius sententijs, conuertit se Dominus ad sanctum Iob, & ait, ut ad increpationem eius audiendam se praepararet, dicens hoc modo:

Accinge sicut uir lumbos tuos, interrogabo te, & responde mihi. Omnis ergo qui cum Deo est locutus, lumbos prius castitate iubetur accingere. Legem accepturus, & pascha celebraturus in eremo, lumbos mentis iubetur accingere, ne fluitates sinus carnalium cogitationum, gressum sanctae conuersationis impediunt, uelut cum super lumbos nostros corporeos; ueitimenta praecingimus, hoc agimus, ne inuoluamur ad lapsum. Dicendo ergo,

Vbi eras, quando ponebam fundamenta terrae? Quasi hoc modo loquitur ei Deus: Tu igitur Iob, qui me circa unum homunculum iniuste arguis operari, ubi eras cum ego mundum, quem ex nihilo feceram, gubernarem? & cum omnem creaturam cum moderatione iustitiae regere, in te era iniustitiae aliquid acturus? Hic Deus in subsequentibus sermonibus huius locutionis sub animalium auium que nominibus magna & ualde obscura Ecclesiae sacramenta contexit. Deus ergo secundum mysticos intellectus in praedestinatione apostolos, & praecipuos sanctos Ecclesiae fundamenta constituit, sicut ait Apostolus: Superaedificati, inquit, super fundamentum apostolorum & prophetarum. Siue, ut alij dixerunt: Vbi eras cum fundarem terram? id est, cum Ecclesiam de terra humani generis congregatam, in unitate fidei stabilirem.

Quis posuit mensuras eius? si nosti, uel quis tetendit super eas lineam? Virtutem suam Deus & potentiam, mensuras que mundi in eius conditione describit, super quas lineam boni recti que operis sui tetenderit. Aliter, mensurae Ecclesiae sunt à solis ortu, usque ad occasum: cui Ecclesiae dicitur per Prophetam, in exortu eius: Dilata locum tabernaculi tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende. Ne parcas, longos fac funiculos tuos, & clauos tuos consolida. ad dexteram enim & sinistram penetrabis. Sanctum enim tuum gentes haereditabit, & ciuitates desertas inhabitabit. Super has igitur mensuras locorum omnium per uniuersum mundum lineam rectae fidei tetendit, ut esset omnibus in Christum credentibus labium unum. Haec ergo mysteria ante secula con-

Ephes. 2

Esaie 54

stituta, Iob quippe, qui necdum esset, scire non potuit. Siue mensuras Ecclesiae, diuersitates gratiarum recte intelligimus, quas apostolus diuisiones spiritus appellauit: qui ita cum de gratijs diceret, ait: Haec omnia operatur unus atque idem spiritus, diuidens singulis prout uult. item que: Vnicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi Domini. Super has igitur gratias tensio est contemplationis in Deum, uelut linea recte credentium: sicut dicitur in actis Apostolorum, Erat in illis cor unum, & anima una in Deum.

Super quo bases eius solidatae sunt. Vnde potuit creatura, quamuis rationalis & sapiens, opus creatoris antequam esset ipsa cognoscere: cum etiam nunc uix possit aliqua ex operibus eius oculo rationis attingere? Aliter, Super quo bases terrae, id est Ecclesiae solidè stabiluntur, nisi super Christum petram, qui est primum fundamentum eius? Bases autem Ecclesiae sunt sancti qui que, potentes & fortes, à quibus eadem sustinetur & regitur. Alij dixerunt, Super quo circuli eius fixi sunt: ut intelligamus pondus roboris mundi secundum illum sensum esse, quo Psalmista de Deo loquitur, dicens, Etenim firmauit orbem terrae, qui non commouebitur. Aliter, circuli rotunditas, figura est figuris ceteris pulchrior. Nam circulus est omni parte sibi est congruus & aequalis, totus que per semetipsum solidus ualeat & integer, oculorumque aciem super suum infinitum ambitum: quia sine ullo fine semper in semetipsum recurrit, inexplicabiliter dicit. Hic igitur significare mihi uidetur, hominem in nullo sibi aduerfantem, neque ex parte aliqua oppugnantem, qualis erit in futuro beato seculo, nihil in eo caro concupiscens aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: quauis huius pacis beatitudinem etiam in hoc seculo nonnulli sancti ex parte praesenserint, non quidem nullam in terrioris exteriorisque sui in seipsis sententiam discordiam, sed hostilium uitiorum exercituum resisten-

tibus fortiter superando uirtutibus, ut Helcana pater sancti Samuelis, uir unus dicitur esse. Sic itaque totus in se erit, sibi que conueniens, & seipsum in se conuertens, & immobiliter in illa gloria, ac sine fine consistens. Hi ergo circuli figurati per dilectionis Dei copulam, & ligno crucis affixi sunt: & unusquisque eorum dicit, Confido enim, quia neque mors, neque uita, & cetera quae factus Paulus enumerat, poterit nos separare à charitate Dei, quae est in Christo Iesu Domino nostro.

Aut quis dimisit lapidè angulare eius? Lapis hic angularis est Christus, qui à Deo patre positus est in fundamento terrae Dominicae. ipse est enim, non solum fundamentalis, sed & angularis, in quo duo populi, Iudeorum uidelicet & gentium continentur. de quo & Psalmista ait, Lapis quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli, et Apostolus ait: Ipso summo angulari lapide Iesu Christo, in quo omnis structura con-

paginata crescit in templum sanctum in Domino.

1. Cor. 12

Ephes. 4

Act. 4

Psal. 99

1. Reg. 1

Rom. 8

Psal. 117

Ephes. 2

Cum

Cum me laudarent, inquit, astra matutina, & inuolarent omnes filij Dei. Astra & filij Dei, angeli intelliguntur, qui in natiuitate Saluatoris exultauerunt, sicut ait angelus ad pastores: Ecce Euangelizo uobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est uobis hodie saluator, qui est Christus Dominus, in ciuitate Dauid. itemque Euangelista: Et subito facta est cum angelo multitudo coelestis exercitus laudantium Deum, & dicentium: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonae uoluntatis. Quod autem angeli astra matutina dicuntur, idcirco est, quia inter creaturas rationales primi facti sunt in die qui est Christus: & filij Dei sunt, non tenebrarum. Tunc uoce magna, sicut supra dictum est, laudauerunt me omnes angeli mei: quemadmodum & in illius ouiculae humani generis salute, laudantes Deum gauisi sunt. Itemque astra matutina, omnes filios Ecclesiae non absurde sentimus, qui per baptismum renascuntur in Christo, sicut ait Apostolus ad Ecclesiam scribens: Omnes enim uos estis filij per fidem in Christo Iesu. Hi ergo propter uigiliam matutinam in qua Dominus resurrexit, astra matutina dicuntur, uel pro incipiente in eis gratiae nouae lumine, unde & neophyti nuncupantur.

Quis conclusit ostijs mare, quando erumpebat quasi de uulua procedens? Cum in conditione mundi aquae omnem terram operiret, & tenebrae essent super faciem abyssi, tunc secundum fidem libri Geneseos praecipit Deus die tertio, ut omnes aquae in locum congregarerentur, & appareret arida, quibus etiam terminum finemque imposuit, ne se foras limites suos ad operiendam terram rursus effunderent. Vuluam de qua mare procedebat, carachristicos ipsam terram subiacentem possumus intelligere, ut de ea & in ea aquam creatam à Deo esse credamus, duas enim partes mundi magnas, caelum & terram, Deus ex nihilo fecit, & de una earum uelut de materia informi ceteras creaturas distinctas siue formatas instituit, inter quarum creatorem & aquas credimus factas, quarum quidem conditionem in principio Genesim scriptam non legimus, aliarum uero penè omnium facturam in libris Dominicis recensemus: licet & de ipso mari sanctus Dauid dixerit, cum de beato uiro loqueretur, Spes eius in Domino Deo ipsius, qui fecit caelum & terram, mare, & omnia quae in eis sunt. Hunc ergo maris processum, effusionem aquarum dicere mihi uidetur, qui de occultis uenarum terrae sinibus emanabat, & operiebat omnem faciem terrae, quod in diluuium manifestius factum legimus, ubi dicitur, Et omnes fontes abyssi magna aperti sunt. Proinde uulua maris, terrae sinum aestimo, ut mare de eadem progenitum nouerimus. Sed dicit aliquis, Ego aquarum moles caelo & terra dico esse congenitas, & simul creatas, denique de aquis, quemadmodum et de terra fecit Deus, siue produxit ceteras creaturas. Si ergo hoc exemplum opinionem istam confirmat, ut ideo & aquae ex nihilo creatae dicantur, quia & de ipsis alia, & alia in ipsis iubente Deo quamplurima animantia processerunt: de caelo hoc quid dicimus, quod est

Luc. 2

Gal. 3

Cap. 1

40

Psal. 145

Gen. 7

pars mundi praestantior: de quo non legimus, quod ex eo quasi de informi materia aliquid procreatum sit, in quo etiam, quod ad maiorem decoris eius pulchritudinem pertineret, quarto die solem et lunam stellasque, ac diuersos astrarum micantium globos Deus fecit, ordinauit, atque composuit. Ergo iuxta hanc assertionem meliora erunt maris & terrae elementa, quam caelum, cuius ornatum pulcherrimum admirantes suspicimus, quoniam praecellit uel maxime ceteris creaturis.

Cum ponere nubem in uestimentum eius, et caligine illud quasi pannis infantiae obuoluerit. Cum ergo, ait, magnus sit mare latitudine, longitudine & profundo, per fortitudinem tamè potentiae meae illud uelut ueluum elementum nube tanquam uestimento uidelet, & uilibus rebus operui, quae utique assimilantur pannis infantiae. Et quia mare superius dixerat quasi de uulua procedere, seruas translationem nominis, ipsum mare uelut paruulum procreatum, tanquam pannis infantiae ait caligine obuolutum. Siue, ut alij dixerunt, Et nebula obuoluit illud.

Circumdedi illud terminis meis, & posui uectem & ostia: & dixi, Usque huc uenies, et non procedes amplius, & hic refringes tuentes fluctus tuos. Termini isti, diuini sermones sunt, qui sententia immobili uelut termini defixi intelliguntur. hoc ipsum est & illud quod sequitur Deo dicente, Posui uectem, & ostia. Aliter, Quis conclusit ostijs mare: seculum hoc scripturae diuinae frequenter mare appellant, ut etiam sanctus Dauid ait: Hoc mare magnum & spaciosum. Itemque: Qui descendit mare in nauibus. Et Abacuc, Misisti in mare equos tuos. & Esaías, Occidit cetum, qui in mari est. Proinde hoc mare praecipis diuinis uelut quibusdam limitibus sacrorum eloquiorum concluditur, ut de utero cordis sui, ubi cogitationibus uelut ex semine curas illecebras mundialis uoluptatis delectatione concipiebat, iam non in opus quasi pariendo erumperet, sed effunderet in diuersa facinora perpetranda. Et ideo cum uidisset propheta mundum credentem Deo hoc bonum in se continentiae possidere, gratulans ait ad Dominum: Tu confirmasti in uirtute tua mare. Mundum dico fidelè sanctae Ecclesiae populum, qui mare specialiter dicitur, & habitat in hoc mundo. Et iste est ille mundus fidelium, de quo Dominus ait, Sic enim Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret pro eo. Est & mundus incredulorum, de quo similiter ipse Dominus ait ad discipulos suos: Si mundus uos odit, scitote, quia me priorè odio habuit. Si de mundo essetis, mundus quod suum esset diligeret: quia uero de hoc mundo non estis, sed ego elegi uos de mundo, propterea odit uos mundus. Sic itaque duos mundos populorum in hoc corporali & animali mundo dicimus habitare: qui duo maria secundum exemplum superius positum dici possunt, ab hoc scilicet mari aquarum metaphorice nomen accipientes, quia & domus dicitur bona siue mala, et ciuitas optima siue etiam pessima, sed habitatoribus. Mare uero tropicos dicitur populi fluctuantes, qui in hac uita in quieto motu, in-

Mundus fidelis.

Ioan. 3.

Mundus incredulus.

Ioan. 15.

MM toq

toq; factantur: Cum ponerē nubē uestimētum eius, & caligine illud uelut pannis infantia ob- uoluerem. Nubem omnia operientem, spiritum sanctum creaturis omnibus infusum pariter & *Gen. 1.* superfluum accipiamus, de quo ait: Spiritus autem Domini superferebatur super aquas. Caligo autē, quicquid est inane, trans mundū, quod iam nihil est, id est, rerum defectus intelligi potest moraliter. Hic autem iuxta auctoritatē scripturæ, nubes est unusquisq; ueritatis annunciator. horū igitur uerbis consolatorijs atq; doctrina rorante desuper, ait Dominus, mundū fidelium ab aestu tentationū protegi, eiq; umbram refrigerij super promissione aeternæ beatitudinis preberit: hoc est in quā uestimētū, quod per sanctos meos ministros Euāgelij mei super mare populorum expādi, ne infidelitatis uidelicet caumate torrerentur. Quod etiam mare populorum intra prædicationē perfectam Euāgelij positum, ppter morū & intellectus infantiam, quibusdā uelut pannis, id est antiquis, grauibus acuetustis sensibus operitur, eo quod secretiora mysteria non ualeant intueri, quæ sunt eis intelligenti inuoluta caligine. Circumdedi illud terminis meis, & posui uectē & ostia: & dixi, Vtq; huc uenies, & non procedes amplius: & hic con- fringes tumentes fluctus tuos. Terminis, inquit Deus, mandatorū meorum, prædictū mare intra unius fidei confessionē congregaui atq; conclu- si, & ad cohibendū se, fortissimū illi uectem cha- ritalis opposui: ostia quoq; infidelitatis obstru- xi, ut quantalibet tempestatū ac persecutionum uolentia defixos obedientiæ limites trāscende- re compellatur, nunquā charitatis meæ circum- septa transiliat. Cuiq; dixi, Vtque huc uenies, & non procedes amplius, & hic cōfringes tumen- tes fluctus tuos: id est, si qui fortē cogitationum malarū fluctus te intra pelagus tui cordis exagi- tant, æstusq; ualidus pressurarū te funditus cō- mouete percutat, de statu quoq; tuo in aridam siccitatē uelut in arenas steriles impellit, hæc mu- nimēta fidei & charitatis meæ caue ne transeas: & ita fiet ut fluctus minarum impetu tempesta- tis allisi, in petra fidei ualidissima dissoluantur.

Nunquid post ortum tuum, id est, postquam natus es, præ- cepisti diluculo, et ostendisti aurore locum suū? Hoc Deus ait ad Iob, quod conditarum à se creaturarū sua- rum ordinē per giros suos reuertentē, ad ordina- ta loca redire quotidie ipse disponat: & idcirco Iob arguitur, qui Deum factorē & gubernatorē rerum omnium diceret circa se nullo moderamine æquitatis operatū. & quasi ita dicēs, ait ei: Tu qui ualde sapientē te arbitraris, quasi coæqualis lucem mecum fueris fabricatus, & de meis iudicijs disputare te posse credis, ut sic elementa astrorū præceptum impleatur creatoris: te forsità dispo- nente, ministerij sui peragunt cursum, cū ista per me prius quam turin Adā per me existeres, sint creata. Aliter, hoc diluculo Saluator noster est, qui & sol iustitiæ appellatur. ipso calore fidei, & splendore gratiæ suæ Ecclesiam, mundū scilicet rationalē, proprius moderator illuminat. Igitur

nunquid tu Iob præcepisti huic diluculo, ut de coelo respicendēs huic mundo oriretur ijs qui se- debāt in tenebris, & in umbra mortis: Quemad- modum ergo tu Iob post initū tuum præcipere nō potuisti aeterno ut mundo in errorū tenebris constituto esset diluculū, ita nec post occasum mortis eius in resurrectionis aurora locum glo- riæ eius in dextera patris sui ostendere potuisti: quem post mortē quam spōtē susceperat, ad me iterū reuocauisti. sicut & ipse Dominus Iesus Chri- stus ait in Euangelio: Si ergo uideritis filium ho-

minis ascendentē ubi erat prius. *Ioh. 1.*
Et tenuisti concutiens extrema terræ, & excussisti impios *Ex. 17.* ex ea. Potest hæc terra Ecclesia intelligi, de cuius fundamētis Dominus superius dixit: de quā in extremis terræ, id est, in nouissimo seculo ex- cutiēdi sunt peccatores, ut ipse Dominus loquitur per Prophetā: Ecce ego mandabo, & concu- tiam in omnibus gentibus domū Israel, sicut cō- cutitur in cribro. Deus ergo qui secundum Pro- phetā mensus est aquas pugillo, & cœlū palmo ponderauit, & tribus digitis terrā appendit, ipse præ magnitudine uirtutis suæ utraque manu tenens margines terræ, quasi cribrum huc atq; il- luc concutit siue excutit tanquā uestimētū, ut impios uelut paleas & lolū excutiat à frumento iustorum. Proinde hæc omnia operantis non so- lum fortitudo, uerū & iustitia demonstratur. Secundū moralē uerō sensum, de angustijs intel- ligentiæ loci huius, ut æstimo, facilior exitus est, ut terrā interpretemur naturā humanā, quia ab humo homo dictus est: & extrema eius sint san- ctorum uita, qui in carne positi, sine carnis illece- bris uiuunt, & ideo in extremis terræ esse dicuntur, de terrenis actibus exeuntes, non in medio tanquam in tota carne uiuentes. Hæc igitur ex- trema siue fines terræ in manu Domini sunt, si- cut ait Prophetā: Quoniam in manu eius sunt om- nes fines terræ. Quos hic ait Dominus se tenere atq; cōcutere, ut tremant à facie eius, sicut de eo Prophetā ait: Qui respicit in terram, & facit eam tremere. Et ita de terra eorum excutit impios, quos utiq; execrādos mores intelligimus uitio- rum. Excutit ergo Dominus à sanctis suis hu- iusmodi impios, quando eos ab illis purificatos reddit, eosq; constituit innocentes. De talibus impijs & peccatoribus Prophetā dicebat: In ma- tutino, id est, in cognitione scientiæ Dei, fidei in me luce nascente, interficiebam omnes fines ter- ræ, ut disperdā de ciuitate Domini, de qualibet utiq; anima sancta, omnes operantes iniquita- tem. Siue in nouissimo seculorum tenebit Deus mundum quasi reum ad iudiciū suum, quo tem- pore extrema etiam terrarū conscientia tremore quatentur. ubi minimos quosq; in extremis terræ nominatos intelligere possumus, qui & ip- si iusto iudicio Dei ut superbi & impij de terra mansuetorum excutiendi sunt. Beati autem mi- tes, quoniam ipsi possidebunt terram.

Restituetur ut lutum signaculum, & stabit sicut uestimen- tum. Signaculum istud, anima hominis intelli- gitur, quæ ad imaginem & similitudinem Dei fa- cta est.

cta est. Expressa est quippe in ea similitudo ho- nitatis Dei, omniumq; uirtutum Deus. Hoc igitur signaculū, ait, imaginis Dei & similitudinis, quod per Adæ peccatum attritum fuerat & ob- literatum, rursus per Christum iterata impressio ne restituetur. quod signaculum nunc quidem per fidem & baptismum gratia renouatur, & ui- ta meliore menti insculpitur: sed in resurrectio- ne in totum omnimodis restaurabitur, quando sicut ipsum humani corporis lutū reparabitur, ita & anima cum eo pariter uestimento immor- talitatis, uelut stola gloriæ uestietur: ut quemad- modum ipsa gloria in corruptione immortalita- tis, id est, Christus, manet in aeternū, ita & is qui ea indutus fuerit, gloriosus sine fine permaneat. de quo uestimento respiciens ad lutum carnis siue Apostolus ait: Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Hoc tamen diligentius est in- tuendum, quod in scripturis diuerso intellectu uestimenta dicuntur. Vestimentū ergo aliquan- do dicitur ipsum corpus nostrū, quo anima uelut quodam amictu circumdatur, sicut Prophetā ait ad animam peccatricem: Operiet iniquitas tua uestimentum tuum. Itemq; uestimenta ani- mæ sunt uirtutes, quibus eadem anima compo- nitur & ornatur: de quibus Prophetā ait ad iu- stem, & misericordias operantem, Tunc erum- per matutinum lumen tuum, & uestimenta tua cito orientur. Et quoniam hæc uestimenta uiua sunt & rationalia, non deficient tibi, sed orien- tur in te, Prophetā pollicitus est. Et peccata ali- quando uestimenta nuncupantur, ut Zacharias prophetā ait: Et Iesus erat indutus uestibus for- didis: & dixit angelus ad eos qui stabant coram se, dicens, Auferite uestimenta sordida ab eo, & dixit ad eum: Ecce abstuli iniquitatem tuam, & supra diximus, uestimentū esse gloriæ immor- talitatis, cuius luce quæ nunquam deficiet, ho- mo est aeternaliter uestiendus. Alij interpretes ita dixerunt: Et tu sumens lutum figurasti homi- nem, & famosum eum posuisti super terram: id est, creaturis omnibus præminentē. Secundū mysticos intellectus, obumbrante spiritu sancto figuratus est homo Iesus Christus de terra Ma- riæ uirginis. hoc igitur modo de luto carnis hu- manæ assumptus est. uerum tamen lutum hoc lo- co non propter uilitatem nominis dictum no- uerimus, sed propter ipsam materiā de qua sum- ptus est Christus, ueluti Adam in principio, qui de limo terræ plasmatus est. Et sicut ille per unū exitit de sinu terræ, ita & per unum createm se formatus est in utero matris, & ita famosus posi- tus est super omnem terram, unde iam à solis or- tu usq; ad occasum laudatur nomen Domini.

Auferetur ab impijs lux sua, & brachium excelsum con- teretur. Lux impiorum est huius mundi gloria & felicitas, quæ mundo prætereunte trāsbibit, sicut & Salomon ait: Lumen impiorū extinguetur, & eorum uirtus ac potentia, quæ brachij nomi- ne dicta est, illico conteretur.

Nunquid ingressus es profunda maris, & in nouissimis a-

byssi deambulasti? Prouidentiam suam Deus, qua cum cetera dispensat & regit, in his locis multimo- do copiosoq; sermone significat. unde ait ad Iob: Si potes ubiq; esse, & nosse omnia quæ crea- ta sunt, & si abditos terrarū sinus penetrare po- tuisti, si etiā profunda maris, & nouissima eius, atq; extrema abyssi perscrutatus es: Ad increpa- tionem ergo Iob ista dicuntur, ubi alij dixerūt: Nunquid ingressus es fontem maris? id est, ini- tium atq; originē, unde quod ipsum mare quasi de matrice emanet, dicere uidetur, quod oceani perenni cursu fieri nouimus. feceruntq; hoc at- que confirmant, quod illa immensa effusio ma- ris Oceani per omnium regionum ac patriarum fluuios itura uno puncto temporis fiat, quā nos tamen scimus omnium dierum ac noctium alter- nante successu per horas uiginti quatuor bis uenire, atq; unius horæ æquinoctialis dodran- te transmissio, tardius sine intermissione siue die uenire seu nocte: per quinque uerò æquinoctia les horas refluat æstu uolentē impetu, siue ar- dor perditis tantū, siue etiam retulis magnorū quoq; fluminum cursibus ad superiora conscen- dere, ac per septem eiusdem mensuræ horas re- cursu paulo lentiore defluere, & ea tantum quæ quinque horis fuerant suppleta uacuare. Proinde credibile uideri potest, quod in eodem mari ue- lut fons quidam tantarum aquarum ebulliat, de cuius profunditate & subiacente abyssio definitio sibi tempore aquæ immensæ in illam superfi- ciem profundantur, & rursus recurrētes in eos- dē profundissimos sinus decidant, præcipientesq; descendant, & à Deo sibi constituta lege perpe- tua ab imis semper ebulliant, atq; iterum in ima- decurrant. & inde forsitan dixerit Deus ad san- ctum Iob, Nunquid ingressus es fontem maris? quoniam Deo soli nota sunt quæ creaturæ. Porro secundum mysticos intellectus hoc dixisse Do- minum puto, quod circa finem seculi pro redem- ptione hominis esset ad in-feros descensus, ubi pro potestate descendentis deambulasse se di- xit: quia impossibile erat, ut quasi reus peccati infernalibus uinculis teneretur. Ipse enim solus factus est sicut homo, ad præsens quidē sine ad- iutorio, sed tamē inter mortuos liber. Quod au- tem infernus in imo terrarum sit, Iobis propheta, qui specialiter figuram habuit Saluatoris, in oratione sua, quā in uentre piscis fudit ad Deum, manifeste demonstrat, quoque infirmum abyssi aquæ circumluant, & multis alijs locis scripturæ de qualitate inferorum loquuntur. Possumus & moraliter hunc locum sentire, ut quia mare per figuram hoc seculū dici nouimus, profunda eius iniqui sint & peccatores: qui quantum illud diligunt, tantum in eius obscurissimam profun- ditatem demerguntur, ut omnino non uideant lumen Euāgelij gloriæ Christi: nouissima uerò abyssi sint omnes impij & sacrilegi, qui in pro- fundiores peccatorum tenebras descendentes, lasciuarum nimio fluxu uelut aquarum multitu- dine deprimunt: & ad hos Dominus noster ne- minem despiciens, omnesq; saluare cupiens, ue- nire di-

Aestus marini ratio.

Infernus in imo terrarum. Iob 2.

nire dignatus est, ut corda eorum infidelitate cecata, per gratiam suam fide illuminaret: & effecti lux in Domino, fierent templū eius, ut inambularet & inhabitaret in eis, & esset eorū Deus.

Nunquid aperta sunt tibi portae mortis, & ostia tenebrofa uidiſti? Nulla creatura est, quamuis prepotens & fortis, quae Dei maiestati possit obſistere. & ideo quia per naturam sentiunt creatorem, credunt diuinā potentia, quia ei omnino nequeunt contrāire. unde & antiqui interpretes ita dixerunt: Nunquid aperta sunt tibi metu portae mortis? Vbi intelligit, quia huiusmodi portae quae utiq; metuum, non sunt insensibiles & inanimales: sed sunt illi potius spiritus immundi, inimici nostri, aduersariae uidelicet potestates, per quas referatus est generi humano amplissimus perditio introitus. Ipse sunt & ostia tenebrofa, quorum animos maleuolos, & obscuritate inuidiae plenos Deus solus perspicit. Igitur quoniam de quibus loquimur, tenebrae facti sunt recedendo a Deo uero lumine, & potestates tenebrarum sunt appellati, id est principes hominum peccatorum: idcirco etiam ostia tenebrofa dicuntur, quia deceptione eorū factus est hominibus per iniquitatum tenebras ingressus ad mortem. Vbi ergo dictum est, Et ostia tenebrofa uidiſti, quod etiam nos iam exposuimus: alij interpretes locum ipsum manifestius transfulerunt, ita dicentes: Aut ianitores inferi uidentes te timuerunt? qui locus expositione non indiget, quin potius quod obscurē superius dictū est, apertissime declarauit. Certē in passione & morte Domini haec quae dicuntur luce sunt clariora, qui claustra inferorum aperuit, sanctorum inde animas liberauit, leges tartari exiens ab inferis soluit, sententiam mortis resurgens irritam fecit, principatus & potestates tremantes, qui erant ianitores mortis, & ostia, traduxit fiducialiter, siue palam triumphans eos in semetipso. Secundum ythicin uero intelligentia, portae mortis, sensus sunt nostri, quae portae tunc uirtutibus clausae sunt, quando a uitijs obtrinentur, & per eas mors peccati ad arcem mentis ingreditur. Quae & ostia tenebrofa ideo appellantur, quia ad tenebras siue peccatorum siue etiam poenarū aditum sui pandunt. Itae itaq; portae, siue haec ostia alio modo aperiunt in hominibus ad salutem, cum euiſtis uitijs tanquam hostibus, siue expugnatis atq; in fugam uersis, sanctitatis eas uirtutibus homines aperuerunt, ut audiant cum exhortatione sermonē Prophetae, dicentis: Aperite mihi portas iustitiae, & ingressus eas confitebor Domino. Sanctus enim homo ad possidendam sanctitatis patrimonium, & uirtutum monilia conseruantem, affectu congaudentis ingreditur: quoniam ex participatione thesauri communis fit illis cor unum, & anima una in Deum: & ita in hoc mundo uelut in fornace examinationum pariter positi, quasi ex uno ore benedicant Dominum in omni tempore, & semper laus eius in ore ipsorum est.

Nunquid considerasti latitudinem terrae? Quis hominum hanc latitudinem subdere oculis suis potest,

nisi ille qui condidit? Item aliter: Nunquid considerasti latitudinem terrae? Ecclesia uidelicet, quam per totum mundum crescente ubique Euangelio dilatabo.

Indica ergo mihi, si hoc sapere, siue aliquando intelligere potuisti latitudinem sapientiae meae, quam terrae domus mea, id est, Ecclesiae tribui. Nunquid ut futura prauidēs, oculo mentis accenso, per temetipsum inspicere potuisti: quae sapientia dilatauit cor Salomōis, sicut arenā quae est in litore maris, cuiq; dedit prudentiam multā nimis, & quae in exitu canitur, & in latitudine platearū suarū fiducialiter agit: cuius multiplices sensus ex latitudine disputationū ditissimos iubet eadem sapientia in corde hominis describi tripliciter. Haec ergo uerba possunt ex persona patris super sapientia, quae est filius eius, disserta intelligi.

In qua uia habiet lux, & tenebrarum quis locus sit, ut ducas unum quodq; ad terminos suos, & intelligas semitas eius. In uia sanctae conuersationis hominis, lux uirtutum habitat, tenebrarū uero, id est uitiorum locus est homo peccator, uel ille locus de quo dicitur: Ite maledicti in ignem aeternum, qui parati est diabolo, & angelis eius. Nosti ergo Iob uniuscuiusq; cernere meritum, ut secundum iustitiam unumquemq; horum ad terminos praefinitos retributionis ad dexteram sinistram uerducas: & cogitationes cordium ipsorum tanquam semitas domorum suarum intelligere potuisti? Itemq; in qua uia, siue terra, ut alij dixerunt, habitat lux: Lux fidei et cognitionis Dei habitat in corde credentis, siue lux in terra, Christus in Ecclesia. Tenebrarum autem, id est ignorantiae & infidelitatis locus est cor insipientium & incredulorum, et ideo per quaslibet semitas tentant boni seu mali, secundum meritū ad domum aeternae habitationis iusto & bono Domino ducente peruenient.

Sciebas tunc quod nasciturus esses, & numerū dierum tuorum noueras? Quis hominum nouit antequam sit, quia futurus est, aetatisq; suae annos uel cognoscat: itemq; in Adam peccator & filius mortis effectus, quando scire uel sapere potuisti, quod per spiritum et gratiam baptismi nasciturus eras de uisceribus matris Ecclesiae, & in aeternum seculum nouissima resurrectione praeparandus: & numerum dierum tuorum, qui sine fine sunt, unde ipse per te ipsum cognoscere potuisti?

Nunquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspeexisti? quae praeparauit in tempore hostis, in diem pugnae & belli? Hi thesauri nominati non in aliquo immenso & capaci loco, qui moles & cogeries infinitarum nimium intra se habeat conditas, de quo olim haec coaceruatae species cum Deus uoluerit proferantur, sed in eius uoluntate & dispositione sunt constituti, sicut in alio loco ait: Et species agri meū est. apud quē nihil est imperfectum, quia non est aliud cogitare illius, aliud facere, sed protinus fit quod uoluerit. In hanc ergo secretā Domini dispositionē, ubi essent isti thesauri harum rerum, cum adhuc corporaliter in se non existerent, interrogatur Iob si intrare potuerit. Nemo

mo enim secretum illud diuinā maiestatis potest adire siue cognoscere, nisi filius qui est in sinu patris, uniusq; naturae atq; substantiae. Haec ergo praeparata dicuntur a Deo, in tempore hostis & belli. Multis igitur modis ac diuersis alijs inenarrabilibus iudicijs suis Deus flagellat & corripit genus humanū, sicut etiam Aegyptios, quos fulminibus & grandine deuastauit, & generaliter alijs rebus frequentat hominum castigationem, hostili humiliat in cursu, terrarum motu uastat, hiatūque deuorat atque consumit, turbinibus perdit, ruinis opprimit, naufragijs quae demergit: alijs quoque plagis innumeris uerberat siue lentis infirmitatibus, siue acutis languoribus, atq; aere corrupto, ut in Deuteronomio

legimus. hoc enim hostibus suis repugnātib. et rebellantibus praeparat, ut eis secundū iustitiā suam infligat debitas poenas tribulationum. itemq; aliter, niuem nunc in bonam nunc in contrariam accipimus partem: & idcirco sub niuis & grandinis nomine praefiguratum hoc loco puto aduersariarum potestatum collegium, quod longē a charitatis Dei calore discesserit, id est, Deum habitantem in caelo reliquerit, ut iusto iudicio Dei projiceretur in terram. Huius autem niuis & grandinis, quae in quādam duritiam naturae suae oblita transierit, quasi quaedam secreta, cogitationū scilicet machinamenta, thesauros Deus uoluit nominare, sicut & propheta Ezechiel de eorum principe ait: In multitudine negociationis tuae impleta sunt interiora tua iniquitate. Huiusmodi igitur thesauros Dominus cogitationum omnium solus cognitor perſcrutatus est. Hos inquam, qui per aenigma niuis et grandinis nominati sunt, ait Deus se praeparasse in tempore hostis, diemque pugnae & belli: & quoniam impenitenti corde nunquam ad Deum conuertendi essent, dispensatione diuina effecti sunt ministri poenarum, ut alios Dei iudicio ad emendationem flagris correptionum castigent, alios uero secundum iustam sententiam Dei puniat, alios duris tribulationibus affectos, sublimiores contrario, licet proposito, clarioreque constituant, sicut & in isto sancto Iob manifeste apparuit. Per hos autem & Aegyptij flagellati atque conſtricti sunt, quibus contra Dei uoluntatem pugnantibus ac reluctātib; plagae horrendae immiſse sunt per angelos malos. Itemque, Nunquid ingressus es thesauros niuis, & caetera. potuit Dominus & de aduentu suo in carne hoc loco dixisse, quo ut ignis aeternus, & ignis caeli, ignisq; diuinus, per quem omnes naturae rationales concalescunt, dignatus est ad terrena descendere, qui uelut ad nimiam regionem mundi huius, & turbidam, atque instar grandinis nimio infidelitatis rigore duratam exclamauit, & dixit: Ignem ueni mittere in terram. Proinde & in huiusmodi humanorum cordium thesauros, obliuione uidelicet Dei sui frigidissimos, ingressum se profiteretur, ut expulso perfidiae frigore, dilectionis eius amore flagraret, & dicerent: Concaluit cor meū intra me: & in meditatione mea

exardescit ignis. Itemque ad intelligentiae ignem profectu fidei de stultitia frigore uenientes dicerent: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, cum illuminato corde atque accenso charitatis fomite aperiret nobis scripturas Iesus? Sic itaque ingressus mundum, ac uisitans eum, aspexit corda mortalium, quae etiam & thesauri ab ipso Domino in Euangelio nuncupantur, ita dicente: Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona. Haec igitur Deus facere praeparauit, quae Dominus in tempore hostis, in die pugnae & belli, in tempore utique, quo nobis moriens hostem grauem ac molestissimum inimicum diabolum in inferis triumphauit, & resurgens a mortuis, Iudaeos fidei suae aduersarios expugnauit.

Per quam uiam spargitur lux, diuiditur aestus super terram. Quis poterit proprie scire mortalium quae sit uia solis, quam ordinato cursu agit in dextro climate caeli, spargentis lucem super terras, aut quemadmodum aestus per uices temporum siue per loca regionum omnium diuidatur, ut alibi plus eodem tempore ferueat, quo alibi temperato calore sentitur? Item per quam uiam spargitur lux, diuiditur aestus super terram? Via est & Euangelij praedicatione, per quam lux fidei spargitur super corda credentium. Et pulchre spargi dicitur, quia infidelitate mentes hominum arida, ubertate diuinā gratiae cum quadā dispensatione rorantur, & ita diuiditur aestus feruentis sancti spiritus super terram fidelium. Sic inquam diuiditur, cum unicuique datur gratia secundum mensuram donationis Domini Christi. Siue & hoc modo diuiditur, cum alijs annuntiationi Christi odor uitae in uitam sit, alijs uero odor mortis in mortem. Sic ergo diuiditur ipsum bonum Euangelij, ut uitam alijs largiatur, alijs mortem crimine infidelitatis operetur. Itemq; uia sanctae conuersationis hominis, luxque timoris Dei spargitur super omnem eius corporis terram, ut fugiant ab eo tenebrae peccatorum, & aestus ei tentationum opitulante Dei gratia temperentur, ne exorto super se ardore solis exstuet. Sic itaque aestus diuiditur, cum ei non totum simul tribulationum pondus imponitur, sicut ait Apostolus: Fidelis, qui non patietur uos tentari supra quam potestis: sed faciet cum tentatione etiam prouentum, ut possitis tolerare. Itemque sicut ait Salomon, Effugit aestum filius sapiens: uento autem corrumpitur in messe filius iniquus. Diuidetur filius sapiens, id est separabitur ab aestu ignis aeterni, qui quid in futuro iudicij tempore indulgentia dignum sit uideret, quando in messe, id est in fine seculi uento uelut impetu sententiae Dei iniquus filius corrumpendus est.

Quis dedit uehementissimo imbi cursum, & uiam sonantis tonitru, ut plueret super terram absque homine in deserto, ubi nullus mortalium commoratur? Hic uehementissimus imber, Saluatoris est euangelium, qui emisit eloquium suum terrae, ut uelociter curreret sermo eius. Hic inquam imber in montibus Hierusalem

Esaie 2. Ierusalem de imo terrae in sublime surrexit: quoniam de Sion exiet lex, ut ait propheta, & uerbum Domini de Hierusalem. Et eleuantibus eum sanctis & apostolicis nubibus, in omnem terram sermo Domini uelut aqua effluens, copiose cucurrit. Aura quoque sibi flante spiritus sancti, in uarijs signis atque uirtutibus uiam sibi fidei fecit in nationibus, terrore nominis Dei, atque miraculorum tonitruo praecedente. Alij dixerunt: Quis praeparauit pluuiam ualide flumen? Saluator utique noster praeparauit flumen omnium populorum, flumen in qua Ecclesia praeparauit, ut pluuia copiosa & ualida spiritus sancti inundaetur: sicut in ipso principio nascentis Ecclesiae super apostolos sanctosque ceteros demonstratum est. Quod autem in laude imbris Euangelij dicitur, quod plueret super terram inhabitabilem, & quae hominem non haberet, non erit mirabile, si ut sonat tantum intelligatur, sed in deserto, id est in nationibus doctrina copiosa. Dominicae praedicationis effudit. In deserto inquam, ubi nullus hominum fuerat commoratus, id est quoniam nullus prophetarum a Deo ad gentes fuerat missus.

Vt impleret inuiam & desolatam, & produceret herbas uirentes.] Euangelij imber terrae Ecclesiae, quae fuerat desolata a Deo, et inuia, charitatis Dei adipe repleuit, atque pinguedinae, ut ex ubertate donorum caelestium produceret ac proferret herbas uirentes sicut in psalmo, Et florebut de ciuitate sicut foenum terrae. & multiplicatis fructibus, faceret secundum parabolam Domini, aliud tricimum, aliud sexagesimum, aliud centesimum fructum: & audiret prophetam cum exhortatione se consolantem: Latere sterilis, quae non parit: erumpe & exclama, quae non parturit: quia multi filij desertae magis quam eius quae habet uirum.

Psal. 71. *Matth. 13.* *Esaie 54.*

Quis est pluuiae pater? uel quis genuit stillas roris?] Quis est huius pluuiae & huius imbris Domini auctor & conditor, nisi Dominus? quam pluuiam uoluntariam segregauit hereditati suae, sicut dicitur ait pater ad filium: Pete a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terrae. Ipse etiam Deus genuit stillas roris. hinc et propheta ait ad Dominum: Ros enim qui a te est, semita est illis. Proinde in pluuia affluentissimam largitatem diuinae gratiae demonstrauit: in rore autem eandem gratiam sensim insidentem uisceribus, & medullas animae penetrantem. Alij dixerunt, Vel quis genuit glebas roris? Has igitur glebas unumquemque sanctorum non absurdum erit intellexisse, quae sunt in agro Ecclesiae, quibusque dicit Apostolus: Dei agri cultura estis. Illic ergo istae glebae per baptismum in Christo sunt genitae, sicut ait Apostolus: Creati in Christo Iesu in operibus bonis, unde hoc rore caelesti infusa, pingues in sanctis fructibus, & uberes extiterunt.

Psal. 67. *Psal. 2.* *2. Cor. 3.* *Ephes. 2.*

De cuius utero egressa est glacies?] Vteri nomine cordis secretum significasse mihi uidetur. Non enim perspicabiliter egressam glaciem de ore

Dei intelligere debemus, sed de illo mentis suae secreto & inscrutabili iudicio suo, iustam ac discretam manasse sententiam. Egredi ergo glaciem dixit, pro egrediente iudicio, quo secundum suum meritum, quidam hominum percussurum plaga obdurationis, & corda eorum durissimo atque insolubili quodam gelu frigoris constringuntur, ut non sentiant feruentis diuinae charitatis calorem. quod de angelis apostatis uerissime dici potest, & specialiter de Iudaeis intelligendum est, quibus aquae eloquiorum caelestium glaciatae sunt, ut in fructus gentium gratiae possuerent: de quarum uocatione dictum est superiore uersiculo: & de quibus in psalmo ita dicitur, Posuit desertum in stagna aquarum, & terram sine aqua in exitus aquarum, & inhabitare fecit ibi esurientes (id est esurientes iustitiam) & seminauerunt agros & plantauerunt uineas, et fecerunt fructum naturae, & benedixit eos, & multiplicati sunt nimis. Qui ergo mente spiritualiter nunc ubique positum contuetur Ecclesiam, uidet terram eius quae fuit a Deo aliquando deserta, nunc praedictis omnibus spiritualibus copijs abundare. Sic itaque praedictas stillas roris de caelo defluentes, suscepit Ecclesia: & secundum iudicium librum, quod tempore Gedeon ducis factum legimus, ros unius uiculae uelleris, gentisque modicae totam terram, Christo credentem, gratia benedictionis infudit, et impletum est illud mysterium quod Psalmista praedixerat dicens: Sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion. Hermon itaque montis, qui interpretatur anathema, & significat altitudine sua superbum populum Iudaeorum. illius ergo ros, gratiae uidelicet & benedictionis, descendit in montem Sion. Sion namque mons excelsus uirtutibus atque sublimis, Ecclesia est, in quo constituta est specula contemplationis futurae credentium. unde & propter ipsam uirtutem spei, Sion specula interpretatur. Et ut nossemus proprium istius roris nomen, ait psalmista: Quonia illuc, scilicet in monte Sion, mandauit Dominus benedictionem, & uitam usque in seculum. Et sequitur dicente Domino secundum eundem sensum:

Et gelu de caelo quis genuit?] Hoc igitur modo de caelo obdurationis sententia sacrilegi feriuntur, quod utique malum eis iuste a Deo dicitur procreari, ut Pharaoni scilicet & Iudaeis, quos propter infidelitatem suam, & nimiam obstinationem cordis legimus obdurationos, dum Dei patientiam incuriam esse praesentium, uel ignorantiam sibi met iniquitas stulta metitur. Sequitur de huiusmodi, dicente Domino:

In similitudinem lapidis aquae durantur.] Nominis aquarum, secundum scripturarum auctoritatem populi intelliguntur, sicut ait Ioannes apostolus: Aquae autem, populi sunt. & David ad Dominum, Libera me, inquit, de aquis multis, de manu filiorum alienorum. De his ergo dicere mihi uidetur, qui nimio obliuiois Dei frigore obriguerunt, & ad instar lapidum solidi, & nimium duri effecti sunt, deinde ait:

Et super

Et superficies abyssi constringitur.] In abyso profundissimam obscuritatem mentis puto intelligendam, quae ita obduratione infidelitatis nimie operatur, & constringitur quodam gelu impietatis, ut saxo similis fiat, ita ut tali menti non sit uolus ad Deum aditus respirandi: secundum illud quod apostolus de Iudaeis testimonium prophetum assumens, locutus est dicens, Dedit illis Deus spiritum compunctionis, oculos ut non uideant usque in hodiernum diem. In psalmo quoque centesimo quadragesimo septimo, de gelu uel glacie & crystallo, secundum hunc sensum, quem Dominum dixisse hic legimus, Prophetam mystice locutum fuisse manifestum est. Possumus haec loca & simpliciter intelligere, Et gelu de caelo quis genuit? caelum appellantes glacialia montium excelsorum cacumina, & per immensam aerem loca caelo uiciniora, quae conuulsata suoribus cacuminum summitate, & nunc hoc, nunc illo latere a facie solis abscondita: tamen ita eius radijs concalescunt, ut terrae quae in plantis iacent, tota illum latitudinis suae extensione suscipiant. Secundum hanc ergo consuetudinem scripturarum, ipse Dominus ait in Euangelio: Considerate uolatilium caeli, id est, quae passim per alta huius aeris deferunt. His secundum litteram non omisis, ea potius quae sacrata a Domino praedicta sunt, intelligere non oportet.

Esa. 6. *Rom. 11.* *Matth. 6.*

Nunquid coniungere ualebis micantes stellas Pleiades? aut gyrum Arcturi poteris dissipare?] Nunc de caeli ordine, & astrorum signorumque circuitu loquitur ad Iob. Pleiadas appellat stellas, quae iunctae septem esse monstrantur, quas etiam plerique Septentriones nuncupant. His ergo Graeci, eo quod multae simul essent, nomen ab ipsa multitudine posuerunt. pleos enim multitudine dicitur: & inde deriuatum est, ut Pleiades appellarentur. Ait ergo Deus ad Iob: Nunquid ut stellae in iunctae, & simul ut sint, tua potentia facere potuisti? Septentriones quoque siue Arcturi circuitum, quem in desinente gyro per sinistrae plagam mundi in se facio recurrere, ut totus in se uadat semper, & redeat, nunquid tu poteris dissipare? De astris caeli siue signis, & in alijs locis scripturae legimus, sicut in Iesu Naue & Iudicum. Fuit, inquit, terminus Amorraei ab ascensu Scorpionis Petra. Petra hodieque nomen est ciuitatis. Igitur Domini uerba secundum mysticos intellectus dicamus, ut caelum interpretemur Ecclesiam, quam superius Dominus terrae uocabulo nuncupauit. Sed ibi propter originem suam terra est appellata, hic uero sublimata per Christum in gloriam, caelum rectissime intelligitur. In hoc igitur caelo, Ecclesia scilicet, stellae Pleiades & Septentriones unam in se sacrae interpretationis continent formam. Ipse enim septenarius numerus, septiformis spiritus gratias in se demonstrat, quae in hoc caelo ut stellae micant, ipsaeque gratiarum spiritus in eodem firmamento caeli resurgunt. Ista igitur stellae per Prophetam septem oculi appellantur, quorum oculorum gratias atque uirtutes Esaias propheta enu-

Iudic. 1. *Zach. 3.*

merat, ubi de natiuitate Saluatoris uaticinatur, dicens: Et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiae & intellectus, spiritus consilij & uirtutis, spiritus scientiae & pietatis: & replebit eum spiritus timoris Domini. Quemadmodum ergo quisquam non potuit indissolubili lumine haec spiritualia astra coniungere, ita omnino fieri non potest, ut haec stellae gratiarum Ecclesiam meam circumlustrantes, ab unionis connexionione insolubili separentur. Quod autem alij dixerunt, Aut intellexisti nexum Pleiadis ad spirituales intelligentiam erit animum contumacientis, ut aliquid allegoricum labore inquirere. Nunquid aut septentriones septem Orionis aperuisti? Aperit enim se ac manifestat mundo ipsa multitudo stellarum, quando post aliquot menses in media aestate coepit apparere.

Nunquid adducis Luciferum in tempore suo, & uesperum super filios terrae consergere facis?] Stella est, quam Luciferum dicimus, stellis ceteris clarior: quam Luciferum etiam doctores Ecclesiae, unam esse de illis quinque stellis, quas Planetas appellant, & quae dissimilem altarum stellarum cursum habeant, multoque uelociorem: & inde planetam, id est uagantes siue errantes dicantur, eo quod non certum, sed mutabilem cursum habeant. Hunc igitur Luciferum appariturum terris post biennium, antumant in oriente nasci. Alia uero stella, quam uesperum appellant, eo quod circa diei uesperum, suo tamen tempore mundo monstratur: hanc, inquit Deus ad Iob, super filios terrae tu consergere facis? Qui ergo intelligis potentiam omnia gubernantis, & in te operantis agnosce iustitiam. Hanc alij interpretes Mazuroth nuncupant, quod signum multarum stellarum est, uel nomen duodecim signorum. Spiritually autem uerba sunt patris de filio suo Salvatore nostro, ita dicens: Nunquid educis Luciferum in tempore suo, & uesperum super filios terrae consergere facis? Vbi & aduentus Domini in carne uenturi significatus est, & resurrectio eius ex mortuis figurata. Nam ueniens plenitudine temporis, ut ait Apostolus, misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege. In hoc igitur tempore suo educus a Deo pater est, ut terras inuaderet. Qui ideo Lucifer nuncupatus est, quia ueniens de sublimibus, tanquam post biennium, post legem & prophetas ortus est super nos, politos in tenebris, & in umbra mortis: & lucem nobis fidei & paterna cognitionis exhibuit. Vesper uero, id est filius hominis appellatus, quia in cruce tempore passionis occubuit, de quo ait Propheta populis credituris: Iter facite ei qui ascendit super occasum, Dominus nomen est illi. Qui utique in tempore occasus sui, quando ait ad patrem, In manus tuas commendo spiritum meum: sicut sol, cognouit occasum suum, posuit tenebras, & facta est nox, in corde infidelium Iudaeorum. Hunc igitur Deus pater ut pastorem magnum ouium a mortuis excitauit. Hunc inquam uesperum, eo quod sacrificium uesperinum in uespera seculorum missus

Esaie 11. *Galat. 4.* *Psal. 67.* *Lucas 23.*

obtulit, filium hominis super filios terrae con-
fingere fecit, ut iam non sint caro & terra esca
serpentis, neque filij noctis & tenebrarum, sed
sint filij luciferi, filij Dei.

Nunquid nosti ordinem caeli, & pones ratione eius in ter-
ra? Si numeru astrorum omnium potest quis-
piam mortalium nosse, potest & militiae eorum
ordinem perscrutari. Nemo ergo haec proprie
nouit, nisi solus ille qui condidit. Spirituali au-
tem sensu ita intelligi potest: Nunquid tu Iob
quasi cognitor futurorum iam nosti, quo ordi-
ne in caelo Ecclesia, & quam diuersae atq; mul-
tiplices gratiae spiritus mei uelut stellae refu-
geant: siue qua gloria, uel quo ordine merito-
rum ut siderum radiantium globus sancti in re-
surrectione fulgebunt? Hunc locum alij ita uer-
teunt: Aut omnia quae sub caelo sunt, pariter
fiunt? Vbi hoc dicere uidentur, quod uolubili-
tas temporum siue stellarum per spacia sibi suc-
cedentia redeat & recurat. Spirituualiter autem
ita dictum existimandum est, quod dispensatio
per Christum reconciliationis humanae usq; in
finem seculi crescat ad notitiam omnium natio-
num, siue quia sancti ut ad calcem uirtutu per-
ueniant, quotidie morum sanctitate proficiunt:
& ideo sub caelo, id est, sub obedientia ecclesia-
sticae disciplinae sunt constituti.

Nunquid eleuabis in nebulam uocem tuam, & impetus a-
quarum operiet te? Quod ita primo auditu intelli-
gendum est: Nunquid habes tantam potestiam,
ut ad imperiu acnutum tuum illico imbres in-
fundentes & operientes te de caelo descendat?
Secundu altiore uero intelligentiam, Vocem
meam eleuo, ait Dominus, quando hominibus
clamo: Venite ad me omnes qui laboratis, &
pietatis affectu pulso, secreta mentis ipsoru, ubi
est uelut nebula caligo peccati, & nominis mei
ualde obscura obliuio, ut obedientib; uoci meae
innumeris populis circudatis quasi impetu in-
fluentibus aquis operiat, quibusq; uelut uesti-
mento induar, ut in eis habitem, sicut Propheta
ait de Salvatore: Sicut sponsa induit se uestimē-
to, id est Ecclesia. Alij dixerunt, Vocabis nubem
uoce, & in tremore aquae ualidae obediet tibi a-
qua ualida. Tremendum diuinae uoluntatis pre-
ceptum est, quod Deus quelibet sanctu uoce,
id est, affectu clamoris, & insinuationis instinctu
uocare dignatur, ut obediendo saluet. Nunquid
tu Iob aliquid simile facere potuisti?

Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & reuertentia dicent ti-
bi, Adsumus? In sermonibus Dei, adesse uirtuti e-
ius credendum est quae cunctis uoluerit, cui etiam
omnia insensibilia quasi sensibilia sunt: sicut di-
cit Propheta, A facie Domini commota est ter-
ra, a facie Dei Iacob. Reuertentia autem fulgura
eo modo dicuntur, quando effectum fuerit illud
ad quod dirigitur iubentis intentio. Aliter, san-
cti fulgura ideo appellantur, quia isti mittuntur
a Deo, ut predicatione Euangelij mundum illu-
minet: quibus Dominus ait, Vos estis lux mun-
di, & iterum: Posui te in lucem gentium, ut sis in
salutem usq; in uestimentum terrae. Et in fine se-

culi reuertentes cum fructibus manipuloru suo-
rum, ueniat cum exultatione, & dicant: Domi-
ne, quinq; taleta mihi tradidisti, ecce alia quin-
que superlucratu sum. Siue fulgura sunt inspi-
rationes diuinae, quibus illuminetur corda san-
ctorum, ut eis accensa, in amore Christi confu-
gant. Haec autem fulgura illuminationis Dei
reuertuntur ad Deum, qui ea ad excitandu desi-
derium suae charitatis emiserat, quando per ean-
dem uisitacione diuinam ardenti animo & ser-
uenti opus suae illuminationis effecerunt.

Quis posuit in uisceribus hominis sapientiam? uel quis de-
dit gallo intelligentia? Manifestum est, quod homo
quando a Deo ad imaginem & similitudinem
Dei factus est, sapientia rationis accepit, ut pre-
staret caeteris animantibus, quae ratione & pru-
dentia carent. Quibus aut bonis a Deo homo
donatus sit, lector ad eos transmittit, qui de bo-
no nature, eiusq; uirtutibus plurima conscripse-
runt. Gallo etiam gallinaceo Deus huiusmodi
sensum dedit, ut penes emenso noctis tempore,
quali proxime lucis memor, eandem mundo can-
rans annunciet reuertentem. Secundum intelli-
gentiam uero spirituale ita est sumendum, quo-
niam Christus Dei est uirtus, Deiq; sapientia:
hanc pater in uisceribus hominis posuit. Sic e-
nim sapientia, qui est filius eius, ait, cum eum Pe-
trus filiu Dei confessus fuisset, dicens: Tu es Chri-
stus filius Dei uiui. Non tibi reuelauit hoc caro
& sanguis, sed pater meus qui in caelis est. Et a-
postolus Paulus: Cum autem coplacuit ei qui
me separauit ab utero matris meae, et uocauit in
gratiam suam, ut reuelaret filium suum in me.
Gallum puto esse unumquenq; sanctorum, qui
in nocte & tenebris huius mundi accipiunt per
fidem intelligentiam, & uirtutis constantiam cla-
mandi ad Deum, ut aspiceret iam dies perma-
nens, & amoueantur umbrae uitae praesentis, qui
urgent etiam sequenti clamore precum suarum,
dicentes: Emitte lucem tuam, & ueritate tuam.

Quod & de prophetis intelligere possumus, qui
certatim annunciauerunt diei ac solis aduentu.
Hoc in loco aliorum interpretatio multo aliter
habet, qui ita dixerunt: Quis dedit mulieribus
texturę sapientiam, & uarietatum scientiam? Si
scientiam uarietatum, & texturę operis sapien-
tiam a Deo sola mulieres acceperunt, de quali-
bus dicit: Sed & mulieres doctae dederunt quae
nouerant, in opus tabernaculi, de qualibus &
Dominus hoc loco quasi specialiter ait: Quis
dedit mulieribus texturę sapientiam, & uarietatu
scientiam? quomodo in Exodo Beseleel & Oo-
liab sacerdotu, & tabernaculi uestimento uario
ac polymitatio opere texuerunt. nouerimus er-
go esse animas sanctas, quae ad hoc opus effici-
dum etiam tunc in historia intelligentia spiritus
acceperunt: quibus utiq; sicut scriptum est, dedit
Deus sapientiam & intellectu, quocumq; etiam fa-
bre adinueniri potest, dedit in corde eoru. Sic i-
taq; repleti sunt spiritu sapientie & intellectu et
& scientia, & omni doctrina, ad excogitandu, &
faciendu omne opus. Et quoniam tabernaculi
illud

Math. 27.

Math. 16.

Galat. 4.

Psal. 42.

Exod. 31.

illud legis sanctae Ecclesiae imaginem praefere-
bat, dicamus & hac uarietate morum siue meri-
torum uelut uestrum uero Salomoni ministran-
tium: quod per figuram regina Saba dixit Salo-
moni, cum admiratione laudans sapientia eius,
domum, cibos, habitacula seruorum, & ordinē,
uestes & ministros, holo causa etiam quae offe-
rebat in domo Domini. Contuemur ergo hac
officioru uarietate esse contextam per diuersas
in toto mundo ecclesias, per quas alibi coniuga-
ti, alibi continent, alibi uirgines: hi per eleemo-
synas, illi per alienationem omnium facultatu,
illi per crucem & mortificationem terrenarum
cupiditatum, illi per scientiam scripturarū, mul-
tiplicibus sancti spiritus gratijs uelut ex diuer-
sis coloribus totum Christi corpus exornant, si
hiq; aeternae gloriae & immortalitatis uestimen-
ta conficiunt. Contextum etiam perfectio intel-
lectu fide Trinitatis uelut spartu triplex, quod
non cito rumpitur. Huiusmodi uestimenta iste
spirituales mulieres operantur, id est, sanctae a-
nimae, siue Ecclesiae per diuersa regionum spa-
cia constituta.

Quis enarrabit caelorum rationem, et concentum caeli quis
dormire faciet? Certum est, quia nullus caeloru ra-
tionem uel stellarum cursum poterit aut sermo-
ne narrare, aut mente concipere. Quod autem
ait, Concentum caeli quis dormire faciet? multis
scripturarum locis laudare Deum elementa di-
cuntur, pro eo quod in illorum dispositione ac
pulchritudine Deus uel ab hominibus, uel ab
angelis praedicatur, id est, quid homines in eius
laudibus uitam exercetes dormire, id est requie-
scere faciet? Pro hoc itaq; honore, qui ei ab Ec-
clesiae congregatione persoluitur, quis alius q;
ipse requiem dabit, ac refrigeriu sempiternum?
Dormitio enim aliquando in scripturis requies
intelligitur, ut Esaias propheta ait: Iustitia dor-
muit in ea, id est, in Hierusalem aequitas iustitiae
requieuit: nunc autem, ait, homicidiae. & sanctus
quidam, super quem signatum erat lumen uul-
tus Domini, ait in psalmo: In pace in idipsum
dormiam, & requiescam. Itemq; alio loco: Si dor-
miam, inquit, inter medios clericos, id est inter
medias sortes duorum Testamentorum requie-
scatis. Et concentum caeli quis dormire faciet?
Sanctos angelos intelligamus, qui pro ipsa habi-
tatione caeli caelum dicti sunt per prophetam,
hoc modo: Coelum caeli Domini. Huius igitur
caeli concentum, ait Dominus, quis dormire fa-
ciet? id est, quis erit ille qui eos a perpetuis lau-
dibus quibus me benedicunt, Sanctus sanctus
sanctus, incessabiliter concinentes, ut cessent, &
quasi obdormientes taceant, possit inhibere?
Quis enarrabit caelorum ratione? Et sancti cae-
loru nomine crebro dicuntur, de quibus secun-
dum mysticos intellectus propheta uaticinatus
est dicens, Coeli enarrant gloriam Dei. Horum
igitur donationes quas habent secundum Dei
gratiam differentes, quis poterit, uel ipsam fidei
eorum narrare rationem? quoniam puluis gen-
tium, de quo ait Deus, Fundabatur puluis in ter-

Reg. 10.

Esai. 1.

Psal. 4.

Psal. 67.

Psal. 113.

Apoc. 4.

Psal. 18.

ram, & glebae compingebantur, infideles utiq;
& puluis aridus & solidus fundamento Eccle-
siae apostolo labore miscetur, ut in Christo per
colligationes fidei & copages charitatis con-
glutinatus, foedere unionis & pacis in augmen-
tum Dei, uel in terram solidam crescendo profici-
at, unde glebae agri Domini effectae fructife-
rae in unum corpus Ecclesiae charitatis copula
compingantur. Coelorum quoq; appellatione
scripturae sanctae recte dicuntur, eo quod desur-
sum sunt hominib; attributa, siue quia caelestia
in se contineant sacramenta. Horu igitur caeloru,
id est scripturarū ratione, quae mysterioru obscu-
ritatib; opacatae sunt & profunda, quis poterit ani-
mo perscrutari, eloquio ue proferre? aut quis earu
uaticinia cessare praecipiet? Antiqui interpretes
ita dixerunt: Aut quis caeli organa in terra decli-
nauit? id est, Quis est qui angeloru catus laudan-
tiu Deu, usq; ad hominu inclinauit notitia? aut
imitatione laudis eius socij angeloru effici me-
reantur? CAPVT VIII.

Nunquid capies leanae praedam, et animam catulorum
eius implebis? Ex his animantibus quae per
omnem textum sermonis huius enumerat, sex
sunt quadrupedia, et quatuor uolatilia: et in hoc
decalogi perfectio numero uideri potest, quod
omne creatura intelligi uoluerit Deus, quae per
eum, utpote auctore, regit. Decimus aut nume-
rus perfectus est: quia per ipsum iterado omnis
numerus in infinitu multiplicat. Ergo iuxta lite-
rae superficie hoc ait: Ergo qui omnia iuxta di-
spensatione procuro, circa te tantu, o Iob, uide-
bor iniustus? Iuxta spirituale intellectu, leana
siue etiam leo diabolus est intelligendus, qui &
in multis locis scripturarū propter sauitia et for-
titudinem ita nominatur. De hoc igitur Domi-
nus ait, quod nemini nocere possit, nisi a Deo
acceperit potestatem. Iusto ergo iudicio eius ho-
mines illi traduntur, quia ille omnino uires non
habet dominandi, nisi ipse permiserit. Nunquid
capies leanae praeda, id est sicut ego capere per-
mitto: & animam catuloru eius implebis? Puto
autem hoc loco ideo catulos dictos, quia lea-
na nominauerat, quos ueneno malitiae suae siue
nequitiae uelut lacte nutrierat ad homines pe-
rimedos, de quorum mortibus nequissimorum
spirituum animae reficiuntur. De his in psalmo
propheta ait, Catuli leonis rugientes ut rapiant,
& querat a Deo escam sibi. His igitur leonibus
& draconibus escas dare Deus dicitur, quando
eis potestas in illos quos expetunt, Deo conce-
dente permittitur.

Quando cubant in antris siue in syluis, ut alij dixerunt, et
in specubus insidiantur. Antra siue speluncae, impio-
rum hominum corda intelligi possunt. In his las-
tibus sedent siue cubant in insidijs, ut interfici-
ant innocentem.

Quis preparat coruo escam suam, quando pulli eius ad Deum
clamant uagientes, eo quod non habeant cibos? Arbitror
quod hic coruus aduersaria partem significet,
sicut & pulli eius, ut quemadmodum superius
leanae & catulos eius intelleximus diabolum
& turbam

Psal. 113.

Math. 5.

Esai. 42.

Psal. 103.

& turbam perditorum eius, ita & hic coruum eundem cum pullis eius intelligamus. Quod ergo dicitur uagietes, indicatur hoc uerbo, quod quasi quandam famis rabiem patiatur circa hominum genus: ut ex perditione portionis eius uelut cibum sumant. & ideo satagere uident omni instantia, donec ad effectum uotorum suorum perueniant: sicut audiimus spiritum sanctum per Salomonem dicentem, Oculum iridentem patrem, & contumeliosum senectuti matris, effodiant illum corui de conuallibus, & deuorent eum pulli aquilarum. Possumus & ita sentire, quod coruum, id est diabolum & omnes socios eius quondam patres habuerimus, cum erroribus seruimus & uitij. Inde etiam & pullorum nomine dicebantur. Sed relinquentes eos (quod & sponsa docetur ut faciat, quae sponsa nos sumus: cui ita dicitur, Audi filia, & uide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui) & inuocantes hunc Dominum, potest fieri ut pristino adhuc nomine appellemur: sicut propheta ait, ubi de Deo loquitur, Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum. Et reor, quod ideo pristino nomine censeamur, ut nouerimus quid fuimus, & quid nunc per Christi gratiam sumus: & inde hoc ipsum magni bonum intelligentes, magis Deo gratias referamus, dicentes cum Apostolo: Gratia Deo patri, qui eruit nos de potestate tenebrarum, & transfudit in regnum filij charitatis suae. Mos autem scripturae sanctae huiusmodi est, ut pristina culparum nomina in sanctis frequenter recensent, sicut beatus Esaias propheta ait de Deo, Benedicent me bestiae agri: & apostolus Mattheus in catalogo apostolorum, Mattheus dicitur publicanus. Videamus hunc locum, si & in bona partem exponere possumus, ut istum coruum & Christum interpretemur. Sicut enim secundum consuetudinem scripturarum, mentem dicimus Dominum nostrum, & diabolum mentem: similiter appellamus petram quocumque, a lapidem: arborem etiam & gaudium dicimus: ita & coruum fortassis dicere possumus. nam & sponsa Ecclesia inter caetera praecordia laudis de Christo ita dicit in Canticis Canticorum: Crines eius, & abietes nigrae sicut coruus. Sed quando diabolo corui nomen aptamus, dicimus eum nigrum criminibus atque teterrimum, & qui in tenebris nequitiarum omnino commoretur. Quando uero haec nomina Saluatorem significare dicimus, mysteriorum arcanis eum in scripturis suis obscuratum esse sentimus, aut certe uelut quadam nigredine peccati carne uestitum. Et cum sciamus diabolum in scripturis serpentem nominari, quis auderet de Domino ita credere, nisi ipse serpentis in se similitudinem uerbis proprijs expressisset, dicens: Sicut Moyses exaltauit serpente in solitudine, ita exaltari oportet filium hominis: Et serpens, id est diabolus, maledictus a Deo est, eo quod Euam seduxit astutia. Et Christus maledictus dicitur, quia maledictus omnis qui pependit in ligno. Maledictum quippe hominis in se suscipiendo,

id est eam quae ex sententia Dei uenerat mortem, ut maledictum suspenderit in ligno. Et inde est, quod nobis Christus factus est maledictum. Haec exempla protulimus, ut firmes sensus supra prolatus. Sequentia uideamus. Huic igitur Christo coruo figuratim dicto, pater praeparat escam, cum ei ex gentibus conuocat credituros: sicut de eodem patre propheta ait dicens, Quis suscitauit iustum ab oriente, & uocauit eum ut sequeretur se? Da bit in conspectu eius gentes, et reges obtinebit. His igitur ad fidem uocatis, Dominus Christus uelut esca gaudij exultationis reficitur. Huius pulli, id est discipuli & omnes credentes, clamant ad Dominum in oratione, panem substantialem quotidie postulantes. Et hoc ipsum uaganter faciunt, quia peregrini & hospites sunt super terram, ubi sedem sibi firmam & stabilem non constituerunt, sed dicunt cum Apostolo: Et instabiles sumus. Hi igitur habent quidem cibos scripturarum, quarum consolatione pascuntur: sed et fidei & spei cibos, sed nondum alimoniam rei proprie permanentis. & idcirco in hoc mundo uagari dicuntur, donec ad immobilitatem quandam seculi futuri perueniant. Nam & ad hunc intellectum spiritualem pertinet, quod corui istius rore pasci dicuntur, sicut phylologi se referunt indagare.

Nunquid nostri tempus partus ibicum in petris? aut parturientes ceruas obseruasti? Ibices ipsi sunt, quos Graeci appellant trahagelaphus, admixto nomine hirci & cerui, eo quod necesse est simile sibi aliquid haec animalia habeant, quae uel maxime in saxis nutriuntur, uel in cauernis petrarum. Et unum horum puto in Canticis Canticorum damula uocari, quae aliquando illic & caprea nominatur: haec in qua duo animalia coruus uidelicet & caprea, secundum legem Moyse ruminantia, & ungulam diuidentia, pariter macerantur. Quid autem laboris est, nosse tempus ceruarum ibicumque parturientium? aut unde tam latebrosus est humanae notitia, ut possit tempus horum animalium parturientium siue parturientium penitus ignorare, praesertim cum hoc ipsa animalia penes in medio hominum commorentur? Proinde altius, quod dixit, est intuentum, ut dicamus in mysterio sub nomine horum animalium praefiguratos apostolos, apostolicos etiam uiros, & omnes praedicatores ueritatis, qui in fortitudine fidei & patientiae uelut in petris per spiritum imbuentem eos uerbum Euangelij, uel perfecte in se formatum pariant, uel doloribus persecutionum parturiant. In petra pariebat & ille qui dixit, Nam in Christo per Euangelium ego uos genui. Hoc igitur tempus futurum acceptabile, & tempus salutis, ait Dominus ad Job: Nunquid tu cognoscere potuisti ut ego, qui illud praordinauimus, & futurum constitui, & animas praedictorum uelut ceruas quae de timore meo concipiunt, ut spiritum salutis pariant super terram? Tu forsitan quasi obstetricantis officio diligentissima sollicitudine obseruasti, dans eis os & sapientiam, ne de utero mentis suae minus fortasse

Prover. 30.

Psal. 44.

Psal. 146.

Col. 1.

Esai. 43.

Matth. 10.

Cantic. 5.

Ioan. 3.

Genes. 3.

Deut. 21.

Galat. 5.

Esai. 41.

Matth. 6.

1. Cor. 4.

20

Cap. 2.

Deut. 12.

14.

1. Cor. 4.

fortasse solidum uel integrum uerbum praedicationis uelut foetum in hanc effunderent lucem. Dinumerasti menses conceptus earum, et scisti tempus partus earum.] Uerbum uerbum Dei & ualidum, penetransque usque ad diuisionem animae ac spiritus, compagum quocumque ac medullarum, in hoc spiritali conceptu profectus quosdam incrementorum, uelut per menses temporum in cordium finibus operatur: ut in ipsis apostolis primum apparuit, qui initio praedicationis suae quasi parui & modici uisui sunt, sed paulatim corroborantes eos spiritu, uerbum in eis demonstratum est usque ad mensuram plenae gratiae peruenisse: quod uelut praedicationis partu totum atque perfectum plenumque diuinis promissionibus scribentes, diuersis Ecclesijs ediderunt. Huiusmodi igitur conceptus & partus tempora, qui hoc modo in spiritali utero cordis fiunt, unde tu Job, ait Dominus, cognoscere potuisti: quorumque tempora sunt in Euangelio praefinitionis meae consilio constituta: Vbi ergo dictum est, aut scisti tempus partus earum: alij dixerunt, et dolores earum soluisse: Dolores sunt infectiones & tribulationes, quae praedicatoribus inferuntur: a quibus dolores isti tunc auferuntur, quando inuitati ad requiem absoluntur a corpore. Siue in spe positi, pro malis presentibus ad promissionem aeternae remunerationis aspiciunt.

Incuruantur ad foetum, & pariunt, & rugitus emittunt.] Doctrinam lacteam propinando incredulis & infirmis, sicut ait Apostolus: Lac uobis potum dedi, non escam: ab illa cellitudine perfectae sapientiae ad humiliora praedicatores quodammodo inclinantur atque descendunt, ut uir paruulus, & ijs qui sine lege sunt, tanquam & ipsi sint sine legei & dum eos conantur in Christo formare & parere, rugitus emittunt, dum ab inimicis Christi supra modum ac supra uirtutem suam grauantur, ita ut tædeat eos etiam uiuere, de quibus dicit apostolus: Et nunc flens dico, inimicos crucis Christi. Siue ex affectu charitatis huiusmodi rugitus emittunt: sicut idem apostolus, Tristitia, inquit, mihi est magna, & continuus dolor cordi meo. Itemque ait, Ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi uobis per multas lachrymas, qualibus dolens ex charitatis uisceribus dicit, Filii mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in uobis. Aliter incuruatur ad foetum, & pariunt, & rugitus emittunt: ubi praedicatores ueritatis uerbum fidei ceperint editione eloqui praedicare, illico ab aduersarijs incuruatur, id est custodijs carcerum humiliantur, atque uerbis. Sed quia nec in uinculis uerbum Dei est alligatum, illi nihilominus id populus pariunt, quo & ipsi in Christo nascuntur. Aliter rugitus emittunt: Qui adicit scientiam, adicit dolorem. Gemunt sancti, cogitantes quanta sint pericula huius uitae, uel quam longe sint a uirtutibus quas requirunt.

Separantur filij earum, & pergunt ad partum: egrediuntur, & non reuertuntur ad eas.] Parturitione apostolica filij, quos sancti in Christo genuerunt, siue a pri-

Hebr. 4.

1. Cor. 3.

Phil. 3.

2. Cor. 1.6.

Phil. 3.

Rom. 9.

2. Cor. 2.

Galat. 4.

1. Tim. 6.

Eccle. 1.

stinis erroribus suis, siue etiam a carnalibus operibus separantur, in quibus unum erubescant, ut iam non sibi uiuant, sed Christo, qui pro eis mortuus est, & resurrexit. Pergunt ad partum, id est per scientiam profundioris intelligentiae quotidie sanctitatis conuersationem proficiunt, dicentes ut animalia sancta ueri pastoris: Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuae ibi me collocauit. Super aquam refectionis educaui me, animam meam conuertit. Deduxit me super femitas iustitiae propter nomen suum. Dicunt iam dixi, id est crescunt atque proficiunt. Ad istum partum Domini, ad hanc alimoniam animarum, ad tales delicias spirituales egrediuntur & non reuertuntur. Egrediuntur itaque ab infantiae morum quotidie proficientes atque proficiscentes uirtutum merito in uirum perfectum, et non reuertuntur ad eos. Non reuertuntur, ut iterum necesse sit eos doceri quae sint elementa exordij sermonum Dei. Non reuertuntur ad ea quae retro sunt, sed ad ea quae ante sunt, se extendunt. Non reuertuntur, ut quidam quibus ait Apostolus: Filii mei, quos iterum parturio: sed potius subeunt gradus ascensionum, & ambulant de uirtutibus in uirtutes. Huiusmodi ergo filij non possunt audire, ut Galat. uocem increpantis apostoli: Vellem esse apud uos modico, & mutare uocem meam. Hic ergo sermo Dei sub figura ceruarum & ibicum describit apostolos, sicut iam dixi, & apostolicos uiros, atque omnes doctores Ecclesiae, per quorum doctrinam Ecclesia spirituales sibi filios generat: et unaqueque anima uerbo Dei concipiens, parit filios operum bonorum. Quae tamen cerua est similis & ibici, ut in montibus habitat, & in petris nutritur: uelox quoque sit & alacris ad currendum uiam Domini, serpentesque de terra sua efficiat, & uiuat multo tempore, audiens per prophetam: Et adificiatur tibi anni uita tua. Talibus ceruis sunt montes excelsi, quos Domini uox perficit, & quorum pedes in consummatione perducit.

Quis dimisit onagram liberum? & uincula eius quis soluit? In cerua & ibice superius Ecclesiae figuram esse monstrauimus: nunc uero onagri nomine arbitramur populum Iudaeorum potius intelligi, quem Deus ob incredulitatem eius dimiserit, sicut ait, Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum, quod & in multis alijs locis scripturarum Deus hoc futurum esse testatur. Cuiusque uincula, praeccepta esse legalia non absurdum sentimus, nam eundem populum contumacem & rebellem propheta ita obiurgat & increpat, dicens: Vacca lasciuientis Israel, confregisti iugum, dirupisti uincula. Hunc igitur quasi onagram, immundum uidelicet animal & effrene, reliquit Dominus, ut ablato ab eo iugo imperij sui, quia semper resistit obedire, a uinculis praecceptorum Dei dimitteretur: & secundum apostolum seruus peccati, liber esset iustitiae. Sic enim ipse Dominus de eisdem Iudaeis ait in psalmo: Dirumpamus uincula eorum, & proficiamus a nobis iugum ipsorum, ubi ipsa trinitas Deus

Psal. 22.

Hebr. 3.

Phil. 3.

Gal. 4.

Psal. 67.

Gal. 4.

Esai. 38.

Psal. 30.

Osee 4.

Rom. 6.

Psal. 2.

Deus hoc uidetur dixisse. Nam quemadmodum in Genesi in factura hominis pluraliter dixit Deus, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: ita & hic locutus est, Dirumpamus uincula eorum, & proiciamus a nobis iugum ipsorum. quem locum Actus apostolorum ita se habere manifeste declarat, ubi apostoli ad Deum leuauerunt uocem suam, atque dixerunt, non ex uerbis Iudaeorum, sed ex spiritu sancti. Domine, tu quae fecisti caelum & terram, mare, & omnia quae in eis sunt: qui spiritu sancto per os patris nostri Dauid pueri tui dixisti, Quare fremuerunt gentes, & reliqua. Ob hoc igitur scelus, quod in Christo filio Dei commissum est, ait pater, qui in spiritu suo de filio hoc futurum praedixerat, dicens: Dirumpamus a nobis uincula eorum, & proiciamus a nobis iugum ipsorum. Praecepit ergo grande peccatum ac nefandum, quod Saluatore crucifixum, ut merito ab eis uincula praepceptorum Dei dirumpant, & ita legis iugum proijcerent. Quod autem iugum & uincula eorum dicta sunt, cum Dei fuerint potius, qui Iudaeis legem ac praepcepta dederit mandatorum, hoc uel maxime requirendum est. Quod ita dictum est, quia Iudaei legem carnaliter intelligentes, quam ex operibus se implere arbitrabant, quasi suam effecerant, sicut dicit Apostolus: Israel uero secundum legem iustitiae, in lege iustitiae non peruenit. Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus. Et ideo de eisdem sequitur, dicens: Ignorantes enim Dei iustitiam, & suam quae renes constituit, iustitiam Dei non sunt subiecti. Quod autem ait, suam uolentes constituit iustitiam, non quia lex ab ipsis est constituta, hoc autem: sed in lege quae ex Deo est, suam iustitiam constituerat, quando eandem legem suis uiribus se implere posse credebant. & ideo secundum hunc sensum, Iudaeorum uincula dirumpenda a Deo dicuntur, & proiciendum iugum ipsorum.

Qui de di in solitudine domum. Iusto iudicio in solitudine, destitutos uidelicet protectione defensionis, habitare fecit: sicut etiam postmodum ore prophetico locutus sum, dicens, Fiat habitatio eorum deserta, & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet. Solitudo itaque factus est populus ille, & eremus: quia ablata lege, prophetia, sacerdotio, sacrificio quoque ac beneficiis diuinis, gratiae etiam protectione priuati ac destituti sunt.

Et tabernacula in terra saluginis. I Vt sine ulla spe promissionis Dei steriles uirerent, & ut infertuosus terra saluginis dicitur accepisse: ubi praeter amaritudinem, qua Deum prouocaret ad iracundiam, nihil haberet. Sic namque alibi de Deo dicitur per Prophetam: Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim, terram fructiferam in saluginem a malitia inhabitantium in ea.

Contemnit multitudinem ciuitatis, clamor exactoris non audit. I Ecclesia est haec ciuitas, quae constat ex multitudine innumerabilium populorum: de qua Dominus ait, Non potest ciuitas abscondi in monte posita. Hanc igitur quisque Iudaeus respiciens contemnit. Clamorem etiam cuiuslibet euangelizantis uerbum Dei, & exigentis obedientiam fidei, non

audit, id est, obedire detrectat. Ob hoc igitur, quia incrassatum est cor eorum, & oculos suos clausurunt, ut non uideant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant.

Circumspicit montes pascuae suae, & uirentia quod perquirat. I Montes superbos quosque doctores, scribas uidelicet, et pharisaeos legis suae quasi suspicientes, eisque honorem deferentes, adulationis ambitu circummit. ab eis proculdubio, in quibus est doctrina hominum, non recedens. In quibus etiam montibus, ubi se pascua carnalis legis habere gloria-tur, uirentia quae perquirat, quae ad delicias uirtutum carnis, & sabbata delicata pertineant, & quae in historijs legis, uelut uirentia in superficie, nullum fructum habeant figurarum.

Nunquid uolet rhinoceros seruire tibi? aut morabitur ad praesepe tuum? Siue, ut alij dixerunt, Nunquid uolet monoceros seruire tibi? Ex diuersa editione quae transferunt, aduertimus quod id ipsum sit rhinoceros, quod & monoceros: & Latine intelligitur unicornis, siue super nares cornu habes. Sunt ergo huiusmodi ferae in solitudinibus orientis, & ab hominibus nonnunquam uidentur siue cupiunt. Hic igitur monoceros, populi gentilis imaginem praefigurat, cuius etiam superbia significatur in cornu: sicut quibusdam peccatoribus & superbis a Deo dicitur per Prophetam, Dixi iniquis, nolite iniquum agere: & delinquentibus, nolite exaltare cornu, nolite in altum exaltare cornu uestrum. Et quia ueterosa atque antiqua in his quos Deus increpabat, esset superbia, secundum aliam editionem in hoc eodem loco Psalmista legimus, Nolite exaltare in excelsum cornu uestrum, loquentes in ceruice ueteri. In multis quoque alijs locis scripturarum cornu nuncupato, inuenimus superbiam nominari: licet et in bona parte cornu solet dici, ut illud, Exaltabit cornu Christi sui. Omnia et ipse Dominus Christus propter singulare imperium suum aliquando & unicornis dicitur. Legimus quoque cornua & regna dici, ut in Daniele & in Apocalypsi continetur. Hic ergo monoceros, qui per sapientiam mundialis tumore superbiae erat in sublime porrectus, nunquid tibi subijcietur, ait Deus ad Iob, ut per fidem in sanctitate & iustitia seruientis, obedientiae colla summittat, & mansuetus effectus atque humilis, ad Dominicum praesepe conuertatur, ut uerbi Dei hominibus assumpti sacris cibarijs saturaretur: siue, Nunquid tibi subijcietur, ut in Ecclesiae meae claustrum habitet: quod erit uiuantibus, stabulum, atque huic seculo renuntiatis salutarem per fugium: ubi spiritualium ciborum alimonis, id est diuinis institutionibus, & caelestibus pinguefcit eloquijs: & impleatur in illo quod erit per prophetam postea praedicandum, Agnouit bos possessorem suum, & asinus praesepe Domini sui. In monocero te quippe hic nominato, sicut & per Prophetam in asino, immundus et in circumcisus significatus est populus omnium nationum.

Nunquid alligabis rhinocerotem loro tuo? aut confringet glebas uallium post te? I Lorum hoc loco dictum, ipsam charitatem Christi, quae est inter omnes uirtutes praecipua,

Esa. 6.
Matth. 13.
Psal. 149.
Psal. 137.
Esa. 23.
1. Cor. 9.
Psal. 61.
Esa. 2.

Actuum 4.

Rom. 9.

Rom. 10.

Psal. 61.

Psal. 106.

Matth. 5.

praecipua, intelligere debemus, de qua ad diligentes atque amantes Deum, ait Apostolus: Copulati in charitate. Cuius uinculis colligandos eos propheta olim praedixerat, dicens ad Deum: Labor Aegypti, & negociatio Aethiopiae, & Sabaim uiri sublimes ad te transibunt, & tui erunt, & post te ambulabunt, uincti manicis pergent. Et Dauid, quemadmodum charitatis Dei uinculis, per ministros uerbi eius uincti essent credentes, ita loquitur dicens: Ad alligandos reges eorum in manicis & compedibus, & nobiles eorum in uinculis ferreis. Quorum uinculorum nominibus, charitatis Christi fortitudinem uoluit de monstrare, qua etiam fortes & potentes in malo, ad amorem Domini constringantur. Hic ergo rhinoceros, id est populus quondam circumcisus praepotio scilicet carnalium uoluptatum, & infidelitate immundus, hoc loco charitatis Dei fortissimo alligatur, ita ut nulla eum creatura separare possit a Christo. Confitetur in corpore suo glebas conuallium, duritiam peccatorum, & colit terram Dominicam, secundum Apostolum, qui ait: Non estis uestri. Et ideo specialiter Domini est terra, in qua primitus sit omnium peccatorum, quasi ueprum spinarumque purgatio. Deinde aratro crucis, quod est, ligno & ferro Dominicam passionis, duritia cordis atteritur, et confringuntur uallium glebae. Vallium nomine, humiliatio peccatis homines, atque in ima depressos significari existimo, sicut habemus in Psalmo: Ascensus in corde suo disposuit, in conuale fletus. Unde & Esaias cum increpatione prophetaturus contra Hierusalem peccatricem, prophetiae suae huiusmodi titulum ita praeposuit, dicens: O uallis uisionis. Vallium igitur uallium glebas hic monoceros comminuit, quando humiliati corporis terram edomat, & suscipiendis caelestium praepceptorum seminibus, ac reddendis fructibus praeparat, quando cum Apostolo castigat corpus suum, & in seruitute redigit, quando omnem hebetudinem obstinati cordis, duramque soliditatem a se auferre contendit. quod tamen efficere nequaquam poterit, ait Dominus, nisi rectorem & gubernatorem suum obedienter fuerit infecutus. Unde ait Dominus ad Iob: Aut confringet glebas uallium post te. sicut habemus in Psalmo: Adhaesit anima mea post te, & Propheta ad huiusmodi: Post te ambulabunt, inquit, uincti compedibus: ubi admiratione dignos uideo tales pedes, qui quanto magis compediti fuerint, tanto uelocius sine offensione gradiuntur.

Nunquid fiducia habebis in magna fortitudine eius, & dereliques ei labores tuos? Nunquid credes ei, quomodo sementem reddat tibi, & aream tuam congreget? I Ego Dominus noui fortitudinem charitatis eius & patientiae ac longanimitatis: & ideo dereliqui ei ad imitandum me omnes labores dispensationis meae, quos in me credendo intelligit, quia pro illo sustinui pro eo alapas, uerbera ac spura suscipiens, eidem laboraui, ei que ad caelum reuolans, exempla laborum ac uirtutum reliqui: cuique credidi atque commisi, ut opitulante sibi gratia mea, reddat mul-

tiplex semine, & in area Ecclesiae meae germen tricesimum, sexagesimum, centesimumque fructificet. Et aream tuam congreget, sicut uel apostoli, uel post apostolos multi fuerunt doctorum.

Penna struthionum similis est pennae erodij & accipitris. I Erodiorum genera tria esse dicuntur. Vnum horum album esse colore quidam referunt, alij uero quia guttis quibusdam diuersorum colorum uarium: tertium quoque genus nigrum affirmant: quid sit non solum uelox, & sauum ad praedam, uerum etiam in coitu impatientissimum, in tantum, ut tempore coitus ex oculis eius sanguis ebulliat. Erodij in psalmo centesimotertio ita nominatur: Erodij domus dux est eorum, cum delignis Domini Propheta tropicos loqueretur. In Numeris quoque et in Deuteronomio, ubi aues immundae, ne in cibum sumantur, Moyses prohibet, & haec similiter ponitur. Accipitrum etiam aliquot sunt formae uel genera. his ergo rapacissimis auibus uenatu & praeda uiuentibus pennae struthio comparatur, sicut & alij dixerunt: Struthio mixta est alis erodij & accipitris. Igitur struthionem secundum spiritalem intelligentiam sensusque diuinos, Ecclesiam non absurde sentimus, quae per lauacrum regenerationis, & uerbum munda in Christo effecta est: quae similem quidem pennam habet pennae auium, quae carnibus uescantur & sanguine: sed ille remigio alarum in hoc aere uelut in pelago id agunt, ut de ceteris auibus praedam capiant. unde sub hac figura inimici nostri spirituales intelliguntur. Struthio uero longe dissimili modo pennae suis utitur, eo quod eas uelut per fidem & spem duorum Testamentorum gubernaculis uiuens, ad Deum in caelo habitantem quasi palmas in more orantis extendat. Hec ergo auis sicut ait Dominus ad Iob, Quando dereliquit in terra ossa sua, tu forsitan in puluere calefacies eas? Oua, siue filios, ut in subsequens dicitur, nouam atque in Christo regeneratam carnidam progeniem sanctae Ecclesiae intelligere debemus. Sed in ouis illos esse nouerimus, qui doctrina quotidiana, quasi foetu quodam matris Ecclesiae nutriuntur, ut quandoque de uitiorum fragilitate & imperfectione procedentes adulti firmitate uirtutum, ueluti distinctis atque formatis membrorum compagibus existant, & cum eo tenebris uitiorum hoc modo facti fuerint, lux in Domino proficientes, quotidie ad aetatem morum solidiorem audiant Prophetam de ipsius dicentem: Dies formabuntur, & nemo in eis, id est, nullum in eis uitium dominabitur, quo impugnant uincantur. Filios uero intelligamus iam solido robore fidei ac uirtutibus compositis atque firmatos, & per incrementa uirtutum tanquam per annorum serie iam de omni infirmitate uitae incompositae nihil habentes. Hi igitur, sicut ait Dominus, terra ab Ecclesia relinquuntur, quando persecutionem ab impijs & terrena sapientibus patiuntur. Relinquere enim eos Ecclesia dicitur, dum aduersantibus non resistit, quos Dominus seruire fidei duos, & patientia atque illo igne quem misit in terram, in pul-

Erodiorum tria genera.

Psal. 137.

NN uere fra-

uere fragilis carnis, eorum fortissimos facit.

Obliviscitur quod pes conculcet ea, aut bestia agri conterant. Oblivisci dicitur Ecclesia natos suos, dum eis pressurarum molestias aduersarios inferre non prohibet. Hoc loco differentiam puto esse tribulationum, inter illud quod dixit, Pes conculcet: & illud quod ait, Et bestia agri conterant: ut hoc sit contritio bestiarum, quando asperi, truces, seu persecutores, & immanitate morum, crudelitati similes bestiarum, Christum confitentes usque ad atrocitatem mortis affligunt. pedis uero conculcatio sit huiuscemodi tribulatio, quando opprobrijs & nimio contemptu iniquorum sancti usquequaque humiliantur, uelut quadam conculcatione protiti.

Duratur ad filios suos quasi non sint sui, frustra laborauit, nullo timore cogente. Presentibus tribulationibus filiorum suorū Ecclesia dura & impia uidetur, quoniam non ingemiscit & plangit angustias interitumque natorum. In cuius figura, sancta mater Machabeorum super filiorum suorum cruciatibus exultabat. Videbat quippe in spiritu, sicut & hęc sancta mater Ecclesia per fidem quotidie contempletur, quantum gloriam in aeternum pariant poenę presentis, pro fessione ueritatis exceptę. Et ideo illud quod sequitur, Frustra laborauit, nullo timore cogente, cum graui pronuntiatione aliquantulum prescius est legendum: ut non frustra intelligat siue pro nihilo laborasse, quonia id Dei timore cogente Ecclesia fecerit, ut filios suos ad tentationes, & seculi huius molestias prepararet, sperans utique a Deo pro his malis temporaneis eorumdem filiorum suorū glorię et in corruptio nis beatitudinē sempiternā. Aliter: Et si doluisset, pro filijs cosecratis frustra doluisset, quia non habebat timendi causas, quando eos non perdidit, sed acquisiuit. Similiter ait in Euangelio, Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt: id est mortui.

Prius enim eam Deus sapientia, nec dedit illi intelligentiam. Sapientia atque intelligentia mundi huius priuata est a Deo Ecclesia. Nam & Apostolus hoc fieri precipit, dicens: Si quis uult sapiens esse, stultus fiat, ut sit sapiens: quia sapientia huius seculi, stultitia est apud Deum.

Cum tempus fuerit, in altum alas erigit, deridet equum, & ascensorem eius. Cum ingruerit, ait, molestior & nimium acerba afflictio persequentis, ibi fit maior ad Dominum de tribulatione obsecrantis affectus, dum quodam modo excitatus & humiliatus erigitur, intentione uigilantissima deprecandi, in excelsum alas erigit, si fidem suam et spem, uelut pennas adiutorio gratię Dei sustulit: & cum talium alarum sustentata fuerit auxilio, gressus profectuum eius uelociore efficiuntur & conciti, ita ut insequentes se derideat inimicos: id est equum & quitę, quod est diabolus, & hominē ministrum inimici, qui ad perpetrandas contra Ecclesiam persecutioes sedet in quolibet equo suo, in corde uidelicet hominis persequentis.

Nunquid præbebis equo fortitudinem, & circumdabis collo eius humum. Hunc equum aduersariam potestatem arbitror intelligendam, qui sit pallidus, ut in Apocalypsi scribitur, quem sequitur mors & infernus: & qui in Zacharia propheta rufus dicitur, mortibus scilicet hominum & cruore resperfus. Proinde dum permittitur a Deo, præberi ei a Deo dicitur fortitudo, & circumdari collo eius hinnitus, ut per patientiam & bonitatem Dei thesaurizet sibi iram in die irę & reuelationis iusti iudicij Dei. & idcirco in collo eius significatur hinnitus superbię, quo tumeat contra Deum, et blasphemiam loquatur. Alij interpretes ita dixerunt: Et in seuis collo eius hinnitus. Diabolus autem ad manifestandos per tentationes bonos & malos, in hac mundi domo interim habitare permittitur est.

Nunquid suscitabis eum sicut locustas. More bestiarum aduersarius noster dicitur suscitari, quando de locis suis ad populandas regiones, atque uastandas abire precipitur, sicut ait de Deo Psalmista: Dixit, & uenit locusta. Sed hæc suscitationem, instantiam efficiendi operis esse arbitror: unde dicitur ad Pharaonem: Quia in hoc ipsum te excitauit, ut ostendam in te uirtutem meam, & annuncietur nomen meum in uniuersa terra.

Gloria narium eius, terror. Siue, ut alij dixerunt, Gloria pectoris eius audacia. Ut inimicus in fugam uertat aduersarium suum, militē scilicet Christi, ipso etiam anhelitu terret. hic est odor mortis, hic spiritus furibundus, anhelās in hominum necem. hic terror retrosum hominē cogit. Retrosus enim respicit, qui iterum ad peccata conuertitur, siue qui tribulationibus cedit, ut in Euangelio Dominus per parabolam disserit.

Terram ungula fodit. Siue, ut alij dixerunt, fodiens in campo luxuriat. id est carnales homines & terrena sapientes conculcat, & poterit: & cum eos humiliauerit, sibi subdiderit, facit eos afflictione contritos, qualis est contritio & infelicitas in uis hominum impiorum. In huiuscemodi igitur latitudine uisitorum, uelut in campo luxurians fodit ad subtrahenda ab hominibus, fundamēta uirtutum, ut in ruinā subducta soliditate procumbant.

Exultat audacter. Gaudet superbus presumptionis audacia, quod usque ad interuentionē contra homines pugnat.

In occursum pergit armatis. Quare sint arma sanctorum contra spiritualia nequitia, Apostolus diligenter enarrat. Contra hos igitur huiuscemodi armis indutos in occursum pergere dicit, quando arcem mentis expugnare molies, aduersum murum uirtutum arietes obijcit uitiorum: & ad tentandum Dominum ausus fuit in occursum euenire in eremo: & per singulas ciuitates apostolis Christum prædicantibus occurrebat, quando eis commotiones seditionum populi suscitabat. sicut etiam in Actis apostolorum legitur, unde & ad quosdam Paulus apostolus ait: Ostim mihi apertum est magnum et euidentis, sed & aduersarij multi, & multis alijs locis de hac aduersantium oppugnatione non reticet, quos diabolus immittebat.

Contemnit pauorem, nec cedit gladio. quod ad imperium

Cap. 6. Cap. 1.

Psal. 104.

Exod. 9.

Matth. 11.

Ephes. 6.

2. Cor. 6.

perium & inuocationem Dei diabolus fugatur, manifestum est. Sed si ad contumaciā & uoluntatem illius iniquissimam, ac proaciter impudentissimam attendamus, increpatus non terretur, & non erubescit. Etiam si gladio uerbi Dei territus fuerit & fugatus, reuertitur iterum, & nec confutatus abscedit.

Super ipsum sonabit pharetra, uibrabit hasta, et clypeus. Habet pharetram inimicus, cor uidelicet creditis ei iudei, gentilis, hæretici, in quo sunt sagittę mortis, errorum scilicet lethalia dogmata, unde sagittentur in obscuro recti corde. Habet hastam, unde criminibus cæterisque uitij confodiat peccatores. Sagittas, subtiliores dolos: hastam, delicta trahalia atque mortifera. Habet clypeum, quo militię plenitudine totum militum suorum occupat pectus: quo, ne telis uerborum Dei compungantur, excutit ea, frustratus expellit. In quo equo transfigurato in angelum lucis, splendore quodam terribili uibrant hasta & clypeus, & mendaci eloquio abruptę hæreticorum resonant prauitatis. & hæc propter indefinitem intentionem usumque bellandi uibrare dicuntur.

Feruens & fremens sorbet terram. Fremens est uitij diabolus inimicus sanctorum, & omnium criminum igne conflagrans, atque in hominem furore inuidiæ fremens, ut eum sorbeat illecebris peccatorum, & deuoratum in corpus perditę congregationis suę tranferat: quo corpore Propheta dixit se forte obsorbendum, nisi Dominus esset in eo, ita inquit: Nisi Dominus esset in nobis, forte uituos absorbuisset nos. Hic ergo contrarius noster ipse est, cui Deus locutus est, dicens: Terram manducabis omnibus diebus uitę tuę, & idcirco & ipse & socij eius, ut inimici domini, terram lingent.

Nec reputat tubę sonare clangorem. id est prophetarum & apostolorum increpationem audire detrectat: quibus dicitur, Sicut tuba exalta uocem tuam. Sed magis sæuiens ut uerus Pharaon dicit: Persequens comprehendam, partiar spolia, replebo animam meam, interficiam gladio meo, dominabitur manus mea. In his locis de quibus diximus, alij translatore ita uerterunt: Super ipsum enim gaudet arcus & gladius, lanceę & hastę. Tremore & iracundiã euerter terrā, nec credet donec claxerit buccina. Vbi eundem sensum æstimo contineri, secundum quem nos exposuimus. In arcu & gladio & cæteris armis inimici omnes adinventiones intelligentę sunt, quę in eo gaudeant, cum his modis quasi armis interficiunt hominem.

Vbi audierit buccinam, dicit: Vah. Procul odoratur bellum, exhortationē ducum, & ululatum exercitus. Quando audierit, inquit Dominus, aduersarius uester buccinam, id est, unumquemque doctorem Ecclesię adhortantem commilitones suos, secundum præceptum imperiale atque diuinum, ut contra aduersarium stent fortes in prælio: stupenti animo & suspicanti, auribusque attonitis ait: Vah, tanquam si diceret: Quid est quod au-

dio: An quisquam præsumit audaciã, aut contra me, saltem cogitat bella conferre? Vbi ergo dictum est, Vah: alij dixerunt Euge, secundum quod consequentia loci fuerit, seu in bonum seu in malum euge dicitur, ut in Euangelio: Euge bone serue & fidelis. in Psalterio: Confundantur & reuerentur qui dicunt mihi, Euge euge. Proinde & in hoc loco irridenti animo & subannati uultu euge dicitur. Subtilis enim & uigilantissimus inimicus, ac nimium callidus, qui solitudine perdendi hominem circumit omnem terram, cum senserit aliqua inuita siue signa quaedam in homine religionis, quasi de longe odoratur bellum aduersum se esse susceptum ab homine, a quo ei eiusque machinis resistendum sit. Et idcirco uelut sagaci nare aduersantes sibi præuenire contendit, ne eos suscepta contra diabolum sanctitatis arma defendant, ne ue remuneratione digni fiant, cum rex æternus aduenit. Ululatus uero siue sonitus, ut alij dicunt, exercitus ueritatis imperatoris ille est, quando se in uicem unōque spiritu unaque charitate & fide cohortantes, conspiratis in unum timoris Dei uiribus alloquuntur, ut donec transeat iniquitas, sint perseverantes in prælio: quia charitate regis sui infusa in se per spiritum sanctum, qui datus est eis, pro alterutro sunt membra sollicita. Possumus hunc equum & in bonam partem accipere, ut sit de illis equis spiritualibus, quos secundum Abacuc prophetam immittit Dominus in mare seculi huius, turbantes, id est increpates aquas plurimas populorum: siue ut sit equus albus, super quem Dominus in Apocalypsi sedere describitur, quod de sancto & immaculato corpore Saluatoris proprie intelligi potest. Huic equo methaphoricis dicto, fortitudinem & uirtutem ait Dominus se præbere, ut cum adiutorio gratię humiliata ceruice, siue lassitudine sub iugo eius incedat, & diuinę laudis atque exultationis hinnitus cor eius repleat, collum que circumdet, sicut ad Ecclesiam Propheta loquitur: Decanta laudem & hymnum, quæ non pariebas. hic hymnum pro exultatione confessionis & laudis intellige, proinde & circumdatum collum eius a Deo dicitur: quod & Propheta ait de Deo, Induit me pallium laudis, ubi intelligimus, quod benedicat Deum in omni tempore, id est, tribulationibus & prosperitate, sicut & beatus uir facere dicitur: Et in lege, inquit, eius meditabitur die ac nocte.

Nunquid suscitabis eum quasi locustas? subaudi sicut ego, qui eum de loco ad locum transilire feci, & de presentis dilectione mundi ad futurum seculi desiderium calore fidei suscitauit.

Gloria narium eius terror. Id est, ut epletus spiritu Dei sensus interior annunciando iudicium terreat peccatores: quod & sanctus Iob dixit, Spiritus Dei, qui est in naribus meis. Ideo autem narium eius terror est, quia Christi Euangelium secundum uoluntatis arbitrium unicuique, alijs est odor mortis in mortem, alijs odor uitę in uitam.

Matth. 25. Psal. 70.

Cap. 3. & 6.

Esaie 54.

Terram ungula fodit, & exultat audacter.] id est, illo uirtutis bono quod in se solidum est, quo sustinetur atque subsistit, terrena sibi uicia subdit, & conterit. unde & ante Deum de beneficijs eius, conscientiae fiducia, carnalium uictorum suba-

Et in occursum pergit armatis.] id est, antequam telis uictorum siue persecutionum a spiritualibus aduersarijs occupet, in acie uirtutum consistens, diuersis armatos uictorum insectationibus praecurrit inimicos, ne aliquo ictu concupiscentiae uel etiam diffidentiae uulneretur.

Contemnit pauorem, nec cedit gladio.] id est, quataslibet minas atque terrores intinet inimicus, constanti animo stabit, & dicit: Si consistant aduersus me castra, non timebit cor meum. Si confurgat aduersum me praesidium, non cedam gladio, quo mortem pro Christo sum paratus excipere. Nec cedam gladio, id est, nec cedam peccato.

Psal. 26.

Super ipsum sonabit pharetra, uibrabit hasta & clypeus.] Hic miles Christi indutus armorum munitione describitur. Pharetra ac receptaculum cordis illius, refertum diuinis eloquijs resonat, dum quasi bellator Domini, & fortis in praesidio, euangelizat uerbum uirtute multa, dum compungentia factorum tela uerborum ex interiore producit, percussurus charitatis sagittis, eos qui parati sunt hoc salutis uulnus excipere. Hasta est quae manuragitur laudabilis operatio, ac dexteræ fortitudo. Clypeus, scutum fidei, in quo omnia excipiuntur atque extinguuntur ignea tela nequissimi. Vibrantur autem, quia semper in exercitio praeparata sunt. Nam & de talibus armis uibranti fulgure radiantibus ita ad Deum dicitur: In luce iacula tua ibunt, in splendore coruscationis armorum tuorum.

Ephes. 6.

Feruens & fremens sorbet terram.] Feruens fidei spiritu, & fremens, est Saluator, qui quando in uitijs mortuum spiritualiter suscitatur, fremit in spiritu: ita hic siue contra manifesta uicia, siue contra occultos persecutores sorbet terram, terrenas in se consumit cupiditates, & carnalem sensum in spirituales absorbet affectum.

Abscuc. 3.

Nec reputat tubam sanare clangorem.] Tanta animi uirtute induitur, ut nullum terrorem aduersariorum reformidet, sed ad omnem strepitum inimicorum prouocantium sit paratus.

Vbi audierit buccinam, dicit, euge. Procul odoratur bellum, exhortationem ducum, & ululatum exercitus.] Qui cum audierit alta uoce Euangelium praedicari, gaudeat & exultet, quod euge significat: merito que afferatur in laetitiam, recognoscens in scripturis sanctis uirtutes patrum, & exempla maiorum, & in laudes Dei totius Ecclesiae congregationem atque exercitum concinentem.

Ululatus ergo hoc loco ille significatus est, quando bellatores in acie consistentes, pugnaturi se inuicem cohortant. Sed forte aliquis dicat, Quomodo una eademque res per figuram nunc in bonam partem, nunc in mala intelligatur? quod fieri in scripturis sanctis aliquoties inuenimus, ubi nomen siue aliquo additamento simpliciter

ponitur, uerbi gratia, ut mons, aut leo, si non addas, uel leo de tribu Iuda, uel sedet in insidijs sicut leo, fieri potest ut disputatio de eadem re in utraque parte sit libera. & si placet, aliquid demus exemplum. Vbi de arbore in Euangelio Dominus ait ad discipulos suos: Si habueritis fidem sicut granum sinapis, diceretis huic arbori, eradicare, & transplantare in mare, & obediret uobis: ita quidam ita intellexerunt, quia fides credentium eradicet inimicum, atque uellat de terra Ecclesiae, terra scilicet Iudaeae atque confessionis, & in mare populorum, hominum uidelicet impiorum transferat. ubi & illi mali spiritus in Euangelio hoc ipsum significare possunt, qui cum hominibus immundis & peccatoribus porcorum nomine indicatis, in mare praecipitati sunt. Qui uero eandem arborem Dominum significare uoluerunt, ita interpretati sunt, quod praedicatione apostolorum, quam per gratiam Christi & uirtutem fidei susceperunt, arbor Christus Dominus eradicetur quodammodo de illa gente Iudaeorum, in qua uelut in stirpe generis tenebatur, & transplantetur in mare gentium: sicut & ipse Dominus eisdem Iudaeis locutus est, dicens, Auferetur a uobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum eius.

Non quid per sapientiam tuam plumescit accipiter, expandens alas suas ad austrum?] Consequens est, ut hunc accipitrem in bonam partem intelligamus, sanctum scilicet, ad meliora muratum: qui sapientiam Dei per conuersationem acceperit, ut praedari & rapere iam cesset: carnibus etiam secularium sensuum uiuere desistat, qui ueteris hominis exuuias in baptismo deposuerit, ut plumescens quodammodo renouata sit sicut aquilae iuuentus eius, maxime cum promissionem habens praesentis uitae & futurae, quae in alis significata est: ad austrum, unde calor fidei est, se conuerterit, unde Christum uenisse cognouit, quod & propheta ita faciendum praedixerat, dicens: Deus ab austro ueniet, & sanctus de monte umbrato & condenso. Bethleem namque ciuitatem Domini, respicientibus Hierusalem, in meridie, quod est in austro, positam scimus. & secundum tropicos intellectus, hunc calidum uentum, ut aromata gratiarum ferueant, sponsum inuitat, dicens: Exurge aquilo, & ueni auster, perfusa hortum meum, & profluant aromata mea. Vbi ergo dictum est, Expandens alas suas ad austrum: alij dixerunt, Expandens pennas immobilibus, & respiciens austrum. Intentionem ergo perseverantiae dicit, eius qui per calorem fidei duorum testamentorum gubernaculis uiuens, splendorem aeternae beatitudinis contempletur.

Luc. 18.

Aut ad praecipitum tuum eleuabitur aquila?] Aliquando in bonam partem aquila dicitur, sicut & ipse Deus, dicente Moysse: Sicut aquila, inquit, protegit nidum suum, & super pullos suos confidit. Hic uero a Deo potestas aduersaria aquila dicitur, quae ex permisso Dei elata in superbia, multa possit, sicut & propheta ait: Et erit sicut aquila super domum Dei. Prophetae quoque multis in locis

Abac. 1.

Abac. 1.

Abac. 1.

Abac. 1.

Cantic. 5.

Deut. 32.

Deut. 32.

Luc. 18.

Luc. 9.

Matth. 23.

Abac. 1.

Cantic. 5.

Deut. 32.

in locis scriptorum suorum cum superbissimum notant, id est diabolus. Et inde est, quod ab eis & Assyrius, id est, sensus magnus dicitur: eo quod eleuetur tumens super montes aquilonis, & super astra caeli ponat sedem suam, cupiens se exequare altissimo.

Et in arduis ponet nidum suum.] In magnis quibusque & eminentibus seculis huius, ac malis hominibus sedem sibi constituit, ut in eis uelut durus dominus & rex trux ac potentissimus commoretur.

In petris manet.] in excelsis uidelicet duris, & in malitia fortibus manet & habitat.

Et in praeruptis silicibus commoratur.] Praeruptae silices intelliguntur blasphemi, qui sunt nimium duri, & indomitis cordibus, atque in ruinam suam inclinati, peccatorum pondere dependentes.

Atque inaccessis rupibus.] Inaccessae uero rupes, sunt homines porrecti in altum nimia elatione cordis sui, ad quorum superbiam, quae eis supra caeteros quasi singulare ac proprium malum sit, nullus accedat.

Inde contemplatur escam.] Per illos itaque, quos superbia nimium elatos diximus, & quos aut haereticas, aut Iudaeos siue sapientes seculi, id est, philosophos intelligimus, perditos quosque, dum eos erroribus suis illaqueat, in escam suam capit: secundum Prophetam, qui de eodem diabolo ita ait, Escam eius electam.

Abac. 1.

Et longe oculi eius prospiciunt.] Sagaces ualde atque perugiles aduersarij nostri animos ad inquirendas atque explorandas uires sanctorum contra se dimicantium, nomine oculorum appellauit Deus. Quod autem ait, De longe, id est, nullo ante mentis eius intuitu subtili intentione longe prospicit, eo quod etiam in posterum exercitatae malitiae usi, & sagacia suspitione praeuideat. Non ergo spacia locorum intelligenda sunt, sed initia dispositionis humane, ad rectam uiuendum. Haec inquam de longe prospicit, quod est ab ipsis utique exordijs subtilis spiritus, et ad omne malum nimium mobilis intuetur: ut illic antequam conatus hominis saltem in aliquo roborentur, pullulantia bona reprimat & extinguat, & interemptum hominem faciat foetere peccato.

Pulli eius lambent sanguinem, & ubicunque cadaver fuerit, statim adest.] Pulli eius sunt filij eius, siue socij, qui in conspiratione tyrannidis cum eo aduersus Deum moliti sunt iniquitatem. Hi igitur liuore inuidiae sitientes, sanguinem hominum lambunt. Et quod ait, Et ubi fuerit cadaver, statim adest: alij dixerunt, Et ubi fuerit cadaver, statim reperiuntur. Quod siue de ipso auctore mali, siue de satellitibus eius dicitur, ubi affuerunt, illic peccatum illico gignitur, quod in anima ita foeteat, sicut uulnus in corpore. Alij dixerunt: In summitate petrae manet, & in caeuerna. Petra, duritia cordis: summitas, superbia: caeuerna, cogitatio in qua latibulum interius habet, intelligi potest.

Et adiecit Dominus, & locutus est ad Iob: Nunquid qui

contendit cum Deo, tam facile conquisit? Vtique qui arguit Deum, debet et respondere ei.] Totam altercationem quae in superioribus libri huius contextitur, in hoc loco a Domino declaratur, dum dicitur: Nunquid qui contendit cum Deo, ubi apparet, quia contra Deum quadam praesumptionis audacia ex fiducia bonae conscientiae sit locutus, non tamen blasphemauerit Deum, sicut quibusdam uideatur: ubi et si asperius aliqua dixit, ad tenorem iustitiae Dei respiciens est locutus, non ad blasphemandum Deum. unde & illum secundum iustum iudicium eius quasi constringit, & dicit, quare circa se agi iniusta permittat, cum eum optime nouerit iustum. Accepta igitur Iob ratione a Deo in his sermonibus, quos locutus est, quia omnia utique quae creasset, ipse gubernaret & regeret, a quo etiam omnino nihil iniustum fieret: conuictus, sicut hic aperte monstratur, sciebat: sed admonetur a Deo, atque compellitur, ut qui aduersus eum contendit, eumque arguere conatur, ipse ad interrogata respondeat. & ait scriptor libelli huius:

Respondens autem Iob Domino dixit: Qui leuiter locutus sum, respondere quid possum? & caetera.] Beatus autem Iob agnoscens se leuiter, et non consulte Deo locutum, dicit omnino se Deo respondere non posse, propter quod optat se silentio cohibere, sicut ait:

Manum meam ponam super os meum.] et quod unum & aliud uerbum dixerit, pro quibus Deum potuerit laedere, quae duo uerba illa esse existimo, sicut superius comprehendit, quae ita dixit: Elegit suspendium anima mea, & mortem ossa. & si flagellat, occidat semel, & non de poenis innocentium rideat.

CAPVT IX.

Respondens autem Dominus Iob de turbine dixit.] id est, uel de increpationis impetu, uel de perturbatione aeris ac nubis obscuro.

Accinge sicut uir lumbos tuos, & caetera.] Quod est, nolo ut taceas, ait Deus, sicut ipse disponis: sed potius loquere, & quod interrogo te, responde mihi. Quemadmodum Deus hominibus loquitur, cum sit ipse spiritus, multis significationibus diuinae nobis indicant literae, ut pater de nube ad filium loquitur, quod Euangelium Ioh. 12. protestatur: & Moyse in flamma ignis, & Ezechiel sedenti cum senioribus Israel sit sermo Exod. 3. Domini, & solus audiebat quae dicebantur a Domino.

Nunquid irritum facies iudicium meum, & condemnabis me, ut tu iustificeris?] Quo sensu sanctus Iob dixerit ea quae supra conscripta sunt, in hoc loco Dominus manifestat. Nam & cum increpatione propter hoc ipsum ab eo arguitur, quia in eius inuersionem & suggillationem se iustificare uoluerit, dum eum ex ipsis cruciatibus suis, quos sibi inique inflicto asserit, iniustitiae notat.

Et si habes brachium sicut Deus, & si uoce simili tonas, circumda tibi decorem, & in sublime erigere, et esto gloriosus, & speciosis induere uestibus, Disperge superbos furore tuo, & respi-

Et respiciens omnem arrogantem humiliat. Respice cunctos superbos, et contere impios in loco suo. Absconde eos in puluere simul, et facies eorum demerge in foueam, et ego confitebor, quod saluare te possit dextera tua.] hoc est dicere: Si quid potes, hos ipsos daemones, quorum tribulationibus conteris, expugna atque disperge. In brachio potentiam diuinam, in uoce terrorem maiestatis suae significauit Deus. Non quia beatus Iob ita elatus sit, ut se erigere contra Deum uel cogitatione conceperit: sed increpantis Dei uerba talia sunt: Ne sic contra Deum uelut ex aequo contendere deberes, si tibi esset fortitudo ut Deo est, & uox imperij tui in hoc mundo terribilis insonaret: circūdantes etiam tibi decorem aeternitatis: honoris quoque summum esses gloria sublimatus, & omnibus sanctitatis uirtutibus tanquam speciosis indutus uestibus resulgeres: omnes nihilominus superbos iusto iudicio tuo, uelut indignatione iracundiae dissipares, & eos in locum suum, id est, in carcerem inferorum detruderis cōtereres: qui etiam a sanctorum lumine separatos in puluere simul absconderes, siue, ut alij dixerunt, retruderes eos sub terra simul: & facies eorum, id est, animas cum intellectibus suis, tanquam oculorum luminibus in foueam inferni demergeres. id est quā impossibile est, ut haec homo habeas, tā stultum est, ut quasi ex aequali contra Deum loquaris, a quō humiliter sperare misericordiam debēs, ut eius dextera, id est uirtute, contra eos quos dixi superbos & arrogantes impiosque salueris. Ecce in hoc ipsum noueris, diabolum fortem potentissimum inimicum tuum, quem ob immanitatem crucis animi eius, Beemoth nomine bestiae nuncupauit, apud te uelut bouem, animal uidelicet mansuetum, foenum comedere faciam, nō carnes ut leonem: quia carnes quando comeduntur, non fit sine uitentis interitu. Circa te uero non ita est, sicut iam dixi, cui iussione imperij mei hoc modo praecipit, dicens: Ecce in manu tua: ueruntamen animam eius serua. Beemoth nanque doctores Ecclesiae, qui Hebraeas literas contigerunt, in latinum quasi plures interpretati sunt. Proinde inimicus diabolus cum toto corpore satellitum suorum hoc loco a Deo describitur: quem propter pluralitatem nominis ipsius antiqui ita interpretati sunt: Sed ecce bestiae quas feci, apud te foenum sicut bos edent: id est, & hoc dexterae meae potentia factum est, ut substantiam tuam & facultates, quae ad preciosas mentis tuae diuitias foeno comparatur, ut potestatem acciperet deuorandas. & ideo uilia quaeque & temporalia tibi abstulit, quae foeni nomine significata sunt: non quaeque grandia & magna, id est, animae ornamenta: quibus te expoliatum blasphemiae ruina & pondus obrueret, ex quo peccato totus homo a diabolo deuoratur. Ita ergo de eo dicit Dominus:

Fortitudo eius in lumbis eius, et uirtus illius in umbilicis uentris eius.] In lumbis & umbilicis uentris, uoluptas carnis siue luxuria intelligitur, quae membrum post lapsum primi hominis inserta est,

ut supra modum legis naturalis, illa membra, & quando non uult homo, inuentiuis libidinis titillentur: & ita uoluptatum sectatores diabolo fortitudinem proprijs uitijs ministrantes, de parte illius & consortio efficiuntur, ut sint membra eius, quorum tanquam corporis sui ipse est caput.

Constringit caudam suam quasi cedrum.] Hoc mihi dicere uidetur, quod nec in nouissimis suis, que in cauda significantur, sit ad Dominum reuersurus: quod est, nunquam pro tyrannide sua superbus & impius poenitebit, sed exaltatus ut cedrus, uoce Domini iuste iudicantis est confringendus & comminuedus. Constringitur enim ligno durissimo comparatus, duritia scilicet cordis, ne intelligat stultus, efficitur: & excacatus, ne uideat usque in finem. Siue constringit caudam suam, ita sentitur, propheta fallax, & loquens mendacium. Hos igitur Beemoth inimicus, tanquam socios & ministros suos in copulam sibi unitate cōspirationis adstringit: de quibus antiqui dixerunt interpretes, Erexit caudam suam ut cypressum. ubi elationem mentis eorum in excelsum significauerunt, hanc arborem nominando, quae sub uno stipite procero fastigio in altum porrigitur.

Nerui testiculorum eius perplexi sunt.] In neruis uincula quaedam fortissima illecebrarum ac uoluptatum, quibus homines carnales innectit & implicat, dicere mihi uidetur: de quibus uitijs & propheta culpans homines, inter caetera ait, ita dicens: Declinantes autem ad obligationes, ubi similiter penē inexpugnabilem uoluptatem in membris humanis, a Propheta significari puto, cui uoluptati caro nostra captiua succumberet, nisi iuxta Apostolum, Dei gratia subueniret.

Ossa eius uelut fistulae aeris, et cartilago illius quasi laminae ferreae.] His membrorum nominibus indicatur, quod diabolus cum suis durus sit, rigidus, pertinax, & inflexibilis. In ossibus nanque & cartilagine, intus & foris, in cogitatione uidelicet & opere, perfecta eius est demonstrata malitia. Quod autem dictum est, Cartilago eius quasi laminae ferreae: alij dixerunt, Spina eius ferru est fusile, ubi intelligitur, quia nunquam se diabolus per poenitentiam Deo sit humiliaturus.

Ipse principium est uiarum Dei, qui fecit caelum, applicauit gladium eius.] Hoc in loco hic esse mihi sensus uidetur, quod ad uias Dei ambulandas, & per obedientiam praecipita Dominica obseruanda, hic inter caeteras creaturas rationales primas a Deo sit conditus, & inde dictum sit: Ipse principium est uiarum Dei. Nam & in Ezechiele propheta, in capite lapidum ignitorum refert: id est, quod primus fuerit omnium angelorum, & corona in manu Domini. Siue ita dici potest, ut in illa aeternitate sua Deus sempiternus manēs, quasi egressus in facturam creaturarum uideatur, & haec sint uiae eius, ut inuisibilia eius ex uisibilibus apparerent. Siue unaqueque creatura uia Dei est, per quam ad Dei iter cognitionem, dum condita ab

ta ab eo cognoscit. Siue uiae Dei illae sunt, quando cuiuslibet creature rationali Deus quasi ad eandem ueniēs innotescit. Proinde hunc Beemoth principium uiarum Dei dicitur, eo quod primus factus, Dei sui cognitionem, a quo conditus esset, accepit. Dominus autem Christus in principio uiarum Dei creatus ita refertur, quia reconciliando mundo per sanguinem suum, uias mandatorum patris, quas opera eius, id est creatura eius graderetur, in principio praedicationis Euangelij demonstrauit. Quod autem Dominus ait, Qui fecit eum, applicauit gladium eius: id est, qui fecit Beemoth, applicauit & gladium eius, id est ut malleo quo alios interimit, ipse puniatur: sicut & de eius similibus spiritus sanctus in psalmo locutus est, Gladius, inquit, eorum intret in cor eorum, & caetera. Notanda tamē in hoc loco est commutatio personarum. Nam superius Dominus ait, quod Beemoth bestiam ipse fecerit: & nunc dicit, quod alius eum creauerit, ita dicendo: Ipse est principium uiarum Dei, qui fecit eum, quod ita exponi potest, quia pater in filio omnia fecit, sicut & propheta ait ad eum: Omnia in sapientia fecisti. Alij dixerunt: Ipse est initium figmenti Domini, quod fecit, ut illudatur ab angelis eius, id est sanctis. Ab his ergo illuditur, quando per gratiam sancti spiritus, & meritum sanctitatis eis subditur, et in uocatione nominis Christi ab obsessis corporibus effugatur: ab eis utique, qui deponentes omnem malitiam, & omnem dolum & simulationes, secundum Esaiam, geniti infantes in Christo sunt, de quibus propheta ait, cum uirtute gratiae Christi contra aduersarium eorum diabolum, in spiritu praeuideret dicens: Et deleabitur infans ab ubere super foramine aspidis, & in cauernam reguli, qui ablatatus fuerit, manum suam mittet. Et Dominus cum de eius toto corpore loqueretur, ait ad eos quos inuocantes & paruulos fecerat, dicens: Ecce dedi uobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones: & nihil uobis nocebit. De his qui malitia paruuli effecti fuerant, & propheta commemorat, Et puer centum annorum morietur: peccator autem centum annorum maledictus erit. id est, qui simplicitatem & innocentiam custodierit, longe aetatis benedictione donabitur: qui uero inueteratus fuerit in peccatis, in maledictione morietur.

Hic montes herbas ferunt, omnes bestiae agri ludunt ibi.] Hi montes in climate aequilonis sunt constituti, ubi superbus diabolus federe se dicit. Ascendam, inquit, super altitudinem nubium: ero similis altissimo. Quos montes, superbos quosque & nimium elatos homines, ac tumorem cordis illius minantes, non absurde sentimus. In his igitur habitans, temporariam inuicibilitatem, quae herbarum uocabulo appellata est, in eis depascitur, & malo uirentis ac uigentis in eis uoluptatibus noxie delectat. In quibus etiam motibus omnes bestiae agri ludunt. Bestiae foeci sunt & ministri diaboli, de quibus ait propheta, orans

ad Deum: Ne tradas bestiis animas confitentium tibi. Ager uero hic mundus est, secundum auctoritatem Domini, quia dicit in Euangelio: Ager autem est hic mundus. In talibus igitur montibus, qui herbas luxuriae, non arbores fructiferas ferunt, haec bestiae, aduersariae uidelicet potestates, non habentes rigorem uirtutum ludunt, luxu resolutae, lasciuiaeque uitiorum: & in omnibus eorum montium sceleribus ac nefandis criminibus dediti gloriantur. Alij hoc loco ita dixerunt: Ascendens in montem praeruptum, fecit gaudium quadrupedibus. In monte praerupto, ipsius superbiae diabolicae uerticem significatum puto, in quem nimium se extulerit, ita ut de eo usque in ima caderet inferorum, fecit gaudium, id est dedit consolationem ijs peccatoribus, qui per eum in profunda inferi corruerunt, sub quorum persona ad ipsum principem tenebrarum ita sermo propheticus loquitur: Et tu uulneratus es, sicut & nos, nostrisque similis effectus es. Detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadauer tuum. Fecit gaudium quadrupedibus, id est, ut dictum est, peccatoribus, qui comparati iumentis insipientibus, in terram proni, seu uergentes in tartarum, caelum suspicere, malorum depressi mole non possunt.

Sub umbra dormit, in secreto calami, et locis humilibus.] Quod umbrae corporum sint, nemo dubitat. Sed umbra in scripturis diuinis aliquando requies & refrigerium intelligitur, aliquando poenae, inde dicitur umbra mortis. Aliquando umbra peccata esse referuntur: quae tanquam umbra corpori, ita morti uicina sint. In peccatis ergo diabolus habitat, & requiescit in secreto cogitationum, siue etiam lumborum, unde & loca humilita appellantur, siue in secretis, id est in absconditis Dei, quae Deus utique non requirit, & uelut indigna non uisitat, de quibus absconditis propheta ait ad Deum, De absconditis tuis adimpletus est uenter eorum: id est, peccatis congestum est cor eorum. Peccata ergo tanquam tenebrae absconduntur a Deo lumine ueritatis. Siue, ut iam dixi, in loco remoto cordis diabolus habitat, quod cor uacuum timore Dei, uanitati patet & luxui, atque omnium illecebris uitiorum. Hoc enim umbra, solem nesciens, & calami secreta significant. Alij dixerunt, Sub omnimodis arboribus dormit secus iuncum & calamum & caricem. Omnimodas arbores dicit, quae tamen omnes infructuosae sunt, non habentes medullam charitatis Dei, nec bonorum operum fructus.

Protegit umbras umbrae eius.] Peccata eius super omnium impiorum peccata & impietates eminent, quas protectione quadam malitiae suae contegit & defendit. Alij dixerunt ita: Innumbrantur in eo arbores magnae. Vbi hoc mihi uident dixisse, quod quamuis maligni spiritus uel homines ministri diaboli superbia sint excelsi, tamē superet eos magnitudine delictorum, quia sceleratoris criminis est inuictorem, quam inuitatorem esse peccati.

Psal. 73.

Matth. 17.

Esai. 14.

Psal. 16.

Ezech. 38.

ta ab

Circundabunt eum salices torrentis.] siue stirpes & uirgulta, ut alij dixerunt. Mundus iste, siue mortalitas propter uelocem uolubilitatem suam torrentis nomine appellatur, sicut & propheta ait, cum de passione Domini prophetaret, De torrente, inquit, in uia bibet. Dispensationem namq; illa qua ad nos uenire dignatus est, in cruce mortis calicem bibit: de quo dixit ad patrem, Si fieri potest, transeat a me calix iste. A talibus ergo diabolus circundatur, id est huius mundi hominibus, qui sunt pleni sentibus peccatoru, & perfidia infidelitatis amarissimi: in umbris quocq; tanquam folijs fructus honoru operum mentientes, qui etiam ei in collegium confortiumq; iunguntur.

Ecce absorbebit fluuium, & non mirabitur, habens fiduciam, quod insuat Iordanis in os eius.] Multis in locis scripturarum fluminis nomine genus humanum significari nouerimus: de quo & ipsa potestas aduersaria ait, Meus est fluuius, & ego feci memet ipsum. Huic ergo fluuiio, humano uidelicet generi in ima atq; ad inferiora more fluminis defluenti, desideria cupiditatum, & delectiones presentes, amoremq; mundi ita insinuat, ut eum absorbere possit, & uelut inferus deglutire. Sic namq; humanum genus praeceps in supradicta uitia defluit, ut possit ab inimico facile deuorari. Quod autem ait, Habet fiduciam, quod insuat Iordanis in os eius: Iordanis fluuius baptisimi continet sacramentum. Dum enim in ipso Christus Dominus baptizatur, nostrum baptisma consecratum est. Cuius secundum mysticos intellectus, mores & colles, arietes & agni ouium exultant a facie Dei Iacob, qui iunior frater credendo seniore fratrem incredulum supplantauit. De cuius Iordanis terra, id est Ecclesia, propheta ex persona credentis se dicit Dominum recordari, a Christo utique monte modico incipiens, qui propter passionem modicus factus est, minoratus ab angelis, obediendo patri usq; ad mortem. Hic ergo Beemoth nimia elatus temeritate, fiduciam gerit, ut & praedictum Iordanem, sacramenta uidelicet Ecclesiae figurantem, ore suo hauriat, & uoradi cupidus suo eum ventre concludat: id est, etiam eos quos sanguis Christi per aquam regenerationis, quam Iordanis typice portendebat, per ablutionem spiritus sancti de illius potestate ac durissimo dominio redemit, quare ut cursus suos faciat, seu occulta suasionem, seu oppugnationem manifesta.

In oculis eius quia si hamo capiet eum.] Verba haec patris de filio sunt secundum illam locutionem, de qua superius diximus, ubi pater ait de eo, cum ei de diabolo sermo esset: Ipse est principium uia-rum Dei. Hunc igitur Beemoth homo diuini nominis, id est Deus hominis assumpti carne uestitus, in oculis eius capiet eum. Pater inquit de filio, quod diabolus esset ab eo capiendus. In oculis ait, id est in ipso intelligentiae lumine, ubi est uisus sapientiae naturae rationalis: ibi inquam diuina sapientia captus est, dum per calliditatem suam atq; uerfutiam non uidet, cuius carnem

morte apprehenderit, deuorandam. Secundum igitur hunc modum captus est diabolus: & iudibus nares illius perforantur, id est furentem saeuitiam, atq; in sanctorum interitu mire astibus anhelantem, Christus Dominus conterit & perturbat. Sanctos uero propter lignum crucis non absurde hic fides intelligendos puto. sic utiq; humiliat & cofringit Dominus inimicum, dum eum per eisdem sanctos ligno suae crucis retundit.

An extrahere poteris Leuiathan hamo?] Commutauit figuram aenigmati, ut diabolum quem superius Beemoth translato nomine dixerat, eundem nunc Leuiathan appellat. Sed illic eum quasi bestiam dicit, quae terras inhabitat: hic uero ita illum nominat, uelut in aquis maris consistat. unde & alij pro Leuiathan draconem dixerunt. Vnde uideri potest, quod horrendum nescio quod genus draconu sit, quod Leuiathan dicitur, cuius malitiae ac potentiae congrue diabolus coaptetur. Beemoth autem, eo quod multum cum eo sint, appellatur. Nam & Beemoth latine, quasi plures sonare dicitur: unde & ipse intelligi potest cum socijs & ministris. Et recte quasi dicuntur, qui a Deo non sunt. Leuiathan uero additamentum quidam aiunt interpretari. Qui ergo in ueritate non stetit, & excedens presumptionis modum, addidit sibi superbiam, quasi super naturae bonum in tumorem morbo elationis excreuit. proinde additamentum dictus est. Vocabulum enim factum de crimine, operum conditionem naturae bonae, quam Deus bonus creauerat. Et Esaias propheta de eo uaticinatur, ita dicens: In die illo, siue in passionis tempore, siue in aduentu iudicij eius. In die ergo illo uisitabit Dominus in gladio suo duro, grandi & forti super Leuiathan serpentem uestem, & super Leuiathan serpentem toruosum, & occidet cetum qui in mari est. Secundum hoc ipsum est, quod alius propheta similiter ait ad Dominum: Tu confirmasti in uirtute tua mare, tu contriuisi capita draconum super aquas. Vbi hic ipse diabolus tanquam caput cum suis membris describitur, & corpus eius, ac squammata indissociabili copula coniunctae esse narrantur. Hunc ergo Leuiathan draconem typicum, ait Dominus ad Iob, ne in aquis gentium dominetur: tu forsitan de mari populorum extrahere poteris, quem hamo uirtutis meae, ut supra dictum est, per fidem credentium extrahere & siccare disposui. Secundum hunc sensum est illud quod & Dominus ait in Euangelio: Nunc princeps mundi huius eijcietur foras. & iterum: Cum fortis armatus custodit domum suam, in pace sunt ea quae possidet: cum autem fortior illo superueniens uicerit eum, uniuersa arma illius auferet, in quibus confidebat, & sic ligat fortem. In primo autem aduentu Christi, factum est per gratiam redemptionis eius, ut de societate diaboli, & dominatione eius populi emerentur. In secundo uero aduentu eius, omnis diaboli potestas est auferenda, quando quidem mare hoc, id est seculum non erit, gentesq; sociorum illius

de

de terra peribunt: quando etiam quaeretur delictum eius, & non inuenietur. Domino regnante in aeternum & in seculum seculi, absorpta morte, mortisq; inuentore in resurrectionis uictoria. Quod autem in hoc libro ait Deus, quia hamo extrahat Leuiathan, per alium prophetam ita illum alloquitur dicens: Expandam super te rete meum in multitudine populorum multorum, & extraham te in sagena mea. Hami uero & sagena differetiam hanc esse existimo, ut hamum ipsum Salvatore filium Dei carne uestitum intelligamus. Sagena autem dici potest missa praedicationis Euangelij, quae a solis ortu usque ad occasum latissimo spacio sit expansa: sicut & Propheta ait, Magnus Dominus, & caetera. & deinceps ait: Dilatans exultationem uniuersae terrae. Quae sagena praedicationis Christi, ueteris testamenti figuris, et significationum imaginibus, multisq; eiusdem scripturae testimonijs, uelut nodis illigatis sit solide roborata: quam ce-te multa & dracones saeuissimi, id est mundi istius impij & potentes, scindere ac rumpere tauerunt, idq; non potuerunt efficere, quia firmum fundamentum Dei stat, & nequaquam conuelli potest: quia si Deus pro nobis, quis contra nos? Proinde secundum hanc expositionem, idem sensus in hamo & sagena esse dignoscitur. Cum ergo dixisset Dominus ad Iob, An extrahere poteris Leuiathan hamo? ait ei:

Et fames ligabis linguam eius?] Quemadmodum ex plurimis particulis subtergeminis fumis intextur, ut fiat uinculum quo possint aliqua colligari, ita & diabolus de multitudine peccatorum suorum quasi de resticulorum particulis uinculum sibi sacrilegioru, uelut famem blasphemus intexit, quo innectitur, ponendo in coelum os suum. Sic itaq; de ipsis blasphemijs eius, lingua illius colligatur, ut sit os obstructum atq; oppilatum loquentis iniquitatem. Et in Prouerbijs Salomonis de similibus eius scriptum est: Vinculis peccatorum suorum unuquiqueq; cofringitur. Unde est quod & Dominus in Euangelio pigrum & inutilem seruum, ligatis manibus & pedibus mittendum dicit in tenebras exteriores. quod est, uinculis peccatorum suorum, quae operatus est, secundum diuinum iudicium ligatus mittitur in poenas. quod & Dominus ipse quodam loco manifestissime demonstraui, quando flagellum de Iudeorum resticulis fecit, eosq; inde flagellans proturbauit e templo.

Nunquid pones circulum in naribus eius, siue capistrum, ut alij dixerunt, & armilla perforabis maxillam eius: siue ut alij dixerunt, & forcipe pertundes labium eius? Circuli, capistrum, forcipis & armillae nominibus intelligantur sermones diuinae potentiae, quibus superbus atq; blasphemus, humiliatus a Deo est, & attritus.

Nunquid multiplicabit ad te preces, aut loquetur tibi mollia?] siue ut alij dixerunt, aut loquetur tibi blandus: Soli ergo Deo, cuius creaturam se esse cognoscit, est subditus, atq; ei tantu ipsa conscientia pauens, animus eius superbus addicitur.

Nunquid feriet tecum pactum, et accipies eum seruum sempiternum?] Licet sit rebellis, & nimium tumidus, cogitur tamen atque compellitur ipsius naturae bono, quod ei in testimonium iustae damnationis eius ex parte non perijt, ut Dominum creatorem suum, saltem ut seruum malus, Dominum suum esse fateatur. Hoc est pactum siue testamentu, quod ei cum Domino mire praecipuum est. Vnde & ipse Dominus ait, Et accipies eum seruum sempiternum. hoc enim nulla uoluntate animi facit, sed diuinae potestatis imperio. Et ideo a Deo seruus dicitur sempiternus, quia adoptionem filiorum, siue primatu illum angelicae dignitatis nunquam sit recepturus.

Nunquid illudes ei quasi auis, & ligabis eum ancillis tuis?] In tantum ait Deus, humiliabitur draconis istius fortitudo, & omnino pro nihilo erit, ut illudendus habeatur, & ad illudendum sanctis angelis deputetur, sicut & supra iam dictum est. Quod autem quasi auis illud perhibetur, quia uelut res parua & nimia ad uirtutem Dei omnipotentis habeatur, auis nomine uoluit demonstrare. Quodq; alligandus ancillis dicitur, illud est quod ipse Dominus in Euangelio ait ad discipulos suos: Ecce dedi uobis potestatem calcadi super serpentes, & super scorpiones, & super omnem uirtutem inimici: & nihil uobis nocebit. Si itaque alligatur atq; illudatur a sanctis antibus Dei, quae sunt ancillae Christi, dum ab eis ipsi & eius socijs imperat, & de corporibus ab eo obseisis exire compellitur, cuiq; per uniuersum mundum quotidie captiua auferitur captiuitas: qui & secundum Apocalypsim per mille annos alligatus dicitur, quod est a parte totum: secundum Apostolum qui ait, Filioli, nouissima hora est, que est ex tempore aduentus Domini in carne nostra. Itaq; alligatus est, ne sedueat Christi gratia et redemptione saluandos. Alij dixerunt, Aut alligabis eum sicut passerem infantulo: quod est, ut ab infantulo teneatur praecipuum imperij mei, uelut ligatus, ei in potestate tradetur. Hic est infans ille, de quo propheta Esaias ait: Et infans ab ubere in foramine aspidis mittet manum suam. Qui infans secundum eundem Esaiam prophetam, quamuis sit centum annoru puer, per Christi gratiam morietur: id est, sanctus & innocens ad Deum de hoc seculo emigrabit. Hunc ergo infantem accipere debemus unumquemque sanctorum, qui de fonte, id est utero matris Ecclesiae, tanquam infans Deo renatus est, & praecipua Dei uelut lacteos cibos de eius uberibus fugit.

Concidet eum amici, diuident illum negociatores.] Amici & negociatores isti, sancti intelligendi sunt, omnes etiam ueritatis praedicatorum, quibus Iesus Christus filius Dei ait: Vos mei estis. itemq; de eisdem per parabolam dicit. Simile est regnum caelorum homini negociatori quaerenti bonam margaritam, &c. Qui regnum Dei aeternae uitae ac beatae praemium uelut preciosissimam margaritam in uenalibus proposuerunt mundo, ut unusquisque creditorum uendat, quaecunq;

Psal. 109.

Math. 26.

Exech. 29.

Math. 3.

Psal. 41.

Hebr. 2.

Esai. 7.

Psal. 71.

Ioan. 11.

Luc. 11.

Exech. 32.

Cap. 5.

Math. 22.

Ioan. 2.

Luc. 19.

Cap. 20.

1. Ioan. 2.

Esai. 11.

Esai. 65.

Ioan. 17.

Math. 13.

quæcumque habuerit, delectationem scilicet uitæ presentis his mercimonijs commutet, & emat eum. Igitur supra dictis amicis & negociatoribus corpus huius draconis cõciditur atque diuiditur, dum per eisdem ad fidem Christi de perditorum eius multitudine quàm plurimi separantur. Nam multis & de potentibus eius, & in malitia fortibus ab eius consortio uelut membra illius fecernuntur, sicut & Abacuc propheta ait ad Dominum: Præcidisti in strepore mentis capita potentium. & de quibus rursum ait ad Deum: Misisti in capita inimicorum mortem. Mortem utique uitiorum, ut iam non sibi uiuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. Hæc capita inimicorum Dei, id est, populorum principes impiorum, ipsi sunt huius spiritualis draconis reges & nobiles, qui secundum translationem nominum, et figuram tropi alterius, alligandi à prædictis amicis & negociatoribus esse dicuntur, sicut Dauid propheta ait: Ut alligēt reges eorum in manibus & compedibus, & nobiles eorum in uinculis ferreis. Hi ergo reges & nobiles, ipsi sunt & dracones, membra uidelicet illius magni draconis: de quibus draconibus ait propheta ad Deum: Tu confregisti capita draconum super aquas.

Abacuc 3.

Ibidem.

Psal. 149.

Psal. 75.

Nunquid implebis sagenas pelle eius, & gurgustium piscium capite illius? Omnes qui confessione malitiæ & imitatione adherent diabolo, recte pellis eius esse dicuntur. Quos ideo pellis nomine arbitrator dictos, eo quod indissociabili connexionem ei cõiuncti sunt, & separari ab eo nunquam aut certe uix possunt. De his ergo dicit Deus ad Iob, sagenas implendas esse. Quomodo autem unam eandemque Ecclesiam Christi propter unius fidei confessionem pro locorum diuersitate, per uniuersa diffusam, apostolus pluraliter nuncupauit, Eram, inquit, ignotus facie Ecclesijs Iudææ, quæ sunt in Christo: hoc modo Euangelium Christi pro diuersis locis, ubi prædicatur, plurime appellatur sagena. Et gurgustium piscium capiti illius: Caput diaboli, sacrilegorum magistrum, uel principes mundi intelligi possunt, qui tanquam intra gurgustium, id est intra receptaculum piscium, tanquam intra retis sinus, intra septum Ecclesiæ concluduntur. hoc autem operatur ista piscatio spiritualis, ut magis uiuant qui de hoc mari fuerint extracti. Alij longè alio sensu dixerunt. Saginantur in eo nationes, & partitur Phœnicum gentes: & omnes gentes si cõueniant, non portabunt corium caudæ eius, & in nauibus piscatorum caput eius. quemadmodum credentes Christum ipsum habent cibum. ex eo enim reficiuntur, ac promissionum eius dulcedine satiantur: ita omnes infideles & impij draconis huius uitiorum omnium felle tanquam carnibus saginantur. & ipse Deus per prophetam uolatilium & bestiarum translatio nomine hos pullos appellauit, sicut ait, Bestijs terræ & uolatilibus cœli dedi te ad deuorandum. Quem unusquisque prædictorum pro auuiditate imitationis in scelere dicitur deuorare, & per maligna exercitia diaboli

Ezec. 39.

receptaculum fieri: quem tanto plus comedat, quāto in impietatibus eius amplius fuerit subsecutus. Et idcirco dictum uidetur, Partuntur eum Phœnicum gentes: ubi à parte totum sub hoc nomine paucarum gentium, omnes gentes intelligendæ sunt, quæ eum certatim ad se per uitia rapiendo, & scelera, parturiuntur ac diuidunt. Quod autem ait, Et omnes nationes si conueniant, non portabunt corium caudæ eius: enormitatem quidem draconis huius uidetur designare, sed quia ænigmatè omnia obscurissimo sermone dicuntur, hoc locus iste intelligendus est continere: secundum quod Esaiæ lectio habet, Propheta, inquit, docens iniquitatem, hic est cauda: quod malitiæ & impietati hæreticorum, qui ei tanquam corium inhærēt, nemo populorum eius, quamuis antiquorum possit æquare. Omnia enim piacula illorum, eorum qui Christum, postquam cognouerint, negant, uincit impietas. Vel aliter, Omnes non portabunt: id est non sustinebunt corium caudæ eius, id est ualidissimam malitiam, qua inductur, & quam exercebit in finem. Et in manibus piscatorum, id est in excelsis doctorum atque apostolorum, caput eius qui est Antichristus, uix poterit sustineri, nisi eum ad inuocationem fidelium uirtus diuina confuderit.

Esaiæ 9.

Pone super eum manum tuam. Memento belli, ne ultra addas loqui. Sic mihi uidetur dixisse, Victo per me aduersario tuo, pone super eum manum tuam, ut possis ei & tu illudere. Vel pone super eum manum tuam, tanquam dixerit: Si eius potentie & uirtutis esse te arbitraris, pone super eum manum tuam, quod est, si potes, effice uirtute potentie tuæ, ut te cõtemiscat & paueat, sicut & me, cui hoc soli debet. Sed quia id nequaquam facere potes, ut tibi draco hic magnus & in malitia potens subiectus sit, memeto in hac tribulatione pœnarum tuarum, contra quam ferum & truculentum hostem bellum habueris, & sufficit tibi aduersum me uerba aspera de locutum: ubi nosse te uolui, quoniam hunc fortissimum inimicum tuum superare ac uincere nequiuisses, nisi ex præcepto imperij mei accepisset in te potestatem, tuam tamen iustus fuisset animam custodire. A me igitur in ditionem illius ita datus es, ut te non amplius affligeret, quàm uiues tui animi paterentur.

Ecce spes eius frustrabitur eum, et uidentibus cunctis præcipitabitur. Cum in conspectu angelorum sanctorum, & innumerabilis multitudinis beatorum hominum præcipitatus fuerit in gehennas, ignemque perpetuum, spes eius qua se putat forte euadere horrendum et iustum iudicium meum, frustrabitur, & cassa atque inania cogitans, in irritum deducetur.

CAPVT X.

Non quasi crudelis suscitabo eum. Quis enim potest resistere uultui meo? Quis autem dedit mihi, ut reddā ei? Omnia quæ sub cœlo sunt, mea sunt. Hunc igitur inimicum non ut crudelis suscitabit Deus, qui eum quasi punire desideret, uel quoscunque sanctorum collu-

statione

statione eius elidere, cuius naturæ tranquilla potius & integra bonitas cõpetit: sed suscitare Deus hunc Leuiatham hoc modo dicit, ut eum ceteris qualis sit manifestet, quæ uelut Pharaonem longa impunitate diutius exultare permittit. hoc enim iustissimo iudicio suo Deus fieri sinit, aut ad exercitationem probationemque sanctorum, aut ad iniquorum pœnam. Quis enim resistere potest uultui meo? Vbi hoc uidetur dixisse, quod soli aspectui maiestatis Dei omnis creatura cedat, & tremefacta succubitat. Quis autem dedit mihi, ut reddā ei? Omnia quæ sub cœlo sunt, mea sunt. Secundum hunc Apostolus loquitur: Aut quis, inquit, dedit illi, & retribuēt ei? Vbi his uerbis Deus solus semper fuisse monstrat.

ROM. 11.

Non parcam ei uerbis potentibus, & ad deprecandum compositis. Hoc fortassis de diabolo, de cuius uerbis hic loquitur, intelligere possumus: quod quauis sit rebellis in Deum, & contumax, suum tamen tremens sentiat creatorem: & quamuis immemor conditionis suæ, tamen tanquam seruus nequam saltem coactus dominum suum obsecrare se simulet.

Quis reuelabit faciem indumenti eius? Vbi figmento obuelatam faciem diaboli demonstrauit, qui se transfiguratur in angelum lucis. Reuelatur autem facies eius à Domino, cum artes nequitiarum illius à conuerso homini deteguntur.

Et in mediū oris eius quis intrabit? Vbi os diaboli, indefinens blasphemia eius potest intelligi, quod obstruendum à Deo sit atque oppilandum, cum uerbo diuino fuerit penetratū. Siue in mediū oris eius quis intrabit: potest ita sentiri, ut os diaboli infernus intelligatur, ad quem Saluator descendit, ut deuoratus à diabolo, homines liberaret: & ideo quod futurum erat, uerbo futurari temporis dixit, In mediū oris eius quis intrabit?

Portas uultus eius quis aperiet? Abditam, & multo secreto absconditam fortitudinem hypocriteos diaboli dicit, Dominus se patefaciturum: quā in passione & cruce sua aperte manifestauit, quando cum principibus suis & potestatibus traditus à filio Dei palam fiducialiter triumphatus est.

Per gyrum dentium formido. Voratorem & insatiabilem hunc inimicum dicit, qui uelut rapacissima bestia dentibus uniuersa consumat, et idcirco formido & timor sit in gyro dentium eius: id est, ad deuorandum parati sint.

Corpus illius quasi scuta fusilia, & compactum squammis se prementibus. Vna uni coniungitur, & ne spiraculum quidem incedit per eas, Vna alteri adherent, et tenentes se, nequam separabuntur. Tres hi uersus continui sub diuersorum sermonum repetitione unum eundemque sensum loquuntur. Corpus ergo diaboli, omnes consortes eius & spiritus immundi intelligendi sunt: quos tanta consensione atque conspiratione dicit Deus illi adiunctos, ut in dissolubili connexionem eidem sint copulati. quos etiam sub allegorica dictione squammarum nomine appellauit, quæ ita densatæ sint, & strictim sibi inuicem coherentes, ut nullum illis per indefinentes ne-

quitias spacium sit respirandi ad Deum, eo quod ab illa sui cõnexionem nequaquam ad sanitatem pœnitentiæ relaxentur. Quod autem demones & omnes impij ministri diaboli osculis fusilibus comparantur, per hoc significat Dominus, quod nimium pertinax & obstinatè rebellans & fortiter solidat, ac perennis sit eorum repugnatio contra Deum. Diabolum uetus editio similiti lapidi assimilauit, qui natura asper est, et alia atritu lauificans: sed ipse asper esse non desinens, cuncta comminuens, diminutionem autem sui ipse non sentiens.

Sternutatio eius, splendor ignis, & oculi eius ut palpebræ diluculi. Sternutatio fordes cerebri egerit, & uicia ex interno concepta depurgat. Diabolus ergo, qui totus fordidus & foetidus est, in hoc lumine uidetur ostendere, cum transfigurans se in angelum lucis, malitię fordes suę in pernitem hominum cum delectatione operaturus effundit, & de inuidia, id est de malorum omnium capite, uenena sua commouet ac producit. Oculi autem diaboli, falsi prophetæ intelligendi sunt, de quibus sanctus Esaias ait, cum ad peccatorem populum loqueretur dicens de Deo, Claudet oculos uestros. Qui insigatiōe diaboli dum ea quæ ab eo inspirati loquuntur, uicina uidentur lumini ueritatis, sicut palpebræ sunt diluculi, cum tamen nihil luminis Dei possideant. Nam etsi uidentur initium lucis in se ostendere, quæ eis de hypocriteos figmento exoritur, mendaciorum tamē tenebras specie ueritatis obducit.

Cap. 29.

De ore eius lampades procedunt, sicut tædæ ignis accensæ. Quemadmodum os Domini sunt prophetae & sancti, per quos loquitur, qui dicunt, Os Domini locutus est hæc: ita & omnes sacrilegi & blasphemij os diaboli recte dicunt, ex quo tædæ ignis accensæ, siue ut alij dixerunt, facule ardentes procedunt: id est, ignis eis pœnæ causa suggeritur. Et in Apocalypsi, ubi sub equorum similitudine ministri diaboli describuntur, ita & de his dicitur, Et de ore eorum exiit fumus, & ignis, & sulfur. Et ita Dominus ad ipsum loquitur per Prophetam: Producā ignem de medio tui, qui comedat te.

Esaiæ 25.

Cap. 9.

Ezech. 26.

De naribus eius procedit fumus, id est superbia, sicut olla succensæ atque feruentis. Qui uapor aut ipsi aut obtemporandi generet nunc caliginem, & postmodum causas ignis æterni. Superbiæ spiritus in anhælitu narium demonstratur, quo animi sui tumore exhalare se gaudet. Sed humiliari ac reprimi à Domino superius ita dicitur: Nunquid pones circulum in naribus eius, & armilla perforabis maxillam eius?

Halitus eius prunas ardere facit. Hic est fumus è naribus exhalatu eius, ut uel sibi uel carbonibus, id est, ministris suis, ignem æternum & fumidum sumministret. Ita enim & similibus eius Dominus ait: Ambulate in lumine ignis uestri, & in flammis quas succendistis uobis.

Esaiæ 30.

Et flamma de ore eius egreditur. quod est, Pœnæ blasphemiarum de ore diaboli conglomeratæ egrediuntur.

In colle

In collo eius morabitur fortitudo, & faciem eius precedet egestas. Colli nomine, id est, cervicis, tumorem & arrogantiam diaboli dicit, cuius dicitur per **Esai. 4. 1.** Prophetam: Nervus ferens cervix tua, in qua principalia peccati malum habitet & moretur. Hac igitur se superbie fortitudine induit, sicut et Prophetam verba illius loquitur, dicens: Fortitudinem faciam, quem ob hoc Dominus increpat, & dicit ei: In sapientia tua fecisti tibi fortitudinem. **Ezech. 28. 18.** & iterum ait ei: In negociationibus tuis multiplicasti tibi fortitudinem. Itemque, Eleatum est cor tuum in fortitudine tua. Quod uero ait, Faciem illius precedet egestas: hoc est, quod ubi appropinquaverit diabolus, illico ibi omnis uirtus atque animae exhauriatur uirtus, ac substantia consumatur.

Membra carnis eius, coherentia sibi.] Membra diaboli sunt, quos supra in squammis & scutis fulibus nominavit. Carnium autem eius membra idcirco sunt dicta, quoniam carnalibus ac flagitiosis actibus dediti, ei uelut auctori malorum coherent.

Mittet contra eum fulmina, & ad locum alium non ferentur.] Ordo dicentis Dei hoc loco obscuratus uidetur, ubi cum diabolo dicat Deus, subito personam commutat, dicens: Mittet contra eum fulmina, & ad locum alium non ferentur: id est, illo quo fuerint destinata, peruenient. Credendum est, quod haec fulmina a Deo mittuntur contra diabolum, secundum illum sensum, ubi dicitur, **Gen. 29.** Pluit Dominus a Domino, quod ita & hic dictum arbitramur, Fecit Deus quod locutus est. Fulminatur autem a Deo draco diabolus, quando igneis Dei elo quiis de sanctis nubibus increpatur. Quae utique fulmina in illum missa atque directa, non frustra iacentur, & ad locum alium non ferentur: nec se ab eis diabolus gloriabitur impunitum.

Cor eius indurabitur quasi lapis, & stringetur quasi malleatoris incus.] Sive ut alij dixerunt, Et stat sicut incudo infatigabilis. Cor diaboli durum & inflexibile est, hebetudine quoque lapidis & rigore concretum. Constringitur autem sive stat sicut incudo, quae non producit. Incudo namque caeditur, sed non producit, superiecta edomat, immobilis autem ipsa consistit. talis diabolus est. fidelium enim uerborum increpationibus tunditur, prophetarum dictis caeditur, martyrum uictoria elidit, sed manens rigidus, durus, indomitus, aeternis addictus est poenis.

Cum sublatus fuerit, timebunt angeli, & territi purgabuntur.] Hoc de primis exui temporibus dictum accipi potest, quantum sit malum superbiae, iam tunc sancti angeli scire potuerunt, quando praesumptor tyrannidis caeli ex arce deiectus est: quando etiam pro eo merito quo in ueritate, in qua ille non steterat, perstiterunt: & in hoc beatificari esse credendi sunt, ut certissimi fieret nullius unquam peccati lapsum sibi esse metuendum. Igitur quod hic dictum est, quia sublato diabolo timebunt angeli, & territi purgabuntur: non sic intelligendum est, quia ad cauendum peccatum

superbiae emendationis futuri sint territi tantae damnationis exemplo: cum utique perspicuum sit, minimo eos beatos fore, si studendum eis sit cura impensiore ne peccent. Peccatum enim cauere, uel peccato resistere, ad poenales mundi huius miseras pertinet, non ad futuri seculi gloriam. Hoc ergo arbitror intelligendum, quia homines qui ad consortium peruenerint angelorum, utpote quasi quidam angeli, damnato diabolo territi purgabuntur, uidentes qualem quantumque hostem, & cuiusmodi poenas horrendae damnationis euaserint. Purgabuntur autem, id est puriores Deo reddentur, tanta diuini beneficii in se consolatione perspecta. Id etiam quod dictum est, territi, uel quod scriptum est, timebunt, non abhorret a sensu: ut rationalis uidelicet creatura omne beneficium atque omne iudicium creatoris sui non cum poenali, sed cum honorifico terrore miretur. Et reuera quae maior purgatio siue purificatio esse poterit ante Deum seu angelum seu angelici hominis, quam ut semper cum exultatione, quia qui desert, hic pius est: & cum tremore, quia cui desertur, hic Deus est, omne bonum certissima securitatis suae, gloriaeque perpetuae, ad laudem sui referant conditoris.

Cum apprehenderit eum gladius, subsistere non poterit neque hasta, neque thorax. Reputabit enim quasi paleas ferrum, & quasi lignum putridum es.] Alij uero manifestius transtulerunt, dicentes: Si occurrerit ei lancea, nihil faciet ei. id est, nihil minus, terroribus & increpationibus poterit emendari. In hasta autem et thorace possunt illi intelligi, qui iustitiae lorica induti, dextera operibus sancti armata, conabuntur ei resistere: ipsum uero punire siue extinguere non ualebunt, quia tam fortis & malus est, ut aduersantem contemnat, & conuerti minime uelit. Proinde si quid fortitudinis est animorum in sanctis, quod ferri uocabulo appellatur: si quid etiam uirtutum, quod praeter ceteris splendore uel perennitate censetur, ille tanquam palearum purgamenta & uelut lignum putridum aestimabit. Tanta enim se uirtute superbiae induit, ut haec omnia arma aduersum se suscepta pro nihilo pendat, & ipsi potius operetur opera palearum aceruis similia, & lignis infructuosis uetustatis carie fatiscetibus, quae igne inextinguibili sunt urenda.

Non fugabit eum uir sagittarius.] Quilibet sanctorum, quamuis pharetram cordis sui increpationum sermonibus, tanquam telis compungenti bus plenam habeat, ab eis tamen hic nimium durus & ferreus penetrari non poterit: et ideo non sentiens uulnera conpunctionum, ab hoc tali sagittario non fugatur. Alij uero ita dixerunt: Non uulnerabit eum sagitta aerea. Verbum Dei incorruptibile & permanens, sagittae aeneae comparatur, quo nunquam potuit diabolus ad poenitentiam uulnerari, secundum duritiam cordis sui, thesaurizans sibi iram in die irae & reuelationis iusti iudicii Dei.

In stipulam uersi sunt ei lapides fundae.] Funda potest intelligi qui cum sanctis, qui manu Domini conti-

ni continentur. Per hos ergo sanctos suos Dominus duos sermones, fortes & asperos, uelut lapides in hunc impium ualide iaculatur, ut eisdem percussus det honorem Deo: sed ille cum singularis malitiae sit, eosdem sermones sibi conuertit in stipulam, ut dum eos pro nihilo ducit, fiant ei uelut stipula, quae ei firmidos globos tartarei ignis accendat. Quod & alij eodem sensu dixerunt, Aestimatus lapides funda iactos, ut foenum.

Quasi stipulam aestimabit malleum.] Verbum nihilominus diuinum, graue scilicet & forte, contundens eum & atterens, ut uasta duritia impietatis eius, saltem a sanctorum insectatione tenuetur, pro stipula aestimabit. Prae malitia namque obduratus, non sentiet pondus tundentis desuper, quoniam cor eius factum est sicut lapis, & sicut incudo indomabilis, quae nunquam licet supra modum tusa producitur.

Et deridebit uibrantem hastam: siue, ut alij dixerunt, trementem.] Sermonem ualidum cuiuslibet sancti ad se cum uigore animi ac uirtute missum, non solum non uerebitur, uerum etiam derisdebit, uel eundem sermonem, uel etiam iaculantem. Hoc totum de diabolo Deus diuersis modis ac similitudinibus ideo dicit, ut demostret hominibus, quam malus sit, & quam potens, quam etiam sit omnino irreuocabilis.

Sub ipso erunt radij solis, sternet sibi aurum quasi lutum.] Sol iustitiae Christus Deus est, in cuius penis est sanitas. Huius igitur radij, id est sancti, qui filij lucis huius, ab hoc principe tenebrarum efficiuntur noctis filij & tenebrarum, dum in prauaricatione Adam peccato illius detinentur obnoxij: aut dum iam redemptos per Christum, capitalibus criminibus suos facit, sibi que uelut captiuos & seruos subdit & subiugat. Possunt & illi angeli, quos secum tanquam tertiam partem stellarum in terram traxit, hi radij solis intelligi, qui recedentes a Deo uero lumine, facti sunt tenebrae, & principes tenebrarum. Hi ergo sub ipso sunt, quibus diabolus est rex & Dominus. Aurum uero secundum hunc sensum quem diximus, ipsi sunt radij solis, qui sub nomine auri preciosi, quicquid & magni intelliguntur. hos sibi sternit quasi lutum, cum eos subditos peccatis, sordidos & uiles efficit. Dicuntur autem dracones in eis locis secretis, & terrarum abditis sinibus uel maxime commorari, ubi metallum auri sit. Et ob hoc sub spiritali intelligentia puto haec metaphoram conseruatam, eo quod hic draco rufus de auro honorum quos deiecerit, sibi cubile sternat: quod est, omnes spirituales huius mundi diuitias, id est bonorum omnium sanctitatem & iustitiam, ceterasque uirtutes, uelut aurum sub se habebit, cum eos obdormiente fide, in immensum redegerit peccatorum.

Desunt hic plura.

Respondens autem Iob Domino, dixit, Scio quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio. Quis est iste qui celat consilium absque scientia? Ideo insipienter loquutus sum, & quae ultra modum excedunt scientiam meam. Audi, & ego loquar, interrogabo te, & ostende mihi.] Beatus Iob multa uerberum emendatione correctus, & praesentis castigationis purificatus examine, Deum nihilominus audet interrogare, ubi dicendo Audi, clementiam diuinae dignationis ostendit. & hoc loqui uidetur, quod illam plagam longe alio modo circa eum Deus operatus fuerit, quam ipse ante iudicaret. Et hinc est, quod se doceri a Deo cupit, sibi hoc ipsum deposcit ostendi. Accepto ergo Iob, sicut ex sermonibus eius credendum est, diuinae uirtutis oraculo, ait ad Deum:

Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus uidet te.] Post tentationis probationem proximior factus diuinae cognitioni, iam dicit se Deum uidere, quem ante dum examinaretur, audisse se dixit. Audire autem Deum, uel uidere, qui est inuisibilis & incomprehensibilis, non istorum est oculorum, uel istarum aurium: sed potius mentis & cordis. propter quod beati sunt mundo corde homines, quo Deus uidetur.

Idcirco ipse me reprehendo, & ago poenitentiam in saeuilla & cinere.] Quem locum alij ita dixerunt: Ideo despexi in memetipsum, & distribui, & aestimaui me terram & cinerem. Quod autem iniuriam sancti Iob amici eius, non recta loquuti fuerint, hic aperte Domino eis imputante monstrantur. Unde ipse ait ad eos, quod peccatum illud exprobrationis eis remitti non possit, nisi ipse beatus Iob Deum pro illis orauerit, & holocaustum propitiationis obtulerit. Vbi animaduertimus, quod nulli expediat cum insultatione ac conuicio coarguere in Dei castigatione, ac tribulationum laboribus constitutum. Ait autem, quod Iob orante pro eis, & sacrificium deferente, faciem eius ad exaudiendum libenter acceperit. Et addidit Dominus Iob duplicia. In sequentibus patrimonium census eius, quemadmodum fuerit duplicatum, libri huius scriptor diligenter enarrat. Fratres uero & sorores, qui ad beatum Iob post plagam castigationis eius conuenerunt, omnis cognatio & familia generis eius intelligenda est. Vniuersi etiam noti & amici eius, qui regalem potentiam eius, singularemque sapientiam prius nouerant, ueniente ad eum, comederunt cum eo panem. In quo conuuiuii honoris eius significatus est ab eo omnium sordium squallor abstertus: in motu uero capitatis indicatum, conuenientium ad eam latitiam nouerimus, quicquid muneris gratia, uelut inopi, & penitus nihil habenti, dederunt oues singulas. Et si in haec parua collatione praedictorum, duplicata sunt ei priores diuitiae, animaduerti potest, quod grandis multitudo ad eum conuenerit: qui cum a singulis parum acceperit,

subito

subitò tantarum diuitiarū factus sit dominus. Poruit hoc scriptor libri huius & per anticipa- tionem dixisse, ut post tentationē illā per centum quadraginta annos uitæ suæ, benedicte Domino, cum latus in duplū diuitias posside- ret. Filiorū uerò eius duplicatum numerū nō legimus. Vnde arbitror, quòd ea quæ omnino perierāt, illi in duplū fuerint restituta, nec etiā filijs quatuordecim ei pro septē redditis, hi se- ptem primi, quos ruina domus labētis oppres- serat, etiā apud Deum purarētur extincti. Pro- pter ædificationē itaq; fidei nostræ, tātōs ei fi- lios à Deo redditos, quātos amiserat, sciēdum est: ut omni bonorum suorum substātia in du- plum sibi à Domino reddita, etiam filios in du- plum habere se crederet, qui utpote fidelissi- mus Dei seruus, minime dubitare deberet eos sibi, quos ad Deum pramiserat, non perisse. Sic ubi per totum hūc librum, sanctum Iob fi- guram Saluatoris habuisse perspeximus, do- nante gratia eius, ut nobis largiri dignatus est, exposuimus: & in quibusdam locis ami- cos eius significare hæreticos intelleximus: si- cut etiam & illum Heliū gentilitatis habuisse imaginē differuimus. Sed quia per Christum impiorum atque errantium reconciliatio est (non est enim aliud nomen sub celo, in quò oporteat saluos fieri) ideo extincta nunc gen- tilitate, atque abolita, hæretici ad Christum à Deo patre mittuntur, ut per quem prius sal- uati fuerant, rursum lapsi, per eundem media- torem Deo reconcilientur. Et sanè, qui pro- pter peccatorum suorum propitiationem in mortem traditum, reminiscitur Christum sal- uatorem nostrum, non mediocriter consolatur, qui passionem eius, quam pro redēptio- ne mundi suscepit, cum gaudio credit, & fide- liter creditam, oculis fidei cōtuetur. Ipse enim tali consolatione repletus est, qui cum uidisset turbam credentium, exultauit in spiritu, sicut

Lucæ 10 sancto Euangelista scribente didicimus. In- tulisse autem filio suo Deum patrem malum passionis & mortis ita dicitur, secundum quod ait Apostolus: Qui proprio filio non peper- cit, sed pro nobis omnibus tradidit eum. super quo magnam sumimus consolationem, quòd dabit nobis bona sua, q; mala nostra suscepit. Et dederit ei unusquisq; ouem unam, & inau- rem auream unam. Vnusquisque per fidem ad Christum uiuentium offert ei innocentiam suam, mentisq; obedientiam: quia & Apосто- lus ex peccatoribus sanctos & rectos ita ui- uere docet, dicens: Obsecro uos fratres, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuam, sanctam, placentem Deo. Sic itaque uenien- tes ad Christum, efficiuntur oues Domine, oues sanctæ, oues illæ rationales ascenden- tes de lauacro, gemellos foetus habentes, cum per obedientiam mandatorum Dei renatae in Christo, innocentes & simplices operarij fue- rint, & fideles.

Dominus autem benedixit nouissimis Iob, magis quam

principio eius, & fuerunt ei quatuordecim millia ouium, & sex millia camelorum, &c. Principia Christi Dei & Domini nostri, legis Moyli exordia esse si- gnificantur: nouissima uerò eius, Euange- lium esse monstratur, unde & Ecclesiastes ait: Meliora sunt nouissima sermonis, quam ini- tium eius. Proinde meliora sunt mysteria E- uangelij reuelata in Christo, legis significa- tionibus & figuris. Meliora sacrificia cordium contritorum, quam holocaustomata pecudū. Melior manifestatio ueritatis in Euangelio, quam allegoricarum uerba in ueteri Testa- mento. Sic itaque benedixit Dominus no- uissimis Iob magis, quam principio eius, ut in utroq; populo Iudæorum & gentium, reuelationum gratia abundaret, quos populos se- cundum morum qualitates, quasi sub diuer- forum animalium nominibus hæc scriptura uo- luit appellare. Quam uerò significationem ea- dem animalium uocabula in se contineant, in principio operis istius dixisse me memini. Du- plicatum uerò horum animalium numerum, propter utrunq; populum puto, siue propter abundantiore gratiam Euangelij, ut iam di- ximus, de qua Apostolus ait: Sufficientia no- stra ex Deo est, qui & idoneos nos fecit minis- tros noui Testamenti, non literæ, sed spiritus. litera enim occidit, spiritus autem uiuificat. Quòd autē septem filios, & tres filias referunt habuisse, gratia septenario numero indicatur, & legis, prophetiæ & gratiæ, ut in principio huius operis dixi, quas pater eorum moriens fecit cohæredes fratrum suorum: id est, animas quas per spiritum gratiarum in testamentum diuinarum scripturarum incorporat, eas utiq; promissionū suarum facit esse participes. Ea- rum quoq; filiarum nomina significanter po- sita, magnum in se continēt sacramentum, ut una earum dies diceretur: alia uerò caesia, & tertia cornu filij. Dies ergo lex Dei est, quæ ad cognitionem ueritatis, noctem humanæ ig- norantiæ illuminat. Caesia, sanctæ unctio- nis est donum: & cornu sibi aptissimè Euan- gelicis copijs, Ecclesiæ que diuitijs coapta- tur, quæ spiritualium diuitiarum thesaurus est. Cornu uerò ad insigne regnum, & digni- tatem Ecclesiæ pertinet, sicut ait Prophe- ta: Exultabit cornu Christi sui. Figurā ergo san- ctus Iob manifeste habuit Saluatoris, & ex hoc quòd ex ditissimo egēs fuit, quia pauper factus est, ut nos locupletaremur. Circa cor- pus eius omnē potestatem suam diabolus exe- ruit, sed nihil p̄fecit. sicut & ipse Dominus ait: Veniet enim princeps mundi huius, & in me nihil inueniet. Quemadmodum etiam beatus Iob, post damnum filiorum ditatus in filijs est, ita & Saluator post amissionem infidelium Iudæorum, ditatus in gentibus est. Per multa ergo Iob sanctus Dominum nostrum, passio- ne quoq; & patientia figurauit: numero filio- rum & filiarum nominibus, qui septiformem gratiam Spiritus sancti, legisq; & Prophe- tarum,

rum, atque Euangelij in Saluatorem nostrum plenitudinis portendebant figuram, in quo requieuit Spiritus sapientiæ & pietatis, reple- uit eum spiritus timoris Domini: quòd intel- ligēdum est plenus dierum. Tandem releua- tus laboriosa explanationis onere, ac ueluti deposito graui falce respirans, ad te beatissi- me pater Nectari, claufulam sermonis mei di- rigo: petens, ut si quid in hoc opere dignum probabili ueritate perspexeris, etiam circa meam exiguitatem largissima Dei nostri do- na miteris. Quicquid uerò, uel sensibus hu- mile, uel sermonibus uile repereris, obsecro ne aut antiquo favore pramulceas, aut beneuo- la excusatione defendas, quia nolo eminentiam iudicij tui à suæ dignitatis sublimitate deicias: sed potius sic opuscululum meum laudabile facies, dum incondita eius corrigen- do retractes, & perfecta emēdatione castiges. Pax legentibus, credulitas audientibus, uita facientibus in Christo Iesu Domino nostro.

Libri tertij expositionis allegoricæ in Iob Finis.

BEDAE PRESBYTERI

SUPER PARABOLAS

Salomonis, Liber primus.

CAPVT I.

Parabolæ Salomonis filij Dauid, regis Israel. Parabolæ græcè, latine dicuntur Similitudines. Quòd huic libro uocabulum Salomon ob id im- posuit, ut sciremus alius, & non iuxta literam intelligere, quæ dicit. In quo Dominum significat per parabolas turbis al- liquando loquuturum. Sicut etiam proprio nomine, & pacifico regni sui statu, regnum Christi & Ecclesiæ perenne denunciat. de quo scriptum est: Multiplicabitur eius impe- rium, & pacis non erit finis: super folium Da- uid, & super regnum eius. Sic & templi con- structione ac dedicatione, ædificationem Ec- clesiæ sanctæ, quæ tempore resurrectionis in æternum dedicabitur, insinuat. Nam & ipse filius esse Dauid, & rex spiritualis Israel, etiam turbarum testimonio, quæ ei Hieroso- lymam uenienti, cum palmarum ramis & lau- dibus occurrere declarantur. Notandum au- tem, quòd uulgata editio pro Parabolis, quæ hebraicè Missæ uocantur, parœmias, id est, prouerbia dicit. Sed nec ipsum nomen abhor- ret à uero. Quæ enim parabola rectè nuncu- pantur, quia occulta sunt, possunt non in- congruè etiam prouerbia uocari: quia talia sunt, quæ merito sapius in ore colloquētum uersari, ac memoria debeant retineri. Nam & prouerbia plerumque tam obscure dicun- tur, ut non immeritò eadem possint etiam pa- rabolarum nomine notari, Domino attestan- te, qui ait: Hæc in prouerbis loquutus sum

uobis. Venit hora cum iam nō in prouerbis loquar uobis, sed palam de patre annuntiabo uobis. Quid autē utilitatis parabola Salomo- nis conferant, sub incremento tituli monstra- tur, cum subditur:

Ad sciendam sapientiam & disciplinam. Sapientiam autem & disciplinam scire, est quomodo rectè credere, qualiter se uiuere oporteat, quemq; ueraciter didicisse, quò intentionem cordis dirigere, & quid operando gerere conueniat, nosse. Quòd autem adiungit:

Ad intelligenda uerba prudentiæ, & suscipiendam eru- ditionem doctrinæ. Monet eos quos imbuuit, ut non solum sapientiam, quam semel ipsi perce- rint, amplecti: & disciplinæ uirtutem, quam cognouerint, sciant inseruire: sed etiam uer- ba prudentium, quibus ad perfectionem pro- ficiant, libenter auscultare, & hæc solerter in- telligere curent.

Iustitiam, & iudicium, & equitatem. Iustitia est, in eisq; secundū regulam ueritatis bene ope- ramur. Iudicium, in illis quæ recta discer- tione cum proximis agimus. Aequitas in eo, quòd cum sincera intentione Deo soli, in his quæ rectè gerimus, uel iudicamus, placere contendimus.

Vt detur paruulis astutia, & adolescenti scientia, & intellectus. Paruulos dicit eos, qui nuper sa- pientiæ aurem accommodare cœperunt: a- dolescentem, qui aliquantum iam in eius au- ditione profecit. Et ideo fortasse paruulos plu- rali numero. Adolescentem appellat singu- lari: quia doctrina sapientiæ, quos diuersis animi motibus, diuersis uiuendi moribus de- ditos suscipit, in uiam uirtutis perfectiorem erudiendo prouehit. De quibus iurè dica- tur: Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una. Vt detur, inquit, paruulis a- stutia. Hæc etenim rudibus est & incipien- tibus necessaria, per quam sophismatum di- gnoscere & cauere uersutiam possint, ne fal- sorum fraudibus argumentorum abducantur à simplicitate ueræ sapientiæ, quæ ducit ad uitam. Adolescenti scientia & intellectus: quia qui prudenter declinat falsa, consequen- ter scita ueritatis percipiet. Hactenus prati- tulatio: hinc iam ipse textus parabolarum incipit.

Audiens sapiens, sapientior erit. Quia sapien- tiæ amator extitit Salomon, qui optione si- bi data, sapientiam petijt & accepit, pulchrè inuētum parabolarum suarum à sapientia sum- mit. Quòd autem ait, Sapientem cum au- dierit uerbum, sapientiorem effici: ostendit neminem in hac uita ita sapientem fieri pos- se, cuius sapientia nequeat augeri: semperq; moris esse sapientium, ut dictis maiorum, & aliquando etiam minorum, auscultent: quic- quid in eis utilitatis audierint, ad se replicēt, suo que in corde recordentur. Denique au- diuit sapiens minor maiorem, regina Saba Sa- lomonem, & sapientior redijt. Audiuit Moy-

ses facerem multo inferiorem, & sublimior ac sapientior redditus est. Audierunt discipuli Christum, & spiritum sapientiae percipere meruerunt. Auduit Nicodemus, & audiuit Gamaliel, audiuit discipulus eius, tunc Saulus, nunc apostolus Paulus. Sapientes utique uerbum Euangelij, & sapientiores sunt effecti. Qui etiam Paulus, cum ad tertium caelum raptus, audisset ea quae non licet hominibus uerba loqui, nihilominus ad terram reuersus aiebat: Quia ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus: cum autem uenerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est.

Et intelligens gubernacula possidebit. Nemo se de sua iactet scientia, quia si qui sapientium uerba crebro audire & intelligere negligit, uitam suam rite gubernare non nouit. Quanto magis alieno regimini praefici nequit, qui seipsum ad patrum disciplinam subicere contempsit. Quod ergo ait, Audiens sapiens sapientior erit: & ad cognitionem rerum, quae per sapientiam noscuntur, respicit. Quod uero addit, Et intelligens gubernacula possidebit: ad rectitudinem uitae, quae per eandem sapientiam dicitur uel docetur, pertinet. Et pulchre principium Parabolarum, principio congruit tituli, quod ita se habet, Parabolae Salomonis filij Dauid regis Israel, ad sciendam sapientiam & disciplinam.

Animaduertet parabolam & interpretationem, uerba sapientium, & aenigmata eorum. Hoc discipulis se humiliter audientibus, ipsa quae eos in carne apparet erudiebat, sapientia donauit, ut & suas parabolae, quas turbae nequibant intelligere, & prophetarum ac legis aenigmata, id est obscura dicta spiritaliter animaduertere, ac suis auditoribus dilucidare ualere. Sed & sequentibus Ecclesiae magistris, eadem intelligentiae spiritalis arcana, pie quaerentibus ac pulsantibus referauit.

Timor Domini, principium sapientiae. Duo sunt timores Domini. Primus seruilis, qui principium scientiae uel sapientiae uocatur: secundus amicabile, qui perfectionem sapientiae comitatur. Timor seruilis principium est sapientiae, quia quisquis post errorem delictorum sapere incipit, primo timore diuino corripitur, ne ad tormenta ducatur. Sed hunc timorem perfecta dilectio foras mittit. Succedit autem timor Domini sanctus, permanens in seculum seculi, quem non excludit, sed auget charitas. Ipse est, quo timet filius bonus, ne uel in modico oculos amantissimi patris offendar. Nam inchoatio timore, seruilis adhuc animus metuit, ne ab irato Domino poenae subigatur. Vterque autem timor in futura uita cessabit: charitas uero nunquam excidet, sed in plenitudine sapientiae perpetua manebit. quod est cognoscere uerum & unum Deum, & quem misit Iesum Christum.

Sapientiam atque disciplinam stulti despiciunt. Dixe-

rat de sapiente, quod audito sermone sapientior fieret: & intelligens, rite suos gubernare disceret actus. Dicit econtrario destitutis, quod sapientiam recti dogmatis, & disciplinam purae conuersationis non modo non assequantur, sed & nosse contemnant. Denique predicante in carne, ipsa sapientia, sapientes quique gaudentes accurrebant: at Pharisaei & principes sacerdotum, salutaria eius dicta simul & facta spernebant. Et notandum, quod sapientem singulari numero, stultos describit plurali: quia & plures sunt sapientibus stulti, & sapientium coetus uniformem tenet callem pietatis. Porro errantium dissimili dogmati, dissimilis est ordo uiuendi.

Audi filii mi disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuae. Haec tenus prouerbialiter de utraque parte disputat, hinc iam sedulus incipit admonere quemque fidelem, ut disciplinam legis diuinae blanditijs praeponat reproborum: quia nimirum huius custodiam, corona: illorum facinora, mors sequatur aeterna. Vnde & recte filium uocat, quem paterna sollicitudine curat instituire. Potest & ex Dei patris persona dictum accipi: in nomine autem matris Ecclesia, quae tunc synagoga uocabatur, intelligi. Et notandum, quod ita nos disciplinam patris audire praecipit, ut legem quoque nulla ratione dimittamus: quia non sufficit, ut quis se Dominum diligere, & eius praecipis obtemperare dicat, si unitatem Ecclesiae fraternam charitate non sequitur. Nec uerat aliquid, matrem ipsam, Dei gratiam, qua saluamur, accipere. Nam & apud Hebraeos, spiritus, qui gratiam praestat, genere foeminino nuncupatur.

Ut addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. Mos apud ueteres fuit, ut legitime certantes, coronam in capite, torque in collo acciperent. Et nobis ergo, si disciplinam conditoris nostri, si gratiae matris scita custodimus, maior inde spiritalium uirtutum claritas augetur. Additur enim gratia capiti, cum charitas, quae principale mentis ornabat, ardentius inflammatur. Additur & collo torques, cum fulgore perfectae operationis, sermo praedicationis, qui per collum procedit, confirmatur: ac ne contemni ab auditoribus debeat, inefficenti uirtutum connexionem docetur. Sed & in his qui Mosaeicae legis decreta, Domino ueniente, seruabant, addita est gratia noui Testamenti cum speregni caelestis. Cuius splendor eximius ad exemplum coronae uel torquis, nullo unquam sine claudetur. Nobis quoque, cum pro bonis actibus, quos diuina gratia praerogauit, lux aeterna tribuitur, gratia profecto capiti, & collo torques additur: iuxta illud Euangelij, Quia & nos omnes de plenitudine eius accepimus, gratiam pro gratia. Gratiam, scilicet beatae retributionis, pro gratia rectae operationis.

Fili mi, si te laetauerint peccatores, ne acquiescas eis. Duobus

Duobus modis laetant peccatores, quos decipiunt: quia aut ad facienda scelera, blanditijs illiciunt, aut facta iam fauoribus, quasi laudabiliter acta, suscollunt. In utroque autem sapientia suos auditores, ne talibus acquiescant, hortatur.

Si dixerint, Veni nobiscum, infidiemur sanguini. Potest hic locus generaliter de latronibus dici, qui innocentes uel insidias mortis, uel damna inferunt. Potest & de illis specialiter intelligi, qui ipsum uitae auctorem neci tradiderunt.

Abcondamus tendiculas contra infontem frustra. Haec fecere, cum dicebant: Licet dare tributum Caesari, an non? & innumera huiusmodi alia. Verum etenim erat infons, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Verum frustra illi tendebant insidias, a quo in nullo laesi, immo cuius plurima erant beneficia experti.

Deglutiamus eum, sicut infernus, uiuentem & integrum, quasi descendente in lacum. Ita Dominum impij desiderabant extinguere, ut omnis memoria uirtutum & doctrinae illius tolleretur: sed & hoc ipsum quod unquam talis inter eos uixerit, obliuioni daretur.

Omnem preciosam substantiam reperiemus, implebimus domos nostras spolijs. De hominibus dicebant, quos Christo adherere cernebant. Putabant enim, quia si eum occiderent, omnes qui crediderant, ab eius possent amore & coisectatu fecernere, talibus que animantium spolijs, suarum conuenticula replere domorum. Cui simile est illud Dominicae parabolae, quia ueniente ad se Regis filio, dixerunt: Hic erit haeres, uenite, occidamus eum, & nostra erit haereditas.

Sortem mitte nobiscum, marsupium unum sit omnium nostrum. Marsupium, est sacculus nummorum. Pater autem de latronibus, quia ut plures scelerum socios conquirant, communionem eis praedae, quam rapuerunt, spondet. Sed & persecutores nostri redemptoris, quoscumque potuerunt, sibi adiungebant. At quos filum se, qui uidebant, hos de synagoga propulsantes, sua communione priuabant.

Fili mi, ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum a semitis eorum. Prohibet credentes Christo de Iudeis, communicare persequentibus Christum Iudeis. Denique omnes qui credebant, erant pariter. Et Petrus isdem loquens, Saluamini a generatione ista praua.

Pedes enim illorum ad malum currunt, & festinant ut effundant sanguinem. Non solum ad malum, quod temporaliter operantur, sed etiam ad malum, quod perpetuo passuri sunt impij, properant, quoties ad patrandum homicidium, uel aliud quid sceleris agendum festinant. Nam quantum uidentes ad facinus implendum ducuntur, tantum non uidentes ad tolerandam pro facinore poenam propinquant, Haec de insi-

dicatoribus nostri Saluatoris ualent specialiter intelligi. Sequens autem uersiculus, de fidelibus eius, aequae prauorum malitiam sustinentibus, generaliter inseritur.

Frustra autem iacitur rete ante oculos peccatorum. Frustra etenim laqueus persecutionis, aut mortis tenditur electis, qui penas habent spei & charitatis, caeterarumque uirtutum: quibus & caelestia, dum uiuunt, desiderant, ut ad haec post mortem mereantur pertinere. Habent & oculos mentis, per quos & mala, quae ab impijs sustinent, citius transitura: & bona, quae sustinent, meruerunt, aeterna mansura prauideant. Quibus simul oculis, & reproborum superbiam cito consumendam, & tormenta sequentia semper mansura prospiciunt. Potest & ita accipi, quod recte dicat perniciosam malorum doctrinam, quam ab eo loco contexit, ubi ait: Si te laetauerint peccatores, ne acquiescas. Frustra que tale facitur rete ante eos, qui mundis oculis cordis superna contemplantur: qui dicere nouerunt cum Propheta, Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo uenantium. Facile enim laqueos, qui in terra tenduntur, cauet, qui conuersationem habet in caelis. Vtrumque ergo rete frustra bonis parant reprobi: quia & si suadet iniqua, superantur iustorum sapientia: & si inferunt aduersa, contemnuntur patientia. Insuper & ipsi tentatores suis se perdunt insidijs. Vnde recte subditur:

Ipsi quoque contra sanguinem suum insidiantur, & moriuntur fraudes contra animas suas. Contra sanguinem, ut temporalis morte plestantur. Contra animas autem dicit, ut aeterna quoque animarum perditione damnentur. Quod cum ad omnes qui sanguini insidiantur, & fraude sibi uiuendum existimant, pertineat: specialiter tamen Iudeis congruit, qui insonti Domino tendiculas absconderunt, eius que apostolos, uirtutum pennas fultos, dolis circumuenire satagebant. Contra suum namque sanguinem, suas que animas agebant, qui timentes, ne terreste regnum perderent, caeli, terraeque regem occiderunt, & caeli ciues persequebantur in terra: ideoque & quod in terris habebant, & quod in caelis acquirere poterant, regnum perdiderunt. Generaliter autem dicendum: quia quicumque oculos fidei habet apertos, accipitque a Domino pennas, ut columbae, quibus eternam uolet ad requiem, frustra tali neceat laqueos mali, sed ipsos potius hoc praesumendo perimunt.

Si semitae eius avari animas possidentium rapiunt. Semitas avari dicit subtiles eius cogitationes, quibus sedulus inquirat, qualiter pecunias augeat. Tales que semitae rapiunt ad interitum animas possidentium, id est, eorum qui possessionibus pecuniarum ultra rationem incumbunt. Non solum ergo, inquit, hi qui ob philargyriam rapinis innocentium & caedi-

bus inungunt, semetipfos hoc agentes per-
dunt: uerum eodem ordine, tametsi minore
reatu, omnes avari meditationes, quæ aurum
Deo præferunt, hunc ad interitum trahunt. A-
liter: Sic semitæ omnis avari animas possiden-
tium rapiunt. Tali sine, ut præfatus sum, avarus
quisque perimit, uel nudat eos qui possessio-
nibus abundant, ut ipse potius hoc agendo pe-
reat. Pauperes namque, quos nihil possidere
cernit, cur occidat? Quos spoliet, non inue-
nit. Hucusque persecutiones, quas Iudæi Chri-
sto intulerunt, describuntur. Hinc referunt ea
quæ ipse post passionem eisdem suis persecu-
toribus per apostolos loquitur.

*Sapientia foris prædicat in plateis, in plateis dat uocem
suam, in capite turbarum clamat.*] Sapientia qui-
pe Dei Christus est, qui in mundo conuer-
satus, paucis suæ mysteria diuinitatis pate-
fecit, ipsisque præcepit, ne ante passionem
& resurrectionem suam: quia ipse esset Iesus
Christus, prædicarent, ne gloriam eius, quam
in monte conspexerant, cuiquam dicerent:
magis tunc suæ potentiam maiestatis ope-
ribus, quam uerbis ostendebat, impleta pro-
phetia, quæ dixit: Neque audiet aliquis in
plateis uocem eius. At post resurrectionem sa-
pientia foris prædicabat: quia missio desuper
Spiritu, per apostolos aperire se ipsam mun-
do declarabat. In plateis dabat uocem suam,
quia in latitudine plebium manifeste, quæ an-
tea paucos docuerat, replicabat, impleto uer-
bo quod eisdem suis præconibus ait, Quæ di-
co uobis in tenebris, dicite in lumine: & quod
in aures auditis, prædicare super tecta. In ca-
pite turbarum clamabat, quia etiam prin-
cipibus qui sibi ei præualuisse, ut crucifige-
retur, uidebantur, reatum homicidij, quod per-
petiarunt, palam reducebat ad memoriam,
eosque ad penitentiam remedium uocabat.

Esaiæ 42
Matth. 12

Matth. 12

In foribus portarum urbis profert uerba sua.] Vrbs
Domini Ecclesia est, ex utroque populo, Iu-
dæorum uidelicet & gentium adunata. Cu-
ius portarum fores sunt doctores, qui uer-
bum prædicando, credentes in eam introdu-
cunt. Et in foribus portarum eius, uerba sua,
sapientia proferebat, cum apostolis suis lo-
quebatur. Et quibus uns aiebat, An experi-
mentum eius queritis, qui in me loquitur
Christus? Possunt fores portarum urbis etiã
synagoga maiores intelligi, in quibus sapien-
tia disputabat, cum & legisperitos, Phari-
sæos, & sacerdotes, per apostolos loquens,
suam reuocabat ad gratiam: ita ut, sicut Lu-
cas ait, multa etiam turba sacerdotum obedi-
ret fidei. Quid autem eadem sapientia clama-
ret, adiungitur:

2. Cor. 13

Vsquequò paruuli diligitis infantiam?] Vsquequò
paruuli sensu ueteris instrumenti ceremonia,
nouo clarescente diligitis? Vsquequò Moy-
sen Christo, Euangelio legem præferitis? Quo-
usque decreta, quæ rudibus adhuc populis da-

ta sunt per seruum, præponitis eis quæ ipse fi-
lius ueniens perfectis sensu contulit? Quan-
diu, inquit, hæc agitis? Iam uidistis Christum
in carne, iam miracula facientem & docen-
tem non tantum spreuistis, sed & occidistis.
Saltē modò resuscitatum à mortuis, & præ-
sidentem cælo diligite: & dimittet uobis sce-
lus quod commisitistis.

*Et stulti ea quæ sibi sunt noxia, cupient? & impru-
dentes odibunt scientiam?*] Præponendum est à su-
periori usquequò, id est, usquequò cupient?
usquequò odibunt? Cupiebant autem no-
xia, & odibant scientiam, qui literæ legalis
superficiem sequebantur: & sacramenta Euā-
gelij, quæ ipsa litera significabantur, accipere
de trecebant.

Conuertimini ad correptionem meam.] Corripuit
per apostolorum ora Iudæos, quia credere no-
luissent: & uel tunc eos, postquã resurrexit &
ascendit, monuit conuerti.

*En proferam uobis spiritum meum, & ostendam uerba
mea.*] Stadhuc, inquit, cœuerti negligitis, pro-
feram uobis uindictam quã meruistis: & uer-
ba quæ de uestra perditione prædixi, ostendã
esse ueracia. Spiritum quippe suum, potētiam
ultionis nominat: de qua Moyses ait, Misisti
spiritum tuum, & cooperuisti eos mare. Et in li-
bro beati Iob dictum est, Iniquos flante Deo
perijisse, & spiritu iræ eius esse consumptos.

Exod. 15

Iob 4

Quia uocauit, & renuistis.] dicens: Venite ad
me omnes qui laboratis & onerati estis, & e-
go reficiam uos.

Matth. 11

Extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret.] pri-
mò benefaciendo & sanando omnes oppres-
sos à diabolo, postmodum in cruce patiēdo.

Despexistis omne consilium meum.] dicentis, Pœ-
nitentiam agite, appropinquabit enim regnũ
cælorum.

Matth. 23

Et increpationes meas neglexistis.] dicentis, Væ
uobis Scribæ & Pharisei hypocritæ, quia tu-
listis clauem scientiæ, ipsi non introistis: & eos
qui introibant, prohibuistis. Et generaliter,
Qui non credit, iam iudicatus est.

Matth. 23

Ioa. 11. 3

Ego autem in introitu uestro ridebo, & subsannabo.]
Tale est in Psalmo de eisdem, Qui habitat in
cælis iridebit eos, & Dominus subsannabit
eos. Non quia buccis Dominus irideat, aut
naso subsannet: sed ea uis designata est tali uer-
bo, quam dedit Apostolis, ut præuiderent nil
prorsus impios contra eum, supra quem ipse
permitteret, insidijs esse acturos: quin potius
illorum cœpta omnia euacuanda, eius uerò
gloriam post passionem per obem terrarum
esse dilatandam prænoscent. Ideo superbiã
eorum, etiam cum maxime ualere conspice-
rent, pro nihilo contemnerent.

Cum uobis, quod timebat, aduenerit.] conferen-
tes ad inuicem, Si dimittimus eum sic, omnes
credent in eum, & uenient Romani, & tollent
nostrum locum & gentem.

Ioa. 11. 11

*Cum irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tem-
pestas*

Luce 19.

pestas irruerit.] Obsidionem Hierosolymorum
subitam, & expugnationem totius prouinciæ,
quæ à Romanis facta est, dicit: quam & ipse
Dominus in Euangelio, uidens ciuitatem,
flensque super eam, prædixit.

*Quido uenerit super uos tribulatio & angustia, tunc inuo-
cabunt me, & non exaudiam.*] Non leguntur Iudæi
in illa obsidione Dominum inuocasse, sed tan-
tum armis esse confisi, quamuis desolationem
patriæ, ruinamque templi amarissima mente cõ-
spexerint. Si qui tamen tunc eum inuoca-
bant, quia hic culpam, pro qua sunt puniti,
intelligere, ut uerè poenitent, nolebãt, frustra
ad eum quem contempserunt clamabant. Vnde
rectè dicuntur tribulationem cum angustia
fuisse perpessi. Tribulatio nanque erat in eis,
qua foris deprimebantur. Angustia in eo,
quòd intus nil à Deo consolationis inuene-
rant. At contra, sancti cum exterius oppri-
muntur aduersis, spe certa salutis in corde di-
latantur, scientes se ab illo exaudiri claman-
tes, cuius se uerba iubentis audire memine-
runt. Hinc etenim propheta ait: Cum inuoca-
rem, exaudisti me Deus iustitiæ meæ, in tribu-
latione dilatasti mihi. Potest autem tota hæc
correctio sapientiæ de uniuersis generaliter
reprobis accipi, quia in die iudicij clament ad
iudicem districtum, aperiri sibi ianuam regni
postulantes, nec mereantur exaudiri. Nam &
hoc quòd sequitur, *Mane consurgent, & non inueni-
erunt: ipsum tempus extremi examinis, quo alij
in uitam æternam, alij in opprobriũ resurgent
sempiternum, aperte designat.*

*Eo quòd exosam habuerint disciplinam, & timorem Do-
mini non susceperunt.*] Meritò salure priuantur,
qui principium sapientiæ, timorem Domini
& disciplinam, non modò non habet, sed &
odij infrequuntur: at salutis filius, Iniquos,
inquit, odio habui, & legem tuam dilexi.

Concedunt igitur fructus uitæ suæ.] Viam eorum di-
cit, de qua superius dixerat: Pedes enim illorũ
ad malum currunt. Quia, inquit, uias meas in-
gredi noluerunt ut uiuerent, recipient merce-
dem uiarum suarum, ut in æternum pereant.
At contra de his, qui timeant Dominum, qui
ambulant in uijs eius, dicitur: Labores fru-
ctuum tuorum, quia manducabis: beatus es,
& bene tibi erit.

Suisque consilijs saturabuntur.] Quia meo consilio,
quò illos saluare decreueram, acquiescere re-
nuebant, saturabuntur suis: quibus aiebant,
Abscondamus tendiculas cõtra insontem fru-
stra: quibus pro Salvatore latronem sibi elige-
bant, ut uidelicet uastetur à latronibus, & in-
ter latrones damnentur. Quod & de omnibus
uerbi Dei contemptoribus, sicut & cætera,
potest accipi.

Auersio paruulorum interficiet eos.] Paruulos non
grate, sed sensu dicit: quibus supra dictum est,
Vsquequò paruuli diligitis infantiam? qui non
paruuli, sed perfecti sensibus esse potuissent,
si non à consilio sapientiæ, auditum auerte-

rent. Quò autem auerterant, eò sese æternè
morti destinabant.

Et prosperitas stultorum perdet illos.] Cum nullis
retardatibus aduersis perfecerint actu, quod
meditantes aiunt: Omnem preciosam substan-
tiam reperiemus. Item: Auersio paruulorum
interficiet eos, & prosperitas stultorum per-
det illos: quia sæpe auersus à timore condito-
ris animus, iam de ira eiusdẽ iusti conditoris,
patitur, ut in his quæ peccat, nil sustinere uide-
atur aduersi. Sed ut beatus Iob ait. Ducat in bo-
nis dies suos, & in puncto ad inferna descēdat.

Iob 21.

Qui autem me audierit, absque terrore quiescet.] Potest
& in hac uita, & in futura intelligi: quia qui
Domino perfecte seruit, nullis terretur uide-
tis, immò gaudet in aduersis, & in ipsa morte
quasi de ingressu uitæ lætatur, quietumque sem-
per à superuacuis cogitationibus ac tumulti-
bus tentationũ, peccatis, iuuante sancti spūs gra-
tia, gerit, quod requies septimi diei in lege my-
stice designabat. Sed & cum trãserit è seculo
hoc nõ solum absque terrore malorum, sed etiã
in magno gaudio speratæ resurrectionis qui-
esceat, ut Lazarus in sinu Abraham.

Et abundantia perfruetur, malorũ timore sublato.] Nũc
abundantia bonorum operum, ablato timore
etiam eorum qui occidunt corpus, tunc abun-
dantia gaudiorum in præmio. Quanta enim
ibi abundantia honorum omnium, ubi glo-
riam eius, à quo sunt omnia bona, licet intue-
ri, ablato prorsus timore omniũ, quæ aliquid
aduersi ulterius adferant?

CAPVT II.

*Illimi, si susceperis sermones meos, & mandata mea ab-
sconderis penes te.*] Abscondit mandata Dei
penes se, qui hæc audiens sollicito in corde re-
condit, iuxta illum qui ait: In corde meo ab-
scondi eloquia tua, ut non peccem tibi. Est e-
nim summopere curandum, ne nobis hæc, ita
xtra parabolam Euangelij, dæmonia quasi se-
men, secus uiam iactum, uolucres tollant.

Vt audiat, inquit, sapientiam auris tua.] Ille enim sa-
pientiam aure nõ audire probatur, qui uerba
Dei, auditu tantum corporis percipiens, me-
moria retinere, ut hæc operetur, dissimulat. Si
ergo mandata Dei, fixo amore discendi & cu-
stodiendi, susceperis, primò humilitatis uiam
tene. Hoc est enim quod subsequenter additur,

Inclina cor tuum ad cognoscendam prudentiam.] Inclina-
nare quippe est, cor ad cognoscendam prudẽ-
tiam humiliare, & emundare cor, quod dignũ
fiat ad percipienda mysteria ueritatis. Vnde
eadem sapientia patri loquens ait: Abscondi-
sti hæc à sapientibus & prudentibus, & reue-
lasti ea paruulis: id est, Abscondisti à superbis,
& reuelasti ea humilibus.

*Si enim sapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuum
prudentiæ.*] Nullum inuocare, id est in nos o-
rando uocare, nisi Deum debemus. Cum er-
go sapientiam inuocandam esse docet, o-
stendit se proculdubio, non quamlibet sapien-
tiam, id est notitiam rerum cœlestium, siue

terrestrium, sed ipsam cognitionem deitatis nobis assequendam proponere. In huius namque perceptione sapientiae, summa est perceptio beatitudinis, ipsa attestante, quae patri pro nobis supplicans ait: Haec est autem uita aeterna, ut cognoscant te solum & uerum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Notandum autem, quod & sapientiam inuocare, & nosmet ipsos ad noscendam prudentiam, cor inclinare suadet: quia nimirum necesse est, ut & diuinum in cunctis flagitemus auxilium, & ipso Domino adiuuante, bona, quae ualemus, agamus. Neque enim sine ipso quicquam facere possumus: nec rursus sine nostro conamine, quantumlibetque habere ualemus, nos ab ipso saluandos esse credamus.

Si quaesieris eam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis eam. Si tanta cura sapientiam, quanta cupiditas quaerunt pecuniam: uel certe si tam sollicitas per hanc & in effabiles diuitias sis acquiraturus, percipies praemia, quae subsequenter exponuntur. Qui uero thesauros effodit, efficit rudus terrestre, facit in altum foueam, sedulus insiluit labori, donec ad thesauros quos quaerit, attingat. Et qui thesauros sapientiae inuenire desiderat, quicquid sibi terrenum inesse deprehenderit, expurgat: carnales illecebras abscindat: fossam in se humilitatis faciat, nec quiescat ab agendo, priusquam se uiam ueritatis inuenisse cognouerit.

Tunc intelliges timorem Domini, & scientiam Dei inuenies. Si sollicito corde quaesieris, peruenies ad experientiam amabilis Domini timoris: qui non solum initium, sed perfectio est sapientiae coelestis, in hac duntaxat uita. Ideoque non est perfecta dilectio foras mittit, sed permanere in seculum seculi facit. Sed & scientiam ipsius diuinitatis, quae perpetuo beatum facit, inuenies.

Quia Dominus dat sapientiam. Respicit hic uersiculus ad hoc, quod supra dixit, Si enim sapientiam inuocaueris: & caetera, usque dum ait, Et scientiam Dei inuenies. Ideo namque sapientia, id est, Dominus est inuocandus, ad accipiendam sapientiam: quia sapientia non a nobis ipsis haberi potest, sed a Domino datur. Taceat Pelagius redargutus ab Apostolo, qui ait, Quid enim habes, quod non accepisti? Et Iacobus apostolus, Si quis autem uestrum indiget sapientia, postulet a Deo.

Et ex ore eius sapientia & prudentia. Potest in hoc uersiculo, illa ineffabilis & coaeterna Deo patri, sapientiae natuuitas intelligi: de qua & alibi ait, Ego ex ore altissimi prodiui primogenita. Potest os Domini & in sanctis eius accipi: unde dici solet in prophetis, Quia os Domini locutus est. Et ex ore eius scientia & prudentia, quod nisi ipse os humanum sanctificet, nisi hoc fuerit ipse dignanter efficiat, perfectam loqui sapientiam nullatenus ualet.

Custodiet rectorum salutem, & proteget gradientes simpliciter. Cognatae sunt sibi uirtutes, rectitudo

& simplicitas, neque ab inuicem queunt separari. Unde & sapientiam unam earum sine altera non quaerit: sed in quibuscunque ambae conueniunt, hos custodit & protegit. Denique de beato Iob dicitur, quia erat uir ille simplex & rectus. Simplex uidelicet, per innocentiam mansuetudinis: rectus, per cautelam discretionis. Simplex, quia nullum laedere, immo cunctis prodesse desiderabat: Rectus, quia a nullo se corrumpi permittebat.

Seruans semitas iustitiae, & uias sanctorum custodiens. Vias sanctorum, generalia Dei praeccepta: semitas iustitiae, arctiora coelestis uitae instituta, quae perfectis solum accessibilia sunt, dicit: utraque autem sapientia seruat, ut in quocunque uirtutum gradus rectos iuuet ac simplices.

Consilium custodiet te, ut eruaris a uia mala, & prudentia seruabit te, ab homine qui peruersa loquitur. Viam malam, opera iniqua: hominem peruersa loquentem, doctores dicit inique operationis. Viam malam, in quam uocant, qui dicunt, Veni nobiscum, insidiemur sanguini. Peruersa loquentem, eum qui huius est author suasionis significat.

Qui relinquunt iter rectum, & ambulant per uias tenebrosas. Pulchre itineri recto uias tenebrosas opposuit, quia nimirum iter rectae actionis in luce peragitur, atque ad lucis supernae gaudia ducit. At sicut Dominus ait, Omnis qui male agit, odit lucem: & non uenit ad lucem, ut non arguantur opera eius. Et talis finem exterioribus sortitur in tenebris.

Qui laetantur, cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Ideo male facientes exultant, quia per uias tenebrosas ambulant, & nesciunt quod eunt. Si enim, quia ad poenas tendunt, aspicerent, gressum utique cohiberent, noxiamque latitiam salubri fletu castigarent.

Ut eruaris a muliere aliena, & extranea, quae mollit sermo nes suos. Pendet hic uersus a superioribus, ubi dictum fuerat, Prudentia seruabit te. Et sensus est, prudentia seruabit te, ut eruaris a muliere aliena. Quia ergo prius Salomoni auditorum suum, quem sapientiam docere satagit, admonuit, ne latronibus iungeretur, nec si uideret furem, simul curreret cum eo, sed recte ac simpliciter incederet: nunc admonet, ne cum adulteris portionem suam ponat. De quibus & hoc quod supra dicitur, Ut eruaris de uia mala, & ab homine qui peruersa loquitur: potest specialiter intelligi. Quae enim peruersior locutio, quam ad stupra suaderet? Quod capitulum incipit a loco, ubi ait: Fili mi, si susceperis sermones meos, & mandata mea absconderis penes te. Potest autem per mulierem extraneam, haereticorum prauitatis intelligi, a Christi & Ecclesiae membris aliena, quae mollitie disertitudinis, & linguae blandimentis, corda decipere innocentium solet. Unde Psalmista: Mollierunt sermones suos super oleum, & ipsi sunt iacula.

Et reliquit ducem puertatis suae, & pacti Dei sui oblita est.

est. Patet de adultera, quia primum uirum relinquit: & pacti Dei sui obliuiscitur, eius nimirum, quod cum uiro suo, Domino teste, tempore nuptiarum pepigit, quod fidem sibi castitatis alterutrum seruarent. Patet & de mente haeretica, quia relinquit doctorem, a quo fide Ecclesiae didicerat: & oblita est pacti Dei sui, hoc est, fidei ipsius Dominicae, quae in symbolo continetur, quam se die baptismatis seruaturam esse promiserat.

Inclinata est enim ad mortem domus eius, & ad impios semita ipsius. Omnis conuersatio adulterae ad interitum ducit, & quamuis blanda uideatur ac mansueta, non minorem in fine sentiet uindictam, quam qui latrocinando aperta impietate famulantur. Potest domus adulterae, ipsa eius caro, in qua turpitudini & luxuria substernitur, accipi, quae nouissimi tempore iudicii, non ad uitam, sed perpetuam resurget ad mortem. Sed & haereticorum domus, quia super arenam construitur, etiam cum stare uideatur, uergit in casum, suisque incrementis quasi quibusdam semitis, ad impiorum confortia, id est, ad spirituum tendit tormenta malignorum.

Omnes qui ingrediuntur ad eam, non reuertuntur, nec apprehendent semitas uiae. Ad eam, ad mortem dicit, non ad mulierem. Potest enim, qui adulterae mixtus est, Domino iurante reuertit, ac uitam pernitendo mereri: potest qui haeresi pollutus, resipiscendo redire ad salutem. At qui semel aeterna morte raptus est, nunquam redibit ad uiam, qua uitam petat beatorum. Quod contra Originianos proprie dictum est, qui haereticis, meretricibus, cunctisque flagitiosorum turbis, & insuper ipsi diabolo atque angelis eius, post innumera, licet expleti uniuersalis iudicii tempora, remissionem scelerum, uitamque a regno promittunt in caelis: male intelligentes illud Esaiam, Et claudetur tibi in carcere, & post dies multos uisitabuntur. Quasi post multa tempora terminati iudicii soluendos ac saluandos dixerit impios, cum ille e contrario, nullam eis salutem tribuat: sed & eos qui hoc tempore mortui praenormitate flagitiorum, clauduntur in carcere poenarum, tempore resurrectionis ad modicum uisitandos significet tantum, ut receptis corporibus in iudicio grauius damnentur, & continuo post iudicium atrocioribus perpetuo recludantur in poenis. Quauis & ita potest recte accipi, Omnes qui ingrediuntur ad eam, id est ad meretricem, siue ad domum eius, non reuertuntur: quia quantum attinet ad naturam, iniqua sua uoluntate deprauatam, recursum per semetipsam non habet: sed per Dei gratiam, qua adiuratur & instauratur, ut semitas uiae apprehendat. Designatum est enim hoc dicto, pondus iniquitatis, ut cum reuertitur quis, non sibi tribuat, sed gratiae Dei: non ex operibus, ne forte gloriatur.

Ut ambules in uia bona, & calles iustorum custodias. Viam bonam, unitatem dicit rectae fidei. De

qua Dominus ait, Ego sum uia. Et rursum: Ne, Ioh. 14. mo potest uenire ad patrem, nisi per me. Calles autem iustorum, multifaria sanctorum exempla nominat. Pendet hic uersus ex eo, quod supra dictum est, Prudentia seruabit te: sicut & illud, Ut eruaris a muliere aliena.

Qui enim recti sunt, habitabunt in terra, & simplices permanebunt in ea. Et hic rectis iungit simplices: sicut & supra cum diceret, Rectorum salutem custodiet, & proteget gradientes simplices.

Quia nimirum simplicitas sine rectitudine dissoluta est, & stulta: rectitudo autem sine simplicitate, austeram nimirum existit, & dura. Verum utraque uirtus coniuncta perfectum reddit hominem. Sed inter utrunque uersum distat, quod in illo Dominus, quia iustos in praesenti certantes adiuuet: & in isto, quia uictores in futuro coronet, indicatur. Terra quippe nomine Ecclesia designatur, quae spirituale fructum Deo germinare conseruit, in qua iusti habitant & permanent: quia a confortio eius, nec morte separantur, sed terminata hac uita, ad illam eius partem, quae cum Christo in caelis regnat, perueniunt.

Impij uero de terra perdentur, & qui inique agunt auferentur ex ea. Possunt haec non de cunctis generaliter reprobis dicta accipi, sed de illis specialiter, qui ad terram Domini, id est Ecclesiam pertinere uidentur, & tamen exigentibus meritis auferentur ab ea: quidam aperte ipsius Ecclesiae iudicio, ut Simon, Arrius & Porphyrius, quidam uero in secreto inuisibilis iudicis, ut innumeris etiam eorum, qui hominibus boni uidentur. Impios enim apertos apostatas dicit, at inique agentes omnes qui perceptis fidei sacramentis, ab eius castitate aliquo modo degenerant. Vtrique autem in futura retributione de uiuentium terra perdentur, quia non habitabit iuxta Dominum malignus, neque permanebunt iniusti ante oculos eius. Et recte, quia de bonorum, malorumque uis multa praedixit, de utriusque sine in conclusione subiunxit, quomodo & precedenti parabola, qua latronum confortia uetabat: dicens de sine malorum, Et prosperitas stultorum perdet illos: dicens de sine bonorum, Qui autem me audierit, absque terrore quiescet. Possunt uersus hi, de quibus nouissime disputauimus, de antiquo Dei populo ita intelligi, quia cum recte uiueret, in terra sua feliciter maneret, at cum peccaret, exterminaretur ab hostibus.

CAPVT III.

Fili mi, ne obliuiscaris legis meae, & praeccepta mea custodiat cor tuum. Hinc docet misericordiae operibus insistentium, neque nostris confidendum uiribus: sed a Deo auxilium esse flagitandum. Et congruo satis ordine haec omnia dixerit. Postquam enim coeruit a crudelitate, postquam a luxuria castigauit, ornat actibus bonis, quem instruendum sibi accepit.

Longitudinem

Longitudinem enim dierum, & annos uitae, & pacem apponent tibi.] Ne imposita preceptorum custodia turbaret audientem, praemisit premia certa, & sic enumerauit praepcepta. Longitudine enim dierum, lucem sempiternam: annis uitae, transcensum mortalitatis huius: augmento pacis, ipsum nactae beatitudinis statum designat. De qua Esaias dicit, Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis. Sed & priori Dei populo, & in praesenti datum est, ut cum legi Dei obediret, longo tempore in pacis quiete uiueret.

Misericordia & ueritas non te deserant.] Nunquam ab ore tuo ueritas, quae dicenda: nunquam ab opere misericordia, quae proximis sit impendenda, recedat. Sic enim sit, ut & te Dei semper misericordia prosequatur, & ueritas. Misericordia uidelicet, qua deleat peccata tua: ueritas uero, qua compleat promissa sua.

Circūda eas gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui.] In gutture organum uocis, in tabulis cordis, latitudinem insinuat cogitationis. Sit ergo uirtus misericordiae & ueritatis, radici infixamentis, promatur & uoce loquentis, ut & occulto inspectori Deo, qui corda solus scrutatur & renes, arcana placeant intentionis, & proximos iuuēt officio locutionis. Bene autem uirtutes circūdari docet gutturi, cum uox loquentis potius intus in gutture fieri soleat, quia uidelicet praedicationis uox de internis emanat: sed extra circūdat, & ad plures audientes simul perfunditur. Nam quo alios ad bene uentum suscitatur, eo ad bene agendum, & opera praedicationis legat, ne extra sermonem actio transeat, ne uoci uita contradicat.

Et inuenies gratiam & disciplinam bonam coram Deo & hominibus.] Coram Deo inuenit gratiam & disciplinam bonam, qui usu uirtutum iugi promeretur a Domino, ut per dies seipso perfectior efficiatur, & melior: sed & coram hominibus gratiam inuenit & disciplinam bonam, cuius opera sunt talia, in quibus iure laudetur, pariter que exemplum uiuendi proximis exhibeat.

Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne imitaris prudentiae tuae. In omnibus uis tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos.] Nec metuas ob imbecillitatem propriam diuinam non posse seruare mandata, nec te rursum autumes haec tuis implere uirtutibus posse, uel tua naturali scientia nosse, si non per illius legem instruaris: sed potius & in dicendo, & agendo, eius quere creber auxilium, & ipse, quae iussit, propitius, ut implere ualeas, donabit.

Ne sis sapiens apud te ipsum.] Videtur forte alii, cui hoc idem esse mandatū, quod praemissum est. Et ne innitaris prudentiae tuae: sed multum distat. Innititur enim suae prudentiae, qui ea quae sibi agenda, uel dicenda uidentur, patrum decretis praeponit: sapiens uero est apud se ipsum, & is qui in illis, quae ex patrum magisterio potuit recte cognoscere, sese pra-

ceteris quasi doctior extollit. Quae sit autem uera hominis sapientia, subsequenter ostendit:

Time Dominum, & recede a malo.] Quale est in Iob, Ecce timor Domini ipsa est sapientia: & recedere a malo, intelligentia. Perfecti etenim, qui que ita se debent ab omnibus continere malis, ut diuinam praesentiam maiestatis cum metu semper recogitent. Et notandum, quod supra, fiduciam habere in Domino, ex toto corde, & non inniti prudentiae nostrae: nunc autem, e contrario nos pari sollicitudine Deum timere admonet. Sed nulla est repugnantia. Ibi enim fragilium animos, ne desperent, promisso Dei auxilio roborat: hic fortiores, ne de se praesumant, diuini timoris memoria coercent.

Sanitas quippe erit in umbilico tuo, & irrigatio ossium tuorum.] In ossibus solida uirtutum opera, in umbilico, qui in interiori parte corporis medius est, infirma adhuc & imperfecta bonorum actio designatur. Si ergo Deum timueris, & non tuis uirtutibus, sed superna protectione confusus, a malis abstinere studueris: sanitas erit umbilico tuo, & irrigatio ossium tuorum, quia & infirmitas operis per hanc ad statum perfectionis conualefcit, & fortia quaeque tua acta, unde amplius roborentur, accipiunt.

Honora Dominum de tua substantia, & de primitiis frugum tuarum.] Multi multa pauperibus, sed de aliena substantia ac frugibus, quas uel frauderaperant tribuunt. Multi largiuntur de suo, sed largiendo Dominum non honorant: quia fauore humano, & non amore superni inspectoris faciunt. Qui ergo proficuum sibi eleemosynae fructum fore desiderat, & de suis proprijs, & in conditoris honorem, qui sua benigna clementia largiri abunde dignatus est, tribuat, ut scilicet homines qui eius plasma, qui ad eius imaginem sunt facti, recreentur, nos autem ueri fideles eius dispensatores bonorum inueniamur. Notandum autem, quod non solum de substantia pecuniae, quam pauperi porrigimus, sed & de cuncta bonae operationis, quam agimus, & de uniuersae coelestis gratiae, quam percipimus, substantia uel frugibus hominum honorare iubemur. hoc est, eius in omnibus, & non nostram querere laudem. Sed & ille Dominum de sua substantia, suarumque frugum primitiis honorat, qui omne, quicquid boni operatur, non hoc suis uirtutibus ac meritis, sed supernae gratiae tribuit: memor illius uerbi, Quia sine me nihil potestis facere.

Et implebuntur horrea tua saturitate, & uino torcularia redundabunt.] Ait Dominus in Euangelio, Theaurizate uobis thesauros in caelo. Si ergo thesauros in caelo possunt habere iusti (quia ueras ibi diuitias inueniunt) possunt utique & horrea & torcularia, quia non esurient neque sitient amplius. Et implebuntur horrea saturitate. Quia saturabor, inquit, dum manifestabitur gloria tua. Redundabunt torcularia

laria uino, quia interna suauitas aeternorum, corda cunctorum fidelium in laudem suam conditoris accendit. Hinc etenim dicit: Vt edatis & bibatis super mensam meam in regno. Sed & in praesenti nonnunquam doctori, qui panem uerbi, qui poculum gratiae spiritualis indigenti ministrat, maiora ministrandi dona Dominus pro mercede condonat. Qui terrena subsidia largitur in opibus, ditior dādo, coelesti remuneratione redditur.

Disciplinam Domini, filii mi, ne abijcias: neque deficias, cum ab eo corripis.] Sunt qui in prosperis seruiunt Domino, & in aduersis excedunt. Vnde sapientia, quem in prosperis bene uiuere docuit, etiam in correptione, ne deficiat, hortatur, ne accedente infirmitate uel paupertate, uel persecutione humana, pietatem, quam seruare in tranquillitate uidebatur, amittat.

Quem enim diligit Dominus, corripit, & quasi pater in filio complacet sibi.] Tanto ergo minus de flagello, quo castigamur, murmurare debemus, quanto certius in eo paternae dilectionis pignus tenemus. Vnde & ipse dicit, Ego quos amo, arguo & castigo. Notandum autem, quod pro hoc uerbo septuaginta interpretes dixerunt, Flagellat autem omnem filium, quem recipit. Quod mirandum, cur Apostolus ad Hebraeos, hebraice scribens, magis sequi uoluit.

Beatus homo qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia.] Quia positos sub disciplina & correptione consolabatur, addit quod coeperat: insinuans, quia beatitudo uera est hominis, non aduersis carere in praesenti, sed aeternae sapientiae perceptione laetari. Quod est, & in hac uita uoluntatem Dei cognoscere: & in futuro, eius uisionem perfrui. Et bene cum diceret, Beatus homo qui inuenit sapientiam: mox addidit, Et qui affluit prudentia. Sunt enim qui inueniunt sapientiam, doctrinam ueritatis aure percipiēdo: sed affluere prudentia negligunt, nolendo cordis sui sinum ad percipiendam eius amplitudinem laxare.

Melior est acquisitio eius, negotiatione argenti & auri.] Non metuat de correptione inopiae, quisquis opes adquisiuit sapientiae: quia thesauris terrestribus incomparabiliter munus coeleste praecellit.

Primi & purissimi fructus eius.] Si iuxta Ecclesiasticum, radix sapientiae est timere Deum, fructus sapientiae qui sunt, nisi uidere Deum: Et hi sunt primi & purissimi: siue quia Deus, qui ab initio est, uidetur, & nihil inquinatum in eius uisione incurrit: siue, quia primo ad hanc contemplandam homo creatus est. Vnde adolefcentior filius, tamen omnem substantiam suam dissipasset, uiuendo luxuriose: ubi tamen ad patrem poenitens rediit, primam stolam recepit in memoratur: siue, quia primum & rurde aurum solet esse purissimum: & prima sola nostra beatitudo uere est beatitudo credenda, quae nobis in resurrectione perfectius a Domino promittitur esse reddenda.

Preciosior est cunctis opibus, & omnia quae desiderantur huic non ualent comparari.] Non modo terrenis, uerum & coelestibus diuitijs, immo & ipsis angelorum conspectibus huius sapientiae claritas antefertur. Vnde & propheta ait: Quid enim mihi restat in caelo, & a te quid uolui super terram. & caetera usque ad finem psalmi.

Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra illius diuitiae & gloria.] Visione suae diuinitatis electos in perpetua luce condonat, & eosdem in praesenti uita, incarnationis suae sacramentis & charismatibus illustrat ac roborat. Dat eis, qui ob se comparanda, sua omnia uendunt, centuplum in hoc tempore, & in seculo futuro uitam aeternam. Sequitur in hoc loco iuxta antiquam translationem, quod nostri codices non habent:

Ab ore eius proficit iustitia, legem autem & misericordiam in lingua portat.] Quod ideo annotandum credidi, quia uersiculi in opusculis patrum saepe positi inueniuntur.

Uita eius, uita pulchra, & omnes semitae illius pacificae.] Actiones eius, & doctrinae, quae in Euangelijs continentur, pulchrae sunt, quia diuinam ac puram, hominis modum longe transgressae, & omnia iussa eius ad pacem ducunt aeternam. Omnia quae in carne gessit, ad reconciliandos Deo mortales, ad pacificandum cum angelis genus humanum, ad demonstranda suis, seruanda ad inuicem pacis & dilectionis exempla pertinent.

Lignum uita est ijs qui apprehenderint eam, & qui tenuerint eam, beatus.] Sicut in medio paradisi lignum uitae positum Moyses testatur, ita per sapientiam Dei, uidelicet Christum, uiuificatur Ecclesia: cuius & nunc sacramentis carnis & sanguinis pignus uitae accipi: & in futuro, praesenti beatificatur aspectu.

Dominus sapientia fundauit terram, & stabiliiuit caelos prudentia.] Deus pater per filium omnia condidit. Typice autem fundauit terram sapientia, cum per ipsum sanctam Ecclesiam in fidei soliditate locauit. Stabiliiuit caelos prudentia, cum per eundem sublimia praedicatorum corda illu strauit.

Sapientia illius eruperunt abyssi.] Quando in diebus Noe rupti sunt omnes fontes abyssi magnae, uel cum quotidiano pro cursu fontes & flumina de abyssis per terrae uenas emanant. Aliter, Sapientia erumpunt abyssi, cum largiente Christi gratia, profunda sacramentorum coelestium fidelibus innotescunt.

Et nubes rore concresecunt.] Patet iuxta litteram, sed allegorice, nubes sunt Ecclesiae magistri, sublimes per contemplationem & uitam, rigantes corda auditorum, quasi subiectam sibi terram per doctrinam. Quae rore concresecunt, quia subtilissima discretionem uirtutes suas, quibus proficiant, quibus alta petant, quaeque minoribus in exemplum monstrant, examinant.

Fili mi, ne effluant haec ab oculis tuis.] Ne disciplina temporalis fatigatus, sapientiae, quae tanta est, gratiam perdas, praecaue.

Mar. 10. Custodi legem atque consilium. Lex sapientiae est, qua dicit, Si uis ad uitam ingredi, non occides, non moechaberis, non furtum facies, non falsum testimonium dices, & caetera. Consilium

ibidem. sapientiae est, cum protinus addit, Si uis perfectus esse, uade, uende omnia quae habes, &c. Et erit uita animae tuae. Anima tua habet uitam cum Deo, si eius decreta custodieris, quamlibet caro, disciplina correptionis, aut etiam mortis prematur.

Psal. 118. Et gratia faucibus tuis. Quam dulcia, inquit Psalmus, faucibus meis eloquia tua. Habet ergo sensus animi fauces suas, quibus uerba, quae audit, diiudicat, quibus res & gesta singulorum, quae cernit, discernendo examinet: & haec amplectendo recipiat, illa reprobando contemnat. Quibus nimirum faucibus cum legem atque consilium Domini custodimus, gratia multiplicatur: quia quanto solertius quisquam diuinis obtemperat iussis, tanto dulcius eius amore concipit. Quam nostris faucibus inesse gratiam, desiderabat Psalmista, cum diceret: Gustate & uidete, quoniam suauis est Dominus.

Psal. 33. Tunc ambulabis fiducialiter in uia tua. Fiducialiter in uia nostra incedimus, cum Dei gratia confisi, profectum in bona nostra conuersatione suscipimus. Si ergo eius imperijs humiliter subdimur, & gustum superni amoris suauis faucibus mentis attingimus, & operationis bonae augmentum semper obtinebimus, sed & in tentationibus, ne deficiamus, ipso adiuuante defendimur. Hoc est enim quod sequitur:

Et pes tuus non impinget. Quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum.

Si dormieris, non timebis, quiesces, & suauis erit tibi somnus tuus. Ne pauca repente terrore, & irruentes tibi potentias impiorum. Dominus enim erit in latere tuo, & custodiet pedem tuum ne capiaris. Patet iuxta literam, quia securus & dormit & uigilat, & quiescit & ambulat, qui se innocenter ante Deum, & iuste uiuere meminit. Sed & iustus cum in morte dormierit, non solum potentias malignorum spirituum non metuit, sed & in pace quiescit: ac securus diem resurrectionis expectat, quia Deum ubique protectorem habet & custodem.

Psal. 22. Quale est in Psalmo: Nam & si ambulam in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.

Noli prohibere benefacere eum qui potest: si uales, & ipse benefac. Quia supra diligenter legem Domini, & consilium obseruari monuit, & aeternam requiem obseruantibus promisit: nunc multipliciter, quae sint obseruanda replicat. Primoque ad id, quod inter miserat, rediens: Misericordiam proximo exhibendam, & iuste cum illo docet esse uiuendum. Deinde & ab inimico cauendum esse praemonet. Noli ergo, inquit, prohibere benefacere eum qui potest: si uales, &

Luc. 11. ipse benefac. Ne audias a Domino cum pharisaeis. Ipsi non introiit, & eos qui introibant, prohibuistis.

Ne dicas amico tuo, Vade & reuere, & cras dabo tibi, cum statim possis dare. Non solum de eo qui elemosynam pecuniae petiit, hoc mandatum datur, ut beneuoli ad largiendum & prompti existamus: sed & omnia Christi mandata, qui ait, Vos amici mei estis, statim facere, & non in crastinum differre iubemur.

Nec contendas aduersus hominem frustra, cum ipse tibi nihil malefecerit. Non uetat contendere aduersus eum qui malefacit, ut corrigatur, quia hoc nimirum frustra non fit, quod certa necessitas cogit ut fiat. Immo etiam qui ait: Si peccauerit frater tuus: increpa illum, uult ut errantem, quantum uales, ad uiam ueritatis reuocare contendas.

Quia abominatio Domino est omnis illusor. Omnis inquit, illusor, quia illusor est, qui uel uerba Dei, quae nouit, implere contemnit, uel eadem peruerse intelligendo ac docedo corrumpit. Est illusor & ille, qui promissa eius quasi parua despiciit, ac iram distractionis eius quasi tolerabilem spernit. Nec non & ille, qui proximo rum simplicitati, uel paupertati improbus insultat. Ideoque omnem huiusmodi illusorem merito diuina abominatur iustitia. Bene autem subditur,

Et cum simplicibus sermocinatio eius. Quia saepe superbi, dum simplicibus illudunt, prudentiores se illis, quos irridunt, iudicant. Sed horum prudentia, iuxta quod Iacobus ait: Terrena est, animalis, diabolica. Sermocinatio autem Domini cum simplicibus est, quia illos coelestis sapientiae secretis illustrat, quos terreni fastus ac simplicitatis nil habere considerat. Hinc etenim dicit, Abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.

Egestas a Domino in domo impij. Iuxta exemplum purpurati diuitis, qui & in hac uita spiritualibus egebat bonis, & in futura ad tantam peruenit inopiam, ut de digito Lazari quondam pauperis, unam aqua guttam requireret, nec mereretur accipere.

Tabernacula autem iustorum benedicuntur. Iuxta quod ait Apostolus fidelibus, de Deo loquens: Qui benedixit, inquit, nos in omni benedictione spirituali in coelestibus in Christo. Qui & in remuneratione ab ipso sunt audituri, Venite benedicti patris mei, percipite regnum. Sed & iuxta literam saepe contingit, eos qui aliena diu rapiunt, ad ultimum inopia consumi. At illos, qui sua largiuntur, etiam bonis abundare terrenis.

Illusores ipse deludet, & mansueti dabit gratiam. Hos uersiculos apostoli, Iacobus & Petrus iuxta antiquam translationem, posuere dicentes: Quia Deus superbis resistit: humilibus autem dat gratiam.

Gloriam sapientes possidebunt, stultorum exaltatio ignominia. Et Dominus ait, Omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.

C A P V T IIII.

Adite filij disciplinam patris, & attendite, ut sciatis prudentiam. Hinc exhortatur us ad philosophiam

phiam, qualiter ipse sapientiam sit a patre edoctus, explicat.

Nam ego filius sui patris mei tenellus, & unigenitus coram matre mea. Nihil magis ad spem percipiendae sapientiae mentem erigit, quam cum eos, quos in sapientia iam clare miramur, aliquando par uulos, & indoctos fuisse meminimus.

Et docebat me atque dicebat: Suscipiat uerba mea cor tuum. Huiusmodi monita Salomoni a Dauid patre data, qui uerba dierum relegit, inuenit. Quare autem Salomon se unigenitum coram matre nominat, quem fratrem uterinum praecessisse scriptura testatur: nisi quia ille mox natus sine nomine, quasi nunquam esset, uita decessit.

Et in omni possessione tua acquire prudentiam. In omnibus, quae possides bonis, sapienter te agere memento, uel in omni possessione tua acquire prudentiam. Omnia quae possides, terrena contemne, dummodo sapientiam percipias. Quod fecit Salomon ipse, dum data sibi optione, amorem sapientiae cunctis praeposuit rebus. Et in Euangelio, qui preciosam margaritam quaesuit, hanc inuentam omnibus, quae habuit, uendit, emit.

Dabit capiti tuo augmenta gratiarum, & corona inclinata proteget te. Patet de Salomone, quia dum pro sapientia, cuncta despiceret, percepta sapientiae, maiore gloriae sublimitate refulsit. Sed & nostro capiti, id est, principali mentis, si sapientiam amplectitur, amplior gratia spiritus augetur, & corona in super uita in futuro donabitur. Expositionis sane his, quae a patre uerba susceperat, redit ad docendum auditorem suum sapientiam, quam coepit.

Audi fili mi, & suscipe uerba mea, ut multiplicentur tibi animi uita. id est, ut uita aeternae dona percipias.

Ducam te per semitas aequitatis, quas cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui. Semitae, id est, actiones aequitatis, dum inchoantur, arctae uidentur & angustae: dum uero profectum capiunt, iam exconuolutae spaciose uidentur & latae, Psalmista testante, qui cum incipiens Domino dixisset, Propter uerba labiorum tuorum ego custo diui uias duras: postmodum iam proficiens canebat, Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatares cor meum. Et si ergo semitas aequitatis cum ingredi coeperis, arctae uidentur tibi, cum tamen eas ingressus fueris, non arctabuntur gressus mentis tuae: sed quod Dominus ait, Iugum eius suauis, & onus leue reperies. Etenim reprobis in hac uita latum intrant iter, at in die nouissimo ligatis pedibus & manibus mittentur in tenebras. Pedes uero electorum dirigentur in uiam pacis.

Et currens non habebis offendiculum. Quo alacrius ad implenda Dei mandata cucurreris, eo minus aduersa, quae te impediunt, timebis. Nam quicumque in praua actione desudant, offendiculum in medio cursu reperiant: quia exemplo, dum non prauident, rapiuntur ad poenam.

Comedunt panem impietatis, & uinum iniquitatis bibunt. Ita actione scelerum iniqui, quasi epulis delectantur appositis. Vel certe uinum damnatorum bibunt, & esurientibus spicas tollere gaudent, ut

esse moris impiorum scriptura sacra testatur.

Iustorum autem semita quasi lux splendens procedit, & crescit usque ad perfectam diem. Iustorum opera in luce scientiae peraguntur, & aeternam ducunt ad uitam, quae est perfecta dies.

Via impiorum tenebrosa, nesciunt ubi corrumpant. Dicit & de his Ioannes apostolus: Qui diligit fratrem suum, in lumine manet, & scandalum in eo non est. Qui autem odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quod eat, quia tenebrae obcaecauerunt oculos eius. Cui contra superius dicitur sapienti: Quia currens non habebis offendiculum, id est scandalum.

Omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso uita procedit. Sunt qui recte uiuere uidentur hominibus, sed quia recta intentione non faciunt, a Deo, qui cor respicit prauum, reprobatur & uita, quae credebatur bona. Omni ergo diligentia, cordis munditiam serua, quia ad eius examen, modus aeternabitur uita.

Remove a te os prauum, & detrahentia labia sint procul a te. Duobus modis sentiendum, ut & os tuum, ne prauum loquatur aliquid, tua labia, ne detractionibus assuescant, custodias, & alios quosque, quos huic uitio subditos nosti, ne te corrumpant, fugias.

Oculi tui recta uideant, & palpebrae tuae praecedant gressus tuos. Iter iustitiae, quo ingredi debeas, diligenter edisce, & in cunctis, quae agere disponis, sollicitus, ad quem sint finem uertura, prauide. Hoc est enim palpebras recta uidentium oculorum tuos praecedere gressus, bonum opus, quod acturus es, sedula cogitatione prauenire, & quia secundum Deum sit, meditando prauidere.

Dirige semitam pedibus tuis. Ne uidelicet erres in actibus aut fide.

Et omnes uiae tuae stabiliuntur. Ne leuitate mentis a bono mouearis proposito. Hinc & Apostolus, Stabiles estote & immobiles, abundantius in opere Domini semper.

Ne declines ad dexteram neque ad sinistram. Dextera uia bona, sinistra accipitur reproba. Non ergo dextera uia ambulare, sed ad dexteram declinare prohibemur. Declinat ad sinistram, qui inuitus est: declinat ad dexteram, qui sibi uult arrogare quod iustus est: declinat ad dexteram, qui de suis uiribus praesumit: declinat ad sinistram, qui pro sua fragilitate desperat, se posse saluari: declinat ad sinistram, qui stultitiae famulatur: declinat ad dexteram, qui uult plus sapere, quam oportet sapere. Quod & de caeteris uirtutibus ac uitijs eodem modo intelligitur.

Auerte pedem tuum a malo. Hoc est, ne uel huc uel illuc a recto deuias, quia uirtutes discretionem quaerunt, & nimietas omnis in uitio est.

Vias enim, quae a dexteris sunt, nouit Dominus. id est, elegit, & placent illi. Ideo displicentibus & reprobis dicitur est, Non noui uos: quod est dicere, non uos elegi, non mihi placetis.

Ipse autem rector faciet gressus tuos, itinera autem tua in pace producet. Si auerteris a malo pedem tuum, si bona, quae docui, Domino iurante, facere stueris, PP ducris,

dueris, aderit ipse propitius conatibus tuis, ut & nunc recte ingredi, et tunc ad pacem ualeas peruenire sempiternam.

CAPVT V.

Fili mi, attende sapientiam meam, & prudentiam meam inclina aurem.] Hactenus generaliter castigauerat auditorem. hinc sub specie meretricis ab hæreticorum nequitia prohibet.

Ut custodias cogitationes, & disciplinam labia tua conseruent.] Cogitationes, quibus recte credas: labia, quibus ipsam fidem per simplicia uerba, & consueta atque Ecclesiastica profitearis. Sed iuxta litteram: Qui adheret meretrici, etiam labia uel osculando, uel turpia fando, commaculat.

Fanus enim distillans labia meretricis.] Cum in ore hæreticorum, dulcedo eloquentie non ad sufficientiam solummodo, uerum ad superfluitatem resonat: & ob id falsitas, quia apte profertur cernitur, ueritas à stultis existimatur.

Et nitidius oleo guttur eius.] Oleo spiritus sancti des catholica consecratur: quo nitidius fuit guttur ostendunt, qui suum sensum, patrum fidei anteponunt. Patet de meretrice, quia & sermonis suauitatem, & formositatem corporis ad captandos miseros querit.

Nonissima autem illius amara, quasi absinthium, & acuta, quasi gladius biceps.] Porro absinthij intus amarefcit in uisceribus, gladio foris membra feriuntur. Ut igitur ostendat iniquos in nouissima ultione, & interius impleri, & extrinsecus poenis circumdari perpetuis, & absynthij amaritudine illos torquendos, & gladio asseuerat trucidandos. Quare autem idem gladius biceps sit dictus, Dominus aperit cum ait: Sed eum time, qui potest animam & corpus perdere in gehennam.

Vagi sunt sensus eius, & inuestigabiles.] Vagi sunt sensus hæreticæ deceptionis, quia alij Christum Deum, alij hominem esse negant: alij carnem accepisse, alij animam contradicunt: alij eum de uirgine natum, alij spiritum sanctum: alij patrem Deum esse, alij poenitentibus ueniam dandam esse confiteri prohibent. Et in tam innumera hæc pestis se fundit itinera, ut penitus, quot sint, inuestigari nequeant. At catholica ueritas, uaga & inuestigabilis non est, quia una eademque cunctis est agnita, totum per orbem, fidelibus.

Longè fac ab ea uitam tuam, & ne appropinques foribus domus eius.] Et Apostolus ait, Fugite fornicationem. Quia nimirum primum huius uitij remedium est, longè fieri ab eis, quorum præsentia uel illiceat, uel cooperetur ad uitium. Sed & ab hæreticorum auditu prorsus segregari infirmis auditoribus prodest.

Ne des alienis honorè tuum, & annos tuos crudeli.] Ne honorem, quo ad imaginem Dei creatus es, immundorum spirituum uoluntatibus subdas, neque accepta uiuendi spacia ad libitum aduersarij immitis expendas. Cuicumque enim sceleri quisque subijcit, in hos profecto domina tui malignorum spirituum mancipatur,

Ne forte impleantur extranei uiribus tuis, & labores tui sint in domo aliena.] Ne dæmoniorum facta adiuues, si uel ingenium animi, uel corporis tui uires ad patranda facinora contradas: domumque alienam, id est, numerum perditorum, te adiecto, multiplices. Et pulchre dixit, Labores tui sint in domo aliena: quia sunt, qui iuxta prophetam, ut iniquè agant, laborant. Et hæretici quantum laborem contra Ecclesiam subierint, utinam lateret.

Et gemas in nouissimis, quando consumperis carnem & corpus tuum.] Præponendum à superiori, Ne forte. Et est sensus, Ideo te castum custodi, ne forte in poenis gemere cogaris, quando non solum carnales illecebræ transeunt, sed & ipso corpore derelicto, anima, quæ per corpus gessit, cuncta reddere compellitur. Verum in hac uita sapius contingit, ut qui in adolescentia luxuriose uiuendo, habita disperferant, tempore senectutis inopia deficiant. Et refrigerente calore carnis, ac flore iuuentutis marcescente, rebus suis, quas lasciuia uendiderant, alios uti conspiciant, gementesque sera poenitentia dicant quæ sequuntur:

Cur detestatus sum disciplinam? & increpationibus non acceperit cor meum?] Disciplinam dicit Ecclesiastica fidei, increpationes autem, quibus hæretici, cur ab Ecclesia recesserint, obiurgantur. Patet de fornicarijs.

Penè sui in omni malo, in medio Ecclesie & synagoga.] Ecclesia & synagoga, græca nomina sunt, & uenam eandemque rem latine significant: id est, conuentum plurimorum adiuuicem. Si autem subtilius distinguantur, Ecclesia conuocatio: Synagoga, congregatio interpretatur. Et uetus quidem Dei populus utroque nomine uocabatur. Nunc autem gratia distinctionis, ille synagoga noster, Ecclesia dicitur, merito scilicet fidei & scientiæ maioris, quia & irrationabilis creatura potest congregari. Denique dixit Deus, Congregentur aquæ in congregationem unam. Rationabilis autem solum & sensibilis potest conuocari. Verum hæc nomina aliquando malorum conuentus significant. Unde illud, Exarsit ignis in synagoga eorum. & Odiui Ecclesiam malignantium. Quod ergo serò poenitens ait contemptor sapientiæ, Penè sui in omni malo, in medio Ecclesie & synagoga: uidetur misero magnitudinem suæ damnationis perpendiculari, quia nihil penè fuerit sceleris, quo non sit irretitus, qui tanta meruit tormenta subire. Et hoc ad cumulum accesserit miseriam, quod non extremus ipse peccantium, sed medius magis & quasi author extiterit. Vel certè in medijs sanctorum conuentibus corpore positus, alienam ab eis uitam ducere non timuerit. Et de hæreticis specialiter sentiendum, quia nec ueterum patrum, nec nouorum dictis & exemplis potuerunt ab errore reuocari.

Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui.] Desiderio utere propriæ mulieris, & eius ministerij fouere deuotio,

Deriuentur

Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas diuide.] Filium tuum ac filiam alij nuptum trade, & hoc manifestè facito pluribus consijs.

Habeto eas solus, nec sint alieni participes.] Solus in tua potestate retine, qualibus matrimonij liberos tuos socias, nec sint fornicarij uel meretricis, tuæ sobolis participes.

Sit uena tua benedicta, & latere cum muliere adolescentiæ tuæ.] Tanta te temperantia cum muliere, quam adolescens accepisti, etiam cum senueris serua, ut meritò fidelis castimoniæ benedictione consequaris in prole.

Cerua charissima, & gratissimus hinnulus.] Illa sit tibi semper charissima coniunx, quæ sicut cerua serpentes, ita persequatur scorta, & suis effuget ab ædibus. Sit natus ex ea filius, & ipse castitatis amator gratissimus.

Ubera eius inebrient te omni tempore, et in amore illius delectare iugiter.] Non uxorio operi semper insistendum docet, sed monet ne uel prima uiuente, aliam ducas, uel meretrici unquam sociaris. Aliter, quod ait, Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui: docet ab hæreticis cauedum, & custodia scripturarum ac lectioni attendendum. Scientiam, inquit, quam prædicas alijs, ipse serua, & tui irrigatione sermonis infundere. Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Cum ipse seraueris, tunc & alijs prædica, & in magna auditorum amplitudine, diuina eloquia, iuxta uniuscuiusque qualitatem dispensa. Habeto eas solus. Aquas & in plateis diuidimus, & tamè soli possidemus, quando & exterius late prædicatione fundimus, & tamen per eam laudes humanas consequi minime ambimus. Nec sint alieni participes tui. Immundi spiritus participes sunt doctoris, si eius mentem, uel fastu elationis, dum prædicat, uel hæresi, uel alio quolibet uitio corrumpunt. Solus autem aquas possidet, cum membris Ecclesie fideliter connexus ab extraneorum consortio se liberum seruat. Sit uena tua benedicta, & latere cum muliere adolescentiæ tuæ. Sit doctrina tua, & quicumque nascuntur ex ea, in benedictione Ecclesie, & latere cum ea, cui ab adolescentia, id est, à primo credendi tempore coniunctus es. Cerua charissima, & gratissimus hinnulus: ubera eius inebrient te omni tempore, in amore eius delectare iugiter. Cerua charissima siue gratissima, ut quidam codices habent, sancta est Ecclesia, quæ serpentinam solet odio habere, & contere doctrinam. Gratissimus hinnulus, populus est, eius uirtutum uarietate delectabilis, & eadem castæ fidei semper æmulatione succensus. Cuius uberibus inebriamur, cum utriusque Testamenti paginis contra hæreticorum fraudes instruimur. Cuius pace & amore iugiter delectari, magna est exercendum occasio uirtutum.

Quare seducis fili mi ab aliena? & foueris sinu alterius?] Et de meretrice & de hæresi sentiendum. Respicit Dominus uias hominis, & omnes gressus illius considerat.] Non se putent adulteri tenebris noctis ad parietem obtegi: non hæretici sua molimina posse celari: quia tenebræ non obscurantur à Domino, & nox sicut dies illuminabitur.

Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur.] Distat inter peccatorem & impium, quia peccator appellatur omnis, qui uel in paruis uel in magnis sceleribus, decidit: impius autem, qui uel nunquam fidem recipit, uel enormitate scelerum ab ea quam accepit, anathema factus est: ut hæretici uel catholi publici flagitijs inuoluti, qui funibus peccatorum suorum constringuntur, cum incessabili augmento suæ prauitatis intereunt. Qui enim funem facit, torquendo semper & inuoluendo filis fila auget. Talis est fortitudo operum malorum, tales libri hæreticorum, in quibus praua prauis necentes, non aliud scribendo quam quod artius obligent, agunt.

Ipse morietur, quia non habuit disciplinam, & multitudine stultitiæ suæ decipietur.] Quia multa de adulteris uel hæreticis disputauerat, more suo in clausula narandi, qualis sit talium finis ostendit: id est, quia ad mortem tendunt æternam, qui disciplinam detestati sunt uitæ. Multitudinem autem stultitiæ dicit, cum hæretici se sapientiores sanctis patribus autumant, uel cum opera tenebrarum facientes iniqui, aut Dominum hæc non uide. Esaias. re, aut se facile eius iram putant tolerare posse.

CAPVT VI.

Fili mi, si sponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam.] In promptu literæ sensus: quia suadet ei, qui spondit pro amico, ut ipsum amicum sollicitus admoneat, quatenus reddita pecunia, quam debet creditori, & se & ipsum liberet. Allegoricè autem in hac periocha, doctorem: porro in sequente, uagamem quemlibet, ut se cautè gerere debeat, instruit. Dicitur enim præceptor, Si sponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam. Quod est aperte dicere: Si animam fratris in periculo tuæ conuersationis acceperis, iam ligasti mentem apud curam sollicitudinis, quæ antè deerat.

Illequeatus es uerbis ori tui, et captus proprijs sermonibus.] Quia dum commissis tibi cogeris bona prædicando dicere, te ipsum prius necesse est, quæ dixeris custodire.

Fac ergo quod dico fili mi, & temetipsum libera, quia incidisti in manum proximi tui.] Discurre, festina, suscita amicum tuum. Non tantum ipse bene uiuendo uigilare memento, sed & illum, cui præses, à peccati torpore prædicando dislunge.

Ne dederis somnū oculis tuis, nec dormitet palpebræ tuæ.] Somnum dat oculis, qui subditorum curam omnino negligit: dormitat autem, qui quidem reprehensibilia eorum gesta cognoscit: sed hæc, propter mentis tedium, digna inuentione non corrigit.

Ertere quasi damula de manu, & quasi auis de laqueo.] Velut damula de manu captantis querit euadere. PP 2 rc, tan-

re, tantum nitere, ut auditore tuo salubriter insti-
tuto, ipse à sponfione uitæ eius liber reddaris.
Vel tertè, quia damula mundum natura est ani-
mal, uelox cursu, uisûque acerrimum. Vnde &
Græcè ἀπό τῆς ἀίχνης, id est à uidendo dorcas
nuncupatur. Auis autem, uolando alta petere
consuevit. Cum in docendis occuparis subditis,
mundis à peccatis omnibus, strenuus in operi-
bus bonis, perspicax in deprehendendis malorū
insidijs, & uirtutum pennis fultus esse satage:
quatenus expleto prædicandi negotio, ad su-
perna transuolare, & cœlestis uitæ pascua mere-
aris intrare.

Vade ad formicam ò piger, & considera uias eius, & discite
sapientiam.] Hinc uagantem hortatur quemlibet,
ut si ad alios erudiendos non sufficit, saltem sui-
met curas agere non negligat: & si sapientiam
docendi nequit ab homine, uel operandi sapien-
tiam discat à formica.

Quæ cum non habet ducem, nec præceptorem, nec prin-
cipem, parat æstate cibum sibi, & congregat in messe quod co-
medat.] Si tantillum animal principe carens, & ra-
tionis expertis, natura duce sibi præuidet in po-
sterum, multo magis tu ad imaginem Dei con-
ditus, ad uidendam gloriam eius uocatus, do-
ctorum magisterio adiutus, ipsum conditorem
habens ducem, debes in præsentia, bonorum o-
perum fructus congregare, quibus æternum ui-
uas in æuam. Hæc etenim uita ideo mæsi com-
paratur & ætati, quod nunc inter ardores ten-
tationum, tempus est colligendi futurorum præ-
mia bonorum. At dies iudicij, hyemis simulatur
frigoribus, quia tunc nimirum nulla relinquatur
facultas pro uita laborandi, sed tantum cogitur
quisq; de horreo præcæ actionis, quod recondi-
dit, proferre. Vnde & Dominus præcipit, di-
cens: Orate autem, ut non fiat fuga uestra hye-
me uel sabbato. Hyeme enim facultas, sabbato
licentia per legē deest fructus uitæ colligen-
di, ac penuriam fugiendi perpetuam.

Matth. 24.

Vsquequò piger dormis? quādo consurgis à somno tuo? Pau-
lulum dormies, paululum dormitabis, paululum conseres ma-
nus ut dormias.] Vsquequò dormis in uitij? Quan-
do potes resurgere ad bene operandum, qui no-
xio torpore depressus semper dicis, Paululū ad-
huc iaceam, & sic postea poenitendo resurgam?
Fit namq; ut te semper differente opus bonum,
repente iudex, qui mala tua facta considerat, ad-
sit. Hoc est enim quod sequitur:

Et ueniet tibi quasi uiator egestas, & pauperies quasi uir ar-
matus.] Egestas namque & pauperies, poena est
ultima: in qua damnati, nihil diuitiarum meren-
tur: quæ quasi uiator ueniet, quia improuisa &
subitanea: quasi uir armatus, quia deuinci perpe-
tuò non potest. Patet iuxta literā, quia pigritia,
nutrix est egestatis & penuriae.

Si uerò impiger fueris, ueniet ut fons mæsis tua.] Fru-
ctus terreni, quos metimus, nō fonti comparan-
tur, sed cisternæ, quia ad tempus pascunt collig-
entem, & in tempore deficiunt: at qui impi-
ger fuerit pro cœlestibus laborare diuitijs, hu-
ius mæsis, ut fons adueniet: quia mercedem

laborum indeficientem perficiet.

Et egestas longe fugiet à te.] Quia satiabor, inquit,
dum manifestabitur gloria tua.

Homo apostata, uir inutilis graditur ore peruerso, annuit
oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur ma-
lum, et in omni tempore iurgia seminat.] Dixerat de hæ-
resibus, & alijs uitiorum generibus: instituerat
præceptorem, excitauit pigrum, at nunc redar-
guit schismaticum. Vbi notandum, quia quem
seminantem iurgia dicere uoluit, prius apostata-
tam nominauit: quia nisi more superbiens an-
geli à conspectu cōditoris prius intus auersio-
ne mentis caderet, foras postmodum usque ad
seminanda iurgia nō ueniret. Qui rectè dicitur,
quod annuit oculis, terit pede, digito loquitur,
Interior namq; est custodia, quæ ordinata seruat
exterioris membra. Qui ergo statum mentis per-
didit, in inconstantiam motionis, foras fluit: atq;
exteriori mobilitate indicat, quod nulla radice
interius subsistat.

Sex sunt quæ odit Deus, & septimum detestatur anima
eius.] Eundem quem supra, plenius quam sit
Deo odibilis, discordiam seminando insinuat.
Quod autem animam Dominus dicit, huma-
no more facit, ut eum plena intentione, & non
leuiter tales odisse significet. Tale est in Esaiā,
Calendas uestras & solennitates uestras odiuit
anima mea.

Oculos sublimes, linguam mendacem, manus effundentes
innoxium sanguinem, cor machinans cogitationes pessimas, pe-
des ueloces ad currendum in malum, proferentem mendacia,
testem fallacem, & eum qui seminat inter fratres discordias.]
Enumerat sex capitalia crimina, quæ tamē com-
paratione discordias seminantis, quasi minora
deponit: quia nimirum maius est facinus illud
quò unitas & fraternitas, quæ per spiritus sancti
gratiam est cōnexa, dissipatur. Potest enim qui-
libet oculos iactanter extollere, lingua mentiri,
homicidio pollui, mala proximo machinari, a-
lijs sceleribus membra subdere, falsum contra
quempiam testimonium proferre. Quod non
idem esse putandum est, quod supra linguā men-
dacem nominat. Potest enim mendacium, sed
non contra proximum dici. Nam & beatus Au-
gustinus octo esse genera mendacij, in libro
quem de mendacio composuit, docet. Potest,
inquam, perditus quisque huiusmodi mala uel
sibi metipso, uel alijs inferre, pace seruata Eccle-
siæ. At Donatus & Arrius, eorumq; sequaces,
grauius est quod fecerunt, qui concordiam fra-
ternæ unitatis, discordias seminando sciderunt.

Conserua, fili mi, præcepta patris tui, & ne dimittas le-
gem matris tuæ.] Nunc sub adulteræ mulieris spe-
cie prohibet ab auditione hæreseos.

Liga ea in corde tuo iugiter, & circumda gutturi tuo.] Et
in cogitatione præcepta Domini fixa retine, &
loquelā tuam horum undiq; dulcedine, ne for-
tè in lingua labaris, communito.

Cum ambulaueris, gradientur tecum: & cum dormieris, cu-
stodiant te, & euigilans loquere cum eis.] Tanta sit tibi
meditatio D. legis, ut cū uigilās aliquid opera-
tus fueris, hanc sedula mente recolas: cum dor-
mire

mire uelis, in huius memoriam quiescas: cum
euigilaueris, hanc primò ad mentem reuoces.
sic enim fiet, ut nec uigilans offendas, nec à ti-
more nocturno lædaris. Aliter: Cum ambula-
ueris in profectu iustitiæ, gradientur tecū man-
data Dei, ut te instruant: cum dormieris in mor-
te, custodiant animam tuam, ne rapiat hostis:
cum euigilaueris in resurrectione, loquere cum
eis expetendo præmia, quæ tibi, si ea seruares
promiserant.

Ne capiaris nutibus illius.] Patet de adultera. Sed
heretici etsi bene uiuere & agere uidentur, uide-
ne seducaris eorum doctrinis.

Precium enim scorti uix unius est panis.] Recordare
quia breuis uoluptas fornicationis, & perpetua
est poena fornicatoris. Sicut enim unus panis di-
urnam solum effugit esuriam, & nihilominus
postmodum esurit, qui comesto pane saturatus
abcesserat: sic qui intrat ad scortum, ad horam
quidem euaporat libidinem, sed post paululum
ardentior redit.

Nunquid abscondere potest homo ignem in sinu suo, ut ue-
stimenta illius non ardeant?] Soli ei conceditur hære-
ticorum libros legere, qui adeò solidatus est in-
fide catholica, ut uerborum dulcedine uel astur-
tia nequeat ab ea segregari.

Non grandis est culpa cum quis fuerit furatus. & cæte-
ra.] Furtum non ex sui æstimatione, sed ex com-
paratione peccati maioris, id est adulterij, non
grandis esse culpæ perhibetur: sicut Hierusalem
grauius peccanti dicitur, iustificata est Sodoma
ex te. nō quia Sodoma nulla uel pauca, sed quia
Hierusalem plura peccauit.

Quia zelus & furor uiri non parcat in die iudicij, nec
acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione
dona plurima.] Et de Domino intelligendū, quia
qui nunc parcat reprobis, non parcat in die mor-
tis: nec acquiescet precibus serò clamantium ad
se: nec dona, quorum ibi tempus & facultas nō
est, suscipiet. Zelus enim, si quis sponsam suam,
id est Ecclesiam, siue animam quamq; fidelem
corrumpere præsumit.

CAPVT VII.

Fili mi, custodi sermones meos, & reliqua.] Et hæc
periocha eadem, quæ superius sub meretricis
persona, plenius explicatur.

Et legem meam quasi pupillam oculi tui.] Tam sollici-
tè serua quæ doceo, quasi nihil recti sine his aspi-
cere ualeas.

Liga eam in digitis tuis, scribe illam in tabulis cordis tui.]
In digitis, in actibus dicitur in tabulis cordis, in la-
titudine cogitationis. Deniq; & alia translatio
sic dicit: Describe eam in latitudine cordis tui.

Dic sapientiæ, soror mea es, & prudentiam uoca amicam
tuam, ut te custodiat à muliere extranea, & ab aliena, quæ
uerba sua dulcia facit.] Sapientiam Ecclesiastica do-
ctrine, sororia tibi dilectione cōiunge: ut hæc te
à pollutione seruet hæretica, quæ à castitate Ec-
clesiæ probatur extranea.

De fenestra enim domus meæ per cancellos prospexi, &
uideo paruulos.] Aptè autem Salomon de fenestra
domus suæ, per cancellos prospexisse dicit, ut par-

uulorum gesta dijudicaret. Qui enim de fene-
stra per cancellos prospicit, ipse quidem ea quæ
foris aguntur, plene considerare sufficit: nec ta-
men ipsum, qui foris est, intrā legentem aspi-
ciunt. Namq; hoc est quod ait Apostolus, Spiritus
iudicat omnia, ipse autem à nemine iudi-
catur. De fenestra igitur, & cætera. Patet iuxta li-
teram, quia sapientium aspectus magistrorum
& infirmorū actus sedulo speculatur, & fortitū:
at æterna Dei sapientia de celo prospicit, & ui-
det omnes filios hominum.

Considero uecordem iuuenem, qui transit in platea iuxta
angulum.] Iuuenem uocat adulterum, non pro-
pter uirtutem, sed propter instabilitatem. Qui
transit in platea, quia deseruit angustam uiam,
quæ ducit ad uitam. Iuxta angulum, quia defle-
ctit à rectitudine.

Et propter uiam domus illius graditur.] Qui à uia ue-
ritatis declinauit, merito uia domus meretricis
uel hæretici appropriat: quæ rectè, iuxta quod
exposuimus, & in platea, & iuxta angulum po-
sita est.

In obscuro ad uesperascente die, in noctis tenebris & cali-
gine.] Quia iam talis per cecitatem cordis, ad te-
nebras festinat, & peccati & damnationis.

Et ecce mulier occurrit illi ornata meretricio, præparata ad
capiendas animas.] Patent hæc cuncta iuxta literam
de meretricijs operibus: uerū doctrina hære-
tica quemcunq; incautum reperit et uecordem,
hunc decipere tentat. Ipsa etenim apparet or-
nata meretricio, quia immunda præfulget elo-
quentia. Præparata adest capiendas animas, quia
quofcumque sibi associare potest, spiritali mor-
te perimit.

Garrula & uaga, & quietis impatiens.] quietem Ec-
clesiæ turbare desiderans.

Nec ualens in domo consistere pedibus.] Nulla est hæ-
resis, quæ contenta sit primis discipulis. Hi sunt
enim domus eius, sed semper nouos, quos deci-
piat, quarit.

Nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos insidians.]
Foris, cum paganos rapit: in plateis, cum uolu-
ptuosos: iuxta angulos, cum alios hæreticos.

Apprehensumq; deosculatur iuuenem.] Verborum fal-
laciū blandimentis tentat instabilem.

Et procaci uultu blanditur, dicens: Victimam pro salute de-
bui, hodie reddidi uota mea.] Iuxta literam patet intel-
lectus: quia meretrix conuiuium se permagnifi-
cum præparasse fatetur. At hæretici in cunctis,
quæ agunt, uictimas suæ salutis Deo immolare
autumāt ac gestiunt. Nam & Dominus ad disci-
pulos: Sed uenit, inquit, hora, ut omnis qui in-
terficat uos, arbitret se obsequiū præstare Deo.

Intexui funibus lectū meum, strauit tapetibus pictis ex Aeg-
ypto.] Solent lecti, qui ex funibus, uel iuxta aliā
translationem, institis intextuntur, molliores fie-
ri, quā qui ex ligno, uel corio, uel qualibet alia
materia substernuntur. In lecto ergo funibus in-
texto meretrix, molliem quiescendi designat.

In tapetibus uerò pictis ex Aegypto, etiam oculo-
rum tentat illecebras, quibus nefando aspec-
tu irretitis, facilius ad seducenda mentis arca-

na penetret. Quia uero nomine fumum aliquando solent diuina praecepta figurari, quae a nostris nos uoluptatibus coercendo religant, promittunt se haeretici contextu uerborum coelestium salubre suis auditoribus quasi stratum parare, in quo a uitiorum tumultibus libero corde quiescant. Sed ueraciter illis fumibus peccatorum construunt lacum perditionis, ubi perpetuo pedes manusque alligati, damnentur. De quo Dominus in Apocalypsi, Et dedi, inquit, illi tempus, ut poenitentiam ageret, & non uult poenitere a fornicatione sua. Ecce mitto eam in lectum, & qui moechantur cum ea, in tribulatione maxima erunt. In tapetibus uero pictis ex Aegypto, ornatus eloquentiae, & uerfuta dialecticae artis, quae ab ethnicis originem sumpsit, intelligitur, per quam mens haeretica sensum doctrinae pestilentis, quasi meretrix, torum facinoris se texisse gloriatur.

Apoc. 2.

Aspergi cubile meum myrrha, & aloë, & cinnamomo. Promittunt se tales odores habere coelestium uirtutum, quibus sua suorumque corda uelut cubilia uenusta coesecrent: ut dicere possent cum Apostolo, quia Christi bonus odor fumus Deo.

1. Cor. 2.

Veni inebriemur uberibus, donec illucescat dies. Doctrinae sanctae poculis se inuicem satiandos iactant haeretici, & uirtutum gratia coniungendos, donec eorum gesta, lux sequatur aeterna.

Non est uir in domo sua, abijt uia longissima. Inquit, Christus corporaliter in Ecclesia. Surgens enim a mortuis ascendit ad caelum, nobisque ministerium gubernandae Ecclesiae, suae uidelicet domus, reliquit.

Sacculum pecuniae secum tulit. Gloriae resurrectionis, & immortalitatis decus secum detulit, quo illius patriae ciues iustificaret ac ditaret.

In die plenae lunae reuersurus est domum suam. In tempore quo electorum suorum Ecclesia numerum compleuerit, reuertetur ad iudicium.

Statim eam sequitur, quasi bos ductus ad uictimam. Id est, quasi stultus nesciens ipse ductus ad interitum.

Et fortissimi quique interfecti sunt ab ea. Ut ipse Salomon sapientissimus uirorum, ut Samson fortissimus, ut Dauid mansuetissimus a mulierum decipula, ut Origenes ab haeretica doctrina, quem post apostolos Ecclesiae magistrum fuisse, quando rectae sapuit, qui negauerit, errat.

Math. 16.

Viae inferi domus eius, penetrantes interiora mortis. Sed & de Ecclesia Dominus ait, Quia portae inferi non praeualebunt aduersus eam. Interiora autem mortis, acerrima gehennae tormenta, quasi acriora & obscuriora dicit, quibus haeticos & fornicarios constat esse mergendos. Sicut de sanctis pro Domino in hac uita patientibus aduersa dicitur: Et misit eos custos interiorum carcerum, atrociores uidelicet, foediores & obscuriores.

CAPVT VIII.

1041. 17.

Nunquid non sapientia clamitat? & prudentia dat uocem? Nunquid non Dominus palam locutus est mundo: & in occulto locutus est nihil? Quid ergo neglecto eius Euangelio ad haeresim potius, uel lasciuiae suasionem, quae in an-

gulo susurrant, audiendam miseri confluunt?

In summis excelsisq; uerticibus super uiam, in medijs semitis stans iuxta portas ciuitatis. In monte discipulos simul & turbas docuit, sed & per uias saepe ijs qui conueniebant, praedicabat, & eos qui curari indigebant, sanabat. In ipsa etiam porta ciuitatis Naym mortuum resuscitans, exemplo miraculi uerba, quae docuerat, commendabat. Et quid se quimini eos, qui in abditijs contra eum suas exaceruerunt linguas?

Luc. 7.

In ipsis foribus loquetur, dicens: O uiri ad uos clamito, & uox mea ad filios hominum. Ad uiros clamitat, id est, ad strenuos uerbi auditores in utroque sexu. Nam qui foeminea, id est, fluxa mente sunt, sapientiae uerba percipere nequeunt.

Intelligite paruuli astutiam, & insipientes animaduertite. Manifestum de Domino, quia cum esset ipse in mundo, omni aetate, sexui & conditioni locutus est uerbum: immo etiam clamabat stans in templo, Si quis sitit, ueniat ad me, & bibat. Et nunc per doctores Ecclesiae (ipsi enim sunt fores ciuitatis eius) uiris simul & foeminis, sapientibus & insipientibus, grandaeuis praedicat & paruulis: at contra, doctrina fallax, clam & priuatim, quos seducere ualeat, quaerit.

1041. 7.

Audite, quonia de rebus magnis locutura sum. Magnis nempe, quia regnum caelorum & promisit & dedit, fidemque sanctae Trinitatis docuit, atque alia innumera, quae prophetae ei loquenda reliquerunt.

Et aperientur labia mea, ut recta praedicent. Labia eius sunt duo Testamenta, concordia ad inuicem, ueritatis attestatio coniuicta, quae ipsa in carne apparente per sancti spiritus donum sunt ad praedicandam salutem, uniuersum aperta per orbem.

Accipite disciplinam meam, & non pecuniam: doctrinam magis, quam aurum eligite. Non potestis Deo seruire, & in mammona.

Luc. 16.

Ego sapientia habito in consilio, & eruditus inter sum cogitationibus. Vbi duo uel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sum ego in medio eorum.

Math. 18.

Arrogantiam, & superbiam, & uiam prauam, & os bilingue detestor. Arrogantiam & superbiam in ijs, qui se ceteris meliores existimant: uiam prauam in eis, qui aperte mala faciunt: os bilingue in eis, qui in bonis quae sequuntur, stabile quippiam non habent, sed iuxta auditorum libitum sua uerba commutant.

Meum est consilium, equitas, mea prudentia, mea est fortitudo. Non se extollat humana presumptio, plenitudinem uirtutum sola Dei sapientia possidet, & ab hac humana infirmitas, quicquid uirtutis habet, accipit.

Per me reges regnant, & conditores legum iusta decernunt: per me principes imperant, et potentes decernunt iustitia. Reges dicit Apostolos, siue alios sanctos, qui & seipos primum, & deinde Ecclesiam sibi subditam bene regere sciunt: Legum conditores, auctores utriusque Testamenti, & sequentes Ecclesiae scriptores: Principes & potentes, ceteros fidelium praecceptores ac rectores appellat. Qui utique omnes non nisi per sapientiam, ut essent

1041. 15.

essent aliquid, habent. Ait enim, Quia sine me nihil potestis facere.

1041. 14.

Ego diligentes me, diligo: & qui mane uigilauerint ad me, inueniet me. Tale est & in Euangelio, Qui autem diligit me, diligitur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Mane quippe uigilant ad sapientiam, qui semper innouato mentis studio, ad Christi uisionem perungere fatagunt.

Mecum sunt diuitiae & gloria, opes superbae & iustitia. Opes superbas, opes excelsas dicit, ut coelestia dona significet. Graece etenim superbus hyperphanos, id est, superapprensus dicitur. Et ideo recte sapientia opes hyperphanas secum esse dicit, quia quicquid donorum caelitus datur fidelibus, cunctis mundi opibus excellentius esse probatur. Quod etiam addendo iustitiam manifestius inculcat. Nam terrenas opes, & gloriam sapientia habent iniusti: nos autem in resurrectione, sicut Petrus ait, nouos caelos, & nouam terram, & promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat.

2. Pet. 3.

Dominus possedit me in initio uiarum suarum. Vig Domini sunt opera eius, quorum consideratione ad fidem uel agnitionem peruenit homo. Inuisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur. Viae eius sunt ipsae illuminationes, per quas se & angelicis spiritibus, & mentibus ostendit humanis. In quarum initio uiarum sapientiam possedit, quia in primordio creaturae nascentis, filium qui cum eo cuncta diserneret, habuit. Sed ne putaret aliquis, harum initio uiarum, uel aliquando ante tempore filium esse coepisse, uigilanter adiunxit:

Antequam quicquam faceret a principio, ab aeterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret. & cetera, usque dum ait, Quando appendebat fundamenta terrae, cum eo eram cuncta componens. Cui simile in Euangelio: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Omnia per ipsum facta sunt. Pereant ergo, qui negant Dei uirtutem, & Dei sapientiam, uidelicet Christum, ab initio, immo & ante omne quod dici uel cogitari potest initium, ab ipso patre fuisse progenitum. Alia translatio hoc loco ita incipit, Dominus creauit me principium uiarum suarum in opera sua. Quod de incarnatione Domini dicitur patres intelligunt, dicentes, quia certi gratia mysterij dixerit, Dominus creauit me, & non pater creauit me. Caro, inquit, Dominum agnoscit, gloria patrem signat. Creatura Dominum confitetur, charitas patrem nominat principium uel in principio uiarum suarum: ut ipse ait, Ego sum uia: quia surgens a mortuis, iter fecit Ecclesiae suae ad regnum Dei, ad uitam aeternam. In opera sua, quia ad redimenda opera patris, ex uirgine creatus est: suscipiens carnem, ut opera patris a corruptelae seruitio liberaret. Caro enim Christi propter opera, diuinitas ante opera.

1041. 1.

Et delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum. Et deliciae meae sunt, esse cum filiis hominum. Ludentem, dicit gaudentem. Erat ergo ludens coram patre per singulos dies: quia ut propheta ait, A principio ex diebus aeternitatis gaudebat unum esse cum patre. Erat omni tempore ludens in orbe terrarum, quia & cum temporibus orbis ac creaturae esse coepissent, ipse quod erat in patre, filius permanebat. Haec ideo, ne quis eum cum creaturis & temporibus coepisse perhiberet. Et deliciae eius sunt, esse cum filiis hominum: quia desiderat in animo nostro quiescere, & nos bonorum gratia meritorum ad se uidentem perducere.

Beatus homo qui audit me, qui uigilat ad fores meas quoti die, & obseruat ad postes ostij mei. Fores suas & postes ostij sui, scripturas sanctas, & earum doctores nuncupat: sine quibus ad uitam, quam pollicetur, non ualemus ingredi.

Mich. 5.

CAPVT IX.

Sapientia edificauit sibi domum. Quia aeternitate diuinitatis Christi sufficienter dixerat, addit & de assumpta humanitate dicere. Sapientia igitur edificauit sibi domum, quia hominem filium Dei, quem in unitate suae personae susceperat, ipse creauit.

Excidit columnas septem. Ecclesias per orbem septiformi gratia spiritus erexit: quae domum eius, id est, mysterium incarnationis eius, ne peridorum improbitate memoria tollatur, credendo, colendo & praedicando, quasi sustentando continerent. Vel certe sapientiae domus, ecclesia Christi est. Columnae autem doctores sanctae ecclesiae septiformi spiritu pleni, quales fuere Iacobus, Cephas, & Ioannes. Qui nimirum columnas sapientiae excidit, quia ab amore praesentis seculi disiunctas, ad portandam eiusdem ecclesiae fabricam, mentes praedicantium erexit.

Immolauit uictimas suas. Suis passionibus ecclesiam consecrauit, uel uitam praedicantium martiri in persecutione permisit. Quibus uidelicet uictimis contrariae sunt uictimae meretricis, ad quas stultos inuitat, ut supra lectum est, dicens: Uictimas pro salute debui, hodie reddidi uota mea.

Miscuit uinum, & proposuit mensam suam. Diuinitatis suae arcana capere non ualentibus, assumptae humanitatis sacramenta patefecit, & scripturae sacrae pabula nobis aperiendo praeparauit.

Misit ancillas suas, ut uocarent ad arcem, et ad moenia ciuitatis. Praedicatores infirmos ac despicabiles elegit, qui fideles populos ad superna patriae caelestis aedificia colligerent.

Si quis paruulus est, ueniat ad me: & insipientibus locuta est. Paruulos dicit humiles: insipientes uero eos, qui de mundana sapientiae fastu nihil habent. Tales autem uocat, ut eos sua doctrina sapientes reddat, & altos.

Uenite, comedite panem meum, & bibite uinum, quod miscui uobis. In pane, diuina eloquia: in uino mixto, coniuncta in unam Christi personam, deitatis & humanitatis eius natura exprimitur, ut supra dictum est. Vel certe in pane, corporis ipsius: & in mixto uino, sanguinis sacrosanctum mysterium,

rium, de quibus in altari, mensa uidelicet eius, factamur, ostenditur.

Relinquit infantiam, & uenite, & ambulate per uias prudentiae. Post oblatas epulas addit & uitae monita, ut quos perceptis suae incarnationis mysterijs refecit, doctrinae pariter instruat uerbis.

Qui erudit derisorem, ipse sibi facit iniuriam: & qui arguit impium, generat maculam sibi. Quali interrogares, cur sapientia paruulos praeter ceteris, et insipientes ad suas inuitaret epulas: ideo, inquit, feci, quia frustra laborat, qui uerbum sapientiae inculcare nititur ei qui audire contemnit, sapientior se doctore, & maiorem existere credens.

Noli arguere derisorem, ne oderit te. Non est timendum, ne tibi derisor, cum arguitur, contumelias inferat: sed hoc potius prouidendum, ne tractus ad odium peior fiat. Ideoque tibi aliquoties ab eius correptione, non tuae timiditatis, sed dilectionis eius gratia cessandum.

Argue sapientem, et diligit te. Sapientem in profectu positum, id est, amator sapientiae dicit, quem supra prehumilitate paruulum nuncupauit. Nam perfectus sapiens, non habet opus argui.

Mulier stulta & clamosa, plenaque illecebris, & nihil omnino sciens, sedet in foribus domus suae super sellam. Mulier haec haereticus est, contraria nimirum sapientiae, quae sua superius sacramenta cecinit. Sedet autem & ipsa in foribus domus suae, id est, in doctores falsitatis, qui in penetralia perfidiae, miseros fallendos introducunt. Super sellam autem, quia cathedram sibi praedicationis usurpat. Hae est cathedra pestilentiae, in qua beatus uir sedere detrectat.

In excelsis uerbis loco. Dicit de sapientia, quia in summis excelsisque uerticibus dat uocem suam: sed illa in sublimitate uirtutum, haec in supercilio elationis attollitur.

Ut uocaret transeuntes per uiam, & pergentes itinere suo. Vocat haereticos ad perfidiam saepe catholicos, quos iter rectum agere, uiam seculi huius transire citius uelle, atque ad aeternam patriam festinare conspiciunt.

Quis est paruulus declinet ad me. Et uecordi locuta est. Et sapientia paruulos atque insipientes ad suum conuiuium penes eisdem uerbis uidetur inuitare. sed distat, quod illa simpliciter ad se ueniret: haec autem, quod uocat, ad se declinare suadet. Quia illa nimirum ad rectum actionis iter, quos errantes cernit, accersit: haec recte gradietes ab itinere suo deuare, & ad se diuertere docet.

Aquae furtivae dulciores sunt, & panis absconditus suauior. Sapientia palam mensam suam proposuit, & miscuit uinum suum: at stulta mulier nihil meracum habens, ad aquas furtivas, & absconditum panem, quoscunque ualet, aggregat: quia catholica Ecclesia palam mundo diuinorum eloquiorum conuiuia pandit, diuinitatis & humanitatis Christi mysteria celebranda praecipit. Vel certe in uino mixto historicam simul & allegoricam auditoribus suis scientiam proponat, ut pro suo quemque captu, uitae poculis reficiat. At haereticorum doctrina publicae fidei

& professionis suae secretim decreta praeponeat: & cum nil spirituale habeat, suauiores se catholicis pastoribus scientiam factat docere, ut scilicet libentius audiantur & agantur quae palam in Ecclesia dici creduntur prohibentur. Et dulcius hauriatur insipientia, quae putatur scientia, cuius prohibita furatur audientia. Potest in aquis furtiuis baptisma haereticorum, in pane abscondito, eorumdem sacrificium designari. At iuxta literam, mulier adultera in aquis furtiuis, & pane abscondito, prohibita & illicita conubia dulciora esse asseuerat.

Et ignorauit, quod gigantes ibi sunt, & in profundis inferni conuiuia eius. Nescit adultera, nescit haereticus, quia immundi spiritus suas domus habitant: & qui in profundis inferni poenas luunt aeternas, ipsis actibus luxuriosorum, ipsis haereticorum dogmatibus, quasi conuiuia delectantur optimis. At cum rite in Ecclesia Christi sacramenta celebrantur, Christi uerbum auditur & conseruatur (qui est sapientia Dei) constat, quod angelice uirtutes ibi sunt, et in excelsis caelorum conuiuia fidelium. Panem enim caeli dedit eis: panem angelorum manducauit homo.

BEDAEE PRESBYTERI IN PROVERBIA SALOMONIS Liber secundus.

ARABOLAE Salomonis. Nouum ponit titulum, quia nouum genus locutionis incipit: ut non sicut prius de singulis bonorum, malorum uel partibus diuinitatis disputet, sed alter nis uerbis actus utrorumque describat.

CAPVT X.

Filius sapiens laetificat patrem: filius uero stultus, moestitia est matri suae. Qui accepta fidei mysteria bene seruat, laetificat Deum patrem: qui uero haec actione mala uel haereticis commaculat, matrem contristat Ecclesiam.

Non proderunt thesauri impietatis: iustitia uero liberabit a morte. Et transitoria morte saepius, ut Daniellem, & tres pueros: & a perpetua semper iustitia liberat. At uero thesauri per impietatem congregati, etsi aliquando a morte corporali uidentur eripere, plus tamen mali pro impietate qua acquisiti sunt, quam commodi in eo quod pro uita sunt dati, conferunt.

Non affliget Dominus fame animam iusti, & insidias impiorum subuertet. Et si quando iniustum impij fame affligunt, uel etiam necant, non laedent animam eius, quem Dominus in uita futura suae gloria uisitationis consolatur: qui & eisdem impiorum insidias in ipsos iuste iudicando retorquet.

Egestatem operata est manus remissa, manus autem fortium diuitias parat. Qui negligenter uiuit in hoc seculo, egebit bonis in futuro: at qui fortiter Domino militat, diuinitatis aeternae beatitudinis remuneratur.

Qui congregat in messe, filius sapiens est: qui autem fertit aestate,

ante, filius confusiois. Qui congregat Christo animas fidelium, filius sapiens est. Et quidem messis haec multa est, operarij autem pauci. Qui uero hoc tempore acceptabili a sua salute curanda torpescit, confundetur in die tribulationis.

Benedictio Domini super caput iusti, os autem impiorum operit iniquitas. Iustus dicitur in iudicio: Venite benedicti patris mei, percipite regnum. Os autem impiorum, quod comestationi, ebrietati, & colloquijs malis seruiebat, iniquitate, quam gessit, condemnabitur. Denique os illius operuit iniquitas, qui in tormentis politus linguam sibi, in qua ob plura scelera plus punitus est, refrigerari quae suauit.

Memoria iusti cum laudibus, & nomen impiorum putrescet. Et in hac uita boni bonos, siue uiuentes, siue defunctos laudibus efferrunt: impiorum autem & actus deresantur, & nomen. Et in uita futura iusti in Dei laudibus uiuunt, reproborum autem honor, nomenque, laudesque putribus gehena supplicijs mutantur, ubi uermis eorum non morietur, & ignis non exstinguetur.

Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter: qui autem deprauat uias suas, manifestus erit. Qui simpliciter se uiuere nouit, facile cuncta spernit aduersa, quia se per haec ad gaudia uenturum esse confidit, dicens cum Propheta: Dominus defensor est uitae meae, a quo trepidabo? & cetera. At qui prauis incedit uijs, nolens licet, patescit, ac digna factis recipit. Nihil enim occultum, quod non reuelabitur.

Qui annuit oculo, dabit dolorem. Qui nutibus oculorum irridet aliquem, non eradet sine dolore tormenti ac poenitudinis. De qualibus dicit Psalmista, Qui oderunt me gratis, & annuebant oculis: uel certe qui annuit oculo, dabit dolorem, quia filius stultus est moestitia matri suae.

Stultus labijs uerberabitur. Vel suis uidelicet, quibus damnari meruit, quia mors & uita in manibus linguae: uel eorum, a quibus, quia corrigi non potuit, sententiam damnationis accepit. Quomodo Psalmista cum ait, Domine libera animam meam a labijs iniquis, & a lingua dolosa. Vtrumque a Domino querit, ut & ipse labia iniqua, & linguam dolosam non habeat, & aliorum iniquitatem, & dolis minime possit decipi.

Vena uitae, os iusti. Et Dominus de doctoribus, qui credit, inquit, in me, sicut dicit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquae uitae.

Et os impiorum operit iniquitatem. Impij sunt, qui uel sua, uel proximorum errata, ne ad sanitatem perueniant, defendendo coterunt. Quod excrans propheta Dominum orat, ut non declinet cor suum in uerbum malum, ad excusandas excusationes in peccatis.

In labijs sapientis inuenitur sapientia, & uirga in dorso eius qui indiget corde. Virga in dorso, est uindicta in posterioribus, id est, in sequenti uita: quam bene plaga illa famosa, qua Philistaei in natibus feriebantur, exprimit. Qui ergo non uult uirgam in dorso portare, portet in labijs sapientiam. Loquar laudes Christi, & praepcepta praedicem. Ve-

rum, quia semper Deum laudare, non autem semper docere, non omnia quae nouit, omnes docere sapienti conuenit, recte subditur:

Sapientes abscondunt scientiam. Scientes scilicet, quia est tempus tacendi, et tempus loquendi. Unde Propheta: Dum consisteret peccator aduersum me, obmutui: & humiliatus sum, & silui a bonis. Et Apostolus, Nihil iudicauit me scire inter uos, nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum.

Os autem stulti confusio proximum est. Quia uel inordinatae bona, uel aperte loquetur mala.

Substantia diuitis, urbs fortitudinis eius: pauperum, egestas eorum. Diuites confidunt in diuitijs, quasi in urbe munita: pauperes ideo pauent, ne deficiant, quia se norunt egenos. Spiritualliter qui in Deum diues est, per bona opera confidit in illo, quasi in urbe inexpugnabili, quae a nullo possit hoste superari: at qui uirtutum inopia coangustantur, ideo caelestibus egent diuitijs, quia noxio pauore timent durus pro Domino tolerare labores.

Abscondunt odium labia mendacia, qui profert contumeliam, insipiens est. Si ergo uerax & sapiens esse desideras, odium neque in abscondito cordis contege, nec per os contumeliam profer: sed tuum & cor dilectione, & os ueritate repleatur.

Quasi per risum stultus operatur scelus, sapientia est autem uiro prudenti. Prudentia a prouidendo nomen accepit. Stultus est igitur, qui gaudet in scelere. Sapientis autem est, & eius qui uirum nomine dignus sit, prouidere: quia risus dolore miscebitur, & gaudia peccandi poena sequetur ultionis.

Quod timet impius, ueniet super eum, desiderium suum iustus dabitur. De illo impio dicit, qui sciens peccat, Timet ergo impius uidere districtum iudicem: desiderant iusti dissolui, et esse cum Christo. Ille, ne terrenis gaudijs priuetur, & sempiterna ultione plectatur: isti, ne incolatus eorum prolongetur, sed praemia, pro quibus certauerunt, percipiant. Vtrisque autem, quod corde timent, adueniet.

Quasi tempestas transiens, non erit impius: iustus autem, quasi fundamentum sempiternum. De persecutoribus Ecclesiae dicit, qui domum fidei subuertere querunt. Sed illa in uero fundamento, hoc est, in Christo collocata permanet, ipsi extemplo dispareunt.

Sicut acetum dentibus, & fumus oculis, sic piger ijs qui miserunt eum. Sicut haereticorum perfidia bonis doctoribus molestiam generat, & lachrymas: sic male uiuens catholicus, eis qui se fidem suam ex operibus ostendere iusserunt, per inertiam grauis est. Oculi quippe & dentes, praedicatorum sunt sanctae Ecclesiae, qui ei recta itinera prauidere, & alimenta spiritualia suggerere solent. Porro acetum, quod a uino degenerat, & fumus, qui ab igne ascendens euanescit, eos qui ab Ecclesiastica suauitate & charitate per superbiam uel solordiam recedentes, hanc etiam uerbis impugnant, figurate denunciant. De quibus Ioannes dicit, Ex uobis exierunt, sed non erant ex nobis, & reliqua.

Timor

Timor Domini apponet dies, & anni impiorum breuiabuntur. Qui Deo fideliter seruiunt, aeterna luce donabuntur: at qui impietati mancipantur, cum hac uita perdunt bona, quae amabant.

Expectatio iustorum letitia, spes autem impiorum peribit. Patet, quia iusti laetantur in expectatione uitae sequentis, quamuis contristantur afflictione praesentis. Vnde illud, Tu es mihi refugium a pressura, quae circumdedit me, exultatio mea. At uero impij, qui se putant in futuro requiescuros, aut certe nullos post mortem futuros, falluntur. Neque huic repugnat sententiae, quod supra dictum est, Quod timet impius, ueniet super eum. Sunt enim qui scientes futurorum bonorum, malorumque iudicium, nihilominus negligentia, uel desperatione, uel etiam de industria peccant. Talibus ergo interitus, quem timent, adueniet. Sunt qui mala, quae faciunt, aut nunquam punienda existimant, aut bene gesta: ideoque bona mercede remuneranda iudicant. De quibus recte dicitur, quia spes impiorum peribit. Nam & de ijs, qui scientes peccant, subsequenter adiungit:

Fortitudo simplicis, uia Domini, & pauor ijs qui operantur malum. Si, inquit, abdita scripturarum comprehendere non uales, non tamen de salute desperes, sed gradere uia Domini, age bona, quae nostri, & inter fortes connumeraberis. Sed merito paucaent illi, qui recta, quae norunt, facere contemnunt: quia certa restant, quae patiantur mala.

CAPVT XI.

Statera dolosa, abominatio est apud Deum: & podus aequum, uoluntas eius. Statera dolosa, non tantum in mensuratione pecuniae, sed & in iudiciaria discretionem tenetur. Qui enim aliter causam pauperis, aliter causam potentis, aliter sodalis, aliter audit ignoti, statera utique librat iniqua. Sed & is qui sua bene gesta meliora quam proximorum, suaque errata iudicat leuiora, trutina ponderat dolosa. Necnon & ille, qui onera importabilia imponit in humeros hominum, ipse autem uno digito non uult ea tangere. Ille etiam, qui bona in publico, & mala agit in occulto, pro iniquitate librae dolosae abominabitur a Domino. At qui synceriter agit in omnibus, qui causam & causam aqua lance discernit, is nimirum iusti iudicis uoluntati & actioni congruit.

Vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia. Quia superbe & contumeliose se gerunt, per contemptum, siue ignorantiam disciplinae, uel proximis contumelias ingerunt: uel certe, quia omnis qui se exultat, humiliabitur.

Vbi autem humilitas, ibi & sapientia. Abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis, id est humilibus.

Mortuo homine impio, nulla erit ultra spes. Heu miser. Hanc sententiam pertransijt Origenes, qui post uniuersale extremumque iudicium uitam credit omnibus impijs & peccatoribus danda. Notandum autem, quod etsi impijs post mortem spes ueniae non est: sunt tamen qui de leuioribus

peccatis, quibus obligati defuncti sunt, post mortem possunt absolui: uel poenis uidelicet castigati, uel suorum precibus, eleemosynis, missarum celebrationibus absolui. Sed haec quibuscumque sunt, & ante iudicium, & de leuioribus sunt erratis. Qui autem longo se post iudicium tempore liberandos putant, falluntur: & fortasse pertinet ad eos quod sequitur,

Expectatio sollicitorum peribit. Item alia est sollicitudo, qua boni semper adimplenda Dei praecpta sunt accincti: alia, qua reprobi cum scientes peccant, solliciti metunt, ne quando aeternam rapiantur ad poenam. Ideoque recte expectatio eorum, qui Deo sollicita mente seruiunt, coronabitur: eorum uero, qui Deum contemnentes, & ante iudicium eius propria conscientia se accusante condemnantur, expectatio sollicitorum peribit. Huc uersum longe aliter habet antiqua translatio, quae ait: Defuncti hominis iusti non peribit spes, gloria autem impiorum peribit.

Iustus de angustia liberatus est, et tradetur impius pro eo. Martyr quisque de angustia passionis liberatus est post mortem, & tradetur in poenam pro eius causa persecutor, qui illum angustiauit. Iacobus martyrio coronatus est, Petrus de carcere saluatus est: & Herodes, qui eos persecutus est, a uermibus uisibiliter consumptus, raptus est inuisibiliter eo, ubi uermis eius non morietur, & ignis eius non extinguetur.

Simulator ore decipit amicum suum, iusti autem liberabuntur scientia. Haereticus simulans doctrinam catholicam, decipit auditorem suum: qui autem iuste ueritate sequuntur Euangelij, liberabuntur scientia catholica, ne decipula rapiantur haeretica.

Qui despicit amicum suum, indignus corde est, uir autem prudens tacebit. Non est despiciendus, uel deridendus a nobis, qui non simpliciter amare probatur, etiam si quid inepte per inertitiam facit: qui enim hoc facit, indignus est sapientia. At uero prudens quisque de talium commissis, publice tacet: sed haec occulte castigat. Quod idem sequentibus uersiculis arctius inculcatur, dum dicitur:

Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana: qui autem fidelis est, amici celat commissum. Et in Euangelio Dominus, Si peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum inter te & ipsum solum: si te audierit, lucratus eris fratrem tuum, &c. Vnde & hinc recte subinfertur:

Vbi non est gubernator, populus corruet: salus autem, ubi multa consilia. Ne enim te putares amici commissi, si corrigere non potes, ultra celare debere, recte dicit, populum sine gubernatore corrue: saluari autem, ubi multa sunt consilia: ut ostendat, quod solus emendare non uales, pluribus esse reuelandum, ut unanima omnium corrigatur industria.

Affligetur malo, qui fidem facit pro extraneo. In promptu est literae sensus. Sed est a forte sanctorum extraneus, quae peccata sua poenitendo corrigere dissimulat: & quicumque talibus uel communionis gratiam concedit, uel uitam promittit aeternam, quia pro

pro extraneo fide fecit, seipsum profecto ante districti iudicis oculos ultione dignum reddidit.

Qui autem cauet laqueos, securus erit. Securus erit in futuro, qui tunc bene formidolosus, & sira sedulus errata per poenitentiam curat, & ab impoentium se societate seruat immunem.

Manus in manu, non erit innocens malus. Qui manum iungit in manu, nil utique operatur. Sed manus in manu non erit innocens malus: quia etsi ab impia actione manus ad horam subtrahit, cordis tamen innocentiam malus habere non uolet. Vnde & praemittitur, Abominabile Domino cor prauum.

Semen autem iustorum saluabitur. Hoc est quod supra dicitur, Seminanti autem iustitiam, merces fidelis. Vel certe, Semen iustorum saluabitur: quia qui praecedentium iustorum exempla fecerantur, horum quoque uestigia ad uidenda salutis aeternae gaudia sequuntur. De quibus Esaias, Omnes qui uiderint eos, cognoscent eos: quia isti sunt semen, cui benedixit Dominus.

Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra & fatua. Circulum aureum si in naribus suis infixeris, nihilominus illa terram uertere naso, et uolutabro luti properat immergi: ita mulier fatua, si pulchritudinem uultus uel habitus acceperit, suam tamen faciem ad infima declinare, suam speciositatem ad evertendos ubique castitatis flosculos circumferre, seque coeno uoluptatis inquinare diligit. Aliter, Qui ornamentum diuinorum eloquiorum meditando cosequitur, sed hoc male uiuendo insequitur, circulum aureum habet in naribus: sed more suis terram subigere non desistit, quia quod odore notitiae percepit, immunda actione sordidauit. Ideoque talis anima, mulier pulchra et fatua esse censetur, quia carnalibus dedita illecebris, pulchra est per scientiam, sed per actionem fatua. Aliter: Qui doctrinam haereticam omnino nitore uidet eloquentiae splendore, nec sic tam sapientiae apto intellectui congruere, circulus, hic inquit, aureus in naribus suis, id est pulchra & circumflexa locutio in sensibus mentis stultae: cui ex eloquio aurum pendet, sed tamen ex terrae intentionis pondere, more suis, ad superiora non respicit. Quod securus exposuit, dicens, Mulier pulchra & fatua, id est, doctrina haeretica. Pulchra, per uerbum: fatua, per intellectum.

Desiderium iustorum omne bonum est, praestolatio impiorum furor. Semper iusti iustitiam ubique regnare desiderant, at contra impij, etiam cum quiescere ab impietatis executione uidentur, proposito tamen dire mentis ad inferenda cuiuslibet uim furoris intendunt. Et hoc est quod supra dicitur, Manus in manu non erit innocens malus, item, Praestolatio impiorum furor: quia plerumque ira per silentium clausa, intra mentem uehementius aestuat.

Alij diuidunt propriam, & diuiores fiunt. Quia centuplum accipiunt in hoc tempore, & in futuro seculo uitam aeternam.

Alij rapiunt, non sua, & semper in egestate sunt. Semen

per, inquit, in egestate, non solum in tormentis, ubi nec stillam aque, unde ad modicum refrigerentur, accipiunt: sed & in praesenti, ubi quamuis innumera rapiat, semper avarus eget.

Anima quae benedicit, impinguabitur: & qui inebriat, ipse quoque inebriabitur. Qui exterius praedicando benedicit, interius augmenti pinguedinem recipit. Et dum sacro eloquio mentem auditorum debriare non desinit, potu multiplici muneris debriatus excrescit.

Qui abscondit frumenta in tempore, maledicetur in populis: benedictio autem super caput uidentium. Qui sanctae praedicationis apud se uerba retinet, talis maledicetur in populis, quia in solius culpa silentij pro multorum, quos corrigere potuit, poena damnatur. Ipse est seruus piger & malus, qui pro retributione talenti, quod accepit, in exteriores tenebras missus est. Vendunt autem frumentum, qui uerbum uitae audientibus conferunt, a quibus precium fidei & confessionis recipiant, dicente Domino, Negociamini dum uenio. Quorum capiti benedictio superuenit, dum singulis de tali negotio redeuntibus, Dominus dicit: Euge, serue bone & fidelis, quia super pauca fuisi fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.

Bene confurgit diluculo, qui quaerit bona: qui autem inuestigator malorum est, opprimetur ab eis. Bona quaerere quae facere debeas, quibus ad coelestia bona peruenias, hoc est bene diluculo confurgere: id est crescente luce scientiae, ad bonum opus accingi. Vel certe bene, id est ad uitam confurgit, in tempore resurrectionis, qui nunc bona quaerit in tempore operationis. Qui autem mala quae dicat siue agat, modo solers inquirat, tunc eorum pondere, ne ad altiora regni perueniat, retardabitur.

Qui confidit in diuitijs suis, corruet: iusti autem, quasi uirens solum germinabunt. Qui praesentibus bonis inhians, futura non cogitat, utrisque in nouissimo carebit. Qui autem spe futurorum praemiorum bona faciunt, in praesenti, iuste quod sperant, accipiunt. Uirens quippe in arbore solum, fructus, quos nondum ostendere habet, signat affuturos. Et iusti quasi uirens solum germinant, quia spe salui facti, in fide ac uirtutu gratia proficere non cessant, donec ad fructum desideratae retributionis, hoc est patrie caelestis attingant.

Qui conturbat domum suam, possidebit uentos: & qui stultus est, seruiet sapienti. Qui mentem suam tumultus cogitationum maximarum conturbari non metuit, hanc utique malignorum spirituum flatibus, quibus obruatur, aperit. Et qui stultus sapienter persequitur, per hoc etiam dominando seruit, quia patientiam eius premiando, probatorem reddit: ut se uidelicet damnato, ille brauium, pro quo certabat, accipiat.

Fructus iusti, lignum uitae. Merces iusti, uisio est Christi. Ipse namque est sapientia: de qua dictum est, Lignum uitae est amplectentibus eam. Et in Apocalypsi, Qui uicerit, inquit, dabo ei edere de ligno

Psal. 13.

10

20

30

40

50

60

Matth. 23.

Luce 14.

& 18.

Mat. 11.

Matth. 11.

30

40

50

60

Mat. 25.

Luce 19.

Ibidem.

Prouer. 5.

Apoc. 2.

delignō uitā, quod est in Paradiso Dei mei. Et hinc fructum modō iusti expectant: quia diu, si cui pradicū est, quasi uirens solium germinat.

Et qui suscipit animas, sapiens est. Qui animarum curam pro Domino suscipit, ut eas scilicet uel errantes doceat, uel mortas soletur, uel egentes temporalibus bonis sustentet, uel renitentes ad remedia salutis pertrahat, uel pastore destitutas gubernet, quō unā secum plures ad Dominum perducatur: qui in quā, ita animas suscipit, sapiens est, quia nimum suā animā per hęc, unde sublimius cum Domino regnet, procurat.

Si iustus in terra recipit, quāto magis impius & peccator? Si sancti martyres tanta passi sunt iusti, quanta putas eos manere tormenta, qui illos affligebat iniuste: Si Iob, & Tobias, ceterique Dei electi tanta in hac uita receperunt aduersa, quid contristaris, si te, qui tam longē infra illorum uestigia iaces, tentās ad modicum afflictio tangit? Et quidem te, etsi impiū dicere & credere non debes, peccatorem tamen te esse, id est, aliquā habere peccata parua siue magna, aperta siue occulta, in iudicari non debes: Imō confiteri debes, ne te ipse seducas, & ueritas in te esse non possit. Si ergo iusti in terra receperunt, Abel martyris, et Iob exemplar patientiā: quanto magis impij, Antiochus atq; Herodes? Et peccatores in Euangelio, paralytici, non nisi dimissis primō peccatis, curari a Domino potuerunt. Notandum quod hanc sententiā Petrus in epistola, iuxta antiquam translationem posuit, dicens: Et si iustus uix saluabitur, impius & peccator ubi parebunt.

CAPVT XII.

Qui bonus est, hauriet a Domino gratiam: qui autem confidit cogitationibus suis, impietate agit. Horum uersiculorum conexio talis est: Qui bonus est, non confidit cogitationibus suis, sed Domini gratiam quaerit, ac per illam accipit, ut pie uiuere possit. Qui autem cogitationibus suis confidit, bonus esse nequit. Nam qui grati a superni adiutoris patere non curat, merito in impia actione perdurat.

Mulier diligēs, corona uiro suo, & putredo in ossibus eius, quae confusione res dignas gerit. Patet literae sensus, quia mulier bona & casta, honorem uiro prebet in omnibus, eiusque uirtutibus ipsa, domum bene regens, quasi gratiam addit coronae: at uero adultera, etsi foris speciosa patet, intus foetore luxuriae sua membra coquinat. Verum spiritaliter Ecclesia coronam Christo, non aliam quam seipsam offert.

Omnes enim qui in circuitu eius sunt, offerent munera. Et filius Sirach de magno sacerdote: Ipse stans iuxta aram, & circa illum corona fratrum. At ossa, id est uirtutes, quas haereticorum factio cernitur habere, putredo prauū dogmatis corruptum.

Cogitationes iustorum, iudicia, & consilia impiorum fraudulenta. Iusti sua facta, si Domino placeant, sedula meditatione disjudicant, ne forte ipsis minus sollicitis, supernus arbiter contra eos inuisibiliter aduersa disponat: iuxta illud Apostoli, Si nos

metipfos disjudicauerimus, non utique iudicauerimus. At reprobi diuini timoris oblitī, de fraude, qua faciunt, sua consilia cogunt.

Verte impios, & non erunt, domus autem iustorum permanebit. Verū de hac uita impij non erunt, quod fuerant: quia post mortē non qualia credebant, inueniunt, sed spe sua frustrati, pro praemijs tormenta recipiunt. Domus autem iustorum, id est Ecclesia, quae partim peregrinatur in terris, partim regnat in caelo, nunquam deficit: sed quaecunque membra eius hinc illō perueniunt, ibidem gaudia, quae sperabant, inueniunt. Aliter, Verte impios, & non erunt, quod multa impietas in dijs gentilium, multa in sectis haereticorū, multa in praestigijs magorum, multa in persecutionibus extitit paganorum. Sed his Domino donate subuersis, ablata est pariter & memoria impietatis eorū, etiam ipsi apices stulti, ipsa dogmata igne raptā, ut in Epheso actum tempore apostolorum legimus. Domus autem iustorum permanebit: quia sancta Ecclesia nunquam abscondi potuit uel auferri, nil ex eius corrumpere scripturis, in nullo eius fidem uiolare tanta temporum longitudo praualuit. Potest & ita intelligi, Verte impios, & non erunt: conuerite eos ab impietate, & non erunt iam impij, sed iusti. Pro qua alia trāslatio dicit, Quocumque se uertit sceleratus, exterminabitur. Cui contra de sanctis dicitur: Quoniam diligenter Deum, omnia cooperantur in bonum.

Doctrina sua noscitur uir. Viros uocare solet scriptura eos, qui uirtutibus sunt praediti diuinis. Vnde Apostolus: Vigilate, stete in fide, uiriliter agite. Doctrina ergo sua quisque uir esse noscitur: quia & si recta docet, & haec operibus implet, sanctus esse colligitur.

Qui autem uanus & excors est, patet contemptui. Quia scilicet ipse uirilis animi fortitudinem habere contempsit.

Melior est pauper & sufficiens sibi, quam gloriosus & indigens pane. Melior est idiota & simplex frater, qui bona, quae nouit, operans, uitam meretur in caelis, quam qui clarus eruditione scripturarū, uel etiam doctoris functus officio, indiget pane dilectionis. De cuius dilectionis parte, ea quae ad proximum pertinet, subsequenter adiungit:

Nouit iustus animas iumentorum suorum. Id est, miseretur, & copatitur habitudini ac fragilitati proximorum sibi commissorum.

Viscera autem impiorum crudelia. Qui non solum non compatitur subditis, sed etiam iuxta hoc quod Dominus ait: Percutiunt pueros & ancillas, dicentes, Moram facit Dominus meus uenire.

Qui operatur terram suam, satiabitur panibus: qui autem sedatur ocium, stultissimus est. Qui exercet animam suam spiritalibus studijs, & nunc uirtutum, & tunc dapibus satiabitur praemiorum. Qui autem pro salute animae suae laborare detrectat, tunc inter stultos reprobabit: tamen nunc uel diuina, uel humana sapientia gloriosus uidetur.

Desiderium impij, monumentum est pessimorum. Desiderat

desiderat impius praecedentes imitari malos, & de illorum uita atq; actibus loqui. Vel certe, Desiderium impij monumentum est pessimorum, quia omne desiderium eius eō tendit, quamuis ipso nesciente, ut cum prioribus iniustis aeternae mortis carcere claudatur. Verum, quia tales exitum, quem minime prauident, incurrunt, dicit contra de bonis:

Radix autem iustorum proficiet. Quia nimirum fides & charitas electorum, qua radicati sunt in Christo, nequaquam eos fallit, sed ad perfectiora semper accrescens, plus quam sperare nouit, in futuro percipiet.

De fructu oris sui, unusquisque replebitur bonis. Fructus oris, est sermo bonus. Nam qui mala loquitur, non fructū oris generat, sed damnum. Omnis igitur, qui bona loquitur, bonis donabitur aeternis: si tamen his, quae loquitur, actu non repugnet. Hoc etenim uigilanter adiungit, cum dicit,

Et iuxta opera manuum suarum, retribuetur ei. Neque enim aliter fructuosus sit sermo doctori, nisi si ipse prior faciat bona, quae docet.

Fatuus statim indicat iram suam: qui autem dissimulat, iniuriam callidus est. Qui se in praesenti desiderat ulesci, fatuus est: qui autem pro Domino iniuriam contemnit, sapiens. Hunc uersiculum alia trāslatio sic habet, Stultus eadem hora pronunciat iram suam, occultat autem ignominiam suam astitutus. Non autem ignominiosam iracundiae passionem ita a sapientibus occultandam esse decernit, ut eius uelocitatem culpans non prohibeat tarditatem. quam utique, si per necessitatem humanae infirmitatis irruerit, ideo censuit occultandam, ut dum ad praesens sapienter obtegatur, sapientius amoueat, & in perpetuum deleatur. Haec est enim natura irae, ut dilata languescat & pereat: prolata uero, magis magisque conflaret.

Est qui promittit, & quasi gladio pungitur conscientiae. Promittunt se nonnulli obedire ueritati, sed ubi tentatio terrens siue blandiens, impedimentum praestiterit, deserunt quidem coepa, sed tamen conscientia promissi, quasi gladio punguntur.

Lingua autem sapientium, sanitas est. Quia & bona quae promittunt, ipsi perficiendo ad uitam perueniunt: & alijs quae sequantur, predicando demonstrant.

Labium ueritatis firmum erit in perpetuum, qui autem testis est repentinus, concinat linguam mendacij. Fides Ecclesiastica semper manebit. Qui autem repente noua dogmata infert mendacj, est minister haeretici.

Homo uersutus celat scientiam. Versutus hoc loco in bono intelligitur, id est sapiens & prudens, qui nonnunquam de industria sua celat scientiam. Duplici nimirum ratione, uel non ualens infirmis auditoribus loqui, quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus, uel nolens sanctū dare canibus, neque ante porcos margaritas proijcere.

Et cor insipientium pronocat stultitiam. Quando uel ipsi plus appetentes sapere, quam oportet sape

re, eousque ad meditandum prosiliunt, ut pro sapientia teneant stultitiam: uel certe alios quae necdum capere queunt, docere nitentes, ad maiorem eos stultitiam prouocant, & quasi paruīs oculis lumen ingerentes solis, modicum lucis quod cernere uidebantur auferunt.

Manus fortium dominabitur, quae autem remissa est, tribu tis seruiet. Perfecti quique non solum uitiorū bella superant, sed & electis fratribus maiori uirtutū gratia principantur. Qui dissoluti animo, peccatis implicari non metuūt, pessimo exactori diabolo tributa uitiorū quotidie soluunt. & si non dominium eius uiuentes poenitudo euaserint, post mortem traditi eidem in carcerē, ab eo poenarum mittitur aeternarum: iuxta quod Dominus in Euangelica parabola testat. Neque enim de talium correptione de sperandū est, cum protinus adiungatur:

Mœror in corde uiri humiliat illum, & sermone bono letificabitur. Quia nimirū necesse est, ut prius peccatorem mœror poenitentiae salubriter humiliet: & ita postmodum per iudicium sacerdotis, sermō datae reconciliationis letificet. Qui neglexit damnū propter amicū, iustus est. Si hoc de generali pecuniae largitione, & puro homine amico recte dicitur: quanto magis iustitiae corona dignus est, qui propter eum, qui dixit, Dico uobis amicis meis, ne terreamini ab his qui occidunt corpus: uel uendens quae possidet, pauperibus tribuit, uel rapinam bonorum suorum cum gaudio suscipit, uel certe ipsam in passione carnem mortificandam, siue occidendam tradit.

Iter autem impiorum decipiet eos. Cum uel sua retinere, uel aliena rapere gaudent. Vnde recte subiungitur:

Non inueniet fraudulentus lucrum, & substantia hominis erit auri precij. Fraude namque acquisita pecunia, plus in anima damni, quam lucri addit in arca. Et qui propriam pro Domino substantiam nouit dispensare, remuneratē ipso, pro terrenis coelestia dona recipiet. Aliter,

Non inueniet fraudulentus lucrum, & substantia hominis erit auri precij. Qui fraudulenta mente simulat se esse bonum, nequiter uiuens in occulto, non inueniet bona uitae sequentis: qui autem substantiam uirtutum spiritalium ueraciter acquirat, mercabitur ex ea claritatem regni perennis, quod uersibus sequentibus apertius dixit. In semita iustitiae, uita: iter autem deuium ducit ad mortem. Semita enim iustitiae substantiam acquirat uirtutum, quibus aeternae uitae claritas, auro preciosior emitur: iter autem prauū, quo fraudulētus incedit, perditō lucro temporali, quod appetit, ad mortem, quam praeuidere noluit, tendit sempiternam.

CAPVT XIII.

Illius sapiens, doctrina patris: qui autem illusor est, non audit cum arguitur. Tantum distat inter sapientem & stultum, ut hic aliquando profectu eruditionis ad eum qui se docuerat, docendum perueniat ille, nec cum arguitur, nouit audire.

Vult et non uult piger, anima autem operantium impingua bitur.] Recte pigri uocabulo denotatur, qui uult regnare cum Deo, & nō laborare pro Deo. Delectant præmia: cum pollicentur, deterrent certamina, cum iubentur. De quo Iacobus ait, Vir duplici animo, inconstans est in omnibus uis suis. Et filius Syrach: Vae peccatori terram ingreditenti duabus uis. Qui autem iussa operantur Dominica, ideo faciunt, quia anima illorū perfecta supernorum dulcedine reficitur: iuxta eum qui Dominum obsecrat, dicens, Sicut adipe & pinguedine repletur anima mea. Vel certe anima operantiū impingua bitur, quia qui pijs pro Domino laboribus insudant, cœlesti & immarcescibili post labores mercede donabuntur.

Iacobi 1.

Psal. 62.

Est quasi diues, cum nihil habeat: et est quasi pauper, cum in multis diuitijs sit.] Diues sibi uidebatur ille, qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quoti die splendide: sed quia Deum non habuit, comperit in fine nihil fuisse quod habuit. Vnde dicitur de talibus: Dormierūt somnum suum, & nihil inuenerūt omnes uiri diuitiarum in manibus suis. Pauper e contrario uidebatur Lazarus, qui iacebat ad ianuas eius, ulcerib. plenus: sed in multis erat diuitijs, qui uirtutē habuit humilitatis, qui conditorem omnium diuitiarū, uidelicet Deum corde gestabat. Quid autē ueræ diuitiæ ualeant, quid uera paupertas agat, subdendo manifestat.

Psal. 75.

Redemptio animæ uiri, diuitiæ suæ: qui autem pauper est, increpationem non sustinet.] Qui ergo animam suam uult redimī a futura ira, congreget diuitias bonorū operū. Qui enim eget huiusmodi diuitijs, increpationē districti iudicis sustinere non ualeat. De qua Psalmista postulat, dicens: Domine, ne in ira tua arguas me, neq; in furore tuo corripas me. Alioquin pauperes spiritu non ibi increpantur a Domino, sed benedictionem æternæ hereditatis percipiunt.

Lux iustorum lætificat, lucerna autem impiorum extinguitur.] Lux iustorum, quæ perpetuò lætificat, spes est futurorum: lucerna impiorum, quæ repente extinguitur, sceleritas seculi labētis. Inter superbos semper iurgia sunt: qui autem agunt cuncta cum consilio, reguntur sapientia. Iurgantur semper inter se hæretici, iurgantur & cæteri reprobi, quia uidelicet non norunt unitatem fidei & ueritatis. Fideles autem, qui consilio diuinorum eloquiorum frui non cessant, reguntur moderatione sapientiæ, quæ eos iurgari non sinit.

Substantia festinata minuetur: quæ autem paulatim colligitur manu, multiplicabitur.] Qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem, neque ipsas diuitias, quas uel acquirunt uel cupiunt, perpetuò possident: qui autem pro accipienda substantia premiorum cœlestium iustis insistit laboribus, multiplicata superne beatitudinis munere percipiet. De quo apte subditur:

Spes quæ differtur, affligit animam: lignum uitæ, desiderium ueniens.] Quia nimirum quamdiu differtur spes æternorum, affligitur anima fidelium, uel pro dilatione uidelicet bonorum quæ amat, uel

pro illatione malorum quæ tolerat. At ubi uenerit quod desiderat, facile obliuiscitur quod sustinuerat: quia in æternum uiuere incipit cum suo redemptore, quem tota intentione quærebat. Ipse est autem lignum uitæ amplectentibus se.

Qui detrahit alicui rei, ipse se in futurum obligat.] Quia bonæ rei detrahit, se in futurum obligat: quia quod nō debuit faciendo, pœnam sibi, qua constringatur, præparat: sed & is qui male rei detrahit, ipse se in futurum obligat, nō ut pro tali detractione pœnā luat, sed ut post detractionem sese cautijs agat: quia nimirum quod in alijs iuste reprehendit, ipse impune non admittit, clamante Apostolo, Qui prædicat non furandum, furaris: qui dicit non mœchandum, mœcharis: qui abominaris idola, sacrilegium facis.

Rom. 2.

Qui autem timet præceptum, in pace uersabitur.] Melius est ergo de sua quemque fragilitate metueri, ne forte diuina præuaticentur imperia, quam aliorum errata stulto ore lacerare, dicente Apostolo, Et si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu mansuetudinis, considerans te ipsum, ne & tu tenteris.

Galat. 6.

Astutus omnia agit cum consilio: qui autem fatuus est, aperiet stultitiam.] Vbi omnia cum consilio docet esse agenda, diuinum potius, quod sacris eloquijs indutum est, quam humanū intelligit consilium. Fatuus est enim, qui extra hoc consilium uisitat, quauis naturaliter astutus uideatur: & prudens, de quo recte subditur,

Nuncijs impij cadet in malum.] Artium autem dicit et Sabellium, cæterosque angelos, id est, nuncios Satanæ: qui quoniam consilium neglexerunt diuinarum scripturarum, deciderunt in malum gehennalium tormentorum.

Legatus autē fidelis, sanitas.] id est, catholicus quisque prædicator, sanitate sibi suisque auditoribus acquirit æternam.

Desiderium si compleatur, delectat animam: detestantur stulti eos qui fugiunt mala.] Omne desiderium, siue bonum, siue malum sit, ubi affectum præuenerit, delectat animam: sed stulti, qui carnalibus solum desiderijs gaudent, detestantur eos qui pro amore cœlestiū, infima oblectamenta contemnunt.

Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit, amicus stultorum efficietur similis.] Cum sapientibus ire, est sapientium actus imitari. Quamlibet ergo simplex quisque sit, & rusticus, qui arcana sapientiæ comprehendere nequeat, si tamen sapientium exempla uiuēdo sectatur, iure inter sapientes annumerabitur. Qui uerò stultos, non propter naturam, quia homines sunt, sed propter stultitiam, quia mimi sunt, uel histriones, uel alij tales, non ut instruendo corrigat, amat, sed ut fauendo deteriores efficiat: talis nimirum est per ingenuum & doctrinam sapiens esse uidetur, stultorū nota dignus simul & damnatione tenebitur.

Bonus relinquit hæres filios & nepotes, & custoditur iusto

iusto substantia peccatoris.] Sæpe uidemus bonos sine filijs obire, imò maiora a Domino præmia polliceri his qui filiorū procreationi, uirginitatis castimoniam præposuerint: sed & substantiam iustorū a peccatoribus tolli. Nam & apostolus glorificat eos, qui rapinam bonorū suorū cum gaudio susceperūt. Vnde spiritualiter intelligendum, quia bonus & iustus Dominus est, q post passionem suam ascendens in cœlū, reliquit hæredes suæ doctrinæ, apostolos, & successores eorum: ad cuius fidem conuersa est multitudo gentium, quæ erat substantia diaboli. Intrauit namq; in domū eiusdem male fortis aduersarij, & eum maiori uirtute conterens, diripuit arma eius, in quib. cōsuebat, & spolia eius distribuit, ut ipse in Euāgelio testatur. Vel certe, iusto substantia custodita est peccatoris, quādo ablatum est a Iudæis regnum Dei, & datum est genti facienti fructus eius.

Multi cibi in noualibus patrum, & alijs congregantur absque iudicio.] Absq; iudicio recto facit, qui diuitijs congregandis sedulus insistit: & has aggregatas non ipse pro redemptione animæ suæ pauperibus dispensat, sed alijs post se dispensandas referuat, iuxta quod in superiori uersu iuxta literam dicitur: Et custoditur iusto substantia peccatoris, maxime cum sibi uictus abundet ex iure paternæ hereditatis, neq; ullas pecunias colligendi necessitas incumbat. Hoc est enim quod ait, Multi cibi in noualibus patrum. Iuxta sensum uerò spirituales, multi sunt cibi alimoniam cœlestis, in dictis & exemplis uenerabilium patrum: & absq; ratione facit, qui his legendis, meditando, exponendis instans, non suæ saluti per hoc, sed aliorum potius seruit, dum ipse ab his quæ legit, uel actibus reprobis, uel etiam impietate sensus hæretici discrepat. Talis namque in noualibus patrum, id est, operibus siue sermonibus patrum optima institutione excultis, non sibi, sed alijs subsidium acquirit: illis uidelicet, qui tractatus eius legentes, arcana per eos spiritalis sensus, quibus interioris reficiantur, inueniunt. Vtriusque autem sensui conuenit apte quod sequitur,

Qui parcat uirgæ, odit filium: qui autem diligit illum, instanter erudit.] Nam & pater bonus filium, & discipulum magister catholicus, ne ad iniquitatem deflectat, sollicitus erudit. Præcedentem autē uersiculum antiqui interpretes ita transtulerūt: Viri iusti diuitijs, annis multis fruuntur: ini qui autē perierit breuiter.

Iustus autem comedit & replet animā suam, uenter autem impiorum insaturabilis.] Iustus percipit cibos sapientiæ, qui in noualibus patrum, hoc est, in operibus ac uerbis præcedentium iustorum, probantur ex orti: & hos ad profectum animæ suæ bene uiuendo traicit. Venter autem impiorum, id est, capacitas sensus hæreticorum, insaturabilis: quia sicut Apostolus ait, Semper quocq; doctrinam fidei quam ad ueritatis scientiam perueniunt. Quare autem saturari scientia non merentur: nisi quia nequaquam refectioni cibis paternæ institutionis,

2 Tim. 3.

alijs hos congregant absq; iudicio.

CAPVT XIII.

Sapiens mulier edificabit domum suam, insipiens extruam quæq; destruet manibus.] Et unaquæque anima fidelis, & Ecclesia per orbem catholica mansionem sibi in patria cœlesti bonis actibus ædificat: at uerò reprobi, ea quæ bene sunt a bonis ordinata, male uiuendo, & etiā aliquando aperte repugnando dissipant. Quare autem stulti sapientium actus lacerent, sequentibus uerbis ostenditur, cum dicitur:

Ambulans recto iunere, & timens Deum, despiciatur ab eo qui infami graditur uia.] Abominatio est enim peccatori religio. Stultum uidetur incredulis, cum fideles propter Dei timorem non tantum abijciunt timorem, sed & tormēta derident eorum qui occidunt corpus. De quibus adhuc apte subiungitur:

In ore stulti uirga superbiæ, labia sapientum custodiunt eos.] Quia stulti per uaniloquium humiles, quos despiciunt, affligunt: sed idē humiles spiritū per doctrinam se sapientiæ, ne decipiantur, muniunt.

Vbi non sunt boues, præsepe uacuum est: ubi autem plurimæ segetes, ibi manifesta fortitudo bouis.] Hæret hęc a superioribus. Boues namq; doctores catholicos, præsepe, cœtuū auditores: segetes, dicit fructus operum bonorum. Incassum ergo tumet superbus, & indocta eloquentia terberat aures ac corda subiectorum: quia ubi non sunt docti prædicatores, frustra ad audiendum cōfluūt turba plebium. Vbi autem plurimæ operationes apparēt uirtutum, ibi apertissime clare, quia non hæreticus in uanum garriuit, sed pro uerbi fruge laborauit ille, qui & ipsum uerbum casto ore ruminare, & uiam ueritatis recto discretionis pedenoscet incedere. Nec mirandum, cur in præsepi auditores significari dixerimus, cum bos alatur de præsepi, doctor autem uerbo audientes soleat nutrire. Sed intuendum, quia & de labore bouis præsepe impletur: & ipse bos suo fructu de præsepi reficitur. Quia nimirum prædicator fidelis & audientes uerbo reficit, & eadem refectione apud Dominum ipse reficitur, quod in opere figuratur Heltæ, qui apud Sareptanam uiduam quam pascit, & ipse pascitur.

Quærit derisor sapientiam, & non inuenit: doctrina prudentium facilis.] Caiphaz qui Domino dixit, Adiuu te per Deū uiuū, ut dicas nobis, si tu es Christus: quia male quærebat, inuenire, quod quærebat, non meruit. At discipuli qui se humiliter aditui ueritatis subdiderant, accepta spiritus gratia, non solummodo Christū Dei filium cognoscere, sed & ab dita scripturarum intelligere meruerunt. Sed tunc doctrina prudentium facilis erat, quando Cornelius cum domo sua, & cæteri tales uerbum humiliter audientes, mox credebant, & accepto spiritu sancto, linguis loquebantur omnibus. Nunc quocq; doctrinam fidei catholice prudens quisq; dum catechizatur, facile percipit: quam hæretici, quia peruersè quærun, nunquam profus inueniunt.

Vade contra uirum stultum, & nescit labia prudentie. Ideo derisor sapientiam, quam quærit, non inuenit, quia etsi aperte contra illius stultitiam disputando incedas, nescit intelligere quæ dicis: ut Arrius, qui uerbum cõsubstantialitatis in patre & filio, nusquam scripturarum inueniri posse contendebat, cum ei manifeste obijceretur, Ego & pater unũ sumus. & Deus erat uerbum, &c. Ideo doctrina prudẽtium facilis est, quia labia prudentiæ sapientia. Id est, quia labia quæcunq; prudentiæ moderamine reguntur, de sapientia solum loqui et audire dulce habent: eiq; meditatione operam dare fatigunt.

Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miscebitur extraneum. Amaritudinem animæ habent electi, quandiu à gaudijs differuntur æternis: & reprobi, cum desiderijs affliguntur peruersis. Sed electi, quia in luce ambulant, amaritudinẽ suam, quanto sit gaudio mutanda, præuident. Porro reprobi propria sponte cæcati, quid in præsentĩ patiantur, non uident: quod in futuro sint passuri, non præuident. Itẽoq; à futuris bonorum gaudijs remanebũt extranei: quia amaritudinis eorum præsentis nõ nouerũt esse participes. Vnde & apte subditur:

Domus impiorum delebitur, tabernacula iustorum germinabunt. Domo quippe in mansione, tabernaculis uti solet in itinere. domus igitur impiorum delebitur, quia habitationem uitæ præsentis, in qua semper manere desiderabant, perdent in morte reprobi, & hoc quod non præuidebãt, exilium perpetuæ damnationis subibunt. Tabernacula autem iustorum germinabunt, quia præsens eorum cõuersatio, in qua incolæ sunt apud Deum, & peregrini, crescentibus sine cessatione meritis, ad fructum usque suauissimum patriæ cœlestis pertinget.

Innocens credit omni uerbo, astutus considerat gressus suos. Hanc & innocentiam uetuit, & hanc habere docuit astutiam Ioannes cum ait, Charissimi, nolite omni spiritui credere: sed probate spiritus, si ex Deo sunt.

Sapiens timet, & declinat malum, stultus transiit & confidit. Sicut stulti est de sua alacritate confidere, torrentem rapidum uel uoraginem latiore saltu uelle transire, sapientis autem ad planum uel pontem diuertere: ita qui peccata, quantum ualet, declinat, timens ne inuoluatur malis, sapiens est. Stultus autem est ille, qui contemptim peccat, blandiens sibi, quia aut posteriori tempore pœnitentiam agat cõmissorum, aut si repente moriatur, fortiter pœnas inferni sufferat.

Impatiens operabitur stultitiam, & uir uersutus odiosus est. Reprehensibilis quidem est homo impatiens: sed multo peior & odiosior Deo est uersutus, tamesi apud homines melior æstimetur. Ille enim palam omnibus suam ostendit stultitiam, iste autẽ cum sit corde peruersus, sepe simplicitatem simulat & iustitiam, atq; apud humanum iudicium, sanctũ se dici delectat, cum sit diuino examine inter reprobos æstinatus.

Iacebunt mali ante bonos, & impij ante portas iustorum. In nouissimo iudicio, coronatis iustis, damnabuntur reprobi, qui eos in præsentĩ premebant. Quod enim ait, Ante, id est ante bonos, & ante portas iustorum: non ad uicinitatem loci, sed ad uisionem pertinet bonorum, quia malorum tormenta semper aspiciunt, ut maiores ereptori suo gratias sine fine referant. Vnde de illis Esaias, Et egredientur, & uidebunt, inquit, cadauera uirorum, qui præuariicati sunt in me. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur: & erunt usque ad fatietatem uisionis omni carni. Quod autem ait, Egredientur: non pedum processum, sed oculorum signat intuitum, quem intus in regno positi ad uidentia prauorum supplicia, foras quando uolunt emittunt.

Corona sapientum, diuitiæ: fatuitas stultorum, imprudentia. Sapientes non terreni aliquid emolumentum pro diuitijs habent, sed coronam solummodo, quam pro uirtutibus in futuro percipiãt. At stultorum fatuitas maxima hæc est, quia improuidi æternorum, de presentibus tantummodo commodis gaudent. Imprudentia enim quasi impro uidentia dicitur.

Liberat animas testis fidelis, & profert mendacia uersipellis. Liberat animas Christus, qui est testis fidelis, ut in Apocalypsi legimus: et sicut Apostolus ait, Testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem. Profert mendacia diabolus, qui recte uersipellis appellatur, quia mala, quæ suggerit facienda, bona esse pronunciat: & gaudia promittit æterna eis, quos ad inferni tormenta præparat. Item liberat animas catholicus doctor, qui testimonium scripturarum fideliter, id est recte prædicat. Et profert mendacia hæreticus, uel sicut alia editio manifeste trãstulit: Incendit autem mēdacio dolosus, subauditur animas eorum, quos suo errore decipit.

In timore Domini, fiducia fortitudinis, & filius eius erit spes. Timor Domini fiduciam fortitudinis præstat, quia nimirum mens nostra tanto ualentius terrores rerum temporalium despicit, quanto se authori earum ueracius per fortitudinem subdit. Filij autem timoris Domini dicuntur, qui diuino timore reguntur, sicut filij uirtutis, & filij resurrectionis, qui uirtutibus student, uel qui ad gaudia resurrectionis pertinẽt, quibus erit spes, iuxta illud Psalmistæ, Qui timent Dominum, sperent in Domino. De qua spe consequenter adiungit.

Timor Domini, fons uitæ, ut declinat à ruina mortis. Hæc est ergo spes eorum, qui timẽt Dominum, ut declinãtes à ruina mortis, peruenire mereantur ad eum qui dicit, Ego sum uia, & ueritas, & uita. Dum est autem supra, Lex sapientis, fons uitæ, ut declinet à ruina mortis: & nunc dicitur, Timor Domini, fons uitæ, ut declinet à ruina mortis. Ex quo patet, quia nulla prior est lex sapientis, qua mortem uitare, & uitam acquirere debeat æternam, quam habere timorem Domini, Vnde & alibi dictum est, In initium sapientie

sapientiæ, timor Domini. In multitudĩne populi dignitas regis: & in paucitate plebis, ignominia principis. Vbi multitudo seruentium Deo, ibi specialiter Christi gloria. Vbi soli catechumeni, uel cõperentes, uel recẽs nati infantes sub regno adhuc tenentur diaboli, & ipsi tempore congruo festinantes in Christo renasci, ibi manifesta ignominia principis mundi. Vel certẽ in conuenticulis hæreticorum, quæ semper sunt congruo festinantes in Christo renasci, ibi manifesta ignominia principis mundi. Vel certẽ in conuenticulis hæreticorum, quæ semper sunt pauciora Ecclẽsijs catholicorum, ignominia patet eorum, qui hæc ab Ecclẽsiastica unitate segregarunt.

Vita carniũ, sanitas cordis: putredo ossium, inuidia. Vita carniũ, infirma quaedam ac tenera: per ossa, fortia acta signãtur. Bene ergo dicitur uita carniũ, sanitas cordis: quia si mentis innocentia custoditur, & si qua fortis infirma sunt, quandoq; roborantur. Et recte subditur, Putredo ossium inuidia: quia per liuoris uitium ante Dei oculos peccant ea, quæ humanis oculis fortia uidentur. Ossa quippe per inuidiam putrescere est, quædam etiã robusta deperire.

Acceptus est regni minister intelligens. Ille uidelicet cui dicitur, Quia super pauca fuisse fidelis, supra multa te constiturã: intra in gaudiũ Domini tui. Iracundiam eius inutilis sustinebit. Ille utiq; de quo idem ait: Et inuilem seruum ejcite in tenebras exteriores.

CAPVT XV.

Responso mollis frangit iram, sermo durus suscitatur. Qui uerba increpationis humiliter recipit, iam propinquat uenire reatus quem gessit: at qui superbus arguenti resultat, maiorem contra se iram districti iudicis prouocat.

Lingua sapientum ornat scientiam, os fatuorum ebullit stultitiam. Lingua catholici doctoris ad fructum uitæ ducit sempiternum: quæ autem modum Ecclẽsiasticæ normæ ignorat, & suum spiritum, & eorum qui se audiunt, male loquendo conteret.

Os hæreticorum ebullit stultitiam. dicta sacre scripturæ peruerse intelligendo, suosq; sensus eius auctoritati præponendo. Potest & de Paganorum philosophis intelligi quod ait, Os fatuorum ebullit stultitiam: quales fuerunt Porphyrius & Iulianus, qui contra Ecclẽsiæ doctores, stultitiæ suæ fluentia fundebant.

Lingua placabilis lignum uitæ, quæ autem immoderata est conteret spiritũ. Lingua catholici doctoris ad fructum uitæ ducit sempiternum: quæ autem modum Ecclẽsiasticæ normæ ignorat, & suum spiritum, & eorum qui se audiunt, male loquendo conteret.

Domus iusti plurima fortitudo, & in fructibus impij conturbatio. Domus Christi, id est Ecclẽsia plurimã habet fortitudinem: ita, ut pluuia, uentis, fluminibus tentationum frequentiorum nequam possit dirui. Et in operibus diaboli conturbatio seruet asidua: quia eandem Christi domum per falsos fratres, uel apertos aduersarios deicere tentat.

Labia sapientũ disseminabunt scientiam, cor stultorum dissimile erit. Labia catholicorum disseminabunt

prædicando scientiam rectæ fidei, cor hæreticorum dissimile erit, quia perfidiã pro scientia concipit ut doceat. Potest ita intelligi, quia cor cultorum sibi metipsi dissimile erit, dum mutabilitate se diuersarum cogitationum uarium exhibet, & nunquam idem, quod fuerat, manet. Cui contra de Ania, cum Domino intenta mente supplicaret, dicitur: Vultusq; eius non sunt amplius in diuersa mutati.

Victima impiorum, abominabiles Domino: uota iustorum placabilia. Orationes, opera & sacrificia hæreticorum abominatur Dominus: & uota eorum accepta habet, qui fidem catholicam iustis operibus affirmant.

Doctrina mala, deserti uiam uitæ: qui increpationes odit, morietur. Mala est doctrina eorum, qui uiam deserunt ueritatis: de quibus Dominus dicit, Qui ergo soluerit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus uocabitur in regno cœlorum. Sed tales adhuc si correpti pœnituerint, patet reditus ad ueniam: sin autẽ nec correptionibus Ecclẽsiasticis annuerint, iam certus eis restat interitus.

Omnes dies pauperis mali: securamens quasi iuge sacrificium. Omne tẽpus populi Dei quandiu in presenti pauper est, afflictionibus abudat & arumens: quia necdum ad diuitias supernæ bonitatis, & perpetuæ mansionis peruenit. Vnde monet Apostolus, dicens: Redimẽtes tempus, quoniam dies mali sunt. At uerò reprobi, qui metu carentes diuino, securi mundo utuntur, quasi iugibus stulti reficiuntur epulis. Vnde recte subiungit:

Melius est parum cum timore Domini, quam thesauri magni, & insatiabiles. Quale est in Psalmo: Melius est modicum iusto, super diuitias peccatorum multas. Melius ergo est, ut seruato timore Dei egeas opibus, uel etiã uictu quotidiano, quam ut desiderio plura acquirendi, Dei timorem deferas.

Melius est uocare ad olera cum charitate, quam ad uinum saginatum cum odio. Omnis qui bonorum operum exempla proximis, quæ imitentur, ostendit, quasi ad epulas, quibus reficiantur, conuuias uocat. Melius est autem uocare ad olera cum charitate, quam ad uitulum saginatum cum odio: quia nimirum multo est utilius simplicis uitæ innocentiam cum charitate seruare, quam maioribus uirtutum miraculis foras effulgere, & interiora mentis ab odiorum fordẽ non expurgare. Vnde quibusdam in fide dicentibus, Domine, Domine, nõne in nomine tuo prophetauimus? & in nomine tuo dæmonia eiecimus: et in nomine tuo uirtutes multas fecimus? dicit ipse Dominus, Quia nunquã noui uos, discedite à me omnes qui operamini iniquitatẽ.

Iter pigrorum quasi sepes spinarum. Pigrus dicit eos, quos piget operari iustitiam: qui cum uiam Dei appetunt, eos uelut spine obstentatum sepium, sic formidinu suarũ opposita suspiciones pungunt: quod quia electos præpedire non solet, adiuuauit,

Via iustorum absq; offendiculo. Iusti quippe in conuersatione sua, quodlibet eis aduersitatis obuiauerit, non impingunt, quia temporalis aduersitatis obstacula aeternae spei, & internae contemplationis saltu transcendunt.

Laetatur homo in sententia oris sui, & sermo opportunus est optimus. Humanum quidem est de sua sententia quasi prudenter prolata quemq; latari: sed uerus sapiens non solum res loquatur, uerum etiam opportunitate loci uel temporis uel personae, cui loquatur, diligenter inquirat.

Semita uita super eruditum, ut declinet de inferno nouissimo. Eruditum dicit non solum scientia, sed et operatione perfectum. Huic etenim iure semitae uita desuper aperta sunt: huic coeliana patet.

Infernus autem nouissimus, de quo liberatur, ultima est poena damnationis. Nam primus est infernus, caecitas animae peccantis, & uere lucis scientia carentis, de quo dicitur in Psalmis, Et descendit in infernum uiuentes: id est, scientes labantur in peccatum.

Domum superborum demolitur Dominus, & firmos facit terminos iudae. Conuenticula haeticorum caeterorumq; Ecclesiae persecutorum demolitur Dominus: & firmos facit in orbem uniuersum terminos eiusdem Ecclesiae, sponsae uidelicet suae, pro cuius uita mori dignatus est.

Abominatio Domini, cogitationes male, & purus sermo pulcherrimus firmabitur ab eo. Abominatur Dominus cogitationes haeticorum, immo omnes pietati contrarias: & purus sermo rectae fidei firmabitur ab eo, quando in iudicio non solum pro factis, sed & uerbis omnibus, digna praemia reddet.

Abominatus est cogitationes malas eorum, qui dicebant, Quis est hic, qui etiam peccata dimittit: Et purum sermonem eius, qui dixit, Tu es Christus filius Dei uiui: pulcherrimum esse firmavit, cui respondit, Beatus es Simon Bariona, quia caro et sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in caelis est.

Lux oculorum laetificat animam, fama bona impinguat ossa. Iure mentem delectat humanam, cum selucem coelestium arcanorum, Domino reuelante percepisse cognoscit. Quod alia translatio manifestius dicit, Videns bona oculus oblectat cor, bona utiq; Domini in terra uiuentium. Quae quicumq; mentis oculo contemplatur, merito in corde oblectatur, tametsi extrinsecus tristis incedere inimico affligente uidetur. Fama quoq; illa felicissima, qua nostros non solum actus & sermones, sed & cogitatus angelis deferentibus in caelo patere cognouimus: pinguetudine dilectionis & fidei nostris uirtutibus, ne deficiendo arefcant, exhibet. Quanto enim certius tenemus occulta nostri cordis, simul & opera diuinis patere conspectibus: tanto magis fortitudinem nostrae bonae actionis, oleo charitatis eius ne lassescat, impinguare debemus.

Auris quae audit increpationes uita, in medio sapientium comorabitur. Discipulus qui increpationibus doctentium obedienter annuit, plerumq; proficendo ad cathedram usq; decoris ascendit, Deniq;

Paulus qui increpationi sui conditoris sese humiliter substrauit, ad sedem postmodum Apostolicae dignitatis sublimiter peruenit.

CAPVT XVI.

Hominis est animam praeparare, & Dei gubernare linguam. Certum est, quia neq; animum praeparare, neq; gubernare linguam, neq; aliquid facere boni, absq; diuina gratia ualemus: quia sine me, inquit, nihil potestis facere. Quomodo ergo hominis est animum praeparare, & Dei gubernare linguam, nisi quia hoc proprie in tempore persecutionis significat: de quo Dominus ait: Cum autem tradent uos, nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini. dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini.

Omnes uita hominis patent oculis eius, spirituum ponderator est Dominus. Ita uitas, id est actiones omnium & bonorum uidelicet & malorum Dominus uidet, ut spiritus etiam singulorum, quid in occulto cogitent, certa lance discernat. Vnde recte subiungitur:

Reuela Domino opera tua, et dirigetur cogitationes tuae. Domino quippe opera nostra reuelamus, quando eum, quem nihil latere nouimus, in cunctis quae agimus, in memoria reducimus, atq; illius in omnibus flagitamus auxiliu. Et cum hoc deuoti agamus, fit ut non opera eadem tantummodo, sed etiam internae nostrae cogitationes illo dirigente procedant.

Uniuersa propter semetipsum operatus est Dominus, impiorum quoq; ad diem malum. Nulla fuit Domino causa creaturam inuisibilem uel uisibilem faciendi, nisi uoluntas sua: ut suam uidelicet bonitatem rationali creaturae, quam perpetuo beatam faceret, ostenderet: eum quoque, qui bonum conditionis propria sponte deseruit, id est diabolum cum suis sequacibus iusta seueritate damnauit.

Abominatio Domini est omnis arrogans, etiam si manu ad manum fuerit, non erit innocens. Quicumq; sibi tribuit bonum quod facit, etiam si nihil mali uidetur manibus operari, iam cordis innocentiam perdidit, in quo se largitori donorum praetulit. Et ideo talem conditor suus abominatur, ut reum, quem beneficijs suis esse contemplatur ingratum.

Cum placuerint Domino uia hominis inimicos quoq; eius conuertet ad pacem. Tanta est sanctitas diuinae religionis, ut eam plerumque etiam, qui foris sunt, uenerationi habeant. Et quos perfecte Deo seruire perspexerint, cum his pacem habere, quamuis religione discrepantes, incipiant. Denique quia placuerunt Domino uia Danielis, & trium puerorum: inimicos quoque eorum, qui eos in ignem uel ad bestias miserunt, conuertit ad pacem. Quia placuerunt Domino uia sanctorum praedicatorum, multos eorum persecutores non ad pacem tantummodo, sed ad eandem etiam fidei & religionis unitatem conuertit.

Melius est parum cum iustitia, quam multi fructus cum iniquitate. Et Dominus, Beati, inquit, pauperes, quia

quia uestrum est regnum Dei. Et iterum, Vae uobis diuitibus, qui habetis consolationem uestra. Potest & sic accipi, quia melius est in simplici conuersatione Deo deuote seruire, quam multis abundantem uirtutibus: uerbi gratia, eleemosynis, orationibus, ieiunijs, doctrina, castitate, proximorum facta despiciere, & de sua quasi singulari sublimitate gloriari.

Diuinitio in labijs regis, in iudicio non errabit os eius. Illud significat regem, de quo dictum est, Deus iudicium tuum regi da. Quis est enim regum temporalium, qui nunquam erret in iudicio: in cuius labijs est diuinitio, quia non suarum solummodo sermones & facta dirigit, sed et gentilium uates, qui uulgo diuini appellantur, quid sciscitantibus respondeant, illo intus iudicante disponitur: testante Michea propheta, qui ad deceptionem Achab regis impijsimam, testatur missum a superni iudicis solio spiritum, qui prophetarum eius ora impleret, atq; ad fraudandum ea quibus rex nefandus periret, armaret. Neq; enim in hoc iudicio errauit os regis aeterni, sed quod rex impius audire peccatis precedentibus meruit, ipse hoc prophetas erraticos ei loqui permisit. Sed & Iezechiel peccati ac perituro Ammonitarum populo dicit, Cum tibi uiderentur uana, & diuina narentur mendacia. Non est daemonum diuinitio, sed Dei iudicium: qui perfectae malitiae dedit finem. Hunc uersiculum alia translatio sic habet apertius de Domino, Nihil falsum exiet de ore eius: quia nimirum ipse nec ullo mentiente falli, nec potest aliquando mentiri.

Pondus & statera iudicia Domini sunt, & opera eius omnes lapides seculi. Lapidis seculi iustos, & fide fortes appellat: quales esse desiderabat apostolus Petrus eos quos amonebat, Et uos tanquam lapides uiui superaedificamini domos spirituales. Nullus igitur ab initio seculi sua uirtute electus, & coelesti edificio aptus est: sed eius potius opere, qui omnia in pondere & mensura & numero constitutus, unicuiq; sicut uoluit, mensuram fidei, & gratiarum distribuit.

Voluntas regum, labia iusta. Reges dicit sanctos, qui uitijs principaliter imperare, & uirtutibus animae quasi obsequentium comitum cuneis sibi pari consuerunt. De qualibus Dominus, Multi, inquit, prophetae & reges cupierunt uidere, quae uos uidetis, & non uiderunt. Alioquin reges terreni multum saepe labia iusta detestantur, ut Herodes Ioannis, ob quod eum capite puniuit.

Qui recta loquitur, dirigetur. ut uidelicet rectis operu gressibus ad uitam pertingat aeternam. At contra uir linguosus non dirigetur super terram. Nec repugnat huic sententiae, quod de Antiocho dicitur, Et dolus in manu eius dirigetur. Non enim illum hominem dirigendum scriptura dixit, quem peruersum & pessimum futurum esse prauidit: sed dolus, inquit, in manu eius dirigetur. Quia scilicet fraudes & scelera, quae dispo-

num, ut meruerat, perijt.

Indignatio regis, nuncijs mortis sunt angeli Satanae, id est haetici, & uani philosophi: immo omnes qui ea uerba nunciant proximis, unde a morte rapiatur aeterna. Qui quo amplius auctori mortis seruit, eo grauius uitae largitorem offendunt: nec tamen talibus iter poenitentiae pracluditur. Nam subditur,

Et uir sapiens placabit eum. Potest enim respicendo Deum placare, quem contigit eum stulte loquendo offendisse.

In hilaritate uultus, regis uita. Quicumq; hilarem Christi uultum uidere meretur, his in aeternum cum illo uiuere dabitur. Alioquin in die iudicij, sicut scriptum est, Videbit omnis caro salutarem Dei. Sed hunc reprobis tunc iratum, iusti uidebunt placidum.

Et clementia est quasi imber serotinus. Serotinus imber in Iudaea iam maturis menses usq; hodie uenire consueuit: ubi Dominus & matutinam pluuiam promittit, dicens per prophetam, Dabo uobis pluuiam matutinam, & serotinam terrae. Pluuia ergo matutina est, siue temporanea, ut alibi nominatur, quando prima credidi in Christum semina suscipimus: pluuiam uero serotina, quando maturis uirtutum frugibus ablati de hac uita, in Dominico hotreo recondimur. Et recte clementia regis, imberi serotino comparatur: quia quod fructum uita bene agentes percipimus, non hoc nostri libertas arbitrij, sed superni facit irrigatio doni.

Eruditus in uerbo reperiet bona, et qui sperat in Domino, beatus est. Non solum his qui ad praedicandum uerbum Domini eruditus est, bona apud illum reperiet, sed & ille qui in Domino spem ponere didicit: etiam si ad praedicandum alijs idoneus non est, eiusdem Dei beatitudinis participes existit.

Qui sapiens corde est, appellabitur prudens: & qui dulcis eloquio maiora percipiet. Qui sapientiam catholicam fidei, quam didicit, illibatam suo in corde custodit, merito prudentis nomen accipit: at qui eandem sapientiam etiam doctae praedicare, & contra haeticos defendere nouit, maiora laboris amplioris praemia percipiet.

Fons uita, eruditio possidentis: doctrina stultorum, fatuitas. Cum diceret possidentis, non addit quid possidentis. Quid autem putamus eum uoluisse intelligi, nisi forte ipsam eruditionem sit plena sententia, Fons uita eruditio possidentis ipsam eruditionem suam, quod est aperte dicere, quia ille praedicator uere suis auditoribus uita uias aperit, qui exercet ipse quae praedicat: qui amorem uerbi, quo alios erudit, fixo in corde possidet, nec tantum memoria retentum, quasi collectum gremio semen iactat in terram. Idcirco autem doctrina stultorum fatuitas est, quia et si qua bona dicere usu eruditionis didicerint, eadem tamen, quae dicunt, bona ipsi fatuo corde contemnant.

Fauus mellis uerba composita: dulcedo animae, est sanitas ossium. Multi per eloquentiam possunt amari-

tibus & fauentibus suauiter pronuntiare bona, que tamen ipsi non amant, nec facere curant. Ea autem solum uerba ad sanitatem osum tuorum, hoc est ad uirtutum tuarum spiritualia crementa proficiunt, quae ex interna animae tuae dulcedine procedunt.

Anima laborantis laborat sibi, quia copulit eum os suum. Constat iuxta literam, quia expulsus de paradiso homo quotidianum laborem, ne deficiat, exercet. Compulit enim os suum, quando cum serpente locutus est, quando uentum tetigit, ut exilium longum cum labore sufferat, & in sudore uultus sui pane uescatur. Sed & doctorem os suum, ut laboret, compellit: quia necesse habet agere bona, quae dicit.

Vir impius fodit malum, & in labijs eius ignis ardescit. Et propheta ait, Ut iniqua agerent, laborauerunt. Potest & de haeretico specialiter intelligi, qui pulcherrimos ac florentissimos diuinorum eloquiorum campos noxio linguae suae uomere rumpit, ut de internis eorum sinibus sensus impios, qui ibi non sunt, eruat. In cuius labijs ignis ardescit: quo se suosque auditores in perpetuum perdat. Vnde & Iacobus, Lingua, inquit, constituitur in membris nostris, quae maculat totum corpus: & inflamat rotam natiuitatis nostrae, inflammata a gehenna.

Vir iniquus lactat amicum suum, & ducit eum per uiam non bonam. Potest & de haeretico & de omni factore malorum accipi. Quoniam laudatur peccator in desiderijs animae suae, & qui iniqua gerit, benedicitur.

Qui attonitis oculis cogitat praua, mordens labia sua perficit malum. Grauius est perficere malum, quam facere. Non solus autem ille perficit malum, qui per membra sui corporis peruersum quid operatur & noxium, uerum etiam ille qui fixa intentione malum patrare disponit. Solent enim superbi indignantes labia mordere, solent attonitos habere oculos, & praesentia non uidere, qui aliquandiu taciti sedula mente pertractant. Vnde datur consilium, quia attonitis oculis praua cogitare dicat eum, qui sic mala, quae faciat, inquit, ut quae se in futurum retributio malorum operum sequatur, non uideat.

Melior est patiens uiro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore urbium. Minor est uictoria urbes expugnare, quia extra sunt quae uincuntur: maius autem est quod per patientiam uincitur, quia ipse a se animus separatur, et semetipsum sibi metipsum subijcit, quando eum patientia in humilitate tolerantiae sternit.

Sortes mittuntur in sinum, sed a Domino temperantur. Sicut sortes palam in sinum mittuntur, & clausae in sinum continentur, diuini autem est iudicis, cuius fors elatat, palmaque teneat: sic hominum facta in praesentia quidem uita patent alterutrum, sed quaeque sensus sunt meriti, patefcunt in futuro, prolato uidelicet tunc a manifestato iudicio singulorum, quasi de sinu examinis diuini.

CAPVT XVII.

Melior est buccella sicca cum gaudio, quam domus plena uictimis cum iurgio. Melius est parua bona cum charitate facere sine scientia praedicandi, hoc est enim siccam esse buccellam, quam magnis effulgere uirtutibus cum admixtione discordiae.

Corona senum, filij filiorum, et gloria filiorum patres sui. Senes dicit patriarchas & prophetas, qui a filiis filiorum, hoc est a successoribus Apostolorum, digna laude celebrantur: & gloria est praedicatorum noui Testamenti, quod filij ueterum patrum esse meruerunt.

Gemma grauisima, expectatio praestolantis, quocumque uerterit, prudenter intelligit. Qui praemia futura fideliter expectat, quasi gemmae splendidissimae possessione laetatur. Nam & in Euangelio, negociator sapiens pro acquisitione preciosa margaritae, id est desiderij caelestis, omnia, quae habuit, uendidit. Talis negociator, siue aduersa seu prospera contigerint, a sua intentione non fluctatur: prudenter intelligens, quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum.

Semper iurgia querit malus, angelus autem crudelis mittitur contra eum. Angelus crudelis immundus est spiritus, qui a Domino contra peccantes mittitur, ut eos in praesentia affligat: ut Aegyptios, quibus immisit iram indignationis suae, indignationem, & iram, & tribulationem, immisionem per angelos malos, uel etiam post mortem ad interitum rapiat aeternum. At contra immittit angelum Dominus in circuitu timentium eum, & eripiet eos.

Expedit usque magis occurrere raptis foetibus, quam fatuo confidendi in stultitia sua. Facilius erat doctoribus sanctis furori gentilitatis occurrere, raptis a se populis aliquibus, atque a bestiali eius saeuitia ad fidei pietatem praedicando conuersis, quam haeretico cuilibet confidenti in sui perfidia dogmatis. Quia nimirum illud contra externos, hoc contra sua uiscera certamen agebant. Potest usque nomine, ipsa hostis antiqui malitia intelligi, cui foetus rapimus, cum eos, qui erant filij diaboli, catechizando & baptizando filiorum Dei societati adiungimus. Et hoc plerumque multo leuiore labore perficitur, quam si haeticum ad fidem rectam reuocare, uel catholicum prauam agentem ad bonae operationis statum reducere coneris.

Qui dimittit aquas, caput est iurgiorum. Aquam dimittere, est linguam in fluxa eloquia relaxare. Quod contra in bonam partem dicitur, Aqua profunda, uerba ex ore uiri. Qui ergo dimittit aquam, caput est iurgiorum: quia qui linguam non refrenat, concordiam dissipat. Vnde ediuersum scriptum est, Qui imponit stulto silentium, iras mitigat.

Quid prodest habere diuitias stulto, cum sapientiam emere non possit? Quid prodest populo iudaeorum in fidei habere diuitias scripturarum, cum in his Christum intelligere non possit? Quid haeretico eisdem abundare diuitijs, cum unitatem fidei in eis discere nequeat? Quid malo & catholico expedit

expedit diuitias habere uerae fidei, cum sapientiam, pia actionis habere neglexerit.

Omni tempore diligit qui amicus est, et frater in angustijs comprobatur. Qui Dominum uere amat, omni tempore eius custodit amor: neque in angustia passionis deserit, quem in pacis tranquillitate confessus est.

Homo stultus plaudet manibus, cum sponderit pro amico suo. Stultus est, qui cum animam fratris suscipit regendam, de suis gloriatur actibus, & non potius ei humili comparsione, quicquid possit, auxilij salutaris impendit.

Animus gaudens aetatem floridam facit, spiritus tristis exiccata ossa. Qui interna spiritus sancti consolatione laetatur, etiam bonae actionis flore decoratur, & fructus praemiorum praestolatur caelestium. Qui uero tristitia seculi, quae mortem operatur, angitur, pinguedinem diuinae charitatis in robore uirtutum quasi exercere uidetur: habere nullatenus ualeat, sed quasi exiccata ossibus marcescit, quia in bonis actibus, quae facit gratiam dilectionis amittit.

In facie prudentis lucet sapientia, oculi stultorum in sinibus terrae. In facie quidem Domini saluatoris lucebat sapientia diuinitatis, quam in carne apparens, uirtutum & doctrinae testimonio demonstrabat: uerum oculi iudaeorum non credentium, terrenis potius desiderijs perficiendis, quam salutaribus eius monitis intendebant. Sed & generaliter saepe prudentes, grauitatem sui sensus in ipso etiam frontispicio praemonstrant: nec tamen stulti ad hanc admirandam sectandamque oculos mentis attollunt: sed contra qualiter ad finem uoluptatum carnalium pertingant, tota intentione perquirunt.

Non est bonum, damnum inferre iusto, nec percutere principem, qui recta iudicat. Et de ipso principe ac iudice seculorum, qui pro nostra salute percuti uoluit, accipi potest: & de omnibus generaliter Ecclesiae rectoribus, qui uel facultatibus nudati ab impijs, uel ipsa sunt morte consumpti.

CAPVT XVIII.

Impius cum in profundum uenerit peccatorum, contemnit: sed sequitur eum ignominia & opprobrium. Qui longis peccatorum tenebris inuolutus de luce desperat, iam ex desperatione, passim sibi peccandi frenata relaxat. Sed talis opprobrii future damnationis nulla ratione euadit: quae ab usu suae iniquitatis nulla diuini timoris memoria cohibuit.

Aqua profunda, uerba ex ore uiri, & torrens redundans, fons sapientiae. Verba sapientum aquae comparantur: quia & lauant mentes audientium et rigant, ne uel peccatorum sorde deformes remaneant, uel doctrinae caelestis inopia tafeant, & quasi nouicia ariditate deficiant. Et quia in eisdem doctorum uerbis fidelium quaedam mystica latent & occulta, quae solentiori comprehendantur industria, quaedam uero aperta, & cunctis audientibus facilia ad intelligendum profluunt: recte haec & quam profundam, & torrentem dicit redundantem. Potest autem & ita distingui, ut quia ueteris Testamenti scriptura typice prolata

est, dicatur de ea, Aqua profunda, uerba ex ore uiri: quia Dominus & Apostoli palam utriusque Testamenti sacramenta mundo referabant, adiungatur de illis, Et torrens redundans, fons sapientiae.

Qui mollis & dissolutus est in opere suo, frater est suae operae dissipantis. Quia qui cepta bona districkte non exequitur, dissolutione negligentiae manum destruentis imitatur.

Substantia diuitis urbs roboris eius, & quasi murus ualidus circumdans eum. Non terrena substantia semper defendere potest: immo plerumque propter diuitias sunt capti uel occisi. Vnde & Ecclesiastes ait, Diuitiae conseruatae in malum domini sui: pereunt enim in afflictione pessima. Melius ergo intelligitur substantiam laudare uirtutum, quibus quicquid abundat, quasi muro inexpugnabili cunctas hostium arcet insidias.

Qui prius respondit quam audiat, stultum se esse demonstrat, & confusione dignum. Qui prius doctor esse desiderat, quam discat, stultitiae noxam non declinat. Qui iudicare proximorum facta prius quam plene causam utriusque partis dignoscat, inordinate festinat: & ille se confusione dignum demonstrat.

Spiritus uiri sustentat imbecillitatem suam. Et ipse uir ait, Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Potest & de quolibet uiro sancto intelligi, qui carnis imbecillitatem, ne in tentionibus cedat, mentis fortitudine sustentat.

Spiritus uero ad irascendum facilius, quis potest sustinere? Qui ad irascendum facilius est, nec se ipse potest sustinere, ita ut iratus saepe ea dicat, quae postmodum placidus, quia dixerit, poeniteat: & plerumque an dixerit, ignoret. Cuius tamen irascantia nonnunquam per sapientium modestiam facillime suffertur, atque exemplo sopitur.

Donum hominis dilatat uiam eius, & ante principes spacium ei facit. Donum charitatis, siue aliarum uirtutum, quas a Domino fideles accipiunt, dilatat uiam actionis eorum: quia quo magis gratia spiritus intus replentur, eo latius foris bonorum operum gressus, multiplicat, atque inter magnos Ecclesiae rectores in futuro culmen fortiuntur honoris. Aliter, Donum spirituale Saluatoris, quod mundo attulit, dilatauit uiam eius, quod ad plurimas orbis nationes per fidei & dilectionis suae praesentiam ueniret: nec solum populos, sed ipsos etiam rerum dominos, concupiscentijs renuocare, ac sibi libenter obtemperare faceret.

Iustus prior accusator est sui, uenit amicus eius, & inuestigabit eum. Omnis qui uere iustus est, ubi peccatum errata conspicit, primo ad seipsum oculum considerationis inflectit: dumque suam fragilitatem sollicitus accusauerit, sic demum ad corripiendos alios, linguam benignus exerit. Sed ille qui suis fidelibus dicere dignatus est, Vos autem dixi amicos, quia quaecumque audiui a patre meo, nota feci uobis: uenit in cor eius per praesentiam diuinae contemplationis, & quam hoc sit mundum a sorde iniquitatis agnoscit,

agnoscit, eiusque humilitate digna mercede remunerat.

Frater qui adiuuatur a fratre, quasi ciuitas firmata: et iudicia, quasi uectes urbium. Cum populus uterque, Iudaeorum scilicet & gentium fraterna sibi in Christo charitate consentit, unam iam catholicam Ecclesiam ciuitatem construit. Et sicut uectes urbium portas muniunt, ita dogmata utriusque Testamenti Ecclesiam per orbem, quae unam catholicam faciunt, ab infidelium incurfione defendunt.

Cum obsecrationibus loquetur pauper, et diues effabitur rigide. Humiles spiritu humiliter Dominum adorant, ut Euangelicus ille publicanus: superbi suam merita iactant, ut Pharisaeus.

Vir amabilis ad societate, magis amicus erit quam frater. Credens ex gentibus populus magis amatus est a Domino, quam Iudaeus sine fide perdurans, in quo secundum carnem natus est. Potest & de apostolis ex Iudaea natis intelligi, quia magis amauerint credentes ex gentibus, quam fugentis incredulos.

CAPVT XIX.

Melior est pauper qui ambulat in simplicitate sua, quam diues torquens labia insipiens. Melior est simplex auditor uerbi Dei, si ea quae intelligere in scripturis potuit, operando perficit: quam eruditus quisque, si in illis quae acute intellexit, ad haeresim praedicandam labia retorquet.

Vbi non est scientia animae, non bonum: et qui festinus est pedibus, offendit. Anima quidem humanae scientia uitae coelestis est necessaria: quia nimirum sine hac, beata in perpetuum esse non potest. At tamen qui effrenatis sensibus mentis plus appetit sapere quam decet, plerumque offensionem haereticae stultitiae temerarijs tractibus incurrit: quod in primis humani generis parentibus mystice signatum est, qui dum appetitu scientiae maioris uetitum contingere properabant, a statu beatitudinis, in qua conditi sunt, deuiantes, in poenam miseriae & mortalitatis inciderunt.

Stultitia hominis supplantat gressus eius, et contra Deum feruet animo suo. Stultorum moris est, ut cum peccando uiam ueritatis deserunt, non se errasse fateantur, sed ad culpam conditoris sui reatus originem referant, quasi ipse occasionem peccandi tribuerit, qui uel fragilem fecerit hominem, uel ad tentationem eius hostem uersutum admiserit. Vnde & primus nostri generis parens, post prauaricationis excessum, increpatus a Domino, ad defensionem mox excusandi refugit, dicens: Mulier, quam dedisti sociam mihi, dedit de ligno, & comedit. Et ipsa mulier: Serpens, inquit, decepit me. Amabo nanque in creatorem, quod peccauerant, retorquebat: ille, quod mulierem, per quam periret, a Domino sociam accepisset: illa, quod Dominus serpentem, qui se deciperet, in paradiso constituisset. Quo contra Sapiens Dominum precatur, ut non declinet cor suum in uerbum malum, ad excusandas excusationes in peccatis. Sed & ille suos supplantans gressus contra Deum, feruet animo,

Genes. 3.

qui diuina imperia per suam inertiam contemnens, insuper ipsum Deum, quasi importabilia hominibus onera imposuisset, mente reprehendit insana.

Diuitiae addunt amicos plurimos: a paupere autem et hi quos habuit, separantur. Diuitiae regni coelestis, quae per sanctos doctores fidelibus tribuenda praedicantur, multos amicos, & ipsam praedicatoribus, & earum largitori Domino asciscunt. A philosophis autem ceterisque gentium magistris: quia nil certae beatitudinis in futurum sciunt promittere, & hi quos habuere, separantur, uidelet conuersi ad fidem, spemque Dominicae promissionis certissimam.

Qui tantum uerba seclatur, nihil habebit: qui autem possessor est mentis, diligit animam suam. Et apostolus ait: Non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur.

Rom. 2.

Testis falsus non erit impunitus: et qui loquitur mendacia, peribit. Redarguerat eum, qui uerba tantum scientiae absque operationis efficacia seclatur: redarguit nunc illum, qui ipsa uerba diuinae auctoritatis male interpretando corrumpit. Quod autem multa saepius iterantur, firmitatis indicium est: ut Ioseph somnum regis interpretas, ait: Eo quod fiat sermo Dei, & uelocius impleatur.

Non decent stultum deliciae, nec seruum dominari principibus. Non decent haeticum deliciae scripturarum, quia his bene uti non nouit: neque illum, qui seruus adhuc peccati esse probatur, praeferru iustis in regimine Ecclesiae.

Doctrina uiri per patientiam noscitur. Doctrina ecclesiastica per patientiam doctorum, quam sit perfecta, monstrat: quia dum magis afflictionibus ac morti corpus subdere, quam a docendi officio cessare uoluerunt: ostendebant utique quantum esset salutaris, quam tanta instantia defendere curarunt. Aliter, Doctrina uiri per patientiam noscitur: quia tanto quisque minor ostenditur doctus, quanto conuincitur minus patiens. Neque enim potest ueraciter bona docedo impendere, si uiuendo nescit aequanimiter aliena mala tollerare. Recte autem subditur:

Et gloria eius est iniqua praetergredi. Quia nimirum perfecti doctoris est sic aliorum improbitatem patienter sufferre, ut suam quoque fragilitatem noverit ab iniqua actione solerter obseruare. Neque enim aut munditia propriae conuersationis sine tolerantia sufficit externae conturbationis, aut si is qui fortiter aduersa foris sustinet, intus adhuc eneruiter iniquis moribus fauet.

Sicut fremitus leonis, ita et regis ira: et sicut ros super herbam, ita hilaritas eius. De Deo rege dicit, qui & in iudicio hilaris ac blandus iustis, contra terribilibus apparebit iniustis.

Dolor patris filius stultus. Deus qui in sua natura impassibilis semper est, & placidus, dolere tam men nostro more dicitur, cum homines, quos ad se credendum laudandumque creauit, hosti potius maligno, quam sibi seruire considerat. Vnde & Moyses de illo, Poenituit, inquit, eum, quod hominem fecisset in terra. Et tactus dolore cordis intrinsecus,

intrinsecus,

intrinsecus, Delebo, inquit, hominem, quem creauit, a facie terrae.

Et recta ingerit perstillantia, mulier liuigiosa. Sicut tecta perstillantia pluuiam quidem de caelo suscipiunt, non tamen hanc ad utilitatem aliquam dispersiunt, sed ad molestiam potius inhabitantium deriuant: ita nimirum haeticorum Ecclesia, coelestium dona uerborum, non ad salutem animarum, sed ad usum suae nequitiae male interpretando, & contra catholicos litigando conuertit. Tecta enim perstillantia, mundas quidem pluuii guttas accipiunt, sed subiectos in domo fordidos reddunt: & haeticus lymphidissima coelestis oraculi uerba auditu corporis haurit, at ubi haec corde polluto attigerit, auditoribus suis forde mixta ministrat.

Pigredo immittit soporem. Piger appellatur, qui recte sentiendū quasi uigilat, quamuis nihil operando torpescit. Sed pigredo immittit soporem, quia paulisper etiam recte sentiendi uigilantia amittitur, dum a bene operandi studio cessatur. Recte autem subditur:

Et anima dissoluta esuriet. Nam quia se ad superiora stringendo non dirigit, neglectam se inferius per desideria expandit. Et dum studiorum subtilium uigore non constringitur, cupiditatis infime fame sauciatur: ut quod per disciplinam ligari dissimulat, eod se esuriens per uoluptatum desideria spargat.

Feneratur Domino, qui miseretur pauperis, et uicissitudinem reddit ei. Huius sententiae ueritatem probat ipse Dominus, cum elemosynam facientibus dicturum se esse praedicit: Quandiu fecistis uni de his minimis meis, mihi fecistis. Erudi filium tuum, ne desperes: ad interfectionem autem eius ne ponas animam tuam. Subiectum tibi quemlibet, si errare conspicias, diligenter castigare curato. Quod si curari renuit, ita erga illum circumspecte & temperanter age, ne quid omnino in tuis uerbis uel actibus, unde amplius peccet, inueniat. Cui sensui opitulatur illud quod sequitur:

Matth. 25.

Qui patiens est, sustinebit damnum, et cum rapuerit, aliquid apponet. Si enim duritia contradicentis fratris, quem erudire coepisti, prouocatus ipse in impatientiae uitium labaris, damnum profectio tuae uirtutis incurris. Et cum illi durius forte increpando spem promerendae salutis, agendaeque poenitentiae, quam habuerat, rapueris, rationem pro eo, quod fratrem scandalizasti, districto iudici reddes. Patet literae sensus, quia qui per impatientiam inopiae furto seruit, aut rapinis, damnum suae animae facit, & cum rem proximi tollit: & si non homini per hoc, certe aeterno iudici rationem reddere habet. Vnde editio alia ita hunc uersum transtulit, Male cogitans homo, multo damno affligetur: & si perniciosus fuerit, & animam suam apponet. Quia nimirum cum pecuniam uiolenter abstulerit, pro hac animam inuitus dabit.

Homo indigens misericors est. Indigentem dicit humilem, qui se perpetuis bonis egere sine cessa-

tione recollit. Talis nanque, ut misericordiam consequatur a Domino, nunquam proximam misericordiam recusat. De quo & subsequenter annectit:

Et melior est pauper, quam uir mendax. Melior est nanque humilis corde, qui nihil suis fidit operibus, quam qui se praeeccellentia uirtutum, uiri nomine dignum ducens fallitur: nescius, quod dum gloriam Dei in se transfert, superbiendo perdit bona quae gessit.

Abscondit piger manum suam sub axilla, nec ad os suum applicat eam. Nemo ita piger est, ut ad os manum suam uel comedendo reducere, laborem putet. Sed pigro labor est, manum ad os porrigere: quia desidiosus quisque praedicator, nec hoc uult operari quod dicit. Manum quippe ad os porrigere, est uoci opere concordare. Testis iniquus deridet iudicium: illud uidelicet quod dicitur, Non falsum testimonium dices. Vel certe futurum, de quo supra dicitur, Testis falsus non erit impunitus: & qui loquitur mendacium, peribit: & os impiorum deuorat iniquitatem. Sicut famelicus refici cibo desiderat, ita impius, ut iniquitatis excusatione fatietur, ardentem exquirat.

Parata sunt derisoribus iudicia, et mallei percutientes, stultorum corporibus. Esti reprobi, ut praedictum est, uel iusionis uel cominationis diuine iudicium derident, parata tamen eos expectant iudicia damnationis: quae ut mallei ferrum candens, ita eos in fornace gehennae sine fine uerberent.

CAPVT XX.

Propter frigus piger arare noluit: mendicabit ergo aestate, et non dabitur ei. Qui nunc propter desiderium in Dei seruitio laborare neglexit, uenturo die regni mendicabit, et non dabitur ei: quia quicumque seminauerit homo, haec & metet. Bene ergo regnum Dei aestati comparatur: quia tunc mceroris nostri nubila transeunt, & uitae dies, aeterni solis claritate fulgescunt, et fructus laboris in gaudio percipiuntur.

Iustus qui ambulat in simplicitate sua, beatos post se filios derelinquet. Non hoc secundum literam semper stare potest. Nam & beatus Samuel, uir iustus & simplex, dissimiles sui filios derelinquit: et Achaz rex iniustus ac reprobus, beatum post se derelinquit filium Ezechiam. Sed filios iusti dicit eos, qui exempla iusti sequuntur. Vnde & nunc omnes electi propter fidem, filij dicuntur Abrahae, teste Apostolo, qui ait: Si autem uos Christi, ergo semine Abrahae estis. Quibus beatitudo non huius seculi, sed futura promittitur. Vnde recte subiungitur:

Rex qui sedet in folio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo. Esti enim in hac uita electi mala patientur, reproborum, ubi uniuersalis iudicij dies apparuerit, omnia mala dissipabuntur: & coronatis cum Domino iustis, soli poenas subibunt iniusti. Quod etiam nunc per partes agitur, cum quis sanctorum uictor exierit de seculo, sed ille qui eum tribulabat, persecutor, digna factis proceperit. Potest hic uersus & de electis accipi, qui habent aliquando latentia in mente mala, quae ab alijs uideri non possunt hominibus,

quae

Luce 22.

Prouer. 20.

Matth. 5.

Psal. 23.

quæ tamen ipse Dominus cernit, quando ea oc-
culto respectu gratiæ destruit, testante illo qui
ait: Conuersus Dominus respexit Petrum, & re-
cordatus est Petrus uerbi Domini, &c. Quis po-
test dicere, Mundum est cor meum, purus sum
à peccato? Notandum quod non ait, Quis po-
test mundum habere cor, & purus esse à pecca-
to: Sed quis potest dicere, inquit, Mundum est
cor meum, purus sum à peccato? Quia sunt qui
largiente diuina gratia, possunt iuxta huma-
num modum, & cordis & operis munditiam
habere. Vnde est illud Domini, Beati mun-
do corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Et in Psal-
mo: Quis ascendet in montem Domini, aut quis
stabit in loco sancto eius? innocens manibus,
& mundo corde. Si enim nemo mundum habet
cor, neque ullus est purus à peccato: consequens
est profectò, ut nullus ascendat in montem Do-
mini, nullus hominum stet in loco sancto eius.
Quia uerò constat multos ascensos in mon-
tem Domini, staturosque in loco sancto eius: re-
stat itaque, ut sint multi mundo corde, & iuxta hu-
manam possibilitatis modum, puri à peccato. Nec
tamen seipse quisquam mundicordem, & immu-
nem esse à peccato absque temeritate pronuncia-
uerit. Stulta est namque propriæ laudis iactantia:
temerarium, de sua quæque innocentia, uel iusti-
tia gloriari. Et quia sunt qui sua laudare quasi
fortia, proximorum uerò facta uelut uilia solent
improbare, rectè subiungitur:
Pondus & pondus, mensura & mensura, utrumque abomi-
nabile est apud Deum.] Diuersum namque pondus
in domo sua diuersam habet mensuram: ut ali-
ter uidelicet sibi metipsum, aliter metiatur proxi-
mo, qui in suis semper actibus: quæ laudari, in
aliorum uerò, quæ uituperari possint, rimatur. Et
ideo talem iuste abominatur Dominus: quia ni-
mirum quantum sibi metipsum absque meritis pla-
cet, tantum superno inspectori merito displicet.
Verum quia periculosum est cuiquam de alie-
na conscientia iudicare, cuius intentionem sci-
re nequit, dat consilium, quibus iudicium
nostri cordis erga proximum dirigere debeamus.
Nam sequitur:
Et studiis suis intelligitur puer, si munda & recta opera
eius sint.] Quemcumque enim uirtutibus studere,
modestiam, continentiam, auditioni sapientium, et
obseruantiam mandatorum Dei, maximeque hu-
militati ac simplicitati, huius munda esse & re-
cta opera intellige. Quem uerò his contrarium
iter tenere deprehēdis, hunc uelut immundi ac
distorti cordis hominem, aut corrigere & casti-
gare, aut si hoc non uales, uitare ac declinare,
ne ab eo ipse corrumparis, curato. Nec uideri con-
trarium debet, quod hic studiosi pueri munda
esse ac recta opera testatur: supra uerò ait, Quis
potest dicere, mundum est cor meum, purus sum
à peccato? In hoc enim uersu, studium rectè ui-
uendū suadet: in illo, præsumptionem propriæ
puritatis dissuadet, in isto munditiæ & rectitu-
dinem, qualis in hac uita iustorum esse potest,
docet habendam: in illo, subtilitatem diuini exa-

minis, qua hominum facta & intentiones diju-
dicat, monet semper ante oculos habendam.
Vnde & illud locū antiqui interpretes ita tran-
sulerunt: Cum sederit rex iustus in solio iudicij,
quis gloriabitur castum se habere cor? aut quis
gloriabitur mundum se esse à peccato? Qui &
hunc, quem exponimus, uersiculū manifestius
posuere, dicentes: Iuuenis qui cum iusto est, di-
recta erit uia illius. Qui cum sapientibus gradi-
tur, sapiens erit. Sicut e contrariò, amicus stul-
torum efficietur similis.
Aurem audientem, & oculum uidentem, Dominus fecit
utrumque.] Aurem audientem dicit, auditorem
uerbi obedientem: Oculum uidentem, docto-
rem eruditum. Nemo cum scripturarū se scien-
tia institutum, & ad dicendum uerbum Dei ui-
derit idoneum, despiciat simplicitatem fratris:
qui etsi minus doctus ad prædicandum, non ta-
men minus promptus est ad discendum, uel ad
implendum bona quæ didicit. Sed recolat, quia
quæ sibi maiorem scientiæ gratiam dedit, ipse
fratri, quæ habet spiritualia dona, tribuit. Nec si-
bi propter se solummodo, sed etiam propter
fratris commoda, tribuit dona quæ uoluit: dans
unicuique gratiam secundum mensuram dona-
tionis suæ.
Noli diligere somnum, ne te egestas opprimat, aperi oculos
tuos, & saturare panibus.] Noli diligere somnum pec-
cati & inertie: de quo Apostolus ait, Hora est
iam nos de somno surgere: ne te si nunc bene ui-
gilare non uis, egestas in futuro illa grauissima,
ubi nec stillam aquæ unā sitiens inuenire queas,
occupet. Aperi oculos tui cordis ad uigilias san-
ctas, & saturitatem tibi gaudiorum cœlestium
bene uiuendo conquire.
Malum est, malum est, dicit omnis emptor, & cum recesserit,
tunc gloriabitur.] Ergo & is qui æterna præmia
in cœlis comparare desiderat, malum est quod
in præsentia debet sustinere: ut cum recesserit de
mundo, tunc gloriatur: aperte perspicens, quia
non sunt condignæ passionis huius temporis
ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.
Aurum & multitudo gemmarum, & uas preciosum, labia
scientiæ.] Hæc est gloriatio sapientis emptoris,
qui quandiu emerit, malum esse dicit quod se-
cum agitur: cum autem recesserit, letabitur se sa-
pienter emisse. Sic etiam celestis regni emptor,
ubi hinc recesserit, exultabit, comperiens labia
scientiæ, id est doctrinæ spiritualis, qua usus est in-
cōparatione cœlestium, auro, gemmis, & uasis
esse assimilanda preciosis.
Suauis est homini panis mendacij, & postea implebitur os
eius calculo.] In quocumque membro quis amplius
peccauerit, in eo amplius in ultione patietur
tormenta. Vnde rectè, qui in lingua magis deli-
quit, in ea plus arsurus esse perhibetur, dum os
eius calculo, qui est lapis ignitus, implendum esse
refertur. Quod accidisse constat diuiti illi, qui e-
pulabatur quotidie splendide, cum in inferno ar-
dens refrigerari sibi à Lazaro linguam petebat.
Nam qui in uerbis superuacuis, in epulando de-
fluxerat, in lingua amplius ardebat,

Ei qui

Et qui reuelat mysteria, & ambulat fraudulenter, & dila-
tat labia sua, ne cōmisceris.] Si quis uoluerit tuis mi-
sceri amicitijs, et uideris hunc prioris amici pan-
dentem secreta, hunc uelut perfidum caue.
Hereditas, ad quam festinatur in principio, in nouissimo
benedictione carebit.] Qui per auaritiæ nequitiam
in hac uita multiplicari appetunt, in futuro ab æ-
terno patrimonio exheredes fiunt. Aliter: Hæ-
reditas ad quam festinatur in principio, in nouis-
simo benedictione carebit. Qui gradum regimi-
nis, priusquam subesse didicerit, præposterus ac-
cipit: in nouissimo, mercede benedictionis, que
bonis rectoribus debetur, carebit. Qui ad mini-
sterium altaris indoctus & temerarius accesserit,
& ipse in die nouissima gratiam remunera-
tionis, quæ bene ministrantibus re promittitur,
perdet. Potest & ita accipi: quia qui in præsentia
suas uult uindicare iniurias, hic corona patien-
tiæ in futuro carebit. Cui sensui potissimum ui-
detur conuenire quod sequitur:
Ne dicas, Reddam malum: expecta Dominum, & libera-
bit te.] Quod etiā uersiculo sequenti astruit, cum
dicit:
Abominatio est apud Deum pondus & pondus, statera do-
losa non est bonum.] Duplex namque est pondus, &
stateram habet in corde suo dolosam, qui dum
peccauerit, ipse ueniam petit à Domino, & ni-
hilominus peccanti in se homini ac poenitenti
quod peccauit, dimittere non uult. Eum, qui
Deus est, flectere ad miserandum precibus sa-
tagit: cum ipse homo existens, nullis hominum
precibus flecti ad misericordiam possit, qui iure
quasi iniquus pōderator abominabit à Domi-
no, quia suas iniurias grauiōres quam Domini
mensuratur. Verbi gratia, nolens indulgere ei
qui suam uxorem polluit, & postulans sibi in-
dulgere cum forte desponsatam Christo uirgi-
nem maculauerit: uel certe, animam suam Deo
in baptisinate consecratā aliquam uitiorum sor-
de cœdauerit.
A Domino diriguntur gressus uiri.] Quicumque homi-
num gressus rectum iter incedunt, non sit hoc li-
bertate humani arbitrij, sed gubernatione illius,
cui dicit Esaias, Omnia enim opera nostra ope-
ratus est in nobis. Quis autem hominum intel-
ligere potest uiam suam? In hoc, inquit, mani-
festum claret, quia quicquid boni habet quisque,
à seipso non habet: sed gratia Dei, quod nec
per sui libertatem arbitrij, qualis futurus sit,
qualiter uel quandiu uicturus intelligere po-
terit.
Ruina est hominis deuorare sanctos, & post uota tracta-
re.] Cum peccatū sit ulli hominū nocere, quan-
to magis est, cum quis sanctos Dei offenderit
siue læserit, & quasi uile mancipium pro libito
sux uoluptatis eos tractare non timuerit: Quo-
modo xl uiri in Actibus apostolorum deuoue-
rint, se nō manducatuos, nec bibituos, donec
occiderent Paulum. Et pagani saepe, ut legi-
mus, dijs suis Christianorum sanguinem deu-
uerunt. Hunc uersiculum antiqua editio iuxta
aliū sensum posuit, dicens: Muscipula est ui-

ro tacito aliquid de suis consecrare: postea au-
tem quam uotum fecerit, poenitentiam agit. Et
quia utrosque, & eos uidelicet qui sua uota con-
temnunt, & eos qui ut sua uota compleant, san-
ctos persequuntur, damnatio restat æterna, re-
ctè subditur:
Disperat impios rex sapiens, & curuat super eos fornicem.
Moris autem fuisse antiquorum, ut adepta de
hoste uictoria, fornices sibi erigerent, in quibus
uirtutum suarum laudes describerent: ut in Saulis
opere legimus. Dominus ergo rex noster
non solum impiorum destruit malitiam, sed &
magnum cum electis suis eiusdem triumphij glo-
riam perpetuo celebrat. Hunc uersum alia tran-
slatio sic habet: Ventilator impiorum rex sa-
piens, & immittet illis rotam malorum, id est
poenam nullo sine consummandam. Cui uide-
licet rotæ contraria est corona uitæ æternæ, quæ
re promittit Deus diligentibus se.
Lucerna Domini spiraculum hominis, quæ inuestigat om-
nia secreta uentris.] Diuini afflatus illuminatio, cum
in mentē hominis uenerit, eam sibi metipsum illu-
minans ostendit: quia ante spiritus sancti aduen-
tū cogitationes prauas portare poterat, & pen-
sare nesciebat.
Exultatio iuuenum, fortitudo eorum: & dignitas senum,
canities.] Canitiem sapientiam dicit. Tunc ete-
nim ciuitates cuiusque bene ordinatæ, tunc
res sanctæ Ecclesiæ rectè aguntur, cum & for-
tiores quique uiribus, necessarijs insistant ope-
ribus: & seniores maiore prudentia præditi, de
his quæ agenda sunt, salubriter consulunt.
Liuor uulneris absterget mala, et plaga in secretioribus uen-
tris.] Cum enim exterius percutimur, ad pecca-
torum nostrorum memoriam taciti afflictij re-
uocamur. Et per hoc quod foris patimur, magis
intus quod fecimus, dolemus: sicque fit, ut inter
uulnera aperta corporis, magis nos abluat pla-
ga secreta uentris: quia sanat nequitias prauis o-
peris, occultū uulnus doloris. Solet quippe uen-
tris appellatiōne mens accipi: quia sicut uenter
consumit escas, ita mens pertractando exco-
quit curas.
CAPVT XXI.
Sicut diuisiones aquarum, ita cor regis in manu Domini.]
Quare cor regis, & non potius omnium ho-
minum in manu Dei esse perhibet? cum scri-
ptum sit, Quia in manu eius sunt omnes fines
terræ. Nisi forte regem sanctum quemque appel-
lat, qui uitiorum bella in seipso uincere, uirgulta
malitiæ nouit extirpare. Sicut enim Dominus
multifarijs aquarum diuisionibus terrarum fi-
nes late simul, & aeris implet, regit quoque a-
quis superiora cœlorum: ita cor regis quocun-
que uoluerit, inclinatur. Quia sicut diuisiones gra-
tiarum iuxta suam uoluntatem, & angelis & ho-
minibus tribuit: ita etiam corda sanctorum qui-
buscunque uoluerit, digna donationibus reddit.
Neque ullum habet Pelagianista locum, quo abs-
que Dei gratia quis saluus fieri possit.
Perversa uia, uiri aliena est: qui autem mundus est, rectum
opus eius.] Iuste coram Domino uiuere, proprium
est hu-

RR

est hu-

Eccl. 12.

est humanae conditionis. Vnde alibi dicit, Deum time, & mandata eius obserua: hoc est enim omnis homo. At qui peruerse uiuit, alienam profectio a natura humana uiam incedit. Peruerfa ergo actio aliena est, & contra naturam. Qui autem mundus est in opere, hic recte, quod per naturam originaliter sumpsit, exequitur.

Melius est federe in angulo domatis, quam cum muliere ligiosa in domo communi. Ad eod uerum est, melius esse ut sedeat in angulo domatis, id est, in secreta altitudine uitae continentioris, quam cum muliere mala in domo, quae sit tibi communis cum illa, ut etiam si optima tibi mulier ducenda offeratur, melius sit contempto connubio propter comitatum agni coelibem ducere uitam.

Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur. Generaliter haec accipienda sententia, & non egeno tantum, uel corporaliter infirmo. Nam & qui in criminibus alienis non affectu misericordiae condolere, sed iudicantis manu tenere censuram, ostendit se necdum uictorum fortibus eliquatum, nec auditu diuinae miserationis existere dignum.

Munus absconditum extinguet iras, & donum in sinu, indignationem maximam. Qui ira districti iudicis, quam peccando meruit, placare desiderat, eleemosynas det pauperibus: & hoc nulla delectatione humani fauoris, sed tantum amore conditoris, qui cordium occulta respicit. Sic enim fit munus absconditum, sic ad mitigandam conditoris iram proficit, si nullo externae retributionis intuitu porrigatur. Sic impletur, quod ipse precepit: Pe autem facite eleemosynam, ne sciat sinistra tua, quid faciat dextera tua.

Gaudium iusto, est facere iudicium, & pauor operantibus iniquitatem. Gaudet iustus, cum bonis defudat operibus: quia sperat se propter haec bonis remunerandum esse perennibus. At uero reprobis dum mala, quae Deum prohibuisse norunt, faciunt, quamuis suae luxuriae perpetracione carnaliter delectentur, mentis tamen pauore interno carere non possunt: quia se mala perpetuo passuros pro his quae temporaliter male fecerint, non ambigunt.

Vir qui errauerit a uia doctrinae, in coetu gigantum commorabitur. Gigantes dicit immundos spiritus: de quibus beatus Iob, Ecce gigantes, inquit, genuunt sub aquis, & qui habitant cum eis: id est superbi & male fortes spiritus demoniorum, cum his, quos deceperint, hominibus, poenis subacti torquentur. Horum enim coetu sociantur, qui a uia ueritatis errauerint, ipso iudice attestante, qui se illis dicturum esse praedixit: Discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo & angelis eius.

Pro iusto, datur impius: & pro rectis, iniquus. Iusti & recti idem esse uidentur: sed distat inter impios & iniquos, quod iniqui sunt omnes reprobi: impii uero, qui maioribus implicati sceleribus, uel nunquam sanctae mysteria fidei perceperunt, uel post accepta ad apostasiam redierunt. Vnde potest hoc loco impios, omnes fidelium persecuto

res dictos accipi: porro iniquorum uocabulo generaliter omnes mali designari. Et pro iusto datur impius, cum pro martyre persecutor, qui eum morti dedit, punitur. Pro rectis iniqui, qui eorum iustam uitam uidentes, imitari uolebant. Damnatur Herodes non tantum pro innocentibus, quos impie neci tradidit: sed & argumentum damnationis accepit, quia fidem magorum sequi ad quaerendum Dominum noluit, cum esset inter Iudaeos, & prophetarum dicta cognosceret. Hinc etenim Dominus ait: Regina austris surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam, &c. Non quia ipsa sua uirtute ac potentia condemnabit, sed quia in eius comparacione condemnabuntur, qui deuotionem eius scientes, cum facilius multo possent, sapientiae curam dissimulabant habere.

Thesaurus desiderabilis, & oleum in habitaculo iusti: imprudens homo dissipat illud. Alacritas bonorum operum, Deo semper amabilis: & pinguedo dilectionis in sanctorum Ecclesia resulget. Quem uersiculum beatus papa Gregorius in Homelijs Euangelij, iuxta antiquam translationem posuit: Thesaurus desiderabilis requiescet in ore sapientis. Verum reprobi non tantum uirtutes non assequi, sed & persequi, & quantum ualent, in bonis obruere festinant. Potest sane hic uersus de quolibet martyrum accipi, in cuius habitatione, id est corpore, anima sancta Dei uidelicet thesaurus seruetur, abundet & unctio gratiae spiritalis. At persecutor imprudens huiusmodi habitaculum dissipare potest: thesaurum uero, qui habitaculo tenebatur, & oleum nequaquam tangere potest. Vnde Dominus docet, non timere eos qui occidunt corpus, et post haec non habent amplius quid faciant.

Ciuitatem fortium ascendit sapiens, & destruxit robur fiducia eius. Ciuitatem fortium, mundum dicit, qui quondam malignorum spirituum tyrannidi stultae subactus seruebat, habens fiduciam uitae in cultu eorum, qui non sunt dii, sed opera manu hominum. Hanc ciuitatem intrauit natus ille in carne, qui est Dei uirtus, & Dei sapientia. Destruxit per suos praedicatores cultum deorum, in quibus fuere confisi, ueritatis ignari: atque in fide caelestium docuit habendam esse fiduciam, quae nunquam posset destrui. Sed & quotidie ciuitatem fortium ascendit sapiens, & destruit robur fiducia eius, cum aliquis fidelis doctor argumenta philosophorum uel haeticorum, uel etiam contumaces carnalium fratrum contradicciones, quibus scelera sua defendere & alleuare nituntur, assertionem fidei, & ecclesiastica castigationis disciplina redarguit, atque euiscerans annullat.

Testis mendax, peribit: uir obediens, loquitur uictoriam. Qui se Deo seruire testatur, nec factis dicta exequitur, peribit. Qui autem fideliter ut promittit, iussis subditur diuini, huius loquela ad uictoriam peruenit: quia dum per obedientiam sua desideria uincere satagit, per iustitiam iudicis postmodum uictoriae palmam percipit.

Vir im-

Vir impius procaciter obfirmat uultum suum, qui autem reclusus est, corrigat uiam suam. Iudas, quia impius corde erat, quanuis ipso Domino se redarguente, noluit mala coepa restringere: porro Petrus, quia rectus erat corde, id est, rectitudinis amator, respiciere se Domino, mox poenitendo correxit, quod negando deliquit.

Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Deum. Quaecumque consulantur & sapiunt haeretici, nihil est, & uanum & inutile.

Equus paratur ad diem belli, Dominus autem salutem tribuit. Hominis quidem est Deo deuotum tempore persecucionis animum praeparare, corpus offerre discrimini: sed diuini est adiutorij, ut coepto laboris, agonis uictoria, salusque succedat.

CAPVT XXII.

Melius est nomen bonum, quam diuitiae multae. Nomen bonum dicit, non quod a turbis uulgi imperiti, sed quod fidelium, quanuis paucorum testimonio laudetur. Neque enim bonum habere nomen refugit, sed a bonis solum quaerebat laudari, qui ait: Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Nomen ergo bonum est, nomen religionis, quod diuitijs mundialibus iure praefertur. Nam etsi mundum quis lucraretur uniuersum, merito hunc contemneret, tantum ut nomen eius scriberetur in caelo, eiusque memoria, & inter angelos, & inter homines sanctos figeretur aeterna.

Super argentum & aurum, gratia bona. Illam significat gratiam, cum quis pro bono opere laudatur a bonis, immo pro collatis ei donis meritorum, glorificatur pater qui in caelis est.

Dives & pauper obuauerunt sibi, utriusque operator est Dominus. Neque diuitem propter diuitias & honores, neque pro inopia pauperem despicias: sed hoc in utroque merito uenerare, quia opus sunt diuinum, quia ad imaginem Dei, & similitudinem facti.

Callidus uidet malum, & abscondit se: innocens pertransit, & afflicus est damno. Multi ex principibus crediderunt in Domino, sed propter Pharisaeos non cofitebantur, ut de Synagoga non eicerentur. Quia enim erant callidi, uidebant malum persecucionis, quod imminerebat, & absconderunt fidem pietatis, quam parumper coeperant. Innocentes uero Apostoli pertransierunt itinere recto professionis, quo coeperunt, & afflicti sunt uerbera, uinculis, carcere, & ipsa etiam morte multati. Vtrorumque autem exemplum multi usque nunc, & in certamine fidei, & in communibus sequuntur actibus. Hunc uersum antiqui interpretes manifestius, sed in alio sensum transulerunt. Astutus uidens nequam puniri ualde, ipse disciplinam accipit: insipientes autem praereunt, damno afflicti sunt.

Finis modestiae, timor Domini, diuitiae, et gloria, & uita. Modestiam dicit constantiam operum bonorum: timorem uero Domini, illum qui permanet in seculum seculi. Quia nimirum perfectio uirtutum est ad hunc animi statum conscende-

re, quo gratiam conditoris, uel in modico timeamus offendere. Nihil profus eius memorie preponentes, quae alibi charitas uocatur, perfecta foras mittens timorem, seruilem uidelicet & incipientem, quo metuit quisque ne forte peccando poenis mereatur subigi. Quod autem subiungit, Diuitiae, & gloria, & uita: in futuro significat. Finis ergo modestiae timor Domini, diuitiae, & gloria, & uita. Quia nimirum perfectio uirtutum est in hac uita, ut timeamus Dominum timore sancto, hoc est sincera illius dilectione colamus. Finis uirtutum in futuro, ut diuitas haereditatis promissae regni caelestis, gloriam & uitam sine fine percipiamus a Domino. Vnde Petrus ait: Quem cum uideritis, exultabitis laetitia inenarrabili, & glorificata, reportantes finem fidei uestrae, salutem animarum uestrarum.

Arma & gladij in uia peruersi, custos animae suae, longe recedit ab eis. Dupliciter intelligendum, quia peruersi & armati sunt semper ad nocendum proximis, uerbo uel opere scelesto, & ipsos parata semper expectat ultio diuini examinis. Qui uero animam suam in aeternum saluari procurat, longe refugit ab huiusmodi armis & gladijs: quia et mentem, manumque suam a proximorum laesione refrenat, & ne animaduersione districti iudicis ipse feriat, intenta mente praecauet.

Prouerbum est, adolescens iuxta uiam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea. Constat plerisque in senectute, Domino donante, mutari a uitijs, quae adolentes habuerant: & contra, nonnullos illo deserente se deserere circa senium uirtutes, quibus in adolescentia uidebatur illustrati. Sed quia multo sapius quisque mores quibus ab adolescentia imbutus est, in reliquum uitae tempus exequi consueuit, prouerbum esse dicit, quia quod adolescens quisque coeperit, in senecta non mutauerit. Non tamen ipse semper ita euenire confirmat. Idcirco autem huiusmodi prouerbum ponit, ut auditores suos a prima aetate uirtutibus studere persuadeat, ne forte in senectute non possint discere studia, quibus in tenera aetate mancipari despexerant. Nam & quo semel est imbuta recens seruibat odorem testa diu. Et Graeca narrat historia, Alexandrum potentissimum regem, orbis dominatorem, & in moribus & in incessu Leonidis paedagogi sui non potuisse carere uitijs, quibus paruulus adhuc fuerat infectus.

Dives pauperibus imperat, & qui accipit mutuum, seruus est feneratoris. Patet iuxta literam. Sed & diuites uirtutibus in iudicio occulti inspectoris principantur eis: immo eorum futuri iudices existunt, qui uirtutum diuitijs carent. Et qui uerbum salutaris doctrinae accipit a doctore, seruus est eiusdem doctoris, id est debitor implendi omnia quae illi magisterij caelestis iure praecipit.

Qui seminat iniquitatem, metet mala. Certum est, quia his qui uel uerbo uel exemplo docet iniquitatem, recipiet uindictam: sed quia sequit, Et uirga

RR 2 ira sua

iræ suæ consummabitur: illam maximè iniquitatem uidetur dicere, quæ immitti & impia mente peragitur, ut est latrocinia exercere, homines seruitio premere, tormentis laniare, morte perimere, bouem uiduæ pro pignore auferre, ipsam de aduersario, cum possit, uindicare non uelle. Talis etenim merito uirga iræ suæ consummabitur: quia sicut Dominus ait, Omnis qui acceperit gladium, gladio peribit: id est, qui iniuste in alios saeuirunt, ipsa saeuitia sibimet interitum consciscunt. Verum quia dixerat de impio, sequitur e contrariò de pio:

Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur: de panibus enim suis dedit pauperi. Huius simile est illud iudicis eiusdem, qui misericordes ab impijs discernens, ait: Venite benedicti patris mei, possidete regnum paratum uobis à constitutione mundi: quia esuriui, & deditis mihi manducare, & cætera. Possunt autem panes, qui pauperi dantur, non solum alimenta carnalia, sed etiam doctrina spiritalis, qua anima reficitur, intelligi.

Eijce derisorem, & exibit cum eo uirgum, cessabuntq; contumelia. Hic hæreticum, quem corrigere non potes, ab Ecclesia: & cum illi libertatem abstuleris prædicandi, catholica paci auxilium præstas.

Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam laborum suorum, habebit amicum regem. Qui mundo corde rectè prædicat, inter illos connumerabitur, de quibus eidem regi et conditori seculorum propheta dicebat: Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus. Nam si quis gratiam laborum recta prædicando præmonstrat, cordis autem munditiam custodire dissimulat, nequaquam talis æterni regis amicitia frui posse, putandus est.

Oculi Domini custodiunt scientiam, & supplantantur uerba iniqui. Superna inspectio custodit semper in Ecclesia scientiam ueritatis, quam docuit: uerba hæreticorum, immò omnis sermo pietati & iustitiæ contrarius, quia Domino regente non seruat, cum suo authore subuertitur.

Dicit piger leo foris, in medio platearum occidendus sum. Dicit sæpe in animo suo is qui ad agenda opera bona piger est, ad confitendam fidem quam corde tenet timidus, Non audeo fidem, quã teneo, foris profiteri, ne me persecutor impius, quia fidelem audit, perimat. Timeo ad exercendas uirtutum actiones in publicum progredi, ne forte me uel antiqui hostis aduersitas grauior tentet: uel etiam homo quilibet peruersus cum suorum turba derideat, conuicijs confundat, iniurijs afficiat: aut sicut multos iustorum, qui ab eius uita discordant, tormentis & morte consumat. Leo est, inquit, foris, in medio platearum occidendus sum. Quod est aperte dicere, Et uerba & opera uirtutum ubi ostendi foris cœperint, statim persecutio uel hominum uel spirituum comitatur immundorum. Nec ualeo tentationibus resistere, sed in ipsis boni propositi uincar inceperis.

Fouea profunda os alienæ, cui iratus est Dominus, incidit in illam. Qui uerba uel oscula meretricis libenter amplectitur, quasi ianuam sam gehennalis pulsat abyssi, citoq; mergetur, si pedem cautius non retrahit, si non membra cætera à uitijs cohibet foueæ pœnalis, quam nullus omnino nisi filius iræ illabitur.

Stultitia colligata est in ore pueri, & uirga disciplinae fugabit eam. Multos nouimus pueros sapientia præditos. Nam Hieremias puer prophetiæ ministerium suscepit. Et Daniel scribit, Quia Deus dedit pueris abstinentibus scientiam & disciplinam in omni uerbo & sapientia. Vnde restat intelligere, quia pueros hoc loco, non ætate, sed sensu paruulos significet: quales esse uetabat apostolus eos, quibus ait, Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote. Huiusmodi enim pueros, id est, animos stultitiæ, uel lascitiæ, uel inertitiæ deditos, necesse est iuuenili disciplina castigari, & ad iustum uitæ tramitem, prudentium uigore perducere.

Qui calumniatur pauperem, ut auget diuitias suas, dabit ipse diuitem, & egebit. Constat, quia rapaces, & que pauperibus auferunt, & que iuste uidentur possidere, pariter omnia perdunt, cum in examine diuinitatis iudicis poenas pro his, quæ gessere recipiunt: sed & is qui pauperem spiritu fratrem calumniatur, uirtutibus eius detrahendo, ut per huius uituperationem ipse diuitias quas desiderat, auget: id est, gloriam laudis humanæ maiorè, quasi sanctior accipiat: merito talis calumniator, quicquid bonæ actionis habere uidebatur, amittit, & à fructu uirtutum uacuus in fine manebit.

Hucusq; pertingit titulus Parabolarum Salomonis, qui supra positus est: ex quo nouum locutionis genus probatur assumplisse, ut ea quæ diceret, non quasi ad alium què doceret loquendo, sed uelut solus secum ratiocinando uideatur affari. Quorum uidelicet Parabolarum primus est uersiculus, Filius sapiens lætificat patrem: filius uerò stultus, mœstitia est matri suæ. Vltimus iste, ad què usq; explanando peruenimus. Hinc, ad priorem loquendi modum reuertitur, ut specialiter ad eum quem instruit, uerbum faciat: quod ita incipit,

Inclina aurem tuam, & audi uerba sapientium: appone autem cor ad doctrinam meam. Pulcherrimum initium ponit nouæ locutionis, ut aurem pariter ad audiendum, & cor apponere ad intelligendum, quæ sapientes loquantur, eum, quem erudit, iubeat.

Quæ pulchra erit tibi, cum seruaeris eam in uentre tuo, & redundabit in labijs tuis. Aspera sæpe uidetur insipientibus, & insauis doctrina sapientiæ: sed cū eius uirtutè intimo corde perceperint, cum operibus seruare: cum hanc quoq; labijs propinare fratribus didicerint, pulchriorem hanc cæteris dogmatibus esse deprehendent.

Ecce descripsi eam tripliciter tibi, in cogitationibus & scientia, ut ostenderem tibi firmitatem, & eloquia ueritatis. Tripliciter auditori doctrinam descripsit suam, quia

quia cogitare, loqui, & operibus hanc exercere præcepit. Quia descriptione triplici totus iste libellus, si quis bene considerat, plenus refulget.

Non facias uolentiam pauperi, quia pauper est: neq; conteras egenum in porta, quia Dominus iudicabit causam eius. Potest de quolibet paupere uel egeno accipi: de quo dictum est, Tibi enim derelictus est paruulus, pupillo tu eris adiutor. Verum quia sequitur, Et configet eos qui confixerunt animam eius. Melius de illo intelligitur, Qui cum diues esset, pauper factus est pro nobis. Nec solum pauperari, ut nos ditaret, sed etiam ut nos redimeret, crucifigi dignatus est. Prohibet ergo sapientia suos auditores Domino, in carne prædicanti uolentiam mortemq; inferre, quia nimirum certus restat interitus eis, qui in authorem uitæ manus mittere non timuerunt.

Noli esse amicus homini iracundo, neque ambules cum uiro furioso, ne forte discas semitas eius, & sumas scandalum animæ tuæ. Et hæc cum de omni iracundo uel furioso possint generaliter accipi, tamè nihil prohibet de illis, qui contra Saluatorem & discipulos eius uæ sana mente furebant: à quorum amicitia & comitatu prohibentur, quicumq; in eum credentes, curam suæ salutis agebant, ne ex uicinia prauorū etiam ipsi perirent. quod Iudæa Scariothis casu fieri posse probatum est. Generaliter autem dicendū, quod sicut perfecti uiri peruersos proximos non debent fugerè, quia illos sæpe ad rectitudinem pertrahunt, & ipsi ad peruersitatem nunquam trahuntur: ita infirmi quique societatem debent declinare prauorum, ne mala, quæ frequenter aspiciunt, et corrigere non ualent, delecentur imitari.

Noli esse cum his qui defigunt manus suas, & qui uades se offerunt pro debitis. Si enim non habes unde restituas, quid causa est, ut tollat operimentum de cubili tuo? Noli esse cum his qui se cum essent liberi, ac sibi met uacantes, defigunt in cura salutis malorum, spontentes se rationem pro eorum animabus Domino reddituros. Si enim ille, pro quo spondidisti, non habet bona opera, quibus te liberum ac securum reddat tuæ sponsonis, quid tibi utile est, ut ipse in die iudicij pro eius anima iudicis, amittasq; habitum iustitiæ, quo indutus esse uidebaris? Vnde & Dominus, Melsis quidem multa, operarij autem pauci.

Frigus niuis in messe, aliquantula est quies prædicantium à persecutione repugnantium. Rectè ergo dicitur, sicut frigus niuis in die melsis, ita legatus fidelis ei qui misit eum, animam illius requiescere facit. Quia sicut optabile est prædicantibus uerbis, cum ab infidelium rabie fortè aliquid refrigerij accipiunt, nec facultas docendi negatur: ita ipsi qui ad prædicandum eos misit, Domino gratum esse constat, cum acceptam ab eo legationem etiam inter aduersa obstantium fideliter implent. Deniq; ut Lucas refert, reuersus à prædicationis officio discipulis, exultans spiritu sancto, patri gratias obtulit, dicens: Confiteor tibi pater Domine coeli & terræ, &c.

Nubes & uentus, & pluuia non sequentes, uir gloriosus,

& promissa non complens. Huius simile uidetur quod superius ait, Ne lactes quæquam labijs tuis. Sed ille uersiculus specialiter hoc continet, ne promittendo hominem suscipias, & non complendo decipias: iste uerò uersiculus et hoc continere potest, & illud quod dicit Apostolus, Habentes speciem pietatis, uirtutem eius negantes.

Patientia lenietur princeps, & lingua mollis confringet duritiam. Quamuis Dominum peccando offendisti, potes tamen eius mereri clementiam, si patienter aduersa, quæ tibi pro peccatis irrogantur, pertuleris, humiliq; satisfactione duritiam donaueris contumaciæ prioris.

Mel inuenisti, comede quod sufficit tibi, ne forte saturatus euomas illud. Dulcedinem inuenisti celestis intellectus, quæ spiritalium patrum officio, quasi prudentissimarum apum tibi labore ministrata est. Vide ergo ne in ea plus sapere appetas, quod oportet sapere, ne dum summa intelligere ultra uires quæris, etiam quæ bene intellexeris, amittas. Potest autem in hoc uersu typicè dictum intelligi, quod in sequenti aptè subiicitur:

Subtrahè pedem tuum de domo proximi tui, ne quando scitatus oderit te. Et si enim proximi cuiuslibet allocationem uel uisitationem melle dulciorem inuenis: melius tamen est, ut rarius ueniendo facias eum semper diligere tuum aduertum, quam ut uel una uice tandiu cum illo maneat: uel totiens ad eum uenias, donec te uidere fastidiat, & ne redeas, quærat.

Dens putridus, et pes lassus, qui sperat super infideli in die angustia, & amittit pallium in die frigoris. Et Hieremias ait: Maledictus qui spem ponit in homine, et ponit carnem brachium suum. Qui rectè denti putrido, & pedi lasso comparatur: quia qui illud unicum bonum hominis, hoc est adherere Deo, & ponere in Domino Deo spem suam nescit: iste nec uitæ suscipere cibum, nec mansionem potest desideratæ salutis attingere. Et talis amittit pallium in die frigoris, quia etsi in serenitate uitæ presentis habitu religionis uidetur indutus, ubi tamen distinctio iusti iudicis ingruerit, nudus omnimodo ab ornatu iustitiæ apparebit, nec eorum confortio dignus. De quibus scriptum est, Beatus qui uigilat, & custodit uestimenta sua, ne nudus ambulet, & uideant turpitudinem eius.

Acetum in nitro, & qui cantat carmina corde pessimo. Nitrum à Nitria provincia, ubi maximè nasci solet, nomen accepit: nec multum à salis Amoniaci specie distat. Nam sicut salem in littore maris feruor efficit solis, durando in petram aquas marinas, quam maior uis uentorū, uel ipsius maris feruor in littoris ulteriora proiecerit: ita in Nitria, ubi æstatis pluuia prælixiorum tellurem infundunt, aderit ardor sideris tantus, qui ipsas aquas pluuiales pro latitudinem arenarum concoquat in petram salis quidem, uel glaciæ aspectui simillimam: sed nil gelidi rigoris, nil falsi faulis in caumate durare, atq; in nubiloso aere fluere, ac liquefieri solet. Hanc indigenæ sumentes,

Hier.

seruant, & ubi opus fuerit, pro lauamento utuntur. Vnde Iudæa peccanti dicit Propheta, Si laueris tenetio, & multiplicaueris tibi herbam Borith, maculata es iniquitate tua, dicit Dominus Deus. Crepitat autem in aqua quomodo calx uirtu, et ipsa quidem disperit, sed aquam lauatiōni habilem reddit. Cuius natura, cui sit apta figure cernens Salomon ait, Acetum in nitro, & qui cantat carmina cordi pessimo. Acetum quippe si mittatur in nitro, protinus ebullit: & peruersa mens, quādo per increpationem corripitur, aut per prædicationis dulcedinem bona suadetur, de correptione fit deterior: et inde in murmurationis iniquitatem succenditur, unde debuit ab iniquitate compesci.

Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitierit, da ei aquam bibere. Et de corporalibus alimentis, & de spiritalibus potest intelligi.

Prunas eius congregabis super caput eius, et Dominus redet tibi. Non de incendijs pœnarum dicit, neque enim doceret sapientia, ut bona inimico, perditionis causa, ministraret: sed prunas super caput eius, ardorem charitatis in corde eius significat. Fit enim nonnunquam, ut inimicus crebris uictus beneficijs, odiorum rigore mollito, calorem in mente charitatis excipiat, ac de inimico amicus fieri: & eum quem iniuste oderat, reclamare incipiat.

Ventus aquilo dissipat pluias, & facies tristis linguam detrahet. Si hilari uultu audieris detrahentem, tu illi das fomitem detrahendi: si uero tristis uultu hæc audias, ut dixit quidam uir, discit non libenter dicere, quod didicerit non libenter audiri.

Melius est sedere in angulo domatis, quam cum muliere litigiosa in domo communi. In domo, doma & excelsus & secretus est locus. Quod enim doma Græcè, latine dicitur tectum. Denique in Actibus apostolorum, ubi Petrus in superiora ad orandum ascendit: pro superioribus, in Græco doma scriptum. Melius est ergo in altitudine uirtutum manere quempiam liberum à uinculis uxoris, & a seculi huius secretum desiderijs, quam cum carnalis usus uoluptatis, quotidianis nefariæ mulieris contumelijs affici.

Aqua frigida animæ sitienti, & nuncius bonus de terra longinqua. Dicit Psal. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea, & cætera. Aqua frigida ergo, quæ sitientis ardorem restinguat, & nuncius qui de longè ueniens noua quælibet & inopinata gaudia portet, assimilatur: quia & dulcedo diuinæ uisionis animam diu desiderantem consolatur, atque ab æstu præsentium tribulationum liberam reddit: & angeli quotidie de terra longinqua, hoc est cælestis patria descendentes in mundum iustos, uel inter tentationes spe cælestium roborant, uel in suis tentationem certaminibus ad palmam perpetuæ retributionis inducunt.

Fons turbatus pede, & uena corrupta, iustus cadens coram impio. Fons & uena, uitæ est os & lingua iusti, qui meditatur sapientiam, et loquitur iudicium. Et si

hunc à diabolo superari, atque in casum redigi cogitauerit, merito fons turbatus aduersario conculcante, et uena dicitur corrupta. Evenit enim sæpe, ut qui maiore scientia præditi fulgebant, ad ultimum plus uolentes sapere quam fragilitati humanæ concessum est, in insipientiæ foueam decendant. Vnde subiungitur,

Sicut qui mel multum comedit, non est ei bonum: sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur gloria. Dulcedo enim mellis, si plus quam necesse est, sumitur, unde delectatur os, inde uita comedentis necatur. Dulcis quoque est requisitio maiestatis: sed qui plus hanc scrutari appetit, quam humanitatis agnitio permittit, ipsa hunc eius gloria premit: quia uelut mel sumptum immoderate, perscrutantis sensum, dum non capitur, rumpit. Non hoc autem solum quisque sapiens attendere debet, ne altiora se quærat, & ne fortiora scrutatus sit: uerum etiam ne ea quæ recte atque utiliter scire potuit, immoderatis sermonibus sibi met minus utilia reddat. Vnde adhuc apte subiungitur:

Sicut urbs patens, & absque murorum ambitu, ita uir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Si enim murum silentij non habet, patet inimici iaculis ciuitas mentis. Et cum se per uerba extra semetipsam iacit, aperta se aduersario ostendit: quam tanto ille sine labore superat, quanto et ipsa que uincitur, contra semetipsam per multiloquium pugnat.

CAPVT XXIII.

Quomodo nix æstate, & pluuia in messe, incedens est stulto gloria. Et hic uersiculus ne indoctis honor docendi committatur, præmonet. Nix nanque æstate, & pluuia sunt in messe: persecutiones infidelium in tempore prædicationis Euangelicæ, quæ dum grauiore fortè insistant, & calorem in multis impediunt dilectionis, & fruges bonæ operationis sædant. Quibus recte gloria, quæ stulto confertur, messi similis asseratur: quia si indocto cathedra docendi tribuitur, æque per hoc Ecclesia infidelium persecutione læditur: quod esse uerissimū, Arriane tempestatis clamitas probauit.

Nam sicut uis ad alta transuolans, & passer quolibet uolans: sic maledictum frustra prolatur, in quempiam superueniet. Verba quidem recte aures comparantur, quod sonando per aera transuolant, ab ore uidelicet loquentis ad aures usque audientis: sed distant in eo, quia potest fieri, ut uis quolibet uolans, eo loci resideat, ubi nil ei certæ necessitatis aut utilitatis suppetat. Verba autem quæ loquimur, non quolibet dispersa in uentum desuunt atque euanescent, sed in authorem suum cuncta reuertuntur, & uel bene prolata iurant loquentem, uel male edita grauant, ita ut pro omni etiam ocioso uerbo rationem in die iudicij reddere cogamur. Quanto autem magis maledicta non solum ea quæ malitiosa mente in infonem iaculantur, uerum etiam illa quæ negligentium consuetudine passim in quoslibet proferruntur, non alium, sed ipsum maledicium opprimunt.

Act. 8.

Math. 16. & 17.

1. Cor. 12.

primunt. Neque enim maledicti regnum Dei possidebunt. Non autem sine causa dicit, maledictum frustra prolatur: quia est & maledictum non frustra prolatur, sed iusta diuinæ distributionis ira in impios emissum: ut est illud beati Petri in Simonem Magum, Pecunia tua tecum sit in perditione. Et ea quæ in apostatas & hæreticos Ecclesiastica animaduersione proferuntur, anathema: de quibus Dominus eidem Ecclesiæ dicit, Quæcumque alligaueris super terram, erunt ligata & in coelis.

Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris similis ei. Responde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse uideatur. Non hæc inuicem sibi contraria debent uideri: non respondere stulto iuxta stultitiam suam, & respondere stulto iuxta stultitiam suam. Vtrumque enim pro temporum & personarum diuersitate concordat: dum & stultus contemnitur, quia non recipit sapientiæ: & stulta superbia, alia decurritur stultitia. iuxta quod & Apostolus ait, Factus sum insipiens, uos me cogistis.

Claudus pedibus, & iniquitatem bibens, qui mittit uerba per nuncium stultum. Potest forte euenire, ut sapiens quilibet stultum in legationem mittat, nesciens quia stultus est: nec tamē ipse sapientiæ suæ gloriam perdat, in eo quod de ignoto bono, quod audierat credidit. Sed qui hæreticum sciens mittit ad prædicandum populis, claudus est pedibus, & iniquitatem bibens: quod & operis boni foris incessum amisit, & interiora sui sensus haustu stultitiæ debriat.

Sicut qui misit lapidem in acernum Mercurij, ita qui tribuit insipienti honorem. Qui insipienti, id est hæretico confert honorem docendi, aut minus delinquit, quam qui deos & delubra gentilium cultu ueneratur inani.

Quomodo si nascatur spina in manu temulenti, sic parabola in ore stultorum. Spina nascitur in manu temulenti, cum in operibus eius qui carnalibus seruit illecebris, punitiones oriuntur scelerum. Quibus recte parabola, quam stultus proponit, assimilatur: quia et si uerba prudentiæ stultus dicere nouit, nihil in his tamen uitiorum punitiones, quibus uel seipsum, uel proximum laceraret, uitare non nouit. Sæpe nanque imprudens, in eo quod bono dicit, aut suam occulte laudem ab hominibus, aut uituperationem querit aliorum.

Sicut canis qui reuertitur ad uomitum suum, sic imprudens qui iterat stultitiam suam. Canis cum uomit, profecto cibum qui peccus deprimebat, eicit: sed cum ad uomitum reuertitur, unde leuigatus fuerat, iterum oneratur. Et qui admissa plangunt, profecto nequitiam, de qua male satiati fuerat, & quæ mentis intima deprimebat, confitendo projiciunt, quam post confessionem dum appetunt, resumunt.

1041.9.

Vidisti hominem sibi sapientem uideri, magis illo spem habebit insipiens. Hoc exponens Dominus, ait: In iudicium ego in hunc mundum ueni, ut qui non uident, uideant: & qui uident, cæci fiant.

Dicit piger, Leæna in uia, leo in itineribus. Sicut ostium uertitur in cardine suo, ita piger in lectulo suo. Multi cum uerba exhortationis audiunt, causantur de diabolo, dicentes: Velle quidem se uitam iustitiæ incipere, sed impediri à satana, ne hæc perficere possint: sicque huiusmodi excusationis sermonibus semper in lectulo sui torporis, sicut ostium in cardine uertuntur. Et modò exire ad operandum, modò ad quiescendum redire proponentes, in suis iacere prauitatibus nunquam desistunt.

Sapientior sibi uidetur piger septem uiris loquentibus sententias. Septem uirōs loquentes sententias illos dicit, qui septiformi spiritus gratia pleni, sanctæ scripturæ nobis scientiam ministrauerunt. Quibus se sapientiores stultis arbitrantur, quia sæpe nonnulli adeo mentem ab agendis his quæ Dominus præcepit, despicientes auertunt, ut ne hæc quidem omnia uel posse ab homine, uel debere impleri contendunt. Et quasi sapientiores his qui diuina eloquia scripserunt, ea facere hominē non posse autumant, quæ illi dicente spiritus sancto, hominē facere iusserunt: immo etiam que multos homines iuuante spiritus eiusdem gratia perfecisse monstrarunt.

Sicut qui apprehendit auribus canē, sic qui transit & impatiens, commiscetur rixæ alterius. Dicit Apostolus, Noli uerbis contendere: ad nihil enim uales, nisi ad subuersionem audientium. Quicumque ergo simplex sensu est, & duobus inter se iurgantibus mordaci sermone capta fuerit eius auricula, citò incipit & ipse, quasi canis latrare, & contentiones generare. sed hoc sapiens omnino deuitat.

Verba susurrantis quasi simplicia, & ipsa perueniunt ad interiora uentris. Susurrantem incertorem litis, & bilinguem appellat, qui simulat laudem uerborum, & querit audire unde iurgia seminet.

CAPVT XXIII.

Ne gloriaris in crastinum, ignorans quid superuentura pariat dies. Ne securus sis aliquando de futuro tempore: quia et si hodie te Domino seruire conspicis, qualis esse in futurum possit, quomodo uitam finire, prorsus præuidere non uales. Beatus enim homo, qui semper est pauidus.

Grave est saxum, & onerosa arena, sed ira stulti utroque grauior. Grave quidem satis est quenquam uel uno aliquo crimine capitali, quasi pondere saxi deprimi, uel quasi glareis arenæ innumeris, peccatis leuioribus onerari: sed utroque grauior ira stulti, quia nimirum hæc quo certius quam sint mala, patescunt, eo acrius animam, ut castigentur, compungunt. Ira uero, quia non corporale, sed spiritale est uitium, quo minus deprehenditur, eo amplius grauat. Vnde non absolute iram, sed iram stulti dicit saxo & arena grauiorem. Nam sapientes, quo modo actus suos ac sermones, ita mentis quoque motus solerter examinare & castigare satagunt.

Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor: impetum concitati ferre quis poterit? Non de omni ira dicit,

dicit. nam de mitissimo ac modesto uiro scriptum est: Quia exijt a Pharaone iratus nimis. Sed ira stulti dicit, cuius in priori uersiculo meminerat: quae ubi exanderit, mox uiscera pietatis amittit, & furore tantum suo nouit fraena laxare. Alioquin de utili ac necessaria ira dictum est, Melior est ira risu: quia per tristitia uultus, corrigitur animus delinquentis.

Melior est manifesta correptio, quam amor absconditus. Amorem absconditum hoc loco, amorem dicit illicium: ut est amor adulterinus, qui ob sui turpitudinem merito sapientibus, ne redarguatur, absconditur: cui iure manifestata correptio praefertur; quia absque ulla contradictione, melius est quempiam desiderio corrigendi palam corripere, quam studio simul peccandi clanculo diligere.

Meliora sunt uulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis. Melius est a Domino, qui nos ut filios pater erudire consueuit, uulnera & afflictionem perpeti, quam diaboli blandimentis decipi: qui ut nos celesti haereditate priuet, nostris fauere solet erratibus, quasi leue sit malum quod agimus, & ultra modum peccatorum nostrorum fauens tribulatio, quam Domino dispensante toleramus.

Anima saturato calcabit fauum, anima esuriens, & amarum pro dulci sumet. Anima diuitum, qui habent consolationem suam: & quibus dicitur a Domino, Ve uobis qui saturati estis, quia esuritis, spernit auditam caelestis regni dulcedinem: anima autem eorum, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, etiam aduersa seculi pro Domino, immo ipsam mortem perpeti dulce habet, sciens se per poculum amaritudinis ad gaudia perpetuae salutis esse uenturam.

Sicut auis transmigrans de nido suo, sic uir qui relinquit locum suum. Sicut auis quae negligit oua siue pullos quos fouerat, & aliarum auium uel animalium raptui dimittit: sic nimirum ille, qui custodiam uirtutum, in quibus proficiebat, deserit: earundem uirtutum quas habere uidebatur, in mundis spiritibus ipse proditor existit. Vnde alias dicit, Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris. Quod est aperte dicere, Si principis mundi, id est diaboli tentatio tibi forte insiterit, caueto sollicitus, ne a bona operatione, cui insudabas, desistas.

Melior est uicinus iuxta, quam frater procul. Melior est tibi uicinus aliquis, qui tibi animum fraternae societate connectit, quam germanus frater, qui iura fidei & pietatis communia habere tecum negligit. Quod Dominus in parabola uulnerati a latronibus, eius qui descendebat ab Hierusalem in Hierico: & Samaritani, qui curam egit illius, manifeste probauit.

Qui benedicit proximo suo uoce grandi de nocte consurgens, similis est maledicenti. Voce grandi proximo benedicit, qui cum fauore superfluae laudis extollit: uel malis uidelicet actibus eius contra iustitiam fauendo, uel bona plus iusto laudando.

Sed hic maledicenti assimilatur, quia plurimum laedit eum, cui laudando siue in mala actione confidentiam tribuit, seu in opere recto simplicitate puri cordis minuit: ut uidelicet bonum quod superbia mercedis intuitu inchoarat, transitoriae laudis amore consummet.

Ferrum ferro acuitur, & homo excacuet faciem amici sui. Satis bona est collatio & consilium sapientium: qui ubi se inuicem consulendo instruit, ferrum ferro acuitur.

Infernus & perditio non replebuntur, similiter & oculi hominum insatiabiles. Inferni tormenta non replebuntur, terminum accipiendo: similiter & intentiones eorum, qui humana sapiunt, insatiabiles sunt in desiderio peccandi. Qui & ideo sine fine poenas luunt, quia uoluntatem habuerant sine fine peccandi, si naturam haberent sine fine uiuendi.

Diligenter agnosce uultum pecoris tui, tuosque greges considera. Non enim habebis iugiter potestatem, sed corona tribuetur in generatione generationum. Pastori dicitur Ecclesiae, Diligenter adhibe curam eis, quibus te praesse contigerit. Agnosce animos actusque singulorum: & si quid in eis uitij sordidantis inuenieris, citius castigare memento. Non enim tu semper oues Dominicas pascendi potestatem habebis, sed aeterna est corona, quam percipies, si commissum tibi gradum tuo tempore bene ministraueris.

Aperta sunt prata, & apparuerunt herbae uirentes, & collecta sunt scena de montibus. Aperta sunt modo prae scua sacramentorum caelestium, quae diu fuerat typicis praefusa legalibus. Apparuit nouitas Euangelicae ueritatis & gratiae: collecta sunt in praebulum gregis Domini scripta patrum ueterum: ablata quidem Iudaeis superbientibus falce diuinae animaduersionis, & humilibus Ecclesiae populis ad spirituale subsidium data. iuxta quod Dominus illis, Auferet, inquit, a uobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.

Agni ad uestimentum tuum, & haedi agri praecium. Agnos innocentes, haedos poenitentes nuncupat, Agnorum ergo uellere uestieris, dum bonis obedientium discipulorum moribus pastor ipse profeceris, eorumque laudabilia facta cernens, & in ornatu uirtutum, & in calore dilectionis ipse gloriosior extiteris. Haedis agrum comparabis, dum peccatores ad poenitentiam uocando, sublimiorem tibi in terra uiuentium locum acquiris.

Sufficiat tibi lac caprarum in cibis tuis, in necessaria domus tua, & ad uictum ancillis tuis. Tanta instantia pecus tibi commissum pasce, ne tibi lac aestate nouum, nec frigore desit, sed tibi semper, tuisque sufficiat: id est, tam sedulo doctrinae insta, ut etiam quondam poenitentes ad officium docendi prouehas: quatenus per illos, qui pridem pro foeditate uitiorum ad sinistram iudicis uidebantur esse ponendi, modo rationabile, & sine dolore lac uerbi paruulis sensu ministratur. Fit autem lac caprarum ad uictum ancillis, quando hi qui nondum amore perfecti, sed adhuc timore serui

serui Domino deseruiunt per exemplum: uel uerba eorum, qui per poenitentiam salui facti sunt, uiuificis uerbi epulis reficiuntur, atque ut ad maiora uirtutum proficiant incrementa, uniantur. Quidam hoc quod dictum est, Aperta sunt prata, & apparuerunt herbae uirentes, & collecta sunt scena de montibus agni ad uestimentum tuum, & haedi ad agri praecium: ita posuit, Aperta sunt monumenta, apparuerunt corpora rediuitia, sequestrati sunt peccatores a sanctis, scenae ad comburendum de locis excelis. Sequestrati sunt agni ad dexteram, haedi ad sinistram. Agni ad uestimentum regis: quia ipse dixit, Inhabitabo in eis. Haedi pro praecio sanctorum, quos nocuerunt ignibus uanundantur.

CAPVT XXXV.

Urgit impius nemine persequente. Qui non est in fide fortis, etiam si nullus persecutor insistat: nonnunquam sponte fidem deserit, quando uel latrocinij, uel periurij, uel fornicationibus, uel ueneficij, alijsque huiusmodi sceleribus se infidelis similem reddit.

Iustus autem quasi leo confidens, absque terrore erit. In occursum bestiarum ideo leo non trepidat, quia praualere se omnibus non ignorat. Vnde iusti utrius securitas leoni recte comparatur, quia contra se cum quolibet surgere conspiciat, ad mentis suae confidentiam redit: & scit, quia cum eos aduersantes superat, quia illum solum diligit, quem inuictus nullo modo amittit.

Vir mali non cogitant iudicium, qui autem requirunt Dominum, animaduertunt omnia. Omnia animaduertunt electi, hoc est, & futurum esse discrimen uniuersalis iudicij, & quibus operibus requies, quibus poena retribuetur aeterna.

Qui decipit iustos in uia mala, in interitu suo corruet, & simplices possidebunt bona eius. Qui per doctrinam haereticam decipit amatores iustitiae, ut a ueritate deciant, ipse quidem pro malis suis poenam quam meretur, incurrit: bona autem si qua gerat, uel utilia scribendo, uel continenter uiuendo, alijs in adiutorium cedunt: eis nimirum qui haec legentes siue audientes, exempla sibi salutis etiam ab eo, quem perisse norunt, assumunt.

In exultatione iustorum multa gloria. Quia uidelicet non de praesentibus diuitijs, sed de aeternis in futuro bonis exultant. Non de rebus mundi quem uidet, sed de creatore mundi, cuius uisionem sperant, laetantur: dicente Psalmodographo, Laetamini in Domino, & exultate iusti. Vel certe in exultatione iustorum, multa fit gloria: quia quotiens electos in hac uita pro euentibus Ecclesiae prosperis exultare contigerit, multa a Domino gloria ex plurimorum fide, ac pijs operibus datur.

Regnantibus impijs, ruina hominum. Sicut multi gloriam Deo dare incipiunt, cum iustos in profectu uirtutum gaudere conspiciunt: ita quotiens reprobi regnum tenent, multos suae perfidiae complices exhibent. Quod & de paganis, & de haeticis, & de malis catholicis recte potest accipi.

Beatus homo, qui semper est pauidus: qui uero mentis est di-

rae, corruet in malum. Sequentis ira iudicij tanto tunc districtior portabitur, quanto nunc inter culpas minime timetur. Vnde alibi dictum est, In die bonorum, ne immemor sis malorum: et in die malorum, ne immemor sis bonorum. Sic ergo utraq; iungenda sunt, ut unum semper ex altero fulciatur.

Leo rugiens, & ursus esuriens, princeps impius super populum pauperem. Et de principibus paganis & haeticis potest intelligi, qui populi pauperis, id est sanctae Ecclesiae, uel patientiam, uel sapientiam ferina saepe seuitia tentant.

Hominis qui calumniatur sanguine, cum ad locum uenerit, nemo sustinet. Qui operatur terram suam, saturabitur panibus: qui seclatur ocium, replebitur egestate. Siue terram agri, siue terram corpusculi, qui exercet, saturabitur: ille frumento, iste uirtutibus. Qui utranque spernit, replebitur egestate.

Vir qui festinat ditari, & alijs inuidet, ignorat quod egestas superueniet ei. Profecto enim qui augere opes ambit, peccatum negligit, more auium captus, cum escam terrenarum rerum audis inspicit, quo stranguetur peccati laqueo non cognoscit: cum quaelibet praesentis mundi bona desiderat, quae de futuro damna patiat, ignorat.

Cum surrexerint impij, abscondentur homines: cum illi perierint, multiplicabuntur iusti. Eosdem homines, quos iustos appellat, quia uidelicet iustum statutumque a Deo humanae conditionis ordinem seruauit. Vnde in libro beati Iob, de poenitente quolibet peruerso dicitur, Respiciet homines, & dicet, Peccati. Quod est aperte dicere, Respiciet eos qui naturam humanae creationis recte custodiunt: & se peccando iumentis assimilatum esse cognoscit. Patet ergo sensus, quia feruente impiorum persecutione abscondentur saepe fideles: uel non auti, uel non permiffi ad publicum procedere: dicente Domino, Si uos persecuti fuerint in ciuitate ista, fugite in aliam. Vbi autem perditis auctoribus, persecutio cessauerit, augustior post pressuras fidelium, gloria clarescit. Sed & infidelium plurimi, uisa infidelitatis damnatione, fidei gratiam suscipiunt: iuxta id quod scriptum est, Persistente flagellato, sapientior erit paruulus. Ab ornamento uirtutum nudus existeret comproberis, quia quod Domino testante pollicitus es, implere nequiueras. Hoc autem dictum est, non quo curam regendarum animarum, cum tibi regulariter imposita fuerit, suscipere non debeas: sed ne passim nullo iubente, doctoris tibi ac praesulis officium temerarius usurpes.

Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. Ne transgrediaris terminos fidei, quos catholici ab initio statuere doctores. Vidisti uirum uelocem in opere suo, coram regibus stabit, nec erit ante ignobiles. Quemcumque uelocem uideris in opere suo, id est in opere bono, quod eius erat facere, strenuum atque sollicitum: scito hunc in die nouissimi examinis coram Apostolis, qui cum Christo mundum iudicaturi sedebunt, esse

esse statutum, quia uidelicet eorum iussa serua-
uerit, neque in parte ignobilium doctoru, quo-
rum cauerit errorem, hoc est ad sinistram iudi-
cis esse ponendum.

Quando federis ut comedas cum principe, diligenter atten-
de quae apposta sunt ante faciem tuam. Et statue cultum in
guttur tuo, si tamen habes in potestate animam tuam. Per
allegoriam cuncta dicuntur. Quando federis
ad legendum cum magistro, ut pane uerbi refici-
aris, diligenter intellige quae scripta sunt, & di-
scutionem facere lectionis in tua locutione con-
serua. Si tamen talis es tantumque eruditus, qui
in potestate habeas animam tuam, neque qua-
si indoctus mente tuae doctrinae. Guttur na-
que pro loquela posuit, quia uox in guttore est:
cultum, pro discretionem: quia cibos cum refi-
cimur, cultro secante praeparamus. Et sedens ut
comedat, cultum in guttore suo statuit, quan-
do is qui diuina sedulus meditatur eloquia, di-
screta ex ore uerba depromit, nec alia sapius in
lingua quam coelestis oraculi dicta reuoluit.
Hoc autem eius est facere, qui in potestate ha-
bet animam suam, id est immobilem inter erro-
res fallentium, sapientis animi statum seruare di-
citur. Vnde & recte subiungit:

Ne desideres de cibus eius, in quo est panis mendacij. Quod est aperte dicere, Ne desideres eius au-
scultare sermonibus, qui dulcedine mendacij
dogmatum, auditores suos fallere consuevit.

Noli laborare, ut dixeris. Diuitias scientiae signi-
ficat, quas ultra mensuram capacitatis nostrae
quaerere prohibemur.

Sed prudentiae tuae pone modum. Illum uidelicet de
quo supra dictum est, Ne transgrediaris termi-
nos antiquos, quos posuerunt patres tui: hoc est,
terminos datae a patribus fidei.

Ne erigas oculos tuos ad opes, quas habere non potes: quia
facient sibi pennas quasi aquilae, & uolabunt in caelum. Ne
erigas mentem tuam ad perscrutanda diuinita-
tis arcana, quae penetrae non uales. Haec enim
coelestibus solum ciuibus patent.

Ne comedas cum homine inuido, & ne desideres cibos ei-
us: quoniam in similitudinem arioli & coniectoris aestimat
quod ignorat. Ne de scripturis cum haeretico lo-
quaris, quia inuidet humanae salutis, malens de-
cipere, quam corrigere: quoniam sicut ariolus
& coniector somniorum existimat, quod igno-
rat: ita haeticus, quae non intelligit in scriptu-
ris, prout libet, interpretari praesumit.

Comede & bibe dicet tibi, & mens eius non est tecum. Securus, inquit,
disce & age quae doceo, cum ipse
his quae docet, fidem certam non habeat,
sciens de corde suo finxisse quae doceret.

Cibos quos comedes euomes, & per des pulchros sermones
tuos. Sensus peruersos quos ab haeticis didi-
ceras, necesse est, ut uel per poenitentiam cor-
rigendus deseras, uel post mortem pro his poe-
nas luere cogaris, perdasque sermones confes-
sionis, quibus eis praedicantibus, humiliter fa-
uendum esse putaueras.

In auribus insipientium ne loquaris, quia despicient doctri-
nam eloquij tui. Huic simile est illud Euangelij, No-

lite sanctum dare canibus, neque mittatis mar-
garitas uestras ante porcos, & caetera. Sicut er-
go supra admonuit, ne haeticorum doctrinis
auscultares: ita nunc hortat, ne amore uanae glo-
riae seductus, immundis hominibus passim ar-
cana ueritatis ingeras.

Ne attingas terminos paruulorum, & agrum pupillorum
ne introeas. Propinquus enim eorum fortis est, & ipse iudi-
cabit causam illorum. Propinquum paruulorum &
pupillorum, Dominum appellat: quia cum es-
set in carne, pauperum magis quam diuitum
consors fidei dignatus est. Alioquin idem Do-
minus est omnium, diues in omnes, qui inuo-
cant eum. Possunt autem congruenter pupil-
lorum ac paruulorum nomine illi designari, de
quibus Dominus ait, Videte ne contemptis
unum de pusillis istis, qui in me credunt. Dico
enim uobis, quia angeli eorum semper uident
faciem patris mei, qui in caelis est. Quorum a-
gros et terminos, qui attigerit, hoc est, qui con-
uersationem eorum bonam inquitando laese-
rit, iudicium Domini non euadet.

Non amuletur cor tuum peccatores, sed in timore Domi-
ni esto tota die: quia habebis spem in nouissimo, & praesto-
latio tua non auferetur. Si tota die, id est, toto tem-
pore, quo in saeculi huius luce consistis, & pec-
catorum exempla uitae, & Dominum time-
re satigeris, habebis spem beatae retributionis
in nouissimo: hoc est, cum ad finem huius ui-
tae perueneris, ipso etiam attestante, qui ait:
Ego fidelis usque ad mortem, & dabo tibi co-
ronam uitae.

Noli esse in conuiuijs potatorum, neque in commessationi-
bus eorum, qui carnes ad uescendum conferunt. Carnes
quippe ad uescendum conferre, est in colloca-
tione derogationis, uicissim proximorum uitia
dicere, de quorum poena mox subditur:

Quia uacantes potibus, & dantes symbola, consumen-
tur, & uestietur pannis dormitatio. Symbolum Grae-
cum nomen est, & interpretatur collatio. Est
autem collatio sermonum, sicut in consilijs so-
let: est & pecuniarum, siue aliarum rerum, ut &
praesens locus docet. Potibus ergo uacant, qui
de opprobrio alienae uitae se inebriant. Sym-
bolum uero dare, est sicut unusquisque solet pro
parte sua cibos ad uescendum, ita in confabu-
latione detractionis uerba conferre. Sed uacan-
tes potibus, & dantes symbola, consumentur:
quia sicut scriptum est, Omnis detractor eradi-
cabitur. Vestietur autem pannis dormitatio:
quia despectum & inopem a cunctis bonis o-
peribus mors sua inueniet, quem hic ad alienae
uitae exquirenda crimina detractionis suae lan-
guor occupauit.

Gaudeat pater tuus, & mater tua, & exultet qui ge-
muit. Gaudeat Deus pater de tua iustitia: gau-
deat & Ecclesia mater: sed & sacerdos, qui te
per gratiam baptisimi regenerauit, qui que te
erudiuit a paruulo, de tuis bonis gratuletur
operibus.

Cui uae, cuius patri uae? Querit disputando, qui
bus hominum sceleribus maxima a Domino poe-
na ser-

na seruet. Et respondet ipse ratiocinando, quia
his absque omni dubietate, qui per ebrietate de-
uoluntur ad luxuriam. Cui, inquit, uae, cuius
patri uae. Uae, aeternum interitum nominat. De
quo Dominus: Vae, inquit, homini illi per quem
scandalum uenit. Patrem autem eius cui uae im-
mineat, uel hominem dicit, a quo exempla pra-
ui operis foris quisque ut peccaret, accepit: uel
certe diabolus, qui intus in corde uirus pestife-
ra suggestionis infundit. De quo Iudaeis dictu
est: Vos ex patre diabolo estis, & desideria pa-
tris uestri facere uultis.

Cui rixae, cui foueae? Rixae, quia concordiam pacis
seruare nescit, quem ebrietas sensus impote red-
didit: foueae, quia passim in uolutabra uitiorum
omnium cadere non trepidat, qui inter bona ma-
laque discernere, quasi mente captus, ignorat. Il-
lamque sapissimam foueam ebriosus incidit: de qua
perfectu est. Fouea enim profunda, est meretrix:
& puteus angustus, aliena.

Cui sine causa uulnera, cui suffusio oculorum? Vulne-
ra sine causa, quia multi uino ultra modum im-
pleti, uulnera per timorem in membris accepe-
runt, quae nulla ferri causa pertulerunt: suffusio
oculorum, quia immoderatus uini haustus, & ca-
lignem plurimis uisus corporalis, & caecitatem
genuit sensus interioris.

Nonne his qui morantur in uino, & student calicibus epo-
tandis? Non uetat bibere uinum ad necessita-
tem, sed morari ultra tempus & utilitatem in ui-
no, & euacuandis alterutrum certare calicibus:
iuxta illud Esaias, Vae qui potentes estis ad bi-
bendum uinum, & uiri fortes ad miscendum
ebrietatem.

Oculi tui uidebunt extraneas, & cor tuum loquetur per-
uersa. Consuetum & pene naturale est uitium,
post ebrietatis uenena diffusa in corde, mulie-
brem sequi concupiscentiam, comitante etiam
prauitate ac turpitudine uerborum.

Et eris sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gu-
bernator amisso clauo. In medio mari dormit, qui in
huius mundi tentationibus positus providere
motus irruentium uitiorum, quasi imminentes
undarum cumulos, negligit: & quasi sopitus
gubernator clauum amittit, quando mens ad
regendam nauem corporis, studium sollicitudi-
nis perdit.

Et dices, Verberauerunt me, sed non dolui: traxerunt me,
& ego non sensi. Quando euigilabo, & rursus uina reperia? Vox percussis & dormientis exprimitur. Mens
quippe a cura sollicitudinis dormiens uerbera-
tur, & non dolet: quia sicut imminetia mala non
prospicit, sic nec quae perpetraverit, agnoscit.
Trahitur, & nequaquam sentit: quia per illece-
bras uitiorum ducitur, nec tamen ad sui custo-
diam suscitatur. Quae quidem euigilare optat,
ut uina rursus reperiat: quia quauis somno stu-
poris a sui custodia premar, uigilare tamen ad
curas saeculi nititur, ut semper uoluptatibus de-
brietur. Et cum ad illud dormiat, in quo solerter
uigilare debuisset, uigilare appetit, ad quod lau-
dabiliter dormire potuisset.

Ne emuleris uiros malos, nec desideres esse cum eis, &
caetera. Ne desideres eos imitari, quos ui-
tios illis, de quibus commemorauit, uideris impli-
cari: sed potius sapientiae operam dare curato.

In doctrina replebuntur cellaria, uniuersa substantia, pre-
ciosa et pulcherrima. Cellaria sunt corda iustorum,
quae non nisi per doctrinam sapientiae donarijs
uirtutum replebuntur.

Vir sapiens & fortis est: & uir doctus, robustus & uali-
dus. Non omnis qui fortis & sapiens est, om-
nis autem sapiens fortis esse dicendus est: quia
etsi corpore imbecillus est, si asit sapientia, o-
mnia fortis aduersarij, id est, diaboli certamina
uincit.

Excelsa stulto sapientia, in porta non aperiet os suum. Non
potest stultus ad sapientiam attingere. Alta est
enim ab eo, qui in infimis iacet uitiorum. Qui etsi
in praesenti se aliquid sapere putat, in porta ta-
men ciuitatis: id est, in exitu huius uitae inueniet
nihil fuisse, quod sapuit.

Qui cogitat mala facere stultus uocabitur. Ne puta-
res stultum aestimandum fuisse eum, quem he-
betem tardum que ingenio uideris, palam o-
stendit: quia ille stultus uocandus sit, qui uel
in cogitatione peccati suggestionibus consen-
tit, tamen acer ingenio uidetur existere: non
autem ille, qui etsi hebes sensu apparet, Dei ta-
men imperijs, quae discere potuit, obtempera-
re disposuit.

Si desperaueris lassus in die angustiae, imminuetur forti-
tudo tua. Nihil execrabilius desperatione: quam
qui habuerit, et in generalibus huius uitae labo-
ribus, & quod maxime nocet, in fidei certami-
ne, constantiam fortitudinis perdit.

Erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad in-
teritum, liberare ne cesses. Potest mystice accipi. Erue
eos qui ab haeticis decipiuntur, rectam fi-
dem praedicando, libera bonorum operum e-
xempla monstrando eos, qui male uiuentibus
catholicis trahuntur ad interitum. Sed & si quos
in certamine persecutionis lapsos, uel lapsu-
ros aspexis, sollicita hos exhortatione ad ui-
tam restaurare satage. Si quos fame perituros,
si quos algere uideris, illos, dato uictu ac uesti-
tu, recrea.

Comede fili mel, quia bonum est, & fauum dulcissimum
guttur tuo, & doctrina sapientiae animae tuae. Patet fa-
cillime quare doctrinam sapientiae melli com-
paret, & fauo: quia nimirum sicut illa cibus, sic
haec doctrinis caeteris dulcedine praestat. Sed
hoc inter utriusque significantiam distat: quia
mel, quod in promptu est ad comedendum, mo-
ralem literae superficiem insinuat: fauus autem,
in quo mel de caera exprimitur, allegoricam locu-
tionem figurate denunciat, ubi seducto literae
uelamine, suauitatis sensus spiritalis, aliquanto
cum labore, uel mora percipitur.

Ne insidieris, & queras impietatem in domo iusti, neque
uastes requiem eius. Ne queras aliquam occasio-
nem, per quam deroges homini iusto. Ille enim
si ceciderit, cito amouet pedem suum, ut careat
uitio;

uitio, quod non iteratur in facto. Impij autem sic corrumpunt, ut ulterius non redeant. sicut sublequenter addit, dicens:

Septies enim cadit iustus, & resurgit: impij autem corrumpunt in malum. Quomodo autem iustus appellat, qui cadere, id est peccare memorat? nisi quia delictibus quotidianis loquitur peccatis, sine quibus nec iustorum quisquam esse in hac uita potuit. Quia nimirum per ignorantiam, per obliuionem, per cogitationem, per sermonem, per surreptionem, per necessitatem, per fragilitatem carnis, singulis diebus, uel inuiti uel uolentes frequenter reatum incurrimus. Et tamen resurgit iustus, uidelicet quia iustus est, nec iustitiae eius praedicit lapsus fragilitatis humanae. Vnde bene, cum de iusti casu loqueretur, non addidit in malum: quia etsi malum est, quod cadunt, nec tamen in malum, quod incidant, herere possunt, citius resurgendo procurant. At contra de reprobis dicitur: Impij autem corrumpunt in malum. Quia uidelicet impij, cum ceciderint, uel quod est grauius, corruerint, ut scriptura dicit: id est, cum capitalia crimina perpetrarint, ita suo casui delectando assentiunt, ut ab hoc poenitendo releuari despiciant.

Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas: & in ruina eius ne exultet cor tuum, ne forte uideat Dominus, & displiceat ei, & auferat ab eo iram suam. Supra iusto inuidias tendere ueruit, nunc autem, ut se perfectum reddat in omnibus, etiam inimicis, cum peccauerint, aut aliquid aduersitatis incurrerint, insultare prohibet, ne forte, si miserante Domino ad poenitentiam salutemque animae redierint, ac tecum fidelem amicitiam habere coeperint, tunc erubescas, quia illos aliquando despexeris, quos diuina gratia ad uitam reseruauerat. Sed quantum potes, iacentibus condole, eosque, ut resurgere debeant, adiuua. Et si uotum conatumque tuum sequi effectus, gaudebis de sanato, quem male habentem dolueras: si noli, tamen beneuolentiae apud Deum fructu non carebis. Vel certe ita dicendum est: Ne gaudeas de casu inimici, ne forte Dominus superbiam tuam, quae illi absque dubio displicet, hoc ordine deiciens humiliet, ut te cadente in peccatum, ille respiciens sanetur.

Time Dominum fili mi, & regem. Iuxta quod ipse ait, Reddite ergo quae sunt Caesaris, Caesari: & quae sunt Dei, Deo. Neque obstat aliquid in Domino & rege, patrem & filium intelligere designari: qui uno eodemque sunt diuinitatis honore colendi. Qui enim non honorificat filium, non honorificat patrem, qui misit illum.

Et cum detractoribus non commiscearis. Illis uidelicet, qui dicentes se Deum patrem nosse, filium Dei in carne apparentem noluerunt recipere.

Quoniam repente consurget perditio eorum, & ruinam utriusque quis nouit? Vtriusque dicit, & detrahentis, & eius qui illi fauendo comixtus est: derogantium Christo principum, & decepti ab eis populi: lacerantium fidem haereticarum, & auscultantium illis auditorum,

Hec quoque sapientibus. Subauditur, ignota sunt: quando reproborum quisque, quam repente in interitum rapiatur e seculo. Vel haec quoque sapientibus sunt obseruanda, quae docent, ne detractoribus misceantur: quia hoc specialiter uitio totum penes genus periclitatur humanum. Vnde eidem uitio mederi uolens beatus pater Augustinus, hos in sua mensa uersiculos fecit describi: Quisquis amat diuinitatis absentis carpere uitam, Hac mensa indignam nouerit esse suam. Hunc uersiculum antiqua editio manifestius dicit: Haec dico uobis sapientibus, agnoscentibus, quod sequentium sententiarum non in cogruere potest esse principium.

Cognoscere personam in iudicio non est bonum. Supra regem timere docuit, & nunc personam in iudicio cognoscere uetat. Vnde colligitur, quia ita principibus debitum obsequij temporalis subiectos oportet impendere, ut nunquam reuerentiae uel timoris eorum respectu a iusta ueritatis exorbitent.

Labia deosculabitur, qui recta respondit. Osculum pacis & amoris est lignum. Qui ergo recta respondit, labia deosculabitur: quia quicumque neglecta acceptione personarum, sola iustitia uerba sequitur, iste, etsi in sapientibus grauis forte uidetur & austerus, multos tamen cum quibus pacem habeat, prudentes: multos, qui sua dicta cum amore amplectantur, inueniet. Sape etiam illos quos aduersantes suis rectis assertionibus tolerauerat, conuersos postmodum ad meliora amicos recipiet, & socios.

Præpara opus tuum foris, et diligenter exerce agrum tuum, ut postea edifies domum tuam. Quid est præparato opere agrum diligenter exercere, nisi euulsis iniquitatum sentibus actionem nostram ad frugem retributionis excolere? Et quid est post agri exercitium ad aedificium domus redire, nisi quod plerumque ex bonis operibus discimus, quantam uitae munditiam & in cogitatione constitutam? Ille quippe bene mentis domum aedificat, qui primum agrum corporis a spinis uitiorum purgat: ne si desideriorum sentes in carnis agro proficiant, intus tota uirtutum fabrica fame boni crescente destruat.

Nesit testis frustra contra proximum tuum: ne laetes quemquam labijs tuis: ne dicas, Quomodo fecit mihi, sic faciam ei. Et haec ad exercitium agri nostri, id est, ad cultum bonae actionis pertinent, innocentem uidelicet proximum falso testimonio non laedere, peccanti cuiuslibet, fiduciam amplius peccandi, adulando non tribuere: malum pro malo non reddere. sic enim fit, ut cum primo actus exterior bene composueris, postmodum ad interioris quoque hominis excolendam munditiam pertingas, & quasi post exercitium agri, etiam mentis habitaculum pijs cogitationibus ornare, altiusque constituere incipias. Quod quia reprobi facere dissimulant, recte subditur:

Per agrum hominis pigri transiui, & per uineam uiri stulti, & ecce totum repleuerunt urticae: operuerunt superficiem eius spinae. Per agrum uineamque pigri ac stulti transire,

transire, est cuiuslibet uitam negligētis inspicere, quam urticae uel spinæ replent: quia in corde negligētium prurientia terrena desideria, & punctiones pullulant uitiorum. Iuxta quod scriptum est, In desiderijs est omnis otiosus. Et materia lapidum in uinea uel agro stulti destructa iacet, cum cepta uirtutum munimina, uel improbitate hominum malorum deceptus, uel immunorum spirituum persuasione callido, quisque negligens perdit.

BEDAE PRESBYTERI IN PROVERBIA SALOMONIS Liber tertius.

CAPVT XXVII.



Haec quoque parabola Salomonis, quas transtulerunt uiri Ezechiae regis Iuda. Hinc nouo ordine loqui incipit, ut non sicut prius, quasi ad audientem uerbum faciat: sed secum ipse, quid ratio ueritatis habeat, disputando pertractet. In quibus tamen legens quisque, uel audiens, quid appetere, quid ue cauere debeat, apertissime dignoscatur. Quas quidem parabolas uiri Ezechiae transtulisse referuntur: quia fortassis usque ad eius tempora dispersae habebantur a pluribus, prout ex ore sapientissimi regis semel dictas exceperat: sed per industriam illius collectae in unum, & in huius libelli sunt corpus insertae. Notandum sane, quia in his parabolis multo sunt plura, quam in ceteris per allegoriam dicta, ex collatione uidelicet rerum, quae figuris aptae uidentur.

Gloria Domini, celare uerbum: & gloria regum, inuestigare sermonem. Gloria Domini est in carne apparentis humanitatis suae magis quam diuinitatis, mortalium oculis ostendere: & se potius operum miraculis ac mysticis locutionibus, quam apertis assertionibus uerbum, id est Dei filium, uel fateri. Vnde multo sapius in Euangelio, filium se hominis, quam filium Dei appellare consueuit. Et gloria fidelium eius discipulorum est, diligenter eius inuestigare sermonem: quo Deum, etiam ubi patenter non dicit, mystice significat. Quale est illud, Ego & pater unum sumus, & cetera huiusmodi. Denique celans uerbi aeternitatem, & praetendens carnis infirmitatem, ait: Quem dicunt homines esse filium hominis? Cui regum eximius inuestigato eius sermone, quem antea sepius audierat, respondit: Tu es Christus filius Dei uiui. Nec paruam hac inuestigatione meruit gloriam. Nam protinus audiuit: Beatus es Simon Bariona, & cetera.

Coelum sursum, & terra deorsum, & cor regum inscrutabile. Sicut altitudo caeli, & profunditas terre cōscij ab hominibus non potest, ita scientia prophetarum & apostolorum, qui arcana diuinitatis, spiritu reuelante cognouerunt, nostrae fragilitatis capacitatem transcendit.

Aufer rubiginem de argento, & egredietur uas purissimum. Aufer literae superficiem de sacro eloquio, & in-

uenies sensum purissimum subtilitate literae reconditum, & sub carnalium figuris caerimoniarum spiritalia latuisse mysteria.

Aufer impietatem de uultu regis, & firmabitur iustitia thronus eius. Aufer impietatem, persequendi Christianos de animo Sauli, uel alterius cuiuslibet aemulorum legis, & cum Christum praedicare ceperint, firmabitur iustitia cathedra doctrinae eorum, quam prius ad ruinam suam impellebat impietas, quandiu iustitiae Dei repugnantes, suam praeponebant certabant. Iterum aufer impietatem de uultu regis, & firmabitur iustitia thronus eius. Qui enim praesunt populis, si uolunt firmum esse solium suum, semper hilaritate & gratia plenos uultus exhibeant: ne per arrogantiam rigidiores effecti, mulsationem incidant plebis.

Ne gloriosus appareas coram rege, & in loco magnorum ne steteris, & cetera. Superius praesulem mouerat, nunc subditum. Nam sicut illic dixit, ut hilares uultus ostendat subiectis: ita nunc admonet, ne in conspectu maiorum arrogans appareat, sed potius in mediocri loco positus, superius uocari mereatur. Cui simile est illud Domini cum, Cum inuitatus fueris ad nuptias, non recumbas in primo loco, & cetera. Possumus autem in rege et principe Dominum significatum intelligere, in cuius conspectu nos semper humiliari necesse est, monente Petro apostolo, qui ait: Humiliamini igitur sub potenti manu Dei, ut uos exaltet in tempore uisitacionis.

Quae uiderunt oculi tui, ne proferas in iurgio cito, ne postea emendare non possis, cum dehonestaueris amicum tuum. Et in Euangelio Dominus: Si peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum inter te ipsum solum, &c.

Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur uerbum in tempore suo. Sacra eloquia rectissime lectis comparantur argenteis: lectis uidelicet, quia requiem praestant animabus audientium: argenteis autem, quia splendida fulgent uirtutibus patrum. Vnde scriptum est: Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum. Quorum ornatum lectorum, mala super addit aurea, quisquis eadem diuina eloquia, & spiritalibus plena sensibus & mysterijs exponendo demonstrat. Qui nimirum sensus apte mala uocantur, quia de arbore uitae, id est, Dei sapientia, sunt orta. Aptae aurea mala, quia notitiam amoremque perpetuae claritatis mentibus infundunt. Mala ergo aurea in lectis argenteis, qui loquitur uerbum in tempore suo: quia qui uerbum Dei opportunè nouit, iuxta audientium capacitatem praedicare, modò exempla ac dicta patrum, per quorum custodiam ad requiem perueniatur aeternam, iuxta literam replicat: modò suauiores in his sensuum spiritalium fructus, quibus pia audientium desideria pascant, remoto literae uelamine pandit.

Inauris aurea, et margaritum fulgens, qui arguit sapientem, & aurem obedientem. Recte humilis auditor inauri comparatur aureae: quia dum libenter incre-

Luca 14.

2. Petri 5.

Psal. 111.

panti ac docenti aurem accommodat, iam sese ad percipiendam claritatem sapientiae coelestis praeprarat, iam supernae lucis uisioni appropriat. Recte magister eruditus margarito fulgenti assimilatur: quia dum emendatione morum, dum supernorum scientia desiderantibus, ac pie quaerentibus animis ostendit, quasi aureo ornatui maiorem insuper gratioremq; fulgorem gemmae ardentis adnectit.

Sicut frigus niuis in die messis, ita legatus fidelis ei qui miserum: animam illius requiescere facit. Importunum uidetur omnimodis tempore messis ningere. Nam infra legimus, Quomodo nix aestate & pluuiae in messe, sic indeces est stulto gloria. Sed tamen in feruentissimis Palestinae regionibus non parum delectabile est metentibus, si subito frigus, quomodo in niue solet, adueniat: quod incendia solis aliquantum refrigeret, sudorem laborantium tergat, ardentem temperet anhelitus. Cui recte frigori legatus assimilatur fidelis, quia mentem eius qui se misit, prudenter agendo repausat. Mystrice autem legatus fidelis, doctor est catholicus: qui autem mittit eum, Dominus. Porro dies messis in aestu, tempus est praedicationis inter furores persequentium. De quo dictum est, Messis quidem multa.

Homo qui blandis fictisq; sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus eius. Qui fictis sermonibus proximum laudat, illi quidem parat insidias: quibus periculum cauti operis, ut uerbi securior factus, incidat. Sed uideamus utrum retia fraudulentum, eum cuius gressibus, expandunt, an potius illum, a quo expanduntur, inuoluant. Sequitur:

Peccantem uirum iniquum inuoluet laqueus. Et iustus laudabit atq; gaudebit. Non ergo iusto laqueus peccantium, etiam si corporaliter perimat, nocet. Ipsos autem reprobos insidiae, quas proximis parant, in perpetuum damnant: gaudentibus iustis, ac rectum conditoris iudicium laudantibus, uel de sua ereptione, uel de perditione prauorum. Denique clausula prioris uersiculi antiqua editio manifeste posuit, Retia circumdat pedibus suis. Ex ambiguo enim graeco, quod est *elwre*, utrumque interpretari potest. Nam qui fodit foueam proximo suo, incidet in eam ipse, ut alibi dictum est.

CAPVT XXVIII.

Ir sapiens si cum stulto contenderit, siue irascatur, siue rideat, non inueniet requiem. Doctor sapiens, si cum infideli & contumace contenderit, siue tormenta reproborum, seu gaudia narret bonorum, frustra erga insensatum laborat: si uelameta poenitentiae suadeat, seu bonae operationis, quae sint praemia dicat, non auditur a stulto. Hinc & Apostoli iudaeis dicebant, Lamentauimus uobis, & non planxistis: cecinimus uobis, & non saluastis.

Totum spiritum suum profert stultus. Impatientia impellente agitur, ut totus foras spiritus profertur. Quem idcirco citius perturbatio eicit, quia nulla interius disciplina sapientiae circumcludit.

Sapiens autem differt & reseruat in posterum. Laesus enim, in praesens se ulcisci non desiderat, quia e-

tiam tolerans, pati optat: sed tamen uindicari omnia extremo iudicio non ignorat. Hunc locum antiqua translatio sic habet, Totam iram suam profert impius, sapiens autem dispertat per partes: quia nimirum stultus ad ultionem sui perturbatione succendit: sapiens autem paulatim eam maturitate consilij ac moderationis extenuat, & expellit.

Pauper & creditor obuauerunt sibi, utriusq; illuminator est Dominus. Pauper est, humilis uerbi Dei auditor: creditor autem, qui ei uerbi eiusdem pecuniam praedicando committit: qui obuian sibi, cum in unam eandemq; pietatis gratiam conueniunt. Et utriusq; illuminator est Deus: quia neq; ille sine diuinae pietatis praedicare, neq; iste potuit credere. Veridica namq; manet sententia ueritatis, qua dicit, Quia sine me nihil potestis facere.

Rex qui iudicat pauperes in ueritate, thronus eius in aeternum fundabitur. Et Psalmista de Christo rege, Sedes tua Deus in seculum seculi: uirga aequitatis, uirga regni tui.

Virga atq; correptio tribuit sapientiam, puer autem qui dimittitur uoluntati suae, confundet matrem suam. De hac uirga Apostolus ad Corinthios, An uultis in uirga ueniam ad uos, an in spiritu mansuetudinis? Puer namq; quae frequentissime corripiendum & erudiendum admonet, peplus Dei est: qui si non assiduus monitis & increpationibus sacerdotum fuerit castigatus, confusione generat Ecclesiae, detrahentibus his qui foris sunt religioni fidei Christianae. Vnde recte subiungitur:

Cum propheta defecerit, dissipabitur populus. Qui custodit legem, beatus est. Quia nimirum cum cessauerit sacerdotalis eruditio, soluetur continuo disciplina diuinae legis, quia populus ad beatitudinis praemia pertingere debuerat.

Uidisti hominem uelocem ad loquendum, stultitia magis speranda est, quam illius correptio. Graue quidem uitium stultitiae, sed non leuius est uerbositas. Nam saepe contingit, ut hebes aliquis, & ipsarum quoq; nescius literarum, citius uerba salutiferae correptionis accipiat, quam is qui affluentia praeditus sermonis, magis sua, quae nouit, uel quae se nosse autumat, factanter proferre, quam dicta sapientum audire contendit.

Qui delicate a pueritia nutrit seruum suum, postea illum sentiet contumacem. Qui delicate a pueritia nutrit corpus suum, quod animo debuerat subiugare, is ubi ad annos adolescentiae peruenerit, lasciuum hoc & indomabile sentiet. Hunc uersum alia translatio pulchre habet, Qui deliciatur a pueritia, seruus erit: nouissime autem & contristabitur. Namque sero malorum poenitens in se, qui se meminit noluisse, in tenera adhuc aetate a suis uoluptatibus ad regulam continere prudentium.

Vir iracundus prouocat rixas, & qui ad indignandum facilius est, erit ad peccandum procliuor. Ianua omnium uitiorum iracundia est, qua clausa, uirtutibus intrinsecus dabitur quies: aperta uero, ad omne facinus armabitur animus.

Qui cum fure patitur, odit animam suam: adiurantem audit, & non iudicat. Adiuuorem suum sapientia non solum a peccatis abstinere, sed a peccantium se-

contu-

contubernio docet cohibere: ne forte a districto iudice mereatur audire, Si uidebas furem, simul currebas cum eo, & cum adulteris portio nem tuam ponebas. Non enim fur solummodo, sed etiam ille reus tenetur, qui conscius furti, quaerente possessore pecuniam qui perdidit, non uult indicare, cum ualet. Verum ne quis causetur metu se personae potentioris, neq; a furum confortio separari, neq; proderet posse, quod non uult, aperte subditur:

Qui timet hominem, cito corruet: qui sperat in Domino, subleuabitur. Cui congruit illud Euangelicum, Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere.

Verba congregantis, filij uomentis. Hucusq; parabola Salomonis, quas transfulerunt uiri Ezechie regis Iuda. Hinc rursus uerba Salomonis, ab ipso, quod Graece Ecclesiastes dicit, nunc interpretato in Latinum nomine illo, congregans appellatur. Ecclesia enim congregatio uocatur.

CAPVT XXIX.

Uisio quam locutus est uir, cum quod est Deus, & qui Deo secum morante confortatus, ait: Visio, inquit, quam locutus est. Quia quod uidit apud Deum secretiora contemplando, patefecit hominibus, foras loquedo: Quisquis enim spiritus Dei confortatur, haec quoque sequuntur, humili corde profatur.

Stultissimus sum uirorum, & sapientia hominum non est mecum. Filij enim seculi huius prudentiores filij lucis in generatione sua sunt. Et Apostolus, Si quis, inquit, uidetur sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat, ut sit sapiens. Et ipse de se suisq; similibus, in quibus est Deus, Nos autem praedicamus Christum crucifixum: Iudaeis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam.

Non didici sapientiam, & non noui sanctorum scientiam. Non didici Salomon ab homine sapientiam, sed Deo gratis offerente percepit, ut sanctorum scientiam nosset. Sed & Apostolus qui ait, Nos stulti propter Christum: ipse iterum dicit, Sapientiam autem loquimur inter perfectos: sapientiam uero non huius seculi, & caetera.

Quis ascendit in caelum, atq; descendit? Haec est sanctorum scientia, quae a sapientibus seculi stultitia putatur: quia uidelicet Dei filius in assumpta carne, post mortem & resurrectionem suam ascendit in caelum, ac nostrae resurrectionis tempore descendurus est de caelo ad iudicandos uiuos & mortuos.

Quis continuit spiritum manibus. Omnis spiritus & humanus, & angelicus, & animalium, & procellarum, ne deficiat, Dei potentia continetur.

Quis colligauit aquas, quasi in uestimento? Congregans licet in utraque aquas maris.

Quis suscitauit omnes terminos terrae? Dominus, qui nunc omnibus animantibus & germinibus uitam & incrementum excitat. Et in die iudicij cunctum a quatuor uentis caeli genus humanum a morte suscitabit.

Quod nomen eius, & quod nomen filij eius si nosti? De Deo patris & filij nomine dicit, cuius mysterium

secularis sapientia naturaliter scire non potest. Quamuis unum esse Deum, qui omnia fecerit per ea quae mirabiliter facta uidet, intelligere potest. Si nosti, inquit, subauditur tu, qui de tua te iactans sapientia, nostrae fidei mysteria, stultitiam nuncupare praesumis.

Omnis sermo Dei, ignitus clypeus est sperantibus in se. Haec & tota Christi Ecclesia nouit, & illi maxime qui Deo secum morante, terrenam sapientiam contemnunt: quia omnis sermo diuinus coram electorum & igne charitatis accendit, & scientia ueritatis illustrat, & uitiorum sordes consumit, & ab hostium insidijs, cunctisq; defendit aduersis. Sed solertius intrendum, quia proprietatem Graeci sermonis, quod est Pepyromenon, Latina translatio uno uerbo non explicat. Vnde nunc ignitum, nunc igne examinatum transfertur, ut, Ignitum eloquium tuum uehementer, & Argentum igne examinatum. Quod utrumque in Graeco uno uerbo dicitur Pepyromenon. Et quod huic Salomonis sententiae similitudinem sonat, Eloquia Domini igne examinata: id est, Pepyromena. Pepyromenon ergo, quod tanquam conflatum, in igne purgatum sit. Sicut enim quaecumque metalla igne conflata, sordem in se alienam atque inutilem non continent: totum, quicquid in his residet, uerum & perfectum, & omni uitiorum sordem purgatum est: ita eloquium Dei, aeternorum in se honorum fidem testans. Hinc est illud Domini, Iota unum aut unum apex non peribit a lege, donec omnia fiant. Vera enim omnia sunt, & extra omnem ambiguitatem superfluae inanitatis ignita.

Non addas quicquam uerbis illius, & arguas, inueniarisq; mendax. Non corumpas colloquia sanctorum scripturarum, quod quidam heretici, ne his conuincerentur, fecisse noscuntur. Duo rogauit te, ne deneges mihi, antequam moriar. Vanitatem & uerba mendacia longe fac a me: mendacitatem & diuitias ne dederis mihi, tribue tantum uictui meo necessaria, & caetera. Haec adhuc uir cum quo est Deus, sermonis eius igne radiatus, ad ipsum Dominum conuersa uoce profatur, obsecrans, ne unitatem seculi unquam uel uerba mendacia, ueritati coelesti praeponat scripturae: nec rursus, uel copia uel inopia transeuntium rerum in obliuionem decidat aeternorum.

Generatio, quae patri suo maledicit, & matri suae non benedicit. Cum superius puritatem sibi uitae a Domino dari peteret, conuertens subito inuitum ad contemplandam prauorum nequitiam, quantis haec sit inuoluta miseris, quam longe a ueritate distet, insinuat, eo quod honorem parentibus non deferunt.

Generatio quae sibi munda uidetur, tamen non lota sordibus suis. Quia Deus dissipat ossa hominum sibi placentium.

Generatio, cuius excelsi sunt oculi, & palpebrae eius in aetha subiectae. Quam Psal. uitam ait, Domine non est exaltatum cor meum, &c.

Generatio, quae pro dentibus gladios habet, & committit molaribus suis. De hac Psalmista, Filij hominum

SS 2 dentes

dententes eorum, arma & sagittæ, & cætera. Qui sunt persecutores Ecclesiæ Christi. Quod si diligentius considerare uolueris, inuenies has generationes, congregationes esse nequissimas Iudæorum & hæreticorum. Iudæorum ergo generatio patri suo maledicit, illi uidelicet, qui ait, Filius meus primogenitus Israel, quando filium eius uiuentem in carne, negauit. Et matris non benedixit, synagoge uidelicet, cuius fidei pristina, quam à patribus ac prophetis de Christo habuerat, detraxit. Nouatianorum generatio munda sibi uidetur, dicens: Pœnitentia opus non habere. Et tamen non potest munda esse à sordibus peccatorum, quæ fontem pœnitentiæ peccantibus ueniam negando, præcludit. Item generatio Arrianorum excelsos habet oculos, et palpebras supra Deum erectas, inquirens, qui fuit antea: & quia fuit tempus quando non fuit filius, uel quæ sancti spiritus potestas, æqualis, an inequalis. Item generatio, quæ pro dentibus gladios habet, illa est congregatio prauorum, quæ perfidiam etiã alijs intimare satagit. Et sicut corpora solent gladijs sterni, ita animas audientium ueneno prauæ allocutiõis, morti perpetuæ subiugare contendit.

Sanguisugæ duæ sunt filie, dicentes: Affer, affer.] Sanguisuga est diabolus, qui siti peccandi, ac peccata suadendi incessanter accenditur. Huic duæ sunt filie, quia duæ specialiter humani generis illecebræ: hunc antiqui hostis imitantur ardorem, luxuria uidelicet & philargyria. Nam & luxuria, & quo liberius fræna laxantur, eo noxius delectatur. Et sicut quidam ait poetarum, Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.

Tria sunt insatiabilia, & quartum, quod non dicit, Sufficit: infernus, os uulvæ, & terra quæ non satiatur aqua.] Ignis uerò non dicit, Sufficit: infernus nunquã redum dat: meretrix similiter uicina, eius corpus non satiatur delicijs: et auarus nunquam dicit, Sufficit. Quidam infernum interpretantur diabolum, quia insatiabilis sit de seductione humana. Os uulvæ, & terram, quæ non satiantur aqua, ut suprà ignem qui non dicit, Sufficit: incendium gehennæ, quod nunquam desinat, sed eos qui peccatis finem ponere noluerunt, infinito ardore comburat.

Oculum, qui subsannat patrem, & despicit partum matris suæ, effodiant eum corui de torrentibus, & comedant illum filij aquilæ.] Peruersi, dum diuina iudicia reprehendunt, subsannant patrem. Et quilibet hæreticus, dum prædicationem sanctæ Ecclesiæ deridendo contemnunt partum matris despiciunt: quia de ipsa exeunt, qui contra ipsam loquuntur. Ex nobis, inquit, exierunt, sed non erant ex nobis. Quorum intentionem dum prædicatores catholici de scripturarum diuinarum fluentis procedentes increpando reuincunt, quasi oculum nefandum corui de torrentibus effodiant, & filij aquilæ comedunt. Corui enim uocantur doctores sancti, quia per humilitatis gratiam, peccatis in nigredinem confitentur. Filij autem a-

quilæ, quia per gratiam eius sunt renati, qui in habitu assumptæ carnis ad cœlestia transuolat, Vnde & alibi filij sponsi appellantur.

Tria sunt difficilia mihi, & quartum quod penitus ignoro: uiam aquilæ in celo, uiam colubri super terram, uiam nauis in medio maris, & uiam uiri in adolescentia sua.] Quantum ad historiam pertinet, ita est ut scriptum est. Sed quia per parabolas loquitur, uia aquilæ in celo difficile inuenit: hoc est, subtilitas inimici, quæ circa cœlestium corda uirorum uolitat, magno cum labore deprehenditur. Similiter & uia colubri super terram: id est, astutia hostis uenenti, insidiari non desinentis, eis quos in petra fidei fundatos esse conspicit. Nec non & uia nauis in medio maris, hoc est, uia iniquitatis, quæ per amaras seculi huius undas, immundorum spirituum flatibus agitata, tanta subtilitate discurret, ut uel uix, uel nullatenus eius possit iter deprehendi. Nam quod aquila malignum hostem significet, testatur Propheta, qui ait: Velocius fuerunt persecutores nostri aquilæ cœli, id est, homines, qui nos persecuti sunt, tam saui fuerunt, ut ipsis demonibus crudeliores esse uiderentur. Quod coluber diabolus sæpe insinuet, & in primi hominis transgressione probatū est: & cum quidam uir sapiens aiebat, Quasi à facie colubri fuge peccatum. Nauis quoque, quod leuitatem designet, eorum qui circumferuntur omni uento doctrinæ, demonstrat Propheta, qui ait: Et Chaldeos in nauibus suis gloriantes. Hoc est immundos spiritus de fragilitate atque instabilitate mentis humanæ se extollentes, & de illius ruina quasi uictores lætantes. Sicut ergo illa tam callida sunt, ut inueniri nequeant: sic adolescens, qui uiam ueritatis deseruit, difficile cogitatu est, quo semper omnes horas, in quot cogitamenta uecors uaga mente declinet. Talis est et uia mulieris adulteræ: quæ comedit os suum, & dicit, Non sum operata malū. Adultera quoque mens, in similitudinem eorum quæ comme morauit superius, instabilis semper & uaga est. Quæ, ubi admissum turpitudinis suæ celare poterit, negat se aliquid perpetrasse facinoris.

Quatuor sunt minima terræ, & ipsa sunt sapientiora sapientibus.] Minores uidentur in terra sæpe iusti quàm reprobj, id est humiliores, et huic mundo abiectiores: sed tamen sapientiores sunt sapientibus mundi, in eo quod æterna & cœlestia bona sapiunt: ac pro his appetendis, quæ illi non norunt, aduersa quæque seculi fortiter pati desiderant.

Formicæ, populus infirmus, qui præparat in messe cibum sibi.] Et Ecclesiæ populus, ut fortitudinem mentis custodiat, infirmum se temporaliter, aduersarijs sauientibus ostendit: Domino per Euangelium dicente, Ego autem dico uobis, nõ resistere malo: sed si quis te percusserit in dextera maxilla tua, præbe illi & alterã. Qui in hac uita præparat sibi fructus bonorum operum, quibus uitam mereatur habere perennem.

Lepusculus plebs inualida, quæ collocat in petra cubile suum.] Et hic plebem Ecclesiæ designat, quæ in ualida

ualida dicitur: uel quia ut supra diximus, suas iniurias ulcisci ipsa non querit: uel quia in suis uiribus, nil fidere, sed in auxilio redemptoris sui salutem sperare didicit. Et hoc est illam cubile in petra collocare, eius præsidio aduersus uitæ incursus Domino dicere cum Psalmista: Esto mihi in lapidem fortissimum, et domum munitam, ut salues me. Quia petra mea & munitio mea tu es. Pro lepusculo, antiqua translatio Chyrogrillium posuit. Est aut animal non matus ericio, habens similitudinem muris & urfi. Cuius in Palestina regionibus magna est abundantia: semper in cavernis petrarum, & terræ foueis habitare consueuerunt. Notandumque, quod in Psalmo, ubi nos canimus, Petra refugium erinacis: in quibusdam codicibus, Leporibus, in quibusdam Chyrogrillijs, inuenimus. Sed & in hac Salomonis sententia quædam exemplaria pro lepusculo, erinacium habent. Nam et in libro Hebræorum nominum inuenimus idem uerbum Hebræum, Sapham, in Hieremia: Chyrogrilliū & leporem & erinatium à sancto Hieronymo interpretatum.

Regem locusta non habet, & egreditur in uersa per turmas.] Locustam quidam Gentilium plebem interpretantur: quæ quondam sine rege, id est sine Christo, sine propheta, sine doctore existens nunc in unitatem fidei cõgregata, ad spiritalem pugnam contra diabolum properat. Potest autem in locusta, Anachoritarum concursus unitas accipi: quæ cum homine præceptore nullo in suis latibulis regat, infatigabili tamen instantia in suis quæque locis Christo militare, & male pullulantia carnalium uoluptatū germina consueuit absumere.

Stellio manibus nititur, et moratur in ædibus regis.] Stellio manibus nititur: quia nimirum alas, quibus feratur, non habet. Et moratur in ædibus regis. Illorum significat humilitatem, qui cum sint iuxta naturam tardi ingenio, solertia tamen industria suæ, uel ad diuinarum notitiam scripturarum, uel ad uirtutum gratiam, quibus ingressum regni cœlestis mereantur, attingunt. Plerumque etenim aues, quas ad uoladum penna subleuat, in inferioribus residet. Et stellio, qui ad uolatum pennas non habet, nitens manibus regis ædificium tenet. Quia nimirum sæpe ingeniosi quique, dum per negligentiam torpent, in prauis actibus remanent: & simplices, quos ingenij penna non adiuuat, ad obtinenda æterni regni cœntia uirtus operationis leuat.

Tria sunt quæ bene graduntur, & quartum quod incedit feliciter. Leo fortissimus bestiarum ad nullius pauet occursum, gallus succinctus lumbos, & aries, & non est rex qui resistat ei.] Ipse hoc loco leo ponitur: de quo scriptū est, Vicit leo de tribu Iuda. Qui fortissimus bestiarū dicitur, quia in illo hoc quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Qui ad nullius pauet occursum. Dicit enim, Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquã. Gallus succinctus lumbos, id est prædicatores sancti inter huius noctis tenebras, uerum manẽ nun-

ciantes. Qui succincti lumbos sunt, quia à membris suis, luxuriæ fluxa restringunt. Et aries, nec est rex qui resistat ei. Quem alium hoc loco arietem accipimus, nisi primum intra Ecclesiam ordinem sacerdotum: de quibus scriptum est, Afferte Domino filios arietum. Qui per exempla sua, gradientem populum, quasi subsequenter ouium gregem trahit. Quibus spiritualiter, recteque uiuentibus, nullus rex omnino resistere sufficit: quia quilibet persecutor obuiet, intentionem eorum nõ ualet præpedire. Et quia post hæc etiam Antichristus apparebit, hoc quartum subdidit, dicens:

Et qui stultus apparuerit, postquam eleuatus est in sublime: si enim intellexisset, ori imposuisset manum.] Ipse quippe in sublime eleuabitur, cum Deum se esse mentietur. Sed eleuatus in sublime stultus apparebit, quia in ipsa elatione sua, per aduentum ueri iudicis deficit. Quod si intellexisset, ori imposuisset manum: id est, si supplicium suum, cum superbare exorsus est, preuidisset, bene aliquando conditus in tantæ iactatione superbic non fuisset elatus. De quo nequaquam moueat, quod superius dictum est, Quartum quod incedit feliciter. Tria quippe incedere bene, dixit, & quartum fecilicer. Non enim omne quod feliciter, bene: neque in hac uita omne quod bene, feliciter. Nam leo, gallus, & aries bene incedunt, sed non hic feliciter, quia persecutionum bella patiuntur. Quartum uerò feliciter, & non bene incedit, quia in fallacia sua Antichristus graditur, sed iuxta breue tempus uitæ presentis ipsa illi fallacia prosperatur.

Qui autem fortiter premit ubera ad eliciendum lac, exprimit butyrum: & qui uehementer emungit, elicit sanguinem.] Vbera fortiter premimus, cum uerba sacri eloquij subtili intellectu pensamus. Quia pressione dum lac quærimus, butyrum inuenimus, quia dum nutriti uel tenui intellectu quærimus, ubertate internæ pinguedinis ungemur. Quod nec nimie nec semper agendū est, ne dum lac quæritur, ab uberibus sanguis sequatur. Quia dum uerba sacri eloquij, plusquam debent, discutuntur, in carnalem intellectum cadunt. Sanguinem enim elicit, qui uehementer emulget: quia carnale efficitur hoc quod ex nimia spiritus discussione sentitur.

Et qui prouocat iras, producit discordias.] Quid præcedente parabola iuxta literam significaret, aperit: quia qui in modesto sermone proximum allocutus, gratum accipit responsum, quasi de uberibus, in quibus lac quærebat, butyrum exprimit. Atqui inepto uerbo iram, discordiamque fraterno ex corde prouocat, quasi ultra modum emungens uerba, sanguinem pro lacte reperit.

CAPVT XXX.

Verba Lamuelis regis, Visio qua erudiuit eum mater sua.] Lamuel interpretatur in quo Deus. Et ipse est de quo supra, eodem nomine in Latino uerbo dicitur, Visio quam locutus est uir, cum quo est Deus. Mater autem, quæ hanc eum uisionem edocuit, non alia melius quam diuina

gratia intelligitur, quæ illum in corde inuisibiliter erudiuit intellectu sapientie, quam foris hominibus ipse ministraret. Quamuis & ipsa carnalis mater Salomonis, hæc eum paruulum docuisse recte possit intelligi. Quæ quidem ipse, quia sapienter dicta cognouerit, operi paraboliarum suarum miscere uoluerit. Et ideo recte, postquam dictum est in titulo, Verba Lamuelis regis: additum est continuo, Visio, qua erudiuit eum mater sua. Quia cum in regnum unctus, spiritum sapientie percepit, uidit in eodem spiritu, quam prudenter se mater bona docuerit.

Quid dilecte mi, quid dilecte uteri mei? Subaudi, Quid tibi dicam fili, qui de utero meo natus, electus es in regnum?

Quid dilecte uotorum meorum? Id est, qui electus es in hoc quod tota deuotione desiderabam.

Ne dederis substantiam tuam mulieribus. Patet literæ sensus, sed & uirtutum nostrarum substantias corruptionibus uitiorum contaminare prohibemur.

Et diuitias tuas ad delendos reges. Diuitias suas dat ad delendos reges, qui terrenis delicijs, hominum corda corrumpit, ne cœlestia bona inquirant, in quibus perpetuo possint regnare cum Christo. Delentur enim reges per diuitias, quando quis bet summi regis corpori adunati per fidem, nihilominus per illecebras seculi merentur eradicari de terra uiuentium.

Noli regibus d Lamuel, noli regibus dare uinum. Et hæc sequentia patet iuxta literam. Allegorice autem præcipit, ne uino, in quo est luxuria, inebriet mentes fidelium, qui sunt membra regis æterni. Quia nullum secretum est, ubi regnat ebrietas: nil de secretis cogitat, ubi regnat uoluptas carnalis: sed ea tantum carnales, quæ sunt uisibilia, seruantur.

Ne forte bibat, & obliuiscatur iudiciorum, & mutet causam filiorum pauperis. Ne terrenis debriatus illecebris, obliuiscatur pauperum Christi: qui & ipse pauper est factus pro nobis.

Date siceram merentibus, & uinum his, qui amaro sunt animo. Bibant & obliuiscantur egestatis suæ, & doloris non recordentur amplius. Siceram & uinum hoc loco supernam diuinæ sapientie consolationem dicit: quæ illis est exhibenda cordibus, quæ in infimis consolari refugium: & quicquid occurrit in presenti, amaro suscipiunt animo, solis quæ nondum uident gaudijs cœlestibus, tota mente inhærentibus. iuxta eum qui dixit, Negauit consolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus sum. Item, date siceram merentibus et uinum bibere his qui amaro sunt animo, & cætera. His, qui pro plenitudine actuum pristinorum mœrore atque tristitia deprimuntur, spiritalis scientie iocunditate uelut uinum, quod letificat cor hominis, affluenter infundite, eosque salutaris uerbi crapula refocillante, ne forte uigilate mœroris, ac lethali desperatione demerli, abundantiori tristitia absorbeantur, qui eiusmodi sunt.

Aperi os tuum muto, & causis omnium filiorum qui pertransiunt. Pro causa pauperum, qui ipsi per se lo-

qui in iudicio non ualent, ipse loqui memento, & eos defendere curato, qui patriæ cœlestis intuitu, huius uitæ uiam ocysu transire satagunt. Aliter os aperire muto præcipit populo gentium fidei uerbum prædicare, qui diuina eloquia prius personare nesciebat: & non tantum ludæis, sed & cunctis per orbem nationibus curam salutis impendere.

Aperi os tuum, decerne quod iustum est, & iudica inopem & pauperem. Sicut in uersu superiori pro causa & ereptione pauperis, os aperire præcepit: ita in isto, ipsum pauperem ubi errauerit, iuste castigare ac iudicare admonet. Iuxta quod & Moyses ait, Et pauperis in iudicio non misereberis. Quod utrumque facere Dominum propheta insinuat dicens, Sed iudicabit pauperes in iustitia, & arguet in æquitate pro mansuetis terra.

Hucusque uerba Lamuelis. Hinc sapientissimus regum Salomon laudes sanctæ Ecclesiæ uersibus paucis, sed plenissima ueritate decantat. Constat namque, idem cæmen uersibus. xxxij. iuxta ordinem uidelicet Hebræorum, ac numerum literarum, ita ut singuli uersus à singulis literis incipiant. Cuius ordine perfectissimo alphabeti typice innuitur, quam plenissime hic uel animæ cuiusque fidelis, uel totius sanctæ Ecclesiæ, quæ ex omnibus electis animabus una perficitur catholica, uirtutes ac præmia describatur.

C A P V T X X X I

Mulierem fortem quis inueniet? procul & de ultimis finibus precium eius. Mulier fortis Ecclesia catholica uocatur, mulier uidelicet: quia spirituales Deo filios ex aqua et spiritu sancto gignere consuevit. Fortis, quia cuncta seculi aduersa simul & prospera, pro conditoris sui fide contemnit, quam ipse in carne apparens, infirmam quidem inuenit, sed inuentione sua, hoc est pia uisitacione forte reddit. Unde post eius redemptionem ad cœlos rediens, supernis ciuibus gaudens ait: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam, quæ perierat. Videns ergo Salomon genus humanum innumeris implicatū erroribus, quodque ad eius saluationem, nullus patriarcha, nullus propheta, nullus omnino electorum, præter solum mediatorem Dei & hominum sufficeret, ait, Mulierem fortem quis inueniet? procul & de ultimis finibus precium eius. Ac si aperte futuram Domini gratiam admirando protestetur, Quis tanta uirtutis, quis talis est meriti, qui de tot incredulis ac scelestis mundi nationibus unam sibi electorum Ecclesiam congregaret, quam sua gratia fortem atque insuperabilem aduersantibus cunctis efficiat? Non hic certe nostri similis, non nostro est tempore uenturus, sed in fine seculorum est de cœlo Deus homo descensurus, qui nos sua passione à morte redimat. Hoc est enim, quod ait, Procul, et de ultimis finibus precium eius. Procul uidelicet, statu temporis, quod à dieb. Salomonis usque ad partum Virginis intererat. De ultimis autem finibus, quia à summo cœlo egressio eius, qui non aliud pro redemptione nostra precium, quam seipsum obtulit. Unde Apostolus,

Qui

Qui dilexit, inquit, nos, & tradidit semetipsum pro nobis, oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis. Quæuis & ita recte possit intelligi precium sanctæ Ecclesiæ procul positum fuisse, quia incarnatio, uerbi Dei conuersatio inter homines, passio ac resurrectio longe à nostræ esset naturæ conditione discreta. Quia uidelicet ille, & quando uoluit, & de qua uoluit matre natus est, & sine peccato uixit in mundo: & quando uoluit, & qua uoluit morte discessit à mundo. Tempus quoque resurrectionis & ascensionis suæ in potestate habuit, & cætera huiusmodi. in quibus tam procul à nobis, quam cœlum distat a terra. Quia uero Ecclesiam, quam redemit Dominus, non solum uerba salutis suscipere, sed et constanter pro illo certare, & hoc ipsum per mundum prædicare donauit, merito subiungit:

Confidit in ea cor uiri sui, & spolijs non indigebit. Virum sanctæ Ecclesiæ Dominum, ac redemptorem eius, qui etiam precium eius fieri dignatus est, dicit. Unde & Apostolus credentibus ait, Respondi enim uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo. Quod ergo dicit, Confidit in ea cor uiri sui: ab humana, nimirum consuetudine tractum est, sicut enim is qui forte fidelemque & castam habet coniugem, confidit in ea certissime, quia nil contra suam uoluntatem agere, nulla adulterina saltem cogitatione possit contamini, cuncta pro suo amore etiam aduersa libenter toleret, & quoscunque ualet ad suam amicitiam conuertere desideret: sic nimirum Dominus redemptor noster in Ecclesia confidit. Nouit enim spiritum gratiæ, quem dedit, nouit uirtutem charitatis, quam eius præcordijs infudit. Ideoque non dubitat eam, non solum à suæ fidei integritate nequaquam posse corrumpi, sed etiam perseveranter insistere, ut plures ad eiusdem fidei congreget unitatem. Hoc enim quod sequitur, Et spolijs non indigebit. Spolijs enim diabolum Ecclesia, cum per prædicatores suos, eos quos ipse deceperat, ad ueritatis iter reuocat. Et bene dicitur, Spolijs non indigebit: quia nunquam cessabit Ecclesia liberata à diabolica fraude animas, Christi fidei restituere, donec completo mundi cursu, suorum quoque præfinita compleatur summa membrorum. Verum quia quicquid boni sancta Ecclesia, uel anima quæque fidelis agit, hoc desuper accipit: recte subiungitur,

Reddet ei bonum, & non malum, omnibus diebus uitæ suæ. Reddet quippe anima Christo bonum, cum perceptis ab eo uite muneribus, recte uiuendo, respondet, cum ea quæ ipsa scire uel facere ab illo adiuta possit, etiam alijs intimare satagit. Bene autem cum dixisset, Reddet ei bonum: protinus addidit, Et non malum: quia sunt profecto, qui acceptis à Domino bonis, mala rependunt: uel fidei mysteria quæ perceperunt, hæretica face foedando: uel fidem, quam professione seruant, prauis operibus blasphemando: uel mores bonos, quibus cum fide recta deseruiunt, percolloquia mala corrumpendo. Sed nec illi bona

quæ acceperunt, Domino reddunt, qui non in his quæ bene inchoant, usque ad finem uitæ presentis persistere curant. Unde merito cum dixisset, Reddet ei bonum & non malum: ut perseverantiam boni necessariam demonstraret, adiunxit, Omnibus diebus uitæ suæ. Cui simile est illud Euangelicum, Seruamus illi in sanctitate & iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris. Quibus sanè operibus, quibus iustitiæ uel sanctitatis fructibus potissimum sit insistendum ei qui bonum quod accepit Domino, gratis rependere satagit, subsequenter insinuat, cum dicitur:

Quæsiuit lanam & linum, & operata est consilio manuum suarum. Huius principium uersiculi, fortis mulier, hoc est sancta Ecclesia etiam iuxta literam accipere & obseruare consuevit. Iuxta illud propheticum, Cum uideris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Operatur autem non superuacuo & cæco labore: sed eo utique consilio, ut ab ipso suo uiro, Domino uidelicet Christo in iudicio mereatur audire, Nudus fui, & operuisti me: & quandiu fecistis uni de his minimis istis, mihi fecistis. Operatur autem consilio manuum suarum: hoc est, earum personarum, per quas eleemosynam pauperibus tribuit. In quorum opere deuoto, illo saluberrime utitur consilio, ut cum dispergens det pauperibus, non ipsa ab hominibus laudetur ad tempus, sed iustitia eius maneat in seculum seculi, cornu eius exaltet in gloria. Possunt autem mystice in lana, quæ est ouium habitus, omnia simplicitatis et pietatis opera, quæ proximis impendimus, accipi. Potest in lino, quod ex terra uirides oritur, sed longe ac multiplici exercitio amittit humorem natium, atque ad gratiam noui candoris peruenit, castigatio nostræ carnis intimari. Cuius dum ingenitas uitiorum sordes per continentiam excoquimus, dignam profecto eam, qua Christum induamus, efficiamus. Iuxta illud Apostoli, Quot quot ergo in Christo baptizati estis, Christum induistis. Quærit ergo mulier fortis lanam & linum, & operatur consilio manuum suarum, cum Ecclesia sancta sollicitè perquirat, quibus se pietatis fructibus exerceat, quomodo carnalibus emundet illecebris. Et hoc utrumque consilio prudentissimo, hoc est supernæ solummodo retributionis facit intuitu. Cuius retributionis sequens quoque uersiculus apertius meminit, cum subditur,

Facta est quasi nauis institoris, de longe portans panem suum. Institorem, negociatorem dicit, qui pro eo sic uocatur ab antiquis, quod acquirendis multiplicandisque mercibus sedulus insistat. facta est ergo fortis mulier quasi nauis institoris: quia sicut nauis institoris onerata mercimonijs, quæ in patria sua magis abundat, per mare petit peregrina, ut illic uenditis quæ attulerat, cariora domum reportet: sic nimirum sancta Ecclesia, sic anima quæque perfecta uirtutum diuitijs gaudet onerari, quibus maiora diuinæ gratiæ dona mercetur. Optimum est namque commercium, cum bona quæ ualemus operantes, primo

hanc à Domino mercedē recepimus, ut ad ma-
iora semper agenda proficiamus, dehinc & uitā
percipiāmus sempiternam. Facta est ergo ani-
ma sancta quasi nauis infritoris, quæ transit de-
siderio fluctus seculi præsentis, solatq; se in coelis
accipere sperat, æterna gaudia meditatur, & pro
his abundantius adipiscēdis quicquid ualet in-
stanter agere, quicquid aduersum occurrerit for-
titer superare, contendit. De qua rectē dicitur,
Quia de longe portat panem suum: quia in cun-
ctis quæ temporaliter bona agit, æternā solum-
modo retributionem expectat. solum uiuū pa-
nis saturietatem desiderat, eius nimirū qui suis
auditoribus piē potenterq; promittit, Venite
ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & e-
go reficiam uos. At contra in proximo panem
suum recipit, & non hunc delongē trans maria
portat, qui in eo quod iustē uiuere uidetur, hu-
mani tantum fauoris præmia expetit. Neq; ullo
uitæ permanentis intuitu, ea quæ nimis labun-
tur, exuperare & calcare fatagit. De qualibus ip-
se terribiliter intonat, Amen dico uobis, rece-
perunt mercedem suam.

V. 41. Et de nocte surrexit, deditq; prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis. Sicut totus labentis seculi cur-
sus perennis diei ac noctis alternatione uariatur:
& dies quidem ad operandum, non ad quie-
scendum naturaliter condita est: sic totum præ-
sentis Ecclesiæ tempus, geminō quodam quie-
tis & operis statu discernitur. Quasi enim nocte
quiescit, cum aliqui fidelium eius intermissa ad
tempus sollicitudine externa, sibi met uacare,
secq; ipsos spiritualiter incipiunt curare, uel lectio-
nibus uidelicet sacris, uel orationibus, ac lachry-
mis se uel alijs huiusmodi studijs secretius exer-
cendo. Surgit autem de nocte, cum in eisdem
suis fidelibus ad agendam etiam proximorum
curam sollicita accingit. quod fraternæ admini-
strationis opus duobus modis exercere confue-
uit, quia & eos qui foris errabant, ad fidei gratiā
conuocat: & illis, qui fidei sacramentis iam sunt
imbuti, ut bonis operibus amplius insistant, ex-
citare non desinit. Vnde bene dicitur, Deditq;
prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis.
Dat namq; prædam domesticis suis, cum eos an-
tiquo hosti docendo eripere potuit, societati il-
lorum qui in fide præcessere reconciliat. Dat an-
cillis cibaria, cum humiles quosque & debito ti-
more sua iussa seruantes, ne sub pio labore las-
fescant, supernæ mercedis commemoratione
reficit.

Zain. Considerauit agrum, & emit eum, de fructu manuum sua-
rum plantauit uineam. Agrum dicit possessionem
supernæ hereditatis. De qua benedicens filium
Isaac patriarcha loquitur, Ecce odor filij mei, si-
cut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. O-
dor quippe sanctorum est, sicut odor agri pleni,
cui benedixit Dominus: quia tota mentis inten-
tione continentur, quæ sit plenitudo benedi-
ctionis in patria regni celestis. Considerauit er-
go Ecclesia agrum, & emit eum: quia studiosē di-
cit quæ sint gaudia uitæ perennis, & pro eo-

rum perceptione quicquid potuit laborare con-
tendit. Quæ etiam à fructu manuum suarū plan-
tauit uineam, quia de fructiferis fidelium suo-
rum factis siue uerbis, scripturam sanctam con-
didit: per quam mentes audientium in fide & di-
lectione debriaret sui redemptoris. Nec abire
est, si uineæ nomine ipsam Ecclesiam, quæ per
mulierem fortem est designata, sentiamus esse
figurā, & eos esse propagines uineæ qui sunt
filij mulieris. Mulier autē uineā plantauit, cum
Ecclesia primitiua totius per orbem missis præ-
dicatoribus fidei semina dispersit. Considerauit
namq; agrum, cum orbem uniuersum uitiorum
spinetis horrentem, cultore spiritali opus habe-
re perspexit. Emit uero eum, cum missis ubique
doctoribus, talentum uerbi audientibus contu-
lit, ut eos credentes felicissimo Christi mancipa-
tū subderet. Plantauit autem in eodem agro ui-
neam, cum in nouis credentium populis, Eccle-
siam plenæ Euangelicæ ueritatis institutione fir-
mauit. Quam quidem uineam de fructu ma-
nuum suarum plantauit, quia non solum uerbo
instituebant apostoli, apostolorumq; successo-
res populos, quos erudiebant, uerum & testi-
monium bonæ operationis, miraculorum quo-
que signa uerbis doctrinæ ungebant. Sed & us-
que hodie, immō usque ad finem seculi, mulier
fortis, considerat agrum, & emit eum, ac de fru-
ctu manuum suarum plantauit uineam: quia san-
cta Ecclesia semper sollicita perquirat, quos ad
fidem conuertere possit. Et quoscunq; dociles
inuenit, hos data uerbi pecunia, in seruitium
Christi emit. Atq; in eis uineam Christi planta-
re, uel potius eos uineam Christi facere fatagit.
Et quia quisquis alterum docere desiderat, pri-
mō ipse & à malis abstinere, & bonis se debet
actibus exercere, rectē subiungitur:

Accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachium suum. Accinxit ergo Ecclesia lumbos suos for-
titudine, cum supernorū desiderijs intenta car-
nalibus illecebris succumbere desepit: robo-
rauit brachium suum, cum se ad agenda uirtu-
tum opera preparauit. Et bene primō lumbos
fortitudine accingere, ac postmodum, roborare
brachium dicitur: quia nimirum actio boni
operis acceptabilis esse Domino minimē ualet,
si non fluxa luxuriæ quis prius à carne, simul &
mente restringat. Vnde Propheta, Quiescite a-
gere peruerse, discite benefacere. Et Dominus,
Sint lumbi uestri præcincti, & lucernæ arden-
tes. Lumbi uidelicet præcincti, ne luxuriæ sub-
damini: lucernæ uero ardentē, ut bonis fulgea-
tis operibus.

Gustauit & uidit, quia bona est negociatio eius: non extinguetur in nocte lucerna eius. Quod ait, Negociatio
eius: agri utique illius, de quo supra ait, Con-
siderauit agrum, & emit eum. Gustauit igitur
Ecclesia sancta, gustauit animā quæque perfe-
cta, id est, præ intimo mentis desiderio cogno-
uit, quia bona est negociatio uitæ immarcescibi-
lis, quā relicta illecebris tēporalib; æternā me-
remur in coelis, Gustauit aut, id est aperte didi-
cit,

cit, quia bonum est per instantiam prædicandi,
quoscunq; ualet ad uitam ueritatis adducere.
Atque ideo nullis tribulationum tenebris, nec
ipsa morte potest lucerna deuotionis eius ex-
tingui. Eorum nanque lucerna nocte extingui-
tur, quamuis in die uideatur ardere: qui, sicut
Dominus ait, Ad tempus credunt, & in tempo-
re tentationis recedunt. sed & illorum nocte
media extinguitur lucerna, qui ueniēte iudice
oleum charitatis in uasis præcordiorum suo-
rum non habuisse probantur, dum perditō fal-
sorum rumore uirtutū, uera tenebrosorū luunt
tormenta factorum. Quod si noctem hoc lo-
co p quiete uolumus accipere, iuxta hoc quod
supra dicitur, Et de nocte surrexit: id est, ad o-
perandum se post quietem preparauit. Aptē
dicitur, quod lucerna sanctæ Ecclesiæ non extin-
guatur in nocte: quia & cum à negocio quie-
scit actionis, uacat liberius luci supernæ contem-
plationis. Cumq; à publicis cessat operibus, cu-
rat se ardentius uel auditui sanctæ lectionis, uel
laudibus mancipare diuinis. Iuxta exemplū ui-
delicet mulieris industriæ, quæ nō solum in die
necessarijs solet insistere laboribus, sed & nocte
sapius accenso lumine lucernæ, parlem rei fa-
miliæ agere curam.

**Manum suam aperuit inopi, & digiti eius apprehende-
runt fufum.** Fortia dicit perfecta in Christi chari-
tate opera, quibus se gaudens Ecclesia certa su-
pernæ retributionis expectatione subdidit: uer-
bi gratia, Audistis, quia dictum est, Diliges a-
micum tuum, & odio habebis inimicum tuum:
ego autem dico uobis, Diligite inimicos uestros,
benefacite his qui oderunt uos, & cæte-
ra. Et de uirginitate seruanda: Qui potest ca-
pere capiat. Et de contemnendis diuitijs, Si uis,
inquit, perfectus esse, uade, uende omnia quæ
habes, & cætera. Nam populus synagoge, cui di-
ctum est, Si uolueritis, & audieritis me, bona ter-
ræ comedetis: tanto infirmior erat in opere iu-
stitiæ, quanto minus spe perpetuæ remunera-
tionis erectus. At Ecclesia quæ audiuit à Domi-
no, Pœnitentiam agite, appropinquabit enim
regnum celorum, merito pro huius perceptione
dura quæq; longanimiter suffert. Vnde rur-
sum de eius fortitudine dicit, regnum celorum
uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Et digiti
eius, inquit, apprehenderunt fufum. Solent fœ-
minæ tenentes fufum in dextera, colum tenere
in sinistra. In colo enim lana inuoluta est, quæ fi-
lo ducenda & nenda transeat in fufum. Sæpe au-
tem in scripturis dextera uitam perpetuam, & uia
præsentia Dei dona significat: opulentiam ui-
delicet rerum, pacem temporum, sospitatem
corporum, scientiam quoq; scripturarum, & ce-
lestium perceptionem sacramentorum. Hæc &
huiusmodi bona cum Domino largiente perci-
pimus, quasi lanam colo inuolutam, in laua ge-
stamus. At cum ea pro amore celestium salubri-
ter exercere incipimus, iam lanam agni immacu-
lati de colo in fufum, de laua in dexteram trañ-
simus: quia de donis nostri redemptoris de e-

xemplis operum eius, stolam nobis gloriæ coele-
stis, ac uestem charitatis nuptialem facimus. Di-
giti namq; quibus apprehendere fufum dicitur,
ipsam intentionem discretionis, qua quisq; ope-
ratur insinuant. Ea nimirum ratione, quia nulla
corporis nostri membra pluribus sunt districta
articulis, ac flexibus apta, quam digiti. Quicun-
que ergo ueraciter dicere cum Apostolo potest,
Nostra autem conuersatio in coelis est, unde et-
iam Saluatorem expectamus Dominum suo-
strum Iesum Christum: huius profectō digiti de-
xteri apprehendere fufum, quia discretionē se-
dula pro æternis bonis laborare didicit. Et be-
ne dicitur Apprehenderūt, ut uiuacius commē-
detur, quanto studio, quanta festinatione huius
uitæ incertę pro certis apud Dominum præmijs
agere debeamus. Quid autem mulier fortis, id
est Ecclesia sancta, uel anima quæque perfecta
per fufum intellectualem sit operata, subsequen-
ter aperitur.

**Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad
pauperem.** Quod & de operibus elemosynarij,
quæ generaliter fiunt in pauperes accipi potest.
Sed melius de uerbo Domini, quod indumen-
tum salutis animabus confert, intelligitur. De
qua beatus Iob gloriatur dicens: Iustitia indutus
sum, & uestiui me sicut uestimento & diadema-
re iudicio meo. Aperuit autem Ecclesia manum
inopi, cum mysteria fidei ignorantibus per ope-
rarios ueritatis reuelauit: palmas extendit ad
pauperem, cum longē lateq; prædicatores, ad
imbuendas æternæ salutis indigenas nationes
dispersit.

**Non timebit domus sua à frigidibus niuis, omnes enim do-
mestici eius uestiti sunt duplicibus.** Frigora niuis, corda
sunt reproborum, perfidię suę torpore rigentia.
De quibus ait Dominus, Et quoniam abutūda
uit iniquitas, refrigescet charitas multorū. Quæ
illa utiq; niue pessima deprimuntur, quæ ob pri-
mæ superbiæ meritum de coelo corruēs in pro-
fundo tenebrarum nihilominus se uelut ange-
lum lucis adhuc stultis ostentare præsumit, ha-
bitumq; meritorum suorum candori niuis simi-
lem fraudium suarum nescijs profert. quod qui-
dem Domini & angelorum eius est proprium.
in habitu niueo claritatem suæ designare uirtu-
tis. Non timebit autem Ecclesia domus suæ à fri-
goribus memoratæ niuis, quia Domino polli-
cente credit, quod portæ inferi non prauale-
bunt aduersus eam. Omnes enim domestici e-
ius uestiti duplicibus, & sapientia uidelicet, ad
reuelandas hæreticas falsorum fratrum doctri-
nas: & patientia, ad tolerandas apertorum ho-
stium pugnas. Vel certē, uestiti sunt duplicibus,
quia promissionem habent uitæ, quæ nunc est,
& futura. Nunc, in peregrinatione temporali
diuino auxilio, ne deficiant aditri: tunc, in pa-
triae perpetua habitatione diuinæ gratiæ uisio-
nis, ut felices semper uiuant alleuati. Item do-
mestici eius induti ueste sunt duplici. Vna, ope-
ra: altera mentis fidei, habentes factorum ue-
lamina, & sacramentis uidelicet sui redempto-
riæ

ria imbuti & informati exemplis. Sic enim fit illud Apostoli, Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis. Possunt autem frigora nuntius, etiam tormenta aeterna intelligi, quae igne et frigore iuxta esse legimus: cum dicitur, Ibi erit fletus & stridor dentium. fletum quippe oculis ignis & fumus, stridorem uero dentibus solet frigus gignere. Vnde & beatus Iob de poenis reprobatorum loquens aeternis, Ad calorem, inquit, nimium transibunt ab aquis nium. Sed ab his Ecclesia domus suae non timebit, quia quicumque pereunt, ad domum illius non pertinebant, nec ueste ipsius spiritali erant induti: tamen si mysterijs eius ad tempus uidebantur instituti. Denique legimus in Euangelijs eiectum de domo conuulsum illius hominem, qui uestibus operum immundis hanc intrare praesumpserat, & in tenebras exteriores, ubi esset fletus & stridor dentium esse proiectum. Merito utique in frigora poenae relatum, quia indumenta pietatis habere neglexerat.

Mem. Stragulata uestem fecit sibi, byssus & purpura indumentum eius. Stragulata uestis, quae uariante textura solet firmissima confici, fortia Ecclesiae opera & diuersa uirtutum eius ornamenta significat. De quibus Propheta, in summi regis, uiri uidelicet illius, laude cecinit: Astitit regina a dexteris tuis in uestitu deaurato, circumamicta uarietate. Byssus quoque & purpura indumentum eius: byssus, in candore purae conscientiae & conuersationis: purpura, in effusione preciosi sanguinis. Byssus namque candidi coloris est: purpureus autem color, & de sanguine animantis, quod purpura uocatur, conficitur, & ipse sanguinis habet speciem. Vnde pulchre dictum est a patribus, Quia sancta Ecclesia electorum floribus uernas, in pace habet lilia, in bello rosas. Item, quia byssus de terra uires oritur, sed per exercitationes longas ac multas amisso humore ac uirore natiuo, ad decorem candidae uestis perducitur. Purpura autem regalis habitus. Byssus induitur Ecclesia, cum castigant corpora sua electi, & seruituti subiiciunt. Purpura autem, cum eandem cõtentiam, non ob fauorem uulgi, sed ad acquirendam beatitudinem regni perennis exercent. Sed hic uirtutum habitus, in praesenti quidem nescientibus uideatur cõtempnibilis: sed in futuro qualis fuerit, manifeste patebit. Vnde pulchre in Apocalypsi sua Ioannes sanctorum uocem audisse refert, dicens, Gaudeamus & exultemus, quia uenerunt nuptiae agni, & uxor eius praeparauit se, & datum est ei ut cooperiat se, byssinum splendens, candidum. Byssinum enim iustificationes sanctorum sunt.

Nun. Nobilis in portis uir eius, quando sederit cum senatoribus terrae. Vir sanctae Ecclesiae, uir cuiusque fidelis animae Dominus est. Qui uidebatur ignobilis, cum ante tribunal praesidis staret inclinandus, cum probra, flagella, sputa, & ipsam crucis mortem susciperet: sed nobilis apparebit, cum uenerit iudicaturus orbem in aequitate, & omnes angeli cum eo. Tunc sedebit, inquit, in sede maiestatis

suae: & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabunt eos ad iudicem, & caetera. Nobilis in portis, inquit, uir eius: quia ueteres in portis sedere ad iudicandum solebant, ut uenientes ad ciuitatem aliunde, paratum continuo responsum iudicantis acciperent. Et nec rusticos uel pastores insolita urbis aedificia stupescerent: nec rursus pacem urbis intrinsecam frequens litigantium controuersia foederet. Nobilis ergo erit Dominus in portis suae ciuitatis: quia qui etiam nunc contemnendus putatur a multis, ubi seculi finis affuerit, ubi ingressus patriae coelestis, apparuerit electis, iam cunctis parebit sublimis. Sedebit autem cum senatoribus terrae. Amen dico uobis, quod uos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis & uos super sedes iudicantes in tribus Israel.

Samech. Sindonem fecit, & uendidit, & cingulum tradidit Chanaan. In lineo sindonis subtilis intextio signatur sanctae praedicationis, in qua molliter quiescitur: quia mens in illa fidelium spe superna refouetur. Vnde & Petro animalia in linteo demonstrantur, quia peccatorum animae misericorditer aggregatae, in blanda fidei quiete continentur. Hanc ergo sindonem Ecclesia fecit & uendidit: quia fidem, quam credendo texerat, loquendo didicit, & ab fidelibus uitam rectae conuersationis accipit. Quae & Chanaan cingulum tradidit, quia per uigorem demonstratae iustitiae fluxa opera gentilitatis astrinxit. Ut hoc quod praecipitur uiuendo teneatur, sint lumbi uestri praecincti. Bene etenim nomine Chanaan, qui & gentiliu populum procreauit, & interpretatur commutatus, conuersa ad fidem gentilitas designatur. Quae felicissima commutatione, a uitio ad uirtutes, a diabolo transmigravit ad Christum. Vnde & in eius laudem Platimus quadragesimus quartus scribitur, cuius titulus est in fine, pro his qui commutabuntur, filijs Chore canticum pro dilecto. filij autem Chore, filij Caluarie interpretantur, qui sunt filij Dominicae crucis, dicentes: Mihi autem absit gloria, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Quomodo autem commutentur, sequentia Psalmi eiusdem docent: ubi dilectus ipse, id est Ecclesiae Dominus dicit, Audi filia, & uide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, domum patris tui. Commutari namque illam desiderat, quam, ut filia ualeat dici, domum patris prioris: id est hostis antiqui, iubet obliuisci.

Ain. Fortitudo & decor indumentum eius, & ridebit in die nouissimo. Fortitudo, ad tolerandum peruersorum improbitatem: decor, ad exercendam uirtutum gratiam. Decor, quia operatur iustitiam: fortitudo, quia persecutione patitur propter iustitiam. Et ideo ridebit in die nouissimo, id est gaudebit in retributione regni coelestis, quae dolebat in certamine uitae praesentis. Mos etenim scripturae est, pro gaudio risum ponere: sicut Dominus ait, Beati qui nunc fletis, quia ridebitis, Et beatus Iob:

Iob: Os autem ueracium replebitur risu. Similem sane huic sententiam Propheta de Domino ac saluatore huius fortissime mulieris posuit, dicens: Dominus regnauit, decorem induit, induit Dominus fortitudinem, &c. Cum enim praedicaret Euangelium regni, alijs placebat, alijs displicebat: alijs bene loquebantur, alijs detrahebant, lacerabant, mordebant, conuiciabantur. At eos ergo quibus placebat, decorẽ induit: ad eos quibus displicebat, fortitudinem. Imitare & tu Dominum, ut possis esse uestis ipsius: esto cum decore, ad eos quibus placent bona opera tua: esto fortis aduersus detractores.

Pe. Os suum aperuit sapientiae, & lex clementiae in lingua eius. Ad hoc tantum loquens os aperuit, ut sapientiam doceret: iuxta illud Apostoli, Omnis sermo malus ex ore uestro non procedat, sed si quis bonus ad aedificationem fidei, ut det gratiam audientibus. Vel certe os cordis aperuit, ad discendam ab ipsa sapientia interiori ueritatem, quam alios foras doceret. Vtrique autem sensui, quia utrunque facit Ecclesia, concinit apte quod sequitur, Et lex clementiae in lingua eius: illa uidelicet, ut non statim more legis Moysaicae peccantes puniret, sed misericorditer ad poenitentiam medicinam uocaret. Cuius exemplum clementiae, ab ipsa Dei sapientia Domino & Saluatore nostro manifeste percepit, cum oblata ei peccatrice muliere: Si quis, inquit, sine peccato est, primus in illam lapidem mittat. & sic eam a crimine, quot patrarat sub conditione amplius non peccandi, miseratus absoluit.

Zade. Considerauit semitas domus suae, & panem ociosa non comedit. Semitas domus suae considerat, quia cunctas suae conscientiae cogitationes subtiliter inuestigat. Panem ociosa non comedit: quia hoc quod de sacro eloquio intelligendo percepit, ante aeterni iudicis oculos exhibendo, operibus ostendit. Item domus fortis mulieris, habitatio est patriae coelestis: semita domus illius, praecipua iustitia, quibus ad aeternae uitae mansionem peruenitur. Quas profecto semitas animas bene considerat, cum & diligenter quibus actibus ad superna perueniri debeat, inspicit: & quae agenda didicit, sedula exercere non desinit. Panem quoque ociosa non comedit: cum sacrificium Dominici corporis percipiens, studet imitari actum, quod in ministerio celebrat, multum sollicita, ne indignè panem Domini comedendo, & calicem bibendo, iudicium sibi manducet & bibat: sed ut patiendo pro Christo, ac lachrymas fundendo, bonis quoque actibus insistendo, passionis exempla ipsius quantum ualet sequatur. Potest & simpliciter accipi, quod panem ociosa non comedat mulier fortis: iuxta illud Apostoli, Qui non operatur, nec manducet. Et ipse de se, Quoniam ad ea quae mihi opus erant, & his qui mecum sunt, ministraverunt manus istae. Vnde merito luxuriantes uiduas arguens adiungit, Simul autem & ociosa discunt, circuire domus: non solum ociosa, sed & uerbosa & curiosa.

Coph. Surrexerunt filij eius, & beatissimam praedicauerunt. Quod futurum pro certo nouerat, more prophético quasi iam factum refert. Surgent enim filij Ecclesiae, uidelicet omnes electi in nouissimo, carnis immortalitate donati: & tunc matrem suam, quae eos, ex aqua & spiritu sancto Deo genuit, beatissimam praedicant, quae nunc ab infidelibus quasi misera cõtempnitur. Et reuera sunt Apostolus ait, Si in hac uita tantum sperantes fuerimus in Christo, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Quia uero pro uita alia in praesenti militamus, merito cum apparuerit, quid erimus, matrem nostram, quae ex omnibus iustis collecta una Christi columba, sponsa & amica uocatur, beatissimam praedicabimus. Surget & uir eius, & laudabit eam, dicens in iudicio: Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum a constitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare, & caetera. Qui quidem ipse primitiae dormitum resurrexit a mortuis, sed in die iudicij manifestus omnibus, quos sua laude dignos iudicauerit: quanta sit eiusdem fidei resurrectionis gloria demonstrabit. Potest hoc quod dicitur, Surrexerunt filij eius, & beatissimam praedicauerunt, etiam in hoc tempore conuenienter accipi, cum quilibet fidelis, transcendens seculi arumnas, ad coelestia regna perducuntur. Sederẽ namque ad humiliationem aliquoties, surgere ad gloriam pertinet. Vnde dicitur, Olim in cinere & cilicio sedentes poeniterent: id est humiliati. Et propheta, A facie manus tuae solus sedebam, quia cõminatione replesti me. Sed & Psalmista, Vanum est uobis ante lucem surgere: surgite, postquam sederitis, qui manducatis panem doloris. Quod est aperte dicere, Quid in praesenti quaeritis gaudere, quod electis in futuro reseruetur? Non enim potestis in hac uita, id est ante lucem, supernae retributionis gloriae uerae felicitatis habere: quin potius postquam hic humiliati fueritis ad tempus, illic uos perpetuum ueraciter exaltandos sperate: uos quibus amarum est omne quod seculi amatoribus iucundum uidetur, & dulce. Surgunt ergo filij Ecclesiae, & beatissimam eam praedicant, cum coelestibus bonis sublimati, quanta sit illius patriae beatitudo, cuius participes esse meruerunt, aspiciunt. Et hanc debita laudatione in diuina uisione concelebrant. Laudat eam uir ipsius, cum bona quae ipse donauit, remunerat. Quibus autem uerbis eam laudet, consequenter ostenditur, cum dicitur:

Res. Multae filiae congregauerunt diuitias, tu supergressa es uniuersas. Multas filias, Ecclesias dicit haereticorum & malorum turbas: catholicorumque filiae dicuntur uel Christi uel Ecclesiae, quia etiam ipsae sunt Dominicis renate sacramentis, & adoptionem filiorum, quam non custodiunt, perceperunt. Vnde & Ioannes ait, De nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Quae congregauerunt diuitias, uidelicet honorum operum operationes, ieiunia, eleemosynas, afflictionem & castimoniam carnis, continentiam linguarum, meditatio-

BEDAË PRESBYTERI IN CANTICA CANTICORUM Liber primus, de gratia Dei, contra Iulianum.



nem scripturarū, & cætera huiusmodi. Quæ ueræ sunt diuitiæ spiritus, ubi pura mentis sinceritate geruntur: ubi autem sine fide, quæ per dilectionem operatur fiunt, nihil agētibus profunt. Sed & illæ filiæ frustra congregarunt diuitias: de quib. Dominus ait, Multi dicent mihi in illa die, Domine, Domine, non ne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in tuo nomine uirtutes multas fecimus? & tunc cōfitebor illis, quia nunquam no-

Schin.

uui uos. Sed omnis istiusmodi filias Ecclesia catholica supergreditur, quæ fide casta, & opere perfecta redemptoris sui uestigia sectatur. Fallax gratia, et uana est pulchritudo: mulier timens Deū, ipsa laudabitur. Fallax est gratia laudis, quā ab homine accipit: uana pulchritudo castitatis, uel operationis bonæ, quam hominibus ostendat anima, quæ timore caret diuino. At illa cōscientia uera est laude digna, quæ timorē Dei in omnibus seruat. Ipse est enim principium cunctarum, custosq; uirtutū: scriptura dicente, Timor Domini principium sapientiæ. Et iterum, Qui timet Dominū, nihil negligit. Hic est enim, quod ideo beatus Iob, & in prosperitate uirtutib. incomparabiliter floruit, et in aduersitatibus insuperabilis hostis permanit: quia ueraciter dicere potuit, Semper enim quasi tumentes super me fluctus timui Dominum, & pondus eius ferre non potui. Fallax est ergo simulatorum gratia: uanus decor operis stultorum. Ecclesia autem, quæ in timore incolatus sui temporaliter conuerfatur, quoniam ardētes uirtutum lampades uenienti ad iudicium suo sponso offeret, iurē ab eo laudata, ianuam cum eo regni cœlestis intrabit. Qualiter autem eam laudet, terminali uersu docetur:

Thau.

Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera eius. Hæc sunt enim uerba uiri illius, de quo dictum est, Vir eius, & laudauit eam: id est Domini & Saluatoris nostri, qui angelis in fine præcepturus est, ut Ecclesiam post huius uitæ certamen, post triturationem afflictionum terrestrium, ad cœlestis regni gaudia introducant, ac uitæ immortalis sibi sociam aggregent. Iuxta illud Euangeliū, Triticum autem congregate in horreum meum. Date, inquit, ei de fructu manuum suarum, quia fructum spiritus ferre curauit, charitatem, gaudium, pacem, benignitatem, bonitatem, modestiam, continentiam, fidem, patientiam. Pro hoc illi debitam rependite mercedem, & laudem eam in portis: hoc est, in iudicio siue in ingressu patriæ cœlestis. Non hominum fauore superuacui, sed opera ipsa quæ fecit, examinante, probante ac remunerante illo, cuius hæc donante gratia, a quo & laudari mereamur in futuro, cōcedat ipse propitiū, nos eum dignis in presenti uita collaudare seruitijs. Amen.

In Proverbia Salomonis Libri tertij finis.

Cripturus, iuuante gratia superna, in Cantica Canticorum, primò admonendum putauit lectorem, ut opuscula Iuliani Celanensis episcopi à Campania, quæ in eundem librum confecit, cautissimè legat: ne per copiam eloquentiæ blandientis, in cœnum incidat doctrinæ nocentis. Sed, ut dici solet, ita carpat botrum, ut & spinam caueat: id est, in dictis eius sanos sensus scrutet & eligat, ut non minus uitet insanos. Vel potius illud faciat Maronis, Qui legitis flores, & humi nascensia fraga, Frigidus o pueri fugite hinc, later anguis in herba. Hoc est, ab eius se per omnia lectioe compefcat, cum habet eos, qui eundem librum & sanis sensibus, & simplicioribus uerbis exposuerunt. Est enim homo, ut rethor peritissimus, ita gratiæ Dei post Pelagium, impugnatō acerrimus: ut aperiū scripta eius, quibus contra strenuissimum eiusdem gratiæ propugnatōrem Augustinum insaniuit, ostendūt. Cuius causa duelli, primum de amore libellum composuit: sub obtētu, quasi hunc à fœdissima foret uoluptate secreturus, re autem uera suam confirmaturus hæresim: qua, ut breuiter plura constringantur, docet nos, per arbitrium liberæ uoluntatis posse bona facere, quæ uolumus, quamuis per auxiliū gratiæ Dei facilius ea perficere queamus: quomodo uiantes iter, & pedibus quidem peragere ualeamus, sed minore absq; dubio labore, cum nobis equi, quib. uehamur, affuerint. Immemor Apostolicæ admonitiōis, qua dicit, Cum metu & timore uestram salutem operamini. Deus est enim, qui operatur in nobis & uelle & perficere. Et quod est grauius, impugnatō eius qui non ait, Sine me modicū quid potestis: sed, Sine me, inquit, nihil potestis facere. Docet clausa legis sacramēta solos intueri posse eos, quos oculatos & eruditio reddidisset & pietas: oblitus gratiæ Dei, quæ etiam illiteratis & idiotis, scripturarum arcana reuelauit: dicente Euangelista, Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas. Quos idiotas fuisse, testatur idem Euangelista, cum ait, Videntes autem Petri constantiam, & Ioannis, & cōperto quod homines essent sine literis, & idiotæ, admirabantur. Dicit sanctum nobis, ac generosum amorem, ab ipso lucis exordio, natura conciliante insitum, & ad ultimam usq; senectutem solis uiribus animi innixum, sine ullo damno sui persistere uigoris: incredulus profectō Domini sententiæ, Quia sine illo nihil possumus facere: sed & Apostolici sermonis, Quia in multis offendimus Deum omnes. Et mirum, ubi didicerit Iulianus sanctum nobis, ac generosum amorem ab ipso lucis exordio natura consiliante insitum, cum natus de patriarcharum stirpe Apostolus dicat,

1. Cor. 2.

Lucæ 24.

Ioan. 14.

Iacobi 3.

Ephes. 2.

dicat, Fuimus & nos aliquādo natura filij iræ. Quomodo autem natura, nisi quia peccante primo homine, ac sanctum deserente amorem, uitium pro natura adoleuit? Mirum, ubi inuenit uel inueniri posse putauerit Iulianus hominem, salutem unum, in quo amor sanctus solis animi uiribus innixus, usque ad senium sine damno sui persisteret uigoris, cū ille, qui præ amore præcipuo dignus erat in sui conditoris sinu recumbere, inter eos qui eius gratia fruuntur, inuenire potuit nullum: quin potius humili confessione testatus sit, Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsinos seducimus, & ueritas in nobis non est. Dicit, amorem nostrum, sicut de corpore trahere, quod est perturbatus & rapidus: ita de animo, quod sit sublimis atq; cōtinuus. Quod etiam utrumque ueritati probatur esse contrarium. Si autem amor noster de corpore, & non de animo potius trahere, quod est perturbatus & rapidus, non diceret Dominus, Abintus enim de corde hominum cogitationes male procedūt, adulteria, fornicationes, homicidia, furta, auaritia, nequitia, dolus, impudicitia, oculus malus, blasphemia, superbia, stultitia. Omnia autem mala ab intus procedunt, & coinquinant hominem. Et rursum, si noster amor, non de quotidiana Dei gratia, sed de natura, uel uiribus animi haberet, ut esset sublimis atque cōtinuus, non diceret Apostolus de suis sanctis laboribus, quibus utique per amorem sublimem atque cōtinuum insisteret, Sed abundantius illis omnibus laboraui: non autem ego, sed gratia Dei mecum. Et iterum: Non quod sufficientes simus, cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Sed & si non a Domino, uerum a seipso bona sua opera, in quibus absque ulla contradictione amor sublimis atque cōtinuus arcem tenet, habebat, frustra Domino pro his, quæ non dedit, gratias egit dicens: Deo autem gratia, qui nos semper triumphat in Christo Iesu. Dicit eandem, quandiu nihil de Gentilitati uoluntate desiderat, quasi ad solius animi moueri arbitrium, & in actibus suis habere iocunditatem, ut perturbationis immunem, ita etiam libertate gaudentem. Quod est aperte dicere, quia exceptis quæ ad carnis stimulos pertinent, in arbitrio sit animi nostri sitū, cui se amor, uel quantum subdiderit: quodq; idem amor, solo animi motu dispensante, id est, nulla Dei gratia actus, operum quoque honorum perfectionem liberam, & nulli obnoxiam perturbationi possideat. Quod quantum a uero distet, patenter quisque prudens intelligit. Quare enim tanta multitudo fidelium diligere quærens, conditorem ex toto corde, tota anima, tota uirtute diligere, & proximum quisque ut seipsum: non semper hoc quod cupit obtinet, nisi quia amor idem non ad animi mouetur arbitrium, ut Iulianus existimauit, sed ut nouit Paulus: Charitas Dei

1. Ioh. 1.

Mar. 7.

1. Cor. 15.

2. Cor. 3.

2. Cor. 2.

Rom. 5.

diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctū, qui datus est nobis. Ideoq; non æqualis est in omnibus, quia habemus singuli donationes gratiæ, quæ datæ sunt differentes. Quare autem tantis sæpe non solum de foris, sed & de ipsa mente nascentibus præpedimur aduersis, nec omnia quæ desideramus, bona ualemus perficere, nisi quia fallitur, qui dicit amorem nostrum pro solo animi arbitrio, in actibus suis iocunditatem, ut perturbationis immunem, ita etiam libertate gaudentem: uerum canit Psalmista, qui ait: A Domino gressus hominis dirigitur, & uiam eius cupit nimis. Cum ceciderit iustus, non conturbabitur, quia Dominus confirmat manum eius. Vbi aperte designat, quia nec intra crebra Dominicæ protectionis auxilia a perturbatione uitiorum esse ualemus immunes: neque in omnibus actuum nostrorum gressibus de natura libertate, sed de diuina debemus directione gaudere. Frustra autem Iulianus genitalem uult exceptam uoluptatem, quæ sola ad animi nostri non moueatur arbitrium: quasi non iracundiæ, uel superbiæ, philargyræ, gastrimargiæ, cenodoxiæ, cæteraq; huiusmodi rabies, multo laboriosius, quam libidinis incentiua deuincantur. Quæ & ante tempora pubertatis, nostrū animum perturbatura adueniunt: & edomita sæpe, uel per naturā cessante libidine, nihilominus ipsa nos impugnare non cessant. Dicit, adiutorium sancti spiritus præcedentibus nostris studijs ac meritis dari: atque adhuc dari, ut genus humanum arctius diligamus. Quod ipsius uerbis ponere per ordinem libuit. Cum igitur, inquit, sapientis animus, qui uoluptatem subiecit dignitati amoris, & incitat & ordinat appetitum, nunquam fines transit officij, sed ad eam magnitudinem atque pulchritudinem studijs procedit ac meritis, ut generosum eius ignem gratia sancti spiritus incipiat uentilare: tunc fit illa charitas, quæ non propinquos solum aut ciues, sed ipsum genus humanum gremio suo conatur amplecti. In qua una sententia quot & quantæ sint blasphemias, facile catholicus lector animaduertit. Patet enim, quid humanæ arbitrio libertatis, qui tribuat gratiæ spiritali: quia animum hominis per se sapientem fieri, per se dignitatem sancti & generosi amoris habere, per se huic amoris uoluptatem subicere carnis, per sese & incitare ad uirtutes, & ordinare appetitum posse testatur: in tantum, ut nunquam fines trāseat officij illius, quo idem amor excolentibus est. Qui ipsum animum suis studijs ac meritis, ad eam magnitudinem ac pulchritudinem procedere dicit, ut sancti spiritus sit dignus auxilio: cuius uelidelicet spiritus aduentu non ita ait iuuari animum, quomodo ut flamma, uel fax, cum accenditur, caliginosam iuuat domum, quam illustrat: sed ita potius, quomodo ardentem, siue lucentem uentus iuuat ignem, ut amplius clarifcat:

Psal. 36.

T T rescat:

refcat: qui quidem & sine afflatu uenti accendit atque ardere, ac magnam consumere syluā poterat: sed tamen uento impellente magis magisque flammescit. Hoc enim significat dicendo, ut generosum eius ignem gratia sancti spiritus incipiat uentilare. Tanta animi bona pramiserat, & post omnia hæc incipere in ea gratiā sancti spiritus dicit, quasi superueniente auxiliatricem, & non præuenientē inspiratricem atque authorem in nobis studiorū meritōrumq; honorum. Qui tamen eius uentilatione, quid in generoso animi sapientis igne agi credat, intueri. Tum fit illa, inquit, charitas, quæ non propinquos solum, aut ciues, sed & ipsum genus humanum gremio suo conatur amplecti. Vides ergo qui tantum uirium nostro animo tribuit, quid spiritui gratiæ tribuat: quam & sero in auxilium ipsi animo aduenire, & tunc ei non illam charitatem, qua Deus: sed illam solummodo, qua genus humanum diligitur, infundere dicit: oblitus uel incuriosus Apostolicæ fidei, quæ dicit, Quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritū sanctum, qui datus est nobis.

Prolixi est operis cunctas eius, quas in libro hoc posuit, ineptias in medium proferre, ac testimonijs refellere ueritatis. Sufficiat hæc pauca exempli gratia posuisse: ex quibus possint cætera, quam sint detestanda, conijci.

Post hæc autem & huiusmodi innumera, quibus primum librum contra gratiam Dei disputando, compleuit, non minore secundū librum eiusdem hæresis peste commaculauit. Denique exponens quod dictū est, Quia meliora sunt ubera tua uino: de natura lactis foedissime philosophatus est, moxq; foedius multo, qualitatem naturæ illius ad confirmationē sui erroris transferre conatus. Quod quia totum ponere, & horrore, & nimis longū est, partem ponere satis duximus. Inscruens se ergo personis eorum, contra quos sub nomine Manichæorum pugnabat, ait inter cætera: Asserebat nanque opiniones nostras ad hoc profus spumantium æstus errorū, ut calumniam uerteteremus in ipsum authorem: & leuandi reatus gratia, quem crimina nimirū uoluntatis urehāt. ipsam naturam corporis subdebamus infamiam, incapaces bonitatis, & plenos iniquitatis in lucem istam nos uenire iurādo. Denique nullum ferē ad iustitiam, quid dico ratione, sed ne sacræ quidem legis institutione perducī. Depreciabat nempe hæc opinio naturam carnis & sanguinis. Sed postquam salutare mysteriū Dei & hominū mediator arripuit, ut cōsummatissimæ uirtutis daturus exēplū, naturā hominis mortalis assumeret, ostendit omnia crimina morū fuisse nō seminū. Denique uoluntatibus ad meliora cōuersis, non solum legis, sed etiā Euāgelicæ præcepta posse cōpleri. Quibus sermonibus eius breuiter respondendum, quia nequaquā in authorem naturæ nostræ calumniam uertimus, cum nos in ini-

quitatibus conceptos, & esse in deliciis natos dicimus: sed fatemur, quia in primis naturæ nostræ parentibus ad eius similitudinem facti sumus, ut immortales & sine peccato in delicijs paradisi, iuuante gratia eius uiueremus: quam uidelicet beatissimam uitæ primitiuæ mundiciam, si custodire curarēt ipsi protoplasti, & non magis hosti crederent, quam authori, usque hodie progenies ex eis sancta & impolluta delicijs paradisi, mortis simul & peccati nescia incoleret. At dum nulla necessitate naturæ, uerū sola uage mētis incuria, peccato consensere: moxq; iusto conditoris iudicio de loco paradisi uoluptatis exclusi, ac morte mulctati peccati, quod temerē contraxerāt, stirpi, generiq; suo reliquere contagiū: factum est, ut peccati, quod ipsi spontē commiserunt, nos etiam nolentes reatu constringeremur: ita ut ne paruuli quidem, qui nil boni uel mali uelle possunt, ab hoc possint immunnes existere, nisi donatē gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. Vnde probatur falli Iulianus, cum dicit, Reatum nobis solo crimine uoluntatis accēsum: & sicut post, apertius suum sensum aperuit, dicens, Omnia crimina, morum esse, non seminum. Seminum sunt nanque, quæ ex Adam originalia traximus: morum uerō, siue uoluntatum, seu fragilitatis & ignorantia, quæ ipsi per nos crimina addimus. Probatur falli, cum reprehendit eos, qui naturam nostri corporis, non eam quæ protoplasti sancta & immortalis creata est: sed illā, quæ post eorum præuarcationem uitiosa effecta est, subdunt infamiam, dicentes, Scio qd nō habitat in me, hoc est in carne mea bonū. Et quod idē Apostolus ait, Caro cōcupiscit aduersus spiritū, spiritus autē aduersus carnem. Hæc tantū sibi inuicē aduersantur, ut non quæ uultis, illa faciatis. Probatur falli, cū uituperat eos, qui nos in lucē istam incapaces bonitatis, & plenos iniquitatis uenire testantur. Verē enim profiteremur, oēs homines in lucē istā plenos iniquitatis, ex reatu primæ præuarcationis uenire: incapaces autē bonitatis, absit ut nos nasci iuremus. Sed hæreticus, ut artificiosus deciperet infimos, iunxit mēdacio perfidiæ ueritatē catholicæ professio nis. Probatur falli, cū iurare nos dicit nullū ad iustitiā non solum ratione, sed ne sacræ quidem legis institutione perducī. Quinimmo fatemur, & ratione & doctrina sanctæ legis, ad iustitiā nos, auxiliāte Dño, perducī, absq; gratia uerō illius, nec per naturalis subsidia ratiois, nec per diuinæ legis scita nos posse iustificari, Apostolo teste, Quia litera occidit, spiritus autem uiuificat. Id est litera præcipiēs occidit, si non asit spūs, qui præcepta literæ donet impleri. Et spiritus uiuificat, donando ut periculi litera possit. Quod autem ait de Domino, Ut consummatissimæ uirtutis daturus exemplum, naturam hominis mortalis assumeret, secretius hæresis suæ uirus euomuit, quia dicit,

Rom. 7. Gal. 5.

2. Cor. 3

dicit, uenientem in carne Dominum non dona nobis, sed exempla contulisse uirtutis. unde dicit post modicum, De ipsius, inquam, susceptione carnis, morū peccata damnauit: non naturam uidelicet carnis, sed opera commutando, ut iustificatio legis sub exemplo ipsius compleretur in nobis. Item in expositione uersiculi, Collum tuū sicut monilia. Cum pulchra, inquit, per naturam ceruicis gemmarū insignitur ornatur: felicitatē sine dubio auget uidelicet: & quasi se digna cōueniunt, honor uidelicet monilium, & ceruicum uenustas. Sic ergo & in te, cuius generositatem doctrina componit, ut uirtutes, quas natura inchoet, disciplina consummet: pro eo, ut diceret, Gratia inchoet, gratia consummet, gratia coronet. Item post innumera huiusmodi, quæ in ipsis eius opusculis pius lector facillimē deprehendet, in explanatione uersiculi, quo dictum est, Apprehendam te, & inducam in domum matris meæ, ibi me docebis, ne patientius, quæ contra fidem uesana sentiret, intromittat dicēs de Domino: iam in ipsa infantia multa quæ discere debeamus, ostēdit. Primò ipsum esse opificem uniuersorum ex masculi & fœminæ coniunctione nascentium, qui sibi sine ministerio uiri, corpus ex uirgine fabricasset. Deinde nullum peccatum esse homini congenitum: quandoquidem ille, & carnis ueritate circumdatus, & maculæ immunis extiterit. Postremò originem nostram non posse, nisi impiē diaboli operibus ascribi, quæ Deo uero non solum conditore, sed etiam habitatore congaderet. Non solum autem hæc dicēdo, errorem struit, sed hoc ipsum etiam interueniente agit exemplo. Nam peccatum esse homini cōgenitum testatur scriptura, quæ dicit, graue iugum super filios Adam, à die exitus de uentre matris, eorum usque in diem sepulture, in matrem omnium. Immo hoc ab ipsa cōceptione esse homini coeguum, estatur beatus Iob, cum Domino supplicans ait: Quis potest facere mundum de immundo conceptum femine? Non ne tu qui solus es? Et quæ poterit esse consequentia, ut ideo dicatur nullum peccatum hominibus ex masculi & fœminæ coniunctione nascentibus esse congenitum, quoniā filius Dei, qui sibi sine ministerio uiri, corpus ex uirgine fabricauit, & carnis ueritate circumdatus, & maculæ immunis extitit? Quæ est ratio consequens, ut homo purus innocentiam suæ natiuitatis astruat exemplo nati in carne mediatoris Dei & hominum, cum de illius natiuitate dixerit uirgini matri archangelus, Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi: ideoq; & quod nasceretur ex te, sanctum uocabitur filius Dei. Nostræ autem parenti post reatum præuarcationis dixerit iustus iudex: Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios, & sub uiri potestate eris. Sed neque hoc quod dicit, originem nostram non posse,

Eccl. 4.0.

Iob. 14.

Luce 1.

Gen. 3.

nisi impiē diaboli operibus ascribi: quæ Deo uero non solum conditore, sed etiam habitatore gauderet, aut catholicē, aut consequenter fecit. Quia nimirum diabolus, etsi peccatū protoplastis intulit, nec tamen eis naturalis procursum benedictionis abstulit, qua audierant: Crescite & multiplicamini, & replete terram. Non ergo illa impietate decipimur, quæ nobis improperat Iulianus, ut originem nostram diaboli operibus ascribamus, quam primordialis opere benedictionis à Deo conditam scimus. Absit autem, ut originem nostram post præuarcationis malum, Deo dicamus esse gauisam, ante remedium secundæ regenerationis, quæ fit ex aqua & spiritu sancto, donante gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrū. Pauca hæc de pluribus ex præfato opere Iuliani ad cautelā legendū, annotasse necessarium duximus: quorum admoniti exemplis, uigilantius in reliqua eius lectione, quæ non minus noxia sæpe salutari, bus dicta interserit, circumspectant. Nam & in alijs opusculis eandem suam hæresim, quam uis multum reclamante sanctissimo ac doctissimo antistite Augustino, affirmare non dubitat. Denique in libro, quem de bono constantiæ scripsit, bonum naturæ, libertatemq; nostri arbitrii, ut ipse autumat, contra perfidiam Manichæi magna instantia defendit. Ut autem ueritas probat, magna peruicacia contra fidem cœlestis gratiæ durat. Hæc nāq; est, inquit idem, constantia, quæ maximē asserit arbitrii potestatem, ac bonum, eius quæ naturæ & humani animi motus liberos, dum ostendit omne mentis bonum uoluntarium, nec ulli unquam casui obnoxium. Motus autem me non solum carnis, sed nec animi habere liberos docent, non apostolicæ tantum literæ, uerū etiam ipsa meæ cogitationes, quæ uolentē me sapissime, conantemq; ut de cæteris taceam, fixa mente ac desiderio infatigabili deuotioni orationis incumbere non sinunt. Qui si motus animi liberos haberem, ita uellem cōtinuæ tempore orationis animū precibus intentum retinere, quomodo membra corporis facillimē soleo, quotiens uolo, quocunq; uel situ, uel loco orationis componere. Et paulo post: Ipsa enim armat, inquit idem, egregiū cuiusq; & accendit animum, dum illum libertatis suæ semper admonet, dumq; omnes ab eo repellit metus. Quanto enim melius expugnaret Manicheum, si diceret: Quia gratia Dei fecit egregiū cuiusq; electi animum, & accendit ad studia uirtutum, dum illum infirmitatis suæ semper admonet, & quia sine ipsa nihil facere potest: dumq; omnem ab eo fiduciam suæ repellit uirtutis, ac Deo canere suadet: Fortitudinem meam ad te custodiam.

Gen. 1.

Psal. 58.

Et iterum post multa, quibus libertatem nostræ uoluntatis prædicat, ait: Etenim sicut præclare à doctissimis atque orthodoxis disputatū est, nemini uerē unquam noceri, nisi

à seipso potest: nec est profus aliquid quo quisquam inuitus fiat miser. Quid tandem uirtus timebit, nisi defectum sui, quo homini in æternum nocetur? Quæ nequaquam stare sententia, nisi apud hæreticos, potest: quia constat nimirum, quod peccatum Adæ, cunctis hominibus nocet. Non quidem à seipsis, uerum ab illo qui primi facinore reatus totum genus humanum, nisi quem gratia Christi liberat, perpetuo damnauit. Nocet hæreticorum malitia illis, quos catholicam scire ac tenere fidem desiderantes, in interitum nescientes, nolentes, quæ detrahit. Verum timens Iulianus, ne si in tanto hoc uolumine totum, quod recte uiueremus, libertati nostræ uoluntatis tribueres, quasi apertus gratiæ Dei hostis detestaretur, atque anathematizaretur ab omnibus, fecit & huius hoc in loco mentionem: & hoc ita occulte, ut non omnes eam uirtutes dare, sed unam in nobis solummodo iuuare diceret, & firmare constantiam. Diuinæ enim gratiæ est, in quibus, amare & firmare constantiam, quæ cæteras possit custodire uirtutes: & contra omnia quæ resistunt, defendere uirtutem. Vbi & cautiissimo usus est uerbo, ut non diceret eam donare, quasi antea non habitam nobis constantiam: sed potius iuuare & firmare, quasi à nobis iam exortam, ut uentus flammam ignis, quam non ipse accendit, sed aliunde accensam, ut clarius flammescat, adiuuat: & ne extingui debeat, flando confirmat. Sicut in ipso libro de amore plenius sensum suum dilucidasse monstrauimus. Circa huius autem libelli finem, manifeste prodit ipse Iulianus, qua intentione in huiusmodi assertionibus per cuncta quæ considerat, opuscula, laboraret. Scandalum, inquit, Manicheo est, eo quod committitur id est, abnegantes Dominum nostrum, qui est uerus, fatemur. Offendit, quia naturam bonam, quia liberum hominis asserimus arbitrium. Sed & in libro quem ad Demetriadem uirginem Christi, de institutione uirginis scripsit, hæc eadem de potentia liberi arbitrii, quomodo sentiat, pandit. Quem uidelicet librum nonnulli nostram studiosè legentes, sancti & catholici doctoris Hieronymi esse temerè arbitrantur: minime peruidentes, quod & suauitas eloquentiæ demulcentis, & hæreseos perueritas seducētis, manifeste probat hoc illius opusculum non esse. Quin potius ipse fidem eius, uel magis perfidiam in dialogo Attici & Critobuli, quæ uiuente Pelagio edidit, cum adhuc Iulianus ab eo puerulus, quasi in caerna colubri, nutritiatur regulus, diuinis expugnarit ac protulerit eloquijs. In hoc ergo Iulianus libro, & in alijs se opusculis eandem suam hæresim confirmasse declarat, ita scribens: Quoties mihi de institutione morum, & sanctæ uitæ conuersatione dicendum est, soleo prius humanæ naturæ uim, qualitatemque monstrare, & quid efficere possit ostendere. Et paulo post: Quem ergo, inquit, exhortationis ordinem, cum in a-

lijs quoque opusculis tenuerim, tum hic maxime seruandum puto, ubi eo plenius bonum naturæ declarari debet, quo uita instituenda perfectior. Itæ in processu libri eiusdè: Quam enim, inquit, multos philosophorum & audiuimus & legimus, & ipsi uidimus castos, patientes, modestos, liberales, abstinentes, benignos, honores simul mundi ac delicias respuentes, & amatores iustitiæ non minus, quam sapientiæ: Vnde quæso hominibus alienis à Deo ista, quæ Deo placent? Vnde hæc illis bona, nisi de naturæ bono? Et cum ista quæ dixi, uel unum simul omnia, uel singula singulos habere uideamus, cumque omnium una natura sit, exemplo suo inuicem ostendunt, omnia in omnibus esse posse, quæ uel singula inueniuntur in singulis. Quod si etiã sine Deo homines ostendunt, quales à Deo facti sunt, uide quid Christiani possint, quorum in melius in Christo instaurata natura est, & qui diuinæ gratiæ iurantur auxilio. Et post multa huiusmodi loquens de beato Iob, O uirum, inquit, ante Euangelia Euangelicum: & Apostolorum, ante Apostolica præcepta discipulum: qui aperiens occultas naturæ diuitias, & in mediū proferens ex se, quid oēs possemus, ostendit. item post pauca, Neque nos, inquit, ita defendimus naturæ bonum, ut eam dicamus malum facere non posse, quam utique boni ac mali capacem etiam profitemur: sed ab hac eam tantummodo iniuria uendicamus, ne eius uicio ad malum uideamur impelli, qui nec bonum sine uoluntate, nec malum faciamus: & quibus liberum est unum semper agere, cum semper utrunque possumus. Vnde enim alij iudicantur sunt, alij iudicandi, nisi quia in eadem natura dispar uoluntas est: & quia cum omnes idem possumus, diuersa faciamus? Et paulo post, Adam de paradiso eiecitur, Enoch raptum de mundo esse commemorās, adiecit: Nec enim à iusto Deo, aut ille puniri meruisset, aut hic eligi, nisi uterque utrunque potuisset. Hoc de Cain & Abel fratribus, hoc etiam de Esau & Iacob geminis intelligendum est: ac sciendum, solam uoluntatis esse causam, cum in eadem natura merita diuersa sunt. Et rursum post pauca: Neque uerò, inquit, alia causa nobis quoque difficultatem bene uiuendi facit, quam longa uitiorum consuetudo, quæ nos, cum inscit à paruo, paulatim quæ per multos corrumpit annos, ita postea obligatos sibi & addictos tenet, ut uim quandam uideatur habere naturæ. Item post multa, quibus optime uirginem Deo dicatam instituit, & reuera multum utile ac salubre opus perficeret, si eam diuinæ gratiæ in omnia suffragia flagitare, & non animi sui libertate, uiribus que fidere doceret: quomodo etiam in illo, quem de Bono constantiæ scriptum ab eo diximus librum, multum prodesse uirtutum studiosis, si non uirulentam intermisceret uitia errorum. Sed si modicum fermentum, Apostolo teste, totam massam

sam corrumpit, quāto magis uenenum quā maximum? Adscribimus, inquit, iniquitatem iusto, pio crudelitatem, dum eum primò impossibile aliquid præcepisse conquerimur. Proinde pro his damnandum ab eo putamus hominē, quæ uitare non potuit. Et paulo post, Nec impossibile aliquid potuit imperare, qui iustus est: nec dānaturus est hominem ob ea, quæ non potuit uitare, qui pius est. In his singulis quæ ex uno eius excepti libello, sententijs, quanti sint errores facile cuius docto patet. Quas ideo tam plures coaceruati posui, ut pluribus errorum probamentis conuincerentur hi qui hunc librum à catholico beati Hieronymi calamo scriptum cōtendunt: cautiore quæ ergo eius lectione redderentur, quæ hæreticum esse didicissent. Quibus etiam sententijs pariter omnibus strictim respondere commodum duxi: utpote quæ cunctis, ut dixi, clarius luce quā sint nefandæ, pateant. Quod ergo dicit, Multos philosophorum patientiam, castitatem, modestiam, aliasque de naturæ bono habere uirtutes: constat, quia quicumque philosophorum Christum Dei uirtutem, & Dei sapientiam nescierunt, hi nullam ueram uirtutem, nec ullam ueram sapientiam habere potuerunt. In quantum uerò uel gustū aliquem sapientiæ cuiuslibet, uel uirtutis imaginem habebant, totum hoc desuper acceperunt: non solum munere primæ conditionis, uerum etiam quotidiana eius gratia, qui creaturam suam nec se deserentem, deserens dona sua, prout ipse iudicauerit, hominibus, & magna magnis, & parua largitur paruulis. Quod uerò dicit, omnia in omnibus posse esse, quæ uel singula inueniuntur in singulis: contradicit scriptura, quæ ait, Nec enim omnia possunt esse in omnibus, quoniam non est filius hominis immortalis. Vbi manifestè insinuatur, quia cum mortale hoc induerit immortalitatem, tunc demum possunt esse omnia in omnibus bona uirtutū: & ne tunc quidam de naturæ bono, sed per gratiam eius: de quo scriptum est, Vt sit Deus omnia in omnibus. Sed & quotidiana nostræ fragilitatis documenta probant, non omnia in omnibus esse posse: ubi tam multi inueniuntur, qui summanitentes instantia, nequaquam ad eas, quas alios uidet habere, possunt peruenire uirtutes. Quod homines sine Deo, dicit ostendere, quales à Deo facti sunt: à Deo longè ueritate abest, ut nec homines Deo proximi ualeant ostendere in hac duntaxat uita, quales à Deo protoplasto facti sunt. Quis enim sapientia uel uita maior esse poterit, eo qui priusquā carnis debitum solueret, usque in paradysum, uel tertij cœli ad adyta raptus, ciuium supernorum & conuersationem contemplatus est, & audiuit colloquia? Qui tamen dicit, Cōdelector enim legi Dei secundum interiorem hominem, uideo autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. Quod parentes

generis humani, quādiu naturæ bonum inemeratū custodiere, constat dicere non potuisse. Quod Christianorum naturā melius dicit instauratam esse per Christū, & eos diuinæ gratiæ iuuari auxilio: si de his solummodo, quæ in remissione peccatorum per baptisma nobis donata sunt, uult intelligi, hæreticum est: si autem & de quotidiana eius gratia, qua nos in mente & corpore instaurare & iuuare non cessat, catholicum est. Quod dicit, beatum Iob aperuisse in uirtutibus suis eximias occultas naturæ diuitias, & ex se, quid omnes possemus, ostendere: quanto melius diceret, quod aperuit ineffabiles diuinæ gratiæ diuitias: & in se, quia hæc omnibus quibuscunque uellet, dare posset, ostenderet. Quod dicit, nos uicio naturæ ad malum non impelli, qui nec bonum sine uoluntate, nec malum faciamus, repugnat Apostolo dicenti, Scio quia non habitat in me, hoc est in carne mea bonum. Nam uelle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Non enim quod uolo, bonum hoc facio: sed quod nolo malum, hoc ago. Quod dicit liberum nobis esse unum semper agere, cum semper utrunque possumus: contradicit Prophetæ, qui Deo supplicat loquitur dicens, Scio Domine quia non sit hominis, uia eius: nec uiri est ut ambulet & dirigat gressus suos. Sed & Apostolo maiorem se facit, qui dixit, Ego igitur ipse mente seruo legi Dei: carne autē, legi peccati. Quod dicit non aliunde alios iudicare, alios iudicari, nisi quia in eadē natura dispar uoluntas sit, & quia cū omnes idem possumus, diuersa faciamus: contradicit catholice fidei, quæ etiã paruulos esse iudicandos confitetur, eos qui in eadem natura positi, priusquam aliquid boni malū e facere aut uelle, aut saltem nosse poterāt, sine baptismo rapti sunt. Quod Esau & Iacob, cæterosque tales, sola uoluntatis causa dicit esse discretos, ut in eadem natura merita haberent diuersa: contradicit Apostolo, qui de eisdem loquens ait, Cum enim necdum nati fuissent, aut aliquid egissent bonum aut malum, ut secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex uocante dicitur est ei: Quia maior seruiet minori. sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esa autē odio habui. Quod dicit non aliam causam nobis difficultatem bene uiuendi facere, quā longam uitiorum consuetudinem: contradicit scripturæ quæ dicit, Graue iugum super filios Adam à die exitus de ventre matris eorum. Quod dicit Dominum non impossibile aliquid præcepisse, qui iustus est: uerum profecto dicit, si ad eius respicit auxiliū, cui catholica uox supplicat, uerò uiribus animi sui fidit, refellit eum ueridica eiusdem iusti conditoris sententia, qua dicit, Sine me nihil potestis facere. Quod dicit, eum qui pius est, non damnaturum esse hominem, pro eo quod uitare non potuit: contradicit

tradidit eiusdem p̄i redemptoris & iusti iudicis sententiæ, qua etiam de paruulis ait, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest uidere regnū Dei. Quamuis, ut sanctus Augustinus ait, mitissima prorsus pœna uel damnatio erit omnium, qui præter peccatum, quod originale traxerunt, nullū in super addiderunt. Nec tamen tales à damnatione prorsus esse non possunt immunes, cum manifestè dicat Apostolus: Quia regnauit mors ab Adā usque ad Moysen, etiam in eos qui non peccauerunt. Et quasi quæreretur, quare regnauerat in omnes qui non peccauerunt, mox rationem reddit adiungens, In similitudinem præuaricationis Adæ: id est non propter sua propria peccata, sed quia sui similes genuit præuaricator Adam. Dicendum ergo nobis in hac parte quæstionis, quod dixisse audiuimus eundem apostolū Paulum, qui de Esau & Iacob geminorum ex uno concubitu nascentium dispari sorte, disputans ait, Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas apud Deum? Absit. Moyses enim dicit, Miserebor, cui miserebor: misericordiam præstabo, cui misertus fuero. Igitur non uolentis, neque currentis: sed misertus Dei est, & cætera usque dum plurimum hac quæstione lassatus, ita conclusit: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uitæ eius: Hæc de opusculis Iuliani, ad cautelam legentium prælibare, commodum ratifumus. Hinc ad expositionem, stylum uertamus Cantici canticorum: & in libro ad intelligendum difficilimo, sedulū patrum uestigia sequentes, quicquid iuuante ea, quam defendimus gratia Dei, ualemus studij salutaris impendamus. In quo opere lectorem admonet, ne me superfluum iudicet: qui de natura arborum, siue herbarum aromaticarum, quæ in hoc uolumine plurimæ continentur, iuxta quod in libris antiquorum didici, latius explanare uoluerim. Feci nanque hoc non arrogantia studendo, sed meæ meorum que imperitiæ consulendo, qui longius extra orbem, hoc est in insula maris oceani nati & nutriti, ea quæ primis orbis partibus, Arabica dico, & Indica Iudæa, & Aegypto geruntur, non nisi per eorum, qui his interfuere, scripta nosse ualeamus.

CAPITA IN CANTICA CANTICORUM.

CAPVT. I.

Synagoga Dominū uenire in carne desiderat, ac uenienti, deuota charitate, occurrit.

CAPVT. II.

Obscuratam se persecutione infidelium Iudæorum, primitiua quæritur Ecclesia, unde & dilecti sui redemptoris tremens inuocat auxilium.

CAPVT. III.

Dominus obiurgans Ecclesiam, pauentem

admonet, data sibi gratiæ, aduersus omnes hostium insidias.

CAPVT. IIII.

Confortata uerbis Dei Ecclesia, conuersionem eius, in carne passionē & resurrectionem ad memoriam reuocat.

CAPVT. V.

Laudat eam confortatam Dominus, cui uicē laudis rependens, in pace aliquantula uitæ presentis, cum eo gaudere desiderat.

CAPVT. VI.

Dominus gaudium uirginis matris commemorans, in sponsa quoque sua uirtutem castimonie laude dignam complectitur.

CAPVT. VII.

Introducia in cognitionem cœlestium sacramentorum Ecclesia, sub protectione sui redemptoris refici & quiescere cupit.

CAPVT. VIII.

Adiurat ipse credentes, ne pacem Ecclesie turbarent.

CAPVT. IX.

Apparens in carne Dominus, Ecclesiam ad prædicandum excitat, eo quod longæ infidelitatis hyems, quæ mundum presserat, abierit, & in auspicijs agendi putidas hæreticorum uertutias deprehendere ac refellere præcipit.

CAPVT. X.

Fauens Domini iussis Ecclesia, sapius eum ad se iuuandam per occultæ gratiæ inspirationis aduenire precatur.

CAPVT. XI.

Exponit Ecclesia gentium, quo ad fidem Christi ordine perueniret: cuius uotis ipse cōgaudens, præcepit fidelibus, ne eius requiem inquietent.

CAPVT. XII.

Miratur synagoga fidem inspiratam Ecclesie, mortificatione carnis & orationis uirtute deuotam.

CAPVT. XIII.

Illa respondet, lectulo se ac ferculo pacifici regis, id est animarum requie & interna refectioe delectatā aduenisse: & maxime ipsius decore regis, ad cuius cernendam speciem, eos quoque qui se admirabantur, excitat.

CAPVT. XIII.

Delectatus fide Ecclesie Dominus, speciatim membra eius omnia, hoc est, singulas quasque fidelium personas, dicenti, laudatione commendat: persecutorum quoque rabiem, ad eius reuerentiam inclinandam esse prædicat, pro cuius amore & ipse uulnera crucis suscepit.

CAPVT. XV.

Prædicatorum eius doctrinæ dulcedinem, fructus operum, & flagrantiam dulcissimam describit opinionis.

CAPVT. XVI.

Ventis eam tribulationum, ut constantia ipsius

ipsum amplius probetur, tentandam committit.

CAPVT. XVII.

Illa suæ conscia deuotionis, ipsum ad se insipientiam aduenire precatur.

CAPVT. XVIII.

Dominus se iam aduenisse ad eam, ac pijs eius operibus delectatum esse testatus, supernos quoque ciues bonis congaudere præcepit.

CAPVT. XIX.

Quiescens à seculi tumultibus, Ecclesia excitatur uoce Dominica, ad corrigendos quosdam, in quibus spes & dilectio eius iam frigere cœperat: illa quietis amore ministerium excusans, secreta ipsius compunctione ad agendum accendi incipit, sed non statim cœpta sequitur effectus: unde conspectis magnorum uirtutibus doctorum, quicquid in se de mundi concupiscentijs adhærebat, abijcit.

CAPVT. XX.

Eadem in quibusdam suis fidelibus obsecrat perfectiores, ut in tempore suæ compunctionis, siue orationis, se quoque Domino commendent.

CAPVT. XXI.

Illi contra petunt aliqua sibi de eius uirtutibus narrari, quarum accensi dulcedine, amplius in eius amore flammescant.

CAPVT. XXII.

Agit petita, & præconia uirtutum ac potentiarum eis congrua laude decantans, denuo interrogat, in qualium mentibus eius soleat uestigia reperiri.

CAPVT. XXIII.

Respondet pijs sanctorum desiderijs, ac fructuosos operibus eum delectari, ac perfectos quosque castimonie uirtutibus ad æterna gaudia colligere.

CAPVT. XXIII.

Audiens hæc Dominus, laudat Ecclesie deuotionem, laudat operationem: nec tamen se in hac uita multum desiderari edocet.

CAPVT. XXV.

Multis per orbem Ecclesijs, multis falsorum fratrum conuentibus, multis innocentium choreis, totam Ecclesie perfectionem dicit esse præferendam.

CAPVT. XXVI.

Audiens synagoga laudari Ecclesiam à Domino, & ipsa admirandam eam accenditur, maxime quod inuincibili uirtutum certamine cum ceteris sit hostibus terribilis, quod in fine mundi Apostolus docet esse futurum.

CAPVT. XXVII.

Respondet Ecclesia, & in doctoribus suis declarat, quæ sibi fuerit causa militaris paratus, sollicitudo uidelicet omnium Ecclesiarum, & quibus ipsa una catholica constat.

CAPVT. XXVIII.

At synagoga nescisse se hæc dicit, subito stupore Euangelium prædicantis confessa se fuisse conturbatam: cuius cœptis salutaribus gaudens Ecclesia, ad agnitionem sui redem-

ptoris eam reuerri postulat.

CAPVT. XXIX.

At ipse redemptor annuens eius hortamentis, nihil in illa magis quam industriam uirtutum testatur esse uidendam.

CAPVT. XXX.

Item laudes dilectæ suæ ex more describēs, primo omnium in iunctura feminum eius, adunationem amborum in se credentium, seque diligentium, designat populorum.

CAPVT. XXXI.

Ipsa eius laudatione rapit uerbum de ore eius, accumulatur laudē: & ipsum uenire supplicat, quatenus eo cooperante, pijs siue operationis, siue predicationis possit subire labores.

CAPVT. XXXII.

A nouo incipiens Ecclesie primordio, Dominum optat incarnari, quo per suffragia humana susceptionis, quasi sustentatione leuet: ut ad contemplationem diuine gloriæ, quasi ad amplexus dexteræ, mereatur ascendere.

CAPVT. XXXIII.

Ipsa aggaudens eius desiderijs, adiurat credentes ex ludæis, ne fidem gentium turbent.

CAPVT. XXXIII.

Qui iussis obtemperantes, subitam eius conuersionem suspecta mentē mirantur.

CAPVT. XXXV.

Admonet & ipsam Ecclesiam dilectionis, quam per arborē crucis redemit, sui que semper memoriam in corde & opere ferre præcipit.

CAPVT. XXXVI.

Alloquitur & synagogā, quid de primitiua ex gentibus Ecclesia fieri debeat, necdum habente de suis, qui doctores ualeant ordinari.

CAPVT. XXXVII.

Et addit ipse, si quis in eis sit uita & sermone sublimis, erudiendū hunc literis diuinis, ut sic ad gradum queat promoueri: qui uerò nature simplicioris, proponenda illis sanctorum exempla, quibus amplius in fide confortetur.

CAPVT. XXXVIII.

Ipsa se sublimem dono eius effectam, atque in uiris perfectioribus gradu doctoris esse habilem respondet.

CAPVT. XXIX.

Additque Ecclesia in pace sui conditoris uocata, multos habere populos: ut nationes Gentium ad se pertinere designet.

CAPVT. XL.

Fauens his Dominus, totius Ecclesie se habere curam protestatus, iubet eos qui benedixerint, etiam ministerium prædicandi subire.

CAPVT. XLI.

Ecclesia iussis obediens, obsecrat eum ad adiuuandos suos cœptus spirituales, sapius se in cordibus fidelium adhibere presentem.

CANTICA CANTICORUM ad litteram sic habent.

CAPVT. I.

Vox Ecclesie,

Osculetur me osculo oris sui. Quia meliora sunt ubera tua uino, fragrantia ungueatis

guentis optimis. Oleum effusum nomen tuum: ideo adolescentula dilexerunt te. Trahe me post te, curremus in odorem unguentorum tuorum. Introduxit me rex in cellaria sua: exultabimus, & letabimur in te. Memores uerborum tuorum super uinum, recti diligant te. Item uox Ecclesiae, Nigra sum, sed formosa filiae Hierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. Nolite me considerare, quod fusca sum, quia decolorauit me sol. Filij matris meae pugnaverunt contra me: posuerunt me custodem in uineis, uineam meam non custodiu. Indica mihi, quem diligit anima mea: ubi pascas, ubi cubas in meridie: ne uagari incipiam post greges sodalium tuorum. Si ignoras te, o pulchra inter mulieres, egredere, & abi post uestigia gregum tuorum, & pascet haedos tuos iuxta tabernacula pastorum. Equitatu meo in curribus Pharaonis, assimulauit te amica mea. Pulchrae sunt genae tuae, sicut turturis. Collum tuum sicut monilia. Murenas aureas faciemus tibi, uermiculas argento. Cum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum, fasciculus myrrhae dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur. Botrus cypri dilectus meus mihi in uineis Engaddi. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra, oculi tui columbarum. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus. Lectulus noster floridus. Tigna domorum nostrarum cedrina. Laquearia nostra cypressina.

CAPVT II.

Eglossos campi, & liliam conuallium. Sicut liliam inter spinas, sic amica mea inter filias. Sicut malum inter ligna sylvarum, sic dilectus meus inter filios. Sub umbra illius, quem desiderabam, sedi, & fructus eius dulces gutturi meo. Introduxit me rex in cellam uinariam, ordinauit in me charitatem. Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Laua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Adiuro uos filiae Hierusalem per capreas, ceruosque camporum, ne suscitatis, neque euigilare faciatis dilectam, quoad usque ipsa uelit. Vox dilecti mei, Ecce iste uenit saliens in montibus, transfiliens colles. Similis est dilectus meus capreae, hinnuloque ceruorum. Et ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos. Et dilectus meus loquitur mihi, Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & ueni. Iam enim hyems transijt, imber abiit, & recessit, flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis aduenit. Vox turturis audita est in terra nostra, ficus protulit grossos suos, uineae florentes dederunt odorem. Surge amica mea, speciosa mea, & ueni. Columba mea, in foraminibus petrae, in cauerna maceriae. Ostende mihi faciem tuam, sonet uox tua in auribus meis, quia uox tua dulcis, et facies decora. Capite nobis uulpes pusillas, quae demoluntur

ur uineas. Nam uinea nostra floruit. Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies, & inclinetur umbra. Reuertere, similis esto dilecte mi capreae, aut hinnulo ceruorum super montes Bethel.

CAPVT III.

In lectulo meo per noctes quaesui, quem diligit anima mea. Quaesui illum, & non inueni. Surgam, & circuibo ciuitatem: per uicos & plateas quaeram, quem diligit anima mea. Quaesui illum, & non inueni. Inueniunt me uigiles, qui custodiunt ciuitatem. Num, quem diligit anima mea, uidistis? Paululum cum transissem eos, inueni quem diligit anima mea. Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meae, & in cubiculum genitricis meae. Adiuro uos filiae Hierusalem per capreas, ceruosque camporum, ne suscitatis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa uelit. Quae est ista quae ascendit per desertum, sicut uirgula fumii ex aromatibus myrrhae & thuris, & uniuersa si pulueris pigmetarij? En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambium ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi, uniuersaque ensis super femur suum propter timores nocturnos. Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani. Columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum. Media charitate constravit propter filias Hierusalem. Egredimini, & uidete filiae Sion regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua, in die dispensationis illius, & in die latitiae cordis eius.

CAPVT IIII.

Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es, oculi tui columbarum, absque eo quod intrinsecus latet. Capilli tui sicut greges caprarum, quae ascenderunt de monte Galaad. Dentes tui sicut grex tonfarum, quae ascenderunt de lauacro. Omnes gemellis foetibus, & sterilis non est inter eas. Sicut uitta cocinea labia tua, & eloquium tuum dulce. Sicut fragmen mali punici, ita genae tuae absque eo quod intrinsecus latet. Sicut turris Dauid colum tuum, quae aedificata est cum propugnaculis. Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Duo ubera sicut duo hinnuli, capreae gemelli, qui pascuntur in lilijs, donec aspiret dies, & inclinetur umbra. Vadam ad montem myrrhae, & ad collem thuris. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Veni de Libano sponsa mea, ueni de Libano, ueni. Coronaberis de capite Amanae, de uertice Samir & Hermon, de cubilibus leonum, de motibus pardorum. Vulnerasti cor meum soror mea, sponsa, uulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum, & in uno crine colli tui. Quam pulchre sunt mammae tuae soror mea, sponsa mea. Pulchriora ubera tua uino, & odor unguentorum tuorum super omnia aromata.

Fauus

CAPVT VI.

Fauus distillans labia tua, sponsa, mel & lac sub lingua tua: & odor uestimentorum, sicut odor thuris. Hortus conclusus soror mea, sponsa, hortus conclusus, fons signatus. Emissiones tuae paradysus malorum puniceorum cum pomorum fructibus. Cypricum nardo. Nardus & erocus, fistula & cinnamomum cum uniuersis lignis Libani. Myrrha & oleo cum omnibus primis unguentis. Fons hortorum, puteus aquarum uiueticum, quae fluunt impetu de Libano. Surge Aquilo, & ueni Auster, perfla hortum meum, & fluent aromata illius.

CAPVT V.

Veniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructum pomorum suorum. ueni in hortum meum soror mea, sponsa: messui myrrham meam cum aromatibus meis: comedi fauam cum melle meo, bibi uinum cum lacte meo. Comedite amici mei, & bibite, & inebriamini charissimi. Ego dormio, & cor meum uigilat. Vox dilecti mei pulsantis, Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea: quia caput meum plenum est rore, cincinni mei guttis noctium. Expolui me tunica mea, quomodo induar illa? Laui pedes meos, quomodo inquinabo eos? Dilectus meus misit manum suam per foramen, & uenter meus intremuit ad tactum eius. Surrexit, ut aperirem dilecto meo. Manus meae stillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatissima. Pessulum ostij mei aperui dilecto meo: at ille declinauerat atque transierat. Anima mea liquefacta est, ut dilectus locutus est. Quaesui, & non inueni illum. Vocauit, & respondit mihi. Inueniunt me custodes, qui circumueunt ciuitatem, percusserunt me, & uulnerauerunt me: tulerunt mihi pallium meum custodes murorum.

Adiuro uos filiae Hierusalem, si inueneritis dilectum meum, ut annuncietis ei, quia amore langueo. Qualis est dilectus tuus ex dilecto, o pulcherrima mulierum? Qualis est dilectus tuus ex dilecta, quia sic adiurasti nos? Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex militibus. Caput eius, aurum optimum. Comae eius sicut elatae palmarum, nigrae quasi coruus. Oculi eius sicut columbae, super riuulos aquarum: quae lacte sunt lotae, & resident iuxta fluenta plenissima. Genae illius sicut areolae aromatum, consistae a pigmentarijs. Labia illius, lilia distillantia myrrham primam. Manus illius tornatiles aureae, plenae hyacinthis. Venter eius eburneus, distinctus saphyris. Crura illius colunae marmoreae, quae fundatae sunt super bases aureas. Species eius, ut libani. Electus ut cedri. Guttur illius suauissimum, & totus desiderabilis. Talis est dilectus meus, & iste est amicus meus filiae Hierusalem. Quod abiit dilectus tuus, o pulcherrima mulierum? quod declinavit dilectus tuus, & quaeremus eum tecum,

Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatis, ut pascatur in hortis & lilia colligat. Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia. Pulchra es amica mea, suavis & decora sicut Hierusalem, terribilis ut castrorum acies ordinata. Auerte oculos tuos a me, quia ipsi me auolare fecerunt. Capilli tui sicut grex caprarum, quae apparuerunt de Galaad. Dentes tui sicut greges ouium, quae ascenderunt de lauacro. Omnes gemellis foetibus, & sterilis non est in eis. Sicut cortex mali punici, sic genae tuae absque oculis tuis. Sexaginta sunt reginae, & octoginta concubinae: & adolescentularum non est numerus. Vna est columba mea, perfecta mea, una est matri suae, electa genitrici suae. Viderunt illam filiae, & beatissimam praedicauerunt reginae & concubinae, & laudauerunt eam.

Quae est ista quae progreditur, quasi aurora confurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata? Descendi ad hortum meum, ut uiderem poma conuallis: ut inspicerem si florisset uinea, & germinassent mala punica. Nesciui, anima mea conturbauit me, propter quadrigas Aminadab. Reuertere, reuertere Sunamitis, reuertere, reuertere ut intueamur te.

CAPVT VII.

Quid uidebis in Sunamite, nisi choros castrorum? Quae pulchri sunt gressus tui in calciamentis filiae principis. Iunctura feminum tuorum, sicut monilia, quae fabricata sunt manu artificis. Umbilicus tuus crater tornatilis, nunquam indigens poculis. Venter tuus sicut aegerus tritici, uallatus lilijs. Duo ubera tua, sicut duo hinnuli gemelli capreae. Collum tuum sicut turris eburnea. Oculi tui sicut piscinae in Efebon, quae sunt in porta filiae multitudinis. Nasus tuus sicut turris Libani, qui respicit contra Damascum. Caput tuum, ut camelus, & comae capitis tui, ut purpura regis, iuncta canalibus. Quam pulchra es, & quam decora, charissima in delicijs? Statera tua assimilata est palmae, & ubera tua botris. Dixi, Ascendam in palmam, apprehendam fructus eius, & erunt ubera tua, sicut botri uinae, & odor oris tui sicut malorum. Guttur tuum quasi uinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum, labijsque & dentibus illius ad ruminandum. Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius. Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in uillis, mane surgamus ad uineas, uideamus si floruit uinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica: ibi dabo tibi ubera mea. Mandragore dederunt odorem in portis nostris. Omnia poma noua & uetera dilecte mi, seruaui tibi.

CAPVT VIII.

Quis mihi de te fratrem meum surgentem uberam matris meae, ut inueniam te foris, & de osculer: & iam nemo me despiciet. Apprehendam

dam te, & ducam in domum matris meae, & in cubiculum genitricis meae: ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex uino condito, & mustum malorum granatorum meorum. Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Adiuro uos filie Hierusalem, ne suscitatis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa uelit. Quae est ista, quae ascendit de deserto, delicijs affluens, innixa supra dilectum meum: Sub arbore malo, suscitauit te, ibi corrupta est mater tua, ibi uiolata est genitrix tua. Pone me ut signaculum super brachium tuum: quia fortis est ut mors dilectio, dura ut infernus amulatio. Lapedes eius, lapides ignis atque flammaram, aquae multae non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. Si dederit homo omnem substantiam domus suae pro dilectione, quasi nil despiciet eam. Soror nostra parua est, & ubera non habet. Quid faciemus sorori nostrae in die, quando alloquenda est? Si murus est, aedificemus super eum propugnacula argentea. Si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis. Ego murus, & ubera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo, quasi pacem reperiens. Vineam fuit pacifico, in ea quae habet populos. Tradidit eam custodibus, uir affert pro fructu eius mille argenteos. Vineam meam coram me est. Mille tui pacifici & ducenti, his qui custodiunt fructus eius. Qui habitas in hortis, amici auscultant: fac me audire uocem tuam. Fuge dilecte mi, & a similitudine capreae, hinnulo quae ceruorum super montes aromatum.

BEDAE PRESBYTERI
IN CANTICA CANTICORUM, Liber secundus.

CAPVT I.

Antica Canticorum, in quibus sapientissimus regum Salomon mysteria Christi & Ecclesiae, regis uidelicet aeterni, & ciuitatis eius, sub figura sponsi & sponsae descripsit: quisquis legere cupit, meminisse debet in primis, quod omnis electorum congregatio generaliter Ecclesia uocatur. Et tamen nunc causa discretionis specialiter ea fidelium portio, quae incarnationis Dominicae tempora praecessit, Synagoga: quae uero hanc secuta est, Ecclesia nuncupatur. Namque uetus scriptura fidelium temporis illius plebem utroque solet designare uocabulo. Virumque autem graecum est nomen. Synagoga congregatio latine, & Ecclesia dicitur conuocatio. Quo nomine magis fideles temporis huius, ob amplioris spiritualis scientiae cognitionem, appellari placuit. Quia conuocari proprium est eorum, qui audire ac discernere norunt: congregari autem & lapides, uel alia quae libet insensibilia possunt. Vtraque autem haec portio iustorum, una eadem est Christi fide ac di-

lectione cōsors: quanquam habent sacramenta pro temporis ratione disparia, testante apostolo Petro, qui ait: Quid tentatis Deum, imponere iugum super ceruices discipulorum: quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus? Sed per gratiam Domini Iesu credimus saluari, quemadmodum & illi. Nam sicut & nos peracto iam Dominicae incarnationis, passionis & resurrectionis mysterio, saluari speramus, & credimus: ita & prior Ecclesiae pars eandem Domini a redemptoris incarnationem, passionem ac resurrectionem futuram ad huc expectans, per eius se gratiam, quam magnopere aduenire cupiebat, saluandam esse credebatur. Huius ergo uox in amoris cantico prima resonat. Cui cum propheta sancti creberri me, & uiam uiuendi monstrarent, & eius promitterent aduentum: qui tanquam sponsus suo procedens de thalamo, mundum omnem nouae benedictionis gratia donaret, cepit transcelsis praecōnitijs uocibus, ipsius magis regis ac Saluatoris sui desiderare praesentiam, dicens:

O S C U L E T V R me osculo oris sui. Quod est aperte dicere: Obsecro non semper ad me erudiendam angelos, non prophetas destinet, ueniat iam aliquando ipse, qui tam diu promissus est: & praesentiae suae meluce informet, ac uelut osculum offerens, proprio me ore alloquens confortet: sed & mei oris patienter attentum suscipiat, id est, interrogat me de uia salutis, audire atque erudire non spernat. Quod profecto desiderium eius tunc impletum esse constat, quando sicut in Euangelio legimus, Sedente in monte Iesu, accesserunt ad eum discipuli eius, & aperies os suum docebat eos, dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Et rursum cum discipulis praesentiae suae, hoc est aduentus in carne, dignitatem in memoria reuocaret, dicens: Beati oculi qui uident quae uos uidetis. Dico enim uobis, quia multi reges & prophetae cupierunt uidere, quae uos uidetis, & non uiderunt: & audire quae auditis, & non audierunt. Aperuit etiam tunc os suum, ut inaudita secula gaudia caelestis regni promitteret, cum totiens ante prophetarum ora aperuerat, quibus suum seculo polliceretur aduentum. Postquam autem synagoga Dominum uenire desiderans, praedicantibus eum prophetis, ait: Osculetur me osculo oris sui, id est, ipse mihi dona suae doctrinae impertiat, repente ad ipsum, cuius desiderio flagrabat, uerba conuertens subdit:

Quia meliora sunt ubera tua uino. Ac si patenter diceret: Ideo te aduenire, tuis oculis recreari cupio, quia tua dulcedo praesentiae cunctis incomparabiliter eis, quae per pracones aduentus tui misisti, numeribus antecellit. Vinum quippe feruorem scientiae legalis, ubera uero dicit rudimenta Euangelice fidei. De quibus ait Paulus 1. Cor. 3. Lac uobis potum dedi, non escam. Et iterum 1. Cor. 2. Non enim iudicauit me scire aliquid inter uos, nisi Iesum Christum,

stum, & hunc crucifixum. Vera ergo sponsi meliora sunt uino, quia rudimenta noui Testamenti, quoscunque ex aqua & spiritu regenerant, mox uitae caelestis introitu aptos reddunt, quod longa legis obseruatio nequam facere ualebat, ne in his quidem qui gustu supernae suauitatis accensi ueraciter dicere Deo poterant, cum Psalm. Et poculum tuum inebrians quam praeclarum est. Probate apostolo, qui dicit: Nihil enim ad perfectum lex. Si autem ubera Christi, id est, primordia Dominicae fidei meliora sunt uino legis, quanto magis uinum Christi, id est perfectio doctrinae Euangelice, cunctis legalibus ceremonijs praestat? Si sacramenta incarnationis eius ad uitam mittunt, quantum diuinitatis eius agnitio, quantum uisio glorificat? Nam & ipse sponsus non solum lac, sed uinum se habere significat, cum in sequentibus dicit: Bibi uinum meum cum lacte meo. Quantum uino legis, uinum praecelleret suum, mystice in Euangelio significat: ubi desiciente in nuptijs Ecclesiae typicis uino uetere, nouum ipse de aqua fecit uinum, maiore prorsus laude dignissimum. Et iure ubera sponsi nominat, quod mulieris est membrum corporis: ut in ipso carminis initio figurate se loqui manifestet. Sicut etiam in Apocalypsi, qui & ipse typicus liber est, cum dicit de illo Ioannes, Vidi in medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominis uestitum podere. Addit, Et praecinctum ad mamillas zona aurea. Sed nec ipse sponsus, id est Dominus noster, sexus foemineus figuram in se transferre refugit, cum per Esaiam dicit, Nuncius ego, qui alios parere facio, ipse non pariam: dicit Dominus. Si ego qui generationem ceteris tribuo, sterilis ero? Et iterum, Quomodo si cui mater blanditur, ita ego consolabor uos? Et in Euangelio ad ciuitatem incredulam, Quotiens uolui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluitis? **Fragrantia unguentis optimis.** Unguenta optima, sunt dona Spiritus sancti, quibus ubera Christi fragrant: quia doctores sancti, ministri uidelicet lactis Euangelici, per unctionem Spiritus in uirtutum amorem proficiunt. Et quidem bona erant unguenta, quibus prophetae & sacerdotes uisibiliter ungebantur in lege: sed optima sunt illa unguenta, quibus apostoli sunt, apostolorumque successores inuisibiliter uncti. De quibus ait Paulus, Et qui unxit nos Deus, et consignauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. Et apostolus Ioannes, Et uos unctionem, quam accepistis ab eo, in uobis maneat. Et non necesse habetis, ut aliquis doceat uos, sed sicut unctio eius docet uos de omnibus, &c. Item unguentis fragrant optimis, cum opinionem bonae suae operationis, uel praedicationis longe lateque profundit: sicut ipsi aiunt, Deo autem gratia, qui semper triumphat nos in Christo Iesu, & odore notitiae suae manifestat

per nos in omni loco. Reddit autem causam, quare ubera eius unguentis fragret optimis, dum subiungit: **Oleum effusum, nomen tuum.** Neque enim mirandum, si membra illius redoleant unguentis, quia ab oleo nomen ipse accepit, ut unctione Christus, id est unctus uocaretur. Illa nimirum uidelicet, de qua Petrus ait, Quomodo unxit eum Deus Spiritu sancto, & uirtute. Solet quippe appellatione olei, Spiritus sanctus intelligi, testante Propheta, qui in eiusdem sponsi laudibus ait, Unxit te Deus, Deus tuus oleo laetitiae praecōfortibus tuis. Oleum ergo non stillatum, sed effusum nomen eius, quia sicut de illo praecursor suus ait, Non ad mensuram dat Deus Spiritum. Pater enim diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Qui etiam in electis suis olei effusi nomine, non immerito censetur, quibus in carne apparens, Spiritus sui charismate largis sim emanauit: ita ut ea quae in una prius gente Iudaea tenebatur occulta, nunc in totius orbis fines, gratia clara perfuderit, adimpleta iam propheta, quae dixerat: Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Quod exponens apostolus Petrus, ait: Dextera igitur Dei exaltatus, & promissione Spiritus sancti accepta a patre, effudit hoc donum, quod uos uidistis & audistis. Oleum igitur effusum nomen eius: quia hoc recte nominatur, quod est, id est plenus Spiritu sancto recte nominatur, quod agit idem eiusdem dono Spiritus, electorum corda perungens. **Ideo adolescentula dilexerunt te.** Adolescentulas dicit animas, quae in Christo renatae, sordes ueteris hominis abiecerunt. Quae tanto magis amoris sui conditoris inhaerent, quanto se agnoscunt sola eius gratia, & remissionem peccatorum, & dona Spiritus, per quae proficiunt in uirtutibus, accipere. Unde palam profitentur & dicunt: Quia charitas Dei, radix uidelicet omnium uirtutum, diffusa est in cordibus nostris per Spiritum S. qui datus est nobis. Non autem dubitandum, & priores sanctos perfecta Dominum charitate dilexisse, eorumque pias cateruas mystice adolescentulas posse appellari, qui per fidem ueritatis antiqui peccatoris exempla calcabant, ac nouae praemia uitae, spe indubia festabantur. Unde unus ex eis certus iam futurorum bonorum loquitur animae suae, dicens: **Renouabitur, ut aquilae, iuuentus tua.** Sed apertius iam haec noui Testamenti haeredibus congruit: quia proprie per lauacrum gratiae in adoptionis filios Deo generantur. Qui eo magis illud diligunt, quo maiora illius dona percipiunt: ita ut mox soluti carne, si recte uixerint, caelestis regni gaudia conscendant. **Trabe me, post te curremus.** Hucusque Synagoga uox est: hoc est, illius plebis, quae incarnationem Saluatoris fide deuota praecessit: quae in principio carminis, prophetis cum longo tempore praedicantibus respondit, Osculetur me osculo oris sui: id est, appareat ipse, & ore ad os loquens, exempla mihi uiuendi, ac dona

dona largiatur. Deinde versiculis sequentibus, qualia ipsa eius dona essent, quantum animabus castis diligēda, signauit. Hinc Ecclesiae uox subinfertur, id est eorum qui post tempora incarnationis illius, ad fidem uenerunt. Illa enim prius Dominum uenire, ac osculum sibi pacis afferre precata est: hæc eum iam uenisse in carne, iam ad cælos redisse sciens, non ultra taliter ad se descendere flagitat, sed ipsa potius eum ad cælos sequi desiderat. Quod, quia per seipsam fieri non posse conspicit, merito eius, ad quem uenire optat, ductum implorat. Trahe me, inquit, post te curremus. Ac si aperte dicat: Currere quidem in uisus tuis, tuorum operum sequi uestigia, quæ cõuersatus in terra signasti, ad te in cælis præfidentem peruenire cuperemus: sed quia sine te nihil possumus facere, precamur, ut nobis manum dare digneris: nos tuo subsidio ad te currentes adiuues. Sic enim solummodo, uel recte currere, uel cursum consummare ualemus, si te duce simul, & adiutore curramus.

^{2. Tim. 4.} Vnde & Apostolus, qui gloriatur, dicens: Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruaui: alio loco manifeste docet, utrum ipse per se gressus dirigere posset, an Domino trahente curreret, dicens: Sed plus illis omnibus laboraui: non autem ego, sed gratia Dei mecum. Bene autem cum singulari numero dicitur, Trahe me: subiungit, Curremus. Quia &

^{1. Cor. 15.} una est per orbem Ecclesia Christi, & hæc ex multis fidelium cõsistit animabus. Quæ hoc in loco adolefcntula uocatur, propter uitã uidelicet nouæ conuersationis.

Introduxit me rex in cellaria sua. Cellaria Regis æterni, sunt interna gaudia patriæ cœlestis: in quæ nunc introducta est sancta Ecclesia per fidem, in futuro plenius introducenda per rem. Loquitur autem ad adolefcntulas sponsa, id est Ecclesia Christi, ad animas fideles, sua uidelicet membra, nuper in Christo renata. Ideo deprecor sponsum, ut nos post se currentes, ipse data manu, ne deficiamus, adiuuet: quia iam dulcedinem regni cœlestis prælibaui, iam gustauit & uidi, quoniam suauis est Dominus. Iam bona quæ mihi sunt in cœlis parata, ipso reuelante cognoui. Mox que conuersa ad eum, qui hæc sibi reuelauit, regem ac Dominum suum, gratias agere pro beneficijs eius accelerat, dicens:

Exultabimus & lætabimur in te, memores uerbum tuorum super uinum. Quod est aperte dicere, Nequaquam ipsi nos de perceptis muneribus extollimur: sed in omni, quod bene uiuimus, exultamus, immo semper exultabimus & lætabimur in tua misericordia: memores per omnia, quanta nos pietate recreare, qualiter austeritatē legis, gratia fidei Euangelicæ mitigare dignatus es.

Recti diligunt te. Ideo non in nobis ipsis, sed exultabimus & lætabimur in te, memores donorum tuorum: quia omnes qui recti corde sunt, te ante omnia, & super omnia diligendū esse

didicerunt Neque omnino recti esse possunt, qui tuo aliquid amori preponunt, a quo solo habent totum, quicquid boni habent. Et inueniendum quod superius ait, Adolefcntula dilexerunt te: nunc autem, Recti, inquit, diligunt te. Colligendumque, quia non aliud adolefcntiam, quam rectitudinē cordis dixerit, cum, qui deposita ueteris hominis impuritate, nouum hominem induerint, qui secundū Deum creatus est in iustitia, & sanctitate, & ueritate. Itē recti diligunt te, quia nulli Dominum uera diligere, nisi recti possunt. Quicumque enim rectitudinem iustitiæ, uel actu, uel dicto, uel etiam cogitatu improbo uiolauerint, frustra se conditorem diligere dicunt, cuius monita contemnunt. Hæc est enim charitas Dei, ut mandata eius custodiamus, sicut Ioannes euangelista testatur. Postquam uerò sancta Ecclesia in cellaria Christi perducta est, uidelicet per cognitionem & spem cœlestium honorum, postquam eum recto corde diligere, atque in eius solum gratia gaudere & exultare didicit: restat ostendi, quid pro eodem amore illius, ac pro acquisitione honorum quæ gustauit, certaminis subeat, quid afflictionis toleret.

Nigra sum, sed formosa filia Hierusalem. Nigra scilicet aduersitate pressurarum, sed formosa decore uirtutum. Immo tanto in conspectu interni arbitri formosior, quanto amplioribus insipientium uexata, & quasi foedata pressuris. Filias autē Hierusalem, quibus hæc loquitur, animas dicit cœlestibus sacramentis imbutas, cœlestis habitatione patriæ suspirantes. Has enim in tribulationibus suis consolans sancta mater ait: Nigra sum, sed formosa filia Hierusalem. Ac si aperte dicat, Vilis quidem nimis in oculis persequentium appareo: sed ante Deū, ueritatis confessione gloriosa refulgeo. Vnde uos minime oportet contristari in huius laboris exilio, quæ superet uos patriæ cuius esse recolitis: quæ ad uisionem pacis sempiternæ, per seculi labentis aduersa properatis.

Sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. Cedar Ismaelis filius fuit, de quo dictum est: Manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum. Cuius præfagij ueritatem, & exosa omnibus hodie Sarracenorum, qui ab eo exorti sunt, natio probat: & Psalmista angoribus obsessus affirmat, cū ait, Habitauit cum habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea. Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus. Neque enim Dauid aliquid odiorum ab ipsis Ismaelitis pertulisse legitur: sed uolens exaggerare mala, quæ patiebatur a Saule, uel cæteris aduersarijs eius, se gentis improbitate uexari questus est, quæ cum nullo hominum aliquando pacem habere curabat. At contra, Salomon & nomine erat, & uita pacificus. Denique, ut scriptura testatur, omnes terrarū reges desiderabāt uidere faciem Salomonis, ut audirent sapientiam, quæ dederat Deus in corde eius. Quod ergo ait, Nigra sum,

sum, sed formosa, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis: ita distinguitur, ut nigra sit, sicut tabernacula Cedar, formosa sicut pelles Salomonis. Ita est enim sapius obscurata afflictionibus infidelium sancta Ecclesia, quasi generalis mundi totius esset inimica, impleto uerbo quod ait Dominus, Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Ita semper est in conspectu sui redemptoris decora, quasi uere digna sit, quam ipse rex pacis inuisere dignetur. Et notandum, quod Cedar ipso iam nomine, quod tenebras sonat, uel peruersos homines, uel immundos spiritus insinuat. Sicut Salomon quoque, qui interpretatur pacificus, etiam mysterio nominis ipsum indicat, de quo scriptum est, Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis: super solum David, & super regnum eius, & cætera. Et cum dicitur nigra esse Ecclesia, sicut tabernacula Cedar: sic ut non pro ueritate, sed pro æstimatione insipientium ponitur, qui etiam putant mansionem in se uitij, uel maligni spiritibus præbere. Cum uerò formosa sicut pelles Salomonis appellatur, sicut pro ueritate exempli ponitur. Quia sicut Salomon tentoria sibi de mortuorum pellibus animalium facere, solebat, ita Dominus Ecclesiam sibi de illis congregat animalibus, quæ desiderijs nouerunt renuñciare carnalibus. Vnde dicebat ad omnes: Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Et Apostolus, Mortificate, inquit, membra uestra, quæ sunt super terram. Quidam hanc sententiam ita legentes, Nigra sum, sed formosa: dicunt, quod Ecclesia nigra sit in carnalibus suis, uel fallis fratribus suis, sicut tabernacula Cedar: formosa autem in spiritalibus, sicut pelles Salomonis. Verum si attendamus, quod de Domino scriptum est, Vidimus eum, & non habebat speciem neque decorem: quod non de peccato eius, qui nullum omnino habuit peccatum, sed de passione dictum est: cõstat profecto, quod Ecclesia quoque non propter peccata, uel peccatorum uitia, sed propter tentationes, passionesque suas, quibus indefinenter exercetur, nigram se esse perhibet. Quis sensus sequentibus etiam uerbis affirmatur, cum dicitur:

Nolite me cõsiderare, quod fusca sum, quia decolorauit me sol. Quod est aperte dicere: Nolite me, o filia Hierusalem, id est animæ Deo deuotæ, quod hominibus sim despecta, mirari: quia tentationum æstus, quas pro interna mea pulchritudine sustinere non cesso, foris me reddidit obscuram, quam tamen gratia cœlestis interior uenustam esse donauit. Cui est simile apostoli Petri: Charissimè, nolite mirari in seruore, qui ad tentationem uobis sit, quasi noui aliquid uobis contingat, sed communicantes Christi passionibus gaudete. Et quidem solis nomine aliquando Dominus ipse signatur, sicut de ascensione eius dictum est: Eleua-

tus est sol, & luna stetit in ordine suo. Aliquando electi eius, sicut ipse dicit, iusti fulgebunt sicut sol in regno patris mei. Sed hoc loco melius tribulationum ardor, solis appellatione figuratur, iuxta hoc quod ipse de iactis in petram seminibus ait, Sole autem orto astua uerunt: & quia non habebant radicem, aruerunt. Quod postmodum exponens, ita dicit: Facta autem tribulatione & persecutione propter uerbum, continuo scandalizantur, solis uidelicet uocabulo tribulationem & persecutionem figuratam esse declarans. Sicut ergo hi, qui domi resident quieti, candidiores sæpe habent artus: at qui in uinea uel horto, uel alio quolibet subduali opere se exercent, multo plerunque sole membra fuscantur: ita sancta Ecclesia, quo instantius se ad certamen spirituale accingit, eo feruentiores contra se antiqui hostis asturgere cernit insidias. Et sicut laudatur sæpe peccator in desiderijs animæ suæ, & qui iniqua gerit, benedicitur: ita nonnunquam exprobratur iusto in uirtutibus animæ suæ: & qui recta gerit, maledicatur, Paulo attestante, qui ait, Maledicimur, & benedicimus: persecutionem patimur, & sustinemus: blasphemamur, & obsecramur. Sed huius infuscationem blasphemiam paruipendam fidelibus, immo in hac gaudendum docet ipse, cuius causa prouenit Dominus, dicens, Beati estis, cum maledixerint uobis homines: & si persecuti uos fuerint, & dixerint omne malum aduersum uos, & cætera. Quia ergo sancta Ecclesia, intus se quidem fide & uirtutibus uidet decoratam, sed foris persecutionibus adustam esse testatur, restat ostendere, unde primam persecutionum rabiem pertulerit. Sequitur:

Filij matris meæ pugnaverunt contra me. Posuerunt me custodem in uinea, uineam meam non custodiui. Vox est primitiue Ecclesie, quæ ab ipsa Synagoga, de qua carnis originem duxit, tribulationum bella suscipit, sicut Actus apostolorum plenissime docent. In qua sententia primò notandum, quia meritò se sponsa Christi sole decoloratam asseuerat, quæ uelut opus subdiale, in uinea ipsius excolēda siue custodienda agere solebat. Vna autē erat Christi uinea in Hierosolymis, ipsa uidelicet Ecclesia primitiua, quæ die Petrecostes, id est quinquagesima Dominica resurrectionis, aduentu Spiritus sancti dedicata est. Huius eo tempore custodes ipsi fuere apostoli. At, postquam persecutione facta, temporibus beati martyris Stephani, dispersi sunt omnes per regiones Iudææ & Samariæ, præter apostolos, contigit ut plures essent uinee: id est, pluribus in locis Ecclesie essent Christi, prædicantibus uerbum eis, qui fuerunt huc illuc que dispersi. Diuina quippe agente prouidentia, ipsa dispersio Ecclesie Hierosolymitanæ, occasio fuit plures construendi Ecclesie. Vnde bene quod nostri codices habent, Dispersi sunt: in Græco dicitur

dicitur Diesparisan, id est disseminati sunt per regiones Iudæe & Samariæ. Et paulo post, Qui ergo disseminati sunt, ibant euangelizantes uerbum Dei. Quia nimirum persecutores Iudæi, uolentes quidem Ecclesiam deturbabant, sed nolentes, seminarium uerbi latius expangebant, unam que in Hierosolymis Ecclesiam persequendo, nolentes late multas Ecclesias fieri, fecerunt. Cum ergo dixisset Ecclesia primitiua, obscuratam se esse afflictionibus, eo quod filij matris suæ, id est synagogæ parricidiali eam odio impugnarint, subiicit continuo quantum ipsa ex earumdem afflictionum incurribus profecerit, addens ex persona eorum, quibus predicandi cura commissa est: Posuerunt me custodem in uineis, uineam meam non custodiu. Ac si aperte dicat, Hoc mihi acerbitas persequentium commodi & utilitatis attulit, ut plurimarum essem custos uinearum, Ecclesiarum uidelicet Christi, postquam uineam primitiuam, id est Ecclesiam, quam in Hierosolymis primo radicare & custodire coeperam, eorum turba disperisit. Non custodisse autem uineam, non ad mentem, sed ad locum referendum est. Namque ab Hierosolymis quidem tunc Ecclesiæ portio, non minima persecutionis gratia secessit, quæ tamen totam fidei integritatē fixo in corde retinuit, immo etiam prædicationis officium, ut præfati sumus, deuoto ore suscepit. Quis hoc quod dictum est, Posuerunt me custodem in uineis, uineam meam non custodiu: ita distinguendum putant, ut uineæ nomine, Christi signetur Ecclesia: uinearum uero appellatione, multifaria legis decreta, ac diuersæ Pharisæorum traditiones intelligantur. Et posuerunt, inquit, Ecclesiam in uineis, qui fideles cogebant circumcidi: & carnalis legis ceremonias obseruare. In quibus ille erat, qui ait, Et per omnes synagogas frequenter perueniens eos qui credebant, persequar usque in exteras ciuitates. Ideo que uineam suam non custodiuit, disperis per eum ab Hierosolyma fidelibus non paucis, quasi palmitibus uineæ celestis. Cuius tamen indenequaquam ualuit radix euelli. Sed quia quo maior aduersitas prauorum fidem tentat electorum, eo instantius necesse est auxilium inuocet redemptoris: recte sancta Ecclesia, postquam filios matris suæ contra se insurrexisset, postquam uineam suam horum incurfione concussam esse conqueſta est, memor Domini promissis, quod dictum est, In mundo pressuram habebitis, sed cõfidite, ego uici mundum: sollicito ad ipsum corde conuersa precatur, dicens,

Indica mihi, quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie. Bene autem eum, cuius præsidium flagitat, dilectum animæ suæ uocat: quia quo grauius est periculum, de quo eripi cupit, eo amplius illum, per quem se eripiendam nouit, diligit. Cui simile est illud Psalmistæ, Diligam te Domine uirtus mea. Quod est aper-

te dicere, Idcirco te tota mente diligere non desino, quia me sine tua gratia nihil uirtutis habere posse conspicio. Quem etiam pastorem esse significat, dum dicit: Vbi pascas, ubi cubes in meridie. Iuxta hoc quod ipse in Euangelio testatur: Ego sum pastor bonus, & cognosco meas: & cognoscunt me meæ. Qui pascit oves suas, inter eas cubat in meridie, quia corda fidelium suorum, ne feruore tentationum intus areſcant, memoria supernæ suauitatis reficit, & in eis ipse propitius manere consueuit. Hinc etiam Psalmista dicit, Dominus pascit me, & nihil mihi deerit: in loco pascu, ibi me collocauit. Hinc Ioannes, Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Quia ergo multi pseudoprophetae exeunt in mundum, dicentes, Ecce hic est Christus, ecce illic: necesse habet semper Ecclesia Christi diligenti exploratione dignoscere, qui sint illi, in quorum ipse professione & opere possit inueniri: ipsum que pijs uocibus, ut se demonstrare dignetur, exorare. Indica mihi, inquit, quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie.

Ne uagari incipiam per greges sodalium tuorum. Ac si aperte dicat, Quia multifaria me aduersantium persecutio, instar meridiani æstus afficit: obsecro ut declares mihi, o redemptor & protector meus, quibus in locis inuenire queam eos, qui tuæ sint præsentia gratia refecti, que sint ex omnibus dogmata, quæ Euangelicæ tuæ concinnat ueritati, ne te diutius differente subsidium, errantium forte conuenti-cula incurram, quæ absque tuo ducatu, uiam ueritatis ingredi nullatenus possum. Nam & hæretici possunt non incongruè sodales eius appellari, in quantum nominis eius, uel confessionem, uel mysteria circūserunt. An non hæc fecit sponsa Christi, cum uenientibus Antiochiam pseudoapostolis, uidelicet sodalibus eius, ac prædicantibus, Quia nisi circūcidamini secundum Moysen, non potestis salui fieri, iam fatigata non minimo feruore seditionis ac quaestionis, tandem misit Paulum & Barnabam, ad apostolos & seniores in Hierusalem, dignoscere certius quæ esset ueritas Euangelij: Finitoq; conflictu probatū est in eis, quos Iacobus, & Cephas, & Ioannes, & quos apostoli ceteri erudiebant, pastorem & inhabitatorem esse Dominum Christum, atque eius ouile castum a gregibus sodalium: hoc est, ab hæreticorum populis, eius Ecclesiam esse tutandam. An non hæc & sequentibus sæpe temporibus sponsa faciebat Christi, cum filiis matris suæ contra se pugnantibus: id est, exortis ex se contra se hæresibus, mox coactis in unum patrum concilijs, que fidei esset ueritas, sedula quærebat? Verum, quia eadem sponsa, id est Ecclesia Christi, dum auxilium præsentia eius in tribulationibus suis requisisset, subiungit ex persona infirmantium, Ne uagari incipiam per greges sodalium

dalium tuorum, statim eandem trepidatione illius ipse benigna increpatione redarguit, quasi illud Euangelicum, dicens: Modicæ fidei, quare dubitasti? Nam sequitur:

Si ignoras te, o pulchra inter mulieres, egredere, & abi post uestigia gregum. Quid, inquit, ita loqueris, quali a me possis in teneratione ulla ratione deferi, teq; in custodienda ab hostibus nostra uinea nimio feruore, quasi meridiani solis denigratam esse quereris, quam ipse per lauacrum regenerationis, iam pulchram inter mulieres, id est inter aliorum dogmatum synagogas esse donauit, sed pulchriorem multo, tribulationum examinatione reddendam esse disposuit? Quod si hæc forte ignoras, nec reminiscere. Quia nemo coronatur, nisi qui legitime certauerit. Egredere a meo confortio, & abi post uestigia gregum: id est, errantium actus imitare, cum te ipse magis unius mei gregis custodem esse decreuerim, cui unum esset ouile, & unus pastor.

Et pascet hœdos tuos iuxta tabernacula pastoris. Id est, perditos nutri auditores, secuta insipientium doctrinas magistrorum, relictis uerbis prudentium, quæ per magistrorum consilium dantur a pastore uno. Namque ipse quidem te, si me diligis, meos agnos, id est simpliciter mihi & innocenter seruientes animas uerbo salutis pascere iussi: tantam huic officio curam te impedere uolui, ut malles cuncta pati aduersa, ipsius etiam mortis subire tormentum, quam ab eorum passione desistere. Quod si ignoras, te sub huiusmodi conditione mihi esse desponsatam, tuos potius hœdos pascet, id est erraticis sociata doctoribus, præbe luxuriosis & superbis: qui & recte hœdi uocantur, & tui hœdi, uidelicet qui ad sinistram sunt in iudicio ponendi. Tui uero, quia non iuxta meorum regulam in aduertorū, sed iuxta tuos magis institutorum errores, id est eos quibus antequam mihi iungereris, retenta es. Non hæc autem iubendo Dominus, sed potius munitio loquitur: & insinuando quid proueniat eis, qui tenerationum aduersitate secerunt. Sicut in Euangelio, cum ait: Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborem malam, & fructum eius malum. Non nos malum facere præcepit, sed que malefactorum maneat merces, edocet. Quia uero Dominus sanctam Ecclesiam non uult ignorare seipsam, sed diligenter eam, quid a se donum acceperit, quid pro amore suo pati uel agere debeat, ediscere cupit: consequenter ipsi, qui sit eius status, insinuat, cum subiungit:

Equitatum meo in curribus Pharaonis assimilauit te, amica mea. Equitatum quippe suum, uocat exercitum filiorum Israel, quos de seruitute Aegyptia liberans, per mare rubrum eduxit in desertum, atque in terram promissæ olim hæreditatis introduxit, demersis in eodē mari curribus Pharaonis, qui eos persequens, ad seruitium retrahere uolebat, Equitatum autem eum

inde uocat, quia sicut equitatum auriga praesidere solet, ita tunc regendo ei populo Dominus ipse præfuit, eumq; per iter salutis gubernando deduxit. Cui uidelicet equitatum Ecclesiam suam assimilauit, quam sibi per aquam regenerationis fecit amicam. Quia sicut populus superuenientibus Pharaonis curribus, multo quidem terrore perterritus est, sed celesti tamen protectione saluatus: sic Ecclesiam inter minas persequentium, suo semper docuit fidere praesidio. Nam & hoc, quod Dei populum tunc columna ignis illustrabat: Aegyptias uero turmas densissimæ obscurabant tenebræ, ita ut toto noctis tempore ad se inuicem accedere non possent: in huius quoque seculi nocte semper agi non desinit, cum superna dispensatio iustos a reprobis certa ratione discernens, hos sua gratia irradiat, illos in merita cæcitate relinquit. Sed & hoc, quod ubi ad mare rubrum uentum est, filij Israel diuiso gurgite liberantur, Aegyptij autem reuerſis ad eos aquis, cum equis suis demerguntur & curribus: non ne manifestum est, quod ipsa mortis unda, quæ cunctis occurrura est mortalibus, rapiat prauos ad interitum, pijs iter ad salutem referet? Cetera quoque, quæ erga eundem equitatum Dei, id est Israeliticam plebem tempore Aegyptiæ persecutionis acta legimus, quo diligentius explanantur, eo clarius inueniuntur in sanctæ uniuersalis Ecclesiæ, cuius hæc portio erat, præcessisse figuram: Et quoniam in hoc uersu docetur, quomodo Dominus Ecclesiam inter aduersa protegat: restat ostendi, quantum ipsa Ecclesia occurſantibus aduersis, eiusdem Domini ac protectoris sui seruet amorem. Subditur,

Pulchra sunt genæ tuæ, sicut turturis. Turturis fertur hæc esse natura, ut si iugalis sui fuerit solatio deserta, nulli ulterius alteri copuletur: Quod Ecclesiæ castitati congruenter aptatur: quæ etsi Dni sponsi sui morte uiduata est, tanta tamē eius memoria, quem resurrexisset a mortuis, & in cœlis iam regnare nouit, tenetur, ut nullatenus externorum possit recipere confortium, solo illius ad quem se quandoque uenturam speret, amore contenta. Unde doctor egregij uerbis edocta solet protestari, Quia neque mors, neque uita, neque angelus neque principatus, neque instantia neque futura, neque fortitudo neque altitudo, neque profundum neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. Quoniam ergo in genis sedes solet esse pudoris, recte sanctæ Ecclesiæ timentis, ne forte per exempla prauorum a uia ueritatis errando diuertat (hoc est quod ait, Ne uagari incipiam per greges sodalium tuorum) ipsius ueritatis responso dicitur, Pulchra sunt genæ tuæ, sicut turturis. Quod est dicere, Tanta te uerecundiæ salutaris uirtute decorauit, ut a castitate promissæ mihi fidei, nullo unquam labentium rerum appetitu, nullo

prauorum dogmatum auditu, corrupta refi-
lias. Quæ sit autem maximæ huius sobrietatis
custodiendæ gratia, subdendo manifestat.

*Collum tuum sicut monilia. Murenulas aureas faciemus
tibi, uermiculatas argento.* Per collum namque &
cibos traiecit in corpus reficiendum, & uer-
ba proferimus, quibus nostri cordis secreta
proximis declarem. Vnde rectè in collo Ec-
clesiæ, doctorum persona designatur, qui &
uero adificationis rudes instituunt, & eius-
dem institutionis officio, cibum salutis in cõ-
missa sibi sanctæ Ecclesiæ membra transmit-
tunt. Quod uidelicet collum rectè monilibus
assimilatur. Monilia autem sunt ornamenta,
quæ uirginum solent collo pendere. Quam-
uis & monilium uocabulo, plerunque omnia
matronarum ornamenta designentur. Quia
doctorum spiritalium constantia, cœlestium
uirtutum munus, simul & decoratur, insigni-
bus: utpote qui ea quæ uerbo docent, operi-
bus ostendunt. Murenulæ quoque sunt or-
namenta colli uirginalis: catenulæ uidelicet
auri contextæ uirgulis, & interdum etiam ad-
ditis argenti uirgulis uariatæ: ut hæc senten-
tia probat, quæ à similitudine murenæ ser-
pentis nomen accipiunt. Hæc autem aptè con-
textum diuinarum significant scripturarum,
quibus sanctæ Ecclesiæ uenustas augetur,
cum singuli quicquid fidelium perspectis patrum
dictis atque actibus, magis magisque etiam ip-
si uirtutibus fulgere contendunt. Aurum
quippe, de quo faciendas dicit murenulas, cla-
ritas est sensus spiritalis: argentum, quo uer-
miculatas asserit, nitor eloquij cœlestis acci-
pitur. Quod autem numero plurali promittit,
*Faciemus tibi: de illis dicit, per quos nobis
scriptura sacra, agere & cooperante Dei spiri-
tu ministrata est. quorum plurimi eo tēpore,
quo hæc Salomon præcinebat, adhuc futuri
erant. Murenulas ergo aureas, uermiculatas
argento, sponsæ collo circumdat, quia apices
diuinos Ecclesia imbuendos præparauit eis,
quos fidelibus suis magisterij iure præficeret.
Murenulas fabrili arte compositas collo cir-
cundat, cum anima quæque fidelis in omni-
bus quæ loquitur & agit, immò in omni quod
uiuit, & quod spirat, continuè scripturis san-
ctis intendit, sensumque suum & uerba diligen-
ter ad earum exempla dirigit. Sic que iungit-
tur hic uersiculus superiori, quod ideo sunt
pulchræ, sicut turturis genæ sanctæ Ecclesiæ:
id est, pudor eius inuolatus perseveret: quia
frequens scripturæ diuinæ meditatio eam er-
rare non sinat. Hunc locum antiqua transla-
tio sic habet, Similitudines auri faciemus tibi
cum distinctionibus argenti, quoadusque rex
in recubitu suo est. In qua nimirum sententia
nomine auri claritas propriè patriæ cœlestis
exprimitur: cuius similitudines, & non ipsa
claritas in corruptibilis, in hac uita nobis per
scripturas sanctas ostenditur, dicente Apo-
stolo: Quia uidemus nunc per speculum in æ-*

1. Cor. 12

nigmate, id est similitudinibus: tunc autem fa-
cie ad faciem. Denique Moyses ipse, ad quem,
ut in Exodo legimus, loquebatur Deus de fa-
cie ad faciem, sicut loqui solet homo ad ami-
cum suum, sciens se non ipsam eius gloriam
uidisse, precatus est, dicens: Si ego inueni gra-
tiam in cõspectu tuo, ostēde mihi uisum tuam,
ut sciam te. Et rursum, Ostēde mihi, inquit, glo-
riam tuam. Quod ipsum & Dominus ostēdit,
cum respondēs ei diceret, Non poteris ui-
dere faciem meam. Non enim uidebit me ho-
mo, & uiuet. Non ergo negata nobis uisio fa-
ciei diuinæ, sed in hac adhuc mortalitate uiuē-
tibus negata: in futuro autem mundis cordi-
bus promissa est. Huius autem faciei, & pepe-
tæ beatitudinis, in præsentia, similitudo non
solum patribus, apparente in angelis Domi-
no, ostēsa est: sed & nobis patrum scripta le-
gentibus hodie non obscure ostenditur, cum
ea quæ illi de gloria supernæ patriæ dixerint,
nos semper animo retinerē, & ad hæc uiden-
da iugiter suspirare fatigamus. Hæc autem si-
militudines cum distinctionibus fiunt argenti,
quia cum nitore spiritalium doctorum, cœ-
lestia nobis arcana panduntur. Et quoniam
in hac solummodo uita: non autem & in fu-
tura talium similitudinum solatijs & auxilijs
indigemus, aptè subiungitur:

Quoadusque rex in recubitu suo est. Id est, quoadus-
que Christus in secreto suo est, & necdum no-
bis in gloria patris sui apparet, ut reddat uni-
cuique secundum opus eius. Tunc enim, sicut
Esaïas ait: Regem in decore suo uidebunt o-
culi sanctorum. Vnde & Apostolus, Vita, in-
quit, uestra abscondita est cum Christo in Deo.
Cum Christus apparuerit uita nostra, tunc &
uos apparebitis cum illo in gloria. Erat autē
in recubitu suo, id est in abscondito suo rex
Christus, non solum ante incarnationem &
ascensionem suam in cœlos, uerum etiam eo
tempore, quo uisibilis mundo apparebat in
carne: quia nec tunc uel clarificationē assump-
tæ humanitatis, uel æternam diuinitatis glo-
riam, suis fidelibus secum in carne commanē-
tibus ostēdebat, quod omnibus electis in præ-
mio fidei in futura potius uita promissit. Ve-
rùm nostra editio, quæ ex Hebræo fonte tran-
susa est, extremam huius uersiculi partem, qua
dicitur, *Quoadusque rex in recubitu suo est:*
sequenti uersui, de quo hinc disputandum est,
iungit. Acceptis uerò Ecclesia tantis à condi-
tore suo muneribus, siue promissis, continuò
respōdit, Et qua hæc deuotione operum susce-
perit, subdendo declarauit, dicens:

*Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem
suum.* Accubitus autem regis, tempus incar-
nationis eius appellat: per quam pro nobis hu-
miliari: & ut nos erigeremur, ipse inclinari di-
gnatus est. In quo uidelicet accubitu & Eccle-
siam suam uitali cibo reficere, & ipse bonis e-
ius actibus refici uoluit. Vnde dicit, Ego
sum panis uiuus, qui descendi de cœlo. Si
quis

1016

quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æter-
num. Et rursum de credentibus in se populis,
ad discipulos loquitur, Ego habeo cibum mā-
ducare, quem uos nescitis. Odor uerò nardi,
fragrantiam designat bonæ actionis. Dum es-
set rex in accubitu suo, nardus, inquit, mea de-
dit odorem suum. Quia cum Dei filius in car-
ne apparuit, Ecclesia in uirtutum cœlestium
feruore excreuit. Non quia & ante eius incar-
nationem spiritales, ac Deo deuotos uiros
non habuit: sed quia absque ulla dubietate tunc
arctioribus se uirtutum studijs mancipauit,
cum regni cœlestis aditum, cunctis rectè ui-
uentibus, mox ut carnis uincula soluerentur,
patere cognouit. Notandum autem, quod hu-
ius figura uersiculi etiam iuxta literam in ope-
ribus Mariæ Magdalenæ, quæ Ecclesiæ ty-
pum tenuit, completa est, quando recumben-
te in cœna Domino, caput pedesque illius un-
guento nardi perfudit, & domus impleta est
ex odore unguenti, ut Euangelia sancta te-
stantur. In quorum uno etiam ipsius nardi,
qualis sit natura, designatur, cum dicitur: Ve-
nit mulier habens alabastrum unguenti nar-
di spicati preciosi. Quia uidelicet cacumina e-
ius in aristas se spargunt. Ideoque gemina do-
te pigmentarij nardi spicas ac folia celebrant.
De quo scribit physiologi, quia sit principa-
lis in unguentis. Vnde merito ipsa Dominici
corporis unctioni præparata est. Frutex est
autem, ut aiunt, graui & crassa radice, sed
breui ac nigra, fragili que, quamuis pingui
sit, redolens ut cypressus, aspero sapore, folio
paruo, denso que. Sunt autem multa eius ge-
nera, sed omnia preciosa, præter Indicum,
quod preciosius est.

III. *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter ubera mea
commorabitur.* Et hoc iuxta literam impletum
de Salvatore nostro legimus, quando consum-
mata passione illius, & ablato corpore de cru-
ce, uenit Nicodemus, ferēs mixturam myrrhæ
& aloes, quasi libras centum. Acceperuntque
corpus eius, & ligauerunt in linteis cum aro-
matibus. Dilectus igitur Ecclesiæ, fasciculus
myrrhæ factus est, quando Dominus myr-
rha & aloes perlitus, linteis inuolutus est. Qui
uidelicet fasciculus, inter ubera sponsæ com-
moratur, cum Ecclesia mortem sui redempto-
ris sine intermissione, intimo in corde medi-
tatur. Inter ubera enim cordis esse locum, quis
nesciat? Et fasciculus myrrhæ inter ubera spo-
sæ commorabitur, cum anima quæque Deo cõ-
secrata, mortem eius, à quo se redemptam no-
uit, intenta mente quantum ualet, imitari sata-
git: memor illius apostolici sermonis, Quia
quicumque sunt lesu Christi, carnem suam cru-
cifixerunt cum uitijs & concupiscentijs. Ve-
rùm, quia eidem morti mediatoris ac saluato-
ris nostri, mox resurrectionis gloria successit,
rectè sponsa subiungit:

Botrus Cypri dilectus meus mihi in uineis Engaddi. Et
quidem huius uersiculi iuxta superficiem lite-

ra, hic sensus est, Sicut insula Cyprus maiores
cæteris terris botros gignere solet, & sicut in
urbe Iudææ, quæ uocatur Engaddi, nobilio-
res cæteris uinæ nascuntur, utpote de quibus
liquor non uini, sed opobalsami defluit: ita di-
lectus meus mihi speciali est præ omnibus cha-
ritate connexus, adeo ut nulla me creatura ab
eius affectu diuellerè possit. Typicè autem,
quomodo myrrha propter amaritudinem (est
enim quantum medendis infirmitatibus salu-
bris, tantum gustu amara) tristitiam Domi-
nicæ passionis significat, ubi ipse & myrrha-
tum uinum à militibus accepit bibendum, &
sepeliendus à discipulis, myrrha perunctus
est, ut prædiximus: ita botrus non incongruè
resurrectionis eius gaudium denunciat. Vi-
num enim lætificat cor hominis. Botrus ergo
Cypri factus est Dominus in resurrectione,
qui fasciculus myrrhæ fuerat in passione. Me-
rito inter ubera commoratur sponsa, quia i-
dem in botrum uersus est uinæ. Ideo sancta
Ecclesia memoriam Dominicæ mortis nun-
quam suo de corde deponit: quia ipse, qui
propter delicta eius mortuus est, propter e-
ius quoque iustificationem à morte resurre-
xit. Atque ei uestigia ipsius sequenti post an-
gorem mortis, resurgendi exemplum præ-
buit. Qui bene etiam in uineis Engaddi, ut præ-
fati sumus, balsamum gignitur, quod in chri-
stianis confectio, liquori oliuæ admisceri,
ac pontificali benedictione solet consecrari,
quatenus fideles omnes cum impositione ma-
nus sacerdotalis, qua Spiritus sanctus accipi-
tur, hac unctione signentur. Quæ etiam altare
Dominicum, cum dedicatur, & cætera quæ
sacro sancta esse debent, perunguntur. Vnde
rectissime per uineas Engaddi, charismata di-
uina figurantur. Et sponsus in uineis est En-
gaddi: quia & ipse Dominus in carne appa-
rens, plenus est spiritu sancto, & eius dona spi-
ritus, credentibus ipse largitur. Ideo autē ar-
bores balsami uineas appellat: quia in uinea-
rum morè extollunt, quæ sine adminiculis se-
ipsas non sustinent. quippe uiti similiores quam
myrto, & perpetua coma insignes, proceritas
intra bina cubita subsistit: semen earum uino
proximum, gustu, colore rufum, ramis crassio-
res quam myrtus, quæ certo anni tempore bal-
samum sudat. Sed & agricolæ uirgulta earum
acutis lapidibus, siue ossibus solēt incidere cul-
tellis. nam ferri tactus lædit. Per quas incisio-
nes emanat succus odoris eximij, & lachrymis
pulchrè rotatibus exceptus lanis parua colli-
gitur in cornua. Quod quia per cavernā pro-
fluat corticis, sepius opobalsamum nominat-
tur (opī enim græcè, caverna nuncupatur) sin-
gularumque arborum largior uena, ter omni-
bus percutitur aestibus. Præcipua autē lachry-
mæ gratia, secunda semini, tertia corticis, mini-
ma ligno. Quæ cuncta redemptori nostro, si
sollicitè considerantur, aptissime conueniunt.

VV 3 Qui

Qui humilis in carne, sed plenus gratie & ueritatis apparatus, uulneratus est propter iniquitates, ac de suis uulneribus uite nobis, & salutis sacramenta profudit. Unde & ipse, qui uirtus & sapientia Dei est, loquitur in Ecclesiastico, Et quasi balsamum, non mixtum odor meus. Mirandus sane ordo uerborum, ut prius sponsa dicat accumbente rege, nardum suam odorem dedisse: deinde ipsum fasciculum myrrhæ comparet: & tertio eundem botrum cypri cognominet: ad ultimum in uineis Engaddi eum esse commemoret. Quia & prius discumbentem in cena Dominum, mulier deuota nardo perfudit. Deinde discipuli crucifixum ad sepeliendum, myrrha unctum, linteis inuoluerunt: & post hæc ipse gaudio resurrectionis dona adueniente, spiritalia fidelibus dona distribuit. Nec prætereundum, quod Engaddi fons hæc interpretatur. Quo nomine patenter lauacrum sacri baptismatis ostenditur, in quod peccatores adhuc & sinistra parte digni, descendimus: sed iam mundati à peccatorum foeditate, atque in agnorum numero computandi ascendimus. Et bene cum lætitiâ Dominicæ resurrectionis significaret, dicens, Botrus Cypri dilectus meus mihi: addidit continuo, In uineis Engadi, id est fontis hæc. Quod est aperte dicere, In donis spiritalibus, quæ ex tempore baptismi fidelibus conferuntur. Hactenus Ecclesia, quæ à redemptione suo acceperit dona enumerat: quæ dilectionis pignora testatur. Cui mox ipse remunerationis uice respondit:

Ecce tu pulchra es, amica mea, ecce tu pulchra, oculi tui columbarum. Ecce tu pulchra es in operibus mundis, quibus sobrie, & iuste, & pie conuersaris in hoc seculo. Ecce tu pulchra in simplicitate cordis, quia pro sola intentione æternitatis, bonis actibus insistis, expectans beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei. Oculi tui columbarum, oculi cordis tui simplices & mundi, atque ab omni duplicitate fallendi ac simulandi prorsus immunes. Ideo mulierum beati, quia tales Deum uidebunt. Item oculi tui columbarum, quia sensus tui spiritali sunt intellectu præditi. Nam quia Spiritus sanctus super Dominum in columba descendit, recte columbæ, uel columbarum uocabulo spiritalis sensus ac dona signantur. Item oculos columbarum habet amica Christi: quia omnis anima, quæ illum ueraciter intus amat, nullo exterarum rerum appetitu miluorum more accenditur, nulli uiuentium aduersum quid inferre meditatur. Quod columbinæ fertur esse mansuetudinis, quæ cuncta quæ occurrunt simplici, miti & humili corde contemplantur. Audiens autem geminam sibi à Domino pulchritudinem, & operis uidelicet, & intentionis causa cum simplicitate puri cordis esse contributam, deuota mox uocerespondit:

Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus. Ac si a-

partem dicat: Ego quidem quicquid pulchritudinis, simplicitatis & gratiæ spiritalis habeo: hoc, te nimirum largiente, percepi, per quem & remissionem peccatorum, & bonæ actionis efficaciam possedi. Tu autem ueraciter, & sine cõparatione pulcher es & decorus, quia & Deus es ante secula, semper ex patre genitus, & ubi meæ redemptionis tempus aduenit, conceptus ac natus de Spiritu sancto, & matre uirgine: non solum immunis ab omni labe iniquitatis, sed & plenus gratia, & ueritate, & uenisti in mundum, & uixisti in mundo: quinetiam omnibus tuæ gratiæ participibus, ut sint & ipsi uirtutibus pulchri, tu donasti. Pulcher es ergo & decorus, id est & diuinæ naturæ perpetuitate, & assumptæ humanitatis dignitate mirabilis. Cuius splendor pulchritudinis, quia quietis ab exteriori actu cordibus solet, quanto liberius, tanto liquidius innotescere: iuxta illud Psalmista, Vacate & uidete, quoniam ego sum Deus, recte subiungit:

Lectulus noster floridus. Aliquando enim sancta Ecclesia, quasi in lectulo cum Domino, sponso uidelicet suo requiescit: aliquando cum ipso cõtra hostes in acie consistit. consistit namque in acie, cum insurgentibus acrioribus tentationum incursum, usque ad sanguinem contra improbos agonem exercet fidei. Requiescit uero in lectulo, cum pace temporum arridente, liberum ei reddit obsequium, cum placidum mentis intuitum, ad speculandam gloriam maiestatis eius intendit. Unde bene idem lectulus, floridus esse dicitur. Quia nimirum sancti quique tranquillitate temporum utuntur: & tunc maxime lectionibus sacris, ieiunijs, orationibus, cæteris que spiritus fructibus uacant, cum à tribulationum laboribus cessant. Tunc in supernorum contemplatione sese altius attollunt, cum ferenum ab extrinsecis perturbationibus tempus accipiunt. Potest autem lectulus Ecclesiæ floribus recte accipi, non tantum propter opera munditiæ, quibus electi quique ad fructum uitæ æternæ perueniunt: sed etiam propter prolem fidelium, quam ipsa Ecclesia fidei flore redolentem Deo gignere ex aqua & spiritu consuevit. Cui uidelicet actioni tanto studiosius se, cooperante Domino, & sermonem confirmante subiecit, quanto quietum pacatum que ab inuidentiâ insecutione tempus, ipso largiente perceperit. Et notandum, quod per totum libelli huius textum, quod sponsa semper in domo, uel in lectulo, uel alio quolibet interiori loco, cum suo dilecto manere concupiscat, quod muliebri magis sexui congruit: ipse autem sponsus, quod masculino conuenit, ad forinsecam potius opera, uinearum que uidelicet, uel hortorum, uel aliorum huiusmodi amicam suam euocet. Quia nimirum sancta Ecclesia, si fieri possit, semper in tranquillitate mundanæ pacis,

pacis, Domino fabulari, & sobolem ei celestem propagare atque educare desiderat. At uero ipse crebris eam in præsentis tribulationibus exerceri disponit, quo mundior ad perpetua bona perueniat: & ne si cuncta temporalia forte prospera currant, incolatu præsentis exilij delectata, minus celestem patriam suspiraret. Itaque sponsa Christi quietam in illo uitâ agere desiderans, quales sint domus in quibus eum suscipere uelit, consequenter insinuat, dicens:

Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina. Domos quippe suas uaria per mundum fidelium conuenticula nominat, è quibus omnibus ipsa uniuersalis Ecclesia cõstat. Tigna autem & laquearia, diuersos in eisdem domibus Ecclesiæ fidelium ordines designant. Nanque utraque in alto solent poni, sed tigna ad munitionem fiunt: laquearia uero magis decori domorum, quam munitioni proficiunt. Significant ergo tigna, prædicatores sanctos, quorum & uerbo & exemplo structura eiusdem Ecclesiæ, ut subsistere possit, continetur, qui suæ robore doctrinæ turbines hæreticæ impulsionis, ne eam desiciant, arcent. Assimulantur laquearia simplicioribus Christi famulis, qui proprijs Ecclesiæ uirtutibus potius exornare, quam doctrinæ uerbis defendere, & contra peruersorum dogmatum impetus norunt munire. Dependent autem affixa tigna laquearia, quia necesse est, ut quicumque in sancta Ecclesia sublimes uirtutibus splendere desiderant, summorum patrum dictis atque exemplis, quibus à terrenorum ambitu suspendantur, tota mente inhereant. Et bene tigna hæc cedrina, & laquearia dicuntur esse cypressina: quia utranque hanc arborem imputribilis naturæ, altitudinis eximitæ, & odoris constare esse præcipui, quod eis apte conuenit, qui cum Apostolo dicere possunt, Christi bonus odor sumus Deo, & Nostra conuersatio in cœlis est. Quis nos separabit à charitate Christi: tribulatio: & reliqua. Sed & hoc, quod odor cedri serpentes interim fugare solet: iuxta illud poetæ, Disce & odorantem stibulis accendere cedrum, Galbano que agitare graues nidore chilindros: eiusdem laqueariis altis, id est doctoribus congruenter aptatur, qui uirtute uerbi celestis solent uenena hæreticorum dogmata repellere, eosque à simplicium seductione fugare. Hoc quoque, quod eius resina, quæ Cedrina dicitur, in conseruandis libris adeo est utilis, ut perlinita ex ea, nec tineas patiantur, nec tempore consenescant. Quis non uideat, quantum eisdem prædicatoribus sanctis conueniat, quorum sensu spiritali, scriptura sancta confecta est, quæ nulla hæreticorum astutia corrupta, nulla potest seculi labentis ætate consumi: adeo, ut donec transeant cœlû & terra, iota unum aut unum apex non prætereat à lege, donec omnia fiant? Quod cum dixerit Dominus de le-

ge, quanto magis de Euangelio suo intelligendum reliquit: Cypressus etiam in eo quod mendicis apta est corporum passionibus, quod suæ uenustatem comæ nullo uentorum impulsu deponit, constantiam exprimit, eorumque actionem, qui altioribus uirtutum ornatibus sanctam Ecclesiam uelut laquearia decorant. Miratur ergo sponsa, id est sancta Ecclesia, uel anima quæque electa, dilecti sui pulchritudinem: laudat molliciem ac munditiâ lectuli florentis: prædicat internam domorum suarum uenustatem, qua dilectum decenter excipiat. Sed quia præsentis temporis statui labor amplius quam requies conuenit, & potius in hac uita electi, Christo auxiliante, pijs exercetur actibus, quam quieto fruuntur ocio: sponsam ad laborum exercitia, & toleranda prauorum consortia prouocat, subiiciens:

CAPVT II.

Ego flos campi, & lilium conuallium. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Delectaris quidem o amica secretis in quiete florere uirtutibus: sed memento, quod ego sum flos uirtutum, à quo solo omnis spiritus fructus oritur, & in quo solo floridam habere requiem ualeas. Flos sum autem campi, quia per totius orbis latitudinem, odoris mei gratiam innotescere cupio. Quod nequaquam ualet impleri, si non tu intermissa aliquoties quiete, qua delectaris, accingaris ad prædicandi officium, quo exercearis. Lilium quoque sum conuallium magis quam montium, quia in illis nimirum, uel claritatem glorificæ meæ humanitatis, uel splendorem æternæ deitatis pandere ac reuelare soleo, qui se suscipiendæ ditioni meæ fidei ac dilectionis humiliter subdunt: qui mea potius sequi quam suam quærunt uoluntatem. Qui etsi otio delectantur internæ meæ contemplationis, ad laborem prædicationis tamen me imperante progredi non detrectant. Nam & ipse tibi participatione meæ claritatis, ut lilio compareris, donauit, & candida uidelicet, perfectione operis: & preciosa, existendo fulgore mundi pectoris. Sed ne forte uelis in hac uita securitatem habere quietis, scito tibi in præsentem cum reprobis conuersandam, & prauorum quotidie stimulos perferendos: at in futuro requiem cum solis electis esse sperandam. Sicut enim lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Quia non solum aduersa pati habes ab his qui à te sunt & mente & professione omnimodo extranei: sed illarum quoque animarum sæpius improbitate acriter compungeris, quas per fontem regenerationis, per que fidem ac perceptionem sacramentorum celestium in filiarum te numero accepisse gaudebas. Potest sane in eo quod ait, Ego flos campi, partus intemeratæ uirginis intelligi. Potest sane in eo quod subdidit, Et lilium

lium conuallium, humilitas eorundem parentum illius intelligi. Ipse etenim flos in horto, non ruris, sed campi apparuit, qui de intacta uirginis matris carne, carnē peccati nesciam, & uirtute plenissimam assumpsit. De quo dixit Esaias, Egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Ipse liliū in conuallibus germinauit, qui insuper humiles sibi parentes pauperes, ē quibus Deus homo nasceretur, elegit. Vnde dicit & Psal. 64. Et conualles abundabunt frumento. Ipse enim frumentum, quia nos pane uitæ reficit: ipse liliū, quia uelut auri fulgorem in candore diuinitatem habet in nomine. Et pulchrē in lilio prius se candor exterior paulatim aperit, & sic demum aurei coloris, quæ læbat intus, gratia patescit. Quia natus in mundo Dominus, prius homo sublimis, his qui in eum uerē credebant: at tempore procedente, Deus esse uerus innotuit. Sed & omnes electi per suscepta humanitatis eius sacramenta ad contemplationem tendunt diuinæ claritatis. Cum ergo fatigata Ecclesia aduersis, dixisset Domino, Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus, lectulus noster floribus, & cætera quæ sequuntur: desiderans nimirum in serenitate temporum contemplandæ eidem pulchritudini ac decori operam dare, & ei flores uel bonorum operum, uel animarum procreare fidelium. respondit ipse, Ego flos campi, & liliū conuallium. Sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias. ac si aperte dicat, Recordare, quod ipse qui de uirgine nasci potuit, qui Deus sum ante secula, homo in fine seculorum, humiliter in mundo apparui: humilibus me socium, ac pauperibus spiritu semper exhibui, humilitatis gressibus ad mortem perueni: tu uerō in hoc seculo quietis securitatē querere desiste. Quin potius sicut liliū inter spinas, candidior, mollior que nitescit: si aculeis etiam domesticorum afflicta, ueritatem tui decoris gratius ostende. Laudata autem à Domino Ecclesia, quod inter spicula peridorum, fidei suæ castitatem incorruptam seruauerit, atque inter horrores prauorum ipsa gloriosior effulserit: reciproco statim responso maiore illum laude attollit, & quod inter fidelia facta bonorum singulariter sanctus emineat, natrat.

Sicut malum, inquit, inter ligna sylvarum, sic dilectus meus inter filios. Hoc est autem, quod Psalmista loquitur: Quoniam quis in nubibus aequalis Domino? aut quis similis erit Deo in filiis Dei? Sicut ergo malum, quod & uisu & odore & gustu gratum est, lignis solet antecellere syluestribus: sic homo Deus omnibus, qui puri homines sunt, sanctis iure præcellit: meritorumque eorum, qui per gratiam filij Dei sunt, potentia eius, qui per naturam est filius, transcendit. Hinc etenim dicit Ioannes, Et uidimus gloriam eius, gloriā quasi

unigeniti à patre, plenum gratiæ & ueritatis. Hinc apostolus Paulus, Et Moses quidem fidelis erat in tota domo illius tanquam famulus, in testimonium eorum quæ dicenda erant: Christus uerō tanquam filius in domo sua. Nitescat ergo Cedrus: cypressus se in altitudinē tollat: cætera sylvarum ligna decoris, odoris, & uirtutis suæ miracula pandant. Præstat omnibus malum, quod præter odoris aspectusque sui suauitatem, uim quoque in se uescendi continet. Fulgeant iusti suis quicque uirtutibus: antecellit cunctis qui de uirgine natus, uitæ nobis perpetuæ subsidia ministrat. Vnde bene subditur,

Sub umbra illius quem desiderabam, sedi: & fructus eius dulcis gutturi meo. Ac si aperte dicatur, Iccirco dilectum meum omnibus præferendum esse decerno, quia in sola protectiōe pietatis eius, cuius desiderio semper ardebam, refrigerium me ab æstu tribulationum inuenisse conspicio: quia suauissimum donorum eius fructum sentio, quo me perpetuō reficiendam esse confido. Desiderabat autem Ecclesia sancta, sub umbra authoris aliquantulum respirare, cum se sole nimio persecutionū fuscata esse quebatur, eo quod filij matris suæ pugnant contra se: cum auxilium presentis eius implorans, anxia clamabat, Indica mihi, quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie. Cum non solum pressurarum tædio fatigata, sed recordatione pulchritudinis ac decoris eius illecta dicebat: Lectulus noster floridus. Cuius desiderio se compositum esse factam demonstrauit, cum ait: Sub umbra illius, quæ desiderabam, sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Et notandum, quod supra tigna domorum suarum cedrina, & laquearia esse cypressina prædicabat: nec tamen horum sibi protectionem sufficere, neque eorum se contemplanda sublimitate & pulchritudine contentam esse memorabat: sed solam uitæ arborem, in cuius umbra quiesceret, cuius fructu, quod reficeretur, sedula quærebat. Quia et si sancti quique sublimia nobis uirtutum suarum exempla proponere possunt, si uitæ celestis iter prædicando demonstrare, si intercessionis suæ apud Dominum suffragia ferre: nemini tamen eorum, sed soli dilecto Saluatori nostro dicere debemus, Filij autem hominum sub protectione alarum tuarum sperabunt: inebriabuntur ab ubertate domus tuæ. Vnde merito dictum est, quia sicut malum inter ligna sylvarum, sic dilectus meus inter filios. lure enim omnibus filijs Dei filius præferatur unicus: qui nos sicut arbor umbrosa ab æstu mundi persequentis protegit, sicut malum immarcescibile celesti suauitate reficit. Cuius refectio quantæ dulcedinis, quantæ sit uirtutis, subsequenter ostenditur, cum dicitur:

Introduxit me rex in cellam uinariam, ordinauit in me charitatem. Mox, inquit, ut dulcedinem gratiæ eius guttur meum cordis attigit, ita me re-

creatam

creatam spiritu, & ab infirmarum rerum oblatione in superna desideria translata esse sentio: ac si in cellam uinariam introducta, non uo sim meri odore, simul & poculo refecta. Vnde merito, qui talia bona dedit, inextinguibili in se redamandum charitate conuertit. Typici autem, quia uini uocabulo sancti spiritus solet gratia designari: Domino attestante, cum dicit, Quia uinum nouum in utres non uos mittendum est, id est mundis cordibus feruor est donorum spiritualium infundendus. Cella uinariæ Ecclesia debet intelligi, in cuius unitate solummodo spiritus sanctus dari solet, & accipi. Introduxit ergo dilectus amicam suam in cellam uinariam, quia Dominus Ecclesiam de toto orbe collectam, in unā sibi domum fabricauit, quam sui spiritus charismate consecrauit. Quæ uidelicet fabrica, quia in charitatis maxime fundamento, ipso operante consistit: recte, postquam se in cellam uinariam introductam dixit, addidit, Ordinauit in charitatem. Ordinauit autem in me charitatem dixit, id est ordinatam me charitatem habere propitius donauit, ut uidelicet quisque diligeret Dominum Deum suum toto corde suo, tota anima sua, tota uirtute: diligeret proximum tanquam seipsum, sed & inimicum diligendo toleraret. Huius ordinem charitatis seruare, aut nescit, aut negligit ille, de quo ipse charitatis ordinator ac largitor ait, Qui amat patrem, aut matrem plus quam me, non est me dignus. & cætera. Quamuis ordinatio charitatis etiam pro confirmatione posita recte possit intelligi, quia quæ temerè locantur, infirma sunt: quæ autem ordinatè, firmiter manent, ut ordinasse Dominus in Ecclesia charitatem apte dicitur, quam congruis profectibus in cordibus fidelium suorum solidare dinoscitur. Postest autem sic accipi quod dicitur, Ordinauit in me charitatem: quasi diceretur, Ordinata me ipse charitate dilexit, id est omnia quidem membra mea, hoc est omnes electos pia sibi charitate copulauit: sed eminentiora quæque ampliori, ut decet, affectu complectitur, cum dicitur, Cum enim dilexisset suos, qui in mundo erant, in finem dilexit eos. Omnes ergo dilexit. Et tamen indulgentior in quendam amor intimatur, cum dicitur, Discipulus ille, quem diligebat Iesus. In Ecclesia pro distinctione meritorum, alios alijs amplius diligit. Item, Ordinauit in me charitatem: Prior me ipse dilexit, ac diligendo me, ut eum redamare nossem, donauit. hinc enim dicit, Non uos me elegistis, sed ego elegi uos. Hinc & apostolus Ioannes, Hæc est, inquit, charitas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse dilexit nos, & misit filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Item, Ordinauit Dominus in Ecclesia charitatem, quia charitatem ipsam, qua eam ante secula elegit, quibusdam profectuum gradi-

bus per temporū incrementa monstrauit. Apostolo enim teste, Commendauit Deus suam charitatem in nobis: quia cum adhuc peccatores essemus, Christus pro impijs mortuus est. Ac proficiente eiusdem charitatis ostensione, dicit Ioannes, Videre qualem charitatem dedit nobis pater, ut filij Dei nominemur, & simus. Rursum de perfecta eadem charitate, & qua maior esse nulla potest, neque ipsa unquam minui potest, dicit ipse Dominus: Qui autem diligit me, diligitur à patre meo, & ego diligam eum. & reliqua. Cum enim uerbo presentis temporis diceret, Qui autem diligit me, quod nullatenus facere potest, nisi is quem ipse diligendo preuenit, & ad se diligendum sui gratia spiritus accendit: quid est, quod futuri temporis uerbo mox subdidit: Diligitur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum: nisi quia is, qui interim adhuc diligitur à Deo, ut credendo possit diligere, tunc utique à Deo diligitur, ut eum uidendo amplius diligit: & manifestata ipsius facie, tanto uerius eum tota uirtute diligit, quanto nil ab inferioribus, quo ab hac dilectione præpediatur, tolerat. Ordinatur ergo Dominus in Ecclesia charitatem, qua eam uel ipse diligit, uel ad suum amorem, ac proximi ritè tenendum, inflammat. Quantum uerò ipsa charitas mentē, quam perfecte absorbuerit, ab infirmarum rerum amore sustollat, sequente uersu edocet, cum dicit:

Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore languo. Languet namque amore anima, quæ ordinatam in se sui authoris charitatem ueraciter degustat: quia cum ad petendam se æternitatis lucem accendit, ab hoc nimirum temporalitatis amore lassescit: ut tanto frigeat ab studio labentis seculi, quanto surgit ardentior ad contemplandum gaudia perennis regni. Sed uideamus, anima, quæ tali flagrat amore, quem quærat stratum, in quo fessa recumbat. Fulcite me, inquit, floribus, stipate me malis. In floribus tenera adhuc uirtutum primordia, in malis perfectio signatur. Obscraat ergo amore languens anima, filias Hierusalem, id est eas animas, quæ se in celesti desiderio præcesserunt, ut sua cæpta bonis iuuent exemplis, & quali uel initio, uel cursu, uel termino usam uirtutum peregerint, ad memoriam sibi crebrius reuocent: quatenus harum intuitu uelut odore quodam florū, malorumque gratissimo, molliori se ac dulcius in sui conditoris affectu habeant. Quod & de his, quæ præ oculis habemus, sanctorum operibus, & de illis, quæ de scripturarum quasi pratis ac nemoribus colligimus, patrum præcedentium factis, siue dictis æque ualet intelligi.

Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. In læua Christi, temporalia eius dona: in dextera, perpetuæ uitæ beatitudo significatur.

tur. Vnde alijs de ipso, qui est Dei uirtus, & Dei sapientia, scriptum est, Longitudo dierum in dextera eius: in sinistra autem, diuitie & gloria. Ostendit ergo sancta Ecclesia, ostendit anima dilectioni sui redemptoris perfecte intēta, qualis esse possit quies in hac uita, quam tantopere querebat, qualiter in lectulo illo uirtutibus florido cum suo dilecto in huius exilio peregrinationis recubare desideret. Læua, inquit, eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Caput autē suū, principale mentis appellat. Et læuam suam sponsæ capiti dilectus illius supponit, cū corda fidelium Dominus in hac adhuc uita commorantium suæ cognitionis scientia confirmat, cum sacramentorum suorum participatione subleuat, cū pignus eis sui spiritus tribuit, cum scripturarū sanctarum solatia suggerit. Dextera autem eius amplexabitur eam, cum etiam post hanc uitam, cœlestis ei uitæ regnū perenne promittit. Et bene læua caput sustinet, dextera illam dicitur amplexari: quia temporalia quidem munera ad subsidium peregrinationis huius accipimus, cœlestia uerò præmia sine fine uidebimus. Recte autē sponsa, quæ supra languens amore, fulciri floribus, strigari quærebat malis, nunc manum dilecti sub capite se habere testatur: quia etiam uirtutū floribus amator quisque sui conditoris gaudet, si proximorum profectibus, cum quibus ipse ad uidendam eius faciem perueniat, delectatur: si antiquorū sanctorū exempla, quibus ad diligendum, uel Deum, uel proximum ardentius excitetur, meminisse dulce habet: unica tamen est spes ueraciter quiescere cupientium, authoris sui manu sustentari. Et quidem primò læua, ut per hanc ad amplexum dextræ mereantur pertingere. Neque enim dextera illius quenquam amplexabitur, nisi quæ prius læua eius fouēdum suscepit: id est, ne mo claritatem illius sublimiter in futuro uidebit, qui non in præsentia ad suscipienda humilitatis eius mysteria fideliter reclinauit. An nō Paulus, qui ministrum se sponsæ huius fidelissimum esse docebat, dicens, Respondi enim uos unū uiro uirginem castam exhibere Christo, læuam sponsi capiti eius supponere curabat, ut ad amplexum dextræ perduceret: ait enim, Nihil iudicauit me scire inter uos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Rursum namque eandem ad amplexum dextræ eius tendere hortatur, cū ait: Quæ sursum sunt, quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens. Et cum Christus apparuerit uita uestra, tunc & uos apparebitis cum illo in gloria. Læua ergo eius, inquit, sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Ac si aperte dicat, Temporalia quidem me Domini & saluatoris mei beneficia, quo à mundi cupiditatibus, uel perturbationibus aliquantulum quiescere queam, adiuuent: at me æternorū promissio, quibus perpetuò remunerer, amplius delectat.

1028
ctat. Quam uerò amabilis sit ipsi Domino talis sponsæ suæ, id est Ecclesiæ, uel animæ cuiuscunque electæ pauisatio, sequenti eius responsione designatur, cum dicitur:

Adiuuro uos filias Hierusalem per capreas ceruosq; camporum, ne suscitatis, neque euigilare faciatis dilectam, quoadusque ipsa uelit. Filias Hierusalem, dicit animas, patriæ supernæ desiderio flagrantes. Quas adiuurat sponsus, ne suscitēt sponsam in suo amore quiescentem: neque ab hominum conturbatione foeliciter sopitam inquietari præsumant. Qui enim electi cuiuslibet mētem, uel in orationibus deuotis, Deo loquentem, uel in sacris lectionibus diuina mandata siue promissa meditantē importunus impederit, sponsam utique Christi de sopore beato, priusquā ipsa uelit, excitat. Vult enim ipsa foelicissimo hoc sopore resecta euigilare, quia tempore congruo diuinis se mancipare nouit obsequijs, ac rursum tempore competentis ad curanda fragilitatis humanae necessaria reuertī. Qui fideles quosque cœlestibus studijs intentos impedire nō metuit, suis profectō uirtutibus, quibus se pollere credebat, damnū facit. Vnde bene sponsus filias Hierusalem per capreas ceruosq; camporum, ne hoc faciāt, adiuurat. Per capreas nāq; & ceruos, mūda uidelicet animalia, uenenorū inimica, uirtutū opera spiritalium figurantur: quæ quantum munditiā præminent, tantum uirulentas hostis antiqui machinas contemnere, immò disperdere atque euacuare consueuerūt. Et pulchrè capreas ceruosq; dicens, addidit, Camporum: ut patienter simplicitatem purarum mentium, ac fide sincera florentium, in quibus uirtutes oriuntur ac nutriantur, exprimeret. Itaque adiuurat filias Hierusalem sponsus per capreas ceruosq; camporum, ne suscitent neque euigilare faciatis dilectam, quoadusque ipsa uelit. Ac si patenter dicat, Contestor fideles omnes, & per suas quenque uirtutes, quas puro corde nutrire desiderant, adiuuro, ne pia fratrum studia contemnunt, ne passim temerando præpediant: sed sic quisque de proximorū profectu quasi de suo gaudeat, sic fratibus dāna lucri spiritualis, quomodo sibimet ipsi pertimescat inferre. Quia nimirum suas ipse uirtutes minuit, qui uirtutibus proximi parere: immò has in quantum ualet, adiuuare contemnit. Quod adiuuramentum sponsi libentissimè sponsa suscipiens, continuò respondit:

Vox dilecti mei. Subauditur, hæc est quam audiui adiuuantem filias Hierusalem, ne me in eius complexu quiescentem, prius quā ipsa uelim suscitarent. Multum enim necesse est lætetur anima Deo plena, cū eam inter aduersa seculi uocē eius consolatoriam, uel per donū occultæ inspirationis, uel per meditationem, auditum uel sacrarum literarum percepisse contigerit. Nam etsi necdum faciem dilecti nostri licet intueri, iam multum nobis est præstitum,

stitum, in eo quòd scripturis sanctis interim eloquiorum eius dulcedine reficimur. Multum præstatur eis quibus altiori dono conceditur, ut subleuato ad cœlestia puræ mētis intuitu, nonnullam futuræ uitæ suauitatem etiam in præsentia prægustent. Vnde bene, postquam le tabunda dixit sponsa, Vox dilecti mei: mox eundem dilectum etiam uidere desiderās, sed necdum ualens, adiecit,

Ecce iste uenit saliens in montibus, transiliens colles. Montes quippe & colles, eos uocat, qui generalem sanctæ Ecclesiæ conuersationem, quasi floridam camporum planiciem, singulari mētis puritate transcendent: & quanto se ab inferiorum cupiditate leuiore reddunt, tanto capaciores contenti plationi supernorū efficiūt. De qualibus Esaias, cum aduentum in carne mediatoris Dei & hominum describeret, ait:

Et erit in nouissimis diebus preparatus mons domus Domini, in uertice montium, & eleuabitur super colles. Recte etenim ille mons in uertice montium, & super colles eleuatur, id est excelsis hominibus esse excellior memoratur: quia in nouissimis quidē diebus, homo inter homines apparuit: sed Deus cū patre, ante secula extitit. In his autē montibus adueniēs, saltus dare dilectus, hos transilire colles perhibetur: quia corda sublimium Dominus crebra suæ uisitacionis gratia solet illustrare. Et pulchrè non manere in his collibus, sed salire, uel eosdem transilire dicitur: quia dulcedo contemplacionis internæ, quantum alta propter agnitionem rerum cœlestium, tantum est breuis & rara, propter grauedinem mentium, carnis adhuc mole detentat. Corpus enim quod

corruptitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitatem. Neque huic sententiæ contrarium debet existimari, quòd & ipse dilectus in Euangelio, suæ sponsæ pollicetur, dicens: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationē seculi. Et rursum, Si quis diligit me, sermonem meum seruabit: & pater meus diliget eum, & ad eum ueniet, & mansionem apud eum faciemus. Manet nāq; semper per fidem & dilectionem suam, perq; auxilium gratiæ suæ cum omnibus sanctis. Sed excellentius ad horam paucis sublimioribus, quibus uult, & quando uult, apparet. Paucorum namque, & eorum qui præ altitudine cordis, montibus comparantur & collibus, est dicere, Siue etiam mente excedimus, Deo: siue sobrii sumus, uobis. Cunctis autem fidelibus dicitur,

Quia quicumq; confessus fuerit, quoniam Iesus est filius Dei, Deus in eo manet, & ipse in Deo. Totius Ecclesiæ est fidei corde audire, quia Deus charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Perfectorum solummodo est dicere, Non enim indotas fabulas secuti, notam fecimus uobis Domini nostri Iesu Christi uirtutem, sed speculatores facti illius magnitudinis. De qua spe-

culacione euidenter subinfertur exemplum, cum dicitur,

Similis est dilectus meus caprea, hinnuloq; ceruorum. Et quidem omnes qui naturas harum animalium benenorunt explorare, multa in his inueniunt, quæ dilecto Ecclesiæ, id est Domino saluatori aptissimè conueniunt. Sed hoc in loco specialiter illud intuendum, quòd in altis montium habitare, ac saltus dare uelocissimòs gaudent: propter quòd & rariùs uideri à nobis quàm boues solent aut asini, aliaue huiusmodi animalia: quibus semul mansuetas, & quotiens libet, utimur. Quòd altitudinē supernæ contemplacionis multum decenter aptatur: quæ non in arbitrio hominis speculantis, sed in gratia est Dei, quando uult parentis. Credo Esaias, mons uidelicet eximius, non quando ipse elegit, sed quando Dominus uoluit, uidit ipsum sedentem super solium excelsum & eleuatum: uidit & agmina cœlestia, laudes ei debitas concinentia. Paulus etiā ipse mons, terrena despiciens multum, ac uertice sidera tangens, non quando disposuit ipse, sed quando Deo placuit, raptus est in paradysum, & raptus est in tertium cœlum, audiuitq; arcana uerba, quæ non licebat homini loqui. Congruit sanè humilitati simul & ueritati assumptæ humanitatis, quòd Dominus non ceruo, sed caprea hinnuloq; ceruorum minoribus uidelicet animalibus assimilatur, qui inter homines non solum homo, sed & humilis homo apparuit. Hinnulus ceruorum factus est, quia ueram de carne patrum præcedentiū carnis materiam suscepit: factus est enim ex semine Dauid secundum carnem. Et ipse Dauid, sicut ceruus desiderat ad fontes aquarū, ita desiderat anima mea ad te Deus. Et iterum: Qui perfecit pedes meos tanquam cerui. Sed & de cæteris ceruis, suæ nimirum uitæ confortibus ait, Vox Domini preparantis ceruos. ipse etenim preparat ceruos, cū fidelibus uirtutum dona ministrat: quia ut cursum suæ mētis ad altiora dirigat, ut incessanter fontem uitæ sitiant, ut angues hæretici sermonis de abditis fraudium suo spiritali odoratum educant, ac poterant, ut uerbum uitæ ruminent, ut in rectis actionum suarum gressibus modum salutiferæ discretionis teneant, non hoc eorum potestatis, sed est diuinæ largitionis. Vox ergo Domini preparat ceruos, quia eius gratia in arce uirtutum collocaat sanctos. Ex quibus uidelicet ceruis natus est hinnulus iure sponsæ dilectus, id est Ecclesiæ uel animæ cuiq; fidei: quia ex patribus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Et quoniam his uersiculis speculatiuæ uitæ sublimitas expressa est, restat ergo actiue, quæ omni Ecclesiæ communis est, perfectionem ostendi. Sequitur,

En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos. Nunc etenim dilectus in uicinia manet sponsæ, nunc excelsis

culacione euidenter subinfertur exemplum, cum dicitur,

En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos. Nunc etenim dilectus in uicinia manet sponsæ, nunc excelsis

lis

1031
 fis saliens paret montibus: quia idem ipse Dominus ac Saluator noster, & perfectioribus se ad tempus, cum uoluerit, tamen si per speculum, & in aenigmate uidebimur praeberet, & omnibus semper electis inuisibilem praesentiae suae gratiam exhibet. De cuius exhibitione praesentiae bene nunc dicitur, En ipse stat post parietem nostrum: quia nimirum ita apud nos manet, immo in nobis manet, ut uideri non possit a nobis, Ioanne attestante, qui ait: Deum nemo uidit unquam. Si diligamus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas in nobis perfecta est. Paries autem, qui ab eius aspectu nos secludit, ipsa est mortalitatis nostrae conditio, quam peccando meruimus, qui in parente primo ita conditi sumus, ut si nunquam peccato consentiremus, hoc omnes electi lumen diuinae contemplationis semper indefessi, & sine ullo labore cerneremus: ad quod nunc intuentium perfectiores perpauca, maximo cum labore purificante sua corda fide pertingunt. Sed in hoc pariete misericordia diuina fenestras & cancellos, undenos prospiceret, fecit: quia mentibus nostris quamlibet huius seculi caecitate grauatis, gratiam suae cognitionis aperuit, & crebra nos occultae suae inspirationis luce refecit. Cuius prospectu inspirationis, quia hoc maxime plus conditor agit, ut nos ad dilectione temporalium ad promerenda supernae pacis gaudia prouocet, recte subiungitur:

Et dilectus meus loquetur mihi, Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & ueni. Omnia tempus habent, & suis spatijs transeunt uniuersa sub caelo. Habet ergo & sponsa Christi, Ecclesia uidelicet, uel anima quaeque electa, tempus quiescendi: habet item tempus surgendi ad laborem. Denique ut supra adiurabat filias Hierusalem, ne suscitarent, neque euigilare facerent eam, donec ipsa uelit. Et nunc mutata uoce surgere eam iubet ipse, atque ad se properanter uenire: nec iam ad eam in lectulo quamlibet caelestibus studijs florido intrare consentit: sed ipsa potius secum, ut sequentia cantici docent, ad excolendas uineas, bestiasque nocentes ex his propellendas praecipit exire: addens ad prouocandum, inflammandumque eius studium, quod transactis auribus brumalibus, iam uerna temperies industriam laborantis adiuret, sed & uernalium aduentus atque cantus auium, ruralia magis loca quam aulica reddat iocunda, prouentus etiam florum spem fructus futuri polliceatur agricolis. Sed quia de superficie literae pauca perstrinximus, iam nunc ad exinterandos allegoriae sensus stylum uertamus. Dicitur est supra, sub figura capreae hynulicque ceruorum, quomodo Dominus sublimium contemplationi interna caelestium reuelat arcanorum: Dicitur sub figura ipsius, Post parietem nostrum stantis, ac per fenestras, cancellosque prospicientis, qualiter omnem Ecclesiam, quamuis adhuc inuisibilis, crebro salutiferae compunctionis respectu illustret, Re-

stat nunc intimari, quomodo eandem, siue ad officium praedicationis, seu ad exercitium bonae incitet operationis. Surge, inquit, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & ueni. Surge de stratu illo multum tibi amabili, in quo tuimet curam agere in psalmis & orationibus, ceterisque uitae studijs delectaris. Propera, & ueni ad impendendam etiam proximis curam salutis, per studium sedulae praedicationis. Quasi enim tot passibus adiuocantem nos Dominum properamus, quot pro eius causa, uirtutum opera patramus.

Iam enim hyems transijt, imber abiit & recessit, flores apparuerunt in terra. Hoc est quod Apostolus ait: Nox praecessit, dies autem appropinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamus nos arma lucis. Sicut enim tenebras noctis, sic etiam recte per austeritatem hyemis & imbrum, tempestas exprimitur infidelitatis, quae totum orbem usque ad tempus regebat Dominice incarnationis. At ubi sol iustitiae mundo illuxit, abscedente mox ac depulsa praesca brumalis infidelitatis perfidia, flores apparuerunt in terra: quia initia iam nascentis Ecclesiae in sanctorum fidei ac pia deuotione clauerunt.

Tempus putationis aduenit. Illius uidelicet, cuius in Euangelio meminit Dominus: qui cum se uitem ueram, & patrem suum dixisset esse agricolam, addidit confestim atque ait, Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnem qui fert fructum, purgabit eum, ut fructus plus afferat. Potest officium putationis recte etiam iuxta illud intelligi, quod Apostolus ait, Expoliantes uos ueterem hominem cum actibus suis, induite nouum. Quod exponens ipse alibi dicit, Propter quod deponentes omne mendacium, loquimini ueritatem, unusquisque cum proximo suo. Et rursum: Qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret operando manibus suis, quod bonum est.

Vox turturis audita est in terra nostra. Vox praedicatoris audita est in terra, quae nostra iam coepit esse, dum fidei uerbum recepit. De qua & in Psalmo prime sabbati, id est Dominice resurrectionis, quae prima sabbati facta est, dicitur: Domini est terra, & plenitudo eius. Vox enim turturis, quae suo sonitu abscessum hyemis & ueris solet signare aduentum, conuenit eis qui dicere norunt: Quia tenebrae transierunt, & lumen uerum iam lucet. Vox turturis, quae humiliter resonans gemitum pro cantu exprimit, congruit eis qui sui incolatus & promissae sibi patriae memores, dicere consueverunt: Sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus, ad optionem filiorum expectantes, & redemptionem corporis nostri. Qui & auditoribus suis clamant, Miseri estote, & lugete: risus uester in luctum conuertatur, & gaudium in moerorem. Auis ipsa quae pudicitiae amatrix est, & semper in iugis montium

tium, atque in arborum uerticibus comoratur, uitam imitatur eorum qui sibi suisque protestantur, Quia bonum est homini mulierem non tangere, & nostra conuersatio in caelis est. Nam & quod tecta hominum, & conuersationem fugere, magisque in syluis ac solitudinibus degere solet, typum praedit eorum, qui corpore licet in mundo possint, ceterum mente separantur a mundo, & superna potius uidere desiderant.

Ficus protulit grossos suos. Grossos uocant primitias & immaturas ficus atque inhabiles esui: quae etiam si concussa fuerint, leui tactu decidunt. Et ficus sonante turture protulit grossos suos, cum praedicantibus in Iudaea apostolis Synagoga protulit multos, qui zelum Dei haberent, sed non secundum scientiam: qui magis imperfectam adhuc, & uelut immaturam literam legalis obseruationem tenere, quam intelligentiam spirituales in ea dulcedine suscipere uellent. Apponitur hunc uersiculum ita exponit, quod si quis protulerit grossos suos, cum synagoga procreauerit apostolos, qui de ea generati dulcissimi cibum doctrinae creditibus ministrarent. Et quonia proferente Synagoga uel apostolos, qui Euangelium praedicarent, uel eos, qui Euangelio legis adhuc carimonias praefere contenderent, nihilominus tunc totius orbis fides, salusque secuta est, recte subiungitur:

Vinea flores dederunt odorem. Per floritionem namque uinearum, initia multiplicantiu Ecclesiarum de ea, quae in Hierosolymis primo plantata, per odorem diffusa longe lateque harum fama expressa est. Quid enim gratius florentis odore uitae? Siquidem de flore earum succus expressus, poculi generis cohaerit, & saluti ac uoluptati accommodum. Cui comparandum bonae operationis rumorem, quis non facile uideat? Exemplum ergo uinearum, quibus nascitur uinum, quod latificat cor hominis, & Ecclesiae fidelium generaliter, & quibusque electis specialiter congruit, qui sibi ipsi latitiam spirituales, iocunditatemque fructificant. Iuxta illud Apostoli: Gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae. Et sicut Psalmista, Omnis, inquit, gloria eius filiae regum abintus. Sanctus Hieronymus hos uersiculos ita exponit, uox turturis audita est in terra nostra. Turtur uis pudicissima, semperque habitans in sublimibus, typus est Saluatoris. Et paulo post, Statimque turtur dicit ad turturem: Ficus protulit grossos suos, id est ueteris legis praepcepta ceciderunt, & de Euangelio uites flores dederunt odorem suum.

B E D A E P R E S B Y T E R I
 I N C A N T I C A C A N T I C O,
 rum, liber Tertius.



Vrge amica mea, sponsa mea, & ueni. Columba mea in foraminibus petrae, in caeuerna macerata. Si iuxta expositionem Apostoli, Petra erat Christus: quae sunt

foramina petrae, nisi uulnera, quae pro nostra salute suscepit Christus: in quibus profecto foraminibus columba residet, ac nidificat: uel cum anima quaeque mitis, uel Ecclesia omnis, in passione Dominica spem suae salutis unice ponit, cum in sacramento mortis eius, & se ab insidijs hostijs antiqui, quasi a raptu accipitris tutari confidit, & in eodem ei sobolem spiritalem, siue filiorum, siue uirtutum procreare facit. Vnde bene Hieremias sub specie Moab, haereticos ad unitatem ecclesiasticae fidei prouocans ait, Relinquitte ciuitates, & habitate in petra habitatores Moab. Estote quasi columba nidificans in summo ore foraminis. Maceria autem, quae ad uinearum munitioem solet de lapidibus componi (unde in Esaiam cantico dicitur, Vinea facta est dilecto in cornu in loco uberis, & maceria eam circumdedit) custodiam significat uirtutum caelestium, quae Dominus Ecclesiam uineam uidelicet suam circumdat, ne immundorum spirituum tanquam animantium improborum possit irruptione uastari. Hinc etenim Psalmista, Immittet, inquit, angelus Domini in circuitu timentium eius, & eripiet eos. Et Apostolus de angelis loquens, Nonne omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos qui haereditatem capiunt salutis? In hac ergo maceria refugium sibi sponsa & amica Christi, quasi columba caeuernam inuenit, dum sancta Ecclesia per auxilium se angelicum a diaboli fraudibus defendendam esse didicit. Hortatur itaque Dominus eandem Ecclesiam, hortatur quamque animam sibi deuotam ad exercitium patris ac fructiferi laboris: accidit, Surge, propera amica mea, formosa mea, & ueni. Iam enim hyems transijt, & cetera, usque dum ait, Surge amica mea, sponsa mea, & ueni: columba mea in foraminibus petrae, in caeuerna maceria. Adhuc aperte dicat, Postquam tempestas uitae gentilis superna pietate remota est, postquam flores salutiferae conuersationis iam emertere in terra, postquam in modum putandi coeperunt instantibus uinea caelestis agricolis, iniusti a iustis, a uirtutibus uitia, discretionis doctae falce separari, postquam praeco salutis mundo iam late insonuit, postquam ipse mundus ad agnitionem ueritatis conuersus, ac suauissima noua uita per gentes fama aspersa est, obsecro o animarum fidelium multum caterua mihi dilecta, cui amicitiae meae dona contuli, quam mihi sponsae uice coniungere dignatus sum, cui per infusionem mei spiritus, columbinam mentis simplicitatem contribui, pro cuius sanitate ac uita ipse uulnera, mortem suscepi, cui contra hostes inuisibiles supernae protectionis suffragia largitus sum: obsecro, inquam, quae talium es compos effecta donorum, ne inerti ocio lentescere uelis, sed ad industriam potius, studiumque debiti certaminis pro aeterna quiete festines accingi.

Ostende mihi faciem tuam, sonet uox tua in auribus meis.] Quæ in abdito secreta quietis, quasi columba in foraminibus petrae, siue in cauerna mace-
ria, delitescere cupis, precor ut in publicum actionis procedas, ostendasque ex operibus fidem tuam: & quid intus pulchritudinis habeas, alijs etiam foris in exemplum declares. Namque mihi, qui interiora cordis perspi-
cio, tunc faciem tuam ostendi existimo, cum actionem tuam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, ad utilitatem proximorum demonstrare considero. Quan-
diu enim quis facit uni de minoribus his, mihi facit. Sonet uox tua in auribus meis. Vox uidelicet laudis, siue prædicationis, id est ea que uel me in psalmis & hymnis, & canticis spiritalibus laudet, uel ad laudem meam, proximorum ora mentesque predicando excitet. Ostendit ergo faciem suam sponsa Domino in his, que in conspectu eius operatur, ostendit & sonum uocis in his, que coram ipso salubriter dicit. Item considerandum intentius quod ait, Ostende mihi faciem tuam. Tuam, inquit, non alienam, id est sanctam & immaculatam. Talem namque eam feci, mundans lauacro aquæ in uerbo: talem sancti spiritus unctiōe perfecit, signans super te lumen uultus mei. Sonet uox tua in auribus meis, non extranea, id est ea quam te in die desponsionis tuæ habere docui, qua tu pollicita es mihi tu seruare pudorem. Item ostende mihi faciem tuam, sonet uox tua in auribus meis: id est, Mihi non alijs faciem tuam ostende. Meis auribus, non aliorum uocem dare memeto: id est mea gratia dilectionis, non alia qualibet, & bona opera facere, & uerba dicere sancta curato. Quicumque enim bona sua facta, siue dicta humanis fauoribus impendit, hic uel sue faciei pulchritudinem, uel dulcedinem uocis, externis potius quam conditori ostendit. Sed & iuxta literam, foemina, quod ad deceptionem stultorum ipsam corporis sui faciem exornare, sermones que suos super oleum molire satagunt, præuariatrices huius Domini-
cæ præceptionis existunt. Ideo que eximia illa laude indignæ permanent, qua suam sponsam glorificans Dominus adiungit,

Quia uox tua dulcis, & facies tua decora.] Illius namque animæ Domino dulcis est uox, cui dulce est, uel uerba Domini proximis annunciare uel ipsi Domino laudes resonare nouit cum propheta, Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel & fauum ori meo. Illa facies Domino decora uidetur, quæ se ad uidendam ipsius faciem dignam exhibere satagit: quæ ei intimo ex corde dicere confueuit, Quasi uultum tuum Domine, uultum tuum requiram: ne auertas faciem tuam a me. Hæc autem non sufficit nobis nostræ cura munditiæ, si non etiam errantes, in quantum possumus, corrigere, si non infirmiores quosque ab eorum insidijs defendere cure-

mus. Vnde subiungitur,

Capite nobis uulpes pusillas, quæ demoluntur uineas: nam uinea nostra floruit.] Vulpes quippe, quæ demoluntur uineas, hæretici sunt & schismatici, qui prauæ dente doctrinæ uineas Christi florentes, id est, rudes fidelium mentes, quantum lacerare soleant, utinam nesciremus? Præcepit ergo sponsa suæ Christus, ut cum pedissequis suis, quas filia Hierusalem appellare solet, id est cum predicatoribus sancta humilitate sublimibus pio labori insistentes capiat uulpes pusillas, id est mox incipientes fraudulentorum uersutias deprehendere ac debellare contendat: ne maiores effecte per tempus, tanto difficilius à lesione uinearum eius spiritualium depellantur, quanto has diutius iam depascere consueuerunt. Et pulchre qui prius numero plurali uineas dixerat, rursus numero singulari posuit: Nā uinea nostra floruit. Ita et enim multas uineas, unam appellat uineam: sicut multas per orbem Ecclesias, unam sibi Ecclesiam uoluit appellari. Uineas namque florere dixit, ut late germinantes electorum plebes ostenderet. Et bene, ubi captendas uulpes admonuit, ibi mox uineam singulari appellatione signauit: ut ob id maxime insequendos ac proterendos doceret hæreticos, ne fidem Ecclesiæ, quam unā esse oportet, eorum infestatio scinderet, atque in partes distraheret. Aptè autem uulpium natura moribus ac uerbis conuenit hæreticorum, quia nimirum ualde fraudulenta sunt animalia, que in fossis, uel specubus absconduntur: cum que apparuerint, nunquam rectis itineribus, sed tortuosis anfractibus currunt. Que quomodo congruant hæreticorum dolis ac fraudibus, facile quis que intelligit. Nec prætereundum, quod non ait, Capite uobis, cum Ecclesiæ filijs loqueretur, uel uinea uestra floruit: sed, Capite nobis uulpes pusillas, nam uinea nostra floruit: ut hinc magis omnes, qui possent, ad debellandam, siue corrigendam hæreticorum, uel malorum catholicorum nequitiam accenderet, quo eos sibi in hoc agendo deservire monstraret, suamque esse uineam, quam defenderet ipse, laborum priorum remunerator ostenderet. Vnde merito tali eius affectui, mox amica & sponsa ipsius columbini cordis simplicitate respondet:

Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia.] Cuius responsi sensus tanto latius patet, quanto breuius uidetur esse conclusus. Potest enim ita rectè intelligi, Dilectus meus mihi, & ego illi: alterutrum nobis uerò ac sincero amore copulemur. Potest & ita, Dilectus meus mihi: talia diuinæ suæ exhortationis, consolationis, repromissionis uerba promiserat, & ego illi faciem meæ conuersationislympidam, ac uocem meæ locutionis purā semper offeram, & gratiam. Sed & ita, multum decenter potest accipi, ut quia multam solent

solent uim habere pronomina: dicat Ecclesia, id est, omnis electorum multitudo, Dilectus meus mihi, & nō alius aliquis. Et rursus, Dilectus meus mihi, non alteri cuiuslibet: subaudis, perpetuam dilectionis suæ gratiam præstet, fructumque rependat. Et ego illi, non alteri cuiuslibet. Ego illi, non alia qualibet hominum turba, subaudis, integra semper humilitatis atque obedientiæ deuotione conglutiner. Cunctis autem his sensibus conuenit aptè quod sequitur,

Qui pascitur inter lilia.] Id est, qui candidissimo & dulcissimo uirtutum mearum solet odore letari, qui renitentium per orbem Ecclesiarum fructu delectatur suauissimo. Ita etenim sancta uniuersalis Ecclesia, nunc liliorum pluraliter, nunc unius liliij nomine designatur. Sicut enim liliolum inter spinas, inquit, sic amica mea inter lilia. Quomodo & per uineas pluraliter, ubi ait: Vineæ florentes. Et rursus singulariter per uineam, ubi subiecit, Nam uinea nostra floruit: ea ipsa, quæ non nisi una est, Ecclesia, figuratur. Singulariter namque ob id nominatur, quia multitudinis credentium est cor & anima una. Et pluraliter rursus aptissime nuncupatur, quia nimirum ipsa unitas cordis & anime fidelis non iam in paucis, sed in multitudine credentium continetur. Notandum autem, quod & lilia etiam in hoc, quod adu-
stis igne membris mederi solent, sanctorum actibus congruunt. Qui si forte flamma uitiorum exuri corda proximorum deprehendunt, mox illis subsidium fraternæ dilectionis, quo sanentur, impendunt: & ne illos ardor cupiditatis aut luxuriæ, superbia, uel iracundiæ, cæterorumque facinorum seruo excedat, refrigerium eis suæ consolationis & exhortationis diligenti cura sumministrant. Quidam inter lilia pasci Dominum, inter candidissimos uirginum choros interpretatur. Et merito, quia & carnis castimonia foris renitens, & intus fulgore inuolati cordis eminent. Item pascitur inter lilia Dominus, id est inter gratissimas sanctorum uirtutes, siue cateruas, ea ipsa ratione qua & nascitur inter eas. Quia enim ipse mediator Dei & hominum, una natura cum Ecclesia sua fieri uoluit: unde & eadem Ecclesia corpus eius, & ipse caput corporis Ecclesiæ solet nuncupari. Pascitur ipse inter lilia, cum fidelium numerus intra Ecclesiam, per fontem regenerationis augetur. Pascitur inter lilia, cum fideles, qui sunt utique membra eius, exemplis priorum fidelium clarissimis in supernorum amore proficiunt. Et notandum, quod hic pasci dilectus, supra pascere memoratur: dicente sponsa, Indica mihi quæ dilexit anima mea, ubi pascis, ubi cubas in meridie? Pascitur namque in nobis, quia corpus sumus illius, & membra de membro. Pascit nos ipse, quia caput est nostrum: de quo merito gloriemur omnes, singuli dicentes, Nunc autem exultauit caput meum super inimicos meos: subaudis, Nos

quoque postmodum exaltaturus, ac nostrum collecturus ad caput. Et quoniam hæc Domini passio, quæ in sanctorum eius profectibus agitur, usque ad huius seculi finem pertingit, namque ubi ad eius uisionem peruenierint (quid ultra proficiant, non habebunt) rectè subiungitur:

Donec aspires dies, & inclinentur umbræ.] Id est, donec uenturi seculi lux oriatur eterna: & umbræ uite presentis, hoc est, ignorantie uel erroris, quibus interim etiam nos fideles, qui lucerna uerbi Dei utimur, plurimum caligamus, inclinentur ut transeant. Vt enim illa dies cunctis gentibus desiderata aspirare, id est ostendere se cœperit, non iam ultra Dominus inter lilia, hoc est inter sanctorum conuenticula pascitur: quos ipse tunc potius æterna suæ gloria uisionem reficiet. Satiabor, inquit, dum manifestabitur gloria tua. &, Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini. Neque hoc quod præsentem uitam umbris noctis, diei uerò comparat futuram, apostolico est sermone contrarium: quo de hac, quam nunc agimus, uita testatur dicens, Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Nam ut breuiter dicam, præfens hæc uita fidelium, qui abijcientes opera tenebrarum induunt arma lucis, in cōparatione quidem infidelium, qui nil ueræ lucis nouerunt uel amant, dies est: in cōparatione autem futuræ beatitudinis, ubi lux uera sine fine conspicitur, adhuc grauissima nox est. Verum quia sancta Ecclesia duas in hoc seculo nouit spirituales uitas, unam uidelicet actiuam, contemplatiuam aliam: nunc autem de hac, nunc de illa, nunc de utraque solet loqui scriptura diuina. Superius quidem contemplatiuæ mentionem faciens, ait de Domino, Ecce iste uenit saliens in montibus, transfiliens colles. Similis est dilectus meus capreae, hinnuloque ceruorum. Ac deinde incipiens de actiua, En ipse, inquit, stat post parietem nostrum: & cetera, usque dicit, Capite nobis uulpes pusillas, quæ demoluntur uineas, nam uinea nostra floruit. Quæ cuncta bene discussa, ad officium nos bonæ actionis incitant. Deinde subiecit de utraque pariter, Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia, donec aspires dies, & inclinentur umbræ. In utraque etenim uita dilectus inter lilia pascitur: quia Dominus electorum suorum, & foris pura operatione, & dulci interiorum aeternorum contemplatione delectatur, atque in membris suis ipse reficitur. Et hoc usque dum dies ueræ lucis aspires, quæ tunc uidelicet nec ullo boni operis labore afficimur: nec per speculum in enigmate perfectiores quique raptim, & ad momentum celestia contemplantur, sed ipsum cœli regem in decore suo rota Ecclesia in æternum uidebit. Cuius uisionis, quia gustus omnīs, quamuis per modicum, sponsam Christi non modicum delectat, aptè subditur:

Reuertere, similis esto dilectæ mi capreae, aut hinnulo cer-

uorum super montes Bethel.] Quia, inquit, me ad excolendas uineas, id est ad instituendas, multiplicandasque plebes fidelium excitasti ac prouocasti, qui ab eisdem uineis putidas impugnantium uersutias, tanquam uulpeculas, abigi iussisti, quia faciem meam tibi ostendi uoluisi, cum necdum mihi tuam clarè intuendā faciem promiseris: sed notitiam tuā, ex parte demonstrando, quasi per fenestras mihi, cancellosque loquaris, obsecro à generali instructione reuertaris sapius, ad illustranda sublimius corda perfectorum. & sicut caprea, aut hinnulū ceruorum, rarus quidem, sed cum delectatione conspicientium in montibus solet esse intuitus: sic in excelsis mentibus uestigia tuæ magnitudinis qualiacunque præsentis. Precor ut dulcedinem uitæ immortalis, quam membris omnibus meis in retributione promittis, aliquibus etiam in itinere, quamuis à longè, speculandam reueles. Congruit autem & nomen montium mentibus eorum, qui cōtemplationi cœlestium oculos cordis aperire didicerunt: cum dicitur, Super mōtes Bethel. Bethel quippe domus cōsurgens, siue domus uigiliarum interpretatur. Et qui diligentius cæteris animo ad superiorum desideria assurgunt, qui studiosius ad hæc accipienda inuisigilant, meritò cæteris excellentius arcana cœlestia cernunt. Si autem legatur, ut quidam codices habēt, Super montes Bethel, id est domus Dei, nihil omnino quæstionis habet. Patet namque, corda iustorum, mōtes domus Dei rectè uocari: ad distinctionem nimirum montium Samariæ & Esau, & cæterorum huiusmodi, hoc est, hæreticorū & superbiorum omnium. In alia editione pro hoc nomine, latinè scriptum uidimus, Super montes succorum & aromatum. Quod æquè sanctorum mentibus congruit: qui nō superuacuis cogitationibus arefacti, sed uelut arboris aromaticæ salutariibus succis semper sunt internæ dulcedinis & charitatis refectioni. De quibus uidelicet succis atque aromatibus sapius in hoc uolumine sub nomine Thuris, myrrhæ & aloes, cæterorūque huiusmodi significatum est. Verūm, quia amatores ueritatis, nō solum de Iudæis, sed etiam ueniunt de gentibus, & de utraque plebe una fidelium Ecclesia colligitur: restat in amoris cantico post Iudææ uocationem, ac dulcissimam cum suo redemptore colloquutionem, etiam gentilitas, quo ordine ad agnitionem salutis attigerit, quanto hanc inuentam amore tenuerit, specialiter referre. Sequitur ergo uox dilectæ de gentibus Ecclesiæ.

CAPVT III.

X. In lectulo meo per noctes quæsiui, quæ diligit anima mea. Quæsiui illum, & non inueni: & dixi, Surgam & circumibo ciuitatem, per uicos & plateas quæram, quem dilexit anima mea: quæsiui illum, & non inueni. Iamdudum, inquit, multo studio quæsiui Dominum, quem nunc integrè diligit anima mea: quem etiam tunc, & si necdum cognitum dilexit, in quan-

tum rationem sapiētia, ueritatis, & diuini cultus dilexit. Sed quia in lectulo meo quæsiui, id est illecebris adhuc carnis meæ subdita, quia per noctes, hoc est in tenebris profundæ ignorantia quæsiui (non enim mihi angelus, non propheta, non quilibet doctor indubius lumen diuinæ cognitionis ostendit) inuenire, quem quæsiui, minimè præualui. Quod ubi in ueritate comperi, nequaquam me ueritatis, quam quærebam, inuentione potitam, propo-¹⁰ sui in animo meo de lectulo carnalium uoluptatum exurgere, ad laborem salutiferam inquisitionis accingi, terras ac mare circumire, publicè & priuatim uniuersorum, quos sapientiores audirè, magisteria adire: & siquid ueræ sapientia, & si quid uispiam certi, quod ad æternam beatitudinem duceret, inuenirè, studiosè perquirere. Sed quamuis plurimo labore mūdum peragrans, sapientium uerba discernens, nil certum atque indubium de uia ueritatis ad-²⁰ discere potui, hæc autem fuisse gentilitatis uocata, Deum scire cupientis, sed necdum scientis, testantur studia philosophorum, qui pro indagine ueritatis ac sapientia tot lustrauerunt terras, tanta cōdiderunt uolumina, testatur scriptura, quæ ait, Athenienses autem, & omnes aduenæ hospites ad nihil aliud uocabant, nisi ut dicere, aut audire aliquid noui. Testatur apostoli sermo, qui in eorundem Atheniensium curia perorans ait, Pertransiens & uidens simu-³⁰ lacra uestra, inueni aram, in qua scriptum erat, Ignoto Deo. Quod ergo ignorantes colitis, hoc annūcio uobis. Deus qui fecit mundum, & omnia quæ in eo sunt, hic cœli & terræ cum sit Dominus, non in manufactis templis inhabitat. Testatur deuotio Cornelij centurionis, qui cognitionem diuini cultus orationibus & eleemosynis à Deo quærere didicit. Testatur iterū & opus Aethiopsis: qui de finibus terræ ad templum Domini ueniens, eum quæ nesciebat, adoraturus adiit. Et tātō ueritatis quæ ignorabat, amore ardebat, ut sedes in currule-⁴⁰ ctionibus, quas fama frequentior diuina esse diuulgat, insisteret. Sed hanc eius in inquisitione ueritatis instantiam Dominus uidens, diu se quærenti tandem aliquando manifestare dignatus est: & cui inspirauerat ut quæret, donauit ut inueniret. Iuxta quod ipse per prophetam iam olim promisit, dicens: Egeni⁴⁵ & pauperes querunt aquas, & non sunt, lingua eorum siti aruit. Ego Dominus exaudiam eos, Deus Israel non derelinquam eos. Aperiam in supinis mōtibus flumina, & in medio camporum fontes. Illos nimirū fontes, quos Psalmista sitiens aiebat, Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarū, ita desiderat anima mea ad te Deus. Illa flumina, quæ ipse suis fidelibus pollicetur dicēs, Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de uentre eius fluent atque uiuē. Vnde & rectè subditur:

Inuenerunt me uigiles, qui custodiunt ciuitatem. Num quem dilexit anima mea uidisti? Vigiles namque, qui

qui custodiunt ciuitatem, præcones sunt ueritatis: qui ad custodiā sanctæ Ecclesiæ, quæ per mundum diffunditur uniuersum, pia sollicitudine semper excubant, ac uerbo prædicationis, ne hæc à perfidis corrumpatur, insistant. Hi ergo gentilitatē ueritatis indagine solliciti inuenerunt: & ei, quod quærebat, demonstrarunt, cū Philippus Eunuchō Euangelij lumen aperuit: cumque prophetarum scientia uerborum, quæ ipse legebat, instruxit: Petrus Cornelium cum suis gratia cœlesti, quam tan-¹⁰ tope desiderabat, imbuuit: Paulus Atheniensibus Deum, quem ignorantes colebant, notum reddidit: alij alijs diu quæsitam & concupitam conditoris sui præsentiam ostēderunt. Quasi enim uigilibus ciuitatis dixit gentilitas, quæ in sponsam Christi erat, donatē ipso, permutanda. Num quem dilexit anima mea uidi-²⁰ stis, cum ueniens ad se doctoribus libentissimè auditum accommodabat, & inhiante-²⁰ an ueritatis esset uia, quam prædicabāt, dinoscere curabat.

Paululum cum pertransissem eos, inueni quem dilexit anima mea.] Qui doctrina uult ueritatis perfrui, non hanc cursim & negligēter debet attingere. Nam qui dilectum uenire desiderat, necesse est prædicatores nominis eius solertissimè pertranseat, eorumque se cœtibus familiariter interserat, ut sic notitiam eius, quem prædicat, uicinius mereatur assequi. Nam & librū, quem ad finem uiteque perlegimus, pertransisse dicimus. Vnde & angelus Danieli de mysterijs quæ uidebat, Pertransibunt, inquit, pluri-³⁰ mi, & multiplex erit scientia. Paululum ergo cum pertransissem, inquit, eos, inueni, quem dilexit anima mea. Pertransire namque uigiles inquisitor debet ueritatis, id est cœtibus se, ut dictum est, immiscere atque adunare doctorum fidelium, eorumque dicta, siue scripta frequētī meditatione percurrere. Quod cum paululum facit, mox dilectum, quem quærebat, inuenit: quia iuxta Pauli & Esaię uocem, Verbum abbreviatum fecit Dominus super terram. Illud scilicet quod ait, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Et de quo Apostolus, Sed quid dicit, inquit, prope est uerbum in ore tuo. Hoc est uerbum fidei, quod prædicamus: quod si cōfitearis in ore tuo Do-⁴⁰ minū Iesum, & credideris, quod Deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris.

Tenui eum, nec dimittam donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.] Tanto instantius, inquit, inuentum tenui, quanto tardius, quem quærebam inueni. Quæ me nunquam dimissuram esse profiteor, sed tantum in eius semper amore perseverare ac proficere contendo, ut etiam synagogam, per quam auditum uerbi, & ministerium regenerationis accepi, ad fidem nominis eius reuocare satagam. Constat enim, quia in fine seculi Iudæa⁶⁰ fidem, quam nunc perfida oppugnat, receptura est. Quod fieri aliter nequit, quam per do-

ctinam & ministerium eorum uidelicet, qui tunc de gentibus fideles inueniantur. Dicit enim manifestè Apostolus, Quia cæcitas ex parte contigit Israel, donec plenitudo gentium subintraret, & sic omnis Israel saluus fiet. Sanè quod ait Ecclesia, Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ: non ita intelligēdum, quasi dimissura sit ipsa Christus, postquam populum synagogæ credulitate nominis eius instruxerit: sed ita potius, quod tali eum affectu diligit, tanta solertia, quæ eius sunt, quærat, ut etiam cognatam plebem ei subdere contendat. Iuxta illud Psalmi-²⁴ stæ, Oculi nostri ad Dominum Deum nostrū, donec misereatur nostri. Neque enim ulla ratione, qui ad postulandam misericordiam oculos ad Deum leuat, post acceptam tandem misericordiam hos ad ima reflectit: cum hoc sit maximum perceptæ indicium misericordia, ut quis oculos semper intentos ad Deum habeat, & eius gloriam sine fine contempletur. Notandum autem, quod huius capituli series, etiam iuxta literam, in Mariæ Magdalena, quæ & Ecclesiæ typum tenuit, completa est. Cum enim Dominus, quem tota mente uidentem dilexit, morte ac sepultura ab eius esset subtractus aspectibus, quæsiuit eum in lectulo suo: tanto nimirum eius amore detenta, ut nec datis ad quietem mēbris eius, à suo pectore memoria laboretur. Quæsiuit per noctes, illas uidelicet duas, quibus ipse in sepulchro quiescebat. Nec tamen inuenit, quia necdum resurgendi tempus aduenerat. Surrexit matutina cum aromatibus, & quærendo sollicita peruenit ad monumētum. Et nec sic quidem statim, quem quærebat, inuenit: sed primò inuenerunt eam angeli, custodes utique Ecclesiæ. Quos de Domino interrogans, atque eum resurrexisse audiens, ita demum ad eius uisionem peruenit. Tenuit, neque ultrā dimisit, quem ueraciter mortem superasse cognouit. Sed & in domum matris introduce re festinauit: quia congregationi discipulorū, qui se in Christo præcesserant, ac suis exemplis ad pietatem excitauerant, eum resurrexisse prædicauit.

Aduro uos filia Hierusalem, per capreas ceruosque camporum, ne suscitatis neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa uelit.] Si superiores uersus respexerimus, nō in his inueniemus, quod sponsa ad quietem somnum uer peruenit: sed hoc potius, quod de lectulo exiliens, labore maximo quæstionis ad inuentionem sui dilecti peruenit. Et quomodo nunc idem dilectus filias Hierusalem, ne eam excitent, neque euigilare faciant, adiurat? Nisi forte, quia uelut foelicissimo sommo sopita est anima, quæ in diuino nouit amore quiescere. Sicut dormiēs quis à rebus exterioribus oculos corporis claudit, & in uisione occultorum sapius oculos aperuit cordis: sic nimirum, sic mens supernæ dilectioni

dedita, à uisibilibus se curis alienat, uisibilibus
 luum cōtemplatione perfectus liberiusq̄ eui
 gilet. Nec mirandum quod somno compare-
 tur amor, quia uisibilibus appetitu sensum
 mentis auertit, atque ad inuisibilia appetenda
 conuertit: cum ipsi etiam morti cōparetur,
 dicente hoc eodem cantico, Fortis est ut mors
 dilectio. Quia nimirū sicut mors corpus inte-
 rimit, sic & ab exterioribus delectationibus,
 interne uitæ claritas occidit. Vnde merito ad-
 iurantur filia Hierusalem, id est animæ quæ
 que fidelium, societatem iam supernorum ci-
 uium anxia mente suspirantes. Ne suscitent di-
 lectam, id est nementem Deo deuotam ab in-
 tentione desiderij celestis importuna irru-
 ptione præpediāt. Quod & de generali Ecce-
 sia statu recte potest intelligi. Cuius pacetur-
 bare, Christi est uoluntati contraire. De qui-
 bus, quia abunde iam supra dictum est, nunc
 parcius dici sufficiat. Tantum hoc meminerit
 lector, quia ideo repetitur hic uersiculus in
 cantico amoris, ut non minorem se Dominus
 Ecclesie de Gentibus, quam de Iudæis colle-
 ctæ, curam habere, sed æqualem pro utriusq̄
 pace sollicitudinem gerere designet: utpote
 qua utraque una eius dilectissima domus &
 familia colligatur. Et quidem Iudæa quondā
 se solum Deo dilectam, sibi tantummodo uer-
 bum salutis, non etiam incircuncisis Gentibus
 committendum esse credebat, Luca attestan-
 te, qui ait: Audierunt autem apostoli & fra-
 tres, qui erant in Iudæa, quia & Gentes rece-
 perunt uerbum Dei. Cum autem ascendisset
 Petrus Hierosolymam, disceptabant aduer-
 sus eum, qui erant ex circuncisione dicentes:
 Quare introisti ad uiros præputium habentes,
 & manducaisti cum illis? Et in alio loco, Se-
 quenti autem sabbato penè uniuersa ciuitas
 conuenit audire uerbum Domini. Videntes
 autem turbas Iudæi, repleti sunt zelo, & con-
 tradicebant uerbis, quæ à Paulo dicebantur.
 Vnde recte q̄ adiuurat filias Hierusalem, ne su-
 scitent dilectam, etiam ita potest accipi: quod
 præcipiat eis, qui de Iudæis in fide præcesse-
 rant, ne inquietent eos: neque eorum saluti
 contradicant, qui de præputio ad fidem con-
 uenerunt. Vbi & hoc quod ait, Donec ipsa
 uelit: ita potest intelligi, quod ipsa de genti-
 bus Ecclesia spontaneis se esset uigilijs, ac la-
 boribus subditura pro Domino. Quapropter
 & earundem filiarum Hierusalē mox subin-
 fertur admirantium: quia in nationes gratia
 spiritus sancti effusa est.

XI. Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut uirgula
 fumi ex aromatibus. Quæ est ista, inquit, quan-
 ta laude, quo miraculo digna, quæ non myste-
 rio circuncisionis emundata, non adhuc fon-
 te est regenerationis abluta, & iam noua spi-
 ritus sancti est gratia perfusa? iam loquitur
 linguis, & magnificat Deum? Quod nunquā
 factum in nostra gēte meminimus, ex quo uel
 patribus testamentū circuncisionis, uel lauacrū

nobis datum est baptismatis. Quæ ascendit per
 desertum. Ascendit ab infimis uoluptatibus
 ad alta uirtutum, leuans oculos ad montes æ-
 ternos: immo leuans, & peruenire desiderans
 ad eum qui habitat in celo. Ascendit autem
 per desertum, id est, per medium gentium illa-
 rum, quæ nulla erant uirtutum fruge fecun-
 dæ: quas nullus de Dei populo propheta,
 nullus patriarcha, nullus adueniens angelus,
 ad cultum uitæ salubrioris instituerat. Cuius
 fides eo maioris est miraculi, quod hanc nur-
 perrime agnitam ac susceptam inuincibiliter
 seruat: iuxta hoc quod in eius laude Domi-
 nus ipse testatur, dicens: Scio ubi habitas, ubi
 sedes est Satana, & tenes nomen meum, & nō
 negasti fidē meam. Hoc autem dictum est ad
 exemplum plebis Iſraelitica, quæ ab Aegy-
 ptia seruitutis liberata tenebris, per deserti
 iter ad terram repromissionis ascendit. Vnde
 desertum etiam in bonam partem potest recte
 accipi, id est eam designare conuersionem,
 quæ à mundi illecebris separata, Dei tantum
 legis scrutandæ, & celestium præceptorum
 sit obseruationi dedita: quæ esuriēs & sitiens
 iustitiam, manna solummodo uerbi celestis
 uescatur, & fonte uitæ, qui de spiritali petra e-
 manat, potetur. Hinc inhiante ardentem que
 decantans: Sitiuit in te anima mea, quam mul-
 tipliciter tibi caro mea in deserto & in uisio, &
 in aquoso. Ascendit ergo Ecclesia per deser-
 tum, ut promissum perueniat ad regnum: sed
 & qualiter ascendat, ostenditur cum subinfer-
 tur, Sicut uirgula fumi ex aromatibus. Fumus
 ab igne solet nasci, natus alta petens, absumi,
 & humanis se paulatim auferre conspectibus.
 Cuius instar ascendit Ecclesia, quæ igne san-
 cti spiritus in amorem sui conditoris accen-
 sa, omni nisu uirtutum ad celestia tendit: ne-
 que à cœptis desistit, donec ab humanis re-
 bus abstracta, ad inuisibilia uitæ celestis gau-
 dia rapiatur. Et sicut fumus uno eodem que
 tempore partim oritur, partim in sublimiori-
 bus, qui fuerat ortus, solet disparere: sic Ec-
 clesia usque ad finē seculi in quibusdam suis
 membris per gratiam sancti spiritus semper
 noua gignitur: in quibusdam, qui prius na-
 ti Deo fuerant, semper ad celestia colligi-
 tur. Quæ merito non absolute fumo, qui quo-
 libet diffundi potest, sed uirgulæ fumi assim-
 ilatur, ut & unitas fidei illius, & simplex ad
 altiora significetur ascensus. Cæterum de ini-
 micis Dei, qui non ullo desiderij celestis in-
 tuitu, sed solo superbie fastu extollunt, dici-
 tur: Quia mox honorati & exaltati fuerint, de-
 ficientes ut fumus deficient. Et qui sicut in
 prauorum mente cupiditas seculi, e contrario
 flagrantia in corde bonorum ardet, fumatq̄
 uirtus, recte cum diceret, Sicut uirgula fu-
 mi: addidit,

60 Ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & uniuersi pulueris
 pigmentarij. Myrrha quippe, quæ condiendis
 apta est corporibus, sicut etiam sacrosancta
 Dominicæ

Dominicæ sepulture dispensatio probat, con-
 tinentiam carnis indicat. Thus, quod Deo in
 preces accēdi solet, uirtutem orationis expri-
 mit: ut Psalmista quoq̄ precando testatur, Di-
 rigatur oratio mea sicut incensum in conspectu
 tuo. Vniuersus puluis pigmentarij, omnia uir-
 tutum opera designat. Que ideo non integris
 pigmentis, sed in puluere redactis comparan-
 tur: ut admoneamur, bona quæ agimus, sed u-
 la intentione discernere: & ne quid in eis ine-
 ptum resideat, quasi cribro sollicita discretio-
 nis examinare. Pigmentarius uero, qui hunc
 puluerem præparat & cernit, uel homo ipse,
 qui operam dat uirtutibus, uel largitor uirtu-
 tum Dominus intelligitur. Notandum autē,
 quod aromata commemorans, recte primò
 myrrham, ac deinde thus, atq̄ uniuersum pul-
 uerem pigmentarij nuncupat: iuxta illum ui-
 delicet ordinem, quem & Dominus in Euan-
 gelio ponit, dicens, Sint lumbi uestri præcincti,
 & lucernæ ardentes. Quod est alijs uerbis di-
 cere, Diuertere à malo, & fac bonum. Mortifi-
 ca concupiscentias carnis, & offer Deo pla-
 cabilia uota cordis. Ascendit ergo dilecta cœ-
 lestis sponsa per desertum, sicut uirgula fumi
 ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & uniuersi
 pulueris pigmentarij: quia siue Ecclesia san-
 cta, siue anima quæque perfecta, ad altiora uir-
 tutum quotidianis profectibus crescit, quæ
 flamma charitatis agente suauissimam conti-
 nentiæ & orationis, immo omnium spiritus
 fructuum flagrantiam suo reddit autori. Quæ
 uis & ita recte possit intelligi, dilectam Chri-
 sti ascendere, sicut uirgulam fumi ex aro-
 matibus myrrhæ, & thuris, & uniuersi pulueris
 pigmentarij. Quia una eadem que eius Ec-
 clesia, ex multis fidelium personis constri-
 tur: quia diuersis floridæ uirtutibus quædam
 instar myrrhæ amplius mortificandis carnis
 uoluptatibus insistit, ad exemplum eius qui
 dixit, Castigo corpus meum, & in seruitutem
 subijcio: quædam ad figuram thuris peculia-
 rius crebris orationibus uacant, aliæ alijs bo-
 norum operum fructibus Deo offerendis de-
 sudant. Vno tamen omnes igne spiritu in-
 flammata, quasi una fumi uirgula, indiscre-
 to per omnia studio ac deuotione communi
 uitæ celestis alta requirunt. Nec contrarium
 studioso lectori debet uideri, sed consenta-
 neum satis intelligi, quod eadem ipsa dilecta,
 & sopori esse dedita, & per desertum ascen-
 dere memoratur. Dormire etenim monstra-
 tur, cum filia Hierusalem, ne eam suscitent,
 adiurantur. Et ipsa filia Hierusalem ascende-
 re contestantur, cum continuo respondent,
 Quæ est ista, quæ ascendit per desertum? V-
 no eodem que tempore & soporatur & ascen-
 dit, cum ab exterioribus curis, desiderijs que
 carnalibus anima se, quantum ualet, alienat:
 & bonæ operationis, siue cogitationis profec-
 tibus ad uisionem sui conditoris appropriat.
 Quæ cum ascendere per desertū diceretur, quo

etiam ascendat, uel quæ sit causa ascensus insi-
 nuatur, cum ipsius quæ ascendit, Ecclesie uo-
 ce subiungitur,

En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex for-
 tissimis Israel: & cetera, usq̄ dum ait, Ascensum pupu-
 reum media charitate construit propter filias Hierusalem.]
 Ad lectulum ergo, ferculum que Salomonis:
 id est pacifici regis, uidelicet Domini & salua-
 toris nostri, est ascensus eius. Lectulum uide-
 licet, in quo perpetua in pace requiescat: fer-
 culum uero, de quo uitæ dapibus reficiatur si-
 ne fine. Causa autem ascendendi est, quia me-
 dia ferculi eiusdem ad quod ascendit, sunt cha-
 ritate constrata. Ad quod etsi ascensus est pur-
 pureus, id est nimio certamine cruentus: dul-
 cedo tamen charitatis, quæ ei in esse dignosci-
 tur, multū filias Hierusalē, id est religiose mē-
 tis animas ad hoc conscendendum inuitat. Le-
 ctulus igitur Salomonis, gloria est supernæ
 beatitudinis, in qua ipse rex pacis cum sanctis
 suis perpetuò quiescit. Ad quæ lectulum dile-
 cta regis ipsius, id est, Ecclesia per desertum se
 cui huius quotidie cedit: & ex parte iam per-
 uenit, in quantum fideles suos ad futura præ-
 mia præmisit. Perueniet autem in toto, cum in
 consummatione seculi conditor ipse, ac rex
 eiusdem supernæ ciuitatis congregauerit e-
 lectos suos à quatuor uentis. Et sicut alibi di-
 cit, Præcinxerit se, & fecerit illos discumbere,
 & transiens ministrauerit illis. Sed & in hac
 uita lectulus est Salomonis, conuersatio quæ
 ra sanctorum, atque à mundanis secreta tur-
 multibus, quæ compressis iam, siue sopitis
 uitiorum conflictibus, felicitatem perpetuæ
 pacis imitatur. Hinc etenim & Propheta, Et fa-
 ctus, inquit, in pace locus eius, & habitatio e-
 ius in Sion: id est, in sublimi speculatione futu-
 rorum bonorum. Et apostolus Petrus, Si ex-
 probrabimini, inquit, in nomine Christi, bea-
 ti eritis: quoniam gloria Dei spiritus in uo-
 bis requiescit. Vtrique autem huic lectulo
 conuenit apte quod dicitur, Quia lectulus Sa-
 lomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissi-
 mis Israel: quia & presentem Ecclesie quietem
 ac pacem, prædicatores sancti contra hæreti-
 corum uentur incursum, & internam cœle-
 stis patriæ quietem perfectiores quicq̄ fixa in-
 tentione speculantur. Bene ergo de lectulo il-
 lo regis pacis dicitur, quod hunc fortes am-
 biunt. Bene iterando adiungitur, Ex fortissi-
 mis Israel. Israel quippe, uir uidens Deum in-
 terpretatur. Quia qui uel predicando presen-
 tem Ecclesie pacem tueri, uel contemplando
 eam qui in cœlis est, cupiunt intueri: necesse
 est uigilare, stare in fide, uiriliter agere, cōfor-
 tari, ac diuina se dignos uisione reddere cu-
 rent. Ex fortissimis, inquit, Israel: quia omnes
 qui ad diuinæ uisionis gaudia tendunt, recte
 Israel nomine censent. Sed fortissimi, inquit,
 in eis sunt. Vtrique illi qui siue celestis dono
 speculationis sublimantur, seu prædicatio-
 nis ministerium ritè peragendum suscipiunt.

Qui est, apte sexagenario sunt numero designati: quia tales nimirum denarium aeternae retributionis pro perfectione bonae operationis expectant. Namque sex diebus perfecit Deus mundi ornatum, & septimo requieuit ab operibus suis: merito senario numero lumen perfectionis actionis, pro qua requies aeterna speratur, insinuatur. Quod autem premia bonorum operum denario numero figurentur, nouit omnino qui laborates in uinea Christi: quare denarium in mercedem acceperint, nouit.

Omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi. Illos tenentes gladios, de quibus Apostolus dicit: Et galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est uerbum Dei. Ad illa bella doctissimi, de quibus idem admonet, dicens: Induite uos armatura Dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli: quia non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, &c. Et recte doctissimi, quia magna bellandi arte indigent, quia carne inclusi, in terris positi contra spiritalia nequitiae in caelestibus certant magna arte, immo magna Dei gratia indigent, cum contra archangelum tot millibus annorum ad bella excitatum, carnis fragilitas pugnat.

Vniuscuiusque ensis super femur suum propter timores nocturnos. Per femur, carnalis solet propago designari. Unde scriptum est, Erant omnes animae eorum, qui egressi sunt de femore Iacob, LXX. Ensem uero super femur habent milites Christi, cum motum carnalium uoluptatum spiritualis uerbi distractione comprimunt. Et hoc propter timores nocturnos: id est, ne eos insidiae retatoris antiqui, si securos inermesque repererint, sternant: ne eis expugnatis, lectulus ueri Salomonis, quem custodire debuerunt, foedetur. Quod de utroque, quem diximus, lectulo regis eterni: id est, & de presenti Ecclesiae pace, & de futura aequae potest accipi. Timet enim doctores sancti, ne per tenebras hereticorum, Ecclesiae status uiolenter presentis. Timet hi, qui contemplationi gaudiorum futurorum, oculum mentis aperire consueuerunt: ne lucem diuinam reuelationis nox in eis obnubilet demoniacae perturbationis. Si autem fortissimi ex Israel, in quibus dolus non est, qui ad bella sunt doctissimi, enses super femur habent propter timores nocturnos, quid mihi, meisque similibus agendum est? quanto in timore Domini feruendum, qui & minus docti ad spirituale certamen, & ad perficienda quae dicimus, minus fortes existimus? Vnum prorsus nobis refugium est, illi adhaerere, in illo spem ponere, quem constat uinci non posse: illius cum propheta defensionem quaerere, sapius dicendo:

Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo. Illuminatio mea uidelicet, ut ad bellandum erudiat. Salus autem, ut in bello fortes & insuperabiles faciat. Si enim praedicando persistimus, forte & ipsi cum propheta eodem audire merebimur, Scuto circundabit te

ueritas eius: non timebis a timore nocturno. Quidam fortes, qui lectulum Salomonis ambiunt, * super angelos, qui pro pace sanctae Ecclesiae contra aerias potestates dimicent, interpretantur. Quorum sensum uidetur repugnare quod dicitur. Vniuscuiusque ensis super femur suum. Quomodo enim carnis illecebram ense continentiae stringant, uel resistent, qui carnis naturam, ex qua subsistat, nullam habent? Dicit ergo Ecclesia ueniens ex gentibus, En lectulum Salomonis, LXX. fortes ambiunt ex fortissimis Israel, & caetera. Ac si patenter dicat, Quid miramini, o filiae Hierusalem: id est, credentes de Iudaea plebes, quod per desertum uirtutum instar aromatum suauolentium ascendam? Videte quia pacificus est rex, ad cuius consortium propero: tutus est ab insidijs malorum, & bonis tantum accessibilis lectulus ille quietis eius intime, ad quem peruenire festino. Sed & plura diuitiarum eius, si audire delectat, retexam.

Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani. Ferculum inde dictum, quod uel residentium, siue discumbentium in conuiuio corpora ferat: uel ipsum de loco ad locum soleat pro temporum opportunitate circumferri. Cui merito sancta Ecclesia comparatur, quae & credentes ad aeternae beatitudinis epulas leuat, & ipsa per mundum uniuersum praedicatorum suorum ministerio circumfertur. Ferculum autem hoc fecit Dominus sibi de lignis Libani: quia Ecclesiam de fortibus animo & constantia animabus construxit. Ligna quippe Libani & celsitudine, & specie, & sui natura imputribilitate praeminent.

Columnas eius fecit argenteas. Iacobus, inquit, Cephas & Ioannes, qui uidebantur colunae esse. Quas nimirum columnas fecit argenteas, quia ad confirmandam fidem, ad subleuandum Ecclesiae statum doctores sanctos claritate uerbi caelestis instituit.

Reclinatorium aureum. Reclinatorium in ferculo fecit, cum spiritus perpetuae quietis fidelibus promisit. Tollite, inquit, iugum meum super uos: & discite a me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Et hoc reclinatorium fecit aureum, quia requiem nobis aeternae diuinae uisionis gloria coruscantem preparauit. Hinc dicitur, Qui autem diligit me, diligitur a patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei me ipsum.

Ascensum purpureum. Vera purpura sanguine tingitur conchiliorum. Ascensus ergo ferculi Salomon purpureus est, quia rex & Dominus noster dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris, in sanguine suo. Et non nisi purpureus ad hoc ferculum ascensus inuenitur, quia nullus Ecclesiam nisi sacramentis Domini passionis imbutus, ingreditur. Unde ipse ait, Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet uitam aeternam;

nam: & ego resuscitabo eum in nouissimo die.

Media charitate constrauit propter filias Hierusalem.

Ea ipsa uidelicet charitate, qua pro nobis passus est. Maiorem enim hac charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Et sicut ait Apostolus, Commendat autem Deus suam charitatem in nobis: quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro impijs mortuus est. Siquidem per hanc media Ecclesiae suae strati instar para uuit, ubi fideles anima molliter quiescerent: quia totam eam intrinsecus supernorum amore repleuit. Et hoc est quod addidit, Propter filias Hierusalem: id est, propter animas, caelestium desiderio flagrantem. Quantum enim maiorem Deus charitatem suam nobis, pro nobis patiendo commendauit, tanto plures ad se redamandum, ac pro se patendum accendit. Potest ascensus purpureus in eis quoque specialiter intelligi, qui suum pro Christo sanguinem fuderunt. Qui recte ad reclinatorium aureum per ascensum dicuntur ascendisse purpureum, quia ad charitatem perpetuae quietis peruenerunt per laborem, arte tribulationis. Quibus apte conuenit quod sequitur, Quia media charitate constrauit. Id eo namque ad fundendum pro caelesti rege sanguinem promissi sunt: quia ipse media ferculi sui, id est corda ipsorum sua charitate inflammauit. Unde Apostolus, cum ascensum ferculi purpurei describeret, dicens: Sed & gloriamur in tribulationibus, scientes, quod tribulatio patientiam operatur, patientiam probationem: statim de reclinatorio aureo subiungere curauit, dicendo: Probatio uero spem, spes autem non confundit. Ac deinde de charitate, qua media sint constrata, conclusit: Quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris. Mirantibus ergo filiabus Hierusalem, & laudantibus Ecclesiam de Gethibus, quae sicut uirgula fumi ex aromatis ad caelum ascendit, reddidit ipse causas ascensus sui, exponens quod lectulus pacifici regis, ad quem properaret, a malorum sit tutus in uisibus: quodque ferculum eius, ubi reficiendum speret, etiam ascensus sit arduus, reclinatorium tamen habeat, instar auri praefulgidum: & media sui charitate constrata, propter quod festina occurrit ascendere, sciens, quia Deus charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Quibus dictis, miro ac decenti ordine, post enarrata regis sui dona, ipsam quoque speciem ac ornatum eius praedicare incipit, cunctosque ad hoc uidendum inuocat: & postquam ipsa uocata est, uocare & alios, assumpto euangelizandi officio, curat, dum subsequenter adiungitur:

Egredimini, & uidete filias Sion regem Salomonem. Filiae autem Sion egreduntur, quae & filiae Hierusalem, id est animae, gaudia patriae caelestis suspirantes. Sion etenim specula, siue speculator, Hierusalem dicitur uisio pacis. Quod utrunque nomen, eiusdem ciuitatis supernae accolis con-

gruit, ubi & perpetua pace fruuntur, & sui conditoris semper facie contemplantur. Egredimini ergo, inquit, filiae Sion, & uidete regem Salomonem. Egredimini de turbulenta mundi conuersatione, ut regem pacis ualeatis uidere. Egredimini mente & actione de medio Babylonis, qui in caelesti Hierusalem partem habere desideratis, iuxta illud praecipit eiusdem ueri Salomonis, quod ait: Exite de illa populus meus, ne participes sitis delictorum eius. unde & ipse a mundi nos societate secernere, atque ad caelestia cupiens gaudia prouocare, & extra muros ciuitatis pro nobis pati uoluit, sicut & Apostolus pulcherrime ac plenissime exponit, dicens: Iesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra, improprie eius portantes. Non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Et quoniam idem Dominus noster Iesus Christus, non solum uerus Dei filius, sed etiam uerus est filius hominis confitendus: Dei quidem filius, aeternaliter ante secula natus: hominis uero filius, in fine seculorum ex tempore factus: recte postquam dictum est: Videte filias Sion regem Salomonem, mox subinfertur,

In diademate, quo coronauit eum mater sua. Hoc est enim aperte dicere, Videte Dominum in humanitate, quam de uirgine matre suscepit, in maiestatis paternae dextera collocauit. Mater quippe sua illum diademate coronauit, quando beata & intemerata uirgo de Spiritu sancto concipiens, materiam illam illi sacrosanctae carnis de sua carne praebuit: in qua mundo apparens, & habitans in nobis, regnum mortis moriendo destrueret, ac uitam nobis resurgendo repararet, quamque ad caelos ascendendo, gloria perennis regni sublimaret. Videntes ergo filias Sion regem Salomonem in decore naturali, etiam diadema, quo coronauit eum mater sua, stupentes admirantur: quia uidelicet electi, dum gloriam filii Dei coaequalem patri ac Spiritui sancto credunt, & confitentur humanae quoque assumptione naturae, in qua imperium mortis superauit, in aeternum clarificatam esse cognoscunt, non suae uidelicet potentia substantiae, sed operatione assumptionis eam uerbi, hoc est filii unici Dei. Cuius uisionem diadematis una filiarum Sion, & ipsa nobilissima, iamque de finibus concupiscentiae terrestres egressa, summe admirata dicebat, Eum autem, qui modico quam angeli minoratus est, uidemus Iesum propter passionem mortis, gloria & honore coronatum.

In die desponsionis illius, & in die laetitiae cordis illius. In tempore incarnationis illius, quo ad copulandam sibi Ecclesiam uirginali ex utero, tanquam sponsus suo processit de thalamo, quae erat dies laetitiae cordis eius: quia laetabatur, mundum per dispensationem eiusdem suae incarnationis ad agnitionem uisionemque aeternae diuinitatis esse perducendum. Hinc est, quod

quod cum plurimi ad fidem eius confluerunt, scriptum est: In illa hora exultauit Spiritus sancto, & dixit, Confitebor tibi pater Domine caeli & terrae, qui abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Hinc ipse redemptor per suum sanguinem ad superna reducto genere humano loquitur caeli ciuibus, dicens, Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam, quae perierat. Quia ergo supra filiae Hierusalem admirantes aduentum sponsae, dicebant, Quae est ista quae ascendit per desertum, & caetera: apto illa responso laudat lectulum, laudat ferculum sponsi, laudat ipsum postremo sponsum, ad cuius amplexum properat. Meminit assumptae pro se in Deum humanitatis, quam instante tempore suae responsionis, incorruptae generitricis mysterium procreauit: ut ostendat iure se ad diuinam uisionis eius gloriam anhelare, pro qua ipse humanae habitum naturae suscepisset. Vnde merito, quae tantum se sui redemptoris laudibus subdidit, quae ad laudandum etiam cohortes suas filias, uidelicet Sion, intentione materni affectus inuitat, ipsa quoque dignam laudis recompensationem ab eodem sponso suo ac redemptore suscepit: cuius uoce subiungitur,

CAPVT IIIII.

XIII. **Q**uam pulchra es amica mea, quam pulchra es. Pulchram esse Ecclesiam dixit, pulchram repetit, quia hanc & actione & praedicatione uidit esse laudabilem. Actione uidelicet, qua ad se per desertum, sicut uirgula fumi ex aromatibus ascendit: praedicatione autem, qua ad suum consortium etiam proximas suas ascendere satagit, dicens: Egredimini, & uidete filiae Sion regem Salomonem. Et recte primo actione, postmodum praedicatione, iuxta exemplum, uidelicet ipsius, de quo scriptum est, Quae cepit Iesus facere & docere.

Oculi tui columbarum, absque eo quod intrinsecus latet. Sensus tui spiritualium sunt rerum contemplatione excellentes ac uenerandi, quibus mea quoque dona, quae nuper exposuisti: meum diadema, quod praedicaisti, uidere & cognoscere meruisti. Quia enim, sicut supra commemorauimus, Spiritus sanctus in columbae specie apparuit, merito nomine illius spiritualis gratia signatur.

Absque eo quod intrinsecus latet. Absque inuisibili in coelestibus retributione, quae a te in terris peregrinante necdum ualeri uideri. Haec enim maioris est pulchritudo gloriae, quam impraesentiarum dignae queat aestimari. Et pulchre, ubi oculorum eius simplicitatem, id est occultorum in ea cognitionem laudat: sibi eam amicam praenominat, iuxta illud Dominicum, Iam non dicam uos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos: quia omnia quaecumque audiui a patre meo, nota feci uobis.

Capilli tui sicut greges caprarum, quae ascenderunt de

monte Galaad. Si oculis sponsae, acumen sensuum spiritualium recte intelligitur, potest non inconuenienter in capillis innumera generalium cogitationum puritas accipi: quae in sanctis, et si aliquando pro temporalium dispensatione fiunt, coelestium tamen rerum intentione fieri nunquam omittunt. Scriptum quippe est, Quia decreuerat Paulus transnauigare Ephesum, ne qua illi mora fieret in Asia. Festinabat enim, si possibile esset, ut diem Pentecostae faceret Hierosolymis. Vbi erga terrenum quidem iter huiusmodi cogitationibus utebatur: sed ipsum iter terrenum premij coelestis intentione gerebat. Quod ipsum & de arte scenofactoria, quam cum Aquila & Priscilla exercebat, intelligendum est: quia temporales quidem erant cogitationes, quibus eam explebant: sed aeternorum intuitus, quod ad hanc explendam trahebatur, ut uidelicet hoc opere terreno ministerium Euangelij, quod erat coeleste, iuuaret. Vnde apte idem capilli sponsae caprarum adquantur gregibus, qui ascenderunt de monte Galaad. Haec enim & munda sunt animalia, & ardua rupium, siue arborum solent, quarendi pastus gratia, scandere: quia nimirum cogitationes electorum, ut diximus: et si terrena agunt, nihilominus coelestia intendunt: & cum etiam carnis sustentandae curam gerunt, erga animam potius sospitant, ac supernam refectionem, aciem mentis dirigunt. Possunt autem in oculis sponsae etiam praedicatorum intelligi sanctae Ecclesiae, per quos coelestium arcana secretorum, quae generalis credentium turba nequa aspicit. Possunt in capillis populi fideles accipi: qui, et si minus docti sunt ad prospiciendos regendosque gressus Ecclesiae, maximum tamen ei decus sua numerositate praebent obsequij. De qualibus Dominus ipse, cum missis ad praedicandum discipulis, praedicaret, Quia eritis odio omnibus propter nomen meum: mox consolando subiunxit, Et capillus de capite uestro non peribit. Quod est aperte dicere: Et si persequentium odia feruunt, ne minimos quidem de his, qui ad me pertinent, caput uidelicet uestrum rapere queunt. Bene autem capilli, huiusmodi gregibus assimilantur caprarum. Solent namque per capras, peccatores designari. Et cum omnis Ecclesia ueraciter confiteatur, se peccato carere non posse: quanto magis his qui in plebeia sunt uita constituti, faciendum est: quia in multis offendimus omnes. Habent ergo fideles peccatum: sed tamen quotidianis operum bonorum profectibus ad illam tendunt uitam, ubi ab omni sint peccato liberi. Propter quod apte de eisdem capris subditur, Quae ascenderunt de monte Galaad. In monte etenim conuersantur mystico, omnes qui corpori sunt sui redemptoris adunati. Sed de eodem monte ascenderunt caprae, superiores uidelicet sinus montis, pascendi causa petentes: cum humiles qui que & peccatorum suorum,

rum, ac fragilitatis conscij, ipso infirmitatis suae timore accensi, ad appetendas in Christo pascuas coelestis uitae semper sese attollere conantur. Legimus quippe in libro Numerorum, ac Paralipomenon: quia mons Galaad bonas ualde, & uberes pascuas habuerit. Quod illi singulariter alto, ac multum fructifero monti conuenit, de quo ciuitas ipsa, quae in eo est constructa: id est sancta Ecclesia dicere solet, Dominus pascit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuae, sibi me collocauit. Congruum & ipsum nomen montis, quod dicitur aceruus testimonij. Aceruus quippe testimonij Dominus est, quia in ipso colligitur atque adunatur omnium multitudo sanctorum, lapidum uidelicet uiuorum, qui testimonio fidei probati sunt, ut Apostolus ait. Capilli ergo sponsae assimilantur gregibus caprarum, quae in hoc monte pascentes: ad superiora semper ascendere contendunt: quia siue temporales electorum cogitationes, seu fragiliores Ecclesiae plebes, quo minus se a culpa immunes esse deprehendunt, eo altius auxilium quaerunt eius, a quo se esse liberandos intelligunt.

Dentes tui sicut grex tonfarum, quae ascenderunt de lauacro. Sicut in capillis Ecclesiae populi fragilibus adhuc actibus dedit, sic perfectiores quique, & ad regendam Ecclesiam apti designantur in dentibus. Quia nimirum isti numerositate, illi praestant firmitate: isti intus uerbo reficiunt, illi quamuis arcanorum interna minant capiant, extrinsecus Ecclesiam bonis ornant operibus. An non Deus Ecclesiae recte uocetur ille, cui dictum est, Surge Petre, occide & manduca? Occide, in malis quod fuerunt, docendo anathematizare, quod coluerunt, & ipsos uerae fidei professione redditos bonos inferre unitati corporis tui, quod est Ecclesia Christi: Et quidem supra eisdem doctores oculorum fuerant nomine signati. Sed oculi sunt, quia secreta mysteriorum spiritualium acutè perspiciunt: dentes, quia improbos uerbo ueritatis corripiunt, correptosque atque mundatos in sancta Ecclesiae membra traiciunt. Dentes sunt Ecclesiae, quia panem uerbi Dei paruulis illius, ad quem mandandum ipsi non sufficiunt, parant. Solent quippe pia nutrices particulas panis dentibus conficere, & inter lactandum, paruulorum faucibus minuta mansa immittere, donec eos paulatim abstractos a lacte, ad usum panis perducant: sic sancta mater Ecclesia habet doctores, qui instar uberum lac doctrinae mollioris incipientibus ministrant, habet eosdem ipsos, non ignaros bene proficientibus panem uerbi fortioris porrigere. Sed ut rite proficiant, paulatim necesse est eos, & per partes ad altiora discenda prouocent, primosque eis apertiora de secretis spiritualibus, & haec cauta ac diligentibus masticata, committant: quae haec crebrius

agendo pedetentim eos interiorum capaces reddant arcanorum. Hi autem dentes recte gregi tonfarum, quae ascenderunt de lauacro, comparantur: quia & baptismi fonte mundati, & facultatum suarum sunt abiectione nudati. Et quidem omnium est, Christi uitae lauacro purificari, quia nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, & reliqua. Perfectorum uero est, & maxime eorum, quibus pascendi oues eius cura commissa est, renunciare omnibus quae possident. Quod & primi illi ac praecipui dentes Ecclesiae, id est apostoli, & plurima eiusdem Ecclesiae primitiua turba fecisse legitur.

Omnes gemellis foetibus, & steriles non est inter eas. Gemellos foetus parturiunt oues Christi, quia omnes quos praedicando generant Deo sancti doctores, gemina eiusdem Dei & proximi dilectione instituant. Geminos pariunt, quia discipulos quos erudiunt, fidei & operis recti scientia imbuunt. Et steriles non est inter eas. Non est inter oues summi pastoris ulla, quae non foetus boni operis generet. In quibus sunt & plurimi, qui & operis & doctrinae foetibus gaudent. Sed nec illi inter steriles deputabuntur, qui abluti fonte salutis, statim ex hac uita rapiuntur. Habuerunt enim sobolem fidei, quam uel ipsi pro se, uel alij pro ipsis professi sunt. Habuerunt & uotum bonae operationis, quam inter oues Christi, si expectati fuissent, socialiter exercebant. De qualibus scriptum est, Consummatus in breui, expleuit tempora longa. Placita enim erat Deo anima illius: propter hoc properauit de medio iniquitatis illum reducere.

Sicut uitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce. Labia sponsae cocco assimilantur, quia Domini sanguinis, quo redempta est, praedicatione non cessat Ecclesia: sed sedula decantat. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Et notandum, quod non absolute cocco, sed uitta coccinea labia comparantur illius. Vitta quippe solet capillos astringere. Si autem in capillis sponsae, populi fideles accipiuntur: uitta quae hos astringit, atque ad caput aptius coaptat, quae nisi ueritatis doctrina intelligitur. Quae rudes credentium animos necesse est confirmari, atque ad amorem cultumque sui conditoris diligentius applicari, ne mali liberi per inanes actus defluant, atque ab amplexu siue ornatu ueritatis capitis refugiant, ne ipsos oculos, id est eos, qui sibi lumen iustitiae premonstrare debebant, importuna relaxatione prepediant. Quomodo enim bona discipulorum facta nonnumquam magistris exemplum uirtutis fiunt, ita sapius eorum desidia, doctoribus detrimentum bonae efficit actionis. Sicut ergo uitta coccinea, labia, inquit, tua, & eloquium tuum dulce: quia doctrina sua Ecclesia, qua metes infirmorum a lasciuia coercet, Domine passionis solet infumare, & quasi tingere memoria. Nihil enim

enim potius uoluptuosos à carnalibus refrenat desiderijs, quàm cum audiunt siue recolunt, quòd Dominus glorie pro eis incarnari, & pati dignatus est. Vnde merito tale eloquiũ dulce existimat Dominus, quia multum gratãter accipit, cum hoc nos alterutrum referre ac mēditari conspicit, ad quod intinmandum ad nos ipse de cœlis aduenit. Quòd si in capillis, cogitationes: in oculis, sensus fidelium spiritalis figurari dixerimus, idem finis est expolitiois, quia uagationem cogitationũ superfluarum inextinguibile, nõ alio facilius ordine, quàm memoria sepe dicti, ac semper recensendi Dominici sanguinis cohibemus. Sed & noxios saepe cogitatus, dum incauta mēte uolumus, ac subito respecti à Deo signum sanctæ crucis pectori imprimimus, & quod nefarium tractamus, abijcimus, quasi uita coccinea capillos nobis ligamus, quia fluxa cogitationũ trophæo sacri cruoris comprimimus. Quibus si salutari hæc ligatura desit, totum capitis decus fluctuando foedant, quia tranquillitatem mentis turbant, oculorum aciem obtegent, quia gratiam sensuum spiritalium, improbarum carnalium meditatione obnubilant.

Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ absq; eo quod intrinsecus latet. Per genas uerecūdiã designari & supra docuimus, quia nimirũ has erubescētibus nobis, solet subitus rubor perfundere. Malum autem punicũ, quia rosei coloris est, passionis Dominiæ mysterium, sicut & coccineum non inconuenienter insinuat. Decebat enim modum redemptionis nostræ crebra figurarum repetitione in sacro carmine, sicut & in cæteris prophetiæ scripturis intimari: Quia ergo sancta Ecclesia non erubescit crucem Christi, sed & ipsa gaudet in contumelijs ac passionibus pro Christo, uexillumq; crucis ipsius gestare solet in facie, merito genas instar mali punici habere memoratur. Nec uacat, quòd non integro malo, sed eius comparantur fragmini. In fracto enim malo punico, & pars ruboris qui patebat, uidetur: & pars quæ intus latuerat, candoris aperitur. Habet ergo ruborem mali punici sponsa in genis, cum sacramentum Dominiæ crucis fatetur Ecclesia uerbis. Ostendit & candorem fracti eiusdem mali, cum pulsata pressuris ipsa castitatem puri cordis probat & factis, cum ipsa crux sui redemptoris, quid intus gratiæ salutaris habeat, pandit. Item ostendit colorem puniceum in genis, cum prima & eminentiora eius membra, id est martyres sancti sanguinem fundunt pro Christo. Addit & Candidum, cum idem inter patiendum, uel impleta passione, etiam miraculis renitēt. Nec prætereundum, quòd malum punicum magnam granorum copiam, uno foris cortice includit: unde & malum granatum dicitur. Quæ quidem integro adhuc malo uideri nequeunt, sed fracto quàm sint innumera clarescunt. Sic etenim sancta Ecclesia, quo amplius

eam frangi aduersus cõtigerit, eo clarius quot uirtutum grana unius fidei tegmine complectatur, referat. Et recte addit, Absq; eo quod intrinsecus latet: quia confessionem quidem in Ecclesia uiuifica crucis possunt omnes audire, pressuras ipsius Ecclesiæ possunt omnes aspiciere: nitorem quoq; charismatum, qui infirmos curat, mortuos suscitãt, leprolos munda, demones eiicit, & cætera huiusmodi possunt infideles cum fidelibus intueri, possunt etia mirari. Sola autem nouit ipsa, quanto inuisibilis uita teneatur amore, quanta in uisione conditoris sui, quanta in profectu membrorum suorum dilectione flammescat.

Sicut turris Dauid, collum tuum, quæ edificata est cum propugnaculis. Et de collo supra diximus, quòd doctores sanctos significet, quæ Ecclesiam & spiritalibus reficiendo alimonijs semper augmentat, & uerbis sanctæ exhortationis in fide confortant. Sed & hoc quòd collum in medio positum, capiti necit corpus, apte conuenit eis, quorum ministerio coniungitur Ecclesia Christo, qui huic alimenta uitæ ab ipso Domino percepta tradiderunt. De quibus Apostolus gratiam Euangelij commendans, ait: Quæ cum initium accepisset enarrari per Dominum, ab eis qui audierunt, in nos confirmata est. Hinc de ipso scriptum est: Et dedit discipulis panes, discipuli autem turbis: & manducauerunt omnes, & saturati sunt. Quod ita corporaliter factum est, ut etiam spiritalia Domini facta signarent, quia uide licet cœlestis panem doctrinæ, ipse primis Ecclesiæ suæ membris, uidelicet apostolis, commiserit: quem illi mox subiecto sibi eiusdem Ecclesiæ corpori apposuerunt, ac sic succedentibus sibi ex ordine ministris uerbi, totum per orbem ad plenitudinẽ eius salutaris refectio perueniret. Quod uidelicet collum recte turri Dauid simile dicitur. Si enim ciuitas Dauid, Ecclesia est Christi, turris in eadem ciuitate, inexpugnabilis est prædicatorum constantia, qui ad defendenda fide ædificia, ad repellenda hostium tela, à forti manu, ac desiderabili rege, quod nomen Dauid sonat, firmiori præ cæteris fidelibus sunt altitudine constructi. Propugnacula autem, cum quibus hæc turris ædificata est, uel scripturarum sanctarum, uel diuinorum munimina charismatum intelliguntur. Assimilauit enim turri collum sponsæ, cum Dominus primos Ecclesiæ magistros, data Spiritus sancti gratia, hostibus suis insuperabiles fecit. Addidit turri eiusdem propugnacula, cum aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas, & suæ uerba prædicationis præcedentium patrum dictis uera esse probarent. Addidit turri propugnacula, cum eis etiam faciendorum signorum dona contulit, ut nouis uirtutum operibus diuina esse, quæ noua prædicabant, astruerent: sanatisq; morbis corporalibus, ad salutem animarum facilius, quos erudiebant, attraherent.

Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Mille clypei, qui ex turre Dauid pendunt, innumera sunt diuine præsidia defensionis, quibus sancti prædicatores, & adiuti sunt ipsi à Domino, ne uinci possent ab hostibus: & auditores quoq; suos contra incursum hostem, siue uisibilem, siue inuisibilem docerent adiuuari. Omnis armatura fortium, omnis est instructio uel operationis, uel doctrinæ cœlestis: per quã idem doctores non solum euadunt, sed & superant acies spirituum malignorum, cum ab illorum ditione plurimos eorum, quos deceptos tenuerãt, prædicando eripiunt, ac de uasis ire in uasa misericordiæ trãserunt. Et bene, ubi spiritalis belli sit mentio, ibi turris Dauid, non turris Salomonis in exemplo ponitur, cum utriusq; regis & nomen & persona sapissimè figuram soleat habere regis æterni. Quia enim Dauid manu fortis, siue desiderabilis uisu interpretatur, recte hoc nomine designatur, ibi Dominus, ubi bellare contra hostes Ecclesiæ docetur, ut eo imperterrita ad certamen procedat, quo ab illo se, qui uinci nequit, adiuuari meminit: eoq; instantius uincere satagat, quo desiderabile nouit esse faciem eius, ad quem deuictio hoste sit peruentura.

BEDAE PRESBYTERI

IN CANTICA CANTICORUM, Liber quartus.

Duo ubera tua, sicut duo hinnuli capræ gemelli. Multifariè, & multis figurarum modis eadem Christi & Ecclesiæ mysteria repetuntur: sed repetita noui semper aliquid afferunt, quo uel eisdem mysterijs argumentum procuret, uel per ipsam nouitatem, animos audientium amplius delectet. Idem ergo doctores, qui supra oculorum, uel dentium, siue colli fuerant nomine designati, nunc uberum uocabulo exprimuntur. Qui quidem recte oculi uocari queunt, quia occulta sacramentorum perspicunt. Recte dentes, quia improbos quosque corripiendo, quasi mastlicant, & in corpus Ecclesiæ mollitos atq; humiliatos traiciunt. Recte collum, quia toto corpore Ecclesiæ, quasi uitalem statum, æterna gaudia prædicando ministrant: cibos que doctrinarum, quibus ad salutem reficiatur, præparant. Ubera autem etiam aptissimè nuncupantur, quia paruulis adhuc in Christo lac uerbi salutaris infundunt. Non autem frustra cum additamento numeri, duo ubera dicit, cum nulla foeminarum plus, nulla minus quàm duo soleat ubera habere. Duo namque ubera dicit, ut duorum paruulos populorum, Iudæi uidelicet & Gentilis ad fidem nutriendos insinuet. Denique Paulus ait, Iacobus, Cephas & Ioannes, qui uidebantur columnæ esse, dexterarum dederunt mihi & Barnabæ societatis, ut

Galat. 2

nos in gentibus, illi autem in circuncisione, & cætera. Petrus autem in circuncisione missus, uide quid dicat: Sicut modò geniti infantes, rationabile sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem: si tamen gustatis, quoniam suauis est Dominus. Qui etiam hæc dicendo, explanat uberum Ecclesiæ sacramentum, cū hoc esse perhibet rationabile, lac concupiscentiæ gustare, quoniam dulcis est Dominus. Rursum, Paulus qui in præputiũ missus est, uideamus an & ipse uberum fungatur officio. Ait enim, Et ego fratres, non potui uobis loqui, quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus, tanquam paruulis in Christo, lac uobis potum dedi, non escam. Hæc autem duo ubera, sicut duo sunt hinnuli capræ gemelli: quia uidelicet fœtus sunt eius, cui sapissimè in hoc carmine dicit, Similis esto dilectæ mi capræ, aut hinnulo ceruorum. Sicut hinnuli sunt capræ, quia mundis imis cordis sui oculis, quæ agēda sunt, quæ uitanda, discernunt: qua uirtutum uia incedendum, quia uerborum declinandi anfractus mente sagaci perspicunt, & cursu pernicio bonæ operationis de cõualle lachrymarum in locũ, quẽ disposuit Deus, auolare letantur: quatenus ambulantes de uirtute in uirtutem illum uidere mereantur in Sion, hoc est in specula sempiternæ habitationis. Capreoli etenim, & pernicitate pedum, & oculorũ acie plurimum ualēt. Vnde congruenter horum naturæ comparantur hi, qui rudibus scientiæ & uirtutis uiam præmonstrare iuuentur. Sicut duo, inquit, hinnuli capræ gemelli. Bene gemelli, quia unã eademq; fide imbuti, unis eisdem sacramentis renouati, utriusque populi doctores, in unam Christi Ecclesiam omnes quos educant, aggregant. Hinc etenim de his qui ex præputio crediderunt, dicit Petrus: Et qui nouit corda Deus, testimonium perhibuit, dans eis Spiritũ sanctum, sicut & nobis: & nihil discreuit inter nos & illos, fide purificans corda eorum.

Qui pascuntur in lilijs, donec aspiret dies, & inclinentur umbra. Pascuntur sancti doctores puris ac nitidis scripturarum diuinarum floribus: & ne lac doctrinæ salutaris, quo paruulos nutriant, deficiat, semper ipsum in monumentis patrũ quid agere, qualiter docere debeant, legunt: & quasi succis uitalibus sua pectora satiãt, & hoc usq; ad finẽ seculi. Postquã enim dies aspirauerit illa, quã desideras Psalmista dicebat, Quia melior est dies una in atrijs tuis super millia, nec docendi erit ultra, nec discendi tẽpus. Impleta ppheta quæ dicit, Et nõ docebit unuquiscq; fratrem suum, dices, Cognosce Dominũ, quia omnes cognoscẽt me: sed inclinatis, penitusq; consumptis omnibus huius mundi tenebris, fulgebunt sancti sicut sol in regno patris eorum, recipiẽtes singuli præmia, prout didicerunt, fecerũt, docuerunt. Pulchrè autẽ, quantum ad naturalem pertinet rationem, decessionem noctis, inclinationem dicit umbra

1. Cor. 3

rum: quia obscuritas noctis, ut aiunt philosophi, nil est aliud, nisi umbra terræ. Namque sol terram circumiens, lucem secum diemque circumfert: ex alia uero parte, id est unde ipse abest, umbram relinquit terrarum. Et hæc est illa diuisio primordialis, qua diuisit Deus inter lucem & tenebras. Quæ uidelicet umbræ, occidente sole, iam iam que se oriente paulatim attollere incipiunt: & quantum sol occidens sub terram accesserit, tantum hæc crescentes assurgunt, donec medio noctis posito sub media terra sole, ipsæ rursum erectæ mediam occupent terram: ac deinde procedente paulatim sole, & ipsæ paulatim deflectant in occasum, usquedum apparente aurora, penitus inclinata dispereant. Idcirco autem terrarum umbræ sidera usque non pertingunt, quia sol maior terra creatus, acuminatam facit umbram ipsam, quæ antequam sidera petat, deficiat: & solis splendor circum terras undique diffusus, liberè sidera quæ illustret, aspiciat. Nox ergo, est uita præsens: sol iustitiæ, Christus. Cuius nobis lucem sæpe concupiscentiæ terrenæ molēs, ne uideatur, abscondit. Et quantum recedit iuste districtus a nobis, tantum obscuramur: quantum redit propitius, tantum illustramur. Verè autem eius luce tunc fruemur, cum inclinantis iam ac discussis omnibus præsentis ærurnæ accēditatis tenebris, uidebimus eum, sicuti est. Qui tamen nostræ per omnia salutis memor, nequaquam noctem uitæ huius prorsus obscuram reliquit, sed uelut in celo stellas figens, sanctorum nobis exempla, per quæ inoffenso pede nostri operis incederemus, proposuit.

Vadit ad montem myrrhae, & ad collem thuris. In myrrha mortificatio carnis, uel passionum pro pietate rolerantia, in thure deuotio cellipetæ orationis exprimitur. Mons autem myrrhae, & collis thuris, est ipsa sublimitas mentis eorum, qui carnis utiliter luctamen uincunt, & ad amorem se coelestium ardentem subleuant. Ad quæ profecti montem, collemque uadit Dominus: quia illorum corda, qui uirtutibus student, sapientius inuisere atque inhabitare dignabitur. Hinc dicit, Inhabitabo in illis, & inter eos habitabo. Laudas ergo Ecclesiam Dominus, & singula uirtutum eius membra enumerans, repente infert: Vadam ad montem myrrhae, & ad collem thuris. Quod est aperte dicere: Frequetabo eos, & pia propitius illustratione glorificabo, quos in passionis siue orationis uirtute sublimes esse suspicio. Veniam sapientis, & mansionem apud eos faciam: quos & ab inquinamento corporis emundare, & spiritus perficere sanctificatione in diuino timore considero. Non quod eam quam laudabat, deserere, atque ad alios ire proponat: sed quia nouis quotidie populos eidem Ecclesie sue aggregare, & eam per mundum omnem dilatate disponit. Nec incongruè forte possunt hæc, quia ad Ecclesiam de gentibus sermo est, de sy-

nagogæ uocatione, quæ in fine futura est intelligi. Reddit enim responsum desiderio eius, quo superius inuento illo aiebat: Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ. Et proximo quidem uersiculo docuit, quod eum Ecclesia gentium non sit unquam dimissura, cum ait: Duo ubera tua, sicut duo hinnuli capræ gemelli, qui pascuntur in lilijs, donec aspiret dies, & inclinetur umbra: id est, doctores in te erunt, qui duos populos instruant, & humili & casta dilectione concordēs usque in finem seculi, quando dies apparebit æternæ retributionis, faciant. Deinde, quia etiam Iudæam uocaturus sit, manifestius insinuat, subdens: Vadam ad montem myrrhae, & ad collem thuris. Non quod eam in altitudine uirtutum ueniens inuenire possit, quæ dato libello repudiij, iam dudum ab eius fide discesserat, sed quod adueniendo eam suo consortio sit dignæ redditurus. Unde bene mox de amplissima pulchritudine unius eiusdemque Ecclesie, quæ uel de Iudæa, uel de cunctis per orbem est nationibus congreganda, subiungit,

Tota pulchra es, omnia mea, & macula non est in te. Non in eximioribus tantum membris electorum, quæ speciatim enumerauit, pulchra es, uerum etiam in illis qui pusilli uidentur, & fragiles, & decore refulges uirtutum, & uitiorum macula caret. Benedixit enim omnes timētes Dominum, pusillos cum maioribus. Unde in Apocalypsi sua de superna eiusdem Ecclesie patria dicit Ioannes: Nec intrabit in eam aliquid coinquatum, & faciens abominationem & mendacium, nisi qui scripti sunt in libro uitæ agni. Hæc autem dicta sunt, non quod in hac uita sanctorum quispiam, uel à culpīs omnibus immunis, uel perfectus possit esse uirtutibus: cum ueraciter scriptum sit, Quia non est homo in terra iustus, qui faciat bonum, & non peccet: sed quod Ecclesia sancta, in quantum Ecclesia Christi, & fide recta, & munda sit opere: si quid uero eam immunditiæ uel prauitatis attigerit, non hoc ad eam pertineat, sed ab ea sit celerius, uelut extraneum omni conatu expurgandum. Cui simile est illud beati Ioannis, Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit: quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare, quando ex Deo natus est. In quantum enim semen gratiæ Dei, qua renati sunt, intantum peccare non possunt. In quantum autem peccant, intantum eos gratia renascēs ad tempus dimiserat: ut quid de seipsis sint, agnoscat, qui per ipsam iuste uiuebat. Quæ uidelicet eos post hanc uitam ab omni malo mundos, & integra pulchritudine renitentes, in illam introducet ciuitatem, in qua nil, ut dictum est, potest introire pollutum: & tunc in amica sponsi ueraciter implebitur hoc, ad quod ipsa nunc toto uirtutis nisu conatur, ut sit tota pulchra, & macula in ea non sit ulla.

Veni de Libano sponsa mea, ueni de Libano, ueni. Libanus, si Hebræam se quamur etymologiam, candor

candor interpretatur: si Græcam, thūs. Denique supra, ubi nos legimus, Ad collem thuris: quidam codices habent, Ad collem Libani. Vtrumque autem nomen, uirtutis industriam sonare, facile cuique patet. Venit autem ad Dominum sponsa ipsius, id est Ecclesia, uel anima sancta, non solum euocata de corpore, præmium perpetuæ remunerationis accipit: sed & in hoc seculo degens, quot bonorum operum incrementis ad meliora proficit, tot quasi passibus ad eum, qui singulariter bonus est, accedit. Peruenit uero tunc, cum carnis absoluta uinculis, eius faciem uidere meretur. Cernit ergo sponsam in Libano sitam, eamque ad se uenire admonet, quia cum animam fidelem Dominus, bonis actibus candidatam, cum incensum puræ orationis sibi offerentem conspexerit, delectatus pijs eius studijs, ut coeptis insiluat, horratur. Quod uidelicet facit, uel per occultam suæ inspirationis admonitionem, uel per scripturarum meditationem diuinarum, uel per aliorum hortamenta fidelium, uel etiam per rerum aduersa, siue commoda laborantium, benigna scilicet apud eam prouisione agens, ut siue molestijs attrita præsentis exilij, ardentius patriam desideret sempiternæ quietis: seu presentibus honorum profectibus erecta, dulcius indefectiua supernæ ciuitatis gaudia concupiscat. Tertio autem sponsam de Libano uenire præcipit, quia profectum in electis suis bonæ operationis, salutiferæ locutionis, puræ requirit cogitationis. Vel certè, Veni de Libano, inquit, sponsa mea, ueni de Libano, ueni. Veni per optimam uitam, quam in corpore uiuens exerceas. Veni absoluta corpore, ad percipiendam animæ uitam perennem. Veni tertio recepto corpore, ad uidentia resurrectionis gaudia perfecta. Et quia plerique electorum, non pro suæ solum uita puritate, sed pro aliorum quoque, quos erudiebant correctione, præmium perenne fortuntur, aptè sequitur:

Coronaberis de capite Amanæ, de uertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum. Amanæ, Sanir & Hermon, montes sunt Ciliciæ, uel Iudææ, leonibus pardisque, quomodo & alij feris, iustra præbentes. Qui manifestè superba infidelium corda, in quibus immundi spiritus sedem habent, designant. Quo contra de electis per prophetam Dominus ait, Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum, & trementem uerba mea? Leones quippe sunt demonia, propter superbiam: pardi, propter crudelitatem siue uarietatem artium malignarum. Cum ergo sancta Ecclesia huiusmodi animas per suos prædicatores de potestate tenebrarum euerit, atque ad agnitionem ueræ lucis conuerterit: fit ut ijdem prædicatores non solum pro seipsis, sed pro eis, quos Domino acquirere, coronam uitæ percipiāt. iuxta illud Prouerborum, Corona se-

num, filij filiorum: & gloria filiorum, patres eorum. Er Apostolus de eis quos docebat, Quæ est inquit, gloria nostra, spes aut gaudium, aut corona gloriæ, nonne uos ante Dominum nostrum Iesum Christum in aduentu eius? Er notandum, quod non ait, Coronaberis de Amanæ, Sanir & Hermon: sed de capite Amanæ, & de uirtute Sanir & Hermon. Cum ergo uulgus ignobile ad Dominum Ecclesia conuerit, coronam de lateribus montium, in quibus bestia latuerant, consequitur, quia præmiū de saluatione populi contradictoris accipit. At cum ipsos malitiæ principes, cum persecutores publicos ad uiam uitæ perduxerit, de capite nimirum ac uertice coronatur montium: quia cum labore certaminis crescit palma retributionis. Cui simile est illud quod additur, De cubilibus leonum, de montibus pardorum. Cubilia etenim leonum ad montes sunt pardorum, hi qui acriore spirituum malignorum furore instigati, ad nocendum Christi gregem, & ui & fraude præualent. Quos cum Ecclesia castigatos ad humilitatis & pietatis gratiæ reuocauerit, de his & ipsa coronabitur, quia de illorum perpetua salute letabitur. Nam qui nihil contrariæ uirtutis habentes, dolis tantum bonos insequuntur, hi non leonum, sed aptius uulpium cubilia nominantur. Hinc etenim Dominus scribæ obsequium sibi dolose pollicenti, sed nihil contra Ecclesiam præualentem ait: Vulpes foueas habet, & uolucres cæli nidus, filius autem hominis non habet, ubi caput suum reclinet. In uulpium quippe nomine leuitatem ac dolo sitatem: in uolucrum uero appellatone, extollentiam designauit mentis illius. Sed cum & hos Ecclesia saluauerit, fit ut etiam ibi filius hominis, humilitatis ac sinceritatis merito requiescat, ubi prius nequam spiritus domicilia sibi iactantia & leuitatis usurpabant.

Vulnerasti cor meum, soror mea, sponsa mea uulnerasti cor meum. Potest hic sermo & simpliciter accipi: quia commemoratiōe uulnerati cordis, magnitudinem amoris, quem erga Ecclesiam habet exprimere uoluerit. Quam rectè sororē suam cognominat, & spōsam, quia cœlestis eam thalami sibi fœdere coniunxit, quia & ipse homo fieri, ac frater ei naturaliter existere dignatus est. Potest & iuxta illud quod Esaias ait, Ipse autem uulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Quæ sit autem ei maxime causa suscipiendi huius uulneris, consequenter exponit, dicens:

In uno oculorum tuorum, & in uno crine colli tui. Diximus supra in oculis Ecclesie, uel spirituales eius sensus, uel eos qui spiritalia eius uidere ac demonstrare solent, doctores intelligi. Porro in capillis multitudinem plebium: quæ etsi altitudinem attingere illius sermonis nequeunt, quo Dominus ait: Si uis perfectus esse, uade, uende quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in celo, & ueni, & sequere me:

eo tamen actionum bonarum itinere ad celestia tēdit, de quo prēmisi, dicens: Si uis ad uitam ingredi, serua mādata. Non homicidium facies, non adulterabis, non facies furtum, nō falsum testimonium dices. Honora patrem & matrem, & diliges proximum tuum, sicut te ipsum. Sed sibi dum plurali numero, oculi describuntur & capilli, multitudo siue rectorum, siue designatur auditorum: hic uerò oculorum in uno, unitas commendatur doctorum, siue scientiā, quam docent, spiritalis: de qua scriptum est, Unus Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus & pater omnium. Item in uno crimine colli laudatur unitas eorum, qui spiritalibus magistris pia solēt deuotione adherere, eosq; reuerendis suis obsequijs, quomodo crines collum, tegere. Nam & in collo, Ecclesiā supra eosdē doctores indicare patuit. Huius unionem crinis designat.

Lucas, cum dicit: Multitudinis credentium eorū cor unum, & anima una: nec quisquam eorum quæ possidebat, aliquid suū esse dicebat, sed erāt illis omnia cōmunia. Quid uerò ageret collum, cui idem crinis esset annexus, subsequenter insinuat, dicens: Et uirtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi Domini nostri. At ergo, Vulnerasti cor meum soror mea, sponsa mea, vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorū, & in uno crine colli tui. Ac si aperte dicat, Tota quidem forma tui corporis, quo per mūdum longē late que dilataris, o Ecclesia catholica, pulchra mihi & immaculata appares: sed hoc est quod me præ cæteris ad te amādam mirifice accendit, quia unitatem eiusdem fidei ac dilectionis, & in præclaris fidelibus, ac in subiectis habere probaris. Hoc est quod me ad excipiendum pro tua uita uulnus mortis adduxit. Quia te in omnibus membris tuis, & in maioribus scilicet, & in minoribus, & fortioribus, & mediocribus unitati studere desiderabam, ut uno in omnibus, atque in dissimili sensu ad illam tenderes uitam, in qua unitas ueræ pacis regnat & gloriæ.

Quam pulchræ sunt mammae tuæ soror mea, sponsa mea. Sicut in collo, oculis & dētibus, sic & in mammis doctores intelliguntur Ecclesiæ: sed hoc dicitur, quod illis tunc uocabulis sunt cēsendi, uel cū sapientiā loquuntur inter perfectos, uel eos qui contradicunt, redarguunt: cum uerò infirmis fiunt infirmi, ut infirmos lucrifaciāt, tunc mammaram officia non immeritō habere dicuntur, quia lac doctrinæ leuioris paruulis sensu impartit: his uidelicet, qui panem uerbi sublimioris necdum capere possunt. Dentes enim sunt, cum corripit inquietos: mammae, cum consolantur pusillanimes, suscipiunt infirmos. Et recte pulchritudinem in sorore & in sponsa sua laudat, miratur que mammaram, quia magni apud Deum operis, ac miranda uirtutis est: cum is qui ad reuelanda perfectioribus altiora ueritatis arcana sufficit, ne-

quaquam infirmos primis fidei rudimētis instituere fastidit. Recte talem animam Dominus sororē sibi ac sponsam esse testatur: quia nimirum sua eam dilectione ac coniunctione dignissimam iudicat, quam sui operis imitatricem fieri considerat. Nam & ipse, ut nos de infirmis fortes faceret, infirmari ad tempus: immō & mori, ut nos uiueremus, non refugit. Ipse cum esset panis angelorum in diuinitate, latescere uoluit per assumptionem carnis: ut hominum pusillanimitatem nutriet, ac panis eiusdem celestis exhiberet pacem. Quia enim minus idoneus est infans, qui pane uescatur, ipsum panem edendo quodammodo mater incarnat, & per humilitatem mammillæ, ac lactis succum, de ipso pane parit infantem. In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Hic est cibus sempiternus, quo reficiuntur angeli, quia uisa eius gloria satiantur. Verbum autem caro factum est, & habitauit in nobis, ut sic etiam sapientia Dei, quæ nos sicut mater consolatur, de eodem ipso pane reficeret: ac per sacramenta incarnationis ad agnitionem uisionemq; diuinæ charitatis traiceret. Sed & doctores sancti panem, quo sublimiter ipsi saginantur, conuertunt in lac quo paruulos nutriāt, dum quo altius æterna in Deo gaudia contemplantur, eo infirmitati proximorum humiliter compatiuntur.

Pulchriora ubera tua uino. In capite huius carminis iam expositus est hic uersus, ubi dictum est. Quia meliora sunt ubera tua uino: & intellectum est, quod his uerbis etiam primordia Euangelicæ fidei demonstrata sint, omnē Moisaicæ legis anteire uirtutem, pro eo quod neminē ad perfectum adduxit, ut pote quæ cultores suos etiam eximios in regnum uitæ celestis introducere non ualuit: gratia fidei autem renatos fonte baptismatis etiam paruulos, atque ipsa paruula ætate defunctos, superna ad gaudia perducit. Nam & legis ceremonias uino comparandas multa documenta probant: sed permaximē illud quod in nuptijs Ecclesiæ mysticis uinum deficit, ut operante mirabiliter Domino, longē melius de aqua fieret uinum. Vbi intinatum est typicē, quod literalis obseruatio legis finem esset acceptura: & ea quæ in litera uelabatur, Euangelij gratia reuelanda, aquæ amore spiritali domum esset nuptiarum inebriatura celestium, hoc est sanctam Ecclesiam, quam sibi Christus sponsam eius consecrare dignatus est. Pulchriora sunt ergo ubera sponsæ uino, quia primordia fidei Euangelicæ præcellunt decretis legalibus, etiam eis quæ uirtutum gustu & suauitate non minima fragrasse probantur. Sed notandum in his uerbis attentius, quod supra sponsi dilecti sui ubera, hic cōtra, idem dilectus sponsæ ac sororis suæ ubera laudat, ac uino esse præferenda testatur. Non enim frustra hæc reciprocatio in sacro carmine

mine putanda est esse inserta, sed ut per hæc unitas Christi & Ecclesiæ altius commendetur. Ipse enim caput corporis Ecclesiæ, & ipsa est corpus capitis huius. Vnde & Apostolus, Erunt duo, inquit, in carne una. Mysterium hoc magnum est. Ego autem dico in Christo & in Ecclesia. Ideo que simili exemplo ubera sponsi & sponsæ, quasi eadem ipsa laudantur: quia iudē doctores Ecclesiæ, doctores Christi sunt. Ecclesiæ uidelicet, quia eam docent: Christi autē, quia illo iubente docent, quia illius præcepta eam docent, quia illius consortium eam docendo prouocant. Denique Apostolus qui ait: Paulus seruus Iesu Christi. Rursum ipse dixit, Nos autem seruos uestros per Iesum. Et alio loco, Omnia enim uestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas.

Et odor unguentorū tuorū, super omnia aromata. Odor unguentorum Ecclesiæ spiritalium, est fama charismatum: de quibus scriptum est, In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Et cum Maria Magdalena in tyrum sanctæ Ecclesiæ, Dominum nardo perfunderet: scriptum est, Et domus impleta est ex odore unguenti. Vbi figuratum est mysticē, quod deuotis Ecclesiæ seruitijs, quæ erga redemptorem suum exerceat, omnis esset mūdus implendus. Si autē uini nomine, recte obseruatio legalis exprimitur, ut superius Euangelicæ autoritate probatum est, quid obstat aromatum nomine suauissimum rumorem sanctorum temporis illius indicari? Odor ergo, inquit, unguentorum tuorum super omnia aromata, quoniā absq; ulla dubietate latius multo diffusa per orbē Christianæ fidei, quam eorum qui in priori erant populo, iustorum fama excreuit. Vnde & hæc, quia publicum mundo certamen, abrenunciata deorum cultura, induxit publicam a mūdo persecutionem, donec uinceret, sustinuit. Neque enim decet sponsam Christi rebus infimis ac uilibus comparari: uel uino scilicet, quod gustus absumere, uel aromatis, quæ consueuit aura dispergere: cum & ipsi legalis obseruantia permodicæ sit laudis, si pocula dicitur, uel aromata quæ quæ carnis sensibus apta transcendere.

Fauus distillans, labia tua sponsa. Fauus, mel in cera est: mel autē in cera, spiritalis est diuinorum eloquiorum sensus in litera, qui recte fauus distillans dicitur. Distillat quippe fauus, cū plus habet mellis, quam illæ cararum thecæ capiant: quia talis nimirum est sanctarum fecunditas scripturarum, ut uersus qui breui in linea scribi consueuerat, multas impleat paginas, si diligentius scrutando expressus, quantum interius dulcedinem intelligentiæ spiritalis contineat, probetur. Ut enim unum demus exemplum, Psalmista dicit, Lauda Hierusalem Dominum. Quod iuxta literam quidem ciues urbis illius, in qua templum Dei erat, ad laudes ei dicendas hortatur. At ue-

rò iuxta allegoriam, Hierusalem, Ecclesia Christi, est toto orbe diffusa. Item iuxta tropologiam, id est moralem sensum, anima queque sancta Hierusalem recte uocatur. Item iuxta anagogen, id est, intelligentiam ad superiora ducetem, Hierusalem habitatio est patriæ celestis, quæ ex angelis sanctis & hominibus cōstat. Cunctis autem conuenit apte, quamuis multa distantia, quod Hierusalem uisio pacis, quod Dominum laudare iubetur. Neque enim tantas Deo laudes unā sancta anima, quātas omnis per orbem Ecclesia, dicere potest: nec tam perfecta ipsa uniuersalis Ecclesia, dum peregrinatur in terris à Domino, quam in præsentia Domini sui beata regnat in cœlis: nec æquari potest sanctorum pax, quæ est interim in spe uidendi Deum, & liberandi à malo, uisioni pacis illius, quam habent in re, qui liberati malis omnibus, summo fruuntur bono. Fauus ergo, non solum plenus melle, sed etiam distillans, labia sunt sponsæ, cum doctores Ecclesiæ, uel in figuris legalibus, uel in dictis prophetis, uel in ipsis Domini uerbis, siue factis mysticis multiplicem interioris suauitatis copiam inesse demonstrant, acque ex his dulcissimas membris eius fidelibus, id est, bonis auditoribus, ac saluberrimas mētis epulas parant. Nec repugnat, quod supra sponsæ labia uitæ, & nunc comparantur fauo: cum hic satiendo fauces delectet, illa erines uinciendo confringat: iste intus reficiat, illa foris liget. Idem namq; doctores, & uitæ sunt in præceptis salutaribus, & fauus in promissis celestibus. Vitæ, cum nos à fluxu carnalium uoluptatū refrenat: fauus, cum supernorum nobis gaudiorum dona promittunt. Item uitæ sunt in eis, quæ aperte agenda uel uitanda esse docent: fauus in illis quæ typicē gesta uel dicta, quid intus arcani salutaris habent, pandunt.

Mel & lac, sub lingua tua. In lacte eruditio paruulorum: in melle ea que perfectioribus competit, doctrina signatur. Docet apostolus de lacte, cū quibusdā à fide lapsis impropere dicit, Et facti estis, quibus lac opus sit, nō solidus cibo. Docet de melle sapientia, cum dicit, Sic ut qui mel multum comedit, non est ei bonum: sic qui scrutator est maiestatis, opprimitur potentia. Non autem mel comedere, sed multum comedere uetat: quia nō omnimodo maiestatem Dei scrutari prohibemur, præsertim cum ipsi in laude iustorū canatur. Magnificētiam maiestatis tuæ, & sanctitatem tuam loquentur: sed à tentandis, his quæ mensuram nostram excedunt, reuocamur. Vnde & aliās de amatoribus sapientiæ celestis ait: Mel inuenisti, comede quod sufficit tibi, ne satiatu euomas illud. Bene autem mel & lac sub lingua memoratur habere. Habet enim in lingua uerbum Dei, cum loquēdo profert: habet sub lingua, cum sedulo in corde, quæ proferrī debeant, meditantur. Habet mel & lac sub lin-

qua, cum recte nouit discernere quae incipientibus, quae sint dicenda proficientibus: quae item eis qui in scientia sunt eius, & charitate perfecti. Atque haec ipsa, ubi tempus congruerit ministerio linguae pro audientium capacitate dispensat.

Et odor uestimentorum tuorum, sicut odor thuris. Vestimenta Ecclesiae, opera sunt eius, loane attestante, qui de futura eius beatitudine loquens, ait: Venerunt nuptiae agni, & uxor eius praeparauit se, & datum est illi, ut cooperaret se bisinum splendens candidum. Bisinum enim iustificationis sunt sanctorum. Et beatus Iob, iustitia, inquit, indutus sum, & uestiui me sicut uestimento, & diademate iudicio meo. In thure autem, ut sepe dictum est, superna iustorum desideria, & orationum frequentium feruor altipetax intimatur. Vnde recte odor uestimentorum sponsae, thuris assimilatur odor, quia eadem quae sancta Ecclesia pro Domino operatur, orationum pro ea uicem reddunt. neque aliter apostolicum potest illud impleri, Sine intermissione orate: nisi dum omnia, quae deuote agimus, conditori nostro nos deuota, uelut intercessione commendant. Neque enim uel ipse apostolus, uel aliquis sanctorum ita semper orationi uacare potuit, non ut aliud tempus somno, uel cibo, uel alijs uitae huius necessarijs impenderet: sed quia iusti sine intermissione quae iusta sunt, agunt: per hoc sine intermissione iusti orant, neque unquam ab oratione, nisi peccatum incurrerint, cessant. Ideoque odor uestimentorum eorum, sicut odor thuris redolet, quia fama operum honorum quae faciunt, in diuino examine instar orationum ascendit. Cocinit autem hic uersiculus ei qui supra dictus est, Et odor unguentorum tuorum super omnia aromata. Illis etenim nomine unguentorum, infusio sancti Spiritus, qua corda fidelium illustrantur. atque ad spirituale certamen praeparantur, ostenditur: hic uocabulo uestimentorum ea quae foris sunt, iustorum facta demonstrantur. Vnde & pulchra distinctione ea quae per homines fiunt opera, odori thuris comparantur: quae uero diuina largitione fiunt dona, modum comparationis excedunt, dum odor unguentorum Ecclesiae super omnia dicitur aromata transcendere. Sanè, quia saepe thuris in hoc carmine mentio est, quidque typice significet, constat, libet parum de natura aromatis ipsius ignaros instruere. Arbor est Arabiae, cortice, ut aiunt, & folio lauri similis, succum amygdalae modo emittens, quibus anno colligitur, autumnum & uere. Sed autumnali collectione praeparantur arbores, incisis corticibus in flagrantissimo aestatis feruore, ac proficiente spuma pingui, quae concreta densatur, ubi loci natura possit terete palmea excipiente, quod in arbore haesit, ferro depeccitur, ideo corticosum uidetur. Purissimum hoc, & candidum thus est. Secunda uindemia uere, eadem hyeme, corticibus incisis.

Rubrum hoc exit, nec comparandum priori creditur. Et nouelle arboris candidius esse, sed ueteris odoratius. Quod ex ea rosciditate dependet guttae, masculum uocamus. Guttam uero concussu elisam, mannam nuncupamus. Regio thurifera, Sarua nuncupatur, quod significare Graeci mysterium dicunt, undique rupibus inuia, & a dextera scopulis mari inaccessu euehitur, uno tramite angusto sylvarum longitudo, est centum millia passuum, siue, ut tradunt alij, octoginta: latitudo dimidium. Attolluntur colles alti, decurruntque & in plana arbores sponte natae. Terram argillosam esse conuenit, raris fontibus, ac nitrosijs. Haec prout libris antiquorum reperimus, strictim de natura & loco thuris sint dicta. Quae penè omnia, si quis diligenter attendit, figurate sanctorum uirtutibus congruunt: maxime quia regio in qua nascitur, mysterium cognominatur. Nam quod arbores sponte nascitur, apte competit eis, quorum summa uirtus non coacta legibus edictis, sed oblatione uoluntaria solet esse miranda: dicente Domino, Si uis perfectus esse, uade, uende omnia quae habes, & caetera. Quod incisis arboribus, thuris lachryma profluit, quid nisi compunctionem humilium corde, de qua pura oratio, ac fletibus dulcorata generari solet, indicat? Quod habet fontes raros, sed nitrosos, conuenit eis, de quorum uentre, sicut dicit scriptura, Flumina aquae uitae, hoc est dona doctrinae spiritualis emanant, etiam mundandis proximorum mentibus accommoda. Nitrum namque & medendis infirmitatibus, & ablundis fordibus esse solet aptissimum. Quod undique rupium & scopulorum est regio circumscripta munimine, congruit meritis eorum: de quibus loquitur per parabolam Dominus, Homo erat paterfamilias, qui plantauit uineam, & sepem circumdedit ei. Plantauit namque Ecclesiam Dominus, praecipis uitae instituendo: & eis sepe circumdedit custodiae suae protectionis, eam undique ne a prauis, uel spiritibus, uel hominibus exterminari possit, tutando. Consultè autem, postquam singula Ecclesiae membra Dominus sigillatim praedicauit, nouissime etiam unguenta, quibus tota esset delibuta, diuina laude commendauit. Nulla sunt quippe eius membra, siue parua, siue magna, quae non huius unctionis spirituali sint infusione consecrata. Nam haec cuiuscunque deest, in Ecclesiae corpore non est. Laudauit & uestimenta eius, id est opera iustitiae eius, quia & his omne eius corpus ornatur. Nemo quippe in eo uitam meretur aeternam, nisi operibus iustis indutus, quae uel ipse fecit: uel si infans erat, alij in illo, ac pro illo fecerunt. Verum quia tardum uidebatur eximio amatori uirtutum spondae suae membra laudare, paruum uidebatur singulis rebus preciosis, singulas eius partes adaequare, laudat totam pariter, & plures simul ac maximis speciebus aequiparat, subiiciens:

Hortus

Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus. & caetera, usque dum ait, Fons hortus, puteus aquarum uiuentium, quae fluunt impetu de Libano. Hortus est autem Ecclesia, quae multifaria spirituum operum germina gignit, quae sub uarijs aromatum uocabulis subsequenter enumeratur. Fons est, quae doctrina salutari redundat, quae mentes fidelium suorum, quasi areolas aromatum, quas dispersas praeparauerat, irrigat. Vnde scriptum est, Aqua profunda, uerba ex ore uiri, & torrens redundans fons sapientiae. Hinc & Apostolus dicit: Ego plantauit, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit. Ego plantauit, quasi in horto Domini, aromata uirtutum: Apollo rigauit, quasi de fonte signato doctrinae caelestis: Dominus autem, quasi suos operarios, ne frustra laborarent, adiuuit. Conclusus est autem hortus iste, quia Domini ac redemptoris sui protectione munita persistit Ecclesia, ne improba unquam, uel hominum infidelium, uel immundorum spirituum irruptione, ne uioletur, & a fructuum caelestium prolatione passim conculcata retardetur. Signatus est fons iste, quia sermo fidei, qui in Euangelio est, signacula tutatus, nulla errantium ualet unquam incurusione turbari. Vnus enim Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus & pater omnium. Quod signaculum uiui fontis qui soluere nititur, errat, nec fontem uitae prophanare ualet: sed in hoc se potius, dum impius ingerit, necat: in exemplum exercitus Aegyptij, qui in mystico rubri maris baptisate, quo Dei populus saluatus est, dum non credendo, sed persequendo sancta ingredi praesumpisset, extinctus est. Et quia eadem sancta Ecclesia, quae horti sacro fonte irrigui nomine designatur, primum quidem paruo Iudaeae in cespite locata, sed mox latissime totum est amplificata per orbem, recte subditur:

Emissiones tuae, paradysus malorum puniceorum cum pomorum fructibus. Quia enim primitiua Ecclesia, quae Hierosolymis erat, copiosos Deo populos ex aqua & spiritu procreauit, bene dicitur, quia hortus sacer irrigatione diuini fontis adiutus, paradysum ex se emisit, nec qualicumque arborum paradysum, sed malorum puniceorum cum pomorum fructibus. Mala quippe punicea, quae sanguineo rubent colore, eorum in Ecclesia triumphos insinuant, qui post generalem fontis signati abluitionem, suo sunt etiam sanguine baptizati. Pomorum autem fructus generalium opera uirtutum, uel eos qui ipsa uirtutum opera faciunt, indicant. Quamuis & in malis punicis, quae prima ex sese hic hortus emittere dicitur, omnis baptizatorum coetus recte possit accipi: quia nimirum ipse fons regenerans in mysterium est Dominicae passionis dedicatus. Quicumque enim baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quomodo surrexit Christus a mortuis per gloriam Dei, ita

Prouer. 20.

1. Cor. 3.

& nos in nouitate uitae ambulemus. Post multa autem punicea sequuntur fructus pomorum & aromatum, gratia tali digna primordio, quia post ascensum fontis precioso sanguine aspersi, per quem filij Dei efficitur, succedat necesse est fecunditas odora uirtutum, quibus ipsa gratia nostrae regenerationis ornetur, semperque crescat.

Cypri cum nardo, nardus & crocus. Cyprus in Aegypto est arbor aromatica, ziziphij folijs, femine coriandri candidior. Coquitur haec in oleo, premiturque postea. Quod Cyprus uocatur, unguentum ex eo regale paratur. Optimum in Aegypto, secundum in Ascolone Iudaeae, tertium in Cypro insula. Quidam haec esse dicunt arborem, quae in Italia Ligustrum uocatur. Legimus autem de mana, quia erat quasi semine coriandri albi. Et cum cypri semen eiusdem esse qualitatis asseratur, merito eadem quam ipsum, caelestis benedictione designat. Mittitur autem hoc semine in oleum, & coquitur, cum supernae donum gratiae illuminatis pinguedine charitatis cordibus suscipitur, & illatis tentationum flammis manifestus omnibus, quanta qualisque sit eius uirtus, ostenditur. Nardus autem, quae sepulturae Dominicae typum teneat, testatur opus Mariae, quae cum imminente passionis articulo hoc aromate perunxit: sicut & ipse exponens ait, Mittens enim haec unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. Et hortus, siue fons Domini cypros emittit, cum Ecclesia liberos suos docet gratiam supernae refectionis ante omnia querere: lucem atque unctionem dilectionis in corde tenere, tribulationum igne non superari, sed hanc potius occasione, quale quantumque diuinae gratiae semen acceperint ostendere. Iungit cypri & nardum, cum eosdem, uel fide Dominicae passionis ex tempore studiosius instruit, uel hanc ipsos patiendos, docet imitari crocus, quasi aurosi coloris florem habens: ostendit eos, qui ampliori charitatis gratia resplendent. Quae, sicut aurum metallis caeteris, sic uirtutibus, antecellit omnibus. Nunc, inquit, manet fides, spes, charitas, tria haec: maior autem his est charitas. Cui contra Hieremias perditionem ciuium suorum deplorans ait: Qui nutriebatur in croceis, amplexati sunt stercorea. Amplexantur quippe stercorea, qui nutriebantur in croceis, cum hi, qui uidebantur quondam floribus charitatis rutilare gratis imis, postmodum se faedis incipiunt uirtutum immergere uolutabris. Sed & hoc, quod crocus ardentibus languentium membrum solatium refrigerij conferre perhibetur, eiusdem summae uirtutis actibus congruit, quae ab aestu carnalium uoluptatum animos temperare, atque ad desideranda supernae patriae gaudia consueuit accendere. Quod uero nardus argentum rigorem fertur discutere & calefacere membrorum: in promptu est, quia memoria Dominicae passionis, pigrum moriendi pauorem a fidelium cordibus expellit, eosque ad imitandam eius mortem, non

Mat. 26.

1. Cor. 13.

solū uitia sua mortificādo, uerūm etiā animas pro eo ponendo, inflammat, atq; alacres facit.

Fistula & cynamomum, cū uniuersis lignis Libani. *Fistula*, quæ & *Cassia* dicitur, inter aromaticas annumeratur arbores. Est autē robusti corticis, & purpurei: quæ ad curandas uiscerum molestias multum cōmoda esse narratur. Hæc pro sui breuitate à quibusdā inter herbas reputatur odoriferas. Quæ recte pro ipsa breuitate humiles spū, quorū est regnum cœlorū, significat: qui quasi purpureo uestiti colore, semper Dominicæ passionis sūt memores, semper ipsi ad patiedū pro Dño parati. Qualis erat, qui ait, Quoniam propter te morte afficimur tota die, æstimati sumus ut oues occisionis. Nā & hæc est uirtus, quæ maximè inter nos animorū motus ac lasciuas, quasi uiscerū dolores, castigare ac tollere consueuit: cum recogitantes quid pro nobis passus est Deus, minus nos pati, quā meremur, agnoscimus. Cynamomū, eiusdem uirtutis figurā tenet. Nam & hæc arbor est frutice breuis, sed uī & odora p̄cipua, atq; ad medicinæ usus, fistula dupla præstans. Vnde aptè potest intelligi, quia prof. ctū humilitatis scriptura uoluerit exprimere, in eo qd post fistulā posuit cynamomum. Nā quod coloris subnigri uel cinerei esse perhibetur, animis congruit humilium: qui fragilitatis propriæ cōsciū, quotidianis in precibus Deo dicere norūt. Loquar ad Dominū meum, cum sim puluis & cinis. Et iterū: Ipse me reprehēdo, & ago p̄nitentiā in fauilla & cinere. Et bene post fistulā colore purpureā, ponit cynamomū cinerei coloris arbore, quia per recordationē nobis Dominici uulneris oritur despectus nostræ uirtutis. Huius autē cortex in precio est: qui, quod in modū cannæ rotundus sit, & gracilis, cynamomi nomē accipit. Ammomum enim Græcè, immaculatum dicitur. Fistula, inquit, & cynamomum cū uniuersis lignis Libani. Sicut fistula & cynamomū, humiles iustorū cogitationes: sic & ligna Libani, sublimes eorū actiones demōstrant: quia nimirū hæc non solum odoris ac medēdi, ut fistulæ & cynamomum gratia pollēt: nec corticis tantum gloriā præferūt, sed etiā in magnā se altitudinē, multumq; robur attollūt. Vnde & ædificijs sunt apta maioribus: hoc ipso etiā cantico attestāte, in quo superius dictū est, Tigna domorū nostrarū cypressina. Et iterum, Perculū fecit sibi rex Salomon de lignis Libani. Fistula ergo & cynamomū in horto Domini prodeunt, cū uniuersis lignis Libani: quia hi qui in sancta Ecclesia humilitate & patientia mirādi sunt, unā cum eis qui ipsam Ecclesiam prædicādo, uel uirtutes faciēdo, firmiter muniūt, palmam supernæ retributionis expectāt. Myrrham & aloë continentiam carnis exprimunt: quia nimirum horū natura est aromatu, ut unctæ ex eis corpora defunctorum minime putrescant, sicut Dominicæ quoq; sepulturæ documenta testantur. Quomodo enim corruptio mortuæ

carnis, putredinē luxurię: ita conditura eius, ubi typicè in bonū accipitur, uirtutem continentię & castitate, quæ membra nostra à uitijs resrenāt aptissime demōstrat. Prima uerò unguenta illa sunt, de quibus dicit Apostolus: Aemulamini autem charismata maiora, & adhuc excellentiorē uiam uobis demōstro. Si linguis hominum loquar & angelorū, charitatē autē non habēā, factus sum ut æs sonans, & cymbalum tinniens: & cætera quæ de magnis illis uirtutibus, in quibus arcē tenet charitas, magnus dicēdi artifex mirificè disseruit. Pulchra sanē cōiunctio, ut myrrhā & aloë cū omnibus primis unguentis Dominico oriatur in hōrtō: quia dum carnē à lasciuia restringimus, cōsequens est, ut maiora spiritus dona percipiamus. Cui cōtradictum est, Quoniam in maleuolam animā nō intrabit sapiētia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Spiritus enim sanctus disciplina effugiet fictum. Est autē myrrha arbor Arabiæ, altitudinis ad quinque cubitos, similis spinæ: quæ acāthon uocāt Græci, cuius gutta uiridis atq; amara. Vñ & nomē accepit myrrha. Quæ cuncta mortificatiōni carnis aptè congruunt, quæ amara ad tempus sentitur: sed in spe semper uirētis patrię libentissimè suscipitur, illius uidelicet de qua Patrus ait, Regenerauit nos in spem uiuā per resurrectionē Iesu Christi, ex mortuis in hereditatem incorruptibilē, & incontaminatam, & immarcescibilē conseruatam in cœlis. Spine autem meritō cōferuntur, quia ut mētem perpetuò saluet, corpus laborū punctionibus temporaliter affligit. Sed & hoc quod gutta eius sponte manans preciosior est, elicita autē cornicis uulnere uilior indicatus, qui non uideat maioris ante Deū esse uirtutis: cum quis sanum corpus suum ac uegetū, arridēte etiā foris rerū copia, castigare, ac seruituti subijcere cōtendit, quā cū pressus agritudine, uel alijs seculi aduersis, in uita à lasciuia carnem compescit, atq; ad abstinentiæ remediū coarctat: Quamuis & hoc inter uirtutes magnas iurē annumerare debeat, cū flagella quis paternæ correptionis patienter, humiliter, gratāter suscipiens, ad dona per hæc promissā hereditatis castigatus peruenerit. Aloë quoq; si consideretur intentius, aptè & ipsa continentibus assimilatur. Est enim arbor odoris suauissimi ac summi. Vnde lignum ipsius antiqui uice thymiamatū adolebāt altaribus. At succū manat amarissimū, sed medicamētis congruū quā plurimis. Sic etenim cōtinentiæ, carnaliumq; restrictio uoluptatū ipso quidē actu acerbā est, sed uirtutis merito gloriosa, atque interno arbitro gratissimo.

Fons hortorum, puteus aquarum uiuentium, quæ flunt impetu de Libano. *Fons hortorum* in horto Domini conclusio inter alia nascitur: quia de primitiua Ecclesia processit in mundum doctrina cœlestis, quæ plures Domino Ecclesias, scilicet hortos spirituales, procrearet. De quo fonte bene

te bene subinfertur, Puteus aquarum uiuentium qui fons est: nisi quod puteus semper in alto est, fons autem & in altū semper demersus est, & in supremo uertice potest esse telluris. Vna ergo eadēq; doctrina Ecclesiæ, fons est hortorū, quia spirituales gignit fructus in his quos instituit. Et puteus est aquarū uirētium. Puteus quidem, quia non omnibus patet: non in promptu sita, sed una in corde sanctorum per reuelationem sancti spiritus reposita est. Vnde illam nemo principum huius seculi cognouit. Si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. Nobis autē, inquit, reuelauit Deus per spiritum suū. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Aquarum autem uiuentium, quia eloquiorum diuinorum atque cœlestium, quæ de inuisibilibus diuinæ gratiæ thesauris semper indefectiua prodeunt, atque in uitam ducūt, quoscunq; diluūt & irrigant. Aquæ etenim uiuentes solent appellari, quæ de uena fontana æternaliter manant: ad distinctionem nimirum illarum, quæ uel copia pluuiarum in cisternis colliguntur, aut stagnis, uel solutione niuium in torrentibus magno ad tempus impetu labuntur, sed sereno redeunte dispereūt. Quibus meritō breuis ac tumida factātia mundanæ doctrinæ confertur, quæ infinita sæpe ac profunda eloquentiæ atq; eruditionis multifariē uidetur flumina fundere: sed hæc cuncta

mox, ubi sol iustitiæ & æstas Euangelicę claritatis illuxerit, quasi nūquam fuerint, arescūt. De quibus ipse Dominus per prophetā queritur, dicens: Me dereliquerūt fontem aquæ uiuę, & foderūt sibi cisternas dissipatas, quæ continere nō ualēt aquas. Et Esaias, Ecce, inquit, Dominus ascēdet super nubem leuem, & ingredietur in Aegyptum. Et paulo pōst, Et arescet aqua de mari, & fluuius desolabitur & siccabitur. Puteus, inquit, aquarum uiuentium, quæ fluūt impetu de Libano. De Libano, de ipsa Ecclesia dicit: quæ & cādida est, altaq; per uitam. Libanus enim interpretatur cādor. Et auditoribus suis, quasi subiectis sibi campis, sapientiæ salutaris fluenta profundit. Sicut & Dominus in Euangelio: Qui credit, inquit, in me, sicut dicit scriptura, Flumina de uentre eius fluūt aqua uiuā. Et exponens Euāgelista subiecit: Hoc autē dixit de spiritu, quem accepturi erant credētes in eum. Fluūt enim aquę uiuæ de uentre eius qui credit, cum de corde fidelium sanctæ prædicationis desluunt. Quę fluunt, inquit, impetu de Libano. Recte addidit impetu, ut non solum descensum ad nos uiuentium designaret aquarū, sed & uirtutē ueniētium insuperabilē esse demōstraret. Quo modo enim decurrētia de monte alto flumina nemo retinere ualet, sic profluxus apostolici sermonis, quia de cœlesti uena procedebat, quia diuinitus urgebatur ut curreret, nullo resistētium potentiā ualuit certamine superari, & à suo tramite reflecti: quin potius anti-

mas prius dedere, quā à doctrinæ uitalis irrigatione cessarent. Quale est illud in Psalmo, Fluminis imperus lætificat ciuitatē Dei. Merito Ecclesiā lætificat, qd non solū flumen à Domino uiuarū percepit aquarum: sed qd idem quoq; flumen tāto gratiæ cœlestis impetu uenit, qui nullo contrariæ uirtutis obstaculo possit impediri. Potest etiam puteus aquarum uiuentium in illorū significationem non inconuenienter accipi, qui omne quicquid terrenæ cogitationis suo in corde repererint, hoc soluti eruerent, ac deuota cōfessione foras proferret, atque reijcere cōtendunt: ut meritō castitatis & humilitatis, in abdito sui pectoris habitaculum Deo dignū præparent: aditumq; in se aquis uiuentibus, id est donis cœlestibus per uenas occulte inspirationis seduli sui permūdatione faciant: In exemplum beati patriarchæ Isaac, qui ratardantibus Palæstinis, puteos sibi suis utiles fodere solebat: quosq; illi inuidēs obruere certabant, hos ipse casto labore re purgare, & usq; dum sibi uiua aqua responderet, in alta fodere perstabat. Tale namq; est nobis cum malignis spiritibus certamen, ut illi quidem rudera uitorum nostris sensibus ingerendo, aquam sapientiæ, uel turbare in nobis, uel funditus à nobis, si possint, excludere fatagant. At nos cōtrā solerti industria, quæ illos immisisse nobis tentamenta deprehendimus, crebris precibus ac uigilijs extrudere cur remus, quatenus capaces inuisibilium ualeamus esse charismatū. Sed quia Dominus hortum suum cōclusum, quia fonte uiuo irriguū, quia odoriferis & pigmentis, & arboribus dixerat esse constitutum, quia aquas sapientiæ quibus irrigaretur, & puteolos perhibuerat esse propter abditā mysteriorum, & uiuentes propter æternitatem honorum, ad quæ potanda perducit, quia eadē impetu pertinaci ac prorsus inuincibili profluentes afferuerat: restabat ut omnibus firmiter & ordinatè compositis, nequaquam aduersarijs ullius tentandi negaretur accessus, sed potius monstraret, quia nec multis hinc inde torrentibus ullatenus posset lædi: uerūm quo magis tentaretur aduersitatum flatibus, eo amplius interna fructuum illius suauitas panderet. Vnde nunc ex ipsius Domini uoce subiungitur:

Surge Aquilo, & ueni Auster, perfla hortum meum, & fluant aromata illius. In Aquilone etenim uel Austro procellas insinuat tentationum frequentium, quibus erat Ecclesia pullanda: ut quantum ei gratiæ spiritualis, quantum internæ uirtutis inesset, innotesceret. Si quid autem distare inter Aquilonis nomen, & Austri putamus, quorum unum frigidum, alterum constat uentum esse calidum: potest non absurdè in Aquilone austeritas mundi terrenis, in austro blanditiā fallentis accipi. Namq; hac gemina impugnatione hortum Domini tentari probat ipse, cum exponēs parabolam boni seminis dicit: Qui autē sup petrosa semi-

natus

natus est, hic est qui uerbū audiuit, & continuo cum gaudio accipit illud: nō habet autem radicem in se, sed est temporalis. Facta autem tribulatione & persecutione propter uerbum, continuo scandalizatur. Qui autem seminarus est in spinis, hic est qui uerbū audit, & sollicitudo seculi istius, & fallacia diuitiarū suffocat uerbū, & sine fructu efficitur. Quod autē Dominus imperatiuo modo dicere uidetur, Surge Aquilo, & ueni Ausfer, perfla hortum meū: non imperat malū facere reprobos, sed libertate arbitrij sui permittit uti, ut uolēt. Potest ipse & ex malis eorū actibus facere bona quæ uult, & eis indistricto examine reddere, quæ meruerint, tormēta pro malis. Deniq; indurauit Dominus cor Pharaonis, ut affligeret populū suū: sed post modicū, liberatis eis qui affligebantur, puniuit in æternū eum, qui afflixerat. Et iniquorū omnium capiti, cum dicit de beato Iob, Ecce in manu tua est: egres-
susq; ille maxima eū plaga percussisset, an nō tibi uidetur, quia ueterū turbulētissimo ac durissimo dixerit, Perfla hortū meum, & fluent aromata illius: Fluxerūt enim aromata de hortu ueteris cōcussio, cum pulsatus aduersis uir sanctus, tantam in uirtute constantiam miri odoris longē lateq; dispersit, quod etiam nos in ultimo sine & mundi & seculi positos inenarrabili suauitatis suæ fragrantia satiauit. Audiēs autē Ecclesia statibus tentationū se esse probādam, nequaquā dilecti sui prouisioni ac dispositioni cōtradicit: sed potius, ne superetur aduersis, neq; prosperis corrumpatur, eius in omnibus querit auxiliū, qui producit uentos de thesauris suis: & sicut beatus Iob ait, Qui fecit uentis pondus. Quod alijs uerbis dicere est, Qui non patitur nos tentari supra id quod possumus sustinere.

CAPVT V.

XVI. **V**eniat, inquit, dilectus meus in hortū suum, & comedat fructum pomorū suorū. Veniat Dñs in Ecclesiam suā, ut eam ipse conferuet immaculatam, ac fidei semper fruge fecundam. Ipse, qui se promisit, mecum usq; ad cōsummationē seculi esse mansurum, tūc mihi magis aduētus sui præsentiā propitius ostendat, cum me maioribus hostium tentamentis pulsari perspexerit, concedatq; benignus, ut dilectus mihi sit ipse prae omnibus. Confido enim, quādiu ueraciter dicere potero, Diligā te Domine uir-
tus mea, & eripiet me de inimicis meis fortissimis, & super excelsa regnā cœlestis statuēt me. Et comedat fructum pomorū suorū: & libenter inspiciat, graterq; accipiat opera sanctorum suorū. Iuxta quod ipse de credituris sibi Samaritanis ait discipulis, Ego habeo cibum manducare, quem uos nescitis. Quod se de uocatione Gentium dixisse, subdendo manifestat: Meus, inquit, cibus est, ut faciam uoluntatē eius, qui misit me, ut perficiam opus eius. Leuate oculos uestros, & uide-
te regiones, quia albæ sunt iam ad messē,

Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in uitam æternam. Qui, contra, cum esuriret, que esurit fructum in ficu Iudaica: & quia minime inuenit, perpetua illam ariditate damnauit. Fecit namque hoc figuratē, significās, quia esuriret quidem synagogæ salutem: sed ipsa, quia salutis sere fructum contempsit, æternæ infidelitatis esset ultione mulcanda. Potest ex uoce perfectorum Ecclesie membrorum specialiter accipi, dictum eorū uidelicet, qui se sincera ac fixa intentione Deo seruire meminerint. Veniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructum pomorum suorū. Ac si aperte dicant, Utinam citius ueniat Dominus, ut nobis mercedem piæ nostræ deuotionis benignus restituat. Et sicut nos semper eum diligere, & ei fructum iustitiæ, quem ipse donauit, reddere curauimus: ita nobis felicissimam suæ charitatis recompensationem ad se suscipiendo manifestet. Quod cū omni tempore sanctos dicere deceat, quanto magis, cū præsenti Ecclesie statum procellis tentationum uiderint esse concussū: Quorum ipse desiderio grata mox uoce respondens, eadem quæ petebatur, iam se fecisse testatur.

Veni in hortum meum soror mea, sponsa mea. Veni, inquit, sapissime in Ecclesiam meā: immo hoc facere nullo modo, peregrinationis eius tempore, desisto. Venio autem, ut & errantes corrigam, & infirmantes adiuuem, & dubitantes in fide confirmem: & bene agētium fructibus perfectis, quasi suauissimis dapibus pascam, & certantes ab hostium defendam insidijs: & uictores hostium, perpetuæ meæ uisionis corona remunerem.

Messui myrrham meam cum aromatibus meis. Per myrrham designantur hi, qui uel martyrio uitam finierunt: uel qui carnem suam crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs. Per aromata, generaliter omnes, qui bonorum operū sunt fama insignes. Metitq; myrrham suam cum aromatibus suis, quando martyres suos cum cæteris electis, ubi ad maturitatem quique donatæ sibi perfectionis peruenerint, quasi quadā falce mortis ab hac uita præcidit, atq; ad interna supernæ beatitudinis gaudia perducit.

Comedi fauum cum melle meo, bibi uinum meum cum lacte meo. Fauo comparantur hi, qui in literis sacris dulcedinem sensuum spiritualium inuestigare, atque ad salutem audientium elucidare prædicando nouerunt. Melli assimilantur, qui appositas sibi epulas uerbi libenter gustare, hisq; insatiabiliter uesci desiderant. Item in uino fortes ac summī cœlestium prædicatores: in lacte autē, infirmī adhuc auditores exprimuntur. Et cum horum omnium uitam diuersis quidem studiorum modis distantem, sed una supernæ retributionis spe communē internus arbiter approbat, quasi fauum cum melle comedit, uinumq; bibit cum lacte. Non solum autem ipse pijs electorum actibus delectatur, sed ad tale mentis conuiuium, id est ad congaui-

congaudendum bonis sanctorum desiderijs. fideles quoq; suos hortatur, dum subiungit:

Comedite amici mei, & bibite, & inebriamini charissimi. Id est, uos quoq;, qui mihi estis amici, faciēdo quæ præcepi uobis, estis & charissimi, me integra charitate amplectendo: obsecro itaque factis sanctorum, quasi epulis præcipuis præcordia uestra replete. Nec tantum hæc in memoriam reuocare curate, sed ipsam eorum memoriam ad imitationis fructum conuertite. Hoc est enim post esū, nos faui & mellis, post potum uini & lactis inebriari, non solū de mirandis bonorum uirtutibus gaudere, sed has quoque sequi, ac per earum retractationem, torporem nostræ mentis excutere: atque ad amorem æternorum uiuacius accendere. Eontrario dicit propheta quibusdā, Comedistis, & non estis saturati: bibistis, & non estis inebriati. Comedit namque epulas mensæ uitalis, sed non satiatur: bibit calicem salutaris, sed non inebriatur, qui uerba quidem scripturarum didicit, iustorum exempla cognouit, nec suam tamen uitam mutauit, mores uero cor rexerit. Bibit, sed non inebriatur, qui præcepta uitæ lætundus audit, sed ad hæc implenda torpens ac piger remanet. Si autem supra in sententiā Domini qui ait, Comedi fauum cum melle meo, & bibi uinum meū cū lacte meo: hoc significatum accipere uoluerimus, quod sanctos suos de hoc seculo ad cœlestia transtulerit, & in supernorum ciuium, qui sunt utiq; corpus eius, societatem introduxerit, conuersus erit, hæc eius, de qua nunc loquimur, admonitionem ad eosdem cœli ciues datā intelligi. Cum enim se dixisset fauum cum melle suo comedisse, & bibisse uinū cū lacte suo, id est sanctos in cœlestis sui corporis augmentū collegisse: mox ad ipsos cœli incolas uultum, & uerba cōuertit, dicens, Comedite amici mei, & bibite, & inebriamini charissimi. Quod est alijs uerbis dicere, Cōgratulamini mihi: quia inueni ouem meam, quæ perierat. Et quidem aptissima comparatione fauo assimilantur ac melli illi, quos a cōstitutione mundi sibi placētes, Dominus a mortuis resurgens, secū ablatos ab inferis ad cœlestia regna subuexit. Ut melli uidelicet æquiparetur animarum dulcedo sanctarum, quas ad æterna in cœlos gaudia subleuauit. In fauo autem non minor felicitas eorum, qui in corpore simul & anima immortalī ad supernæ ciuitatis per illum meruerunt atria conscendere. De quibus Euāgelista manifestē testatur, Quia moriēte in cruce Domino monumēta a aperta sunt, & multa corpora sanctorū, qui dormierāt, surrexerūt. Et post resurrectionem eius uenerūt in sanctā ciuitatē, & apparuerūt multis. Qui enim resurgēte Domino resurrexerūt a mortuis, etiā eo cœlos ascēdente, simul ascēdisse credēdi sunt. Neq; ulla ratione illorū temeritati fides accommodāda, qui eos postea reuersos in cinerē, ac denuō in monumētis, quæ pridē patefacta sunt ab eis,

quibus paulo antē uirū apparuerūt, more mortuorū putāt esse reclusos. Comedit itaq; spon- sus fauum cū melle suo, cū Dominus uniuersos, qui sibi ab exordio uitæ huius fideliter seruiērāt, partim carnis immortalitate gaudētes, partim resurrectionis adhuc præmia præstolātes, ad uitā æternā perduxit: atq; una omnes ineffabilis gloriæ inter angelorū cōtubernia, beatitudine sublimauit. Hactenus sanctę Ecclesie decus & uirtutes plurimo Dominus sermone laudauerat, incipiēs ab eo quod ait, Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es, oculi tui columbarū. Quæ uidelicet laudatio eousque perducta est, ut ipsa etiam aduersis probāda opponeretur. Quod ubi agi cœpit, inuocat illa unicū eiusdē redēptoris auxiliū. Et ipse nihil uota moratus, sub myrrhę & aromatū uocabulo eos, qui uel pressuris probati, uel alijs erāt uirtutibus ornatī, supernam cōgregauit ad patriā. Sed & omnē sanctę Ecclesie uitā, quę in magistris distinguitur, & auditoribus suis, nomine faui mellis & lactis acceptam sibi esse declarauit. Quibus expletis sequitur uox Ecclesie desiderantis in abdito potius, ac silentio contemplationis Domino adherere, quam per laborem prædicationis, arma in se furoremq; accendere prauorum.

Ego, inquit, dormio, & cor meū uigilat. Ac si dicat, Cessantibus ad tēpus persecutionū statibus, aliquā uelam in præsentī etiā uita requiē in Domino cœpi habere: cuius ocio libētissimē uisā, iā toto cordis desiderio ad eā, quę finē nescit, requiē uigilare non cessō. Ego dormio, quia donāte eius gratia, aliquā uelam uita huius tranquillitate in colendo illū, perfruor. Nec tanto uidelicet labori prædicationis, quantū primitiua Ecclesia subiit, mancipata: nec tot pulsata cōstribus perfidorū, quot primo tēpore, innumera nascentis Ecclesie pertulere cateruæ. Et cor meū uigilat, quia quo liberius uaco ab incurribus externis, eo altius intus uideo, quoniam ipse est Dñs. Hæc quidē Ecclesia sancta dicit in eis, qui serenitate uitæ temporalis, psalmis, ieiunijs, & ceteris uitæ tēporalis, orationibus & eleemosynis, quietioribus actibus Domino seruire cupiūt. Verū quia laboris est hæc uita, nō requiet, mox excitantis se Dñi sentit uocē, atq; ad sudorē prædicandi cohortantis: ut meminerit sibi in tempore huius exilijs, desiderate quietis, nec abnegatū penitus gustū, nec perfruitionē æternaliter datā. Sequitur enim:

Vox dilecti mei pulsantis, Aperi mibi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea. Pulsat enim dilectus ad ostium nostrum, cum nos Dominus ad profectum uirtutum excitat, cum de acquiritendis promissis regni gaudijs admonet: sicut & nos ad eius pulsamus ostium, cum ab eo profectum uirtutum, cum ingressum regni querimus: memores nimirū promissis ipsius, qui ait, Pulsate, & aperietur uobis. Sed & ipse ad ostium nostrū se pulsare declarat, cū dicit, Ecce sto ad ostium, & pulso. Si quis audierit uocem

uocem meam, & aperuerit ianuam, introibo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Duobus autem modis pulsanti Domino aperimus, cum uel cordis nostri aditum ad suscipiendum feruentium amorē illius, quem iam aliquantisper habeamus, pandimus: uel certē proximorum corda ad suscipiendū eum, quē necdum habuerūt, timorem uel amorem eius prædicando referamus. Est & tertia Domini ad ostium nostrum pulsatio, cū nos de hac uita rapiendos, præmissis infirmitatibus admonet. De qua ipse in Euangelio, Et uos, inquit, similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando reuertatur à nuptijs, ut cum uenerit & pulsauerit, confestim aperiant ei. Confestim autem Domino sic pulsanti aperimus, si mortem læti excipimus, neque ad iudicium eius induci formidamus, cui nos in bonis operibus placuisse, quē nos semper honorasse meminimus. Iuxta Psalmistam, Et honor regis iudicium diligit. Verūm hoc in loco Dominus, si diligenter cōsideratur, illam potius apertionem animæ fidelis, quæ in eruditione fit proximorū, querere uidetur. Constat enim, quia suum ipsa cor illi aperuerat, quia carnis absoluta uinculis, ad illū egredi desiderabat, quæ dicere ualebat, Ego dormio, & cor meum uigilat. Constat, quia iam ad ipsam intrauerat dilectus, quem tot & tātorum nominum honorabat insignibus: ut diceret, Soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea. Soror mea, quia regni mei cohæres effecta. Amica mea, quia iugum seruitutis egressa, arcanorum meorum conficia facta es. Columba mea, quia spiritus mei dono illustrata. Immaculata mea, quia secreta à negociosis actibus, diuinis es sublimata aspectibus. Sed cū dicit, Aperiri mihi: eorum proculdubio mentes, qui necdum his omnibus erant digni, prædicando sibi aperiri requirit: ut etiā sequentia uerba declarant, quibus dicitur,

Quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium. Caput Christi est Deus, ut Apostolus dicit: cincinni autem eius, cœlestia sunt in mente fidelium eius cogitationes, quæ non sparſe defluunt, sed per disciplinam confictæ subsistunt. Ros uerò & guttæ noctium, quæ in medio tenebrarum cum frigore ab alto decidunt, iniquorum sunt mentes, obscuræ nimirum & cæcæ, & ea quæ in terris sunt, semper appetentes. De qualibus dictum est: Quia abundante iniquitate refrigescer charitas multorum. Præcepit autē Dominus, ut diligamus ipsum, diligamus & proximum. Sed cū ipsum minore, quā debemus, amore ueneramur, cū multi etiā, quod peius est, nullo prorsus erga ipsum charitatis affectu tenentur, quid nisi caput Christi plenum est rore? Et cum prauū quique famulis quoque Christi sese in custodias suæ mētis colligentibus, ac sui conditoris amoris arcibus adherentibus, odiū pro dilectione impendunt, non ne cincinnati

eius guttis noctium madent? & prementia se frigora cæcæ persecutionis grauer tolerant? Vbi ergo huiusmodi tempus ingruerit, merito excitat Dominus Ecclesiam desomno studiorum dulciū, quibus oblectatur, eamque uerbo prædicationis insistere, ac frequenti exhortatione corde prauorum calefacere, illustrare, ac sibi aperire præcipit, quæ contra illum clausa erant: ut ingrediēs possit habitare per fidē, malens eam ad plurimorum salutem, per laborem peruenire, quā in paucis, qui saluati fuerāt, quietem habere, tametsi cœlestium bonorum crebra meditatione laudabilem. Prouocata autem ad laborem prædicandī, respondet Ecclesia Domino:

Expoliavi me tunica mea, quomodo induar, illa? Ac si aperte dicat, Deferui negocia rerū infirmarū, qua ratione repetam? Qui enim se ab officium prædicationis accingit, quicquid regendarum sollicitudinem suscipit animarū, restat ut ad prouidenda eis quibus æterna prædicat, temporalium quoque necessitatum subsidia inuigilet. Ideoque Ecclesia in eis, qui suā & in secreto curam agere malunt, quā molestiis laboriosa, rum actionum occupari, exuisse se tunica sua, nec denuō indui posse commemorat. Nam quia tunica occupationes huius seculi figuratē denunciat, testatur ipse Dominus, cum de aduentu nouissimi sui examinis loquens ait, Et qui in agro est, nō reuertatur tollere tunicam suā: mylticē admonens, ut qui erga profectus fructuum spiritalium manum mentemque occupauerat, ne ad oblectamenta mundi, quæ abiecerat, appetenda redeat.

Lauī pedes meos, quomodo inquinabo illos? Iam meas cogitationes, quibus aliquando terram tangere solebā, frequentibus secretæ compunctionis fletibus ablui, & quantum moribus possibile erat, cœlesti ingressu dignos reddidi: ita ut dicere possim, Quia stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Hierusalē. id est, etsi necdum ipsa supernæ ciuitatis moenia intrare promerui, iam tamē intantum cogitationes meas purificare studui, ut in itia quædā non parua gaudiorū illius fixo sapius intuitu cordis me prælibasse meminerim: & quomodo fieri potest, ut à culmine contemplationis egrediens, rursum mundi sordibus polluar? Excepta enim sollicitudine, quam diximus temporalium subsidiōrum, difficile est multum, ut non doctor etiam eximius, aliqua aut iactantia culpa nō nunquā permoueatur, aut itre uidelicet, si non diuina & cœlestia loquens, humiliter audiat: iactantia uerò, si humiliter obediens sibi, multas Domino credentium plebes acquirat. Turbat ira, si reprehenditur: inflat iactantia, si eius sermo laudatur. Hinc Iacob ait: Nolite plures magistri fieri fratres mei, quoniam maior iudicium sumitis: in multis enim offendimus omnes. Hinc ipse Dominus redeuntibus à prædicatione discipulis pedes lauit: significās, quia nec ipsi summi prædicatores possint omnibus

omnibus saltem cogitationū, quibus terram contingunt, carere peccatis. Sed hæc tamen ipse, qualiacumque sint, propitius abluat. Oblectatur ergo sancta Ecclesia suauibus ac salubribus uitæ quietæ studijs, in eis qui talium esse experti meruerunt: munusque prædicandi excusat, dicens quodammodo cum Mose: Obsecro Domine, mitte, quem missurus es. Verūm quia Dominus amorem erga se nostrum, in proximorū maximē uult amore cognosci: unde Petro ipsum se amare tertio profitentī, tertio respōdit, Pasce oues meas: apte subdit,

Dilectus meus misit manum suam per foramen, & uenter meus intremuit ad tactum eius. Manum quippe suam dilectus per foramen mittit, cū nos Dominus occulta inuisibiliter compunctione ad opus uirtutum accedit. Manum suam ad nos pauſare cupientes mittit, cum nobis ad memoriam reducit operationem suam, quam operatus est in nobis, non solum uidelicet, ut homines essemus, sed etiā ut ipsius essemus. Manū suam mittit ad nos, cum nos admonet operationis, quam operatus est in se pro nobis, cum de sinu patris ad publicum nostrum egressus, nō tantum incarnari, & in terris cōuersari, ut nos faceret spirituales & cœlestes, uerūm etiā mori, ut nos perpetuō uiueremus, dignatus est. Vnde merito uenter noster ad huiusmodi tactum eius intremiscit, quia nimirum recordata misericordiae eius operatione, conscientia nostra pauescit: iuxta illud propheticum, Consideraui opera tua, & expaui, atque ad curādam proximorū salutem, pro qua Deus incarnatus est ac mortuus, quam ualer assurgere, festinat. Solet namque uentris nomine cor designari: quia sicut in uentre cibi excoquantur, ita cogitationes in corde sedula retractione matureſcūt. Hinc etenim Hieremias, Ventrē meum, inquit, uentrem meū doleo. Quid namque prodesset auditoribus, si doctor suus uentrē suum se dolere quereretur? Sed multum in eis conferre studuit, attestando reprobis eorum actibus suam quoque conscientiam turbatam, ac dolore intimo esse repletam. Potest autem uentris nomine, ipsa mollities & infirmitas accipi eorum, qui doctrinæ officium suscipere: uel quia minus se idoneos aestimāt, trepidant, uel quia ocio suæ quietis oblectantur, refugunt. Et ad tactū dilecti, uentris intremuit sponsa, cū ad instinctum diuinæ compunctionis, infirmi Ecclesiae, torporem ignauiae discutiūt, seseque ad exercitium boni operis accendunt, nec non & ad consulendum proximis, prædicando assurgūt. Hoc est enim quod sequitur:

Surrexi ut aperirem dilecto meo. Aperire namque Domino, hoc loco uerbum Domini prædicare significat. Aperimus quippe Domino, non solum cum aduentum ipsius nostro in corde per amorem suscipimus, uerūm etiā cum eos, qui corda sua contra ueritatem claudere solebant, ad hanc recipiendam instruendo cōuertimus. Et bene se sponsa ut aperiret dilecto,

surrexisset commemorat: quia necesse est omnimodo, ut quisque ueritatem prædicare disponit, prius ad agenda ea quæ doceat, assurgat, ne forte alijs prædicans, ipse reprobis efficiatur. Cui subiuncta uerba conueniunt, dum dicitur,

Manus meæ stillauerunt myrrham, digiti mei pleni myrrha probatissima. In manibus enim opera, quæ per manus fiunt: in digitis accipitur discretio, per quam opera diriguntur. Quia nimirum nulla nostra membra plurimis distincta articulis, nulla flexibus sunt aptiora quā digiti. Hinc est enim, quod Dominus sententiam de adultera daturus, primo digito scribebat in terra, ac sic iudiciū, quod petebatur, explicauit: mysticē nos admonens, ut quotiens alios castigare, uel iudicare disponimus, prius humiliati, nostram cōscientiam solerti discretionē exculpamus, considerantes sedulo, ne & ipsi tentemur. Dicitur autem sapius, quia myrrham continentiam carnis, & martyria significat. Vnde patet sensus: quia manus sponsa stillant myrrham, cum operibus continentiae se macipar anima sancta. Et digiti eius pleni sunt myrrha probatissima, cū se discretionē sollicita examinans, inuenit supernæ tantū retributionis intuitu continenter uiuere. Nā qui humanæ laudis gratiæ studēt, qui teste ipso iudice: receperunt mercedē suam, hi nimirum myrrham stillare uidentur ē manibus, sed nequaquam digitos probatissima habēt myrrha repletos: quia etsi non solum facultates pauperibus, uerūm etiā mēbra tradunt igni, si charitatem nō habuerint, nihil eis prodest. Quia ergo is, qui alium docere uult, ipse debet & ab illecebris abstinere carnalibus, & ad patiendam pro confessione fidei esse paratus: rectē cum diceret, Surrexi ut aperirem dilecto meo, cōtinuō subiunxit, Manus meæ stillauerunt myrrham. Et quia eandem continentiam uel passionem, æternæ solum mercedis intentione fieri oportet, rectē subintulit, Digiti mei pleni myrrha. Item manus sponsa stillant myrrham, cum operarij illius, id est doctores sancti mortificationi salutiferæ corpus subiiciūt: & digiti eius pleni sunt myrrha probatissima, cum in tantum tribulationibus proficiunt, ut inuincibilis etiam eorum declaratur esse patientia: iuxta illud Apostoli, Sed gloriamur in tribulationibus: scientes quia tribulatio patientiam operatur: patientia autē probationem, probatio autem spem, spes autem non confundit.

Pessulum ostij meij aperui dilecto meo. Pessulum ostij sui sponsa dilecto aperuit, cum anima quæque electa templum sui pectoris diuina uisitatione atque in habitatione dignum fecerit. Pessulum ostij dilecto pulsanti aperit, cum inspiratione subita, ad desideria cœlestium accensa fatagit latius sinum mentis ad accipiendum gustum eiusdem supernæ dulcedinis aperire. Dixerat enim supra, quia dilectus missa ma-

nuper foramen se tetigerit, ac tremore concussit. Cuius tactu uehementer inflammata, cupit iam non per angustiam foraminis, eius manu contingi, sed patefacta cordis ianua, felicissimo eius amplexu perfrui: id est suauitate diuinae illustrationis, quam raptim iam & permodicè senserat, plenius satiari. Verum quia perfecta aeternorum gaudiorum uisio nulli in hac uita electorum conceditur, quae cunctis in alia uita iustis pramiorum loco referuatur, rectè subditur:

At ille declinauerat, atque transferat. Hoc est enim quod Pfalmista ait, Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Nam quanto se altius humanum cor ad contemplandam diuinæ uisionis gloriam fide & oratione purificatum sustollit, tanto altius inuenit esse, quod quaerat, & ad quod promerendum tempore promissæ retributionis ascēdat. Cui simile Ecclesiastes, Dixi, sapiēs efficiar: & ipsa longius recessit à me, multoq; magis quam erat. Nec prætereundū quod non ait simpliciter, Ostium meum aperui, sed pessulum, inquit, ostij mei aperui dilecto meo. Clauserat enim pessulo in altum demisso cōclauē sui cordis, ne quis hoc prophanus, aut insidiator intret. Iuxta illud Salomonis, Omni custodia serua cor tuū: quoniam ex ipso uita procedit. Aperuit item dilecto, ut repulsis immūdorū turbis omnibus, liberum in se locum conditori præberet. Nec repugnare putādum est, quod supra diximus, aperire sponsam dilecto guttis noctium, ac rore argenti: cum Ecclesia uel anima fidelis, cor proximorum ad laudem conditoris, quem nesciebant, uel non curabant, accendit. & nūc eam interpretamur pessulum ostij sui eidem dilecto referare, in eo quod ipsa per profectū compunctionis, suam mentem latius eius in gressu patefecit. Vno enim eodemq; fit utrūque momento: quia nimirum interna aspiratio, quemcumque ad colligendas Deo animas accendit, ipsum pariter ad amorem, eiusdem conditoris ardentius solet accendere. Nec alia causa quempiam rectè ad docendum, quam amor Dei concitat. Et dum quisque docendo animam proximi ad rapienda diuinæ pietatis dona pandere delectatur, suam pariter mentem necesse est hæc agendo innouet, atque ingressu gratiæ coelestis largius dilaret. Denique sequentibus uerbis manifestè innotuit sponso quantum proficeret, dum præcordia proximorum, quæ obscura uiderat, Domino aperire curabat: grauius ferens eum, quem ipsa tantisper ardebat, infideli aliorum torpore, quasi rore nocturno, guttis que grauari. Nam sequitur:

Anima mea liquefacta est, ut dilectus locutus est. Quanto suauius, inquit, uocem atque uiciniam dilecti mei per foramen secretæ compunctionis accepi, tãto sublimius quicquid in me erat frigidū, incaluit: quicquid rigidū, liquefactū est: adeo ut nihil nisi in lachrymas resolut, dulce

habuerim: & quem me ad punctum sua gratia cōingentem retinere nequiveram, abscedentem iam fletu requirere, gemituq; delector. Et hoc quoque mihi liquefcenti à rigore pristino, & effudenti in me animam meam, non parum dedit augmenti, quod multorum refrigerare charitatem intueor: conquerente ipso quod noctium guttis, id est, tenebrosis prauorum sit tumultibus obsitus. Et quia dissipauerunt iniqui legem eius, ideo ipsa magis magisque mandata eius super aurum & topazion diligere curauit.

Quæsiui, & non inueni illum: uocauit, & non respondit mihi. Hæc eorum in sancta Ecclesia uox est, qui consuerunt transcēsa labentium rerum sollicitudine, summis tantū incedere bonis, ac patriæ coelestis amare semper ingressum. De quibus dubium nō est, quia non una eademq; uis dulcedinis semper, ut uolunt, desiderio supernorū possint affici: quia nimirum hæc uirtus non in arbitrio eleuata ad superna mentis, sed in dono est tantū eleuantis atque illustrantis Dei. Quotiescunq; ergo anima casta, uel egredi cupit ad Dominum, uel in carne posita, gustu futuræ beatitudinis attolli, nec tamen statim, quod deposcit, impetrat: tunc nec esse est gemebunda dicat, Quia quæsiui illum, & non inueni: uocauit, & non respondit mihi. Inuenitur namq; semper à bene quærentibus, ut miseretur, respondet semper à bene uocantibus, ut perpetuam consulat ad salutē. Sed non semper ad hoc respondet, aut se inueniendum offert, ut quod in patria peruenientibus pmittit, hoc in itinere huius exilij adhuc pergentibus proroget. Deniq; quotidie sapius genu flexo dicamus patri, Veniat regnum tuum, nec nos exaudiri diffidimus, nec statim, quod postulamus, accipimus, sed effectum nostræ precis, donec in fine consequamur, patienter, gaudentesq; sustinemus.

Inuenierunt me custodes, qui circumuecti ciuitatem, percussierunt me, & uulnerauerunt me. Custodes, qui circumuecti ciuitatē, sancti sunt doctores, quibus Ecclesie cura delegata est: ut eā uidelicet, uel uerbo uel exemplo, & ab incursione prauarū tententur doctrinarum, & ad conditoris sui timorē ac dilectionem magis magisque succendant. Hi etenim ciuitatem circumuecti: quia in omnibus sanctæ Ecclesie locis quaqua uersum toto orbe distenditur, eorū uel præsentia corporis, & uiua uox, uel in scripta literis doctrina, siue opus inuenitur. Qui sponsam, quæ sit dilecti fatigatā, inuenientes percussierunt ac uulnerant: quia animam, quam superno amore anxiam reperiunt, uerbo suæ doctrinæ amplius inflammāt. Et dum in ea quicquid terrenū remansisse deprehēdunt, extinguunt, eamq; ad infima cuncta uelut insensibile reddunt, quasi hanc percussientes uulnerant. Cum enim describens armaturam Dei, Apostolus dicat, Et gladium spiritus, quod est uerbum Dei: quid mirum, si percussus dicitur & uulneratus, qui

quod hoc gladio tangitur? Huius siquidem icteru gladius uulnus accipitur illud, de quo dicitur alibi, Vulnerata charitate ego sum.

Tulerunt mihi pallium meum custodes murorum. Custodes murorum, iidem summi doctores sunt, cum eos quoque, qui Ecclesiam gubernare ac munire sufficiant, instruere satagunt. Credo Timothæus, Titus, & ceteri huiusmodi operatores ueritatis, muri erant ciuitatis Dei. Et Paulus, cū eisdem exhortatoria dat præcepta, quid, nisi custos intelligendus est murorum? Custodem esse se namq; ciuitatis, quam sollicitus circumiret, ostendit, cum uirtutes suas enumerans ait, Præter illa quæ extrinsecus sunt instantia, mea quotidiana sollicitudo omnium Ecclesiarum. Custodem se item murorū esse docuit, cum Timothæo dicit, Tu uerò uigila: in omnibus labora: opus fac Euāgelistæ: ministerium tuū imple, & cetera huiusmodi. Et ad Titum, Ideo, inquit, reliquit te Creta, ut ea quæ desunt, corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros: sicut & ego tibi disposui. Tollunt autem pallium suum sponsæ percussæ, & uulneratæ custodes murorum, cum Apostoli, uel apostolici uiri animæ cuiuslibet diuini amore attractæ, retinacula uasentium rerum auferunt: ut infimis expedita curis, liberiore cursu faciem sui conditoris requirant. Pallium namq; idem, quod supra tunica: ubi ait, Expoliam me tunica mea, rerum terrestrium implimenta designans.

2. Tim. 4.

Tit. 1.

xxii.

Gal. 6.

Adiuo uos filia Hierusalem, si inuenieris dilectum meum, ut annuncietis ei, quia amore languo. Merito languet amore sponsa, cum gladio spiritus percussa ac uulnerata, carnalis amicitia cupiditatis exiit: quia quantum in Deo conualescit anima sancta, tantum ad seculi huius affectum, quasi debilis efficitur, & infirma. Nec mirandum si languere dicatur anima perfecta ad ea quæ mundi sunt, cum Apostolus eos, qui mundum perfectè reliquerunt, mortuos appellare non dubitet. Mortui enim estis, & uita uestra abscondita est cum Christo in Deo. Et de seipso, Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Filia Hierusalē ciues sunt patriæ coelestis, qui partim adhuc peregrinantur in terra: partim iam regnant in illa. Verum hoc in loco cum dicitur, Adiuo uos filia Hierusalem, si inuenieris dilectum meum, ut annuncietis ei, quia amore languo: illam eius partem uidetur alloqui, quæ in terris uersata, necdū perfectè Dominum uidere meruit: quem tamen sapius inuenit, cum suo illum in pectore per amorē recipit. Has ergo filias Hierusalem ad iurat sponsam, ut si inuenierint dilectum ipsius, nunciet ei, quia languet. Nos quippe sumus sponsa hæc, & amica eiusdem Dei & Domini nostri, in quantum ei adherentes, unus cum eo spiritus efficitur, & cum aeternorum desiderijs accensum, atque eius, quem nondum uidemus, conditoris nostri faciem suspirantes uenimus ad famulos illius, quos angelicam in terris uideui

tam credimus, eosq; subnixi petimus, ut tempore deuotæ suæ orationis, nos quosque Domino commendent, ac pro nobis interueniāt, ut eius uidere uultum mereamur. hoc est profectū quod agimus, adiurantes filias Hierusalem, ut amoris nostri magnitudinem ad Deū referant: & pro eius uidenda gloria, nobis æquē, ut sibi supernum possant auxilium. Unde & tale per omnia ab eisdem filiabus Hierusalem responsum redditur, quod deuotæ fidelium collationi manifestè congruat. Nam sequitur,

Qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adiurasti nos? Quod est apertè fratrem fidelē fratri fidelis dicere: Obsecro, quia charitate redemptoris te feruere cōperio, mihi quoq; de eo uerba facias: me saluari exhortatione cōfirmes, quatenus meo in corde charitas eadē eius beneficijs ac donis augeat. Et quidē iam dudum timorem eius habere, peccatorum meorum concitius coepi, sed nunc proficiente mentis robore, securior iam factus de ueniā peccatorum, de charitate eius aliquid audire delector. Dic ergo age, qualis est dilectus tuus ex dilecto: hoc est, ex ea parte qua diligere debeat, potius quam timeri. Huiusmodi uerbum habes, & in cantico Esaie, Vineam factam est dilectio in cornu, in loco uberis: & cetera, usque dum ait, Vineam, sabaoth, domus Israel: & homo Iuda, nouellum dilectum. Potest autem dilectus ex dilecto, filius ex patre intelligi, sicut lumen de lumine, Deus de Deo, idem rectè creditur & consuetur. Sicut enim una charitas, & una deitas patris & filij: sic est & una dilectio, Ioanne attestate, qui ait, Et omnis qui diligit eum, qui genuit: diligit eum, qui natus est ex eo. Sequitur condigna quærentibus à parte sponsæ responsio.

xxii.

1. Ioan. 3.

xxiii.

Mat. 3.

Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex milibus. Candidus, quia in carne apparens, peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: rubicundus, quia lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Et bene primò candidus, deinde rubicundus: quia primò sanctus uenit in mundum, & postmodum sua passione cruentus exiit de mundo. Electus ex milibus, quia ex omni genere humano unus mediator Dei & hominum, per quem mūdus reconciliatus, assumptus est, à Deo solus mortalium de celo audire dignus fuit. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacuit: id est in quo nil uitij, quod me offenderet: & omne pōdus uirtutis, in quo gauderem, inueni. Unde bene de illo dicit Ecclesiastes, Virum de mille unum reperit: mulierem ex omnibus nō inueni. Subaudis, perfecta iustitia refulgērem. Hoc enim in his uerbis debere intelligi, subiuncta sententia declarat, qua dicitur: Solummodo hoc inueni, quod fecerit Deus homines rectos, & ipse infinitis miscuerint quæstionibus.

Caput eius aurum optimū. Dicit Apostolus, quia caput mulieris, uir: caput uiri, Christus: caput

autem Christi, Deus. Quod uidelicet caput, aurum est optimum: quia sicut auro nil preciosius aestimatur in metallis, ita singularis & sempiterna Dei bonitas iure omnibus, quae ipse fecit, bonis antecellit.

Comae eius elatae palmarum, nigrae quasi coruus. Comae capitis dilecti, cateruae sunt sanctorum, quae Deo fideli famulatu adherent. Meritoque elatis palmarum assimilantur: quia dulcedinem perpetuae remunerationis expectant. Vnde est

Psal. 91.

& illud Psalmographi, Iustus ut palma florebit. Merito nigrae quasi coruus dicuntur: quia non hanc a sese habere dulcedinem posse, sed ab illo sperant accipere, qui ait: Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in uite: sic nec uos, nisi in me manseritis. Immo nil ex sese, nisi tenebras fuisse deprehendunt, admonente Apostolo, Quia fuitis aliquando tenebrae, tunc autem lux in Domino. Nec mirandum est, nos ante lauacrum regenerationis nigredini esse comparatos coruorum: cum ipsis apostolis iam se sequentibus

Ephes. 5.

magistra ueritas dicat: Si ergo uos, cum sitis mali, nostris bona data dare filijs uestris. Sed & legislator, uideamus an in comis sponsi coruinum aliquid inter elatas deprehenderit palmarum: Conspicita siquidem luce diuinae gloriae, mox tenebras humanae prauitatis agnouit, ac redarguit dicens: Dominator Domine, Deus misericors & clemens, patiens & multe

miserationis, & uerus, qui custodis misericordiam in milia, qui aufers iniquitatem & scelera atque peccata, nullusque apud te per se innocens est. Comae igitur sponsi, id est cohortes iustorum, sicut elatae sunt palmarum: nigrae, quasi coruus, quia per misericordiam quidem dominatoris ad gaudia uictoriae tendunt, sed per sese cognoscunt. Potest autem hic uersiculus, & de his, qui in caelesti patria, suo conditori

eternaliter adherent, spiritibus accipi: qui, quoad altius gloriam incommutabilis & perpetuae maiestatis aspiciunt, eo uerius omne quod creatum est, quam sit infirmum ac uile, perpendunt. Apponius, comas sponsi, uirtutes angelorum interpretatur: & addit dicens, Elatae uero palmarum, quae dixit, docuit praedicta ministeria nunquam inclinari a sua potentia, sicut officio, sed semper sublimia permanere: sicut palmarum comae semper uiroris uirtutem tenentes, in sublimi elatae sunt. Iulianus de his ita loquitur, Comae etiam alia comparatione signantur, quae tamen & cincinorum forma fulgorem auri uideatur imitari. Comae eius, sicut elatae palmarum, ut crispae nimirum uideatur, & rutilae. Et paulo post, ac si diceret: Diuinitati sanctorum eius, & hominum & angelorum famulatur cohortes, & honorem regis continua laude concelebrant: atque ita sunt ministerij sui dignitate conspicuae, ut palmarum instar excellant, auri instar resplendant. Sed tamen adeo illum, cui obsequuntur, intelligunt, ut non solum nil elationis assumant, ceterum praenimia humilitate

fuscae, nigraeque uideantur. Porro alia translatio, pro elatis palmarum, unum nomen posuit, crines eius abietis. Et quidem scimus, quod abies, graece elatis uocatur, & nunquam marcoris infirmitate commutatur. Vnde uidetur elates hoc loco Graecum esse uerbum, non latinum, hoc est nomen arboris proprium. Quod etiam Plinius Secundus astruere uidetur, cum de uinguentis scribens, dicit: Est praeterea arbor ad eadem unguenta pertinens, quam alij elatem uocant, quod nos abietem, alij palmam, alij spatham. Quibus uerbis coniici datur, quod elatae sunt arbores, similitudinem habentes aliquam palmam uel abietis, unguentis apte conficiendis. Quas ideo noster interpret elatas palmarum, id est abietes palmarum dixit, ne uulgare genus abietum, quod aedificijs & nauigijs conuenit: sed speciale, quod unguentis aptum est, intelligamus, quod & figuris apte conuenit. Comae enim sponsi, unguentorum comparatur arboribus, quod sanctorum cateruae, quae familiariter suo conditori, uelut comae capiti adherent, uirtutibus sunt gratia refertae: quibus cum diuina maiestati sedula obsequuntur, quasi comae unguentorum similes caput ornant sponsi. Denique Maria Magdalena caput Domini nardo perfundens, capillos eius in magne mysterij deuotionis elatis palmarum, id est aromaticis arboribus similes reddidit.

Oculi eius sicut columbae super riuos aquarum. Quod in oculis sponsi typice debeat intelligi, Ioannes aperit, cum se agnum uidisse commemorans, habentem cornua septem: confestim exponendo adiunxit, Qui sunt septem spiritus, demissi in omnem terram. Septem autem spiritus dicit, septem dona unius eiusdemque spiritus: quae Esaias notissimo diuinae operationis ordine distinguit. Quia spiritus sanctus disciplinae effugiet fictum. Delectatur autem sede

illarum mentium, quae se instar aquarum uiuentium, reddunt lucidas: quae nil sibi sordidum, nil tenebrosum, nil quod non ab omnibus ueri amatoribus, immo ab ipsa ueritate: quae corda scrutatur & renes, probari debeat, in esse patiuntur. Et bene, non super stagna aquarum, sed super, inquit, riuulos aquarum. Si enim requiras quod deriuentur, quod surgant haec aquae, prodit ipse fons uitae de quo oriuntur, id est Dominus noster: de quo habent corda electorum, quicquid mundum ac

lucifluum habent. Fiet, inquit, in eo fons aquae salientis in uitam aeternam. Nam qui munditiam quidem, uel sermonis uidetur habere, uel operis, sed ad caelestia regna per eandem munditiam tendere ut dissimulant, aut ignorant: hi profecto non riuulis, sed stagnis adaequantur aquarum. Qui uero aperti in se sordibus locum malignis praebent spiritibus, tales non aquis mundis, sed uolutabris lutis magis, quibus sues gaudent, assimilantur. Sues ego paludibus, columbae riuulis delectantur aquarum: quia in peccatoribus immundis, aptam spiritus

immundi

immundi mansionem usurpant. Beati autem mundi corde, quoniam ipsi Deum uidebunt, & diuinorum charismatum luce replentur. Quae uidelicet charismata, quia gratis, fidelibus & sola supernae beneuolentiae causa dantur, apte subditur:

Quae lacte sunt lotae, & resident iuxta fluuenta plenissima.

Recte etenim lactis nomine, dona supernae largitionis & pietatis indicantur: quia nimirum matres, quae paruulos nutriunt foetus, gratuito eis, ac naturalis causa dilectionis alimentum lactis ministrant. Lacte ergo sunt lotae columbae, quibus oculi assimilantur sponsi: quia gratia salui facti sumus per fidem, & hoc non ex nobis. Dei enim donum est. Ita autem haec columbae, id est donationes spiritus, lacte lotae dicuntur, quae nunquam sordis aliquid habuerunt: quomodo dicitur a Psalmista: Eloquia Domini, eloquia casta: argentum igne examinatum, probatum terrae, purgatum sepruplum: cum constet ea nil unquam terrenae pollutionis habuisse, quod deberet igne purgari. Sic ipse coeternus patri filius, & recte creditur ex patre natus, & nunquam fuisse non natus, recte, ueraciter confitetur & creditur. Et alia huiusmodi habes in scripturis innumera. Quae etiam columbae iuxta fluuenta resident plenissima, quia quaecumque corda amore uirtutum re-

dundant, haec gratia spiritualis inhabitare libentissime solet, ut ea sublimiori respectu suae praesentiae illustret, quae puritate sincere intentionis ad caelestia gna uiter tendunt. Si autem in oculis Domini praedicatores uerbi eius intelligere uolumus, inueniemus hos sicut colubas esse super riuulos aquarum. Sicut columbas quidem, quia simplices: super riuulos uero aquarum, quia spirituali sunt gratia dirati. Qui per riuulos aquarum saepe designantur, quia scripturis sanctis, quae & ipsa uocabulo aquarum crebro figurantur, uigilanter intendunt, quibus edoceri, facilius insidias diaboli dinoscere ac declinare ualeant. Colubae siquidem super riuulos aquarum non solum propter potum, uel lauacrum, uel loci amenitatem ac munditiam residere solent: sed ea non minus intentione, ut uenientis umbram accipitris, in aquarum perspicuitate prauidere, ac sic imminens ab hoste periculum euadere possint. Cuius figura natura in propatulo est, quia iurgi diuinorum eloquiorum meditatio-

ne opus habemus, ut uel facta sanctorum, uel dicta legentes, quo nos genere apertae impugnationis antiquis hostibus, quibus fraudum machinis debellare ac supplantare conetur, sollicita mente perscrutemur. Moxque ubi futuras eius insidias perspicimus, unicum nobis refugium foramina petre nostrae, id est Domine cae fidei praesidia intremus, ac signo nos passio-

nis illius defendere studeamus. Sed & caueram macerata cito uolatu petamus, id est sanctorum uel angelorum, uel hominum crebras pro nobis intercessionem apud misericordiam

pij conditoris quaeramus. Quod cum uniuersis fidelibus, tum illis maxime probatur esse necessarium, quibus non solummodo cura, sed & aliorum gubernandorum atque eruditorum est onus impositum. Haec sunt etenim firmissima ac tutissima sanctae Ecclesiae praesidia, propter quae superius a Domino audiuit, Surge amica mea, sponsa mea, & ueni columba mea in foraminibus petrae, in cauerna maceratae. Bene autem de eisdem columbis, id est spiritualibus uerbi ministris dicitur, Quae lacte sunt lotae, & resident iuxta fluuenta plenissima: ut primo omnium lauacro baptismi esse recreati insinuent. quod non absurde uocabulo lactis exprimitur: quia inter ea connumerantur sacramenta, quibus infantia sanctae Ecclesiae, uel nasci conueiuit, uel nutriti. Si quid autem inter riuulos aquarum, & fluuenta plenissima distare credimus, potest in riuulis aquarum, eruditio Testamenti ueteris accipi: cuius cultores ueraciter Deo dicere nouerunt, Filij autem

hominum in protectione alarum tuarum sperabunt. Videlicet ne insidijs aeriarum potestatum, quasi accipitrum unguibus, rapiantur. Inebriantur ab ubertate domus tuae, & torrente uoluptatis tuae potabis eos: quoniam apud te est fons uitae. Potest in fluentis plenissima perfectio doctrinae Evangelicae non inconuenienter intelligi: cuius tanta est plenitudo, ut nulla maior in hac duntaxat uita commorantibus esse possit. Quae ab alterutrum distinguens Euangelista dicebat, Quia lex per Moysen data est: gratia & ueritas per Iesum Christum facta est. Et quoniam utriusque Testamenti scientia doctoribus ueritatis concessa est, recte oculi Domini, sicut columbae dicuntur super riuulos aquarum, quae lacte sunt lotae, & resident iuxta fluuenta plenissima.

B E D A E P R E S B Y T E R I
IN CANTICA CANTICORUM, Liber quintus.

C Ena illius sicut areolae aromatum, costitae a pigmentarijs: labia illius, lilia distillata myrrham primam. Sicut in labijs Domini uerba, quae loquebatur, ita in genis ipsa modesta pietas simul, & seueritas uultus eius exprimitur. Si enim de puro homine recte dici potuit, Sapientia hominis lucet in uultu eius: quanto magis in uultu illius hominis, qui est Dei uirtus, & Dei sapientia, bene considerantibus, & summa uirtutis & sapientiae resplendebat: Genes, inquit, illius sicut aureolae aromatum, costitae pigmentarijs. Quomodo enim areolae aromatum decenter atque ordinate compositae, magnam spectantibus & odoris & aspectus sui gratiam praestant: ita apparens in homine mediator Dei & hominum uirtutum, siue doctrinae suae dulcedine praesentes illustrabat, & fama ad se per-

ZZ 3 trahebat

trahebat absentes. Pigmētarios autem, à quibus hæc sunt areolæ constitæ, prophetas & apostolos intellige, qui eius nō solum sermones, sed & mores sacris indidere paginis concordī profus relatione: hi futura incarnationis eius arcana, illi facta narrantes. Credo ad speciem genarum eius referendum, quod exultauit in spiritu, paruulorum fidei congratulans: quod dolebat super duritia cordis infidelium, quod resuscitaturus Lazarū gaudebat propter discipulos, ut crederent, quod flentes sorores, siue amicos eius intuens, fleuit & turbauit semetipsum, quod imminente passione cœpit contristari, & mœstus esse, quod nullum risu, uel superuacuis uerbis tempus indulgebat, quod non secundum uisionem oculorum iudicabat, neque auditum aurium arguebat, quod sicut ouis, ad occisionē ductus est, & quasi agnus coram tondente, sic non aperuit os suum. Labia autem illius, lilia distillantia myrrham primam. Lilia, quia claritatē cœlestis regni promittūt: distillantia myrrham primā, quia per contemptum uoluptatum presentium, ad hæc perueniendum esse prædicāt. Exinde, inquit, cœpit Iesus prædicare & dicere, Pœnitentiā agite, appropinquabit enim regnum cœlorū. Item labia illius, lilia, quia cādore nos sanctitatis renitescere iubet: distillantia myrrham primam, quia propter hanc conseruandam, quicquid aduersi occurrerit, fortiter nos sustinere præcipit. Lilia præferbat in labijs, cum auditores suos, pauperes spiritu, mites, lugentes, esurientes & sitientes iustitiam, misericordes, mundicordes, & pacificos esse docebat. Hisq; singulis mercedem perpetuæ beatitudinis repromittebat. addidit, Lilijs, & myrram: cum cōtinuō subiunxit, Beati qui persecucionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Item labia illius, ut lilia renitebant, cum in una eademq; persona, uerum se Deum, uerum docebat esse & hominem. Aureus quippe color, qui erat intus, ueritati diuinitatis, quæ erat in Christo, decenter aptatur, maxime quia trifarius est, quasi unam ac non discretam eiusdem sanctæ Trinitatis gloriam figurat. Candor uerò exterior assumptæ humanitatis munditiam competenter, & sanctimoniam designat. Sed & eadē labia myrrham distillantia primam, cum se diuinitate semper imparsibilem in homine, quem assumpserat, ut uicula, uerbera, sputa, opprobria, mortem esse passurum prædicebat. Labia ergo illius, liliorum & speciem imitantur, & odorem, cum dicit, Filius hominis uenturus est in gloria patris sui cum angelis suis, & tūc reddet unicuique secundum opus eius. Distillant myrrham primam, cum dicit, Primum autem oportet illum pati, & reprobari à generatione hac.

Manus eius tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis. Ordinatē post labia manus, id est opera, post uerba laudat Ecclesia sui redemptoris: quia quæ uer-

bis docuit, uirtutibus credenda esse monstrauit. Hinc est enim quod docēte illo in monte, admiratæ sunt quidem turbæ super doctrina eius. Sed ut admirationē fides sequeretur, descendens de monte, leprosum petentem solo manus attactu mūdauit. Hinc etiam est, quod admirantes facta eius, ciues ipsius dicebant, Vnde huic sapiētia & uirtutes? Sapiētia quippe ad labia, uirtutes referuntur ad manus. *Be-* Mar. 13.
ne autē manus illius tornatiles esse perhibet, ut & facilem ei potentiam & inenarrabilem agendi scientiam inesse designet. Constat enim, quia tornatura ceteris est promptior atq; inenarrabilior artibus. Nam qui in ascia, uel scalpello, uel bipenne, uel malleo operatur, & laboriosius multo operatur, & crebra appositione normæ ac solerti circumspectione oculorum, ne turtum faciat, indiget. At qui in circino tornat, non extrinseca eget regula: sed in seipso, quo utitur ferramento, directionem sui conseruare ualet operis. Manus ergo Domini tornatiles sunt: quia in promptu habet face re quæ uult, quia dicit & fiunt. Deniq; dixit, Tolle grabatum tuum, & ambula. Nec mora, surgens sustulit grabatū suum, & ambulabat, qui duos de quadraginta annos paralyticus facuerat. Tornatiles sunt manus illius, quia in se omnem iustitiæ regulam tenet. Non autem ut nostra paupertas, necesse habet in sacris discere literis, ne opus suum à uero deuiet. Denique dictum est de eo; Vnde hic literas scit, cū non didicerit? Inde autem sciebat, quia ipse erat literis & lege antiquior, imò ipsius legislatoris iudex. Tornatiles, inquit, aureæ plenæ hyacinthis. In auro nāq; quod metallis omnibus supereminet, diuinitatis excellentiam significari, crebra expositione patuit. Manus ergo eius aureæ, quod uirtutes, quas in homine gessit, diuinitus esse patratas nemo fidelis ignorat. Quæ rectē etiā plenæ hyacinthis esse referuntur, quia nimirum ad spem nos cœlestium, atque amore excitant. Hyacinthus quippe gemma est aerei coloris. In manibus tornatilibus habet Dominus hyacinthos: ut uidelicet uasa electionis, quæ præparat in gloriam, huiusmodi gemmis adornet: hoc est corda electorum suorum, supernæ gloriæ desiderio & expectatione latificet. Quod si in hyacinthis pigmēta huius nominis designata accipimus, neque hoc à congrua ueritatis significatiōe abhorret. Est enim hyacinthus pigmētum coloris purpurei, atque odoris iocundi. Vnde poeta, preciosa quæque in exemplum amoris congerens, addit: Munera sunt, lauri, & sua uerubens hyacinthus. Et manus Domini purpureis erant floribus plenæ, quia moriturus pro uita nostra, has in clauorum fixatione cruoris proprii rubore perfudit. Sed gemmas potius hoc in loco nomine hyacinthorū, quam flores esse intelligendos docet alia tralatio, quæ dicit: Manus illius tornatilia aurea plena tharisis. Tharisis namque apud He-

bræoa

bræoa nomen lapidis est, qui apud nos Chalcedonius uocatur.

Venter eius eburneus, distinctus saphyris. Venter fragilissimum in membris nostris locum tenet, quia nimirum & ossibus, quibus muniatur, caret: & illa quorum omne uulnus periculosum est, suo receptaculo complectitur. Ebur autem os est elephantis, quod nimia castitatis animal, & frigidū sanguinis esse ferunt. Vnde & mors eius à dracone crebris appetitur insidijs, utpote qui ardētia sua uiscera potatu eius sanguine refrigerare desideret. Saphyrus autem lapis, cuius coloris sit, testatur historia facta, quæ dicit, Et uiderunt Deum Israel sub pedibus eius, quasi opus lapidis saphyri, & quasi cœlum cum serenum sit. Venter ergo dilecti, fragilitatem humanitatis eius, qua nobis conformis erat, insinuat. Ebur decorem castitatis, qua à corruptione peccati carnis immunis in carne permansit, indicat. Saphyri, sublimitatem uirtutum cœlestiū, quibus in carne fulgebat, exprimunt. Venter, inquit, eburneus eius, distinctus saphyris. Ac si aperte dicat, Fragilitas quidem in illo substantiæ mortalitatis uera erit: sed hæc lasciuiæ mortalitatis splendida clarescet insignibus. Et pulchre uentrem eius totum quidem eburneum, non autem totū saphyris uestitum, sed distinctum esse saphyris dixit, ita ut partim ebur, partim appareant saphyri. Eburneus quippe uenter erat eius: quia fragilitas, quam induerat, peccato omni carebat: ita ut nō amplius in ea, quam in osse mortui elephantis uisiosi ardoris posset inueniri. Distinctus erat saphyris, quia inter passiones assumptæ humanitatis promouebat crebra iudicia perpetuæ diuinitatis. Ad fragilitatem namque humanitatis pertinet ipsum, quod paruulus natus est nobis: ad potentiam diuinitatis, quod de uirgine natus est: eadem que natiuitas, angelicis est prædicata uocibus, & celebrata mysterijs. Ad potentiam diuinitatis, quod indicio stellæ monstratur, adorandus à Magis: ad fragilitatem humanitatis, quod insidijs perfidæ regis patria fugatur. Ad fragilitatem humanitatis, quod duci & tentari à diabolo potuit: ad potentiam diuinitatis, quod illo uictō ac repulso, ministris honoratur angelicis. Ad fragilitatē humanitatis, quod aquam à Samaritana muliere postulat: ad potentiam diuinitatis, quod eidem fontem aque uiuæ se dare posse testatur. Ad fragilitatem humanitatis, quod fatigatur exitinere: ad potentiam diuinitatis, quod se sequentibus requiē pollicetur æternā. Ad fragilitatem humanitatis, quod in nauī dormit: ad potentiam diuinitatis, quia excitatus uentis & mari imperat. Ad fragilitatem humanitatis, quod crucifixus est & mortuus: ad potentiam diuinitatis, quod eius mortem elementa cum terrestribus etiam tremere cœlestia. Ad fragilitatem humanitatis, quod cōditus aroma-

tibus, ac sepultus est: ad potentiam diuinitatis, quod surrexit & ascendit in cœlos. Ad fragilitatem pertinet humanitatis, quod Esaias ait: Non est species ei, neq; decor, & uisimus eum despectum. Et paulo post: Et quasi absconditus uultus eius, & despectus: unde nec reputauimus eum. Ad potentiam diuinitatis, quod ait Ioannes: Vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à patre, plenum gratiæ & ueritatis. Distinctus est ergo saphyris uenter Christi eburneus, quia immaculata & incontaminabilis eius incarnatio, frequentibus refulsit miraculis diuinæ celsitudinis. Notandum enim, quod de saphyrino colore scriptura ait, quia talis sit speciei, quale cœlum, cum serenum sit. Nomine autem cœli sereni, sublimitas diuinæ maiestatis non incongruē figuratur, Psalmista attestante, qui incarnationem eiusdem redemptoris nostri describens ait: *A-* Ioan. 1.
summo cœlo egressio eius, & occurfus eius usque ad summum eius. Hoc est enim, quod ipse discipulis de se ait: Et credidistis, quia à Deo exiui: exiui à patre, & ueni in mundum: iterum relinquo mūdum, & uado ad patrem. Sed & ipsa sponsa in uentre dilecti sui eburneo, saphyri speciem uidit, cum primi sui pastoris uoce dixit, Tu es Christus filius Dei uerui. Quia nimirum in filio hominis sancto, innocente, impolluto, segregato à peccatis, puram diuinitatis plenitudinem cognouit.

Crura illius columna marmorea, quæ fundatæ sunt super bases aureas. Crurium Domini uocabulo, itenera incarnationis eius, quibus ad nostram uentre salutem dignatus est, insinuantur. Quæ bene columnis marmoreis conferuntur, quia & fortia sunt, & recta. Quid enim marmore fortius? quid est columna directius? An non firmitatem marmoris in cruribus eius conspexit Psalmista, cum ait: Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo: exultauit ut gigas ad currendam uiam? & cætera. An non & rectitudinem uidit columnarum, cum rursus idem dixit, Iustus Dominus in omnibus uisus suis? Hinc est enim, quod illo in cruce posito, nequaquam eius crura, tamen permittente præside, frangi, sicut nec scindi uestimenta potuerunt. Mansit quippe tunica intemperata, ut Ecclesiæ, quæ est uestis ipsius electa, non habens maculam aut rugam, nunquam uiolanda unitas signaretur. Mansere crura intacta, ut mysterium aduentus eius in carne, sacrosanctum & inuolabile, omni malleo prauī dogmatis perduret. Pilatus namq; os malleatoris interpretatur. Sed malleus, licet impius ore hæretico ferire dissonat, stant columnæ marmoreæ, qui icū ferientis firmisimè repellant. Infana licet doctrina, insanum quid de Domino dicat, stat Euangelica ueritas, quæ uincat. De quibus columnis aptè subinfertur, Quæ fundatæ sunt super bases aureas. Bases quippe aureæ, ipsa sunt cōsilia diuinæ provisionis, quibus æternaliter ante secula di-

ZZ 4 spoli.um

positum est, omne quod temporaliter in seculo crearetur: in quibus & ipsa Saluatoris nostri incarnatio, & nostra in illo salus prædestinata est, teste Apostolo qui ait: Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate. Et apostolus Petrus redemptos esse nos dicit precioso sanguine, quasi agni immaculati & incotaminati lesu Christi: & præcogniti quidem ante mundi constitutionem, manifestati autem nouissimis temporibus. Fundatæ sunt ergo super bases eius aureas columnæ marmoreæ, quibus crura Domini comparantur: quia cuncta Saluatoris nostri uestigia, quibus uel ad terras de cælo uenire, uel in terris conuersari, uel post terras ad inferos descendere, uel post inferos de sepulchro resurgere, atque ad cælos redire uoluit, firma sunt ut marmora, recta sunt ut cælum potentia, ut columnæ ad regulam sunt diuinæ præceptionis ordinata, ut fundata super bases aureas. De quibus uidelicet basibus ipse ait: Quia ego ex me ipso non sum locutus, sed qui misit me pater, ipse mihi mandat dedit, quid dicam, quid loquar. Et si uis scire, quare sint aureæ bases, audi sequentia. Et scio, quia mandat eius, uita æterna est.

Species eius ut Libani, electus ut Cedri. Quid, inquit, amplius singula membra eius describere laborem? totum in breui comprehendam. Quomodo Libanus mons Phœnicis famosus est altitudine, atque amplitudine insignis, ita Dominus noster omnibus, qui de terra orti sunt, iure gratiæ sublimioris antecellit. Sicut idem mons, nobilitatem ferax arborum, ita ille omnes sanctos suo præsidio, ne ad ima desiliant, extollit, atque in se radicatos, ne a uentis tentationum concuti ualeant, conseruat. Ut cedrorum pulchritudini, fortitudini, sublimitati, atque odori omne sylvarum decus cedit: sic dilectus meus, speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labijs eius, propterea benedixit ei Deus in æternum. & cætera quæ de illo sequens Psalmus modum & cõfortium eius multum transcendentia describit. Et notandum, quod idem dilectus & Libano, qui ligna insignia gignit, & cedro, quam inter alia ligna Libanus ipse gignit, assimilatur, quasi unus idem que ligna gignat ac portet, & inter ligna gignatur, atque a se ipso portetur. Dominus etenim noster Iesus Christus, cum omnes electos ab initio mundi, usque ad finem suæ gratiæ diuinitatis ad uitam gignat, nutriat, ferat sese quoque inter homines, quando uoluit, hominem fecit, & ipsum hominem gratiæ sui spiritus, tametsi longè altius cæteris, impleuit. Siquidem de illis dictum est, Unicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. De ipso autem, Non enim ad mensuram dat Deus spiritum. Pater enim diligit filium, & omnia dedit in manu

eius. Electus est ergo Dominus, ut cedri species, quia nemus omne sanctę Ecclesię, in qua natus est, unica ac singulari dignitate transcendit. Species eius ut Libani, qui inter ligna eximia profert & cedrum: quia inter electos suos se etiam ipsum, qualem uoluit hominẽ, quasi lignum uitæ in medio paradisi creauit, ueluti si quis pingendi artifex se quoque inter alios suo ordine coloribus, quibus conuenit, depingat, aut historicus quilibet de multis multa referens: uerbi gratia, legiser Moyses, aut euangelista Ioannes, de se quoque suo loco, quæ sint memoriæ digna, describat. Ita enim mons candoris (quod Libani nomen sonat) id est redemptor noster inter innumera ligna fructifera, quæ nomen Domini laudatura proferebat, protulit etiam cedrum, excellentius nimirum lignum cæteris, id est semetipsum: qui non solum laudaret nomen Domini, sed & ipse benedictus ueniret in nomine Domini.

Guttur illius suauissimum, & totus desiderabilis. Si in labijs Domini, supra ubi dictum est, Labia illius, lilia lucidissima, oris illius uerba accipimus: quid in gutture eius suauissimo, nisi interdum eorundem uerborum saporem intelligere debemus? Multi enim legentes, uel audientes, possunt uerba Domini dicere, possunt facillimè fidei mysteria perscrutari: sed pauci admodum inueniuntur, qui hæc quam dulciter sapiant, ueraciter in cordis palato sentiant. Unde in eximia sanctorum laude dictum est, Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt, & iustitia tua exultabunt. Eorum namque est de Dei exultare iustitia, qui abundantiam suauitatis eius cõserunt amore interno gustare, & huius memoriam proximis quoque prædicando eructare. Nam qui suauitatem eius necdum libare dicit, necesse est de iustitia iudiciorum eius magis quam exultet, metuat. Denique Petrus memoriam nobis abundantissimè suauitatis Domini, quam bene gustauerat, eructans ait: Rationabile, & sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescat in salutem: si tamen gustastis, quam dulcis est Dominus. Item quia per guttur ad labia flatus uitalis, ut loqui ualeat, perducitur, sicut in labijs Domini ea quæ dicebat uerba: sic in gutture potest aptissimè ipsa interna ac occulta dispositio pietatis eius ac benignitatis, qua factum est, ut foras nobis loqueretur, intelligi. Ait quippe Paulus, Apparuit gratia Dei saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem, & secularia desideria, sobriè & iustè & piè uiuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei. Cum autem dedit nobis spem aduentus gloriæ magni Dei, iam labia erunt eius ut lilia. Cum erudiuit nos, abnegantes impietatem, & secularia desideria, sobriè & iustè & piè uiuamus, eadem eius labia distillantia myrrham primam,

primam. At æterna illa gratia, quæ in hanc nobis promissionem uel eruditionem, quando uoluit, apparuit, ipsa est guttur illius meritò nobis suauissimum: utpote qui nil absque ea dulcedinis habere queamus. Denique dilectus ipse, quid gutturis sui suauitas non solum in uoce loquelari, sed & in ipso flatu ualeat, ostendit: cum post resurrectionem apparens discipulis, primis uidelicet sponsæ suæ membris inflauit, & dixit eis, Accipite Spiritum sanctum. Et totus, inquit, desiderabilis. Totus Christus, Deus est & homo, id est uerbum, anima & caro. Et totus est desiderabilis, quia non solum de incommutabili maiestate perpetuæ diuinitatis, uerum etiam de clarificata substantia assuptæ humanitatis accipiendum est quod ait apostolus Petrus, In quem desiderant angeli prospicere. Amplius aliquid dicam, Totus erat desiderabilis, etiam ante clarificationem humanitatis. Totus erat desiderabilis ab ipso mox initio conceptionis, usque ad triumphum passionis. Desiderabilis genitrici, cum ait: Ecce ancilla Domini, fiat mihi: sed undum uerbum tuum. Desiderabilis beato uentri, qui portauit. Desiderabilis uberibus, quæ eum lactauerunt. Desiderabilis angelis, qui hymnum mox nato dicebant. Desiderabilis pastoribus, qui uiso eo glorificabant & laudabant Deum. Desiderabilis Magis, qui ad querendum eum, ab Oriente uenientes, ubi inuenire meruerunt, oblati muneribus adorauerunt. Desiderabilis Simeoni seni, qui promissam sibi uisionem natiuitatis eius, ad ultimam usque præstolans ætatem, ubi accepit eum in ulnas suas, benedixit Deum, mortem que latatus aspexit. Desiderabilis Annæ prophetissæ, quæ & ipsa uisa eius natiuitate, debitas confessionis suæ laudes Domino reddebat. Desiderabilis omnibus, qui cum in templo duodennem inter seniores ac magistros cœlesti sapientia mirandum cernebant. Desiderabilis discipulis, cum uocantem eum citissimè, relictis quæ habebant omnibus, sequebantur. Desiderabilis eisdem, cum dicebant, Domine ad quem ibimus? tu uerba uitæ æternæ habes. Desiderabilis omni populo & publicanis, qui audientes uerbum illius, iustificauerunt Deum. Desiderabilis in monte Petro, cum dicit: Domine, bonum est nos hic esse. Desiderabilis in cruce latroni, cum precaretur, Domine memento mei, dum ueneris in regnum tuum. Nec tatum desiderabilis est eis, qui eum in carne uidentes, dilixerunt: uerum etiam illis, de quibus ipse discipulis: Multi, inquit, propheta & iusti cupierunt uidere quæ uideris, & non uiderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt. Et nobis, qui post ascensionem eius ad cælos, nati in mundo cõmune cum prioribus sanctis promissum ipsius habemus, dicentis: Si abiero, & præparauero uobis locum, iterum uenio, & accipiam uos ad me ipsum: ut ubi sim ego, & uos sitis.

Talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus filia Hierusalem. Quæto deuotius Ecclesia, siue anima queque sancta diligit Deum, tanto familiarius habet amicum Deum. Nã qui adhuc præ infirmitate mentis, siue conscientia peccati, timore seruili diuina mandata custodit, talis eum necesse est magis Domini quam patris uel amici loco uocet: quia necdum ad apostolicam illam perfectionem attingere potuit, qua audire mereatur. Vos autem dixi amicos: quia omnia quæcunque audiui a patre meo, nota feci uobis. Sed & Abraham meritò præcipua fidei & dilectionis, amicus Dei appellatus est. Et Dominus loquitur ad Moysen, quo modo loqui solet homo ad amicum suum. Audita autem qualitate dilecti, de qua requisierant filia Hierusalem, addunt aliam questionem, subdendo:

Quo abiit dilectus tuus, o pulcherrima mulierum? Pro decore enim carminis, uariantur personæ colloquentium. Cæterum eandem Christi Ecclesiam, quæ sponsæ uocabulo exprimitur, designant filia Hierusalem. Quæ idcirco filiarum Hierusalem, siue Sion nomine censetur, quia ex multis constat animabus, quæ de cœlesti illa ciuitate, quæ est mater omnium nostrum, originem ducit. Ob id uerò sponsa, uel soror, uel amica, uel huiusmodi uocatur, ut una esse, nec diuisa, quamuis longè late que diffusa per orbem, signetur. Et uarietas cõfabulationum inter se personarum de sponso, ipsa est, ut supra diximus, iocunda illa fidelium Christi collatio, qua se alterutrum ad eius concitant amorem. Adiurauerat filias Hierusalem sponsa, ut si inuenirent dilectum ipsius, nunciarent ei, quod ipsa eius amore langueret. Quia nimirum commune est gaudium totius catholice Ecclesiæ, ut omnes electi pro eius statu Dominum precantur. Quæsierant filia Hierusalem a sponsa, qualis esset dilectus ipsius: quia non nisi in unitate catholica fides Christi, & disci debet, & doceri. Audientes que formam eius, quam obnixè petebant, adiciunt etiam, quo abiit ipse, requirere: quia & hoc in unitate sanctæ Ecclesiæ disci oportet, in qualium corde potissimum, & in quo genere conuersationis Dominus soleat inueniri. Cum ergo conuenientes adinuicem facimus de Domino pura intentione sermonem, & omnes sumus filia Hierusalem, quotquot ad superna perfectè suspiramus, atque in terris peregrinari, ac patriam nos habere in cœlis ueraciter prostitemur. Et tamen quisque nostrum rectè cum sponsa Christi se loqui, & ab ea responsum petere dicitur, cum hoc sollicitè preuidet, ne aliud quid loqui, uel audire a fratre uelit, quam quod catholice pacis regula dicitur. Pulcherrima autem mulierum, Ecclesia nuncupatur: quia licet multa sit pulchritudo Ecclesiarum Christi per orbem, quasi mulierum spiritali flore secundarum, quanto amplior est pulchritudo

tudo totius eiusdem catholicae, quae ex omnibus illis, uelut membris suis, una completur. Absit enim, ut mulieres hoc loco, et haereticorum, uel schismaticorum, uel Gentilium, uel Iudaeorum errantium synagogas accipiamus. Non enim potest sponsa Christi illarum pulcherrima mulierum dici, quae nil uerae pulchritudinis habere probantur. Sed mulieres sunt Ecclesiae pulchrae Ephesi, Smyrnae, Pergami, Thyatirae, Sardis, Philadelphiae, Laodiceae, & innumerae huiusmodi, totum Deo consecratae per orbem, quarum pulcherrima iure dicitur una ipsa, quae ex omnibus constat.

Quo abijt dilectus tuus, quod declinauit, o pulcherrima mulierum, dilectus tuus, & quaerimus eum tecum? Abire autem, & declinare dilectus dicitur, non quod eos, quos iam acquisierat, unquam Dominus relinquat, atque alios acquirere pergat: sed quia diuinae potentiae naturae ubique praesens adesse potest, sic & ad alios sibi sociandos, cum uult, abit, aut declinat, ut nihilominus eos, quos ad se iam collegerat, incoepa gratia conferuet: iuxta hoc quod Moyse dicit, Congrega mihi septuaginta uiros de filiis Israel, quos tu nosti, quod senes populi sunt ac magistris: & duces eos ad ostium tabernaculi foederis, & auferam de spiritu tuo, tradamque eis. Non quia Moyse datam semel gratiam minuerit, sed quia ipsius gratiae, quam habebat, eos participes fecerit. Exemplo flammam ignis, ex qua cum candelam accendis, & ipsam luce inflammas, & ea de qua accendis, flamma integra permanet. Potest & ita recte intelligi, quod abeat dilectus, declinetque ad tempus ab sponsa, cum desiderantibus nobis amore illius, usque ad lachrymarum effusionem inflammari, fixa & indeclinabili intentione munus orationis implere, totam mentem a concupiscentiis carnalibus ad aeterna transferre, non semper ad uotum desiderata concedit. Merito ergo requirimus ab eis, quos scire arbitramur, quosque tali questu dignos arbitramur, quod abierit, quo uel declinauerit Dominus: cupientes illorum nobis praesentiam demonstrari, qui maioribus uirtutum, ac purae mentis indicijs, diuinam in se esse gratiam prodant, quatenus & ipsi horum exemplis atque alloquio instructi, in amorem dilecti nostri magis magis que proficere mereamur. Et bene dicunt, Et quaeremus eum tecum: quia quaecumque sine consortio sanctae Ecclesiae Christum quaerere conatur anima, non haec iam inter filias Hierusalem, sed inter illas iure deputabitur, de quibus mater sancti Samuelis typum tenens Ecclesiae, spernenti se synagoga pontifici dicit: Ne reputes ancillam tuam, quasi unam de filiabus Beliab.

CAPVT VI.

Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromaticam. Nam notum est, quid sit hortus di-

lecti. Ipse enim dixit, Hortus conclusus, foror mea sponsa. Hortus quippe eius est Ecclesia: hortus eius est anima quaeque electa. Et bene cum dixisset, Dilectus meus descendit in hortum: addidit suum, id est quem ipse fecit, ipse excoluit, ipse uirtutum pigmentis conseruit, ipse fonte gratiae suae, ne deficeret, rigauit: ipse muro custodit suae, ne ab exteris prophanaretur, conclusit. Hic est, de quo ipse ait: Simile est regnum caelorum grano sinapis, quod acceptum homo misit in hortum suum, & creuit, & factum est in arborem magnam, & uolucres caeli requiescerunt in ramis eius. Granum quippe sinapis, uerbum est Euangelij humile in facie, feruens in uirtute: quod accipiens a patre ipse Deus & homo seminauit in Ecclesiam suam, tantumque ei incrementi dedit, ut instar arboris eximia, latissime per orbem ramos fidei ac uirtutum protenderet: in quibus etiam angelici spiritus humanae saluationi congauderent, & sibi auctam requiem, caeli ciues reuocatis ad superna terrigenis crederent. Neque enim frustra idem dilectus in horto comprehendi passurus, in horto crucifigi, in horto sepeliri, in horto uictor a mortuis resurgere. Hortulanus uoluit ab ea, quae prima gloriam resurrectionis eius uidere meruit Maria, credi: quia in ipso suo horto, uidelicet Ecclesia, inter alia diuinorum charismatum fata, etiam uirtutem patientiae in hac uita contemptione mortis, ad terminandam hanc uitam spe beatae quietis post resolutionem corporis, desiderium beatae immortalitatis in receptione corporis plantare curauit. Et apte quidem descendisse in hortum suum, non autem intrasse dicitur. Est enim locus dilecti in sublimi, quia in altis habitat, & humilia respicit. Est locus horti in humili, in conualle lachrymarum. Sed qui in illum ab alto descendit, ipse ascensus in corde eius disposuit, quibus in locum supernae felicitatis posset peruenire. Unde recte de eodem horto, id est Ecclesia, supra dicitur: Quae est ista quae ascendit per desertum, sicut uirgula fumi ex aromaticibus? Mira ergo dispensatio supernae pietatis, quod descendere Dominus in Ecclesiam, & ascendere ad Dominum Ecclesia perhibetur. Descendit enim ad nos gratia diuina desursum, quae nos adiutos ascendere faciat sursum. Quod mystice signabat in Exodo, quando Dominus descendit in montem Sinai, & Moses ascendit. Ascendit quippe iste, ut profectum uirtutum caperet: descendit ille, ut donaret. Cum ergo dixisset, Dilectus meus descendit in hortum suum: addit etiam qualiter sit idem hortus constitutus, qua fruge foecundus, cum protinus subdit, Ad areolam aromaticam. Areola namque aromatis, est mens fidelium, quae disciplina rectae fidei edocata, quasi aquis est lateribus hinc inde composita, & ut fossorio solerti reuera creberrime, & a superuacuis est expurgata graminiibus: quia

nimirum

nimirum sollicita se consideratione perspicit, & sedula cogitatione satagit, ne quid in se prophanum, ne quid immundum, ne quid salutaribus contrarium, caelestis agricola reperiat: dignamque se reddere contendit, in qua dilectus ipsius, sator uidelicet iustitiae, aromata uirtutum, & propitius sua gratia plantar: & frequenti suo subsidio, ne unquam arerescant, irriget. Quae pulcherrime suum caeleste desiderium, in capite quadragesimiprimo Psalmi, iuxta Hebraicam duntaxat ueritatem depromit, dicens: Sicut areola preparata est ad irrigationes aquarum, sic preparata est anima mea ad te Deus. Descendens autem in hortum suum, uel ad areolam aromaticam Dominus, quid ibi gerat, ostenditur, cum subinfertur:

Ut pascatur in hortis, & lilia colligat. Pascitur autem in hortis, quia pijs sanctorum laboribus delectatur. Pascitur in hortis, quia eius nimirum sunt membra illi, quibus iustitiae fructus sunt. Et non solum de carnali, sed etiam de spiritali debet elemosyna intelligi, quod in iudicio dicitur se esse praedixit, Quandi fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Colligit lilia, cum ad perfectum candorem meritorum peruenientes iustos ex hac uita educit, atque ad caelestia regna perducit. Quae etiam duos uersiculos in sequenti immensa charitatis stimulo plenius exaggerat, addendo:

Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui pascit inter lilia. Ego dilecto meo gratiam passionem in areolis aromaticam, id est mundis fidelium cordibus preparo: & dilectus meus mihi, qui pascitur inter sancta desideria mentium castorum, hanc suae gratiae uicem rependit, ut eadem fidelium suorum, quos educauit, desideria compleat. Compleuit autem ea decerpendo eos de hoc paradiso sacrae uoluptatis, atque ad caelestium mansionum secretaria congregando, ubi ante conspectum gloriae ipsius, aeterna carnis & spiritus immortalitate, quasi gemina specie liliorum, id est aurosa pariter & candente refulgeant, & uelut suauissimum de se odorem, famam uirtutum suarum immarcescibilem per omnes patriae perennis accolae spargat. Haec tenus sanctae Ecclesiae uox est, quaerentis a claudendis Dominum suum, & uultum eius uidere desiderantis. Verum quia ipse suis amatoribus nunquam abesse potest, sed ubi duo uel tres congregati fuerint in nomine eius, ibi est ipse in medio eorum: immo & si unus est suis inter leones inclusus, si in profundo maris detentus, si uentre ceti sepius, a caeteris segregatur mortalibus, ibi est cum illo. Sequitur uox eius, quae quaesitoribus suis de se sermocinantibus, sese semper affuisse, & quae loquebantur, se audisse declarat, deuotionemque erga se illorum digna laudatione remunerat, dicens:

Pulchra es amica mea, suauis & decora, sicut Hierusalem, terribilis ut castrorum acies ordinata. Hierusalem dicitur uisio pacis, quo nomine solet habita-

tio patriae caelestis, quam pax summa possidet, creberrime signari. Pulchra es amica sponsi, suauis & decora, sicut Hierusalem. Ecclesia uel anima quaeque sancta, portio uidelicet Ecclesiae, quae integritate munda operationis, suauitate diuinae laudationis, dulcedine mutuae dilectionis, fratrum supernae ciuitatis imitator, suauis est & decora, sicut Hierusalem in eis, de quibus loquitur Esaias, Sicut caeli noui, & terra noua, quae ego stare facio coram me, dicit Dominus, sic stabit semen uestrum. Quae etiam est terribilis, ut castrorum acies ordinata, cum fixa intentione purae orationis, omnem a se incursum daemoniaci repellit exercitus, cum frequenti praedicatione uerbi caelestis, cuncta erratici dogmatis arma confringit, cum continuis bonorum operum exemplis etiam prauos falsorum fidelium mores acuitam redarguit, atque ad tramitem ueritatis reducit. Terribilis est Ecclesia, ut castrorum acies ordinata, cum quisque fidelis in euocatione, qua uocatus est, permanet, cum rectores doctrinae salutaris, ac perfectae operationis formam subditis tribuunt, cum continentibus ab omni se inquinamento carnis ac spiritus mundant, perficientes sanctificationem in timore Domini, cum coniugati ita fruuntur hoc mundo, ut sedula elemosynarum largitione futuri sibi seculi praemia comparare non negligunt. Hac etenim trina personarum fidelium distantia consistere Ecclesiam docet Propheta, cum tres solum uiros in tempore uindictae caelestis, Noe scilicet & Daniel, & Iob allerit liberandos. Et cum huiusmodi gradum singulae intemperatum custodierint, ordinatam nimirum castrorum aciem monstrant, & ob id insuperabilem cunctis hostibus Christi sponfam reddunt. Ita anima quaeque perfecta, cum ita uirtutibus operam dat, ut nullum in eis uitij locum relinquat, terribilis profecto hostibus, ut castrorum acies ordinata persistit. Nam si ita, uerbi gratia, continentiae studet, ut uirtutem humilitatis non teneat: aut si sic elemosynarum opera exercet, ut a superfluae locutionis culpa linguam non refrenet: aut ita orationibus crebris insistit, ut affectum dilectionis proximis impendere dissimulet: talis nimirum anima minus est terribilis hostibus, quia uirtutum suarum castra minus perfecte ordinauit: quae ex parte fidem firmiter disposuit, sed ex parte reliquit inertia. Verum quia una eademque Ecclesia Christi, partim iam cum suo rege gaudet in caelo, partim adhuc pro illo militat in mundo, potest hoc quod ait, Pulchra es, amica mea, suauis & decora, sicut Hierusalem: de illa eius parte intelligi, quae confecto suo certamine, & cursu consummato, coronam iustitiae iam percepit. Quod uero subdidit, Terribilis ut castrorum acies ordinata, de eis conuenienter accipi, qui adhuc corpore retenti, insidiant circum se aduersario in modum leonis rugientis,

rugientis, forti fide resistunt. Item pulchra est Ecclesia, suavis & decora, sicut Hierusalem, in his quæ spiritaliter, ac Deo dignè ipsa intus operatur. Terribilis est, ut castrorum acies ordinata: quia spirituale suum imperiū toto orbe dilatare, repugnantibus etiā seculi potestatibus contendit. Et quidem Romanorum quondam, siue Græcorum, uel aliarum gentium imperiū, ut castrorum erat acies ordinatum: quia magna nimirum mundum uirtute premebat. Sed suaue ac decorum, sicut Hierusalem non erat, quia uitæ pacis gaudia sperare, uel imitari nesciebat. At uero Ecclesia & pulchra est, & suavis & decora, sicut Hierusalem: quia cœlestem in terris agere uitam confuevit. Et terribilis, ut castrorum acies ordinata: quia barbaros etiā diuersarum nationum animos ac mores ad suum ritum trahere fatagit. Quæ ramen, quia necdum faciem sui dilecti quammaximè querit, cernere meretur, subsequenter audit:

Auerte oculos tuos a me, quia ipsi me auolare fecerunt.] Ac si apertè dicatur, Oculos quidem tibi columbinos dedi, quibus scripturarum arcana cognosceres, quibus uirtutes à uitis secerneres, quibus semitas iustitiæ, per quas adhuc uenires, dignosceres. Sed caue, ne ipsos ad me oculos etiā ad me uidēdum intendere quæras. Non enim uidebit homo faciem meam, & uiuet. Erat enim tempus, cum uinculis absoluta carnis ad me peruenies, & tunc implebitur quod promisi, Quia qui diligit me, diligitur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. At nunc dum in corpore constituta peregrinans à perennibus bonis, auerte oculos tuæ mentis à contēplatione diuinæ maiestatis & essentiæ, quia ipsi me auolare fecerunt: id est ipsi tui sēsus spirituales, quibus me perfectè cognoscere desiderasti, quāuis multum se extollāt, non in hac uita me ad perfectum comprehendere sufficiunt: sed ad hoc solummodo peruenire queūt, ut animaduertant diuinæ gloriæ naturæ, tantæ esse sublimitatis, quæ nequaquam uideri possit, nisi ab his tantum qui à uita uisibili funditis ablati, atq; ad inuisibilem fuerint introducti. Auertere ergo iubemur in presenti ab agnoscēda Dei substantia oculos nostræ inquisitionis, quia ipsi eum auolare fecerunt à nobis: non quod ille quesitus longius recedat, qui promittit, dicēs, Querite, & inuenietis: sed quod nos illo reuelante discamus: quia quo altius puro corde queritur, eo certius quam sit incomprehensibilis, comprehenditur. Cui simile est illud Psalmistæ, Accedit homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Tanquam si alijs uerbis diceretur, Attollit humana fragilitas intentos sui cordis oculos ad uidēdum Deū, & ipsi eum auolare faciunt: quia eadem inquisitione exercitati atq; illustrati sensus eius, excellentiorem esse diuinitatis eminentiam, quam eatenus poterant cogitare, cognoscūt.

& uerissimè dictum in alio Psalmo, Quia magnitudinis eius non est finis. Hac autē response satisfacere uoluit sanctæ Ecclesiæ desiderio Dominus, quo eum sollicita quærebat palām, & nō in ænigmate: Quem amabat, uideri concupiscens, ut superiora carminis huius copiosè declarant. Hortatur ergo eam, ut discreta ratione temporum non quærat in uia præmium, quod ei reseruatur in patria: sed meminerit interim, quod per fidem ambulare debeat, ut peruenire possit ad speciem. Quæ uidelicet tempora pulcherrimè distinguens, ait euangelista Ioannes, Charissimī, nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. scimus enim, quia cum apparuerit, similes ei erimus: uidebimus enim eum sicuti est. Verū ne grauiter fortè ferret Ecclesia, quod necdum plena cogitatione sui conditoris frui posset, enumerat illi multifaria spiritus pignora, quæ eidem prærogauerit, ut patientius ferat dilationē unius summi ac singularis boni: quod necdū percepit, sed in tēpore est æternæ retributionis perceptura. Sequitur enim:

Capilli sicut grex caprarum, quæ apparuerunt de Galaad. Dentes tui sicut grex ouium, quæ ascenderunt de lauacro, & cætera.] Qui uersiculi, simul & sequētes supra positi, ac pro captu nostro plenissimè expositi sunt. Sed non pigeat nos exponendo iterare, quæ authorem sacri carminis non piguit scribendo repetere: ut uel prius dicta in memoriā reuocemus, uel opitulante diuina gratia, noui aliquid utiliter agamus. Quod autē siue hæc, siue alia innumera in scripturis, quæ iam fuerunt dicta, repetuntur, firmitatis indicium est. Quod sermo Dei est, & ueraciter impletur, ut exponens somnium regis Ioseph Patriarcha testatur. In capillis ergo sponsæ multifaria cogitationum sublimitas: in dentibus autem, firmissima sermonum eius stabilitas intimatur. Quia hi in loquendo, labijs ac lingua cooperantur, & illi de cerebro insensibiliter oriuntur, nec præcisi dolent. Quis enim sapiēs doleat, & non magis gaudeat, cum ei superflua cogitationum leuitas demitur? Vnde in magno mysterio, dentes legislatoris, cum esset plenus dierum, immoti leguntur, & in caput Samuelis, quia perpetuus Domino Nazareus, id est sanctus fuit, nouacula non ascēdit. Figurabatur enim, quod iota unum aut unus apex non præteriret à lege, donec omnia fiant: & quod in mēte prophetica nil distinctio penitentis, quod refecare deberet, fluxæ cogitationis inueniret. Bene autem idem capilli sponsæ, gregi alsimulantur caprarum. Præcepit enim lex, ut anima quæcunq; peccauerit per ignorantiam, ubi reatum suum cognouerit, offerat Deo hostiam capram immaculatam. Et capilli nostri conferuntur gregi caprarum, dum cogitationum nostrarum erratus, penitendo in oblationem Domino compunctio, nis lachrymas, deprecationesq; offerimus. Potest autem grex caprarum pro eo positus, non inconuenienter

inconuenienter intelligi, quod in arduis rupium siue arbuſtorum quærere uictum soleat. Cogitationes namq; electorum, dum ad cœlestia semper nituntur, in alto nimirum, & nō in uoluptatibus infimis pasci gaudēt. De quibus capris bene subinfertur, Quæ apparuerūt de Galaad. Galaad namq; dicitur aceruus testimonij. Et hoc uocabulo rectè iustorum animus appellatur: cum renunciaſſe se concupiscentijs terrenis, certis uirtutum probat indicijs. Siquidem mons Galaad inde nomen accepit, quia Iacob & Laban aceruum in eo fecerunt, in amicitie uel pacti testimonij, quod se alterutrum non læderent: cum idem Laban idola sua quæſiſſet apud Iacob, & minime reperisset. Laban ergo significat mundum, Iacob animum supplantatorem uitiorum. Quæritq; Laban idola sua apud Iacob, & minime inuenit, cum explorantes corda electorum, mundi amatores, nil in eis suum deprehendunt. Facit & aceruum Iacob in testimonium, quod substantiam & terminos Laban non cōtingat: cum collecta in se copia uirtutū, quasi lapidum uiuorum, dicit animus Deo uotus, Quæ quidem retrō sunt, obliuiscens: ad ea uero, quæ sunt priora extendens me, ad destinatum persequor brauium supernæ uocationis Dei in Christo Iesu. Afferit & Laban lapides ad cōstructionem eiusdem acerui, cum ipse quoq; mundus tentationibus suis occasionem uirtutis fidelibus præstat. Fit conditum inter Laban & Iacob, ut se inuicem non lædant, cum protestatur iustus, & dicit: Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. De hoc igitur aceruo apparet grex caprarum, quibus capilli adaquantur sponsæ, cum de animo fidei alitpetax cogitationum frequētium multitudo generat. Et de ipso grege, pro his quæ ignorant per peccatum, immaculatam Deo capram offerimus, cum agnita nostra peccata, humili cordis cōtritione punimus. Est autem Galaad non montis tantummodo, uerū etiam ciuitatis in eo condita uocabulum. Vnde rectè potest, & Domini, & saluatoris nostri, & Ecclesiæ uel anima cuiusq; sanctæ, quæ in eo locata est, gestare figuram. Deniq; supra ubi additamento positum est, Capilli tui sicut grex caprarū, quæ ascenderunt de monte Galaad: de illo incōparabiliter excelso monte dictum intelleximus, qui de semetipſo ait. Non potest ciuitas abscondi supra montē posita. Hic uero, ubi nomē montis tacetur, & simpliciter dicitur, quæ apparuerūt de Galaad: nil uetuit de ea, quæ in illo constructa est ciuitate, id est Ecclesia uel anima iusta, dictū accipi. Nam & anima sancta rectè aceruus testimonij dicitur, quæ uariarum collectione uirtutum in altum ædificata est: & Ecclesia tota iure hoc nomine censetur, cuius populis Petrus apostolus ait: At quem accedentes lapidem uiuum, ab hominibus quidem reprobatum, & Deo autem electum & honorificatum, & ipsi tanquam la-

pides uiui superædificamini. Congruit hoc & Domino, ut supra diximus, ad quæ adunatur omnium cœtus electorū, qui testimonij puræ conscientie pia professione, ac probis actibus reddunt. Dentes tui sicut grex ouium, quæ ascenderunt de lauacro. Diximus in dentibus sponsæ, uerba sanctæ Ecclesiæ posse intelligi. Bene ergo sicut grex dicitur esse ouium, quia nil in eis, nisi uirtutum candor & innocentia uidetur, dum in omnibus gratiam sui conditoris, uel docendo, uel orando, uel laudes ei dicendo requirunt. Bene ipſe oues de lauacro ascendisse referuntur: quia nihil de iustorum ore sordidum, nil immundum, nil quod non fonte scientie sit purificatum, profertur: iuxta hortamentum Apostoli dicentis, Omnis sermo malus ex ore ueſtro non procedat: sed si quis bonus ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus. At contrā, quicq; uerba turpia, uel contumeliosa, uel noxia, uel etiam oſciosa obsceno de pectore profert, huius dentes non ascendentes de lauacro ouibus, sed suis potius de uolubro prodeuntibus asimulantur. Bene autem subditur:

Omnes gemellis foetibus, & sterilibus non est in eis.] Omnes namq; oues, quibus sponsæ dentes cōponuntur, gemellis foetibus multiplicatur: quia omnis electorū sermo, geminæ dilectionis, id est eius, quæ Deus & proximus ametur, fructu foecundus est. Omnis de perpetua mētis & corporis sospitate loquitur. Omnis per arma iustitiæ, quæ à dextris sunt, & à sinistris habenda, suos auditores munire consueuit. Omnis de promissione uitæ, quæ nunc est, & futura, tractare desiderat: neq; aliquid de ore iusti progreditur, quod nō ad fructū sit æternæ salutis proficuum. Et apte oues quidē, quibus dentes sponsæ confert, gemellos foetus parere dicit: quia nimirum per ea quæ loquimur, proximis prodesse, eosq; ad uirtutis uiam instituere ualemus: per illa uero, quæ salubriter cogitamus, nobismetipsis profumus. Nos ipsi interno arbitro in ara cordis, hostiam uiuentem facimus: proximis uero ad ædificationē, quid intus ipsi geramus, non nisi per uerba depromimus. Vnde quidam tali hostia conditorem placans, aiebat: In me sunt Deus, Deus uota tua, quæ reddam laudationes tibi. Quod si in dentibus, ut supra dictum est, prædicatores, in capillis audiores esse designatos intelligimus, quod aptissimè prorsus congruit, non solum, quia illi loquelam corpori ac refectionē ministrant, isti blanda magis capiti ornamenta, quia instrumenta salutaria præbent, uerū etiam quia illi primi in facie, quasi præcessores sunt positi, isti uelut successores posteriorem capitis partem contegunt: in promptu est, quod rudes quosque adhuc & fragiliores, auscultare dictis maiorum, & obtemperare conuenit. Ipsos autem doctores, non solum diuina implere mandata, sed & gregem summi patris, prædicando augmentare oportet.

Sicut cortex mali punici, sic genae tuae absque oculis tuis. Dicitur est supra, in genis Ecclesie pudoris eius insigne: in malo punico, sanguinis Domini mysterium figurari. Et genas habet sponsa Christi sicut malum punicum, quid anima fidelis non erubescit passionem sui redemptoris, uel confiteri uerbis, uel factis imitari: sed postposita omni uerecundia & confusione, quae adducit mortem, palam proclamare delectatur, dicens: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Et consulte, quia cortici mali punici, genas comparauerat Ecclesiae: ideo subintulit, Absque oculis tuis: quia uidelicet cortex mali punici solum quidem ruborem foris ostendit, sed multa interius grana, quibus exuberat, occultat. Sic etenim anima deuota Deo, ac salubriter uerecunda, uirtute quidem se uiuifica crucis per omnia studet tutari: sed sub eiusdem crucis signaculo, plura uirtutum generata, quae foris minimè apparent, uerum mentem intus reficiunt, continent.

Sexaginta sunt reginae, & octoginta concubinae, & adolescentularum non est numerus. Reginae & concubinae, utraque quidem ad thorum regis accedunt, filios regis generant: sed non utraque diademate regum caput nobilitant. Utraque ergo animas praedicationi ueritatis instantes, & per uerbum fidei, ac fontem lauacri salutaris, sobolem regi aeterno spiritali generantes insinuant: sed nonnulla, immò non pauca suae mentis distantia. Namque reginae, sunt illa mentes, quae intuitu regni coelestis, doctrinae inseruiunt. Concubinae autem illae, quae carnalium solummodo, ac temporalium commodo uolupratum Christum annunciant, non sincere. De qualibus dicit Apostolus, siue per occasionem, siue per ueritatem Christus annuncietur, & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Quas & ipse Dominus ab inuicem distinguens ait: Qui autem soluerit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus uocabitur in regno caelorum. Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus uocabitur in regno caelorum. Utraque ergo thorum regis adeunt, sed non utraque illi conregnant: quia quae doctrinam suam operibus destrunt, hae se perpetis regni solatijs animae priuant. Ideo quae illae rectè numero sexagenario, hae comprehenduntur octogenario. Denarius quippe numerus propter Decalogum diuinae legis scientiam: senarius, in quo mundum perfecit Deus, perfectionem designat bonorum operum. Sanè, quia quinque per duodecim multiplicata, faciunt LX. potest sexagenarius reginarum etiam ita interpretari: quòd hi, qui omnes sui corporis sensus, uisum uidelicet, auditum, gustum, tactum, olfactum ad regulam Apostolicae doctrinae referant, rectè sexagenario numero designentur. Et hoc reginarum, quia qui nunc precepta apostolorum, quorum est numerus duodena-

1108
rius, per omnia membrorum suorum officia sequuntur, tunc una cum eisdem apostolis gaudio regi sociantur perennis. Item octogenarius cum in malo accipitur, non immerito terrenarum ac temporalium rerum curas & implicamenta insinuat, quia nimirum & seculi huius cursus quatuor anni circumagitur temporibus, & mundus ipse quatuor climatibus, oriente scilicet, occidente, aquilone & austro dirimitur. Sexaginta uero sunt reginae, quia animae quotquot agnitionem, quam perceperunt sacrae legis perfectione, bonae sequuntur actionis, istae & hic in regno fidei militant, & in futuro ad coelestes nuptias cum uero rege intrabunt. Et octoginta concubinae, quia qui scientiam ueritatis, & mysterium uerbi, quod agere uidentur in infirmarum ac transeuntium rerum delectationibus expendunt, hi nimirum extinctis in aduentu sponsi lampadibus, uoluptuosae temporalitatis à coelesti regni aeterna secluduntur. Et adolescentularum non est numerus. Adolescentulas eas intellige animas, quae nuper in Christo renatae, ad officium necdum praedicando sufficiunt: & ideo quasi necdum nobiles, necdum thoro regali habiles, in ministerio reginae fidelibus assistunt excubijs, quia iusis sanctae Ecclesiae humiliter obtemperare laetantur. De qualibus supra legimus, Oleum effusum nomen tuum, ideo adolescentulae dilexerunt te: id est, anime, quae non adhuc uetustate remanent per culpam, sed iam sunt innouatae per gratiam. Quarum non est numerus, quia modum nostrae aestimationis transcendit summa ciuium patriae coelestis. Hoc namque de pacifico nostro rege, uero uidelicet Salomone, accipi non potest, quòd numerum suorum nesciat fidelium. Qui enim numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina uocat: quanto magis electorum suorum, quorum nomina scripsit in caelo numerum, quem ante secula praesciuit, ignorare uelit.

Vna est columba mea, perfecta mea. Sunt quidem reginae sexaginta, quia abundant per orbem animae fideles: quae acceptam uerbi scientiam, ad multiplicandam Ecclesiae prolem, pro regni coelestis perceptione dispensent. Sunt & concubinae octoginta, quia non desunt & animae, quae terrenarum rerum intuitu, doctrinae insistant: & cum ipsae hic carnalibus succumbant illecebris, nihilo minus spirituales Deo sobolem praedicando generant. Sunt & adolescentulae, quarum non est numerus: quia innumerabiles Christianae plebis inueniuntur cateruae: quae etsi necdum ad officium regiminis ac doctrinae ualeant promoueri, deuotionem tamen suae fidei & operationis, ad obsequium sanctae Ecclesiae, sponsae uidelicet Christi obtemperanter & fideliter exhibent. Sed omnibus his, id est ueris & simularis Ecclesiae membris, iure ipsa uniuersalis antecellit Ecclesia, quae in eisdem fidelibus

libus suis membris ab initio usque ad consummationem seculi, à solis orto usque ad occasum, & ab aquilone & mari laudat nomen Domini. In cuius laude pulcherrimè dicitur, Vna est columba mea, perfecta mea. Vna est enim, quia diuisionem schismatis non recipit. Vna est, quia non alia ante legem, alia sub lege, alia sub gratia, alia de circumcissione, alia de praepotio collecta: sed sicut unus Dominus, una fides, unum baptismum, unus Deus pater omnium, id est una catholica electorum omnium multitudo per omnia, & mundi loca, & tempora seculi, eidem uni Deo & patri subiecta. Quae unde catholica sit appellata, Lucas docet, dicens: Ecclesia quidem omnes per totam Iudaeam, & Galilaeam, & Samariam habebant pacem aedificatae, & ambulantes in timore Domini, & consolatione sancti Spiritus replebantur. Quod enim hoc loco latine, graece catholice uocatur Ecclesia, quòd per totas mundi partes in una pace, in uno Domini timore aedificetur, una eademque Spiritus sancti consolatione repleatur. A qua unitate Spiritus, ipsa etiam rectè columba uocatur. Spiritus etenim super Dominum in specie columbae descendit, ut & suam simplicitatem, & eius in qua descēdebat, Domini hac specie monstraret. Cuius simplicitatis Spiritus, quia participem fecit Ecclesiam suam Dominus, rectè hanc columbam nuncupat suam, rectè & perfectam nominat: non solum, quia ex omnibus iustorum populis ipsa una completur, uerum etiam, quia omnium uirtutum charismatumque diuinorum acceptione perficitur.

Vna est matri suae electa genitricis suae. Mater & genitrix Ecclesiae praesentis, ipsa est de qua Apostolus ait: Quae autem sursum est Hierusalem, libera est, quae est mater omnium nostrum, quae ideo mater omnium nostrum iure & uocatur, & est: quia omne datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est, descēdens à patre lumine. Vnde & in Apocalypsi dicitur Ioannis, Et ostendit mihi ciuitatem sanctam Hierusalem, descendentem de caelo à Deo. Descendit namque de caelo à Deo ciuitas sancta Hierusalem, quia quicquid boni nouit, agit. Sperat Ecclesia praesens: totum hoc desuper, seu per ipsum caeli regem, seu per coelestium ministeria ciuium percepit. Vna ergo est matri suae electa genitricis, seu quia nimirum superna illa ciuitas hos solum de humana conuersione approbat, quos in unitate suae fidei & dilectionis Deo seruire considerat. Caterum Donatistae, uel si aliqui alij ab unitate se catholica, seu aperta praecisione, siue prophana actione segregant: hos quia columbine simplicitatis habere perfectionem detrectant, ab electorum sorte in iudicio discernens, sinistra in parte collocat. Potest aptissime uocabulo matris & genitricis Ecclesiae,

gratia Spiritus sancti, per quam ipsa Ecclesia renata Deo, & consecrata est, designata intelligi: quia uidelicet Spiritus Hebraicè genere foemineo ruga nuncupatur. Hanc autem Ecclesiae matrem ac genitricem, rectè esse uocandam ipse Dominus docet, dicens: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Et mox ipsam spiritalem nostram generationem à carnali distinguens adiecit, Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Cui nimirum matri ac genitrici una columba Christi ac perfecta electa est: quia nimirum relictis schismaticorum turbis omnibus, solam, quam in unitate catholicae pacis nunc alit & custodit, tunc ad gaudia coelestis patriae Ecclesiam gratia spiritalis subleuat.

Viderunt illam filiae, & beatissimam praedicauerunt reginae & concubinae, & laudauerunt eam. Videtur hic eadem filias dicere, quas supra adolescentulas nuncupauerat: quia uidelicet hic filias, reginas & concubinas: illic reginas, concubinas, adolescentulas simul ad medium deduxit. Magna ergo laus est unitati catholicae, quam & gratia mater, quae genuit in perpetuum legit: & filiae, quas ipsa Deo per spiritum genuit atque nutriuit, mox ut uiderunt, id est, ut eius castitatem uitae didicerunt, ut dona promissae illi haereditatis audierunt, merito beatificare non cessant. Sed & reginae & concubinae praconijs iustis extollunt, id est, siue hae quae uere eius sunt regni participes, siue illae animae, quae ei nominatenus adhaerentes, caeterum spe sunt & animo terrestres, perenni eam laude dignam esse fatentur: omnes pro certo intelligentes, quia nil absque eius societate, ueri & inconcussi boni possit inueniri. Verum quia ante finem mundi, Iudaea quoque ad gratiam sui redemptoris aggreganda, & eandem sanctae Ecclesiae perfectionem etiam ipsa est laudatura cum caeteris, apte ex uoce ipsius synagogae admirantis subiungitur:

Quae est ista quae progreditur, quasi aurora consurgens? Loquitur ergo haec conuersa ad fidem Christi synagoga, stupens Ecclesiam diuina gratia tantisper esse sublimatam, ut nullis mundani imperij uiribus ualeat, cum sit ipsa humillima, superari. Quae progreditur, inquit, quia non uno in loco consistere, non paruo tempore passa est apparere, sed per totum orbem, suam fidem famamque extendere, per tota labentis seculi tempora, pro corona uitae perpetuae certare non desistit. Progreditur autem, quasi aurora consurgens, quia ueri iam luminis in ea ortus mundo post tenebras ignorantiae longè monstratur: admonentibus eius praconibus, ac dicentibus, Quia nox praecessit, dies autem appropinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamus arma lucis, & cetera.

Pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata. Pulchra ut luna, quia à sole iustitiae illustrata, nocte seculi huius, ipsa sublimis incens,

dens, scientiæ cœlestis & Euāgelicæ cōuersationis luce perfudit. Electa ut sol, quia imaginem in se eiusdem sui conditoris atq; illustratoris recipit, ambulādo in omni iustitiā, & sanctitate, & ueritate: & illi ueraciter gratias agēdo, quia signatum est super nos lumen uultus tui Domine. Item pulchra ut luna, in nocte uitæ presentis, ubi uariante tēporum statu, nunc clara mūdo, nunc despecta atq; oppressa: nunc uirtutum candore plena, nunc prauorū dehonefata uitij multifarum lunę crescētis ac decrescentis iter imitatur. Electa ut sol, in die futuræ beatitudinis: ubi manente statu eternitatis, uera lucis incōmutabilis uisione clarebit: impleta ipsius promissione, qua dicitur, Fulgebunt iusti, sicut sol in regno eorum. Terribilis ut castrorum acies ordinata, quia nullis aduersitatū nebulis potuit unquā cohereri, quin & lunæ in se pulchritudinem prae monstraret & solis. Lunæ uidelicet, in laboriosa interim luce bonę actionis: solis uerō, in spe beatæ remunerationis perpetuæ. Et bene terribilis, ut castrorum acies ordinata: quia quo perfectius ordinem in se uirtutum collocat, eo terribilior aeris potestatis, & Ecclesia omnis, & anima quæque fidelis existit. Nam & in quibusdam bonis actibus, uerbi gratia, uigijs, ieiunijs, labore manuum, meditatione scripturarum, uerbo prædicationis, modestia taciturnitatis, qui ordinem necessarium tenere nescit, errat. Hæc namque & huiusmodi quam plurima, sicut utiliter sæpe tenentur, ita & nonnunquam pro tempore salubriter intermittuntur. Ceterum sunt excellentiora uirtutum dona, sine quibus ad uitam perueniri non potest, ut fides, spes, charitas: quæ & ideo nullius unquam consideratu temporis aut loci, uel admonentium cordibus debeant abesse fidelium. Quæcunque ergo anima & eminentioribus se semper munit uirtutibus, atque e-

natam teneat, dum pro illis belligerare, eosq; ab hoste curat defendere, quorum ipsa plerunque sensus & corda ignorat. Potest & ita intelligi: Quia sicut nux, siue amigdalum, amarissimum habet corticem, & testa durissima circumcingitur, & detractis austerioribus & duris, fructus dulcissimus intus reperitur: sic omnis correptio & labor continentiae, qua sancta exercetur Ecclesia, amara quidem uidetur ad præsens, sed fructum parit in futuro dulcissimum: iuxta illud apostoli Pauli, Quia omnis disciplina in presenti quidem uidetur non esse gaudij, sed meroris: postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddit iustitiæ. Poma autem conuallis, fructus humilitatis dicit. Quale est illud in Psalmo, Et conualles abundabunt frumento. Quia nimirum humiles exuberant refectione gratiæ cœlestis. Poma conuallis, bona opera dicit fidelium sanctæ Ecclesiæ, in profundis terrarum exhibita, sed ad cœlestem regnum proficientibus meritis, suos operarios perdurentia. De quibus item Psalmista, Ascensus, inquit, in corde eius disposuit in conualle lachrymarum in locum, quem disposuisti eis. Descendit que sponsa ad hortum meum, ut uideat poma conuallis, cum doctores Ecclesię, de altitudine suæ secretæ quietis ac diuine contemplationis, qua sepe donantur, ad considerandum eiusdem Ecclesię statum, aciem mentis reflectunt: ut quantum quique fidelium in bonis actibus iam proficiant, quantum adhuc auxilio docentium egeant, solerter explorent: & quæ opus habent ad culturam, eis fructus uitales impendant.

Vi inspicere si floruisse uinea, & germinasse mala punica. Inspicit si floruit uinea, cum sollicitè scrutatur sibi corda eorum, quos erudit, noua sibi uirtutum studia, quibus spiritaliter debriamur, subeunda proponat: iuxta illud Psalmistæ, Ambulabunt de uirtute in uirtutem. Inspicit si mala punica germinauerint, cum sedulo attendit, si qui possint inueniri, qui ad imitationem Dominicæ passionis proprio desiderant cruore diffundi: admonitionem sequentes apostoli Petri, qui ait, Christo igitur passo in carne, & uos eadem cogitatione armamini. Sic Ecclesia labores suos Euāgelicos synagogæ miranti prædicat. At illa salubri plenitudine compuncta, profitetur se causa prophanæ cœcitatatis, & ignorantia diutius exortem tantæ perdurasse salutis, hoc modo respondens:

Nesciui, anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab. Nesciui dona gratiæ spiritualis, quibus illustrata es a Domino ad proferēdos fidei fructus in omnibus gentibus. Conturbauit me sollicitudo mētis interna, propter subitam introductionem noui Testamenti pro ueteri, dum pro libris prophetarum ac legis, quos esse diuinos, & Spiritu sancto descriptos sciebam, totum subitō mundū Euāgelij prædicatio

tio compleret. Quæ citarum instar quadrigarum, in breui non solum iudæam & Samariam, sed & gentium fines uniuersarum me admirante ac stupefacta peruolauit, quam merito non curribus absolute, sed quadrigis compararem: quia nimirum quatuor scriptorum auctoritate memoriæ commendata est, sed uno Dei spiritu per Iesum Christum eorūdem scriptorum, & mens, & manus ad scribendum directæ, quomodo si unas quadrigas concordis quatuor equorum uideas uelocitate ad cursum paratas, sed unius aurigæ regimine, ut recto tramite currant, esse gubernatas. Et quidem dudum audieram, quia quatuor auctores de Iesu pari consensu scriberent: sed quis eos spiritus ageret, quid utilitatis & ueritatis, quantum gloriæ & salutis ipsorum scriptura contineret, heu quam sero animaduertere ac nosse merui. Quod autem quadrigas Aminadab præcones noui Testamenti cognominat: uocabulo Aminadab, Dominum saluatorem significat. qui quasi curru præfatus corda prædicatorum sui gratia spiritus impleuit, per quos ad credituros in se populos, præite doctrinæ salutaris sermone, perueniret. Aminadab namq; qui erat abnepos Iudæ patriarchæ, & persona sua, & nomine Dominum indicat saluatorem. Persona uidelicet, quia per ipsum genealogia Dominicæ incarnationis ab Abraham ad Dauid regē, per Dauid ad Ioseph descendit, & Mariam: ea duntaxat ratione, qua & ipsius Iudæ nomen aliquando & Dauid, & Salomonis, & aliorum patrum, ex quibus Christus secundum carnem in ipsius significationem a prophetis assumitur: ut est illud, Catulus leonis Iuda. Ad prædam filii ascendisti, requiescens accubuisti, ut leo, & quasi leona. Quis suscitabit eum? Et iterum, Et mundabo eos, & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum, & seruus meus Dauid super eos. Et in hoc ipso uolumine, Egre dimini, & uidete filia Sion, & uidete regem Salomonem. Nomine autem suo Aminadab, qui interpretatur populi mei spontaneus, apte ipsum mediatorem Dei & hominum designat: qui cum Deus esset ante secula, unitus carnī, quando uoluit, & quomodo uoluit in populo Ecclesiæ pius redemptor apparuit, factus per spontaneam benignitatem portio populi sui, cuius per potentiam naturalem erat conditor & rector. Consentiente autem synagoga diutinam suæ mentis tarditatem, qua ab intelligendis Dominicæ incarnationis mysterijs impediabatur, Ecclesia mox consolando & exhortando respondet,

Reuertere, reuertere Sunamitis, reuertere, reuertere, ut intueamur te. Reuertere ad agnitionem tui redemptoris, a quo tanto tempore auersa miserabiliter errabas, ut eius imbuta sacramentis, ingressu uitæ cœlestis digna efficiaris. Reuertere ad pacem nostræ germanitatis, quam diutius causa dissonæ religionis sperendam

esse ducebas. Reuertere, reuertere, ut intueamur te. Reuertere puritate fidei, reuertere operum perfectione, ad Dominicam simul dilectionem, ut oculis animisq; gaudentibus, speciem tuæ castitatis, quam diu desiderabamus, contemplemur, & copulante adinuitem nos Christi amore, unam domum fidei, ambę in ipso, uelut in angulari lapide cōstruamur. Nomen autem Sunamitis, nusquam me aliās legisse memini. Et quidem uidetur esse uocabulum alicuius foeminarum nobilium, siue proprium, siue a loco deriuatum, quæ plurima sapientiæ, uel speciei, uel uirtutis gloria, tempore illo fuerit insignis. Sin uerō Sunamitis, ut quidam perhibent, despecta siue captiua interpretatur, congruit hoc nomen synagogæ, cum ob culpam perfidiæ a gratia sui recessit authoris: quæ quantum captiua fuit iugo peccati, tantum respectu diuinæ pietatis permanebat indigna. Sed postulat reuertenti Sunamitis, ut per obsequium reuersionis ad Dominum mereatur uinculo noxiæ captiuitatis absolui, & sui redemptoris ac saluatoris digna conspectibus reddi. Admonente autem Ecclesia synagogam reuertenti ad gratiam sui redemptoris, annuēs ipse redemptor deuotus illius hortamentis, suum repente sermonem intermiscet, atque exhortationis illius solatia ad effectum iam peruentura esse protestatur. Ait enim:

CAPVT VII.

Quid uidebis in Sunamite, nisi choros castrorum? Vid uidebis in Sunamite, nisi choros castrorum? Ac si aperte dicat, Doles quidē synagogam diutius fuisse auersam: eamq; ad me reuertenti precaris, & te faciem eius mihi ornata intueri delectat. Verum scias, quia in proximo est tempus, in quo nil in illa priscæ infidelitatis atq; auersionis, sed sola uirtutum ac spiritualium agonum opera cernas. Quid ergo uidebis, inquit, in Sunamite, nisi choros castrorum, hoc est, militiam pacis? In choris etenim uoces canentium consonant: in castris, amatorum manus dimicant. Quid ergo uidebis in ea, nisi choros electorum, qui corde & anima una laudes authoris sui prædicent? Et istdem sunt chori castrorum, quia seruando creatori acies repellunt omnes, ac disturbant inimici. Hæc ait, & ad laudandam ipsam Ecclesiam, quam pro salute synagogæ sollicitam esse gaudebat, solita se dulcedine conuertit, ita subiiciens:

Quam pulchri sunt gressus tui in calciamentis filia principis. Bene autem laudationi illius a gressibus fecit exordium, & in oris gratiam conclusit. Ita namque finiuit, Et odor oris tui, sicut malorum: guttur tuum, quasi uinum optimum. Quam supra ab oculis incipiens, superiorum solummodo membrorum uidetur commendatione finisse. Hæc etenim immutatio, & carmini decorem ministrat, & aptum his quæ canuntur, mysterijs locum præberet. Quia enim illam non in otio residere securæ

xxv.

Descendi ad hortum nucum, ut uiderem poma conuallis. Hortus etenim nucum, est Ecclesia præsens, ubi nostras alterutrum conscientias minime ualemus intueri. Siquidem nuces, poma omnia, quæ duriori sunt corio recta: quomodo contra, omnia mollia generaliter mala uocantur. Atque ideo nucibus recte comparatur hæc uita iustorum, ubi ita suauitatem fructus spiritualis intimo in corde conseruat, ut hanc proximis quanta ipsa sit, foras innotescere nequeant. Vnde necesse est, ut Ecclesia mater in doctoribus suis aciem semper cautē ordi-

xxvi.

xxvii.

quietis, sed ad certamen cernebat prædicationis procedere solere: merito primum gressu eius pulchritudinem miratur, id est operum constantiam, per quam exempla uirtutum his quos erudiret, uolebat præmonstrare. De quibus nimirum gressibus Psalmista precatur Dominum, dicens: Perfice gressus meos in semitis tuis. id est, dirige actus meos in angusto itinere, quo perueniatur ad uitam. Hi autem gressus sunt in calciamentis, cum isdem actus nostri iustorum, qui nos ad Deum præcessere, muniuntur exemplis. Calciamur namque ex mortuorum pellibus animalium, cum opera iustitiae, quibus priores sanctos indutos esse legimus, etiam nos imitati confidentius ac mundus uiam uirtutis ingredimur. De quibus calciamentis dicit Apostolus, Et calciati pedes in præparationem Euangelij pacis. Quicumque enim pacem euangelizat alijs ueritatis, prius necesse est ipse gressus operum suorum, & exemplis præcedentium patrum ornari ac roborari: ne uidelicet aliam quamlibet uiuendi uel docendi uiam, nisi eam quæ à patribus, immo ab ipso Domino trita est, suis sequacibus monstret: memor illius Apostolici præcepti, Imitatores mei estote fratres, sicut & ego Christi. Sic enim docens, ad illam uirtutum sublimitatem ac decorem ascendit: cuius Prophetæ & Apostolus meminere, dicentes, Quam speciosi super montes, pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona. Filiam autem principis eam uocat, illius utique, de quo scriptum est: Omnis gloria eius, filia regis abintus. Qui inter alia celestium donorum promissa, loquitur ei ipse per Prophetam: Patrem uocabis me, & post me ingredi non cessabis.

Notandum autem, quia beatus Hieronymus Hebraicæ conscientie ueritatis, contra Iovinianum scribens de filia principis, hoc in loco siltam posuit Aminadab: ubi & hunc uersiculum in uirgine Deo dicata, intelligi posse declarauit, dicens, Speciosi facti sunt gressus tui in calciamentis filia Aminadab, quod interpretatur, populi sponte se offerentis. Virginitas enim uoluntaria est: & ideo gressus Ecclesie in castitatis pulchritudine collaudantur. Vnde constat, multum errare eos, qui supra quadrigas Aminadab, super exercitum persequentium Ecclesiam, uel immundorum spirituum, uel hominum interpretantur malorum: cum liquidè pateat de ipso principum principe, ac de electo eius populo debere magis intelligi.

XXIX. *Iunctura feminum tuorum sicut monilia, quæ fabricata sunt manu artificis.* Solet scriptura in femoribus, successione significare propaginis. Ait enim, Cunctæ animæ, quæ ingressæ sunt cum Iacob in Aegyptum, & egressæ de femore illius absque uxoribus filiorum eius, animæ sexaginta sex. Vnde in feminibus Ecclesie rectè propago eius generatio spiritualis, quæ per mysterium uerbi, & lauacrum regenerationis

expletur, accipitur. Iunctura autem feminum eius, duorum est concordia populorum, Iudæi uidelicet & Gentilis: ex quibus una fide sociatis uniuersalis Ecclesia perficitur: atque ad finem seculi spirituali prole fecundatur, & crescit. Quæ uidelicet iunctura monilibus assimilatur: quia fides catholica bonorum operum attestacione declaratur. Hæc autem monilia fabricata sunt manu artificis, quia uirtutum opera, quibus Ecclesia de duobus populis una constringitur, ineffabili conditoris nostri sunt largitate firmata. Ipse est enim artifex, de quo dicit Apostolus, Et ueniens euangelizauit pacem uobis, qui longè fuistis: & pacem his, qui propè, quia per ipsum habemus ambo accessum in uno spiritu ad patrem. Et de cuius artificio mirabili psalmista, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Cuius artificis in laudem Abraham patriarchæ meminit Apostolus, dicens: Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex & conditor Deus. Rectè autem post gressus sponse calciatos, iunctura femorum collaudatur, quia per ministerium prædicantium perficitur unanimitas coniunctio credentium populorum. Et aptè his in locis iunctura femorum ad memoriam reducitur, ubi ad fidem collecta in fine ludæa consors utriusque populi, in Christo adunari promissa est. Sequitur:

Vmbilicus tuus crater tornatilis, nunquam indigens poculis. Vmbilicus, qui est fragilissimum nostri corporis membrum, merito infirmitatem nostræ mortalitatis designat. Et umbilicus noster crater fit tornatilis, nunquam indigens poculis, cum conscientia mortalitatis atque infirmitatis nostræ admoniti, calicem uerbi salutaris proximis propinare satagimus, ut uidelicet nobis misericordiam facientibus, misericordie celestis beatitudo recompensetur. Quod etiam de elemosyna poculi generalis nil obstat intelligi. De qua iudex ipse dicturus est, Sitiui, & dedistis mihi bibere. Crater est enim calix maior, duas habens ansas. De quo Poeta, At ubi prima quies epulis mensæ que remotæ, Et magnos crateras statuunt, & uina coronant. Et bene crater hic tornatilis esse perhibetur. Tornatura enim ceteris ocyus artificis uas, quod operatur, impletur: ut uidelicet uelocitas præstandæ pietatis, siue in eos qui terreno, seu in illos qui celesti poculo, aut etiam utroque indigent, ostendatur. Iuxta illud Salomonis, Noli dicere amico tuo uade, & reuertere. & cras dabo tibi, cum statim possis dare. Sed & hoc dicendum, quod supra commemorauimus, tornatura reliquis est inenarrabilior artibus, quia nimirum ex seipsa sibi met regulam profert, per quam disciplinabili rotunditate opus, quod agit, perficiat: atque ideo rectè simplicitatem ueraciter piæ mentis, quæ pura intentione elemosynam

elemosynam facit, insinuat. Qui enim ob id sitienti poculum tribuit, ut sibi a quos remunerator abundantiam largiatur poculi terrestri, uel ideo calicem uerbi porrigit errantibus, ut sibi copia scientiæ maioris, in qua hominibus mirandus appareat, à Domino præbeatur: non huius umbilicus crateri tornato, sed alijs ferramentis facto adæquatur, quia facere iustus opus misericordie, non rectam atque inerrabilem sustentandæ suæ fragilitatis mercedem à Domino, sed temporaneam requirit. Potest quoque umbilicus sponse crateri tornatilis nunquam indigens poculis, pro eo dictus accipi, quod Ecclesia, uel anima queque sancta, quanto se fragiliorem meminit, atque ab ea quam in futuro sperat, immortalitate atque in corruptione adhuc longè distantem: tãto solertius sese cõtinuis uerbi Dei poculis reficere, & in eius amore caleferi curat: dicens illud Psalmista, Et poculum tuum inebrians, quam præclarum est?

Venter tuus, sicut aceruus tritici uallatus lilijs. Venter eandem, quam & umbilicus, mortalitatis nostræ conditionem designat. Nam & ipse certissimus est, ac maximus nostræ iudex, imbecillitatis: qui quotidiana refectio corpore nostrum, ne deficiat, recreat, donec fiat illud quod promissum tenemus, Esca uentri, & uenter efficit: Deus autem & hunc & has destruet. Venter ergo noster, sicut aceruus est tritici, cum memores nostræ fragilitatis, fructus operum bonorum, quibus perpetuo reficiamur, in præsentibus nobis uita præparamus. Bene autem aceruus tritici, & non absolute copiam tritici dicit, ut exurgentia in altum crementa uirtutum designet. Et quoniam aceruus ab imo latior exurgens, angustior in summo fieri consuevit: rectè hæc figura bonis nostris congruit actionibus, quæ quo altiores inueniunt, eo pauciores sui operarios inueniunt. Plures enim uideas, qui de possessionibus suis elemosynas præbeant indigentibus, quam qui possessa cuncta relinquunt. Plures bonos coniuges, quam coelibes. Plures corporalibus abstinentes illecebris, quam pro ueritate animas ponentes. Et bene idem aceruus tritici uallatus esse lilijs asseuerauit, ut omnia quæ agimus, bona uidelicet charitatis aternæ gratia geramus, neque aliquid in aream nostri cordis hostilibus insidijs pateat ingressus, cum uniuersa nostra opera intuitu supernæ retributionis undique præcingimus. Possunt quoque in aceruo tritici, ea quæ in pauperes Christi facimus, elemosynarum opera intelligi: de quibus ipse dicit, Esuriui, & dedistis mihi manducare. Et bene post craterem poculis abundantem, membra sponse aceruo assimilantur tritici, ut & post potum simul & panem pauperibus eadem signetur. Quod quidè de spirituali, & de corporali refectioe ualet accipi, id est de his quibus erratis proximi mentem instruimus. Nam & ipsa spiritualis instructio in quibusdam poculum,

in quibusdam uerbis habere panem uitæ cognoscitur. Habet enim poculi similitudinem in apertis, panis autem in mysterijs. Poculum porrigit in his, quæ facillime, mox ut audiuntur, intelligi queunt, neque aliam expositionem requirunt, ut est illud, Non occides, non furtum facies, non falsum testimonium dices, & diliges proximum tuum sicut teipsum. Tribuit panem, cum ea suis auditoribus uerba committit, quæ difficultiora intellectu, sicut cibus in uiscera nostra mandendo, ita ad interiora nostri sensus exponendo perueniunt: qualis est tota carminis huius series; quale illud legis, Memento ut diem sabbati sanctifices. ubi mysticè admonemur, ut lucem gratiæ spiritualis, in qua nobis sola uera est requies, sanctificemus: id est sancto & casto in corde, ut accipimus in die redemptionis, semper intemperatam custodiamus. Hæc ergo & huiusmodi uerba, ad quorum intelligentiam cum labore expositionis attingimus, aceruo tritici rectè comparantur, qui non paruo labore molendi, ferendi, coquendi atque mandendi ad usum nostræ refectiois perducitur. At planiora crateri nunquam poculis indigent merito conferuntur: quia & abundant in scripturis aperta Dei præcepta, siue promissa: & hæc, sicut potus sine mora, uel labore bibi, ita mox audita possunt intelligi, atque intellecta ad augmentum nostræ salutis, quasi in uentre memoriæ, seruari. Potest in sponse, immaculatus diuini fontis uterus, de quo in nouam renascimur creaturam, aptissimè figurari. Qui sicut aceruus est tritici, uallatus lilijs, quia nimirum omnes, quos in Christo regenerans consecras, bonis insistere operibus, & hoc solo gloriæ celestis intuitu docet. Sicut aceruus est tritici, quia eos, quos abluuit, a peccatorum omnium paleis mundat, & per secundam generationem illi conformes facit, qui de semetipso ait, Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Vallatus est lilijs, quia quos ab implicitamentis peccatorum, cum quibus carnaliter nati erant, absoluit, hos etiam charismatum ornat, & confirmat luce celestium.

Duo ubera, tua sicut duo hinnuli gemelli caprea. Diximus abundanter de hoc uersiculo supra, sed nunc paucis commemorandum, quod rectè post ventrem, sponse ubera commendat, quia nimirum sancta Ecclesia paruulis suis, quos de sacrosancto aquæ salutaris utero in Christo generat, lac de nutrimento Neophytorum doctrinæ mollioris immulget, donec eos paulatim ad percipiendum panem sapientiæ sublimioris erudiat. Ubera ergo Ecclesie sunt illi, qui paruulos eius, hoc est, nuper in fide renatos, instituunt. Quæ bene cum additamento duo esse memorantur: quia ex duobus nimirum populis, ludæorum scilicet & Gen-

tiū, fons salutaris, quos abluuit, & cœlesti mysterio parit, colligit. Bene duobus hinnulis capreæ comparantur, quia ex eloquijs ueriusq; Testamenti sumunt ueri doctores, quod prædicant. Bene idem hinnuli gemelli esse perhibentur, quia ipsa Testamenta uno eodemque sunt edita auctore: ab illo uidelicet, de quo Ecclesiastes ait, Verba sapientum sicut stimuli, & quasi clauis in altum defixi, quæ per magistrorum consilium data sunt a pastore uno: Duo sunt ergo uera sponsæ, sicut duo hinnuli gemelli capreæ, quia doctores Neophytorū non sua propria illis prædicant, nō adulterant uerbum Dei: sed sicut Deo, corā Deo in Christo loquuntur. Ipse est pastor unus, qui de duobus ouium gregibus unum implet ouile: cuius accensa desiderio superius sponsa clamat, Indica mihi, quem diligit anima mea, ubi pacis, ubi cubas in meridie. Ipse magister unus magistrorum, quia discipulis suis, nostris autem magistris, præcepit dicens: **M**entes ergo docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, docentes eas seruire omnia, quæcunque mandauit uobis. Cui etiam capreæ nomen iure ascribitur, quia uidelicet mūdum est animal, uisū & cursu insignne, unguam findens, & ruminans, & quod ut omnia mūda quadrupedia cornibus armatū. Si enim huiusmodi naturæ sancti merito aptantur, quia & filiam habent unguam in discretione boni & mali, & ea quæ discernant a malis, bona suaviter loqui, ac uelut ruminare consueuerunt, qui oculos sibi cordis longè dirigere, id est ad speculanda de terris, cœlestia bona didicerunt, qui cursu proprio uirtutum callem alacrius penetrare desiderant, qui munditiā mentis & corporis, per gratiā sui conditoris sese accepisse latantur, qui fiducia fidei, aduersus mundi huius fortitudinem erecti Deo dicere solent, In te inimicos nostros uentilabimus cornu: quanto magis ipsius significationi, huius natura conuenit animantis, qui hæc eadem uirtutum dona, & in se cuncta possidet, & illis secundum mensuram suæ donationis tribuit.

Collum tuum sicut turris eburnea. Quia per collū, & uox & loquela procedere, & esca, per quā omnia corporis membra reficiunt, solet intrare: merito per collū, sicut & supra admonuimus, doctorum forma designatur, qui totum corpus Ecclesiæ & uoce exhortationis confirmant, & uitæ alimonijs recreant. Quod uidelicet collum, sicut turris est eburnea: quia doctores, & ornatum sanctæ Dei ciuitati, id est Ecclesiæ præstant & robur & pulchritudinē suæ uitæ. Quia huic mundo iam mortui esse probantur, cunctis se uidentibus uelut ebur ostendunt: & ciuitatem Dei, quasi turris eminentis atque inexpugnabilis ab uniuersorum hostium incursionibus defendunt. Cum enim dicunt, quia arma militiæ nostræ non carnalia, sed potentia Deo ad destructionem munitio-

num, consilia destruentes, & omnem altitudinem, extollentem se aduersus scientiam Dei, quasi turrem se in munimentū sanctæ ciuitatis positos esse comprobant. Et cum idem Paulus suam, suorūq; cooperarorum uitam describens ait, Ego enim per legem, legi mortuus sum, ut Deo uiuā, Christo crucifixus sum: cruci eboris sibi qualitatem, id est ofsis mortui quidem, sed præcipua pulchritudine insignis inesse significat.

Oculi tui sicut piscinæ in Efebon, quæ sunt in porta filie multitudinis. Idem sancti prædicatores, qui ob alimentum uerbi, collo erant sponsæ comparati: designantur etiam in oculis, hoc inspectionem arcanorum, quæ in occulto discunt ipsi, ut ea possint in aperto proloqui, & per ea quæ secreta meditatione perceperunt, manifestum sanctæ Ecclesiæ nutrimentum docendo ministrent. Hi autem oculi recte piscinis adæquantur in porta ciuitatis Efebon constructis. Quam etiam ciuitatem ob incolarū abundantiam, filiam multitudinis appellat: quia sicut eadem piscinæ confluentibus ad se ciuibus, continuam solebant præbere aquarum copiā: ita prædicatores fluentia doctrinæ suis auditoribus præbere non cessant: quibus scilicet fluentis tantū ipsi intus semper adimplentur, quantum piscinæ uenis uiuentium abundant aquarum. Conuenit autem his piscinis illa quondam famosa Hierosolymis probatica piscina, in quam descendente secundum tempus angelo mouebatur aqua, & qui primis è languentibus descendisset, unus sanabatur: quia nimirum unus Deus, una fides, unum baptisma: quod descendente in fontē uitæ spiritu sancto, unū fidelium populū abluuit charismate secundæ regenerationis, quæ bene probatica piscina, id est pecualis dicitur, iuxta literam scilicet dicens, quod hostiæ in ea à sacerdotibus lauari solebant: typicè autem exprimens, quod in aquis regenerationis abluui decet eos, qui ad sanctum altare producēdi, & in hostiā sunt Deo offerendi. Aptè uerò Efebon in typum Ecclesiæ ponitur, siue propter nomen, quia cingulū mœroris interpretatur, seu quia quōdam fuit Seon regis Amorreorū: & illo occiso, tēta est à filijs Israel. Cōstat enim, quia Ecclesia quondam mancipata erat imperio diaboli, regis uidelicet omnium iniquorum: sed excluso atq; renunciato, facta est ciuitas sui redemptoris. Et nunc nomen Ecclesiæ, quæ prius gentilitas uocabatur, accepit: cum pro lasciuia, fluxaq; leuitia seculi huius cingulo mœroris saluberrimi se constrinxit. Cingulo uidelicet, ut lumbos suæ mentis ab immunditia omni cohiberet: cingulo autem mœroris, ut à temporalibus guardijs externa profusus & aliena effecta, fiducialibus fixa in cœlis, gaudia se accepturam esse speraret. Hæc autem ciuitas, id est Ecclesia, quæ & filia multitudinis, ob abundantiam concurrentium ad fidem populorum, uocatur, habet in porta sua piscinas, quibus oculi aspi-

li asimulantur sponsæ, quia nemo potest eam ingredi, qui non prius aqua doctrinæ salutaris aspersus, qui non lauacro undæ regenerationis emundatus, qui non potu uiuifici fontis fuerit cōsecratus. Quod apertissimè & pulcherrimè figurabatur in tabernaculo uel templo Salomonis, in quorum introitu labrum, uel mare æneum erat positum, ubi ingressuri sacerdotes, manus suas, pedesq; lauarent: certū utique causa mysterij, quia lauacrum nobis doctrinæ cœlestis, quia fontem regenerationis Dominus procuraret: quo initiati, uel præsentis societatem Ecclesiæ, uel mansionē æternæ domus eius, quæ est in cœlis, posseamus ingredi.

Nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum. Quia per nasum odores solent foetoresq; discerni, dispensatores uerbi Dei, qui supra certas ob causas mulieribus collo & oculis Ecclesiæ fuerant designati: nunc etiam causa saluberrimæ discretionis, quæ à patribus mater esse uirtutū probatur, designatur in naso: quia nimirum quasi per olfaciendū officium ceteris amplius, dignoscere sufficiunt, in quibus actibus, siue sermonibus bonus odor Christi flagret, quæ uel letherū prauitatis exhalent foetorem. Nam & multum sollicita, siue doctor, seu quisq; fidelis discretionē opus habet: ne si forte uitia sub uirtutū habitu palient, ne quid lupinum sub ueste gerat ouina, ne astutia prudētia, ne tenacitas parsimonie, ne uindictandi libido iustitiæ, ne duritia fortitudinis, ne assumpta specie constantiæ pertinacia stultorum fallat. Vnde recte doctores, recte quicq; electi, qui hanc acceperunt à Domino gratiam, ut odores uirtutum à putoribus ualeant secernere uitiorum, sicut turris esse dicuntur Libani, quæ respicit cōtra Damascum: quia eminentissimum in sancta Ecclesia locum tenent, & cautissimo semper oculo mentis aduersum insidias antiqui hostis inuigilant. Libanus etenim mōs, quia Dominum saluatorem & Ecclesiam eius signet, iam sæpe dictum est. Econtrariò autem Damascus, quia ciuitatem diaboli, id est reprobam, uel angelorum uel hominum multitudinem figuratiter indicet, luce clarius est. Erat enim hæc metropolis Syriæ totius, & reges habēs impijssimos ac fortissimos: qui ut merito diaboli typū portarēt, crebra Dei populo bella, & captiuitates inferebant, quæ manifeste tentationes atq; insidias diaboli, quibus Ecclesiam indefinenter impugnat, figurarent. Sed & hoc quod Damascus, sanguinis potus, siue sanguinis oculi dicitur, cōgruit eorum significationi, qui illecebris carnis delectantur, & sanguinis: in quibus & ipsa sanguinis effusio, quæ innocentes infertur, annumeratur. Cōgruit & demonum peruersissimè intentioni, qui spiritua-liter nos trucidare, & uitam nobis æternam, quā habemus in Christo, tollere laborant. Cōtra quos utrosq; Psalmista Dominū precatur,

dicēs: Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ. Quicq; enim stabilitus fortiter in Christo, sedula se suosq; cautela circūspicit, ne huiusmodi bellis, quæ siue palam per homines, seu per diabolū occultè ingeruntur, superari ualeant: merito talis nasus appellari potest sponsæ Christi, & esse similis turri, quæ ad prospectū Damasci in Libano, sit mōte cōstructa: quia discernendū peritus, ac uita sublimis, continuis procurat excubijs, ne quādo Ecclesia repētinis malorū incursionibus turbetur.

BEDAE PRESBYTERI IN CANTICA CANTICORUM, Liber sextus.



Caput tuum ut camelus, & coma capitis tui ut purpura regis iuncta canalibus. In capite sponsæ recte mens accipitur anime fidelis: quia sicut capite regū, tur membra, ita cogitationes mētē disponunt. Vnde etiā ipse cogitationes, quæ innumerabiles omnibus horis ac momentis humana de mētē prodeūt, aptè figuratur in comis. Quod autē de una anima electa dicitur, hoc de tota Ecclesia intelligendū prudens lector meminerit: quia et si meritis differt multitudo credētium, unū tamen cor & animam habet, in quantum una eadēq; fide, spe ac dilectione oēs ad superna atria anhelāt. Narrat autem scriptura, quod Helias in mōte Carmelo flexis genibus orauerit, & post longam siccitatē, à Domino pluuias impetrauerit. Vnde caput sponsæ, ut Carmelus est, quia corda electorū, & sublimia sunt per conuersationē, & Domino in se ascensum præbēt per quotidianos uirtutum profectus. Helias namq; Deus Dominus dicitur, qui in his orat patrem, & uelut arētibus aruis pluuias de cœlo euocat: quia hæc ad orandū Deū inuisibiliter accēdit, & per eorum preces ac merita, sapius mūdo periclitanti sua dona largitur. Nomen quoq; Carmeli, quod interpretatur sciētia circuncisionis, capiti spōsæ, id est mētē Ecclesiasticæ cōuenit, quæ benouit nō se in carnali, sed spiritali circuncisionē debere gloriarī, de qua & Apostolus ad Galatas multa disputat, & propheta docet dicēs, **C**ircuncidimini Domino, & auferte præputia cordiū uestrorū. Hanc habere scientiam Iudei detrectabāt, cum de sola sibi, quæ foris est, circuncisione plauerāt. Et propterea caput, ut camelū habere nesciebant: quia mētē in infimis, & in carnis gloria posuerant. Vnde merito uoce beati protomartyris Stephani obiurgātur, dicētis: Duri ceruice, & incircūcisi cordib. & carib. uos semper spiritui S. resististis. Et coma, inquit, capitis tui, ut purpura regis iuncta canalibus. Comæ capitis sponsæ, ut diximus, cogitationes sunt anime fidelis: purpura autem regis, Dominicæ passionis imitationem significat, cui iure coma capitis sponsæ confertur: quia omnis electorum cogitatio fidei

dei sanctæ crucis munitur, uniuersa cordis eorum intentio ad patiendum pro Domino, ut cū illo resuscitari mereantur, prompta existit. Quod autem purpura eadē uincta canalibus dicitur, uel ita accipiendum est, quod fucata iam uellera, priusquā nentur, in canalibus distincta seruentur: uel quod misso in canalibus sanguine muricis, lana ipsa fucanda est, ibidem per partes distincta, & singillatim uincta tingatur. Incisi enim ferro murices, id est cochlear maris, quæ & cōchilia uocantur, lachrymas purpurei coloris emittunt. Quibus collectis tinctura purpurea cōficitur. Quod utrumque unum eundemque sensum mysticē gignit. Canalis quippe, qui purpuram regis suscipiunt, præcordia sunt fidelium Christi: lana autem, quæ ob id accipiendum colorem purpureum in canalibus uincta mittitur, ut post tincturam in ornamentum regis assumatur, ipsa est humilitas, mitissima ac blandissima conscientia fidelis, quæ per passionēs & opera iustitiæ in aeterni regis habitū proficit. Quotquot enim in Christo, inquit, baptizati estis, Christum induistis. Hæc autem lana uincta canalibus, purpureo colore fucatur, quia fixa & quasi si religata in corde electorum uirtus humilitatis continua Domini crucis memoria ad tolerantiā tribulationum temporalium animatur, per quam ad cōfortium possit regni peruenire Domini. Quod autem diximus uinctam canalibus purpuram, ita posse intelligi, quod fucata iam murice, idonea uellera, priusquam in fila deducantur, in loculis distincta custodiantur, ad figuram altioris pertinet uirtutis: quia scilicet eorum exprimit humilitatem, qui ita iam sunt pro Domino crebris tribulationibus exercitati, ut cōstet eos nullis aduersitatibus pressuris posse superari. Aiunt enim, perfectam purpuræ tincturam nullo unquam sole, nulla aquarum aspersione pallefcere: ac semel acceptum perdurare fucum solere. Coma igitur capitis sponsæ, ut purpura sunt regis uincta canalibus, cū cogitationes deuotivæ Deo cordibus præparatæ etiam existunt ad moriendum pro Christo, ut mereantur regnare cum eo: quam uidelicet purpuram prolatū ē canalibus in summi regis faciūt ornatum, cum data occasione patiendi, quid in eo corde gesserint, ostendunt, fortiter ob gloriam sui redemptionis, & aduersa quæque seculi, ipsam quoque si contigerit, mortem subire parati. Quod bene in Actibus apostolorum, Lydia illa purpuraria figurabat, quæ cum fuisset timēs Deum, prima cum domo sua prædicante in Macedonia Paulo, credidit, & baptizata est: eumque prius sibi uerbum fidei prædicantem, & postmodum ab infidelibus uerba & carceres & uinacula perpeffum suo recepit hospitio. Designabat namque & arte & credulitate & obsequio suo Ecclesiam de gentibus, quæ imbuta confessione Dominicæ passionis, & ipsa pro hac sanguinem futura, & expulsam ab infideli

bus doctrinam apostolorum intimo esset corde receptura.

Quam pulchra es, & quam decora charissima in delicijs. Supra in laude sponsæ dicitur, Pulchra es amica mea, suavis & decora sicut Hierusalem, terribilis ut castrorum acies ordinata. Ibi ergo cum pulchritudine & decore, terribilis ut acies ordinata dicitur: hic pulchra & decora in delicijs esse perhibetur. Quantum uero ad humanam consuetudinē, difficile est unam eandemque personam & in delicijs ducere uitam, & terribilem esse ut aciem castrorum ordinatam: quia nimirum delicia mētem, quam molliunt, bellicis rebus intendere non sinunt. Sed ubi spirituales sunt delicia, id est ubi desiderium æternæ dulcedinis fauces replet animi, ibi terribilis sit hostibus anima spiritualibus, eorumque tela omnia quasi acies castrorum ordinata elidit: immo quo tenacius saporē internæ satietatis percipit, eo terribilior existit eis, qui supernæ gloriæ dulcedinis, ad quā creati sunt, amaritudine superbæ tyrannidis funditus perdidit. Et bene cum sanctæ animæ amator suus dixisset, Quam pulchra es, & quam decora, id est quantum ex fide & opere perfecta: cōtinuō subdidit, Charissima in delicijs. Cōuenit namque, ut charissima sit Domino anima, quæ celestibus cernitur uacare delicijs: quia nimirum quanto amplius mens pura cibum uitæ degustat, tanto maiore illius charitate ignescit: & quo ardentius superna diligit, eo perfectius ab ipso supernorum bonorum auctore ac largitore diligitur. Charisma est igitur Domino anima sancta in delicijs, quia dum internæ gaudia refectiois ardēter elurrit, amor in ea sui cōditoris augetur. Et quoniam huiusmodi anima non parū etiā in certamine uitæ presentis prægustat gaudia futura retributionis, recte subditur:

Statura tua assimilata est palmæ, & uera tua botris. Statura quippe Ecclesiæ, rectitudo est bonæ operationis eius: quia ad terrenam concupiscentiam incuruari despiciens, totam se ad cœlestia promerenda sustollit. De qua monet Apostolus dicens, Vigilate, state in fide, uiriliter agite. De qua & ipse Dominus, Ego Dominus, qui erui uos de seruitute, qua opprimebant uos Aegypti, ut incederetis recti. Palma autem manus uictoris ornata est. Sed & apud antiquos, quicumque in certamine uicissent, palma coronabantur. Statura ergo sponsæ assimilatur palmæ, cum erecta in amore supernorum omnis intētio fidelium, meditatur interim in acie consistens brauium illud, quo uictrix finito agone donanda est. Item, quia palma inferioribus aspera uidetur, in summo autem pulchritudinē, & fructus suauitatem ostendit: merito huius stature assimilatur Ecclesiæ, siue animæ cuiusque fidelis, quæ asperos pro Domino portat in terra labores, sed mercedem à Domino gratissimam se accipere sperat in cœlo. Aspera est palma iuxta terrā, quia persecutionem patiuntur propter iustitiam electi.

electi. Pulchra est & dulcis in summo: quia gaudet in pressuris, & exultat: sciētes, quoniam merces eorum copiosa est in cœlis. Item quod palma diuturnis est uelita frōdibus, & folia sua sine successione conseruat, quis non uideat, quia typum teneat staturæ fidei, quæ uariante statu seculi labentis, eadem semper uerba recte confessionis, quasi folia nunquam reditura, lapsura retinet: & eadem operū perfectionem, quæ ab initio cœpit, quasi decorem palmarum usque ad finem seculi in electis suis intemerata custodit. Et ubera, inquit, tua botris. Uera, ut saepe dictum est, Ecclesiæ sunt doctores, cum lac primæ eruditionis paruulis Christi ministrant. Sed eadem ubera botris assimilantur, cum ipsi doctores eis, quibus prima incarnationis eius sacramenta commiserant, etiam diuinitatis, quæ æqualis est patri, arcana reuelant. & qui antea dixerant, Nil iudicamus nos scire inter uos, nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum: idem postmodum fortiora capientibus dicunt, Quorum patres, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Vel certe ubera Ecclesiæ assimilantur botris, cum magistris ueritatis uno eodemque tempore & magna magnis auditoribus scripturarum sacramenta, uel præcepta aperiant: & paruulis sensu, quæ capere possunt, uitæ alimenta committunt. His dicentes, Si uis ad uitā ingredi, serua munda: nō homicidii facies, nō adulteraberis, nō facies furtū, nō falsū testimoniū dices. Honora patrem tuum & matrem tuam: & diliges proximum tuū sicut teipsum, illis autē, Si uis perfectus esse, uade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & cætera huiusmodi. Sed & hæc ubera adæquantur botris, quia dicit Apostolus, Siue enim mente excedimus Deo, siue temperantes sumus, uobis. Uerum namque officium gerunt, cum sua dicta infirmis, prout audire ualent, temperant: conferuntur autem botris, cum mente excedentes, ad sublimia inebriantur ab ubertate domus Dei: illius uidelicet domus Dei, quæ non manufacta, sed est æterna in cœlis. Verum quia sancti quique, omne quod bonum habent, hoc superna gratia largiente perceperunt: recte subditur,

Dixi ascendam in palmam, apprehendam fructus eius, & erunt ubera tua sicut botri uineta. Sola namque causa est, ut ubera Ecclesiæ botris adæquantur, quia Dominus in eam ascendere, suamque eam gratia donare dignatus est. Ut enim doctores & humilia paruulis, & sublimia prædicent perfectis, ut & condescendant, ac temperantes sint rudibus, & ipsi in contemplatione cœlestium sublimiter debriantur, non hoc sui meriti, sed est doni cœlestis. Dicitur est autem supra de Domino, Dilectus meus descendit in hortum suum: & nunc ipse dicit, Ascendam in palmam. Eadem autē Ecclesia, siue anima perfecta, hortus Domini, quæ & palma est. Sed distat inter

ascendere & descendere Dominum in illam. Descendit namque in illā, dum cœlestem ei gratiam desuper mittit: quia ut ipsa cœlestis possit effici, atque ad superna transferri. Ascendit uero in eandem, cum cognitionem suæ maiestatis fidelibus magis magisque reuelat, cum amore patriæ cœlestis proficientibus eis, quasi quibusdam gradibus ad alta tendentibus inspirat: cum eis, quibus prius dicebat, Cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt uobis, dicitur: Quia serui inutiles sumus, potiora donans adiecerit, iam non dicam uos seruos, quia seruus nescit quid faciat Dominus eius. Vos autem dixi amicos. Et iterum: Ite nunciate fratribus meis. Descendit ergo in hortum suum Dominus, cum cœlestia dona fidelibus largitur. Ascendit in palmam, cum augmenta uirtutum proficientibus eiusdem electis suis, donec eos ad perfectum prouehat, dignanter impendit. De quibus uirtutibus apertè subiungitur:

Apprehendam fructus eius. Apprehendit namque uirtutes animæ fidelis, ut eas saluberrimo suæ compunctionis tactu, ampliori semper benedictione fecundet. Possunt etiam fructus palmæ, singuli quique electorum accipi, quos Domino Ecclesia, palma uidelicet sua gignit. Quos nimirum fructus apprehendit, cum suos in fide sua & dilectione confortat, & ne unquam possint deficere, sua illos ad perfectam uitæ maturitatem protectione tutatur. Iuxta illud Psalmistæ: Et dedisti mihi protectionem salutis tuæ, & dextera tua suscepit me. Potest autem in eo quod sequitur, Et erunt ubera tua sicut botrus Cypri, etiam hoc intelligi, quod hi, qui parua quæ norunt, beneuolē ac simpliciter annunciare proximis nō negligunt, interdum potiori sapientiæ munere debriantur: & hoc ascendente in palmam Domino, ac fructus eius apprehendēte: quia nisi eius gratia profectū nobis tribuerit, nisi corda nostra illius gratia munierit, nec magna habere, nec parua bona ualemus. Aptè autem palmæ nomine, etiā uictoriosissima ualet crucis arbor designari, cui iurē statura sponsæ assimilatur: quia sancta Ecclesia per passionem sui redemptionis, ut recta & stabilis & immobilis consistere possit, erigitur. Iurē huic comparatur, quia & qui Dominicæ incarnationis tempora præcesserūt, sancti mysteria passionis eius uel prophetando, uel etiam patiēdo signabāt: & nostri temporis sancti eundem sacrosanctæ passionis triumphum, omnes quidem credendo ac confitendo, plurimi autem etiam moriendo clarificant. Quod autem ait sponsus, Dixi ascendam in palmam, apprehendam fructus eius: illo æuo congruit, quando Salomon hæc canebat, cum se Dominus crebris Prophetarum uocibus promitteret ad redemptionem generis humani in carne uenturum: cum se ascensurum in arborem prædicaret, sponsæ sue moriens, destructo mortis imperio ad uitā uictor rediret. Fructus autē palmæ, quos se apprehensurum

prehenfurum dixit esse. posteriores sunt gloriae, quae crucis sequebatur ascensum. Hoc est, claritas resurrectionis & ascensionis eius, ad coelos aduentus sancti spiritus, & salus mundi credentis. Cui sensui conuenit apte quod sequitur:

Et erunt ubera tua sicut botri uineae. Quia nimirum ipsi primi doctores Ecclesiae, id est apostoli completa passione ac resurrectione eius, maiorem multo, quam eatenus habuerint, scientiam doctrinae salutariae acceperunt, cum apparens post resurrectionem aperuit illis sensus, ut intelligerent scripturas: cum missio de super spiritu, notitiam illis omnium tribuit linguarum: quando ab irridentibus falso dictum est, Quia musto pleni sunt ista. Sed illi ueraciter sicut botri uineae erant affecti, quia spiritualium erat charismatum gratia refectioni: completa ueraciter sententia, qua dicebat, Quia uinum nouum in utres novos mittendum est. & ambo conseruantur. Vtrique autem sensui congruit apte quod sequitur:

Et odor oris tui sicut malorum, guttur tuum quasi uinum optimum ad potandum. In odore quippe oris, fama bonae locutionis: in gutture uero, ipsum uocis Deo deditae officium. Vtrunque autem in Ecclesia catholica, utrunque in anima quae electa laude dignum est: quia & uox ipsa, quae praesentes instruit, & fama loquelae, quae ab absentibus, siue per literas, siue per eos qui audire, peruenit, plena esse probatur uirtutis & gratiae. Quod autem odorem oris & gutturis sponsae malis ac uino comparat optimo, ita potest distingui: quod mala totam uim in ipsa non uitate retineant, uinum uero, precium de ueritate consequatur. Ideoque recte utrique huic speciei uox Ecclesiae loquentis, & fama conferratur, cuius & principium & perfectionem constat esse mirandam. Item quia maior est uirtus & fragrantia uini optimi, quam malorum: recte dicitur, Et odor oris tui sicut malorum. Guttur tuum quasi uinum optimum, praestat gratiae malorum. Tantum praesens allocutio sanctae Dei Ecclesiae praecellit famae, quam de illa potest audientium sermo disseminare. Haec enim autem dicta laude sponsae, ubi ad hoc uentum est, ut guttur eius, sicut uinum esse optimum diceretur, rapuit illa uerbum de ore sponsi, & ipsa hoc potius magno ducta amore compleri satagit. Intellexit namque, quia uocabulo uini optimi uerbum designaret Evangelij, in quo solo salus esset aeterna credentibus, & ait:

Dignum dilecto meo ad potandum, labijsque & dentibus illius ruminandum. Vinum, inquit, optimum, cui guttur meum comparauit, dignum est ipsi dilecto meo ad potandum: quia uerbum Evangelij, quod in ore meo ponere dignatus est, tanta est sublimitatis, quae non per alium quempiam, quam per ipsum dilectum suum sponsum ac redemptorem meum mundo debeat praedicari. Ipsi quippe primus in carne apparens

per mysterium regenerationis humano generiter coeleste aperuit, ipse sacramentum suae passionis, resurrectionis, ascensionis, quo mundus saluaretur, prius praedicauit, ac deinde praedicandum suis fidelibus reliquit: ipse calicem salutaris potauit, ac sic potandum Ecclesiae porrexit. Neque absurde positum debet uideri, quod dicitur, Labijsque & dentibus illius ruminandum, cum de uino dicatur. Costat autem, quia ruminatio cibo potius quam poculo conuenit. Figurata enim loquens, labia dilecti, & dentes appellat doctores sanctos, ut supra probatum est: quia uinum optimum, quod ipse potauit, ruminant, cum uerbum gratiae, quod docet, crebro meditatu scrutari, ac sibi met alterutrum conferre latantur. Quidam hoc responsum Ecclesiae ad sermonem Domini ita subillatum intelligunt, ut cum ille laudans eam, dixisset guttur tuum, id est suauitas tuae confessionis, quasi uinum optimum: statim ipsa annuens uerbis eius adijceret, Dignum dilecto meo ad potandum, labijsque & dentibus illius ruminandum. Ac si aperte diceret, iam multum cupio, ut dilectus meus solerti examine affectum ac sinceritatem mentis, quam erga eum habeo, diiudicet. Confido enim, quia est tanta hanc discussione examinet, quanta examinare solet potum siue cibum, quia hunc sollicitus gustare uel masticare studuerit, iam dignam eam suis laudibus comprobabit. Hinc enim primus Ecclesiae pastor interroganti se Domino respondit, Tu scis, quia amo te. Et iterum: Tu omnia scis, tu scis quia amo te. Cui uel delictet dilecto adhuc ex magno eiusdem charitatis ardore subiiciens, ait:

Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius. Ego dilecto meo, & non alteri. Cui totum meae seruitutis ac deuotionis munus impendo. Et ad me conuersio eius, ut & me interim mortali inuita, ne laborando deficiam, ne lampadas absque oleo: id est, ne bona opera sine charitate feram, praesentia sui semper respectus adiuuet, & in finem ad immortalia secula gaudia thalami caelestis introducat. Potest hoc quod ait, Et ad me conuersio eius, ex synagoga specie, hoc est plebis illius quae incarnationis eius tempora praecessit, specialiter prolatum intelligi. Quae cum eum superius spudentem audisset, Dixi, ascendam in palmam, apprehendam fructus eius: id est, ascendam lignum crucis, in quo moriar, & resurrectionis fructus capiens, credentibus eos qui ad uitam aeternam nutrantur, praebibo: merito gratulabunda protesta- tur, Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius: ea uidelicet, ut qui inuisibilis mihi praesentia semper adesse consueuerat, ipse in mea quoque mihi natura & habitu apparere dignetur. Vtriusque autem temporis amatoribus conueniunt apte, quae sequuntur:

Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in uillis, & caetera. Nam & priores sancti plurimum desiderabant uenire Dominum ad salutem gene-

ris

ris humani. Vnde & precantes aiunt, Excita potentiam tuam, & ueni, ut saluos facias nos. Desiderabant illum egredi in agrum, id est eum qui inuisibilis erat apud patrem, mundo apparere uisibilem: iuxta illud Abacuc qui more Prophetico futura, quasi iam facta canebat, Existi in salutem populi tui, ut saluos facias Christos tuos. Optabant & ipsi egredi cum illo in agrum, ut gratiam Euangelij, quam a longe aspicientes & salutantes, uenturam praedicabant, praesentem seculis nunciarent. Cupiebant cum illo in uillis commorari, hoc est etiam paganis uerbum fidei committere. Quis enim nesciat paganos Graece, a uillis nomen trahere: eo quod longe sint a superna ciuitatis habitatione, uel etiam cognitione remoti: Quid autem putas Esaias, Hieremias, Iohel, & caeteri prophetae, qui ante dispensationem futuri in carne Christi prophetantes, tot pro eius praconijs aduersa pertulerunt, quanta agerent, si eos cum ipso in carne uiuere contigisset? Ea quoque quae sequuntur, non pauca fidelibus antiquorum sanctorum uotis multum decenter aptantur. Sed & nostri temporis Ecclesia pariter uentis affectu, merito proclamat, Veni dilecte mi, egrediamur in agrum. Qui assumptum pro mea sospitate hominem eleuans, ad coelos in patris dextera collocasti, rogo per diuinam praesentiam gratiae, ad me crebrius uenire digneris. Agrum quidem meum, in quo bonum semen seuisisti, excolere iubes, id est in mundum uniuersum, Euangelium, quod dedisti, praedicare praecipis: sed quia sine te nil possum facere, obsecro, mecum egrediaris in agrum: id est, ubicumque locorum me uerbum praedicare uis, cooperator mihi & adiutor existas. Legimus ipso dicente, Quia adueniente die iudicij, duobus in agro operantibus unus assumetur, & alter relinquetur. Assumetur autem ille, qui Domino cooperante agrum uel sui uel fraterni condidit excolebat: qui uero fructus, uel doctrinarum uel actionum bonarum a se habere confidebat, merito relinquetur ab eo cuius auxilium flagitare neglexerat. Commoremur in uillis, etiam exteriorum corda docendo ad eam: neque haec transeundo uisitemus, sed haec in his commoremur, donec ea de paganis urbana, de exteris ac peregrinis domestica nobis, immo propria reddamus.

Mane surgamus ad uineas, uideamus si floruit uinea. Sic commoremur in uillis, ut ad excolendas quoque uineas surgamus: sic in his qui iam ad fidem conuersi sunt, in mansionem faciamus, ut etiam alios, in quibus manere possumus, Euangelizando acquirere curemus. Et bene dictura, Surgamus ad uineas: premisit, Mane. Mane enim dicit ipsum uerae lucis exortum, per quem de potestate tenebrarum mundus ereptus est. Mane ergo, inquit, surgamus ad uineas. Ac si patenter dicat, quia noxiam praesentem infidelitatis abscessit, quia lux Euangelij coruscantis iam apparere incipit, surgamus, quae ad u-

neas, id est ad Ecclesias per orbem Deo instruendas operam demus.

Videamus si floruit uinea, si flores fructus parturunt, si floruerunt mala punica. Floret uinea, cum Ecclesia prima fidei & confessionis, prima rudimenta percipit. Flores autem fructus parturunt, cum fides & confessio sanctorum prompta efficitur, ad exercenda etiam opera iustitiae, ne fide eorum sine operibus ociosa inueniatur esse, uel mortua. Floret mala punica, cum hi qui in fide & recta operatione profecerint, desiderium patiendi pro iustitia percipiunt. Mala enim punica, quia sanguinei uidentur esse coloris, apte passionem, uel Domini saluatoris, uel fidelium eius figuraliter expriment. Recte autem in singulis his sponsa dilecti sui praesentiam requirit, dicens: Egrediamur in agrum, commoremur in uillis, surgamus ad uineas, uideamus si floruit uinea, & caetera: quia nullatenus Ecclesia, uel ad bene operandum egrediendo procedere, uel in exercitio bonae operationis persistendo commorari, uel salutem ad propositum bene agendi assurgere, uel animas auditorum suorum, quantum profecerint, discernere sufficit, sine eius gratia, qui coelum ascensus promissit. Et ecce ego uobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem seculi. Quod si haec a persona antiquorum iustorum dicta accipere uoluerimus, potest appellatione manere, ubi ait, Mane surgamus ad uineas, ipsum Dominica incarnationis tempus designatum non incongruenter intelligi. Desiderabant enim multi prophetae, & iusti uidere tempora, quae apostoli uiderunt. Cupiebant usque ad nouam aduentus illius lucem, si posset fieri, in carne perdurare, ut possent ipsius in carne docentis, & auscultare sermones, & adherere promissis, ipso praesente in carne de ipso postea credituris facere sermonem. Caetera eodem quo superius sensu possunt accipi, Ibi dabo tibi ubera mea: ibi uidelicet, ubi ad uidendas uineas & mala punica, si florere, aut fructus parturiant, uenerimus. Vera autem Ecclesiae doctores constat esse paruulorum illius: quae nimirum ubera Domino dat, cum in eius obsequium, praedicatorum suorum, & facta exhibet & uerba: ut sicut paruulos sedula intentione lactare solent nutrices, ita illi taliter se agere studeant, quatenus aspectu pariter & auditu, hi qui rudes sunt adhuc, in Christo proficere ualeant, atque ad robur usque spiritualis pertingere iuuentutis: dignique fiant, quibus beati Iohannis uoce dicatur, Scripti uobis iuuenes, quia fortes estis, & uerbum Dei in uobis manet, & uicistis malignum. Nolite diligere mundum, neque ea quae in mundo sunt. Recte autem Ecclesia, cum deprecata esset Dominum, dicens, Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, & caetera quae sequuntur: ita concludit, Ibi dabo tibi ubera mea. Ac si aperte diceret, Idcirco te tantopere deprecor, ut spiritalem mecum in eas laborem, quo & nouos tibi populos sem-

BBB per

per acquirere ualeam, & eos qui iam acquisiti sunt, quomodo se habeant, quantum in fide profecerint, discernere sciam: quia paruulorū pædagogos meorum diligentissimè tibi mancipare contendo, ita ut nulla eis, nisi quæ ipse iussisti, uel exemplo, uel uerbo sequenda præmōstrerem. Ad quæ ubera pertinere se nouerat ille, qui ait, Facti sumus paruuli in medio uestrum, rāquam si nutrix foueat filios suos, ita desiderātes uos. Dedit huiusmodi ubera dilecto suo, & non alteri cuiquam sponsa, cum audiens ab ipso, Segregate mihi Paulum & Barnabam in opus, in quod assumpsit eos, continuo iussis obtemperare curauit.

1. Thef. 2.

Mandragoræ dederūt odorem in portis nostris. Portæ Christi & Ecclesiæ sunt ijdem doctores, qui & ubera uocabulo fuerūt expressi. Qui, ut sæpe dictum est, ubera sunt: quia lactant paruulos eius, & infantes: crebra agentes industria, ut etiā ex eorum ore laus Domino perfecta promatur. Portæ sunt autē, quia quos erudiunt, per ministeriū uerbi & regenerationis, in habitationē sanctæ ciuitatis introducunt, de quibus Psalmista, Diligūt Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Vnde & in Apocalypsi de eadē ciuitate Ioānes ait, Et habebat murū magnū & altum, habens portas xij. Quia nimirum primi Ecclesiæ doctores, id est apostoli duodecim sunt electi. In huiusmodi ergo portis, mandragoræ dederunt odorem, cū apostoli, ebrūq; successores spiritualium ex se uirtutū famam longē lateq; sparserunt. Merito ergo ibi uenire Dominum deprecatur Ecclesia, ad auxiliū cœlesti ferendū prædicationi, ubi ipsos prædicatores præcipuis nouit fragrare uirtutibus. Sed & quisq; alias mandragoræ naturas, quotiē medicamētis congruat, diligentius exquirit, profectō inueniet, quia significandis fidelis uirtutibus conuenienter apratur. Est enim herba aromatica, habens rā-

Psal. 36.

dicem, formæ humani corporis similitem: mala uerò sua uolentia in magnitudine malitiam. Vnde & eū Latini, Malum terræ uocant. Habet autē huiusmodi uirtutē, ut per eā somnus frequenter accersatur, ubi uigilarū ægri afflictiuntur incommodo. Pessimis autē molestatur uigilijs, qui huius mundi curis ac desiderijs exuere quærit animum, sed usu prauæ cōsuetudinis moratus, necdum obtinere, quam quærit, requiem ualet. At qui suæ infirmitati sollicito studiorū spiritualiū exercitio mederi satagit, sit ut recedētib; paulatim uirtiorū bellis, ad illam mentis quietē perueniat, de qua in superioribus huius carminis loquitur sponsa, Ego dormio, & cor meū uigilat: hoc est, Ego quiesco à curis rerū temporalium, & cor meum uigilat, in contēplatione perennium bonorū. Itē, si quorum corpora, propter curam secanda sunt, huius cortex uino immisus, ad bibendū datur, ut soporati dolorē non sentiant. Cuius naturæ ratio, quid in spiritualibus medicamētis agendū significet, facile pa-

tet. Languescit namq; grauius anima, quæ magnis est uitiorū subacta pōderibus. Et hæc uelut curāda medicis offertur, cū eam doctores sancti carnalibus resistere uoluptatibus horratur. Sed quia nō potest sine graui dolore relinquitur, quod cū grādī solebat amore teneri, secari uidetur ab eo, qui ab inueterata eam illecebrarū cōsuetudine retrahit. Sed ne huiusmodi sectio languētī animæ intolerāda fortē uideatur, dāda est portio salutaris, per quā utiliter sopita, dolorē secturæ nō sentiat. Reuocāda est, ad mentē pœna aeterna flāmæ gehēnalis, quæ negligentes suæ salutis animas perpetuō torquebit, reducēda ad memoriam gloria patriæ cœlestis, ubi suscipit iustorum animæ regnabit sine fine cum Christo. Hæc enim portio doctrinæ salutaris est, quæ animā diu languidā a Deo, uel soporata huius mūdo, uel potius mortuā reddat, ut facillimè cuncta, quibus prius in hærebat, oblectamēta sibi patiat, imō etiam gaudeat auferri. Itē, mandragoræ illius mederi perhibetur, qui nausea laborat, ita ut nec cōtinere ualeat, nec accipere cibos delectentur. Cibus autē animæ, sermo est ueritatis: quem qui uel audiēdo recipere, uel auditu acceptū in uētre memoriæ retinere nequeūt, pessimo prorsus ac periculoso languore tenentur. Quia nimirum necesse est, ut eorū uita desperetur, qui panē uitæ, aut acceptū conseruare, aut saltem percipere fastidiunt. Cui uidelicet languori crebra sanctorū exempla, & præfens forma uirtutū solet præbere medelā: dum fastidiosus quisq; ac negligens uisis siue auditis bonorū operibus, rememorata superna gloria retributionis, & ipse bonorū actus, laboresq; quærit imitari tēporales, quo perpetuæ illorū felicitatis mereatur coheres haberi. Quicūq; ergo talis est, quasi per fructū mandragoræ ad ipse salutis, & uitæ perductus est. Quicūq; doctorū tantā spūs gratiā, tantū habet studiū pietatis, ut quisq; eos uiderit uel audierit, mox mente mutatus, ipsorum sequi uitam incipiat, meritō mandragoræ formā tenent, quia uitæ alimentum in nauseantibus cordibus ligūt. Et pulchrē spōsa delicias opima uiuificis, nō solū uinearū, malorūq; fructus spōso intuēdos, sed etiā mandragorarū odores, succosq; salubres promittit. Non tantū ea, quæ māducari possunt & bibi, uerū & illa se habere gloriatur, quæ fastidientibus cibum siue potum, gratum facere queant, & suauem, quia profert & Ecclesia ante conspectum sui authoris dona uerbi cœlestis, cibaria uidelicet & pocula uitæ: profert ministros idoneos, qui hæc & esurientibus sitientibusq; prædicādo apportēt: & insuper eā fastidientibus ipsi prelibando, id est prius operando dulcia reddāt. Profert quasi uineas, ceteras electorum innumeras: profert & mala punica, martyragmina confessions inuictæ fulgore preciosa, profert spiritalia charismata, quibus præcordia pigrorum, ad contuenda atque imitanda bonorū exempla succēdat.

Omnis

Omnia poma noua & uetera seruaui tibi, dilecte mi. Poma noua & uetera, præcepta siue promissa sūt noui & ueteris Testamenti, quæ omnia dilecto suo seruaui Ecclesiā: quia ipsam solū esse nouit, qui utriusq; & præcepta daret, & seruauit premia digna redderet: solum esse nouit eum, qui & minora per angelos antiquis suis famulis, & maiora per seipsum nobis, uel mandata ederet, uel polliceretur præmia. In qua sententia fortiter retundit Ecclesia sectas Fotinianorum, qui Dominum saluatorem ante Mariam fuisse negāt. Refellit & insaniam Manicheorum, qui alium legis, alium esse Deum Euangelij dogmatizāt. Item poma noua & uetera, nulli sunt Testamētī noui & ueteris, quorum uultus potuit, quamuis eximia sanctitate insignis, regnis edita cœlestis ante incarnationem, resurrectionem, ascensionem Domini saluatoris intrare. Dixit Ecclesia tēporis illius, quæ nunc discretionis gratia, Synagoga uocatur, Omnia poma noua & uetera dilecte mi, seruaui tibi. Ac si aperit dicat, Scio certissimè, quia nemo nisi per gratiā tuā potest saluari, nemo mortalium potest perfectè iam beatus fieri, priusquam tu mortalis effectus, iter ueræ beatitudinis ad cœlestia pandas. Quoscuq; enim iustos uidi, cūctos tuo sacrosacrato aduētū fide certa seruaui, per quæ eos ad perfectam felicitatem peruēturos esse didici. Cui simile noui quoque Testamētī Ecclesiā depromit sententiam uoce sui primi pastoris, ita eos qui aliter sapiebant, contestans, Quid tētatis Deū, imponere iugū super ceruices discipulorū, quod neq; patres nostri, neq; nos portare potuimus: sed per gratiā Dñi Iesu credimus saluari, quem admodum & illi. Probat autem sententia sequens, ueram hanc esse expositionem huiusce sententiæ, cū subditur:

Act. 15.

XXXI.

Q Vis mihi det fratrem meum sugentem ubera matris meæ. Et in multis enī, & in omnibus, & in hoc maxime loco testatur hoc carmē, quia nil carnale, & iuxta literam resonet: sed totū se spiritaliter ac typicè uelit intelligi. Quæ enim potest esse formānarū, quæ dilectorē, dilectūq; suū repente desideret, nō esse iuuenē, ut fuerat, sed in etate infantili fratrem sibi denuō nasci, suæ que genetricis uberibus paruulum nutrirī, quem iam adultum reperire consueuerat. Ergo antiquorum uox est ista iustorū, qui Dominū saluatorem, quem in diuinitate patri, & spiritui sancto cōsubstantialē credebant, ac debitis uenerabātur obsequijs, in hominis quoque habitu, & hominibus cōsubstantialē uidere cupiebant: ut quæ in prophetia nouerant in ipso, de quo præcinebatur, completa uiderent. Desiderabant illam aptissimam sui conditoris uocem audire, quam extēsis in discipulos manibus protulit dicēs, Ecce mater mea, & fratres mei. Cupiebant delectabile illud accipere nunciū, quod post triumphum resurrectionis acceperunt ijdem

Mat. 3.

discipuli. Ite nunciāte fratribus meis, ut eant in Galilæam, ibi me uidebunt: attestāte eis dē ipso dilecto, qui alibi eisdem discipulis dicit, Multi Prophetæ, & iusti cupiebāt uidere, quæ uos uidetis, & non uiderūt: & audire, quæ auditis, & non audierunt. Quod ait, Sugentem ubera matris meæ: nō de ipsa gloriosa Deigenitrice specialiter ualet intelligi. De qua ueraciter dictum est, Beatus uenter, qui te portauit, & ubera quæ suxisti. Et de qua ipse in Psalmo, De uētre, inquit, matris meæ Deus meus es tu. quod est apertè dicere, Qui meus ante secula pater eras, ex quo esse homo cœpi, es & Deus meus. Non enim potuit Salomon, uel aliquis illius æui iustus beatā Mariam sibi matrem dicere, quæ tanto pōst tempore nascitura erat in mundo. Sed matrem suam dicit synagoga humanæ naturæ substantiam, de qua & ipsa nata erat, & redemptorem omnium nasci ac nutrirī desiderabat. De cuius natiuitate adhuc ingenti feruens amore subiecit:

Mat. 13.

Lucæ 10.

Ioan. 1.

Et inueniente foris, & deosculer, & iam nemo me despiciat. Intus quippe erat dilectus: quia in principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deū, & Deus erat uerbum. Sed ut foris quoq; possit inueniri, uerbum caro factū est, & habitauit in nobis. Viderunt namq; patriarchæ, uiderunt prophetæ Dominum, sed intus, id est in contēplatione mētis spiritali, nō in oculi carnalis intuitu. Viderūt eū, sed in imagine, sed in angelicæ formæ substantiæ: at ipsam eius naturam, quæ per angelos se quomodo uoluit ostendebat, nequaquam uidere ualebāt. Deniq; legifer ipse, qui audire meruit, Ostēdam omne bonum tibi: rursus audiuit, Non poteris uidere faciem meā, non enim uidebit homo faciem, & uiuet. Felices, qui inter se cōferre meruerunt, Inuenimus Messiam, qui dicitur Christus. Et iterum, Quæ scripsit Moses in lege: & prophetæ, Inuenimus Iesum filium Ioseph, & a Nazareth. Nam & talibus aptè conuenit, quod ait: Ut inueniā te foris, ac deosculer. Inuentum quippe dilectum deosculata est synagoga, in eis qui nunc faciē ad faciē in ueritate assumptę carnis uidere, qui cum eo ore ad os loqui meruerunt. Hoc est namq; osculum, id est amantissimum illud oris illius donum, ac mutux commercium allocutionis, quod in hoc carmine synagoga ante omnia quærebat, ita incipiens: Osculetur me osculo oris sui. Bene autem optādo subiungit, Et iam nemo me despiciat. Despecta namq; erat externis hominibus Ecclesia, quasi parua & nullius precij, quamdiū breuissimis ludææ terminis claudabatur: at ubi ueniente in carne Domino, per omnes cœpit gētes dilatari, terribilis iam mūdo effecta est, quasi orbem impletura uniuersum, & cultum omnium deiectione deorum. Namq; eam nō fuisse despectū, sed terrori potius, ut aciem castrorum ordinatam: per id maxime probatum est, quo ei bellum publicè toto orbi indicum est. In quo tamen bello ipsa

BBB 2 siue

siue uiuendo, seu moriendo superans, magis est facta mundo omni terribilis. Despecta erat etiam immundis spiritibus Ecclesia: quia se genus humanum decepsse, ac de patria cœlesti in hoc exilium, ærumnamq; multifariam detraxisse iactabant: nullumq; fuisse hominẽ, qui à suo dominatu, per omnia posset immunis existere. At postquã mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus uenit in mundum, tentatũ quicq; uicit hostem ipsum, cuius tẽtatione quõdam uictus est protoplastus, pertransiuit etiam benefaciendo, & curando omnes oppressos à diabolo: atque ad ultimũ moriendo destruxit eum, qui habebat mortis imperium, omnemq; secum iustorum præcedentium multitudinem ab inferis educens, ad illius regni, quod protoplastus amiserat, gaudia perduxit: ac suã uictoriã signum fidelium frontibus imposuit. Iam non est eis despectui bonorum uita hominum: quia se per hominẽ uictos esse uident, humanumq; genus ad regnum, quod ipsi superbendo amiserant, dolent esse translatum. Licet & de sanctis credere angelis, quia minus uitã electorum despexerint hominum, postquam Deum ac Dominum suum, intãtum amare genus humanum cernebant, ut etiam ipse homo fieri, inter homines cõuersari, ac mori dignaretur. Hinc est enim, quod ante incarnationem eius adorari se ab omnibus patienter ferunt: Ioannem uero in Apocalypsi adorare se incipientem prohibet angelus dicens, Vide ne feceris, conseruus tuus sum, & fratrum tuorum, habentium testimonium Iesu. Deum adora. Vnde merito aduentum eiusdem Domini Iesu suspirãs antiqua illa electorum multitudo dicebat, Quis mihi det te fratrem meum sugẽtem ubera matris meę, & inueniam te foris, & deosculer, & iam nemo me despiciat? Vbi & apte subiungitur:

Apprehendam te, & ducam in domum matris meę. Ita autem hæc loquitur synagoga, quemadmodũ Paulus ait, Nos qui uiuimus, qui residui sumus in aduentu Domini, non præueniemus eos, qui dormierunt. Qui cum certum habere diem, usque iudicij in carne se durare non posse, propter consortiũ tamen unius eiusdemq; fraternitatis, illorum se numero iungit, qui in aduentu iudicis uiui inuenientur in carne. Et hic ergo plebs antiqua, Dei ex persona loquitur illius suę partis, quæ eum in carne apparẽtem esset uisura. Apprehendam te, & ducam in domũ matris meę. Prompta te ac fideli deuotione uenientem excipiam, & desiderijs inhiantibus tua monita complectar, tua præstolabor promissa, te quoque ad cœlos, peracta dispensatione carnis redeuntem lætis dulcibus luminibus, læta omnibus uoce prædico. Hæc est enim domus matris eius, felicitas scilicet patriæ cœlestis, ad cuius inhabitationem natura humana creata est, ad quam perpetuò possidendam, si nemo peccasset, totum

genus humanũ de delicijs paradisi, in quo positus est homo primus, sine media morte transiret. In hanc ergo domum se Dominum intro ducere Ecclesia promittit, non id sua uirtute perficere ualens, sed suis uotis, ut perficiatur, exoptans, suis præconijs perficiendũ, siue perfectum prædicans: quomodo Psalmista exalta re illũ ad cœlos potuit, qui tamen dixit, Exaltabo te Domine, quoniã suscepisti me. Quod est apertè dicere, Quia meã naturam fragilitatis suscipere dignatus es, rectẽ tuã præconia uirtutis, qui hanc clarificasti, infatigabili mentis delectatione profiteor.

Ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex uino condito. Ibi me docebis, in ipsa carnis substantia, in qua teforis inuentura sum, & osculatura: ibi tui Euangelij mihi præcepta, quæ propheta, lex & psalmi promiserunt, dabis: ibi me potiora, quàm in lege & prophetis legebã, sperare dona docebis, uel certè altius intelligendum. Ibi me docebis in illa domo matris meę, in quam te ducere lætifico oculorum comitatu, simul & laude uerborum desidero. Ibi enim docuit ac docet Ecclesiam, ex ea parte eius, quam ad se illuc recepit. Ibi docebit omnem Ecclesiam, cum peracto uniuersali iudicio nusquam sancti illius erunt, nisi omnes in cœlo cum ipso. Quid ibi doceat, ipse in Euangelio designat, cum in illo sermone dulcissimo ac largissimo, quem cum ea ultimũ ante passionem habuit, dicit inter alia: Hęc in prouerbij locutus sum uobis, uenit hora, cum iam non in prouerbij loquat uobis, sed palam de patre annunciet uobis, id est palam patrem ostendam uobis.

Et dabo tibi poculum ex uino condito, & mustum malorum granatorum meorum. Dat ex uino poculum Ecclesia Domino, cum acceptis eius beneficijs, magnam feruentis gratiam rependit amoris: & ipsum uinum non purum, sed uelut pigmentariorum nobilium, admixtione conditum, cum amor idem bonorum quoq; operum atestatione probatur. Neque ea tantum opera, quæ amorem conditoris, sed illa non minus, quæ fraternam in nobis dilectionem probet, habere nos decet, si dignam ei, & acceptabilem deuotionis nostræ poculum porrigere curamus. Quæ apertè distinguit ipse, cum discipulos admonens, ne iustitiam suam facerent coram hominibus, ut uideantur ab eis: in cõpletione eiusdem sententiæ, tria mox genera bene actionis subdidit, eleemosynam uidelicet, orationem, & ieiunium: manifestè significans, quia in his tribus iustitia deberet nostra consistere. Ad eleemosynam quippe pertinent omnia, quæ in necessitatem proximi subleuandã misericorditer operamur: ad orationem, cuncta quæ ad placandum nobis conditorem nostrum deuota pietate gerimus: ad ieiunium, tota mētis castigatio, qua nos à uitijs mundi contagijs abstinere curamus. Et quia sancta Ecclesia dilecto suo non tantum uitæ munditiã offert, sed & preciosum mortis calicem

in plerisq; suis membris, pro eius dilectione suscepit, rectè cum dixisset, Et dabo tibi poculum ex uino condito: subiunxit, Et mustum malorum granatorum meorum. Eadem quippe sunt mala granata, quæ & mala punica. sed granata, propter granorum multitudinem: punica dicta, qui in Africa, & circa Carthaginem maximè abundant. Quæ quia beatorum martyrum figuram teneant, color ipse roseus indicationem, aut merum, aut siceram appellat, ut feruorem inextinguibilis designet amoris in corde triumphalis exercitus. Mustum enim, id est uinum statim à lacu sublatur, maioris esse solet feruoris. Ideoq; merito flagrantissimè illorum uirtuti congruit, qui ad uisionem conditoris etiam per ferrum, flammamq; transire non dubitant. Nam quod huiusmodi potio non solum estus stomachi, & corruptum uentrem sanare dicitur, sed & in reliquis prodesse uisceribus: quis non uideat, quia feruor charitatis, quo magis abundat, eo amplius cooperat, immo etiam extinguat multitudinẽ peccatorum? Dicat ergo antiqua cõgregatio, iustorum aduentũ in carne sui authoris uidere desiderans, dicat, Ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex uino condito, & mustum malorum granatorum meorum. Ac si apertè protestetur, Ibi, id est in ipso tempore uel loco, in quo te foris inuenero, & alioqui meruero, & tu mihi ea quæ filiũ Dei in homine, hominibus apparẽtem decet, mandata proferes ac dona: & ego tibi famulatum integri cordis, eum qui uerè Deo debetur, impendam. Quia nimirum aduentus eius laboranti in aduersis mundi Ecclesiæ requiẽ cœlestem, & interim in spe, & in futuro largitur in re, rectè illa subiungit:

Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Per læuam quippe eius sacramenta incarnationis, & præsentia dona eius designat: per dexteram uerò, ea quæ in futuro percipiunt electi, præmia figurantur. In quibus non solum uisio diuinæ maiestatis, sed & gloria est clarificatæ humanitatis, eiusdemq; unius mediatoris Dei & hominum. Vnde bene læuam se sponsa sub capite suo poni, dextera autem se illius amplexari desiderat, & nunc per temporalia eius subsidia, à mundi perturbatione quietat, & tunc manifesta ipsius uisione perpetuò fruatur. Et quidem aternã sanctorum requiẽ nullus unquam turbo interpellat. Vnde rectè dicitur, Et dextera illius amplexabitur me: quia nimirum diuinæ præsentia maiestatis undiq; suos cœlesti in regno circumteget, ne aliqua fœlicitatem Deo dignam, uel memoria miseris uiolet, uel metus finis angustet. Vnde & in Apocalypsi Ioannes, Et absterget Deus, inquit, omnem lachrymam ab oculis eorum: & mors non erit amplius, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quæ prima abierunt. Et iterum: Et nox ultra non erit. Et non egebunt lumine lucernæ, neque lumine

solis, quoniam Dominus Deus illuminabit illos, & regnabunt in secula seculorum. At uerò ea quæ in præsentia fidelibus conceditur, requies perfecta esse nequaquam potest: quia necdum antiqua, inimica destructa est mors. Vnde fit & plerunq; fœlix bonorũ quies, & quasi sopor gratissimus, qui intẽtam diuinis rebus mentem eorum, huic mundo uelut insensibilem facit, improborum turbetur incursibus: eorum uidelicet, qui felicissimè dormitionis ignari, uigilare potius mundi laborantis amore consuerunt. Atque utinam soli, qui ad mundum apertè pertinent, pacemq; impugnant Ecclesiæ, & non etiam ipsa in se eos, qui spiritalia eius studia carnalibus suis moribus impediunt, teneret. Verum quia & ipsa plures gignit, tales admonet eos Dominus, ne animos fidelium Ecclesiæ orationi, siue lectioni, seu alijs pietatis actionibus deditos inquietare præsumant, dũ audito desiderio cordis eius, ipse continuo subiunxit:

Adiuo uos filiæ Hierusalem, ne suscitatis, & uigilare faciat dilectam, donec ipsa uelit. Et tales enim animæ filie Hierusalẽ rectè uocantur, quia corpori sanctæ Ecclesiæ, per lauacrum sunt regeneratio, nis unitæ, quia ad regnum cœlestem tendunt, quamuis super fundamentum rectæ fidei, non aurum, non argentum, non lapides preciosos, sed ligna, fœnũ, & stipulam ædificent. Ne ergo suscitatis, inquit, dilectam tumultu carnalium perturbationum, & uigilare faciatis à quiete placidæ suæ deuotionis, qua conspectui sui conditoris ad stare delectatur. Donec ipsa uelit, id est donec ritè completis diuinæ seruitutis obsequijs, ipsa ad communem redire curam humanæ fragilitatis necessitatibus admonita consentiat. Et quia, postquam ad fidem Dominicã incarnationis Iudæa confluit, secuta est & gentium multitudo, eiusdem que gratiæ particeps festinauit: admirata inopinatam eius conuersionem, Iudæa repente exclamat,

Quæ est ista quæ ascendit in deserto, delicijs affluens, innixa super dilectum meum? Ascendit autem Ecclesia gentium de deserto, quia quæ plurimo tempore à suo fuerat conditore derelicta, proficiẽtibus iam fidei & operis boni gradibus, ad eius gratiã peruenit: impleta Esaiæ prophetia, qua ait, Lætabitur deserta, & inuita exultabit solitudo, & florebit quasi liliũ. Delicijs affluens, illis nimirum de quibus supra dicit sponsus, Quam pulchra es, & quam decora charissima in delicijs: hoc est, in desiderijs uitæ cœlestis. Innixa super dilectum meum. Merito super illum innixa, sine cuius adiutorio non solum ad superna ascendere, sed nec resurgere quidem ualebat. Nam & uirtutum profectus, & ipsa fidei initia, non nisi Domino largiente possumus habere. Hanc ergo nouæ gentiũ conuersionis gratiam magis Iudæa mirabatur, quo se solam, & eos qui in suum ritũ per mysterium circumcisionis reciperebant, ad

hanc pertinere credebant, ut liber Aduum a postolorum apertissime testatur. Vnde & cum admirata dixisset, Quae est ista quae ascendit de deserto, delicijs affluens: magis admirando conclusit, Innixa super dilectum meum. Meum, inquit, dilectum, id est, quem me solam diligere, ceterisq; autem nationibus esse rebar ignotum, cui respondens ille, Qui est pax nostra, qui fecit utraque unum: & ueniens euangelizauit pacem nobis, qui longè fuimus, & pacem his qui propè: admonet eam meminisse gratiae, per quam ipsa grauissimis erepta malis, ad uiam conuersa est ueritatis: & aliorum quoque congaudere salutis, cum author ipse salutis & uita sit, diues in omnes, qui inuocant illum.

xxxiii. Sub arbore, inquit, malo suscitauit te, ibi corrupta est mater tua, ibi uiolata est genitrix tua. Arbor malus aptissime lignum sanctae crucis exprimit, in quo ipse pendere pro omnium salute dignatus est. In cuius laudibus supra dixit Ecclesia, Sicut malum inter ligna sylvarum, sic dilectus meus inter filios. Sub arbore ergo malo suscitauit Dominus Synagogam, quam per fidem suae passionis à perpetua morte reuocauit. Sub qua etiam arbore corrupta, uiolataq; est mater ac genitrix ipsius: maior uidelicet, ac senior eiusdem portio plebis. Illa nimirum quae principum suorum persuasione seducta, Barabbam pro Domino elegit: stulta temeritate conclamans, Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Et haec enim sub arbore crucis erat, non huius se quidem fidei humiliter mancipando, sed huius super se uindictam pertinaciter imprecando. A cuius societate fecernens eam, quae credere cõsensit plebem, hortatur Dominus, ut memoriam collatae sibi gratiae fixo in corde retineat, sed & opera perceptae fidei digna coniungat. Sequitur enim:

Pone me, ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum. Pone me super cor tuum, per cogitationem: super brachium tuum, per operationem, ut & intus sit charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta: & eadem cordis deuotio, quam internus uidet arbiter, etiam foris cernentibus, ad gloriam patris, qui est in caelis, boni operis exhibitione probetur. Bene autem ait, Pone me ut signaculum. Solem enim saepe signum aliquod dicitur, uel brachio alligatum circumferre, quo ammonemur illius rei, cuius frequentiore habere memoriam curamus. Hoc ergo more etiam nos Dominus, ut praesenti signaculo semper admonitis, suauit madata retinere: iuxta quod ipse praecipit, dicens de lege, quam dedit: Erit ergo quasi signum in manu tua, & quasi appensum quid, ob recordationem ante oculos tuos. Fit autem, ut si eius memoriã nostram in pectore cõtinuò ferimus, ut & ipse, qui hanc nobis gratiã cõtulit, nostri memor in aeternum, nos in caelesti regno sua foelices praesentia, ut signaculi uice conseruet: iuxta quod eximio

plebis suae duci promittit, dicens, Assumam te Zorobabel fili Salathiel, serue meus: & pone te quasi signaculum, quia te elegi, dicit Dominus. Cui contra reprobans eum, qui post fidem, ad apostasiam conuersus est: & abijciens dicit, Si fuerit Iechonias filius Ioachim, regis Iuda, annulus in manu dextera mea, inde euellam eum. Vel certè altius intelligendum, quia signaculum, ubi ponitur, indicium solet esse arcanorum, rerum preciosarum, & quae temerari non debeant: sicut de Domino scriptum, Et stellas claudit, quasi sub signaculo. Videlicet ut non nisi ipsius, qui signauit, permisso aperiantur, & iussu. Hinc est, quod Abraham signum accepit circumcisionis, signaculum iustitiae fidei, quae est in praepitio. Per circumcisionem namque, quam in carne accepit, signabatur, quod fides illa, quam & ante circumcisionem iam acceperat, ad mundationem & cordis ualeret, & corporis. Quam & nos modò, sine circumcisione carnis habemus, in qua & iustificamur: iuxta illud Prophetae & Apostoli, Iustus autem ex fide uiuit. Itaque Dominus noster Iesus Christus ponendus est, ut signaculum super cor nostrum, ut signaculum super brachium nostrum: ut cuncta, quae in carne gessit, uel dixit, arcana esse, & caelestia nouerimus. Quia enim ipse Dei uirtus, & Dei sapientia, ponimus eum, ut signaculum super cor nostrum, cum ea quae dixit, ita discimus, quasi ueraciter diuinae sint uerba sapientiae. Ponimus eum, ut signaculum super brachium nostrum, cum ea quae fecit, ita audire, & pro modulo nostro sequi satagimus, quasi uera sint exempla uirtutis. Item, ut signaculum super cor & brachium nostrum ponimus Dominum, cum eius mandata in praesenti pro illius mercedis, quam uidere nec diu ualemus, perceptione seruamus.

Quia fortis est, ut mors, dilectio: dura, sicut infernus, emulatio. Haec dilectio, siue emulatio, & in Domino redemptore nostro, & in electis eius, rectè potest intelligi. Fortis enim, ut mors, erat dilectio, qua nos ipse dilexit: quia tanta nimirum erat, ut per hanc pro nobis, ad mortem usque ueniret. Vnde ait, Maiorem hac dilectione nemo habet, ut animam suam ponat, quis pro amicis suis. Aemulatio, qua nos zelatus est dura, sicut infernus existerat, quia nullis aduersantium hostiũ tentamentis potuit à nostra salutis cura reuocari: sicut nec infernus uel miserorum cruciatibus ualet mitigari, atque à sententiae suae seueritate commutari. Auftera quidem haec uidetur comparatio, sed quo austerior datur comparatio, eo ardentior zelantis nos Domini commendatur affectus. De quo ipse eliminatis de templo perfidis, ait patri, Zelus domus tuae comedit me. Quo autem maior eius ostenditur emulatio, eo grauior nos, si hanc spernimus, sequitur damnatio. Sed & fidelium eius, fortis est ut mors, dilectio: quia nec per mortis ipsius acerbiter ab ea ualent diuellì. Vnde con-

fidenter

fidenter aiunt, Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Aemulatio illorum pura, ac Deo deuota, inferno assimilatur: quia sicut ille eos, quos semel ceperit, nunquam amittit, sic pertinacia feruentis zeli eorum nullo unquam tempore frigidat. Ipse est enim zelus, quo accensus Phinees, fornicatores strauit in eremo: ipse quo ardebat Helias, cum post suspensas caelo aquas, & post triennium reuocatas, post interfectos prophetas Baal, & conuersum cor populi ad Dominum aiebat: Zelo zelatus sum pro Domino exercituum, quia dereliquerunt pactum Domini filij Israel: altaria tua destruxerunt, prophetas tuos gladio occiderunt. Ipse, quo utebatur Petrus, cum mentientes Deo Neophytos ad mortem usque perduxit. Ipse, de quo Paulus ad Corinthios: Aemulus, inquit, uos Dei emulatio. Despondi enim uos uni uiro, uirginem castam exhibere Christo. Timeo autem, ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, ita corumpantur sensus uestri, & excidat à simplicitate, quae est in Christo Iesu. Opportune autem illata est hoc in loco, amoris siue zeli magnitudo perfecti, ubi admirante Iudaea, nouam gentilitatis conuersationem admonebat eam Dominus, ut praestita sibi dona pietatis ad mentem reduceret: quia uidelicet post corruptionem genitricis ac matris suae, ipsa per arborem crucis in resurrectione prima sit excitata gratiam. Ita etenim haec sententia superioribus potest conuenienter aptari. Memento, o collecta ex Iudaeis Ecclesia, per lignum meae passionis peruenisse te ad uitam, & ne unquam obliuiscaris, quia magnitudo dilectionis & emulationis me pro te ad mortem usque perduxit. Ne que mireris me conuersam ad fidem meam, recepisse turbam gentilium, quam tanta dilectione, tanto zelo perficiendae meae uoluntatis accensam uides, ut facilius uideatur uel mortu per suaderi posse, ne uis à animas rapiat è mundo: uel inferno, ne raptas suscipiat, quam illi, ut aliquando mea recedat à fide. Ne putes te nuda solummodo professione uerborum mihi posse placere, quin potius si uis ad uitam uenire, pone me memoriam uoluntatis, ut signaculum super cor, pone super brachium tuum. Atque intantum dilectione, siue diuina, seu fraterna mentem imbue, tantum emulare, ne absque tuae plebis aggregatione ciuium supernorum summa compleatur, ut ipsa tua dilectio, ipsa emulatio nullo rerum aduersantium, siue blandientium statu possit immutari uel minui. Quidam hoc quod est dictum, Dura sicut infernus emulatio, de emulatione inuidiae, quam synagoga aduersus Ecclesiam gentium saepe habebat, dictum accipiunt. De qua & in Actibus apostolorum ita legitur, Sequentem autem sabbato, penè uniuersa ciuitas conuenit audire uerbum Domini. Videntes

autem turbas Iudaei, repleti sunt zelo, & contradicebant his quae à Paulo dicebantur. Quae uidelicet emulatio, dura est, ut infernus: quia nimirum animam quae ceperit, impietatis peste consumit. Hinc enim scriptum est, Zelus apprehendit populum inruditum, & nunc ignis aduersarios comedit. Quod si ita intelligitur, merito admonet synagogam Dominus, ne hac emulatione contra Ecclesiam teneatur, cum eam uiderit de deserto uitiorum ascendisse, ac delicijs caelestibus affluentem, irreuocabili mente suo adherere dilecto, ne forte alijs inuidendo bona, quae ipsa habere poterat, amittat. Quo dicto, plura de uirtute dilectionis accumulando subnectit, dicens: Lampades sunt ignis atque flammarum. Ignis uidelicet in eadem charitate, qua ipsi intrinsecus feruent: flammarum uero, in operatione iustitiae, qua etiam alijs longè lateque clarescunt. An non lampades ignis se esse prodebant, qui dicebant, Non ne cor nostrum ardens erat in nobis, cum loqueretur in uia, & aperiret nobis scripturas? An non lampades flammarum uoluit esse nos Dominus, quibus ait: Luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona? Haec sunt lampades, quas quae habet, uirgines, cum sponfus aduenerit, thalamum cum ipso regni perennis introibunt. Quae uidelicet amorem eius ac timorẽ super cor suum, & brachium posuerunt: id est omnes cogitationes actus suos eius praecipis subdiderunt. Tunc uero stultarum lampades extinguntur: quia nimirum opera, quibus coram hominibus fulgere uidebantur, obtenebrascunt, cum internus arbiter affuerit, & manifestarit cõsilia cordium. Quia bona sua opera obtentu transitoria gesserunt laudis.

Aquae multae non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. Aquas multas & flumina, tentationum dicit incursum: quae siue uisibiliter seu inuisibiliter, animas fidelium impugnare non desinunt. Nam & per apertos fidei aduersarios, & per falsos fratres, & per occultas antiqui hostis insidias eos superare conantur. Nectamen ullatenus capere tentationibus norunt corda, quae in charitate radicata & fundata esse consueuerunt. Stat enim firma promissio ueritatis, qua dicitur: Cum transieris per aquam, tecum ero, & flumina non operient te. Et in Euangelio de domo, quae super petram aedificata est: Inundatione autem, inquit, facta illisum est flumen domui illi, & non potuit eam mouere. Fundata enim erat super petram. Et quoniam in quacunque mente amor abundauerit aeternorum bonorum, mox labentium rerum uilescit, rectè subiungitur:

Si dederit homo omnem substantiam domus suae pro dilectione, quasi nil despiciet eam. Haec sententia non eget expositione uerborum, quae & ipsi in primis apostoli, & innumera postmodum turba credentium suis, quam sit uera, comprobauit

BBB 4 exemplis,

exemplis, cum pro dilectione ueritatis omnia quæ in hoc mundo possidere uidebantur, relinquere: & nihil perdidisse sibi uisi sunt, dummodo uera in cælis bona perciperent. Quod in Euangelio Dominus duabus cõtinuis parabolis aperte signauit: Simile est, inquit, regnum cælorum thesauro abscondito in agro, quæ qui inuenit, homo abscondit, & præ gaudio illius uadit, & uendit uniuersa quæ habet, & emit agrum illum. Iterum simile est regnum cælorum homini negociatori, quærenti bonas margaritas: inuenta autem una preciosa margarita, abiit, & uendidit omnia quæ habuit, & emit eam. Vnde prædicator egregius, multum egregie dixit, Propter eminentem scientiam Iesu Christi Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut stercorea, ut Christum lucrificiam, & inueniar in illo. Quod si legatur, ut quidam codices habent, Despiciet eum: longè diuersus gignitur sensus, ille uidelicet, quem commendat Apostolus, dicens: Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Si ergo dederit homo omnem substantiam domus suæ pauperibus pro dilectione: id est pro eo ut diligeret, quasi nil dederit: ita despiciet eum ipse iudex, qui cor eius à dilectione uacuum esse conspiciat. Qui etsi contrarius superiori sensui esse uidetur, non minus tamen uirtus dilectionis, quam sit alta, quam sit necessaria, declarat: atque uterque pergit, ut dilectionem in opere nostro simplicem signaculi semper uice circumferamus.

Soror nostra parua est, & ubera non habet. Et hæc synagoga Dominus admiranti fidem siue susceptionem Ecclesiæ gentium loquitur: magna utique dispensatione charitatis sororem ipsorum eam nuncupans, id est & suam, & synagogæ: ut eadem synagoga & præsentiam sui conditoris per gratiam esse factam recoleret, & de addita sibi in gratia germanæ societatis, magis magis que gauderet. Soror est autem Domini saluatoris, & omnis Ecclesia eius de utraque plebe collecta, & unaquæque anima sancta: non solum propter assumptionem eiusdem naturæ, quæ & ipse factus homo est, sed etiam largitione gratiæ, qua credentibus in se dedit potestatem filios Dei fieri, ut qui erat unicuique Dei filius, per naturam fieret primogenitus in multis fratribus per gratiam. Vnde est dulcissimus ille ipsius ad Mariam sermo, Vade autem ad fratres meos, ac dices eis: Ascendo ad patrem meum, & patrem uestrum: Deum meum, & Dominum uestrum. Dum ergo dicit, Soror nostra parua est, & ubera non habet: prima nascentis Ecclesiæ de gentibus tempora designat, quando parua adhuc erat numero credentium populorum, & ad prædicandum Dei uerbum minus idonea remanebat. Lege primum Actuum apostolorum,

qui ab decimo clauo Tiberij Cesaris, usque ad quartum Neronis annu pertingit, & inuenies ad prædicationem apostolorum plures credidisse turbas gentium: nusquam tamen eas toto illo tempore per annos circiter triginta prædicasse reperies. Parua namque erat adhuc Ecclesia gentium, & necdum ad generandos uel nutriendos per doctrinam Christo filius sufficiebat. Propter quod synagoga monet Dominus, ut germana utens charitate, salutaribus quæ gaudeat auspicijs, prauitatis que eius auxilia, quibus adulescere possit, adhibeat. Cui etiam quasi de commodis germanæ consulendo subiungit:

Quid faciemus sorori nostræ in die, quando alloquenda est? Alloquitur Ecclesiã, alloquitur Dominus animam quamque electã, cum eam de salute perpetua, siue per occultã sui spiritus illustrationem, seu per apertam prædicantium uocem admonerit: in qua uidelicet allocatione mensuram uirum nostrarum superna pietas inspicit, ac pro modulo capacitatis humanæ sua dona largitur. Ait ergo: Quid faciemus sorori nostræ in die, quando alloquenda est? Ac si aperte dicat: Parua quidem numero est Ecclesia gentium, & necdum ad subeundum uerbi ministerium sufficit. Quid ergo tibi uidetur, o synagoga, erga curam eius sororis, uidelicet nostræ esse faciendum tempore illo, quo illam per apostolos meos, apostolorumque successores alloqui cœpero? Vtrum quasi paruulæ adhuc, parua illi secretorum cœlestium arcana committamus: an iam maiorem eam per augmenta redamus, quatenus bene proficiens, perfectiorum possit capax esse uirtutum. Cui taceti, & quid ipse uelit potius auscultanti, continuo quid fieri deceat, aperit, ita subiiciens:

Si murus est, edificemus super eam propugnacula argentea: si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis. Solum autem muri nomine, uel ostij, Dominus ipse sapius in scriptura sacra designari. Murus etenim recte uocatur: quia Ecclesiã suam omni ex parte, ne ab hostibus diripiatur, communit: ostium recte, quia non nisi per ipsum, uel huius societatem Ecclesiæ, uel moenia regni perennis intramus. Dicit namque de se ipse, Ego sum ostium ouium: per me si quis introierit, saluabitur. Et iterum, Nemo uenit ad patrem, nisi per me. Dicit de illo Propheta, futura Ecclesiæ dona præcinent: Ponetur in ea murus & antemurale. Murus scilicet, ipse Dominus in carne apparens: antemurale autem, reuelatio prophetiæ, qui incarnandum eum, à mundi origine prædicando, structuram Ecclesiæ non parum iuuerunt. Verum qui apparèdo in carne Ecclesiã sibi sororem facere dignatus est, ipse ei etiam sui participationem nominis donauit: ut & murus uidelicet diceretur, & ostium. Murus quidem in eis qui maiori eruditione ac uirtute spiritus præditi, mentes fidelium ab incurSIONIBUS errantiũ munire ac defensare, fortiter armis nequitie resistendo sufficerent.

ficerent. Ostium uero in illis, qui etsi minus sunt instituti ad repellenda hæreticorum, siue paganorum sophismata, simplicitate tamen catholice fidei salubriter imbuti, ingressum regni uolentibus prædicando pandentes, eosque per mysterium secundæ regenerationis, in atria uitæ cœlestis inducerent: sicut eiusdem sponsæ suæ membris perfectioribus, alia quoque uirtutum uocabula, quæ sibi specialiter competere non dubitantur, donare non refugit. Verbi gratia, Vos estis lux mundi. Et iterum, Ecce ego ego mitto uos, sicut agnos in medio luporum: cum ipse sit lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Ipse immaculatus & incontaminatus agnus, qui abstulit peccatum mundi. Si ergo murus est, inquit, soror nostra, & edificemus super eam propugnacula argentea. Ac si aperte dicat, Si idonea est Ecclesia gentium in aliquibus suis membris, per uerborum contraire doctrinis, habens aptos ad docendũ uiros, uel naturali uidelicet ingenio callentes, uel institutione philosophica instructos, nequaquam his ueri docendi ministerium tollamus: quin potius iuuemus eos, datis scripturarum sanctarum paginis, quo fortius possint ac facilius infirmos quosque ab insidijs custodire, uel doctrinæ fallentis, uel exempli corrumptentis. Propugnacula enim argentea, diuinorum sunt apices eloquiorum: de quibus supra dictum est. Sicut turris David collum tuum, quæ adificata est cum propugnaculis. Et de quibus in Psalmo, Eloquia Domini, eloquia casta, argenteum igne examinatum, probatũ terræ. Si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis. Si sunt in ea, qui uerbo simplicis doctrinæ paruulos imbuere norunt, & in penetralia sancte conuersationis inducere, proponamus eis immarcescibilia priorum exempla iustorum, quibus efficacius memoratum implere possint officium. Cedri etenim, quod uirtutes electorum designant, sæpe dictum est. Figura enim tabularum, latitudinem exprimit cordis eorum, in qua memoriam cœlestium recipiant uerborum. De qua Propheta, Viam mandatorum tuorum cucurri, dum dilatares cor meum. His etenim tabulis ornatum esse decebat, his ornari suos auditores cupiebat. Apostolus, cum ait: Os nostrum patet ad uos, o Corinthij, cor nostrum dilatatum est. Non angusti sumini in uisceribus uestris. Eandem autem habentes remunerationem, tanquam filij dico, dilatamini & uos. Vnde & amatorem sapientiæ Salomon admonet, dicens: Scribe illam in tabulis cordis tui. Hæc autem erga se consilia siue promissa sui redemptoris audiens Ecclesia, non iam expectauit synagogam, cui loquebatur, ascensum, siue responsum, sed ita protinus exiliuit, ac deuota ei uoce respondit: Ego murus, & ubera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo, quasi pacem reperiens. Ego quidem murus,

rus recte cognominor, quia de uiribus sum composita lapidibus, quia glutino charitatis adunata, quia super fundamentum immobile locata sum, quia nullo ictu arietis hæretici possum deijci. Firmum namque fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc, Nouit Dominus, qui sunt eius. Sed & sunt in me, qui maiore gratia donati, quantum turris murum, tantum generalem fidelium uitam speciali altitudine uirtutum transcendunt: qui & paruulos adhuc, atque infirmos in fide, lacte simpliciores exhortationis, uelut ubera nutriant, & omnia tela peruersorum eximia dicendi potentia, quasi turris firma repellant. Quæ quidem omnia, non ex arbitrio mea liberatis habere potui, sed ex quo facta sum coram eo, quasi pacem reperiens, ipso largiente percepi: id est, ex quo donum mihi pacis suæ per uerbum reconciliationis præstare dignatus est. Neque enim industria mea, uel coram eo uenire, à quo longius recesseram, uel pacem, quam perdideram, recuperare ualui: sed oblatam gratis ab illo multum gratanter accepi. Ex quo autem hoc mihi ipse donum largitus est, ex eo statim per uirtutum crementa proficiens, & muro me iure comparandam, & ubera turris instar me habere profiteor: quia & hostiles à læsione ciuitatis illius acies constanter eijcio, & nouos ei semper populos educare contendo. Quod quia non nisi per donum concessa ab eo pacis facere potui, libet de uirtute pacis ipsius adhuc plura referre.

Vinea fuit pacifico, in ea quæ habet populos. Loquitur autem hoc Ecclesia, siue synagoga, quam se æmulari, aut ut mitius dicam, suam ad Dominum conuersionem satis mirari cernebat: seu certe pedisse quis suis, quas filias Hierusalem, hoc carmen appellare consueuit. Pacificus autem quem nominat, est spõsus ac dilectus ipsius, pater futuri seculi, princeps pacis: cuius figuram Salomon & pacifico regni sui statu, & ipso nomine prædicit. In cuius parte fuit ipsa uinea, quia per ipsius gratiam constructa est Ecclesia catholica per orbem. Cuius plurimis quidem scripturarum locis fit mentio, sed apertissimè in Euangelica parabola, qua scriptum est: Simile est regnum cælorum homini patrifamiliã, qui exiit primo mane conducere operarios in uineam suam, &c. Vbi per operarios primæ, tertie, sextæ, nonæ & undecimæ horæ patenter exprimitur, quia una eademque Christi Ecclesia toto huius seculi tempore, quod unius diei significatione comprehenditur, indefessa doctorum spiritalium labore excollitur. Item uinea fuit pacifico, in ea, id est, in pace illa: de qua prædixerat, quod facta fuerit coram, eo quasi pacem reperiens: quia quicumque habere pacem negligit, ad Ecclesiam Christi non pertinet, quæ uis Christum confiteri, & eius uideatur obtemperare mandatis.

Factus est enim in pace locus eius. Et Apostolus, Pacem, inquit, sequimini cum omnibus, & sancti moniam, sine qua nemo uidebit Deum. Cuius societatem pacis ipse etiam aspectus & forma uitae pulcherrimae nobis sequendam proponit: quae ut beati Ambrosij uerbis dicam, ad imitationem uitae nostrae primum uitam radicem defigit: deinde, quia naturae flexibilis & caduca est, quasi brachij quibusdam, ita clauiculis, quae quid comprehendit, stringit: hisque se erigit & attollit. Huius est similis plebs Ecclesiae, quae uelut quadam fidei radice plantatur, & reprimatur humilitatis propagine: ac ne quibus procellis seculi possit reflecti, & tempestate deduci, clauiculis illis & circulis, quasi complexibus charitatis proximos quosque complectitur, & in eorum coniunctione requiescit. Quae uidelicet uitae circumfoditur, quando exoneramur terrenarum mole curarum. Nihil enim magis mentem onerat, quam istiusmodi sollicitudo & cupiditas, uel pecuniae, uel potentiae. Circumfossa autem uitae, religatur & erigatur, cum sanctorum exemplo noster attollitur affectus, neque humilis & despicibilis facit: sed uniuersumque mens ad superiora se subrigit, ut audeat dicere: Nostra autem conuersatio in caelis est. Haec autem uinea habet populos, quia sancta Ecclesia non de una gente Iudaea, sed de omnium est nationum populis collecta. Quod propterea maxime addidit Ecclesia de gentibus, ut se ad hanc uineam pertinere posse doceret: & non Iudaeam de singularitate datae sibi diuinae cognitionis debere gloriari: cum Psal. dicat, Laudate Dominum omnes gentes. Et Moyses ipse praedixit, Latamini gentes simul cum plebe eius. Cuius uidelicet uineae, quia & Domino magna est cura, ut intemerata conseruetur, & magna hominibus necessitas, ut eius participes fiant, recte subditur:

Tradidit eam custodibus, uir affert pro fructu eius mille argenteos. Custodes namque Ecclesiae, prophetae: custodes sunt apostoli: custodes prophetarum, apostolorum successores, qui diuersa mundi aetate regimini illius superna iussione dati sunt: custodes sunt exercitus militiae caelestis, qui omni tempore seculi labentis pro Ecclesiae statu curam gerunt, ne malignorum, uel hominum, uel spirituum irruptione turbetur. Vir autem pro fructu huius uineae mille affert argenteos: quia profectus quisque pro acquisitione regni caelestis cuncta quae mundi sunt, relinquit. Fructus namque laborum, qui pro Domino temporaliter fiunt, perceptio est cum Domino sempiternae quietis & regni: de quo ipse dixit, Posui uos ut eatis, & fructum afferatis, & fructus uester maneat: id est, ut operemini, & mercedem accipiat, & merces ipsa nullo unquam fine terminetur. Virum autem perfectae uirtutis hominem scriptura uocare consueuit. Nam & uir a uirtute nomine accepit, qui profectio uir, id est animus,

uirutis gratia sublimis pro huius fructu uineae mille argenteos affert, cum cuncta sua temporalia relinquit, ut aeterna percipere bona mereatur. Argenteorum etenim uocabulo, omnem pecuniam quae relinquitur debeat, speciem designat. Millenario autem numero, qui perfectus & integer est, uniuersitas solet designari. Ideo quae per mille argenteos, quos pro fructu huius uineae uir affert dicitur, uniuersitas intimatur eorum, quae perfecti qui ueritate Domino relinquunt. Quae etsi aliquando parua sunt censu, magna utique & copiosa illius aestimatione iudicantur, qui non summam datam pecuniae, sed conscientiam dentis pensat hominis. Eadem autem est haec sententia, quae & supra alijs uerbis ponitur, Si dederit omnem substantiam domus suae pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. Mille siquidem hic argentei pro omni substantia domus, quae relinquitur, positi sunt: dilectio autem, quae cessantibus alijs charismatibus, in caelesti nos patria perpetuo complectitur. Ipsa est fructus uineae, quo tunc saturabitur beati, qui nunc in eadem uinea laborantes, esuriunt, & sitiunt iustitiam. Sequitur deinde ipsius pacifici uox, quia docet quantum uineae suae, uidelicet Ecclesiae curam habeat, quid sua relinquentibus in aeternum conseruet, quid singularis praemij custodibus eiusdem uineae, hoc est, doctoribus retribuere disponat.

Vinea, inquit, mea coram me est. Mille tui pacifici, & ducenti bis qui custodiunt fructus eius. Verum, inquit, probata es, quod uineam meam tradiderim custodibus, qui eam uerbis pariter & exemplis excolerent suis. Verum scias, quia sic curam illius eiusdem commisi custodibus, ut ipse nihilominus, quid in ea geratur, indefinenter intendam: quo quisque animo, qua industria in ea labore, aspiciam: quantas denique ab aduersarijs insidias, quot manifestos conflictus perferat, intuear. Et quid plura? Ecce ego cum illa sum omnibus diebus, usque ad consummationem seculi. At ubi hoc apparuerit, tunc omnibus qui in uinea mea, uel pro uinea mea, uel aduersus uineam meam laborant, praemia digna rependam. Qui enim pro fructu eius, id est pro spe supernae hereditatis omnia, quae habere in mundo, uel acquirere potuerunt, dispensarunt bona, dederuntque pauperibus, certo spei suae potentur effectus: immo maiora quam sperare nouerant, in caelis dona percipient: utpote, quia nec oculus uidit, nec audiuit auris, nec in cor hominis ascendit, quae praeparauit Deus diligentibus se. Qui uero custodes ipsius uineae praedicando, uel sublimioribus factis refulgendo fuerunt, duplici praeter ceteris iustis mercede donabuntur. Hinc etenim Danieli per angelum dicitur, Et qui docti fuerint, fulgebunt, quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellae in perpetuas aeternitates. Et hoc est, quod hic quoque illis, qui pro aeternorum perceptione transitoria bona contem-

nunt, qui ob firmitatem unanimis spei unius uiri uocabulo censetur. Mille, inquit, tui pacifici: statimque quid eis, qui ampliori industria statum Ecclesiae custodiunt, amplioris praemij reseruetur, exposuit adiciens:

Et cuncti bis qui custodiunt fructus eius. Et millenarius namque & centenarius, quia uterque perfectus est numerus, uterque pro perfectione ac plenitudine aeternae retributionis recte positus intelligitur. Porro ducentenarius, id est, duplicatus centenarius ampliora doctorum perfectorum praemia designat. De quibus etiam in hac uita inchoandis Apostolus dicit: Qui bene praesunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in uerbo & in doctrina. Itaque mille tui, inquit, pacifici, mille tui argentei, quos pro fructu attuleras, percipiendo uineae meae pacifici apud me, id est, integro suo numero conseruati permanent. neque ullatenus tibi metuendum est, ne quid de his quae fecisti, bonis operibus per oblivionem, siue per ignorantiam iusti iudicis perdas. Ego enim opera & cogitationes hominum uenio, ut congregem cum omnibus gentibus, & linguis, ac singulis quibusque propria corporis, prout gesserint, reddam. Item, quia pacifici appellatur, ab eo quod pacem facere soleant, sicut pacati sunt, qui pacis iura custodiunt, pacifici sunt sancti argentei, quos per ueritatem tribuunt: quia ad uisionem perpetuae pacis, quae superne ciuitatis ac matris omnium nostrum, nouae Hierusalem uocabulo consuevit exprimi, iter illis aperit, patrimoniamque pauperibus Christi dispergere, quam ipsi possidere maluerunt. Et ducenti bis qui custodiunt fructus eius: subauditur, Argentei pacifici, ut sit plena sententia, Mille tui argentei pacifici, & ducenti argentei pacifici his qui custodiunt fructus eius. Qui enim in praesenti laborem geminum subeunt, & ipsi sobrie & iuste, ac pie uiuendo, & Ecclesiae fructus ne deficiant, ne ab hostibus diripiantur, sua praedicatione tutando, gemina nimirum in futuro dona consequuntur. Unde mox idem distributor donorum Ecclesiam suam, siue animam quamque bonis actibus dedita hortatur, ut etiam praedicando uerbo ueritatis, quantum ualet, insistant. Quae habitas, inquit, in hortis amici, ausculta, fac me audire uocem tuam. Ac si aperte dicat: Quia collocutio nostra, quae in longum processit, iam claudenda est: quid a te maxime quaeram, quid deposca, audito. Nihil pro omnia dulcius mihi, quam te in hortis habitare, id est, in spirituali cultura fructuum mansionem tibi locare. Et nec tibi tugurium in his, quasi post modicum discessura, tumultuario opere constituas: sed fixa illic & indeclinabili mente meum expectes aduentum. Nosti enim, quia sapiens descendere ad hortum meum, ad areolam aromatis soleo, ut pascar in hortis, & lilia colligam: id est, ut bonorum studia laborum uideam, iuuenem, remunerem. Deinde a te munus requiro, ut me

audire facias uocem tuam, praedicando quibuscunque uales, meae & mandata legis, & promissa remunerationis. Namque haec quotienscunque agis, me semper audietem te, agere memento, qui tuis semper soleo adesse uotis. Sed & amici nostri ausculta, & angeli uidelicet, quos tibi adiutores aduersus certamina spirituum malignorum quotidiana dedi: & hominum spiritus iustorum, quos de tuo coetu assumens, ad uisionem iam meae gloriae, ad quam tota aliquando futura es, collegi. Utrique enim tibi amici sunt, utriusque tua facta speculantur, & uerba. Gaudent quae multum, cum pro perceptione beatitudinis, qua ipsi fruuntur, uiriliter agere conspiciunt: exultant quotiens aliquos de tuis fidelibus ibi intrare contigerit: & suis hos uulnibus excipere festinant. Quibus dictis annuens statim Ecclesia, respondit:

Fuge dilecte mi, & assimulare capreae hinnuloque ceruorum super montes aromatum. Qui quidem sermo, & de triumpho Dominicae ascensionis, & de his quae in Ecclesia quotidie geruntur, recte potest accipi. Fugit enim dilectus, postquam allocutus est sponsam, sororemque suam: quia completa dispensatione nostrae redemptionis, ad caelestia rediit. Assimilatur autem capreae hinnuloque ceruorum super montes aromatum, quia creberrime per gratiam compunctionis fidelium suorū cordibus apparet, qui montes sunt aromatum: quia despectis cupiditatibus infimis, caelestium amore tenentur: expurgatisque uitiorum faetoribus, uirtutum sunt specialium odore referti: dicentes cum Apostolo, Nostra autem conuersatio in caelis est. & Christi bonus odor sumus. Et quidem opportunè in calce sacri carminis, ascensionis eius, ac sequentis gratiae mentio facta est: quia nimirum paulo superius, incarnationis eius fuerant exoptata gaudia, dicente sponsa, Quis mihi det te fratrem meum, surgentem ubera matris meae? Fuerat & passionis illius fructus ad medium deductus, dicente ipso, Sub arbore malo suscitauit te. Et iterum, Quia fortis est, ut mors dilectio. Fuge ergo dilecte mi, inquit, & assimulare capreae, hinnuloque ceruorum super montes aromatum. Ac si aperte dicat, Quonia in carne apparēs, praecpta mihi ac dona uitae caelestis, quae semper optabam, conferre dignatus es, iam nunc peracto munere pie dispensationis, ad supernam iam, ad patris sinum reuertere: nec mihi tamē obsecro penitus, tuae crebrae uisitationis lucem subtrahere: sed ut caprea, hinnulus uel ceruorum, quae indomita licet sint animalia, neque hominum aditus assueta, sedulo tamen in montibus solent uideri: ita quae se mecum agere memineris, ut etsi corpore manes in caelestibus, nec humana rursus habitacula repetis, praesidium tamen frequens mihi diuinae praesentiae adhibe. Sic etenim solummodo perficere ualebo maximum illud, quod mihi uelut ultimum uale mandatum dedisti, ut semper hortos

hortos uirtutum inhabitem, semper mea confessionis ac predicationis uocē te audire faciam. Potest autē hęc sententia etiā de quotidiano, ut diximus, sanctę Ecclesię statu nō inconuenienter accipi. Fugit quippe dilectus habitatem in hortis spōsam, quā alloquebat, cum intētā bonis actibus mēti, siue uirtutū, quam solebat prestare, gratiā ad horam subtrahit: siue etiā probandā eam tētationum procellis submittit: ut meritō dicere cōpellatur, Vsq̄ quōd Domine obliuisceris me in finē, quousq̄ auertis faciem tuam a me? & c. usq̄ in finem Psalmi. Assimilatur caprea hinnulōq̄ ceruorum, apparentibus super mōtes aromatū: cum rursus, ut opportunū ipse iudicauerit, collocata sibi luce sui p̄sidiū, siue obsidētia tētationū pericula tollit, seu consueta quę subtraxisse uidebatur, uirtutum dona restituit. Vt enim de magnis magnorum charismatibus taceam, uerbi gratia, infirmorum curatione, mortuorum suscitacione, demōnū expulsionē, secretorū certa agnitio, celestium gaudiorū lucida contemplatione, ceterisq̄ huiusmodi, quę ne in eximijis quidē Ecclesię mēbris semper adesse queunt. Cōstat enim de nostra paruitate, quia nequaquā uno atq̄ in dissimili modo semper orationū dulcedinī insistere, lachrymas uel p̄ cōscientiā nostrī reatus, uel pro desiderio patrię celestis fundere, dolenti proximo cōdolere, ingruentibus tentamentis obuiare ualemus: ita ut nonnunquā multum conati hīs uti bonis nequeamus, ac rursus aliquādo etiam minus ipsi studentes, horum copia potiamur. Quod unde agitur, nisi quia nunc fugit dilectus, nunc mentem reuulsi nostram piā utrunque promissione, ut & per collatam gratiam crescamus in profectu uirtutum, & per ablatam discamus humilitatis custodire uirtutem. Subtrahit ad tempus effectum uirtutis desideratum, ut redditus postmodum arctius teneatur: reddit subtractum, ut exercitatus crebra inuolutione animus ardentius ad celestia tendat. Quōd ergo ait, Fuge dilecte mi, nō optando loquitur: quis enim eum quem diligit, a sua fugare presentia uelit? sed eius potius uoluntate feruendo, memor uidelicet cōsuetudinis ipsius, qua se in medio sępe sermone relinquens transierit ac declinauerit, ita ut non nisi solerti ac longo quæsitu possit inueniri: memor etiam suę cōditionis, quia illum in huius tempore, uel loco peregrinationis, continuo uidere nō possit. Quid uerō adiunxit, Assimilare capreę, hinnulōque ceruorum super montes aromatum, multum optando ac supplicando prosequitur, sciens hanc sibi maximam in presentia uita esse felicitatem, ut quia continua uisione non ualet, saltem crebra eius uisitacione consoletur. Quę nimium felicitas illis solum conceditur, qui contemptu terrestrium, & gaudiorum appetitu celestium appellari spiritualium merentur montes aromatum.

BEDAE PRESBYTERI
IN CANTICA CANTICORUM, Liber septimus.



IN expositione Cantici canticorum, quam libris quinque explicauimus (nam primum huius Operis uolumen contra Iulianum, pro defensione gratię Dei, quam ille impugnauit, unde & hac destitute perijt, specialiter confecimus) ita patrum uestigia secuti sumus, ut interim opuscula dilecti Deo & hominibus Pape, ac patris nostri Gregorij relinquere intacta: iucundius fore legentibus rati, si ea quę in explanationem huius uoluminis per cuncta opuscula sua sparsim disseruit, quia plurima sunt & copiose dicta, quasi in unum collecta uolumen, pariter omnia poneremus: quod modō adiuuante Domino sumus facturi. Credatur ergo septimus in Cantica canticorum liber, nostro quidem labore collectus: sed beati Gregorij sermonibus & sensu compositus, ut si quis forte sit, qui nostra forte opuscula iure spernenda existimet, habeat in promptu legenda eius dicta, quem constat nullatenus esse spernendum. Si quis uerō hęc quoque nostra captus amore legat, sicut marmoreis nostrę paruitatis ædificijs aureum tantus architectus culmen imponat. Audiui autem, quōd Paterius eiusdem beati Pape Gregorij discipulus, de tota sancta scriptura, quę illi per partes in suis operibus explanauit, collecta ex ordine in unum uolumen coegerit. Quod opus si haberem ad manus, facilius multo ac perfectius studium meę uoluntatis implerem: uerum quia necdum illud merui uidere, ipse per me hoc, ut potui, imitari Domino adiuuante curauit.

Ex libro Iob 27.

OSCVLETVR me osculo oris sui. Potest per os Dei, unigenitus filius designari, quod sicut brachium eius dicitur, quia per eum cuncta pater operatur. De quo Propheta ait, Et brachium Domini, cui reuelatum est: de quo dicit Iōānes, Omnia per ipsum facta sunt. Ita etiam os dicatur, ac si oris nomine patenter dicetur uerbum, sicut nos quoque pro uerbis linguam dicere solemus: ut cum Gręcā uel Latinam linguā dicimus, Latina uel Gręcā uerba monstremus. Os ergo Domini non immeritō ipsum accipimus, per quem nobis omnia loquitur. Hinc est enim quod Propheta ait, Os enim Domini loquutum est hoc. Vnde & ei sponsa in Canticis canticorum dicit: Osculetur me osculo oris sui. Ac si aperte dicat, Tangat me dulcedine presentię unigeniti filij redemptoris mei.

Item ubi supra in eodem libro.

Et Matthæus cum pręcepta a Domino dari in monte conspiceret, ait: Aperiēs os suum, dixit. Ac si patenter dicat, Tunc os suum aperuit,

ruit, qui prius aperuerat ora prophetarum. Hinc est etiam, quōd de illo ab sponsa, presentiam eius desiderante dicitur, Osculetur me osculo oris sui. Sancta quippe Ecclesia quot pręcepta ex eius predicatione cognouit, quasi tot oris eius oscula accepit.

In expositione beati Iob, Lib. 30.

Quia meliora sunt ubera tua uino. Ista sunt ubera, id est doctores, quę in arca pectoris fixa, lacte nos potant: quia ipsa arcanis summę contemplationis inhaerentes, subtili predicatione nos nutriunt.

In expositione beati Iob, Lib. 24.

Ideo adolescentulę dilexerunt te. Scriptura sacra sępe adolescentiam pro nouitate uitę ponere consueuit. Vnde ueniente sponsa dicitur, Adolescentulę dilexerunt te: id est, electorum animę gratia baptismatis renouatę, quę non in uitę ueteris usu deficiunt, sed noui hominis conuersatione decorantur.

In expositione beati Iob, Lib. 13.

Nigra sum, sed formosa filię Hierusalem. Nequaquā predicatoris ueri de iustitię luce superbiunt: sed per humilitatis gratiam, peccatorum in se nigredinem confitentur. Vnde etiam ab electorum Ecclesia dicitur, Nigra sum, sed formosa. Et Iōannes ait, Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus.

In expositione Homelię euangelicę, 17.

Posuerunt me custodem in uineis, uineam meam non custodiui. Hęc sancta Ecclesia de membris suis infirmantibus dicit. Vineę quippe nostrę actiones sunt, quas usu quotidiani laboris excolimus. Sed custodes in uineis positi, uineam nostram minimē custodimus, quia dum extraneis actionibus implicamur, ministerium actionis nostrę negligimus.

Item in expositione beati Iob, Lib. 30.

Indica mihi, quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie. Pascitur Dominus, cum nostris actibus delectatur: cubat uerō in meridie, cum ex desiderijs carnalibus ardente corde reproborum, apud electorum suorum pectora refrigerium inuenit cogitationis bonę.

In expositione beati Iob, ubi supra.

Nisi cognoueris te, o pulchra inter mulieres, egredere, et abi post uestigia gregum, et pascas hędos tuos. Semetipsam inter mulieres pulchrę cognoscit, quando electa quęq̄ anima, etiam inter peccantes posita, quia ad authoris sui imaginem ac similitudinem sit condita meminit, ut iuxta perceptę similitudinis ordinem incedat. Quę si se non cognoscit, egreditur a secreto sui cordis expulsa, in exterioribus concupiscentijs dissipatur: egressa uerō abit post uestigia gregum, quia sua interna deserens, ad latam uidelicet uiam ducitur, & sequitur exempla populorum: nec iam agnos, sed hędos pascit, quia non innoxias cogitationes mentis, sed nutrire prauos motus carnis intendit.

In expositione beati Iob, Lib. 35.

Cum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem

sum. Virtutes proficientium in notitia creatorum hominum, quasi suauitate fragrant odorem. Hinc est enim quod per Paulum dicitur, Christi bonus odor sumus Deo. Hinc est quōd sancta Ecclesia in electis suis quadam fragrantia suauitatis odorata, in Canticis loquitur, dicens: Donec rex in accubitu suo est, nardus mea dedit odorem suum. ac si apertius dicat, Quousque meis obtutibus rex apud se in requie secreti celestis absconditur, electorum, uita miris uirtutum odoribus exercetur, ut quo adhuc eum quem appetit, non uidet, ardentius per desiderium fragret. Rege quippe in recubitu suo posito, nardus odorem dat, dum quiescente in sua beatitudine Domino, sanctorum uirtus in Ecclesia magnę nobis gratiam suauitatis administrat.

In expositione Ezechielis, Homilię tertię, partis secundę.

Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore languet. Sponsum suum fortiter amanti, de mora uitę presentis una solet consolatio esse, si per hoc quōd ipsa ab eius uisione differtur, aliorum animę eius uerbo proficiant, & ad celestem sponsum amoris facibus inardescant. Vnde in Cantico sponsa dicit, Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore languet. Quid namque sunt flores, nisi animę bonum iam opus inchoantes, & desiderium celeste redolentes? Quid mala de floribus, nisi perfectę iam bonorum mētes, quę ad fructum perueniunt boni operis, de initio sanctę propitiacionis? Quę ergo amore languet, fulciri quærir floribus, stipari malis: quia si illum quem desiderat, uidere adhuc non permittitur, magna est ei cōsolatio, si de aliorum profectibus latetur. Anima ergo sancto amore languida, floribus malisq̄ fulciatur, ut requiescat in bono opere proximi, quę adhuc contemplari non ualet uultum Dei.

In expositione beati Iob, Lib. 6, iuxta interpretes septuaginta.

Vulnerata charitate ego sum. Male sana anima, atque in huius exilij cęca charitate prostrata, nec uidebat Dominum, nec uidere quarebat. Percussa autem charitatis eius spiculis, uulneratur in intimis affectu pietatis, ardet desiderio contemplationis: & miro modo uiuificatur ex uulnere, quę prius mortua facebat in salute. Aestuat, anhelat, etiam uidere desiderat, quem fugiebat. Percussione ergo ad salutem reducit, quę ad securitatem quietis intimę, amoris sui perturbationem reuocatur.

In codice regulę pastoris titulo.

Lęua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Sinistram Dei Ecclesia, prosperitatem uidelicet uitę presentis, quasi sub capite posuit, quam intentione summi amoris premit. Dextera uerō Dei eam amplectitur, quia sub æterna eius beatitudine, tota deuotione continetur. Hinc rursus scriptum est, Dextera manus tuę Domine, confregit inimicos. Hostes enim

Dei, & sinistra eius proficiunt, & dextera frangunt: quia plerumque prauos uita praesens eleuat, sed aduentus aeternae beatitudinis damnat.

In expositione Euangelicae homeliae 28.

Ecce iste uenit saliens in montibus, & transiliens colles. Veniēdo Dominus ad redemptionem nostrā, quosdā, ut ita dixerim, saltus dedit. Vultis fratres charissimi ipsos eius saltus cognoscere? De coelo uenit in uterum, de utero uenit in praesepe, de praesepe uenit in crucem, de cruce uenit in sepulchrum, de sepulchro rediit in caelum. Ecce ut nos post se currere faceret, quosdam pro nobis saltus manifestata per carnem ueritatis dedit: qui & exultauit ut gigas ad currendam uitam, ut nos ei ex corde dicemus: Trahe me post te, curremus in odorem unguentorum tuorum.

In expositione Ezechielis, Homilia prima partis secundae.

En ipse stat post parietem nostrum. Sancta Ecclesia sub sponsae uoce aperte iam Dominum uidere desiderās, ait: En ipse stat post parietem nostrum. Qui enim humanis oculis hoc quod de mortali assumpsit, ostendit, & in seipso inuisibilis permansit, in aperto se uidere quarentibus, quasi post parietem stetit: quia uide dum se manifeste in maiestate non praebuit, quasi enim post parietem stetit, qui humanitatis naturam, quam assumpsit, ostendit: & diuinitatis naturam humanis oculis occultauit. Vnde & illic subditur, Respiciēs per fenestras, prospiciens per cancellos. Quisquis enim per fenestras uel cancellos respicit, nec totus uidetur, nec totus non uidetur. Sic nimirum redemptor ante dubitantium oculos factus est, quia si miracula faciens, nil pertulisset ut homo, plane eis apparuisset Deus: & rursus humana patiens, si nulla fecisset ut Deus, putaretur homo. Sed quia & diuina fecit, & humana pertulit, quasi per fenestras uel cancellos ad homines prospexit: ut & Deus appareret ex miraculis, cum lateret ex passionibus: & homo cerneretur ex passionibus, sed tamen esse ultra hominem ex miraculis agnosceretur.

In expositione beati Iob, Lib. 27.

Surge, propera amica mea, formosa mea, & ueni. Quia praedicationes sanctae cum uita praesenti, id est, pluuiae cum hyeme cessabunt, recte exeunt animae, atque ad aeterna aeterna properant, spōsi uoce dicitur: Surge, propera amica mea, formosa mea, & ueni, iam enim hyems transiit, imber recessit, & abiit. Transiente quippe hyeme, imber recedit: quia cum uita praesens peragitur, in qua nos ignorantiae nubilo, carnis corruptibilis torpor astrinxerat, omne ministerium praedicationis cessat. Clarius quippe per nos tunc uidebimus hoc quod sanctorum nunc uocibus obscurius audiuius.

In Ezechielis Homelia quarta partibus secundae.

Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & ueni, iam enim hyems transiit, imber abiit & recessit,

flores apparuerunt in terra. Siue sancta Ecclesia, siue anima unaquaque electa coelesti est spōso amico per amorem, columba per spiritum, formosa per morum pulchritudinem. Quae cum iam de corruptione carnis educitur, ei proculdubio hyems transiit, quia praesentis uitae torpor abscedit. Imber quoque abiit, & recedit: quia cum ad contemplandum in sua substantia omnipotentem Dominum educit, iam uerborum guttae necessariae non erunt, ut pluuia debeat praedicationis infundi. Nam quod minus audire potuit, amplius uidebit. Tunc apparent flores in terra, quia cum de aeternae beatitudinis uita, quaedam suauitatis primordia praegustare anima coeperit, quasi iam in floribus odoratur exiens, quod postquam egressa fuerit, in fructu uberius habebit. Vnde & illic subditur, Tempus putationis aduenit. In putatione quippe, sarmenta sterilia reciduntur, ut ea quae praualent, uberiori fructum ferant. Nostra itaque putationis tempus tunc aduenit, quando infructuosam ac noxiam corruptionem carnis deserimus, ut ad fructum animae peruenire ualeamus. Qui fructus erit nobis uberrimus, uisio Dei.

In expositione homeliae Euangelicae, 25.

In lectulo meo per noctes quaesui, quem diligit anima mea. Quaesui illum, & non inueni. Surgam, & circuibō ciuitatem, per uicos & plateas quaeram, quem diligit anima mea. Quaesui illum, & non inueni. Inuenerunt me uigiles, qui custodiunt ciuitatem. Num, quem diligit anima mea, uidi- stis? Paululum cum pertransissem eos, inueni quem dilexit anima mea. Dilectum in lectulo quaerimus, quando in praesentis uitae aliquantula requie, redemptoris nostri desiderio suspiramus. Per noctem quaerimus, quia etsi iam in illo mens uigilat, tamen adhuc oculus caligat. Sed qui dilectum non inuenit, restat ut surgat, ciuitatem circumeat: id est, sanctam electorum Ecclesiam mente & inquisitione percurrat. Per uicos eum & plateas quaerat, id est per angusta & lata gradientes aspiciat, ut si quā inuenire in eis ualeat uestigia, exquirat. Quia sunt nonnulli etiam uita secularis, qui imitandum aliquid habent de actione uirtutis. Quarentes autem nos, uigiles inueniunt, qui custodiunt ciuitatem, quia sancti patres, qui Ecclesiae statutum custodiunt, bonis nostris studiis occurrunt, ut suo uel uerbo, uel scripto nos doceant. Quos cum paululum pertransimus, inuenimus quem diligimus: quia redemptor noster, etsi humanitate homo inter homines, diuinitate tamen super homines fuit. Cum ergo transeuntur uigiles, dilectus inuenitur: quia cum prophetas & apostolos infra ipsum esse conspiciamus, illum qui natura Deus est, esse supra homines consideramus. Prius ergo non inueniendus quaeritur, ut post inuentus strictius teneatur.

Item in expositione beati Iob, Lib. 18.

Cum redemptore suum Ecclesia quaereret, in ipsis antiquis praedicatoribus spōsū figurare noluit:

luit: quae dicit, Paululum cum pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea. Illum quippe inuenire non posset, si istos transire noluisset.

Item in expositione Ezechielis, Homelia sexta, partis secundae.

Sic sponsa in Canticis canticorum sanctis desiderijs anxia loquitur, dicens: In lectulo meo per noctem quaesui, quem diligit anima mea. Quaesui illum, & non inueni. In lectulo enim dilectum quaerit, quando in ipso suo oratio & uacatione, quā appetit, iam uidere Dominum concupiscit, iam ad eum exire desiderat, carere praesentis uitae tenebris anhelat. Sed quaerit illum, & non inuenit: quia quamuis magno amore desiderat, adhuc tamen ei non conceditur uidere, quem amat.

In expositione Ezechielis, Homelia decima, partis secundae.

Quae est ista quae ascendit per desertum, sicut uirgula fumi ex aromatibus myrrhae, & thuris, & uniuersi pulueris pigmentarij? Sancta electorum Ecclesia, cum ab hoc mundo in sanctis precibus ardenti amore se erigit, per desertum, quod deserit, ascendit. Qualiter uero ascendat, adiungit: Sicut uirgula fumi ex aromatibus. Fumus de incenso nascitur. Et per Psalmistam dicitur, Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Fumus excutere lacrymas solet. Itaque fumus ex aromatibus, compunctio orationis, concepta ex uirtutibus amoris. Quae tamen oratio, fumi uirgula dicitur, quia Deū sola coelestia postulat. Sic recta progreditur, ut ad terrena atque temporalia appetenda pro terreno studio uiciniū reflectatur. Et notandum, quod non uirga, sed uirgula nuncupatur: quia interdum in compunctionis ardore tantae subtilitatis aestuat uis amoris, ut hanc nec ipse animus possit comprehendere, qui illuminatus meruit habere. Bene autem dicitur, Myrrha & thuris. Thus enim ex lege Domino in sacrificio incenditur. Per myrrham uero corpora mortua condiuntur, ne uermibus corrumpantur. Myrrhae ergo & thuris sacrificium offerunt, qui & carnem afficiunt, ne eis corruptionis uicia dominentur: & redolent in conspectu Domini, amoris sui hostiam incēdunt. Myrrham itaque, quia se cruciant, & cruciando a uitijs conseruant. Thus uero, quia Dei uisionem diligunt, ad quam peruenire medullitis inardescunt: se que ipsos ei in sanctis uirtutibus exhibent. Vnde & illic subditur, Et uniuersi pulueris pigmentarij. Puluis pigmentarij est, uirtus bene operantis. Et notandum, quod uirtutes bene operantium, non pigmenta, sed pulueres dicuntur. Cum enim quaelibet bona agimus, re tractamus, & ne quid in eis sinistrum sit iudicio retractionis attendimus, quasi ex pigmentis puluerem facimus, ut operationem nostram Domino per discretionem & amorem subtilius incendamus.

In expositione beati Iob, Lib. 7.

En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel. Iustorum fortitudo, est carnem uincere, proprijs uoluptatibus contraire, delectationem uitae praesentis extinguere, huius mundi aspera pro aeternis praemijs amare, prosperitatis blandimenta contemnere, aduersitatis metum in corde superare. Lectulum ergo Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, quoniam sancti quique sine ulla dubietate desiderij internā requiem contemplantur.

In expositione beati Iob, Lib. 19.

Omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi. Quid in diuina scriptura per gladium figuretur, Paulus aperuit, dicens: Et gladium spiritus, quod est uerbum Dei. Salomon autem nō ait, Omnes habentes, sed tenentes: quia uidelicet uerbum Dei non est mirabile solummodo scire, sed facere. Habet quippe, sed non tenet gladium, qui diuinum quidem eloquium nouit, sed secundū illud uiuere negligit. Et doctus esse ad bella iam non ualet, qui spiritalem, quem habet, gladium minimē exercet. Nam resistere tentationibus omnino non sufficit.

In expositione beati Iob, Lib. 20.

Vniuscuiusq; ensis super femur suum propter timores nocturnos. Nocturni timores sunt insidiae tentationum occultae: ensis uero super femur, est custodia uigilans, carnis illecebram premens. Ne ergo nocturnus timor, id est occulta & repentina tentatio subrepat, necesse est ut femur nostrum superpositus custodiae ensis premat. Sancti etenim uiri sic de spe certi sunt, ut tamen semper sint de tētatione suspecti: quippe quibus dicitur, Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore: ut & de spe exultatio, & de suspitione nascatur tremor.

De eodem in codice regulae pastoralis titulo, Lib. 6.

Ensis super femur ponitur, quando acumine sanctae praedicationis praua suggestio carnis edomatur. Per noctem uero cecitas nostrae infirmitatis exprimitur: quia quicquid aduersitatis in nocte imminet, non uidetur. Vniuscuiusque ergo ensis super femur suum propter timores nocturnos: quia uidelicet sancti uiri, dum ea quae non uident, metuunt, ad intentionem certaminis semper parati assunt.

In expositione Ezechielis, Homelia tertia, partis secundae.

Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani. Columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum, media charitate constrauit propter filias Hierusalem. Neque credendum est Salomon tantae magnitudinis regem, qui sic immensis diuitijs affluebat, ut pōdus auri eius aestimari nō posset, & argentum in diebus illis precium non haberet, quia ferculum sibi ligneum fecerit. Sed Salomon est pacificus noster, qui sibi de lignis Libani ferculum fecit. Libani quippe, ligna cedrina, ualde sunt imputribilia. Ferculum itaque regis nostri, sancta Ecclesia est: quae de fortibus patribus, quasi lignis cedrinis impu-

tribilibus mentibus est constructa. Quæ re-
 cte ferculum dicitur, quia ipsa fert quotidie a-
 nimas ad æternum conuiuium conditoris sui.
 Cui ferculo columnæ argenteæ factæ sunt: quia
 prædicatores sancti eloquij luce resplendent.
 Est autem cum columnis argenteis reclinato-
 rium aureum: quia per hoc quod à sanctis præ-
 dicatoribus lucide dicitur, mētes audientium
 fulgorem charitatis intimæ, in qua reclinetur,
 inueniunt. Per hoc enim quod luculente &
 aperte audiunt, in illud quod clarescit in cor-
 de, requiescunt. Columnæ argenteæ, & reclina-
 torium aureum factum est: quia per lucem
 sermonis inuenitur apud animū claritas quie-
 tis. Ille iam quippe fulgor internus mentem
 radiat, ut per intentionem ibi requiescat, ubi
 prædicationis gratia non requiratur. Sed ad
 hoc quod clarum intus ostenditur, qualis sit
 ascensus, adiungit, cum de eodem ferculo pro-
 tinus subdit: Ascensum, inquit, purpureum.
 Vera quippe purpura, quia sanguine tingi-
 tur, non immerito in colore sanguinis uide-
 tur. Et quia maxima multitudo fidelium in
 exordio nascentis Ecclesiæ per martyrij san-
 guinem peruenit ad regnum, rex noster a-
 scensum purpureum fecit in ferculo: quia ad
 clarum, quod intus aspicitur, per tribulatio-
 nem sanguinis peruenitur. Quid ergo de no-
 bis agendum est? Quæ spes erit, si nullus ad
 regnum peruenit, nisi qui summis præditus
 uirtutibus fuerit? Sed adest quoque nostra
 consolatio. Amemus in quantum possumus
 Deum: diligamus proximum, & simul quo-
 que nos ad Dei ferculum pertinebimus: quia
 sicut illic scriptum est, Media charitate con-
 strauit. Habe quippe charitatem, & ibi sine
 dubio peruenis, ubi & columna argentea eri-
 gitur, & ascensus purpureus tenerur. Nam
 quia hoc propter nostram infirmitatem dicitur,
 aperte monstratur, cum illic protinus sub-
 dit, Propter filias Hierusalem. Sermo etenim
 Dei, qui non filios, sed filias dicit, quid aliud
 per sexum foemineum, quam mentium infir-
 ma signauit?

In expositione beati Iob, Lib. 9.

Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es, oculi
 tui columbarum, absque eo quod intrinsecus latet. Pul-
 chram narrat, & pulchram replicat: quia alia
 est ei pulchritudo morum, in qua nunc cerni-
 tur, atque alia præmiorum, in quam tunc per
 conditoris sui speciem sui subleuatur. Cuius
 uidelicet membra, omnes electi: quia ad cun-
 cta simpliciter incēdunt. Eius oculi, colum-
 barum uocantur: quia magna luce irradiant,
 quia magnorum signorum miraculis choruscant.
 sed quantum est hoc miraculum, quod
 uideri potest? Illud de internis miraculum
 est mirabilius, quod uideri non potest. De
 quo aperte subditur, Absque eo quod intrin-
 secus latet. Magna quippe gloria est a-
 perti operis, sed longē incomparabilis, occul-
 tæ retributionis.

In expositione beati Iob, Lib. 3.

Sicut uitta coccinea, labia tua sponsa, & eloquium tuum
 dulce. Vitta crines capitis astringit. Labia er-
 go sponsa sicut uitta sunt, quia exhortatione
 sanctæ Ecclesiæ, cuncta in auditorum menti-
 bus diffusæ cogitationes ligantur: ne remissæ
 defluant, ne se per illicita spargant, ne sparsa
 cordis oculos deprimant, sed quasi ad unam
 se intentionem colligant, dum uitta eas sanctæ
 prædicationis ligat. Quam recte & coccineam
 asserit, quia sanctorum prædicatione solo chari-
 tatis igne flammescit.

In expositione beati Iob, Lib. 33.

Dentes tui sicut grex tonstrarum, quæ ascenderunt de laua-
 cro. Sanctæ Ecclesiæ dentes accipimus eos, qui
 prædicationibus suis peccatorum duritiam cō-
 terunt. Qui non immerito de tonstris ac lotis o-
 uibus comparantur: quia innocuam uitam su-
 mentes, in lauacro baptismatis conuersationis
 pristina uellera uetusta posuerunt.

In expositione Ezechielis, Homelia quar-
 ta, partis secundæ.

Sicut turris David collum tuum, quæ edificata est cum
 propugnaculis suis. Mille clypei pendent ex ea, omnis armatu-
 ra fornum. In collo guttur, in gutture uox est.
 Quid ergo per collum sanctæ Ecclesiæ, nisi sa-
 cra eius eloquia designantur: in qua dum mil-
 le clypei dependere memorantur, per hunc
 perfectum numerum numerus uniuersus o-
 stenditur: quia uniuersa nostra munitio in sa-
 cro eloquio cōtinetur. Ibi quippe sunt præce-
 pta Dei, ibi exempla iustorum. In collo ergo
 Ecclesiæ, id est in sacri eloquij prædicatione,
 quæ pro sua munitione & altitudine, turri Da-
 uid similis dicitur, mille clypei dependē: quia
 quotquot illic præcepta, tot sunt etiam pecto-
 ris nostri munimina. Ecce enim contra aerias
 potestates festinantes fortes existere, in hac
 turri armaturam nostræ mentis inuenimus,
 ut inde præcepta conditoris, inde sumamus
 exempla præcedentium, per quæ contra aduer-
 sarios nostros inexpugnabiliter armemur. Et
 notandum, quia edificata cum propugnacu-
 lis suis dicitur. Hoc quippe agunt propugna-
 cula, quod clypei, quia uterque pugnantem
 muniunt: sed inter utraq; distat, quia clypeum
 pro nostro munimine; ubicunque uolumus,
 mouemus: propugnaculis autem defendi pos-
 sumus, sed hoc mouere nō possumus. Clypeus
 in manu est, nam propugnaculum non tene-
 tur. Quid ergo inter propugnacula & clypeos
 distat, nisi quod in sacro eloquio partim præ-
 cedentium & miracula legimus, & uirtutes
 bonorum operum audimus? Hi itaque quam
 uera de Deo dixerint, testantur miracula:
 quia talia per illum non facerent, nisi de illo
 uera narrarent. Et quam pijs, quam humiles,
 quam benigni extiterint, eorum testantur o-
 perationes. Quid igitur illorū miracula, nisi
 nostra sunt propugnacula? Quia & muniti
 per illa possumus, & ramentum hæc in manu nostri
 arbitrij non tenemus: nam talia facere nō ua-
 lemus.

lemus. Clypeus uerò in manu est, & defendit:
 quia uirtus patientiæ, uirtus misericordiæ, præ-
 cedente nos gratia, & in potestate est arbitrij,
 & à periculo protegit aduersitatis.

In expositione beati Iob, Lib. 24.

Duo ubera tua, sicut duo hinnuli capræ gemelli, qui pa-
 scuntur in lilijs, donec aspiet dies, & inclinentur umbræ. Quæ
 sunt duo ubera, nisi ex Iudæa & gentili-
 tate ueniens uterque populus, qui in sanctæ
 Ecclesiæ corpore, per intentionem sapientiæ,
 arcano est cordis infixus? Ex quo populo, hi
 qui electi sunt, idcirco capræ hinnulis que
 comparantur, quia per humilitatem quidem,
 prauos se ac peccatores intelligunt: sed de his
 per charitatem currentibus, si qua obstacula
 de impedimēto temporalitatis obuiant, tran-
 seunt, & datis cōtemplationis salubus, ad sur-
 perna ascendunt: qui, ut hæc agant, præce-
 dentium sanctorum exempla conspiciunt, un-
 de & in lilijs pasci referuntur. Quid uerò per
 lilia, nisi illorum uita declaratur, qui ueraciter
 dicunt, Christi bonus odor sumus Deo? Ele-
 cti ergo, ut assequi summa præualeant, con-
 specta odorifera, & candida iustorum uita, in-
 hianter iam quidem uidere Dominum sitiūt:
 iam de eius contemplatione satiari charitatis
 æstibus inardescunt: sed quia in hac uita posi-
 ti, necdum ualent, per præcedentium interim
 patrum exempla pascuntur. Vnde & apte il-
 lic tempus de ipso liliorum pasto definitur,
 dum dicitur, Donec aspiet dies, & inclinetur
 umbræ. Tandiu quippe refici iustorum exem-
 plis indigemus, donec præsentis mortalitatis
 umbras æterno die aspirate transeamus. Cum
 enim huius temporalitatis umbra transacta,
 ac mortalitas fuerit inclinata, quia ipsius diei
 internum lumen cernimus, nequaquam iam
 appetimus, ut ad amorē eius per aliorum ex-
 empla flagremus. Nunc autem, quia necdum
 eum intueri possumus, summopere necesse
 est, ut eorum qui illum perfecte sunt secuti,
 conspectis actionibus incitemur.

In expositione beati Iob, Lib. 17.

Coronaberis de capite Amanæ, de uertice Sanir & Her-
 mon, de cubilibus leonum. Quid leonum nomine,
 quam dæmonia designantur, quæ ira contra
 nos atrocissimæ credulitatis insequitur? Et quia
 peccatores ad fidem uocati sunt, quorū quon-
 dam corda leonum cubilia fuerunt, dum ui-
 cisse mortem Dominus eorum confessione
 creditur, quasi de leonum cubilibus corona-
 tur. Remuneratio quippe uictoriæ, corona
 est. Totiens ergo ei coronam fideles offerunt,
 quotiens hunc uicisse mortem ex resurrectione
 ne consistuntur.

In expositione beati Iob, Lib. 15.

Mel & lac sub lingua tua. Plerique iustorum,
 dum quosdam agere peruersè conspiciunt,
 qui duris sunt increpationibus ferendi, lin-
 guæ asperitatem sumunt: sed sub lingua men-
 tis suæ benignitatem contegunt. Vnde san-
 ctæ Ecclesiæ sponsi uoce dicitur, Mel & lac

sub lingua tua. Qui enim mentis dulcedinem
 aperire infirmis nolunt, sed loquentes qua-
 dam eos asperitate ferunt, & tamen inter uer-
 ba aspera, quasi latenter quiddam dulcedinis
 intermittunt: hi uidelicet non in lingua, sed
 sub lingua habent dulcedinem: quia inter du-
 ra quæ proferunt, emittunt quædam blanda
 & dulcia, quibus mens possit ex benignita-
 te refoueri.

In codice regule pastoralis, titulo 15.

Emissiones tuæ paradisi malorum puniceorum. Quid
 per mala punicea, nisi fidelium unitas designa-
 tur? Nam sicut in malo puniceo, uno exterius
 cortice, multa interius grana muniuntur: sic
 innumeros sanctæ Ecclesiæ populos unitas
 fidei contegit, quos intus diuersitas merito-
 rum tenet.

In expositione beati Iob, Lib. 27.

Surge Aquilo, & ueni Auster. Per Austrum, qui
 nimirum calidus uentus est, nō immerito Spi-
 ritus sanctus designatur: quo quisq; dum tan-
 gitur, ab iniquitatis suæ torpore liberatur. Vn-
 de bene in Canticis canticorum dicitur, Sur-
 ge Aquilo, & ueni auster, perfla hortum meum,
 & fluent aromata illius. Aquiloni enim iube-
 tur ut surgat: ut nimirum is, qui mortalium
 corda restringit, aduersarius spiritus fugiat.
 Auster enim uenit, & hortum perflat, ut eius
 aromata defluant: quia per aduentum sancti
 Spiritus, dum mens hominis repletur ex eo,
 mox opinio uirtutum aspergitur, ut iure iam
 sanctorum lingua, quasi hortus Austro perfla-
 tus dicat, Christi bonus odor sumus.

In expositione Ezechielis, Homelia se-
 cunda, partis secundæ.

Ego dormio, & cor meum uigilat. Contemplatiua
 uitæ amabilis ualde dulcedo est, quæ super se-
 metipsam animam rapit, coelestia aperit: ter-
 na autem debere esse contemptui ostendit, spi-
 ritualia mentis oculis patefacit, corporalia ab-
 scondit. Vnde bene Ecclesia in Canticis can-
 ticorum dicit, Ego dormio, & cor meum uigi-
 lat. Vigilanti enim corde dormit, qui per hoc
 quod interius contemplando proficit, ab in-
 quieto foris opere quiescit.

Item in expositione beati Iob, Lib. 23,
 de quo supra.

Ego dormio, & cor meum uigilat. Ac si diceret,
 Dum exteriores sensus ab huius uitæ sollicitu-
 dinibus sopio, uacanti mente uiuacius in-
 terna cognosco. Foris dormio, sed intus uigi-
 lo: quia dum exteriora, quasi non sentio, inte-
 riora solerter apprehendo.

In expositione Euangelica, Homelia 25.

Anima mea liquefacta est, ut locutus est. Mēs homi-
 nis, conditoris sui speciem non querentis ma-
 le dura est: quia in semetipsa manet frigida. At
 si ardere iam ex desiderio cœperit ad sequen-
 dum, quem diligit, liquefacta per ignem amo-
 ris currit. Fit desiderio anxia, uilescunt in se-
 culo cuncta quæ placebant: nil est quod ex-
 tra conditorem libeat: & quæ prius delecta-

bant animum, sunt postmodum uehementer onerosa. Nihil eius moestitiā consolatur, quo usque adhuc quod desideratur, non aspicitur. Moeret mens, lux ipsa fastidio est. Taliq; igne in mente decoquitur rubigo culpæ. Et succensus animus, quasi more auri, quia per usum speciem perdidit, per incendium clarescit.

In expositione beati Iob, Lib. 27.

Inuenerunt me custodes, qui circumeunt ciuitatem, percusserunt me, uulnerauerunt me, tulerunt pallium meum mihi custodes murorum.] Quarentem sponsam uigiles inueniunt, eamq; uulnerauerunt: quia unamquaq; animam redemptoris sui iam speciem requirunt, cum solliciti doctores inueniunt, hanc per prædicationis uerbum cœlestis amoris spiculis uulnerant: & si quod ei adhuc de uerba conuersatione tegmen inest, subtrahunt: ut quo exuta ab huiusmodi onere reddatur, eos is qui queritur, ab illa citius inueniatur.

In expositione beati Iob, Lib. 34.

Caput eius aurum optimum.] Quia caput Christi Deus. Nil uero est in metallis auro fulgentius: sponsi caput aurum dicitur, quia eius humanitas ex diuinitatis suæ nobis claritate principatur.

In expositione Ezechielis, Homilia 8.

Pulchra es amica mea, suavis & decora sicut Hierusalem, terribilis ut castrorum acies ordinata.] Quia Hierusalem uisio pacis interpretatur, cuius nomine patria cœlestis exprimitur, sancta Ecclesia suauis & decora, ut Hierusalem dicitur, quia eius uitæ desiderium uisionem pacis intime comparatur: ut in eo, quod authorem suum diligit, quod eius speciem uidere concupiscit: de quo scriptum est, In quem desiderant angeli prospicere, per ipsa iam amoris sui desideria angelis similis dicitur. Quæ quantum Deo amabilis afficitur, tantum agit, ut malignis spiritibus terribilis fiat. Qualiter autem sit terribilis, subiuncta comparatione ostenditur: id est, ut castrorum acies ordinata. Quid est quod Ecclesia sancta hostibus suis, ut castrorum acies sit timenda? Non enim à magno intellectu uacat ista comparatio: & idcirco subtiliter intuenda. Scimus & constat, quia castrorum acies tunc hostibus terribilis ostenditur, quando ita fuerit constipata atq; densata, ut in nullo loco interrupta uideatur. Nam est ita disponitur, ut locus uacuus, per quem hostis possit ingredi, dimittatur: profectò iam suis hostibus terribilis non est. Et nos ergo, cum cõtra malignos spiritus certaminis aciem ponimus, summopere necesse est, ut per charitatem semper uniti atque constricti, ut nunquam interrupti per discordiam inueniamur: quia quamlibet bona opera in bonis fuerint, si charitas desit, per malum discordiæ locus aperitur in acie, unde ad feriendos nos ualeat hostis intrare.

In Homelia Ezechielis 4. partis secundæ.

Sicut cortex mali punici, genæ tuæ, absque occultis tuis.] Genæ sunt sanctæ Ecclesiæ spirituales partes,

quæ nunc in ea miraculis coruscant, & uelut in eius facie uenerabiles apparent. Cum enim uidemus multos mira agere, uentura prophetare, mundum perfecte relinquere, cœlestibus desiderijs ardere, sicut cortex mali punici sanctæ Ecclesiæ genæ rubent. Sed quid illud est, omne quod miramur in illius rei comparatione: de qua scriptum est, Quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se? Bene ergo, cum miraretur genas Ecclesiæ, subdidit, Absq; occultis tuis. Ac si aperte diceretur, Ea quidem quæ in te non latent, magna sunt: ualde ineffabilia, quæ latent.

In expositione beati Iob, Lib. 29.

Quæ est ista quæ progreditur, quasi aurora consurgens.] Sancta Ecclesia cœlestis uitæ præmia appetens, aurora uocata est: quia dum peccatorum tenebras deserit, iustitiæ luce fulgescit. Habemus tamen subtilius aliquid, quod considerata qualitate diluculi, uel auroræ pensamus. Aurora namque & diluculum, noctem quædam præterisse nunciant, nec tamen diei claritatem integram ostendunt. Sed dum illam pelunt, hanc suscipiunt: lucem tenebris permixtam tenent. Quid itaque in hac uita omnes qui ueritatem sequimur, nisi aurora uel diluculum sumus: quia & quædam iam quæ lucefcunt, agimus: tamen in quibusdam adhuc tenebrarum reliquijs non caremus.

In expositione beati Iob, Lib. 31.

Nasus tuus sicut turris David, quæ est in Libano.] Per nasum odores foetores quæ discernimus. Et quid per nasum, nisi prouida sanctorum discretio designatur? Turris uero speculationis in altum ponitur, ut hostis ueniens longè uideatur. Rectè ergo nasus Ecclesiæ turris in Libano similis dicitur: quia sanctorum prouida discretio, dum sollicitè circumquaque conspiciat, in altum posita, priusquam ueniat culpa, deprehendit: eam quæ quo uigilanter prænotat, eo fortiter declinat.

In expositione Ezechielis, de quo supra, Homilia 11.

Ut ergo seruetur ueritas prædicandi, teneatur necesse est altitudo uiuendi. Vnde rectè quoq; sanctæ Ecclesiæ sponsi uoce in Canticis canticorū dicitur, Nasus tuus sicut turris Libani. Quæ ergo laus est fratres mei, ut sponsæ nasus turri comparetur? sed quia per nasum semper odores foetoresq; discernimus, quid per nasum, nisi speculatorum discretio designatur? Qui nimirum nasus, sicut turris Libani dicitur: quia uidelicet præpositorum discretio, & munita semper debet esse ex circumspectione & altitudine uitæ consistere: id est, in ualle infirmi operis non iacere. Sicut enim turris in monte idcirco ad speculandum ponitur, ut hostes qui ueniunt longius uideantur: sic prædicatoris uita semper in alto debet fixa permanere, ut more narium discernat foetores uitiorū, odoresq; uirtutum: incurfus malorum spirituum longè prospiciat, & commissas sibi ani-

mas

mas per suam prudentiam cautus reddat.

In expositione beati Iob, Lib. 12.

Videamus si floruit uinea, si flores fructus parturunt.] Florent uineæ, cum mentes fidelium bona opera proponunt. Sed fructus non pariunt, si ab eo quod proposuerant, aliquibus uicij terribilibus infirmantur. Non ergo intue dum est si uineæ florent, sed si flores ad partum fructuum conualefcant: quia mirum non est, si quis bona inchoet, sed ualde mirabile, si intentione recta in bono opere perduret.

In expositione beati Iob, Lib. 15.

Quæ est ista quæ ascendit de deserto, delicijs affluens?] Nimirum sancta Ecclesia, nisi uerborum Dei affluerit delicijs, de deserto uitæ præsentis ascendere ad superiora non potest. Delicijs ergo affluit & ascendit, quia dum mysticis intelligentijs pascitur, ad superna quotidie cõtemplanda subleuatur.

In expositione beati Iob, Lib. 18. iuxta septuaginta interpretes.

Quæ est ista, quæ ascendit dealbata?] Quia sancta Ecclesia cœlestem uitam naturaliter non habet, sed superueniente spiritu, pulchritudine donorum componitur, non alba, sed dealbata memoratur.

In expositione beati Iob, Lib. 30.

Pone me ut signaculum super cor tuum.] Idcirco rebus signaculum ponitur, neque diripientium præsumptione temerentur. Sponsus ergo in cor, ut signaculum ponitur, quando fidei eius mysterium in custodiam nostræ cogitationis imprimitur, ut ille infidelis seruus, nimirum noster ad uersarius, cum signa fidei considerat, tẽtando eum irrumperet non presumat.

In expositione Euangelica, Homelia 7.

Quia fortis est, ut mors dilectio.] Sicut mors corpus interimat, sic ab amore rerum corporalium æternæ uitæ charitas occiditur. Nam quæ perfecte absorberit, ad terrena foris desideria uelut insensibilem reddit.

In expositione beati Iob, Lib. 19.

Soror nostra parua est, & ubera non habet.] Sicut uniuersusque hominis, sic sanctæ Ecclesiæ ætas describitur. Paruula quippe tunc erat, cū à natiuitate recens uerbum uitæ prædicare non poterat. Hinc enim de illa dicitur, Soror nostra paruula est, & ubera non habet: quia nimirum sancta Ecclesia, priusquam proficeret per incrementa uirtutis, infimis quibusque auditoribus præbere non potuit ubera prædicationis. Adulta uero Ecclesia, quando Dei uerbo copulata, sancto spiritu repleta, per prædicationis ministerium, in filiorum cõceptione foetatur, quos exhortando parturit, conuertendo parit. De hac eius ætate Domino dicitur, Adolescentulæ dilexerunt te. Uniuersæ quippe Ecclesiæ, quæ unam catholicam faciunt, adolescentulæ uocantur: non uetustæ per culpā, sed nouellæ per gratiam: non senio steriles, sed ætate mentis ad spiritalem congruæ foecunditatem.

In expositione Ezechielis, Homilia 2. partis secundæ.

Quæ habitas in hortis, amici auscultant, fac me audire uocem tuam.] In hortis sancta Ecclesia, in hortis unaquaq; anima habitat, quæ iam uiriditate spei, & bonorum operū est repleta. Sicca quippe spes est huius seculi, quia omnia, quæ hic amantur, cum festinatione marcescunt. Et Petrus nos apostolus festinare admonet dicens, In hæreditatem incorruptibilem, incontaminatam & immarcescibilem. Quæ ergo iam in hortis habitat, oportet ut sponsum suum, suam uocem audire faciat: id est canticū bonæ prædicationis emittat, in qua ille deleatetur, quæ desiderat. Amici auscultant, uidelicet omnes electi: qui ut ad cœlestem patriam reuiuiscant, uerba uitæ desiderant.

In expositione beati Iob,

Liber 17.

Fuge dilecte mi.] Fugite nos dicimus, quotiens menti nostræ, id quod reminisci uolumus, non occurrit. Fugit nos dicimus, quando id quod uolumus, memoria non tenemus. Sancta ergo Ecclesia, postquam mortem ac resurrectionem Domini, & ascensum describit, clamat ei prophético plena spiritu, Fuge dilecte mi, fuge. Ac si diceret, Tu qui ex carne comprehensibilis factus es, ex diuinitate tua intelligentiam nostri sensus excede, & in teipso nobis incomprehensibilis permane.

Expositionis allegorice in Cantica canticorum Salomonis, Finis.

BEDAE PRESBYTERI

DE TABERNACULO ET

ualis eius, ac uestibus sacerdotum, Liber primus.

Moses in montem Dei, cum Iosue ascendens, Aaron & Hur regimen populi reliquit.

CAPVT I.

Nocuturi ituantem Domino de figura tabernaculi & uasorum, atque utensilium eius, primò situm loci, & circumstantias rerum, quomodo sese habuerint, quando quæ hæc fieri præcepta sint, inspicere atque attentius considerare debemus. Omnia autem, sicut Apostolus ait, in figura contingebant illis: scripta sunt autem propter nos. Omnia uidelicet, non solum facta uel uerba, quæ sacris literis continentur, uerum etiam locorum, & horarum & temporum situs, & ipsarum quoque in quibus gesta, siue dicta sunt circumstantia rerum.

Dixit, inquit, Dominus ad Moysen, Ascende ad me in montem, & esto ibi.] Daturus ergo legem Moyse Domino, primò illū in uerticem montis euocat,

ut in alto secum demoratus liberius audiat, quæ ad inferiora rediens populum præcepta doceat: simul que ex altitudine loci colligat, quam celsa quatum ab humanis secreta doctrinis sit lex quam accipit: & quomodo ab illis solummodo perfecte intelligi uel custodiri possit, qui sese à terrenis cõtagijs sublimius ac perfectius uiuendo separauerint. Vnde & populũ in inferioribus expectare, donec Moy ses redeat, præcepit: ut insinuet typicè, quia cœlestia quidem sint arcana suæ legis, & quæ à perfectioribus tantum capiuntur, nec tamè infirmis occasio salutis desit, si sapientiæ maiorum humiliter auscultare studuerint. Sic & in Euangelio Dominus nouos gratiæ præcones in montem conuocans, præceptis salutaribus instituit: ut ex loci etiã situ patesceret, quia sublimia illis, uel mandata uiuendi, uel promissa daret remunerãdi: iuxta illud Psalmistæ, iustitia tua sicut montes Dei. Sed & post refur rectionem, rursum eisdem in monte sancto ap parens, eosq; ad prædicandum, non unũ tantũ populo Israel, sed mittens toti mundo: Eun tes, inquit, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti: docentes eos seruire omnia quæcunque mã dauĩ uobis. Et legis ergo, & Euangelij præcepta Dominus, in monte dedit, ut sublimitatẽ per hoc utriusque Testamenti commendaret. Verũ, quia scriptura legis unũ tunc populo Israel committenda, gratia uerò Euangelij, ad omnes per orbem nationes apostolis prædicãtib; erat peruentura: rectè ad discendam accipiendam que legem solus Moy ses ascendit in montem, doctrinã uerò Euangelij apostoli simul omnes in monte cũ Domino positi, auscultantibus & turbis audierunt. Sed & ad uẽtu sancti spiritus, quo hæc eadem gratia & ueritas Euangelij, manifestius Ecclesiæ data est, non apostoli solummodo, uerũ etiam pluri ma simul, caterua fidelium in cœnaculo montis Sion constituta suscepit, & hoc in uariã diuisione linguarum, ut tali esse miraculo Ec clesia cunctarum per orbem gentium linguis Deum collaudatura signaretur.

Daboq; tibi, inquit, tabulas lapideas, & legem ac manda ta, quæ scripsi, ut doceas eos. Huius simile est illud Euãgelij, quod supra posuimus: Docetes eos seruire omnia quæcunque mandauĩ uobis. Non ergo Moy ses, non apostoli, non quilibet doctorum, alia debet populũ Dei docere præcepta, quam quæ ipse Dominus docuit, quæ que cõsiliij sui decreto nobis obseruanda præ scripsit, & in quorum obseruatione uitam nos habere æternam uoluit: sicut nec de illis, quæ fieri iussit, doctores quicquam prætermittere oportet, sed omnia quæcunque ille mandauit, suis necesse habent auditoribus committere. Scripsit autem hæc in tabulis lapideis, quia in cordibus electorum fide, fortibus fixa inten tione custodienda firmavit. Quorum exem pla cum nobis ad imitandum proponit, quasi

scripta in lapide statuta suæ legis ostendit. Nã & Daniel uidit Dominũ in figura lapidis ex. Dani. 2. cisi, de monte sine manibus, contriuisse pom pam regni mundialis, ut regnũ ipsius solum sine fine permaneat. Et Petrus fideles admo net dicens: Et uos tanquam lapides uiui, su per ædificamini domos spirituales.

Surrexerunt Moy ses, & Iosue minister eius. Iosue mi nister Moy si Dominum saluatorem, & no mine designat, & actione. Qui minister Moy si rectè uocatur, quia apprensus in carne, Mosai cæ legis in se carimonias suscipere dignatus est: quia non soluere legem, sed uenit adimple re. Moy si in omnibus uestigia sequitur: quia in cunctis quæ loquitur, uel scribit Moy ses, il le uel typicè, uel manifestè designatus, quasi comes indiuiduus, si bene queritur, inueni tur. Hinc etenim dicit Iudæis: Si crederetis Moy si, crederetis forsitan & mihi, de me enim ille scripsit.

Ascendensq; Moy ses in montem Dei, senioribus ait: Expe ctate hic, donec reuertamur ad uos. Habetis Aaron & Hur uo bisq; si quid natũ fuerit questionis, referetis ad uos. Aar mons fortitudinis, Hur interpretatur ignis si ue lumen. Vnde Aaron saluatorẽ Dñm, Hur designat spiritum sanctum: quia & de hoc dicit Esaias, Et erit in nouissimis diebus præpa ratus mons domus Domini in uertice mon tium. Et ille super apostolos in lumine ignis apparuit. Ascendens ergo ad Dominũ Moy ses, Aaron & Hur, hoc est montem fortitudi nis, & lumen ignis, in campestribus, ad regi men populi dereliquit. Et nos si doctores no stros, ad altitudinem diuine contemplationis sequi nõ possumus, curemus solliciti, ne aliqua nos tentatio à uicinia mōtis Dei retrahat: sed iuxta modulum nostrum uirtutum operibus insistamus, inherentes stabili corde sacramen tis nostri redemptoris, quibus imbuti sumus: & gratiam spiritus eius, qua signati sumus, in temerata in nos nobis conseruare curantes. Et si qua nos aduersitatum quæstio pulsauerit, mox adiutorium inuocemus eiusdem no stri redemptoris, qui fideles suos per domum sancti spiritus protegere à malis omnibus, ac liberare consueuit. Nec dubitandum, quia si in cœptis persistimus, per montem fortitudi nis infirmitas atque humilitas nostra confir mata exaltetur, & cunctis hostium tentamen tis fortior efficiatur: per lumẽ quoque, & ignẽ spiritus sancti nostra illustretur ignorantia, no ster ad dilectionem eiusdem piij conditoris a nimus inardescat.

Cumq; ascendisset Moy ses, operuit nubes montem. Sicut mons in quo legem accepit Moy ses, alti tudinem perfectionis, quæ in eadem lege erat conscribenda, designat: ita nubes, qua mons tectus est, gratiam diuinæ insinuat protectio nis: qua tanto amplius quisque fruit, quanto altius ad scrutanda mirabilia de lege Dei re uelatis oculis cordis ascendit. Namque nec montem solummodo, in quo Moy ses ascen dit,

dit, nubes operuit: sed & populum per deser ta gradientem, qui nequaquam ad altiora po terat ascendere, nihilominus nubes cœlitus missa obumbravit. Vnde scriptum est, Expã dit nubes in protectionem eorum: quia ni mirum Dominus omnes timentes se, pusil los cum maioribus, cœlesti benedictione protegit.

Et habitauit gloria Domini super Sinai, tegens illum nu be sex diebus, septimo autem die uocauit eum de medio caliginis. Non tantum sublimitas, uerũ etiã nomen montis, in quo lex data est, per fectionem ipsius legis figuratè denunciat. Si nai namque interpretatur mensura mea, siue amphora mea. Diuinitus ergo procuratum est, ut mons in quo lex daretur, amphora mea uocaretur: quasi ipso Domino per hoc uocabulum significante, quod lex sua perfe ctam uiuendi regulam omnibus promulga ret, & unicuique secundum opera sua redderit: iuxta hoc quod ait ipse, In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Et: In qua mensura mensi fueritis, remetietur uobis.

Bene autem dicitur, quod Moy se ascen dente, nubes & gloria Domini, sex diebus montem operuerit, septimo autem die illum ad altiora montis uocauerit. Sex namque diebus in lege operari, in septimo requiescere iubemur. Ascendensq; montem Moy ses, sex diebus nube & gratia Domini tegitur: ut insinuetur mysticè, quia quicunque man data Domini operibus iustis exequitur, di uina utique protectione dignus existit. Idem namque Dominus, qui Moy sen in montem ascendere iussit, ascendentem quoque sua nu be & claritate circundedit: quia qui donum nobis bene operandi tribuit, ipse nos bene operantes, ne deficiamus illustrat, ne tenta mentis antiqui hostis, quasi feruoribus solis exuramur, protegit. Septimo autem die uocat ad altiora Dominus Moy sen, quia post operum perfectionem, requiem nobis lex promittit æternam: ut qui in altitudi ne rectæ actionis Domino assistere curauimus, iam ad eius uisionem atque colloquium ascendere mereamur: iuxta illud Psalmistæ, Etenim benedictionem dabit, qui legem de dit. Ambulabunt de uirtute in uirtutem, uidebitur Deus deorum in Sion. Quod etiam in hac uita nonnullis electorum constat esse donatum, ut post actiue perfectionem con uersationis, ad diuinæ gratiam speculationis ascenderint, qualiscunque & quantulacun que hæc ab hominibus carne indutis fieri po test: quod & plurimis patriarcharum ac pro phetarum, & præ cateris ipsi Moy si concessum est. de quo specialiter dictum est, quia locutus sit cum Deo facie ad faciem, sicut Io, qui solet homo cum amico suo. Vnde & de illo specialiter intelligi ualet, quod sex die bus in monte nube & gloria Domini prote ctus sit: septimo autem die uocatus ad collo

quium eius, altiora montis conscenderit, quia nimirum per bona opera, quæ Domino donante acceperat, magis ab illo illustrari, atque ab om nibus malorum incuribus meruit obumbrari, ac sic ad sublimiora uisionis & colloca tionis illius dona peruenit. Meditum namque caliginis, unde uocatus esse dicitur, non ines se Deo tenebras ullas significat: sed quia lu cem habitat inaccessibilem, & sicut idem dicit Apostolus, Quem uidit nullus hominum, sed nec uidere potest. Caligo namque illa ob scuritas est arcanorum cœlestium, terrenis quidem cordibus inaccessibilis, sed Moy si & cateris mundo corde beatis diuina referante gratia penetrabilis: quibus dicitur in Psalmo, Accedite ad eum, & illuminamini. Inaccessibilis namq; est eius uiribus nostris, ad quã tam acceditur muneribus ipsius. Vbi aptè subiungitur:

Erat autem species gloriæ Domini, quasi ignis ardens super uerticem montis in conspectu filiorum Israel. Quasi ignis namque ardens species gloriæ Domini apparuit: quia corda electorum, & dono sciẽtiæ cœlestis illustrat, & ardore suæ charitatis inflamat. In nube ergo, caligine & igne gloria Domini uisa est. In nube uidelicet, quia nos ab æstu tentationum protegit. In caligine uerò, quia potentia maiestatis eius à nulla potest creatura ad integrum comprehen di. Pax enim Dei exuperat omnem sensum. In igne autem ardente, quia mentes fidelium supernorum bonorum, & cognitione irra diat, & spe ac dilectione accendit. Et hanc quidem Domini gloriam, filij Israel de longè, & ab inferioribus aspiciunt, Moy ses uerò al tius ascendendo penetrat: quia nimirum abdi ta mysteriorum diuinorũ perfecti quicq; perfectè, ac sublimiter uident. At nos nostræ me mores fragilitatis & inertie, etsi huc intrare comprehendendo nequiuimus, saltem cre dendo, sperando, diligendo in proximo manere, atque aspicere curemus. Quasi enim filij Israel à longè oculos ad mōtem Dei, atque ad conspectum gloriæ eius habent, cum infirmi quique in Ecclesia se Deum uidere sum moperè desiderantes, oculos mentis sedulo in memoriam æternæ claritatis fixos tenent: Quibus in uicinia montis Dei, in quem Moy sen ascendisse nouerunt, commorantur, cum illo se moderamine uiuendi coercent, quo nunquam gressum suæ operationis longius ab imitatione summorum uirorum abstrahãt, tamen necdum plenè illorum ad perfectio nem sequi uestigia possint.

Moy ses septimo die ad altiora montis uocatus, quadraginta diebus ac noctibus ibi cum Domino moratur.

CAPVT II.

Ingressusq; Moy ses medium nebulæ, ascendit in montem: & fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. I. Moy ses

Moyſes medium nebulae ingreſſus aſcendit in montem, cum praedicatorum diuinae legis, in quibus ipſe Moyſes eximius erat ad intuenda ſublimiter incerta & occulta ſapientiae diuinae, inuitante ac ducente Domino penetrat. Fuit autem cum Domino Moyſes quadraginta diebus & noctibus, ut hoc numero temporis diſceret, quod illi ſolummodo Decalogum legis, quem cum ſuo populo acceperat, poſſent implere, quos Euangelicae gratia ueritatis, quae quatuor libris erat deſcribenda, iuaret. Quater enim deni quadraginta faciunt. Vel certe quod uenturum eſſet tempus, quando eadem praecipua Decalogi, quae tunc cum uno filiorum Iſrael populo accepit, in notitiam cunctarum gentium, quae quatuor orbis partibus continentur, diuina gratia largiente panderetur, omnesque per horum nationes obſeruantiam, ad ſalutem perueniret aeternam. Verum quia breuiter quam mirifico aſcenſu Moyſes, ad accipiendum legem perueniret didicimus, iam nunc aures ſimul, & animos ad audienda quae audiuit, ac pro modulo noſtro exponenda ipſa legis mandata conuertamus. Sequitur:

Filij Iſrael primitias Domino offerre, & ſanctuarium facere iubentur.

CAPVT III.

Exod. 25. **L**ocutusque eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Loquere filiis Iſrael, ut tollant mihi primitias: ab omni homine qui offert ultroneus, accipietis primitias mihi. Et nos primitias honorum noſtrorum Domino tollimus, quando ſi quid boni agimus, totum hoc diuinae gratiae tribuimus ueraciter, & intimo ex corde proſtitentes, quod ne initium quidem bonae actionis, aut cogitationis aliquod, niſi a Domino poſſimus habere: mala uero noſtra ſemper a nobis ipſis diabolo inſtigante, & coepa conſummata, nec niſi Domino donante laudanda eſſe fatemur. Pelagiani primitias bonorum ſuorum nolunt Domino tollere, ſed ſibi metiſſis poſſidenda retinere: quia ſe boni aliquid a ſeipſis abſque gratia Dei habere, ſtulta praesumptione autumant. Bene autem praecipitur Moyſi, ab homine qui offert ultroneus, accipere primitias. Hilarem enim datorem diligit Deus. Et Apoſtolus, non ex triftitia nos, aut ex neceſſitate, ſed propoſito cordis bona facere iubet. Quod ſe facere ſciens propheta gloriatur in Domino dicens: Voluntarie ſacrificabo tibi.

2. Cor. 9. Ibidem.

Pſal. 55.

Hae ſunt autem quae accipere debetis, aurum, argentum & aes, hyacinthum ac purpuram, coccumque bis tinctum, & byſſum, pilos caprarum, & pelles arietum rubricatas, pelles hyacinthinas, & ligna ſetim, oleum ad luminaria concinnanda: aromata, unguentum & thymiana boni odoris, lapides onychinos & gemmas, ad ornandum ephod, ac rationale. Facientque mihi ſanctuarium, & habitabo in medio eorum. Cuncta haec quae Dominus ſibi a priore populo, ad faciendum ſanctuarium materialiter offerri praecipit: nos quoque qui ſpirituales filij Iſrael, id eſt imitatores, Deum uidentis po-

puli eſſe deſideramus, ſpiritali intelligentia debemus offerre, quatenus per huiusmodi oblationes uoluntarias, & ipſi ſanctuarium ei in nobis facere mereamur, & ipſe in medio noſtrum habitare, hoc eſt in noſtro ſibi corde maſſionem conſecrare dignetur. Cui uidelicet aurum offerimus, cum claritate uerae ſapientiae, quae eſt in fide recta, reſplendemus. Argentum, cum & ore noſtro conſeſſio fit in ſalutem.

10 Aes, cum eundem fidem publica praedicatione diuulgare gaudemus. Hyacinthum, cum ſurſum corda leuamus. Purpuram, cum corpus paſſioni ſubiſcimus. Coccum bis tinctum, cum gemina, id eſt Dei, & proximi dilectione flagramus. Byſſum, cum carnis caſtitaſtem ſentimus. Pilos caprarum, cum habitum poenitentiae ac lucis induimus. Pelles arietum rubricatas, cum ipſos Domini gregis ductores ſuo ſanguine baptizatos uideamus. Pelles hyacinthinas, cum nos poſt mortem ſpiritalia in caelis corpora habituros eſſe ſperamus. Ligna ſetim, cum expurgatis peccatorum ſpinetis munda carne, & anima Domino ſoli ſeruimus. Oleum ad luminaria concinnanda, cum fructibus charitatis & miſericordiae refulgemus. Aromata, unguentum & thymiana boni odoris, cum opinionem bonae noſtrae actionis, multis ad exemplum bene uiuendi, longe late que diſfundimus. Lapides onychinos & gemmas, ad ornandum ephod ac rationale, cum miracula ſanctorum, quibus cogitationes. Deo deuotas, & opera uirtutum ornauerunt, digna laude praedicamus. Atque haec in adiutorium noſtrae fidei, ubi opus fuerit aſſumimus. Quia enim in humeris onera geſtare ſolemus, recte per ephod, id eſt ſuperhumera, opera iuſtorum, & piſi pro Domino labores inſinuantur. Quia uero in pectore cogitationum ſedes eſt, recte in rationali, qui eſt habitus pectoris ſacerdotalis, munda electorum cogitationes exprimentur. Lapides, que onychini, & gemmae ornant ephod ac rationale, cum eximijs ſummorum patrum actibus & cogitationibus, etiam miraculorum inſignia iunguntur. Neque aliquid uetat in lapidibus onychinis, qui ſanguinei feruntur eſſe coloris, addita bonis operibus martyrij merita intelligi. De quibus ſingulis ſuo loco plenius opitulante Dei gratia dicendum eſt.

Facientque mihi, inquit, ſanctuarium, & habitabo in medio eorum, iuxta omnem ſimilitudinem tabernaculi, quod oſtendam tibi, & omnium uasorum in cultum eius. Oſtendit Moyſi Dominus tabernaculum in monte, & uasa in cultum eius conſecrata: quia eidem ſecum tanto tempore demoranti manifeſte demonſtrauit, quanta pietate, humilitate & munditia, uirtutes angelicae ſuo creatori gaudent obedire. Quae ſunt perfectum in omnibus tabernaculum eius, qui nunquam in eis, ex quo conditi ſunt, manere atque inhabitare ceſſauit. Quorum etiam nobis in reſurrectione ſimilitudo uitae, & communis ante Dominum conuerſa-

Rom. 8.

conuerſatio promittitur: quicumque modo relictis huius mundi contagijs, eorum in terris uitam imitari ſtudemus, uidelicet in laudando ac diligendo Dominum, & proximum quoque in Deo diligendo ac uiuando, inimicos etiam ad amorem Dei, pietatis officijs prouocando. quales erant quibus ait Apoſtolus: Vos autem fratres non eſtis in carne, ſed in ſpiritu. Tabernaculum ergo, quod Moyſi in monte monſtratum eſt, ſuperna eſt illa ciuitas & patria coeleſtis, quae illo quidem tempore ex ſolis extitiſſe creditur angelis ſanctis: poſt paſſionem uero, reſurrectionem & aſcenſionem in caelos, mediatoris Dei & hominum, & multitudinem praecelſam & copioſam ſanctarum recepit animarum. Vasa uero tabernaculi illius ſingula quaeque ſunt perſona ſpirituum beatorum: ex quibus omnibus ipſa Hieruſalem, quae eſt mater omnium noſtrum, in uera pace & unitate conſiſtit. Norandumque diligentius, quod ſanctuarium Domino facere filij Iſrael iubentur, non ex parte ſimile, ſed iuxta omnem ſimilitudinem tabernaculi, quod oſtendit Moyſi, omniumque uasorum in cultum eius. Si autem ad angelorum in caelis conſortia tendimus, debemus uitam eorum in terris, quantum non noxia corpora tardant, terreni que hebetant artus, moribunda que membra, ſemper imitari. Quod ſi forte requiris, in quo hoc tabernaculum coeleſte homo terrigena, ſpirituales carnalis imitari ualeas: Diligunt Deum & proximos: hoc imitare. Subueniunt miſeris, eſi non angelis qui omnes beati ſunt, certe hominibus: hoc imitare. Humiles ſunt, mites ſunt in uicem, placati ſunt, diuinis parentibus: hoc in quantum uales, imitare. Nihil mali, nihil otioſi, nihil iniuſti loquuntur, agunt, cogitant diuinis in deſeſi laudibus uerbo & mente aſſiſtunt: hoc quantum potes imitare, & ſanctuarium Domino iuxta exemplum quod Moyſi in monte monſtratum eſt, aedificati, ueniensque Dominus & ſaluator noſter cum patre maſſionem apud te faciet: quin & poſt hanc uitam in illud tabernaculum quod imitaberis, perpetuo beatum introduceret. Sequitur

Descriptio arcae.

CAPVT IIII.

Sicque facietis illud, arcam de lignis ſetim compingite. Arca quae prima omnium in tabernaculo fieri iubetur, non incongrue ipſam Domini & ſaluatoris noſtri incarnationem designat, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiae abſconditi. Quae uidelicet arca bene de lignis ſetim compingi iubetur. Ligna quippe ſetim leuis atque imputribilis feruntur eſſe natura, non multum a qualitate albae ſpinae diſtantia. Arca ergo de lignis ſetim facta eſt: quia corpus Domini ex membris conſtabat omni uitiorum laberentibus. Et haec eadem ſunt ligna ſpinis ſimilima, quia eſi non in carne peccati, tamen in ſimilitudine uenit carnis peccati, ut Apoſtolus ait. Sequitur:

Rom. 8.

Cuius longitudo habeat duos ſemis cubitos, latitudo cubitum & dimidium, altitudo cubitum ſimiliter ac ſemiſſem. Quidam ſolent interrogare, cuius quantitate ſit aſtimandus cubitus, quem Moyſes uel in arca Noe, uel in factura tabernaculi poſuerit: quae, ſi Iosephi uerba uiderimus, facile quaeritio ſoluetur. Neque enim putandum eſt, hominem Iudeum genere ſacerdotalem, ingenio excellentiſſimum, & in ſcripturis diuinis ſimul, & ſecularibus doctiſſimum, ullatenus hoc potuiſſe latere. Ait ergo: Facta eſt autem, & arca longitudinis quinque palmorum, latitudinis triu. Vnde patet manifeſte: quia illum designat cubitum, quem duo palmi complerent. Myſtice autem longitudo arcae longanimitatem Domini, ac redemptoris noſtri patientiam, qua inter homines conuerſatus eſt, inſinuat. Latitudo amplitudinem ipſam charitatis, qua ad nos uenire, & inter nos habitare uoluit. Altitudo ſpe futurae ſublimitatis, quia uel ſeipſum poſt paſſionem ſuam glorificandum, uel glorificaturum eſſe prauidit. Vnde & apte longitudo erat arcae duorum cubitorum, propter uidelicet doctrinam & opera, quibus refulgebat in mundo. Hinc enim & euangelista Lucas ſermonem ſe feciſſe aſſerit, de his quae coepit Ieſus facere & docere. Et ciues ipſius admirantes dicebant: Vnde huic ſapientia haec, & uirtutes? ſapientiam uidelicet referentes, ad ea quae miranda dicebat: uirtutes, ad ea quae gerebat. quod uero poſt duos cubitos, etiam ſemiſſem arca in longitudine habebat, poteſt ad humanae tarditatem fragilitatis referri: quae dicta uel opera ſaluatoris ſublimia, necdum prout dignum erat, capere ualebat. Vnde & de quibusdam myſticis eius actibus aperte dictum eſt: Haec non cognouerunt diſcipuli eius primum, ſed quando glorificatus eſt Ieſus. Similiter & de dictis illius ſublimioribus: Et erat uerbum iſtud abſconditum ab eis, & non intelligebant, quae dicebantur. Habebat arca duos cubitos longitudinis: quia Dominus in carne clarus uerbo & actibus apparebat. Habebat & dimidium cubiti: quia etiam tarditatem diſcipulorum, qua necdum perfecti dicta, uel acta ipſius capere poterant, longanimitate ſpenſationem ipſius Domini charitatis, qua electos ſuos in Deo adunare curauit. Vnde & pro eis ſupplicans patri dicebat, Non pro his autem rogo tantum, ſed & pro eis, qui credituri ſunt per uerbum eorum in me, ut omnes unum ſint, ſicut tu pater in me, & ego in te, ut & ipſi in nobis unum ſint. Et paulo poſt: Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam, ut dilectio, qua me dilexiſti, in ipſis ſit, & ego in ipſis. Habebat poſt unum cubitum etiam ſemiſſem, uidelicet ob ſignificationem noſtrae fragilitatis, qua necdum in hac uita poſiti, perfecte uel ipſi Deum diligere, uel dilectionem, quam erga nos habet Deus, comprehendere ſufficimus: quin

Antiquitat. lib. 3. cap. 8.

Act. 1.

Mat. 23.

Ioan. 22.

Luc. 18.

Ioan. 17.

^{1. Cor. 13.} quin potius sicut, Apollolo teste, ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, ita nimirum etiam ex parte diligimus. Habet ergo arca unum cubitum, habet & dimidium, quia Dominus unica nos pietate sibi ac patri associandos diligit, & nostrę quoque capacitatem dilectionis, qualiscunque in hac uita esse potest, æque pia benignitate complectitur, donec ad eius uisionem, ubi eum ex toto corde, tota anima, tota uirtute diligamus, intrare mereamur. Altitudo quoque arcę aptissimę erat cubiti unius & dimidij, uidelicet propter significationem unicę spei, qua uel Dominus ipse cū esset in carne nobiscū, futurę suę resurrectionis, & posterioris glorię præstolabatur euentum, uel nos inter aduersa seculi propter futurorum præmia honorum gaudere semper admonet. Habet ergo arca plenum cubitum in altitudine, quia Dominus & Saluator noster plenissimę nouerat, ipse etiã corruptibili adhuc conuersatus in carne, quanta uel sibi met ipsi, uel mēbris suis, quę nos sumus, esset gloria conseruata in futuro. Habet & dimidium cubitum altitudinis, quia nostrę quoque deuotionem paruitalis libenter in suo corpore suscipit, qui pia quidem intentione futuram patriam diligimus: sed necdum perfectę, quę sit eius felicitas, capere ualemus, attamen quantum capimus, hoc non nisi ab illo habemus.

Et deaurabis eam auro mundissimo intus & foris, facies supra coronam auream per circuitum. Arca intus & foris auro mundissimo deauratur, quia assumpta à filio Dei humana natura, & intus uirtute sancti spiritus plena erāt, & foris hominibus aperte sancti spiritus opera præmonstrabat. Cui nimirum arcę bene corona aurea supra circumdari præcipitur, quia apparens in carne, atque ad redemptionem humani generis ueniens filius Dei, certum expectabat tempus & horam, quando susceptam pro nobis mortem cum ipso mortis autore superaret, atque ad patrem uictor in coelos ascenderet. De hac corona dicit Apostolus: Eum autem qui modico quidem ab angelis minoratus est, uideamus lessum propter passionem mortis gloria & honore coronatum. De hac in Apocalypsi Ioannes, Et uidi, inquit, & ecce equus albus, & qui sedebat super illum, habebat arcum, & data est ei corona, & exiit uincēs ut uinceret. Equus quippe albus Ecclesia, eques qui illi insidebat, Dominus est, qui habebat arcum, quia contra potestates aerias ad bella ueniebat. Data est ei corona uictorię, quia regnū mortis moriendo subuertit.

Et quatuor circulos aureos, quos pones per quatuor arcę angulos, duo circuli sint in latere uno, & duo in altero. Quatuor circuli aurei, quatuor sunt Euangeliorum libri, qui merito aurei sunt, propter claritatem sapientię, qua fulgent: merito circulis comparati, quia æterna est ipsa Dei sapientia quam prædicant. Neque incipiens ex tempore, neque esse desinens æterna diuinitas, quam ho-

mo Christus accepit. Vnde imminente hora suę passionis precatur patrem, dicens: Et nūc clarifica me, tu pater apud temetipsum claritate, quam habui prius quam mūdus esset apud te. Quatuor autē angulos habet arca, quia sacramentum Dominicę incarnationis, per omnes mūdi plagas, in quibus sancta Ecclesia dilatatur, celebrari non desinit. Et per eosdē angulos quatuor, quatuor circuli sūt positi: quia in cunctis mundi finibus Euangelium Christi saluandis fidelium cordibus prædicatur. Duo autem circuli in latere uno, & duo sunt in altero: uel quia duo Euangelistę discipulatu Saluatoris in carne prædicantis, & miracula facientis adhærebāt: duo autem alij post resurrectionem ascensionemque eius, ad coelos ad fidem uenerunt: uel quia in figura quatuor animalium, duo qui per hominem & uitulum designati sunt, passionum & mortis eius indicia prætulerunt. duo uerō illi qui per leonē & aquilā præfigurati sunt, uictorię qua mortem destruxit, insignia demonstrarunt. Homo quippe Dominus, per incarnationem mortalis factus apparuit. Vitulus uerō idem oblatu pro nobis in altari crucis extitit. Item leo fortiter subigendo mortem, aquila ad coelos ascendendo factus est. Atque ideo duo circuli in latere uno, & duo sunt in altero, quia nimirum duo Euangelistę, per suam figuram assumptionē in Domino humanę fragilitatis: & duo alij uictoriā, qua de eadem assumpta fragilitate, ac morte triumphauit, insinuant. Nam quasi lauum latus arcę duos habuit circulos, cum Euangelistę duo incarnationem Domini, ac passionē figurarant. Similiter lateri dextero duo inerat circuli, quod æque duo Euangelistę, resurrectionem & ascensionem eius, quę ad futurā gloriā uitę pertinent, si guraliter expriment.

Facies quoque uectes de lignis setim, & operies auro, inducesque per circulos singulos, qui sunt in arcę lateribus, ut portetur in eis, qui semper erunt in circulis, nec unquam extrahentur ab eis. Uectes quibus arca portatur, sancti sunt doctores, qui Dominū prædicādo audientium cordibus inferunt. Qui uidelicet uectes semper esse iubentur in circulis, quia nimirum necesse est, ut quicumque alij coelestia sacramenta prædicant, nunquam ipsi mentem à memoria sacrę scripturę, nunquā manus à diuinorum obseruantia mandatorum contineant. Bene autem sequitur:

Ponesque in arcę testificationem, quam dabo tibi. Quia illa solummodo de incarnatione Dei filij loqui & credere debemus, quę nobis ipse Dominus per autores sacrę scripturę reuelare dignatus est. Si autem uis scire, quę sit illa testificatio, quā in arca ponendā à Domino Moyses accepit, Apostolum audi: Post uelamentum autem, inquit, secundū tabernaculum, quod dicitur sancta sanctorum, aureum habens thuribulum, & arcam Testamenti, circumtextam ex omni parte auro: in qua urna aurea habens manna,

10. 11. 17.

10

20

30

40

50

Heb. 9.

manna, & uirga Aaron quę fronderat, & tabulę Testamenti. Vna ergo aurea in arca habens manna, anima est sancta in Christo, habens in se omnem plenitudinem diuinitatis. Virga Aaron quę excisa fronderat, potestas est inuicta secerdotij illius: de qua dicit Propheta, Virga æquitatis uirga regni tui. Quę postquam ad tempus per mortem uisa est esse succisa, illucescēte manę resurrectionis uiuacius refluuisse inuenta est, ac perpetuō inuolabilis atque immarcescibilis permanens esse innotuit. Christus enim surgens à mortuis iā non moritur, mors illi ultra nō Dominabitur. Tabulę Testamenti in arca, omnem in Christo & scientiam paternorum secretorum, & potentiam iudiciorum designant. In tabulis namque Testamenti, & fides erat inscripta æternę diuinitatis, quę mundum crearet ac regeret: & mandata quibus Deo seruire oportet, & discretio iudicij, qua ipse odientes se, iure condemnaret: & diligentes se, misericordia digna remuneraret. Hęc est ergo testificatio, quam Dominus Moysi in arca ponendam nobis in Christo signauit ueritatem carnis, animę & uerbi: ipsamque carnem post passionem mortis resurrectione glorificatam, & æterni regis ac pontificis dignitate sublimatam monstrauit, cum ipsum esse solummodo paternorum conscium arcanorum, quasi ueraciter unius eiusdemque cum patre maiestatis ipsum esse omnium iudicem docuit seculorum.

Psal. 44.

Rom. 6.

Rom. 3.

Psal. 144.

Ezech. 10.

Propitiatorij & Cherubin descriptio.

CAPVT V.

Facies & propitiatorum de auro mundissimo, duos cubitos & dimidium tenebit longitudo eius, semissem & cubitum latitudo. Quæri solet quid propitiatorij dicat, quo operienda sit arca. Sed cum de auro fieri iubeat, & tantę longitudinis ac latitudinis, quantę arcam fieri præceperat: constat proculdubio, quia tabulam fieri uoluit auream tantam, quanta arcam tegere sufficeret. Quod uidelicet propitiatorium non aliud quàm Dominum saluatorem, sed specialius in eo uiscera pietatis designat. De quo dicit Apostolus: Quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius. Nam & ideo desuper ponitur, quia super exaltat misericordiam iudicio. Vnde & Psalmista, Suauis, inquit, Dominus uniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius.

Duos quoque Cherubim aureos & productiles facies ex utraque parte oraculi: Cherub unus sit in latere uno, & alter in altero, utrumque latus propitiatorij tegant expandentes alas, & operientes oraculum: respiciant que se mutuo uersis uultibus in propitiatorium, quo operienda est arca, in qua pones testimonium, quod dabo tibi. Cherubim esse nomen angelicarum uirtutum, Ezechiel propheta manifeste declarat, quas etiam iuxta exemplum, quo hic fieri iubentur, cum alis sibi apparuisse designat, dicens: Et uox alarum Cherubim audiebatur usque in atrium exterius, sicut uox Domini loquentis. Et quidem nume-

ro singulari Cherub, plurali autē Cherubim dicitur, & est nomen generis masculini, sed Græca cōsuetudo neutro genere posuit Cherubim, in litera in n mutata. Verum noster interpretes Hebræum secutus idioma, masculino genere posuit. Duos Cherubim aureos & productiles facies, non duo Cherubim aurea & productilia, quo scriptorum incuria credo in eius translatione esse corruptum, ut pro Cherubim antiquorum more scriberetur Cherubin. Interpretatur Cherubim, siue Cherubin scientiæ multitudo, uel scientiæ intellectus: quod uidelicet tāto rectius angelicis potestatibus congruit, quanto perfectē ab omni impulsu impurę cogitationis alieni, uisioni sui conditoris adherent. Idcirco autē alas, uel in figura Cherubim Moyses facere iubetur, uel in ipsa eorum specie uidiisse se propheta testatur, quod etiam licentia solet imitari pictorum, ut in alto sedem habere angeli, & quasi leui uolatu ubique discurrere posse signentur, neque ullam habere tarditatem, quin confestim ubicunque uoluerint adsint. Quod ipsum quoque nobis post resurrectionem spiritali iam corpore uestitis indubitanter promittitur. Expandunt ergo alas Cherubim, & propitiatorum tegunt: quoniam angeli omnem suę naturę potentiam, qua in altis habitare, & cuncta supernę illius patrię loca leui ac leto itinere penetrare meruerunt, in obsequium sui conditoris offerunt, ac uelut propitiatorum contuentes obumbrant, id est honorant uelando: quia totum quem habent statum perpetuę felicitatis, eius gratiæ deputant, à quo ut nihil mali uelle posse acceperunt. Duo sunt autem propter significandam societatem angelicę pacis: quia minus quàm inter duos haberi charitas non potest. Vnde & sese respicere mutuo, & in propitiatorium uultus iubentur habere, quia nimirum in glorificatione diuinæ uisionis sibi met alterutrum cōsonant. Item per duo Cherubim possunt duo Testamenta figurari, quorum unum futuram Domini incarnationem, aliud factum clamat. Respiciuntque se mutuo, quia in attestatione ueritatis quam prædicant, in nullo ab inuicem discrepant. Vertunt uultus in propitiatorij: quia & misericordiã Domini, in qua unica mundo spes est, ualde commendant. Atque ideo sunt ex utraque parte oraculi, quia & præcedentiã ante incarnationem Dominicam tempora, & sequentiã prædicatione spiritalis scientiæ replent. Quibus etiam nomen scientiæ multitudinis, uel scientiæ multiplicatę conuenit, quod uidelicet scriptura sacra spiritali ac diuina sciētia plena est, eademque scientia, ex quo ipsa scriptura condicępit, augeri semper ac multiplicari non desinit. Vnde & angelus Daniël: Pertransibunt, inquit, plurimi, & multiplex erit scientia. Nāque Moysen amplior em patriar chis scientiam percepisse testatur ipse Dominus, qui illi apparens ait: Ego Dominus, qui apparui Abra-

10

20

30

40

50

D. 11. 12.

Exo. 3.

DDD ham

ham & Isaac & Iacob in Deo omnipotente, & nomen meum Adonai non indicaui eis. Multiplicata est ergo ex tempore scientia diuina cognitionis, cum hoc de seipso Dominus Moyses, quod patriarchis non indicauerat, ostendit. Daud qui in lege Domini meditabatur die ac nocte, uideamus an se, ipso qui legem scripsit Moyses, aliquid amplius de Domino intellexisse senserit. Quomodo, inquit, dilexi legem tua Domine, rota die meditatio mea est. *Psal. 118.* Statimque subiunxit, Super omnes doctes me intellexi. Vnde & alibi gloriatur in Domino, dicens: Incerta & occulta sapientie tue manifestasti mihi. Item apostolos maiora prophetis nosse declarat Dominus ipse, qui eisdem loquitur, dicens: Multi prophetæ & iusti cupierunt uidere quæ uideretis, & non uiderunt: audire quæ audistis, & non audierunt. Sed eisdem post resurrectionem ascensionemque suam maiorem adhuc scientiam gratiam repromittit, dicens: Adhuc multa habeo uobis dicere, sed non potestis portare modò: cum autem uenerit ille spiritus ueritatis, docebit uos omnem ueritatem. Quibus & in futuro maius omnibus, quæ in hac uita cognosci possunt, reuelaturum esse pollicetur, dicens: Qui autem diligit me, diligitur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Recte ergo Cherubim scientia multiplicata dicitur, quia in utroque Testamento fidelibus magis ex tempore, magisque cognitio ueritatis innotuit. Recte Cherubim gloriæ propitiatorium obumbrare dicuntur: quia Testamento crescente per tempus, & multiplicata scientia, propitiationem nobis Domini saluatoris prædicant: & hanc gratiam semper uocibus quasi expansis, ad uolatum alis honorare non cessant. Quia enim uerba colloquentium, quasi uolando per aerem ab ore dicentium, ad cor perueniunt audientium, merito expansis Cherubim alis, & uelut ad uolandum aptatis possunt designari.

Inde præcipiam, & loquar ad te, supra propitiatorium scilicet, ac de medio duorum Cherubim, qui erunt supra arcam testimonij, cuncta quæ mandabo per te filiis Israel. Supra propitiatorium loquitur Dominus ad Moysen, cuncta que per illum mandat filiis Israel: quia per gratiam propitiationis Dei factum est, ut hominibus post culpam præuincationis apparere, & eis uiam ueritatis post errorem demonstrare dignatus est. De medio Cherubim loquitur: quia per angelicam uisionem, & non in sua substantia Deus apparuit, & locutus est Moysi, attestante Apostolo: Quia lex propter transgressiones posita est, donec ueniret semen cui promiserat, ordinata per angelos in manu mediatoris. Itē de medio duorum Cherubim loquitur Dominus, quia per uerba utriusque Testamenti consona nos uoce ad fidem ueritatis erudit. Vel certè de medio Cherubim loquitur, quia per unigenitum suum, qui in medio duorum Testamentorum in carne apparuit, humano generi Deus pa-

ter uoluntatem suam manifestare dignatus est. Quo sensu etiam illud potest accipi, quod ait Habacuc: In medio duorum animalium innotesces. Potest autem in arca etiam sancta Ecclesia figuratim accipi, quæ de lignis impubilibus, hoc est animabus sanctis ædificatur, & in fide sancti Euangelij per quatuor mundi plagas distenta, coronam uitæ à Deo expectat æternam, habens in se tabulas Testamenti in meditatione continua legis Dei, habens & urnam auream cum manna in fide Dominicæ incarnationis, habens etiam uirgā Aaron, quæ fronderat, in participatione regni & sacerdotij Domini, dicitur apostolo Petro: Vos autem genus electum, regale sacerdotium. Habens propitiatorium desuper, ut cuncta quæ habet bona, largiret gratia diuina sese accepisse meminere. Habens & Cherubim gloriæ in propitiatorio, uel angelica uidelicet præsidia, quibus à Deo semper adiuuetur propitio: uel Testamenta, quibus qualiter uiuere, & quomodo auxilium recte uiuendi à diuina propitiatione quærere debeat instituitur. Sic autem sunt Cherubim supra propitiatorium positi, quomodo ciuitas Christi, id est sancta Ecclesia super motem, id est super ipsum Christum esse constituta dicitur: non quod altior illo possit esse ciuitas sua, sed quod eius subsidio sustentata proficiat. Cherubim supra propitiatorium habet arca: quia uel angelica ministeria, uel eloquia diuina eo ueraciter Ecclesiam iuuant, quo ipsa in fundamento summæ ueritatis stabilita consistunt.

Mensa descriptio.

CAPVT VI.

Facies & mensam de lignis setim, habentem duos cubitos longitudinis, & in latitudine cubitum unum, & in altitudine cubitum ac semissem. Mensa de lignis setim facta, scriptura est sacra, de fortibus sanctorum patrum uerbis actibusque compacta: quæ dum nobis quæ sint æternæ gaudia beatitudinis, & quomodo ad hæc perueniat, ostendit, cubi profectò nobis salutis ac uitæ suggerit. Hæc habet longitudinem, cum perseuerantiam nobis ceptæ religionis: latitudinem, cum amplitudinem charitatis: altitudinem, cum spem perpetuæ remunerationis insinuat. Et bene longitudo duorum est cubitorum, quia actualis nostra cōuersatio in duabus maximè uirtutibus consistit, misericordia uidelicet & innocetia: dicente Apostolo Iacobo, Religio autem munda & immaculata apud Deum patrem hæc est, uisitare pupillos ac uiduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc seculo. In eo namque quod pupillos ac uiduas in tribulatione eorum uisitare præcipit, cuncta quæ erga proximos necesse habentes, misericorditer agere debemus, ostendit: in eo uerò quod immaculatos nos ab hoc seculo custodire admonet, inuenerit in quibus nos ipsos castè uiuere oportet, exprimit. Quos duos cubitos bonæ actionis, & Dominus ipse mensæ

mensæ uerborum suorum inesse declarauit, cum ait: Sint lumbi uestri præcincti, & lucernæ uestre ardentes. Lumbi uidelicet præcincti, ut à contagione seculi huius perduremus immunes. Lucernæ uerò ardentes, ut per opera misericordiæ coram Domino clari fulgeamus. Nā quod sequitur: Et uos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando reuertatur à nuptijs, ad altitudinem eiusdem mensæ, hoc est ad spem futuræ retributionis pertinet. Quod uerò mensa unum habet cubitum in latitudine, unitatem ipsius dilectionis, quæ tota nobis Testamenti ueteris & noui series commendat, figuratè denunciat: unaque est charitas, hoc est simplex, & pura mentis pietas, qua & Deum, & proximos, & ipsos quoque inimicos amare iubemur, quamuis magna distantia ac distinctione rectissima ipsius amoris, Deum primo loco, inimicos ultimo diligere debeamus. Ipsis quoque proximis pro differentia meritorum dispar sit modus impendendus amoris: sicut patriarcham Iacob cum omnibus diligeret filiis, Ioseph tamē singularis merito innocentie præ ceteris diligere scriptura teste nouimus. Vnde pulchrè in Canticis canticorum dicit Ecclesia Christo, Introduxit me in cellam uinariam, ordinauit in me charitatē. Porro quod altitudo cubitum ac semissem habebat, cubitus æque ut in latitudine, unitatem ipsius spei nostræ cœlestis insinuat, quæ expectamus Dominum nostrum, quando reuertatur de cœlis, remuneraturus seruos, quos uigilantes accinctis lumbis, & ardentibus bonorum operum lucernis inuenerit. Nam etsi pro diuersitate meritorum multæ sunt mansiones in domo patris, unum tamen esse regnum cœli, in quo omnes recipiantur electi. Semisse uero qui superest, ininitum uitæ contemplatiuæ, quo nonnulli sanctorum etiam in carne adhuc positi frui meruerunt, indicat: quibus non solum sperare cœlestia præmia, uerum etiam ex parte uidendo prægustare donatum est, uti Esaias & Micheas, ceterique prophetæ, qui uiderunt Dominum sedentem in solio gloriæ suæ, circumstante cœlorum exercitu: ut Petrus, Iacob, & Ioannes, qui clarificatum inter Moysen & Eliam Dominum in sancto monte uiderunt: ut magister gentium, cui priusquam carnis debitum solueret, donatum est in paradysum, ac tertium cœlum rapi, & audire arcana uerba, quæ non licet homini loqui. In his ergo & huiusmodi famulis Christi, mensa nobis tabernaculi, hoc est diuina scriptura, qua Ecclesia sancta sine cessatione reficitur, super cubitum cōmunis spei semissem in altitudine adiungit: quia supernæ beatitudinis gaudia præmonstrata illis priusquam reddita demonstrat: quæ nimirum præmonstratio, quia raptim & in transitu sanctorum mentibus apparet, rectè per dimidium cubiti, & non per plenum cubitum figuratur.

Et inaurabis eam auro purissimo. Mensa taberna-

culi inauratur, quia & scriptura sancta sapientie cœlestis sensu clara refulget, & ipsi qui eam condiderunt prophetæ, præclari uita ac sermone fuerunt.

Faciesque illi labium aureum per circuitum, & ipsi labio coronam interasilem altam quatuor digitis. Labium aureum fit mensa per circuitum, quia doctrina sacri eloquij per mundissima nobis prædicatorum fidelium ora ministratur. Neque illorum locutio, qui diuina nobis arcana tradiderunt, humanæ cōfabulationis sermonibus ullatenus attaminari consentiebat, quin potius non tantum nociua, sed & ociosa hominum uerba grauius ferre ac redarguere curabant. Vel certè labium fit aureum mensæ per circuitum: quia scriptura sancta omni ex parte suæ locutionis cum rectè intelligitur, claritatem nobis sapientie cœlestis insonat. Cui uidelicet labio corona additur: quia lingua prædicantium suis auditoribus retributionem uitæ promittit æternæ. Et bene ipsa corona quatuor digitis alta fieri præcipitur: quia celsitudo nobis coronæ perennis, per quatuor sancti Euangelij libros ostenditur, uel quod per custodiam Euangelicæ fidei & operationis, ad coronam nos uitæ peruenire oportet. Pulchrè que per digitos libri designantur, quia nimirum & tabulæ legis, digito Dei esse scriptæ referuntur: & in Euangelio Dominus distinctionem legis temperaturus, digito scribebat in terra, dicens de adultera, quam accusabant pharisæi & scribæ: Si quis uestrum sine peccato est, primus in illam lapidem mittat. Digtus autem Dei, spiritus Dei intelligitur. Vnde illud quod Lucas Dominum dixisse refert, Si ergo in digito Dei eijcio dæmonia: Matthæus clarius exponendo dixit, In spiritu Dei. Itaque labio mensæ aureo corona aurea quatuor digitis alta superponitur: quia purissima sanctorum prædicatorum eloquia, spem supernæ beatitudinis expectant, quæ ministerio sancti spiritus in quatuor sancti Euangelij libris descripta cōtinetur. Nec solum prædicatores ipsi præmium in cœlis sui laboris accipiunt, uerum etiam omnibus sibi obtemperantibus eandem uitæ coronam certa Euangelicæ ueritatis autoritate promittunt. Bene autem eadem corona interrasilis fieri præcipitur: quia nimirum æterni retributio regni non indifferenter omnibus datur, sed pro qualitate accipientium distinctio diuinitus examine singulis quibusque distribuitur. Corona etenim aurea mensæ Domini, pura & non interrasibilis esset, si claritas futuræ iustorum retributionis æqualis omnibus panderetur: instar uidelicet huius solis mundani, cuius splendorem Deus indifferenter super bonos & malos facit oriri. At quia sicut stella à stella differt in claritate, ita erit Domini uarijs distincta sculpturis, sed competenter ordinatis, apposita est. Aeterna etenim uita futura, omnibus est promissa iuris,

ftis, sed multiformis in illa pro diuersitate me- ritorum, gloria est singulorū. Quod uerò de- scripta prius una corona subiungitur:

Et super illam alteram coronam aureolam. De illorū potest pramio recte intelligi, qui generalia scripturæ sanctæ madata spontanea uitæ per- fectioris electione transcendunt, ideoq; spe- cialiam præ ceteris fidelibus retributionē uo- luntariæ oblationis expectant. Corona quæ aurea quatuor digitis alta labio mensæ aureo apponitur, cum per Euangelium his qui man- data diuinæ legis custodiunt, uita æterna pro- mittitur: dicente Domino ad diuitem, Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Non homici- dium facies: non adulterabis: non facies fur- tum: non falsum testimonium dices: honora patrem & matrem: & diliges proximum tuū sicut teipsum. Sed eidem coronæ altera coro- na aureola superponitur, cū protinus subin- fertur: Si uis perfectus esse, uade, uende quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurū in celo, & ueni sequere me. Ad hanc coro- nam pertinet canticum illud nouum, quod uirgines tantum coram agno cantasse refe- runt, qui empti sunt ex hominibus primi- tiæ Deo & agno. Ad hanc, quod idē sequun- tur agnum quocunque abierit. Vel certè co- rona aurea labio mensæ Domini apponitur, cum in uerbis sacre scripturæ dicimus egre- dientes carne animas ad æterna in celis præ- mia esse recipiendas. Et super illam altera au- reola superadditur corona, cum in eadem scri- ptura repetitur, quod eis sublimior in fine se- culi gloria in corporum quoq; immortalium receptione seruetur.

Quatuor quoque circulos aureos præparabis, & pones eos in quatuor angulis eiusdem mensæ per singulos pedes. Hæc ut supra de arca exposuimus, etiam hic accipienda sunt. Quatuor namque circuli au- rei, quatuor Euangeliorum sunt libri: per quo- rum fidem contigit, ut omnis scriptura sancta, per mundum legeretur & intelligeretur uni- uersum. Quatuor autem pedes habet mensa: quia quadriformi ratione omnis diuinorum eloquiorum series distinguitur. In libris nã- que omnibus sanctis intreri oportet, quæ ibi æterna intimentur, quæ facta narrentur, quæ futura prænucentur, quæ agenda præci- piantur uel moneantur. Item mensa taberna- culi quatuor habet pedes: quia uerbo cœle- stis oraculi, uel historico intellectu, uel allego- rico, uel tropologico, id est morali, uel certè anagogico solent accipi. Historia namque est, cum res aliqua quomodo secundum literam facta, siue dicta sit, plano sermone refertur: quomodo populus Israel ex Aegypto salua- tus, tabernaculum Domino fecisse in deserto narratur. Allegoria est, cum uerbis, siue re- bus mysticis præsentia Christi & Ecclesiæ sa- crameta signantur: uerbis uidelicet, ut Esaias ait, Egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Quod est aperte dicere:

Nascetur uirgo Maria de stirpe David, & Christus de stirpe eius orietur. Rebus autem, ut populus de Aegypcia seruitute per sangui- nem agni saluatus, Ecclesiam significat, pas- sione Christi à dæmonica dominatione libe- ratam. Tropologia, id est moralis locutio, ad institutionem & correctionem morum, siue apertis seu figuratis prolata sermonibus respic- it. Apertis uidelicet, ut Ioannes admonet di- cens, Filioli mei, non diligamus uerbo nec lingua, sed opere & ueritate. Figuratis uerò, ut Salomon ait: Omni tempore sint uestimen- ta tua candida, & oleum de capite tuo non de- ficiat. Quod est aperte dicere, Omni tempore sint opera tua munda, & charitas de corde tuo non deficiat. Anagogæ, id est ad superiora ducens, locutio est, quæ de premijs futuris, & ea quæ in celis est uita futura, siue mysticis seu apertis sermonibus disputat. Apertis scilicet, ut: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deū uidebunt. Mysticis uerò, ut: Beati qui lauant stolas suas, ut sit potestas illis in ligno uitæ, & per portas intrent in ciuitatē. Quod est pa- tenter dicere: Beati qui mundant cogitatio- nes & actus, ut potestatem habeant uidentis Dominum Christum, qui ait: Ego sum uia & ueritas & uita. & per doctrinam atque ex- empla præcedentium patrum intrent in regnū cœlorum.

Subter coronam erunt circuli aurei, ut imitantur ue- stes per eos, & possit mensa portari. Ipsos quoque uestes fa- cies de lignis ferim, & circumdabis auro ad subuehendam men- sam. Aptè subter coronam erunt circuli, quia libris sancti Euangelij in hac uita utimur, co- ronam uerò uitæ superinæ futuram in celis speramus. Per quos uidelicet circulos immi- tuntur uestes ad subuehendam mensam, quia doctores sancti, ut uerbis sacri eloquij cer- da audientium reficiant, ipsi per omnia men- tem suam necesse est in Euangelica lectio- ne fixam teneant, quatenus ad fidem sensum que illius omnem interpretationis ad doctrinæ suæ intentionem dirigant, curent que sedulo ne quid aliud agendum, sperandum, aman- dum uel in scripturis omnibus, quam quod in quatuor Euangelij libris inuenitur, doceant. Qui dum uerba scripturarum eloquia, ad eam quæ in Euangelij scripta est fidem ac di- lectionem referunt, quasi totam Domini men- sam cum panibus acualis ipsius in quatuor circulis portant.

Vasorum mensæ, & panum propo- sitionis descriptio.

CAPVT VII.

Parabis & acetabula ac phialas, thuribula & cyathos, in quibus offerenda sunt libamina, ex auro purissimo. Varia uasa que ad offerenda libamina sunt fa- cta, uariæ sunt distinctiones eloquij diuini, pro dispari capacitate audientium. Non enim una eademq; omnibus potest conuenire do- ctrina: aliter namque sapientes, aliter insipien- tes,

tes: aliter diuites, aliter pauperes: aliter sani, aliter infirmi: aliter senes, aliter iuuenes: aliter uiri, aliter femina: aliter cœlibes, aliter con- iugati: aliter prælati, aliter subditi docendi sunt. Quæ tamen uasa omnia ad mensam ta- bernaculi, omnia ad offerenda libamina perti- nent, quia quacunq; prudens doctor diuersa pro diuersitate audientium loquitur, uniuersa in regula sacre scripturæ reperiuntur, atq; ad offerenda Domino uota bonorum operum corda excitant auditorum. Quæ uidelicet op- portuna diuersitas sanctæ prædicationis ip- sius Domini ore designabatur, cum diceret: Quis putas est fidelis dispensator & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis in tempore tritici mēsuram? Mensuram quippe tritici conseruis dat in tempore fidelis dispensator & prudens, quan- do discretus uerbi minister, non solum tem- pus opportunum in dicēdo obseruat, uerum etiam qualitatem sensumq; auditorum dilige- ter exquirat, & iuxta distantiam huius modū sui sermonis temperat.

Et pones super mensam panes propositionis in conspectu meo semper. Panes propositionis super men- sam positi semper, doctores sunt spirituales, qui in lege Domini die ac nocte meditantes, cunctis Ecclesiam intrantibus refectionem uerbi cœlestis offerunt. Qui recte propositio- nis panes uocantur, quia in propatulo sem- per esse debet uniuersis fidelibus sermo salu- tis, neque unquam in Ecclesia deesse oportet pijs auditoribus uerbum solatiij, quod Do- minus per præcones ueritatis mundo propo- nens, in conspectu suo semper apparere, & usque ad finem seculi, his qui esuriunt & sit- iunt iustitiam, incessanter abundare uoluit. De his panibus in Leuiticum plenius, quod & quales faciendi, uel quomodo ponendi fuerint, refertur, dicente Domino ad Moy- sen: Accipies quoque similam, & coques ex ea duodecim panes, qui singuli habeant duas decimas, quorum fenos Ecclesia deesse oportet purissimam coram Domino statues: & pones super eos thus lucidissimum, ut sit panis in monumentum oblationis Domi- ni, per singula sabbata mutabitur coram Do- mino suscepti à filijs Israel foedere sempiterno: erunt que Aaron & filiorum eius, ut co- medant eos in loco sancto. Vbi manifestè in primis ipso etiam numero panum duode- cim apostolorū forma præmonstratur, quos apprens in carne Dominus primos elegit, quorum ministerio cibum uitæ cunctis gen- tibus daret. Denique esurientibus in deserto turbis, dicit eisdem discipulis suis, nostris ui- delicet apostolis: Date illis uos manducare. Et saturatis de quinque panibus quinque mil- libus hominum, ipsi collegerunt duodecim cophinos fragmentorum: quia nimirum apo- stolorum & apostolicorum uirorum est, ea que turbæ nequeunt, scripturarum sacramen-

ta capere. Duodecim ergo panes in mensa ta- bernaculi, duodecim sunt apostoli, & omnes doctrinæ illorum sequaces in Eccle sia. Qui quoniam usque ad consummationem seculi, populum Dei alimonijs uerbi reficere non desinunt, panes duodecim propositionis nunquam de mensa Domini recedunt. Et be- ne iidem panes non de qualibet farina, sed de simili fieri iubentur: quia nimirum quicun- que alijs uerbum uitæ ministrant, primò ip- sos necesse est uirtutum frugibus operam da- re, quatenus ea quæ prædicando admonent, etiam faciendo commendent, configurati ex- emplis illius qui de semetipso ait: Nisi granū frumenti, cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet. Bene etiam iidem panes seni altrinfecus super mensam statui præci- piuntur, propter concordiam scilicet chari- tatis & societatis. nam & Dominus binos ad prædicandum discipulos misisse perhibetur: figuratiter insinuans: quia sancti doctores nūquam ab inuicē, uel in assertionem ueritatis, uel in effectu dilectionis discrepāt. Quod au- tem super panes thus lucidissimū ponitur, uir- tutem orationis designat quia iidem docto- res suæ ministerium prædicationis, simul & orationem operis Domino commendant. Nam per thus orationem designari, testatur Psalmista, qui dicit: Dirigatur oratio mea, si- cut incensum in conspectu tuo. Et thus luci- dissimum super panes ponitur in monimen- tum oblationis Domini, quando piæ sancto- rum actioni ac doctrinæ oratio pura superad- ditur, quod per hæc utraq; rite sociata, sem- per memoria sacre oblationis in conspectu summi arbitri appareat. Bene autem per sin- gula sabbata panes coram Domino mutari mandantur: panes namque qui per sex dies operandi in mensa Domini fuerant positi, sab- bato nobis mutantur, cum doctores quique sanctæ Ecclesiæ completo tempore sui sancti laboris, æterna in celis quiete remuneran- tur, & alios post se in idem opus laborandi in uerbo, sub eiusdem spe retributionis relin- quunt. Sic que fit, ut mensa Domini nunquā panis inops remaneat, uerum mox uno subla- to pane, alius loco eius substituatur, dum suc- cedentibus sibi per ordinem ministris uerbi, nūquam Ecclesiæ desunt, qui apostolicè, siue fidem pietatis, seu munditiam actionis, & uer- bis ostendant & factis: semper manente pul- cherrima illa sententia, qua in laude eiusdem sancte Ecclesiæ dicitur: Pro patribus tuis na- ti sunt tibi filij, constitues eos principes su- per omnem terram, quasi alijs uerbis taberna- culo Domini diceretur: Pro panibus tuis ue- tustis; parati sunt tibi noui, constitues eos in refectionem cordium spiritualium fidelibus toti orbi terrarum. Panes ergo pro panibus mutabantur, mensa autem semper eadem in tabernaculo stabat, qui abeunt & ueniunt doctores uerbi, alijs que cedentibus succedūt

suo in ordine alij: scriptura autem sacra nullis abolenda per ævum temporibus, constat, usque dum in fine mundi apparente Domino, nec scripturis ultra, nec interpretibus eorum opus habemus, impleta illa exoptatissima prophetia Domini, qua dicit: Et non docebit unusquisque proximum suum, & unusquisque fratrem suum, dicens, Cognosce Dominum, quoniam omnes scient me, à minore usque ad maiorem eorum. Coquebantur autem panes ante sabbatum, ut Iosephus scribit, duo & duo diuisi ante sabbatum: & sabbato manè oblati super sacram mensam ponebantur ferri ad alterutros conuersi, duabus pateris aureis superpositis, thure plenis, quæ permangebant usque ad aliud sabbatum, & tunc pro illis alij deportabantur, illi uerò sacerdotibus exhibebantur: & thure incenso in igne sacro, in quo omnia holocausta fiebant, aliud thus super alios panes adijciebatur. quod que in libro Regum scriptum est, quia David tabernaculum ingressus, panes sanctos à sacerdotibus acceperit, sabbato manè facti sunt. Venit enim ad tabernaculum illa hora, qua panes septimanæ præcedentis sublatis erant de mensa Domini, ut ponerentur panes noui, qui pridie fuerant cocti: sicque panes sanctos accepit, ut ne ad momētum quidē horæ mensa Domini sine pane maneret. Vnde solertius adhuc considerare libet, quod panes per singula sabbata mutari iubebantur. namque ita mutabantur, ut singuli eorum & sabbato imponerentur in mensam, & sabbato rursum ablati in esum proficerent sacerdotum: & sex quidem diebus operum in mensa propositi apparent, sed in die sabbati, id est requiei, impositi in mensa, rursum que die altero sabbati de mensa sublatis. In cuius ordine positionis quid nobis aliud mysticè intelligendum est, nisi quod sancti doctores, imò omnes iusti, & post opera bona, quibus in Ecclesia claruerunt, ad requiem perueniunt, & ut bona delectentur operari, spe futuræ quietis ac beatitudinis accenduntur? Imponebantur ergo panes sabbato in mensa Domini, ea utique intentione ponentium, ut transactio sabbato ibidem per sex dies operandi manerent: his quoque transmissis altero superueniente sabbato, in refectionem summæ sacerdotis, & filiorum eius consumerentur: quia nimirum in primordiò nobis Deo deuotæ conuersationis accipienda requies, & uita æterna promittitur, ea tamen conditione, ut per labores & opera bona uitæ temporalis, ad eam pertinere debeamus. Qua autem ratione hoc quod summus sacerdos, & filij eius, panes propositionis comedebant, ad ingressum uitæ cœlestis pertineat, in expositione uersiculæ sequentis aptius suo loco dicetur. Sufficiebant autem panes iisdem a filiis Israel, quia de coetu spiritualium Dei famulorum eligi atque ordinari debent, qui gradum sacer-

dotij, uel doctrinæ subeant. Quodque in conclusionem subiungitur, Eruntque Aaron & filiorum eius: duobus modis accipi per mysteriū potest. Comedit namque Aaron cum filiis suis panes sanctos de mensa tabernaculi sublatis, cum summus pontifex noster raptos de hac uita electos suos in augmentum corporis sui, quod est in cœlis, hoc est summæ illius electorū multitudinis introducit: uel certe erunt panes sancti Aaron & filiorum eius, cū præfules quique, & subiecti illis in Domino populi, exemplis patrum præcedentium ad uitam nutriuntur æternam.

Candelabrum.

CAPVT VIII.

Facies & candelabrum ductile de auro purissimo. Candelabrum tabernaculi, sicut & mensa, uersalem præsentis temporis Ecclesiam designat. Ideo namque sunt ante uellū, intra quod arca Testamenti posita est: quia necdum ad uisionem in cœlis sui redemptoris meruit intronari. Sed mensa est: quia his qui esuriunt & sitiunt iustitiam, uictum quotidie cœlestē, ne tentationibus deficiant, impendit. Candelabrum est: quia iter lucis errantibus ostendit. Mensa pariter & candelabrum est: quia sanctis edocēta literis, & animam esurientem satiare bonis, & sedentibus in tenebris atque umbra mortis, lucernam uerbi subministrare dicit. Cui lucernæ dum se humiliter subiecit, ad agenda uidelicet, quæ Dei sermo præcipit, à suis se uoluptatibus cohibens, ad speranda ac diligenda quæ promissit, à uisibilibus se gaudijs sustollens, quasi candelabrum eius efficitur: quia suis per omnia uoluntatibus impiorum cœlesti præponit, seseque humilissimam claritatem uerbi Dei omnibus, & prædicando & faciendo præmonstrat.

Hastile eius, calamos, scyphos, & sphaerulas ac lilia ex illo procedentia. Hastile candelabri, ipse qui est caput Ecclesiæ, mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus, debet intelligi. De cuius corpore, quod nos sumus, quasi de calamis ex hastili procedentibus dicit Apostolus: Ex quo totū corpus per connexus & coniunctiones subministratum & constructum, crescit in augmentum Dei: quia nimirum omnipotens Deus redemptor noster, qui in se, quo proficiat non habet, adhuc per membra sua quotidie augmentum habet. Calami ergo procedentes de hastili, prædicatores sunt, qui instituti à Domino, dulcem sonum in mundo ediderunt, uidelicet canticum nouum. Calami sunt omnes Ecclesiæ filij, qui sibi (dicente propheta: Cātate Domino canticū nouum, laus eius ab extremis terræ) libenter obtemperant, resonantes laudem Domino, ac dicentes: Et direxit gressus meos, & immisit in os meum canticum nouum, hymnum Deo nostro. Quia uerò scyphi uino repleri solent, non immeritò per eos mentes audientium designantur, qui ad uocem prædicantium uino scientiæ replentur,

plentur. Et quoniam eodem uino internæ dilectionis inebriata corda fidelium, insatigabili desiderio ad Deum tendunt, rectè in candelabro post scyphos sphaerulæ fiunt. Sphaera enim in omni parte uoluitur, quia nimirum mentes electorum nec aduersitatibus seculi ullis retineri, nec prosperitatibus possunt corrumpi, quin in omnibus quæ occurrunt, ad Deum per sancta desideria proficiant. Et bene post calamos, scyphos & sphaerulas in candelabro lilia deformantur: quia post gratiam prædicationis, post ebriationem potus spiritualis, post irreuocabilem sanctæ operationis procursum, illa uirens patria sequitur, quæ animabus sanctis, id est floribus uernat æternis.

Sex calami egrediuntur de lateribus, tres ex uno latere, & tres ex altero. Constat quidem numerum senarium, in quo factus est mundus, operū perfectionem designare. Sed quoniam ita positus est in descriptione calamorum, ut in his ternos diuidatur, magis de ternario dicendum. Tres namque calami de uno latere hastilis, & tres egrediuntur de altero: quia fuerunt doctores ante aduentum Domini in carne, qui fidem sanctæ Trinitatis mystica uoce designarent, & quantum rudes adhuc capere poterāt, prædicarent. Vnde est illud Psalmistæ, Verbo Domini cœli firmati sunt: & spiritu oris eius, omnis uirtus eorum. Nomine etenim Domini, patrem: nomine uerbi, filium: Spiritum uerò sanctum ipso suo nomine spiritum oris eius appellat. Cuius uidelicet sanctæ Trinitatis unam esse potentiam, uoluntatem & operationem designat, cum & cœlos uerbo Domini, & omnem uirtutem eorum spiritu oris eius esse firmatum asseuerat. Sunt modò doctores, qui eandem fidem sanctæ Trinitatis aperte prædicent, ita ut omnes qui ad Christum pertinent, eadem debeant fide consecrari: dicente apostolis Domino, Euntes ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Vnde & Paulus pro fidelibus orans, eosque in fide accepta confortari desiderans, ait, Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei, & communicatio Spiritus sancti cum omnibus uobis. Item tres calami ex uno latere candelabri, & tres prodeunt ex altero: quia & ante & post incarnationem Dominicam terni fuere gradus eorū qui fideliter in Ecclesia Domino ser-

uient, coniugatorum uidelicet, continentium & rectorum: quorum distantiam Ezechiel propheta mysticè describit, cum ueniente plagarum articulo tres tantummodò uiros, Noe uidelicet, Daniel & Iob, liberandos esse prædixit. In Noe namque, qui arcam in undis rexit, præpositos Ecclesiæ: in Daniele, qui in aula regia continenter uiuere studuit, continentes siue uirgines: in Iob, qui in coniugali uita positus, mirandum cunctis exemplar patientiæ præbuit, honorum uitam coniugatorum ostendit. Item eorundem in nouo Testamento

Matth. 28. Eunt ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Vnde & Paulus pro fidelibus orans, eosque in fide accepta confortari desiderans, ait, Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei, & communicatio Spiritus sancti cum omnibus uobis. Item tres calami ex uno latere candelabri, & tres prodeunt ex altero: quia & ante & post incarnationem Dominicam terni fuere gradus eorū qui fideliter in Ecclesia Domino ser-

uient, coniugatorum uidelicet, continentium & rectorum: quorum distantiam Ezechiel propheta mysticè describit, cum ueniente plagarum articulo tres tantummodò uiros, Noe uidelicet, Daniel & Iob, liberandos esse prædixit. In Noe namque, qui arcam in undis rexit, præpositos Ecclesiæ: in Daniele, qui in aula regia continenter uiuere studuit, continentes siue uirgines: in Iob, qui in coniugali uita positus, mirandum cunctis exemplar patientiæ præbuit, honorum uitam coniugatorum ostendit. Item eorundem in nouo Testamento

distantiam Dominus sub figura insinuat eorum, qui in lecto, in agro, in mola reperiendi sint in die iudicij. E quibus singulos assumendos, & singulos dicit esse relinquendos. Namque in lecto quies continentium, in agricultura industria prædicantium, in gyro molæ labor exprimitur coniugatorum. Et quia in omnibus his gradibus quidam eligendi, quidam uerò reprobandi: rectè de singulis dicitur, Quia unus de duobus assumetur, & alter relinquetur. Quia uerò in parte electorum sublimius est meritum prædicantium, quam eorum qui solummodò continentia, & non etiam operi doctrinæ student, item sublimior continentium, quam coniugatorum conuersatio: rectè supremi calami, qui hinc & inde de hastili procedebant, eos qui in utroque Testamento inter uirtutes alias doctrinæ studijs sese subdidere designant. Rectè inferiores calami, qui æquè ex utroque hastilis latere prodeunt, uitam continentium Deo deuotam, rectè infimi calami, & ipsi ex eodem unius candelabri stipite orti, bonorum uitam coniugatorum, in utriusque Testamenti tempore, uni eidem que Domino fideliter seruientem, typicè demonstrant. Diuersis ergo locis calami procedunt de hastili, qui tamen omnes suo quique loco & ordine reflexi in alium, ad unam perueniunt summam, quatenus æqualem supra se positionem lucernarum ualeant conseruare: quia nimirum electi, etiam meritorum sunt gradibus discreti, una sunt fide ueritatis imbuti, ad unam in cœlis lucem æternæ ueritatis peruenturi: & quanto quisque altius in hac uita Christo adherere curauerat, tanto uicinior in illa uita eius uisione fruitur, ita ut de quibusdam pro magna merito uirtutis dicatur: Hi sunt qui sequuntur agnum quocumque abierit. De quibus paulo antè, quasi de proximis candelabro calamis, præmissum est: Et cantabant quasi canticum nouum ante sedem, & ante quatuor animalia & seniores. Vbi ostenditur, quod omnes sancti per plateas supernæ illius ciuitatis, canticum lætitiæ nouum Domino cantant. Sed illi præ cæteris ibi specialis gaudii carminis sublimantur, qui hic generalem uitam fidelium priuilegio sacre uirginitatis transcenderunt.

Tres scyphi, quasi in nucis modum per calamos singulos, sphaerulæque simul & liliū: & tres similiter scyphi instar nucis in calamo altero, sphaerulæque & liliū. Hoc erit opus sex calamorum, qui producendi sunt de hastili. Nucem in figura præsentis Ecclesiæ poni solere, testatur Salomon, qui ex persona doctorum fidelium loquitur: Descendi, dicens in Cantico canticorum, ad hortum nucum, ut uiderem poma conuallis. Sicut enim nux dulcem quidem habet fructum interius, sed non hunc ostendere foris, nisi fracta testæ duritia, potest: sic iustorum uita præsens, ita suauitatem gratiæ spiritualis intimo corde conseruat, ut hæc à proximis

ximis quanta sit, nullatenus ualeat perspicere, donec soluto corporis domicilio, liberè se animæ ipsorum alterutrum in cœlesti luce conspiciant, & quanta singulæ gratiæ sancti Spiritus fulgeant, quantum unaquæque diligitur ab altera, nulli prorsus remaneat occultum. Fiunt quæ scyphi in candelabro ad nuncis modum, cum quilibet electi uino sapientiæ repleri desiderantes, ad exemplum sese informare satagunt præcedentium iustorum, quos magna inuisibilium honorum dulcedine ac dilectione plenos esse nouerunt. Quod autem per singulos calamos tres fuere scyphi, sphaerulæ & lilia, significat ternas temporum differentias, quibus electi & ante incarnationem Dominicam, & postea Deo deuoti uixerunt. Fuerunt etenim iusti ante legem, fuerunt sub lege, fuerunt temporibus prophetarum. Item post ascensionem Dominicam congregata est Ecclesia primitiua de Israel, congregatur nunc Ecclesia de gentibus, congreganda est in fine mundi de reliquis Israel. Habebat ergo calamus primus in uno latere tres scyphos, sphaerulæ & lilia, quia in parte doctorum ante incarnationem Domini erant tres ordines eorum qui haustum gratiæ cœlestis, quasi scyphi sitirent, in uiam Domini promptissime, quasi sphaerulæ currerent, supernæ donum retributionis, quasi candorè liliorum odorem que gaudentes expectarent: id est, ante legem, sub lege, sub prophetis. Secundus calamus & ipse habebat tres scyphos, sphaerulæ & lilia, quia continentes illius temporis æquè tres ordines sanctorum in præfata distinctione temporum habebant, potum spiritalem desiderantes, uiam mandatorum Domini currentes, & cœlestia præmia præstolantes. Tertius similiter calamus, tres scyphos & sphaerulæ, & tria habebat lilia: quia multi erant coniugati ante legem, multi sub lege, multi in diebus prophetarum, qui uerbum Domini audire, qui uiam eius currere, qui bonorum præmia operum ab ipso expectare gauderent. Item ex alio latere hastilis, & primus calamus, & secundus, & tertius, tres scyphos & sphaerulæ, tria quoque lilia habebat: quia in nouo quoque Testamento, & in doctoribus, & in continentibus, & in coniugatis Deo deuotis tres fuere ordines temporum distantium: hoc est in primitiua Ecclesia de Israel, in nostra electione de gentibus, in ultima collectione reliquiarum Israel, qui uniuersi suo de tempore uerbo uitæ debriari, in uiam pacis properare, candorem perpetuè lucis uideri desiderant.

In ipso autem candelabro erunt quatuor scyphi in nunciis modum, sphaerulæq; per singulos, & lilia. Sphaerulæ sub duobus calamis per tria loca, qui simul sex sunt, procedentes de hastili uno. Diximus ipsum candelabrum, id est stipitem candelabri medium, de quo calami procedebant, Dominum saluatorem designare: de cuius gratia iusti, quicquid boni

habent, acceperunt. Vnde ipse in Euangelio, cum dixisset discipulis, Ego sum uitis, uos palmites: continuo subiunxit, Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in uite: sic nec uos, nisi in me manseritis. Quasi alij uerbis diceret: Ego sum candelabrum, & uos calami mei: sicut calamus non potest se erigere ad supportandam lucernam, nisi fixus manserit in stipite candelabri: sic nec uos, nisi in me manseritis, lucem ueritatis ac fidei in uobis ferre ualeatis. In quo nimirum candelabro quatuor scyphi sunt facti, quia in quatuor libris sancti Euangelij, qui de Domino sunt conscripti, gustum uini noui, hoc est doctrinæ cœlestis inuenimus, quod non utres ueteres, hoc est mentes terrenis adhuc desiderijs inherentes, sed tantum innouata per spiritum gratiæ corda fidelium capere queunt. Sunt per singulos scyphos sphaerulæ, simul & lilia deformata, quia idem Dominus, qui poculum nobis sapientiæ spiritualis propinauit, cursum quoque piæ operationis inoffensum ac promptum & habendum nobis ostendit: & ut habere possimus, ipse donabit, & ne in uacuum curremus, claritatem nobis patriæ cœlestis, ad quam intenderemus, promissit: & huius nobis aditum sua gratia patefecit, uel certè, quia sub duobus calamis per tria loca scyphi, sphaerulæ & lilia fieri mandantur. Possumus hæc ita mysticè interpretari, quia tribus fidelium gradibus, de quibus sapius diximus, coniugatorum scilicet, continentium & uirginum, & doctrinam ueritatis aperuit, & cursum boni operis imperauit, & hereditatis semper immarcescibilis atq; incorruptæ benedictione pmisit atq; donauit. Et aptè scyphi, sphaerulæ & lilia candelabri non super calamos, sed sub calamis esse iubent: quia corda prædicantium, immò omnium electorum, ne ad infima delabi possint, donis, mādatis & promissionibus Domini sustentantur, atq; ad amanda & querenda cœlestia subleuantur. Hinc etenim sancta Ecclesia, uidelicet sponsa Christi, de ipso gloriatur, dicens: Laua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Laua quippe sponsi sub capite est posita sponsæ: quia temporalibus beneficijs Dominus mentes fidelium à terrenis uoluptatibus & concupiscentijs segregans, ad speranda ac desideranda perpetua bona erigit. Et dextera illius amplexabitur eam, quia ostensa diuinæ maiestatis eius, uisio illam sine fine glorificat. Aptè scyphi, sphaerulæ & lilia sub duobus sunt calamis, quia in utroque Testamento fidelibus, quamuis caremonijs distantibus, eadem deuotio Domino seruiendi mandata, eadem est gloria regni cœlestis conseruata. Quartus autem scyphus, sphaerula & liliolum, quæ supra calamos omnes iuxta summam fuere candelabri ipsius, propriè ad Dominum pertinet saluatorem, qui non solum electis suis uirtutum scientiam, operationem &

remunera-

remunerationem tribuit, uerum etiam in seipso idem homo Christus figuram ostendens scyphi, cum se plenum Spiritu sancto declarauit: formam præterit sphaeræ, cum apparens in mundo, absque ullo circumstrepentium rerum obstaculo, exultauit ut gigas ad currendam uiam: speciem monstrauit liliij, cum resurgens à mortuis, atq; ad cœlos ascendens, clarificatus est ea claritate quæ habuit, priusquam mundus esset apud patrem. Et rectè hic scyphus, sphaera & liliolum calamis altior eminebat: quia nimirum donis, quæ mediatoris Dei & hominum, homini Iesu Christo Deus pater contulit, omnem humanæ capacitatis modum transcendit. Vnicuique enim nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. In ipso autem Christo, sicut Apostolus ait, habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Bene autem sequitur:

Et sphaeræ igitur & calami ex ipso, erunt uniuersa ductilia de auro purissimo.] Omne enim opus candelabri, hoc est & stipes medius, & calami ex ipso procedentes, cum omni suo ornatu, de auro sunt: quia & Dominus ipse specialiter immunis à peccato, atq; operibus iustitiæ per omnia præclarus, in mundo apparuit: & eandem innocentiam atq; iustitiæ mēbra eius in hac interim uita, quantum ualēt, imitantur: in futuro autem ueraciter ipsi adhæredo proficiunt. Et aptè idē aurū ductile fuit, ductile namq; feriendo producit: quia & redemptor noster, qui ex conceptione & natiuitate perfectus Deus & homo extitit, passionū dolores pertulit: ac sic ad resurrectionis gloriā peruenit: & omnes qui uolunt piè uiuere in illo, persecutionē patiuntur, quia & ipsi quasi metallū feriendo dilatati, per cōtumelias ad immortalitatis gratiā proficiunt. Vnde & in Psalmo quarto, qui inscribitur, In carminibus, quibus in mysticis fidei calamis dicit Ecclesia suo redemptori: In tribulatione dilatasti me. Ac si aurū ductile suo artificio diceret: In percussione fabrilī amplificasti me, & maiorem tundēdo mihi profectum dedisti.

Lucernæ candelabri, & emunctoria.

CAPVT IX.

Facies & lucernas septem, & pones eas super candelabrum, ut luceant ex aduerso.] Lucernæ, septem sunt dona Spiritus sancti: quæ & in Domino ac redemptore nostro cuncta semper manserunt, & in membris eius, hoc est omnibus electis, pro eius uoluntate distributa sunt. Ponuntur ergo lucernæ septem super candelabrū, quia super redemptorem nostrum primogenitum de radice lesse requieuit Spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & impleuit eum spiritus timoris Domini. Et sicut idem ipse per eundem loquitur Propheta: Spiritus Domini super me, eo q; unxerit me Dominus. quod autem dicitur, Ut luceant ex aduerso: hoc est, quod Propheta subsequēter adiecit, Ad annūciandū māsuētis mīsit me, ut mederer cōtritis

corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem, ut prædicarem annum placibilem Domini, & diem ultionis Deo nostro. Lucernæ namq; candelabri lucebāt ex aduerso, & tabernaculū Domini illustrabāt, cum Dominus, existens plenus gratia & ueritate, nobis omnibus de plenitudine sua tribuit, & gratiam pro gratia, cum māsuētis & pauperibus spiritu, uerbū Euangelij cōmīsit, cum potentibus medullā indulgentiæ cōtulit, cum nunc tempus placēdi Domino, futurum uerò esse diem uniuersalis iudicij declarauit. Consonat huic lucernarum numero & positioni, quod in Apocalypsi dicit Ioannes: Et uidi, & ecce in medio throni & quatuor animalium, & in medio seniorum agnum stantem, tantquam occisum, habentem cornua septē, & oculos septē, qui sunt septem spiritus Dei, missi in omnem terram. Si enim septem cornua ibi, siue septem oculi agni, septem dona sancti Spiritus insinuare possunt: quare non eadem etiam septem lucernæ candelabri meritò designare credantur? Immo sicut in cornibus & oculis rectè signatur, propter omnipotentiam uirtutis, qua cuncta regit, & plenitudinem scientiæ, qua cuncta perspicit: ita etiā spiritus idē septiformis aptè per figuram lucernarum exprimitur, propter lucem gratiæ, qua in nocte huius seculi tenebras nostræ cæcitatatis illustrat. Vnde & aptè subiungitur:

Emunctoria quoque, & ubi quæ emuncta sunt extinguantur, sicut de auro purissimo.] Sunt etenim quedam in scripturis diuinis ita præcepta, quæ perpetuo iure & in hac uita, & in futura semper obseruari debeant: ut est istud, Non habebis deus alienos corā me: &, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota uirtute: &, Diliges proximū tuum sicut teipsum. Sunt alia quæ toto huius uitæ tempore obseruanda iubentur, sed in futura uita mercedem suæ obseruationis æternam percipiunt: ut est illud Euangelij, Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut & ipsi recipiant uos in æterna tabernacula. Hic enim ad tempus eleemosynæ faciendæ, ibi perpetuò eleemosynarum est fructus recipiendus. Sunt item alia, quæ tempore ueteris Testamenti diligēter iubente Domino seruata sunt: nunc coruscante per orbem Euangelio, non iuxta literam, sed iuxta sensum mysticum in Ecclesia iubentur obseruari, ut est custodia sabbati, ut ritus hostiarum, & sanguis agni paschalis, ceteraq; huiusmodi, quæ suo quidem tempore solenter custodita à populo Dei, quibus lucina in lucernis candelabri ardebant, infusa oleo piæ deuotionis, & incensa igne uerbi cœlestis: cum uerò ab apostolis atque apostolicis uiris prædicabatur, his & huiusmodi obseruationibus finem Dominus impositum, cuncta ea spiritaliter magis in Ecclesia, quam iuxta literam sunt seruanda. Quibus emungebantur lucina candelabri, ut reparata

rata melius lucerent, quia sublimius intellecta per spiritum sanctae Ecclesiae lucem doctrinae salutaris prebebant. De qua reparatione lucernarum tabernaculi, hoc est scripturarum diuinarum intelligentia, sublimiore promittit in Leuitico Dominus suo populo, dicens: Multiplicamini, & firmabo pactum meum uobiscum. Comeditis uetustissima ueterum, & uetera nouis superuenientibus proficietis. Multiplicatis quippe filijs Israel, confirmatum est cum eis pactum Dei: cum etiam gentibus, ad fidem uocatis, noui gratia Testamenti in cordibus electorum firma radice plantata est. Comedimusque uetustissima ueterum, cum mandatum uetus, quod ab initio datum est generi humano, dulci cordis memoria retinemus: diligentes Dominum Deum nostrum ex toto corde nostro, tota anima, tota uirtute: & proximum tanquam nos ipsos. Et uetera nouis superuenientibus proficimus, cum typica legis Moisaica statuta iuxta litteram seruare cessamus: sed eadem ipsa gratius intellecta per spiritum innovato in spem regni caelestis corde custodimus: iuxta illud Apostoli, Si qua ergo in Christo noua creatura, uetera transferunt, ecce facta sunt omnia noua. Et in Apoc. Et dixit qui sedebat in throno, Ecce facio omnia noua. Emunctoria autem, quibus haec agebantur, ipsa sunt uerba sacri eloquii, quibus manifeste designatur litteram legis in plurimis soluendam, & eam spiritali solummodo sensu esse seruadam. E quibus est illud in Actibus apostolorum, ubi prohibiti sunt credentes ex gentibus circumcidi, & absque caeremonijs hostiarum legalium Evangelicae gratiae sunt obedire praecipit. Et quod apostolus ad Hebraeos exponens uersiculum Psalmi, ait, superius dicens: Quia hostias & oblationes & holocaustomata pro peccato non iuisti, nec placita sunt tibi, quae secundum legem offeruntur: tunc dixi, Ecce uenio, ut faciam Deus uoluntatem tuam. Aufert primum, ut sequens statuat: in qua uoluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Christi Iesu. Emunctoria ergo, & uasa, ubi quae emuncta sunt extinguuntur, sunt de auro purissimo: quia & diuina sunt uerba, quibus cessatio caeremoniarum legalium praedicatur: & Dei gratia sunt illustrata eorum corda, in quibus eadem figura legis adumbratio finem accepit, ut succedens Euangelij ueritas clarius mundo luceret. Constat enim primos apostolos in Euangelio ante passionem Dominicam soluisse sabbatum, & post ascensionem Domini, & aduentum spiritus sancti, penitus hostijs finem imposuisse legalibus, ac pleraque legis litterae decreta Evangelicae gratia libertatis mutasse. In his ergo lucina quae emuncta sunt extinguebantur: in quibus literalis obseruatio completa, exordium gratiae mundo clarior fulgens exhibuit. Item quia finita mortalitas, & succedente uita immortalis, cessabunt maxima ex parte opera uel dona lucis, quibus

nunc utimur, ut sequantur aeternae premia lucis in praesentia diuinae uisionis. Illa scripturarum testimonia, quae haec futura esse testantur, emunctoria nimirum sunt aurea, quae spe futurae claritatis eximia. Vasa quoque, in quibus ea quae emuncta sunt extinguuntur, corpora utique sunt, & corda omnium iustorum immortalia. Et ideo rectissime auro assimilata, in quibus exoptatissima haec immutatio fiet, ut post temporalia Dei beneficia ad aeterna perueniant. Denique Apostolus emunctoria nobis lucernarum Dei, & loca ubi ea quae emuncta sunt, extinguatur aurea prebet, cum de differentia praesentium & futurorum honorum loquitur, dicens: Siue prophetiae euacuabuntur, siue lingua cessabit, siue scientia destruetur. ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum autem uenerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Et paulo post: Videmus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum.

Omne pondus candelabri cum uniuersis uasis suis habebit talentum auri mundissimi. Omne pondus candelabri cum uniuersis uasis suis, omne corpus Christi est, cum ipso capite nostro mediatore Dei & hominum, uniuersi electi sui a summis usque ad infimos, ab his quibus maior inter natos mulierum nemo est usque ad eos, de quibus dicit: Videte ne condemnetis unum de pusillis istis, qui in me credunt. Qui nimirum omnes, in diuersis licet gradibus, aetatibus, sexibus, conditionibus, ingenijs, temporibus, uni eidemque authori ac datori perpetuae lucis, suo quique tempore ac loco, candelabro aureo fixa radice mentis inhaerent, quo eiusdem participes lucis fieri possint. Quod uidelicet candelabrum, recte talentum auri mundissimi habere debere memoratur. talentum namque pondus plenum ac perfectum est: quia iustus Dominus in omnibus uisus suis: & qui suam gratiam in hac uita fidelibus, ut bene operentur, tribuit, ipse coronam iustitiae in illa uita bonis eorum operibus reddit. Cui contra Zacharias Propheta iniquitatem super talentum plumbi sedere describit: quia & reprobis in eodem iusto examine, iuxta actus ipsorum restituer: Quia tu reddes, inquit, singulis secundum opera ipsorum. Sed distat, utrum quis aurum, an plumbum ad examen diuinum afferat. Qui enim instar auri bonis fulgent operibus, in candelabrum Domini proficiunt: quia gloriae suae conditoris participes existunt. At qui peccatis graues in districto examine apparent, demerguntur tanquam plumbum in aqua ualidissima: quia merito scelerum in abyssum poenae grauantis decidunt. Vtrunque tamen & plumbum scilicet, & aurum talenti habet mensuram: quia in damnando impios, & in saluando accoronando electos, iusta est nostri sententia conditoris.

Inspice,

Inspice, & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Huius mysterium praecipit facillime ex eis quae superius exposita sunt, patet. Ostensum namque est Moyse in monte exemplar candelabri, quod faceret: quia in altitudine intimae contemplationis didicit aperte multifaria Christi & Ecclesiae sacramenta: quae tamen non aperte populo, quem erudiebat, proferre uolebat: sed typice potius per figuram & opus candelabri ac uasorum eius signabat, donec ueniret ipse Dominus ac redemptor noster in carne, qui interiorum eiusdem figuram sensum Ecclesiae suae, data sancti Spiritus gratia, referret: ut & moriendo in cruce uelum templi discidit, atque ea quae recta fuerant arcana sanctorum patefecit: & post resurrectionem discipulis appareret, aperuit illis sensum, ut & haec & alia scripturarum secreta spiritaliter reuelatis oculis mentis perspicere possent. Sed & omnis scriba doctus in regno caelorum, cum ea quae in litteris sanctis de fide catholica, uel pia actione didicerit, & ipse diligenter sequi, & alios docere praecipitur, quid aliud quam inspicere, & facere secundum exemplar, quod sibi in monte ostensum est, iubetur? Inspicit enim diligenter exemplar monstratum, & secundum hoc ad inferiora rediens facit, quando ea quae per sublimitatem diuini sermonis intus credenda siue agenda intelligit, sedulo corde scrutatur: horumque semper exemplar audit. & uerbo doctrinae salutaris ostendit.

De tabernaculo & uasis libri primi Finis.

BEDAE PRESBYTERI

DE TABERNACULO

& uasis eius, ac uestibus sacerdotum, Liber secundus.

Tabernaculi & templi descriptio.

CAPVT I.



Tabernaculum uero ita fiet. Tabernaculum a Moyse factum in solitudine, sicut & templum quod fecit Salomon in Hierusalem, statum sanctae uniuersalis Ecclesiae designat, quae partim iam cum Domino regnat in caelis, partim in praesenti adhuc uita decedentibus ac succedentibus sibi membris suis peregrinatur a Domino. Et quidem in utriusque constructione domus, haec principalis solet esse distantia figurarum, quod tabernaculum praesentis aedificium Ecclesiae, quo quotidie in laboribus exercetur: templum futurae requiem designat, quae quotidiana animarum hinc post labores exeuntium receptione perficitur: quia nimirum tabernaculum Moyse cum populo Dei in uia adhuc positus, quae ad terram re-promissionis pergebat, condidit: Salomon autem templum, ipsa iam terra re-promissionis, & re-

gno in ea potitus, construxit. Moyse tabernaculum in solitudine, Salomon templum in Hierusalem, quae interpretatur uisio pacis: quoniam hic quidem Ecclesia in labore & aeterna uita labentis, in siti & esurie regni perennis edificatur: illic autem in uisione ac perceptione uerae pacis consummatur. Vnde bene in templi constructione dictum est, quod malleus & furcis, & omne ferramentum non sunt audita in eo, cum aedificaretur, praeparatis extra Hierusalem cunctis lapidibus ac lignis, atque in positionem ordinis sui decenter aptata esse: quae ibi facillime atque indubitanter suo quaque loco reddita, aut cemento necerentur, aut clauis: quia uidelicet in pace supernae beatitudinis non est tribulationibus nostra examinanda fides, aut uita probanda, sed quae in praesentiam seculo castigata, & caelestibus erat sedibus regulariter aptata, ibi glutine & uinculis mutuae charitatis, ne perpetuo dissolui queat, in conspectu etiam sui conditoris ac regis ad inuicem copulanda. Nam cum in hac uita multitudinis credentium fiat cor & anima una, & sint illis omnia communia, quid nisi lapides uiui in aedificium futurae domus Domini quadrantur, qui hinc inde translati, absque ullius labore tarditatis, suis quique ordinibus inserantur, & sibimet alterutrum copula diuina simul & propriae dilectionis iungantur? Item figura utriusque sanctuarij potest ita generaliter distingui. Opus tabernaculi, tempus synagoga, hoc est antiquae Dei plebis: opus uero templi, Ecclesiam, id est illam electorum multitudinem, quae post incarnationem Dominicam ad uitam uenit, significet: quoniam uidelicet tabernaculum Moyse cum sola Hebraeorum plebe consummauit: templum uero Salomon collecta poselytorum multitudine perfecit, adiuuante etiam Tyrio rege cum artificibus suis, qui neque natura Iudaei, neque professione Iuerunt. Constat, quia priori Dei populo non nisi ex ipsa eorum gente profuerunt: at uero Ecclesiae rectores primi quidem fuere de Hebraeis: uerum mox crescente ea, ac dilatata per orbem, etiam de gentibus structores sunt eius exorti, adeo ut ipse quoque Euangelista Lucas, & Timotheus ac Titus, uiri apostolici deuotione gentium ad praesulatum eius peruenerint. Verum si diligentius singula inspiciamus, utriusque domus aedificatio totius Ecclesiae praesentis statum mystice describit, quae ab initio mundanae conditionis usque ad ultimum, qui in fine seculi nasciturus est electum, semper aedificari non desinit: & futurae quoque gloriam uitae, qua nunc ex parte fruitur, sed post huius terminum seculi, in omnibus suis membris in eternum fruitura est, mirabilis figurarum ueritate depingit. Vnde nos aliqua de tabernaculo, Domino opitulante dicturi, primum ipsum inuocantes, humiliter etiam prece deposcimus reuelari oculos cordis nostri, ut considerare queamus mirabilia

lia

lia de lege eius, & in pernicioforū decore me-
tallorum ac uestimentorum intelligamus or-
natum nobis morum, fide ac deuotione fulgē-
tium esse commendatum. Neq; enim nobis a-
liter sermo ille apostolicus potest conuenire,
2. Cor. 6 quo ait, Vos enim estis templum Dei: utri si
Leuit. 26 cut dicit Deus, Quoniā in habitabo in illis, &
inter eos ambulabo. Et quod Ioannes audiuit
Apoc. 21 uocem magnam de throno dicentem: Ecce ta-
bernaculū Dei cum hominibus, & habitabit
cum eis, quā si ornātū tabernaculi siue tem-
pli materialem religiosē mundi cordis & cor-
poris cultu imitemur. Sed antequam de spiri-
tuali sensu differamus, primō de materiali textu
literæ paulisper uideamus. Erat tabernaculū
domus Domino consecrata, habens longitu-
dinis cubitos triginta, latitudinis decem, alti-
tudinis æquē decem, tectum habens æquale
per totum, quomodo in Aegypto & Palesti-
na domos moris est ædificandi. Cuius quidem
parietes tres, Australis, Septentrionalis & Oc-
cidentalis de tabulis sunt compacti ligneis, ab
utroque latere deauratis. Porro pro orientali
parte unius uectis erat, unde introitus fuit, qui
per medias tabulas ab angulo usque ad angu-
lum perueniret, id est à summitate ultima hu-
ius parietis, usque ad parietis alterius sum-
mitatem. Cui cortinæ tabernaculi, & tectum
incubueret, ubi & tentorium erat quinque co-
lumnis suspensum. Tegebatur autē domus, &
desuper, & undique cortinis mira uarietate
contextis, quæ propriē tabernaculum uoca-
batur. Tegebatur & hoc undique sagis cilici-
nis, usque ad terram pertingentibus. Sed &
operimentum aliud tecto de pellibus arietum
rubricatis. Factū est & super hoc rursus aliud
operimentum de hyacinthinis pellibus. Erat
etiam & uelum opere plumario uariatum, co-
lumnis quatuor appensum, quo sanctuarium,
& sanctuarij sanctuaria diuidebantur: intra
quæ posita erat arca Testamenti, & contra ar-
cam extra uelum altare thymiamatis. Item in
medio ipsius sanctuarij candelabrum in parte
Australi. Mensa uerō stabat in Septentriona-
li: altare holocausti foris ante ingressum san-
ctuarij: labrum æneum inter hoc altare & ta-
bernaculū. Et circa omnia atrium tabernacu-
li longitudinis habēs cubitos centū, latitudi-
nis quinquaginta. His ergo dilucidādī gratia
breuiter prelibatis, uideamus ipsa uerba histo-
riæ, quōd per hęc altius atq; apertius ad sensum
allegoriæ peruenire queamus. Cū Moyse Do-
minus in mōte Sinai secum quadraginta die-
bus ac noctibus constituto, legis ceremonias
& ritum uiuendi traderet, ait inter alia:

Cortinæ decem.

CAPVT II.

Exod. 26 **T**abernaculum uerō ita facies, decem cortinas de bysso
retorta, & hyacintho ac purpura, cocco que bis tin-
cto, uariatas opere plumario facies. Tabernaculū Do-
mini fit ex cortinis diuersa colorum specie ua-
riatis: quia sancta uniuersalis Ecclesia ex mul-

tis electorum personis, ex multis per orbem
Ecclesijs, ex uarijs uirtutum floribus ædifica-
tur. Cuius omnis perfectio in denario nume-
ro continet: quia quaque uersum Ecclesia per
mundum in diuersis gentibus, & tribubus, &
populis, & linguis diffusa est: tota in sola Dei
& proximi dilectioe, quæ Decalogo legis est
comprehensa, subsistit. Neq; aliter quisquam
potest ueraciter ad Ecclesiæ mēbra pertinge-
re, nisi integro corde & eum, per quē ædifica-
tur, & eos in quibus ædificatur Ecclesia: hoc
est, Deum, & electos eius amare didicerit. Va-
rius autem colorum decor, quo eadem sunt
cortinæ distinctæ, uariarum est gratia uirtutū,
quibus sancta Ecclesia mirabili, ac profus cœ-
lesti arte composita, in conspectu sui resplen-
det authoris: qua profecto uarietate, & quasi
opere plumario beatus Petrus tabernaculum
Dei ædificare studuit, cum ait: Vnusquisque
sicut accepit gratiam, in alterutrum illam ad-
ministrantes, sicut boni dispensatores mul-
tiformes gratiæ Dei. Hanc inesse cortinis ta-
bernaculi, hoc est mēbris fidelium uidit Pau-
lus, cum dicit: Alij quidem per spiritum datur
sermo sapientiæ, alij autem sermo scientiæ, &
cætera illius loci. Et quidem byssus, quæ pri-
ma ponitur, quia decus uirtutum designet, te-
statur in Apoc. Ioannes, dicens: Quia uenerūt
nuptiæ agni, & uxor eius præparauit se, &
datum est illi, ut cooperiat se byssino splen-
denti candido, byssum enim, iustificatio-
nes sunt sanctorum. Dicit de eadem uxore a-
gni, id est Ecclesia Christi Salomon: Byssus
& purpura indumentum eius. Verum Ioan-
nes unius coloris figuram exponens, cæteros
etiam figuratiter interpretandos insinuat. By-
ssus ergo, quæ de terra quidem oritur, sed e-
ruta de terra, longo exercitio siccandi, tun-
dendi, purgandi, coquendi, & nendi grami-
neum solet perdere, & candidum in sese reci-
pere colorem, corpora designat castitatis ni-
tida decore: quem cum carnis quidem ille-
cebris nascencia magno continentia labore,
quasi natiuum exudant humorem, atque ad
decorē Deo dignæ puritatis solerti ieiuniorū
& uigiliarum, orationum & lectionis, patien-
tiæ & humilitatis instantia perueniunt. De
quibus rectē possit illud apostolicum dici: An-
nescitis, quoniam membra uestra templum
sunt Spiritus sancti, qui in uobis est? Retor-
quetur autem hæc byssus in cortinas taberna-
culi: quoniam non modò lumbos carnis, ue-
rū etiam ut Petrus admonet, lumbos men-
tis nostræ in sobrietate succingamus, ut ui-
delicet & carnem à lasciuis motibus, & cor ab
illecebrosis refrenemus cogitatibus. Hyacin-
thus, quoniam aeris & cœli speciem imita-
tur, eorundem mentes electorum, omni spe
ac desiderio cœlestia querentes significat. Cuius
nobis coloris sacramentum commendans
Apostolus, ait: Si consurrexistis cum Chri-
sto, quæ sursum sunt querite, & cætera. Pur-
pura,

pura, quia colorem sanguinis ostendit: & ue-
ra quoque purpura conchyliorum sanguine
tingitur, deuota eorum corda designat, qui
dicere cum Apostolo possunt, Ego non solum
alligari, sed & mori in Hierusalem paratus
sum propter nomē Domini Iesu. Et cum pro-
pheta Dauid, Quoniam propter te morte af-
ficimur tota die, æstimati sumus ut oues occi-
sionis. Coccus, quia ignis habet speciem, me-
ritō flagrantissime sanctorum dilectioni com-
paratur. Vnde & quidam ex eis, qui hanc præ-
sente & comitante secum Domino concepe-
rant, aiebant: Non ne cor nostrum ardens er-
rat in nobis, cum loqueretur in uia, & aperi-
ret nobis scripturas? Cui contrā de reprobis
dicitur: Et quoniam abundabit iniquitas, re-
frigescet charitas multorum. Hæc quasi bis
tingitur, cum amore Dei & proximi flamme-
scit, cum illum ex toto corde, tota anima, tota
uirtute, hunc sicut nos ipsos diligimus. Itaque
in his quatuor cortinarum coloribus, quatuor
iustificationes exprimitur electorum. In bys-
so retorta, caro castitate renitens: in hyacin-
tho, mens superna desiderans: in purpura, ca-
ro passionibus subiaccens: in cocco bis tincto,
mens inter passionem Dei & proximi dilectio
ne præfulgens.

Longitudo cortinæ unius habebit uigintiocto cubitos, la-
titudo quatuor cubitorum erit. In longitudine corti-
narum, longanimitas sanctæ Ecclesiæ patien-
tiæ: in latitudine amplitudo exprimitur chari-
tatis, quæ non solum amantem, sed & Deum
& proximum radamare: sed & odientem se
aduersariū expansio suæ dulcedinis gremio
conseruit excipere, suos quæ persecutores fle-
xis in oratione genibus, Domino commēda-
re, dicens: Domine ne statuas illis hoc pecca-
tum. Quæ latitudo apte quatuor erat cubito-
rum, quia quatuor sunt Euangeliorum libri,
in quibus Dominus redemptoris nostri exem-
plis ac uerbis, qualiter eadem charitas sit te-
nenda, docemur. Quatuor uirtutes, in qua-
rum operatione eadem est charitas exercen-
da, id est temperantia, fortitudo, iustitia, pru-
dentia, ut uidelicet incorrupta in Deo chari-
tas, atque integra custodiatur, quod est tem-
perantia: nullis frangatur in commodis, quod
est fortitudinis: nulli alij seruiat, quod est iu-
stitiæ, uigilet in discernendis rebus, ne fallacia
dolus ue paulatim surripiat, quod est pruden-
tiæ. Longitudo autem cortinarum uigintio-
cto erat cubitorum, qui est numerus quater-
narius septies ductus, septenario autem nu-
mero propter diem sabbati solet requies æter-
na sanctorum figurari. Longitudo ergo cor-
tinarum, in quater septenos extenditur cubi-
tos: quia per fidem & custodiam doctrinæ E-
uangelicæ, perq; exercitia spiritalium, de qui-
bus diximus, uirtutum patientia longanimitas
sanctæ Ecclesiæ ad requiem tendit æternam.
Est & aliud in duodetricenario numero sacra-
mentum, æquē ad septenarium pertinens. Si

enim ab uno usq; ad septem omnes in medio
numeros pleno ordine numerare uolueris, uiginti
& octo complebis, unum namq; & duo,
& tria, & quatuor, & quinque, & sex, & se-
ptem, sunt uiginti & octo. Quia ergo in par-
tibus septenarij numeri, numerus xx & viii
inuenitur, meritō in eo cortinarum longitu-
do continetur, quoniam fides & patientia san-
ctorum uirtutum uarietate distincta, in omni-
bus quæ agit & patitur, non humani gloriam
faoris, sed supernæ beatitudinem quietis ex-
pectat. Hinc est enim, quod huius numeri
Psalmus in consummatione tabernaculi ad-
titulatur, quem totum de perfectione sanctæ
Ecclesiæ constat esse cantatum, maximē in eo
quod in illo dicitur, Adorate Dominum in a-
trio sancto eius. Et iterum, Et in templo eius
omnes dicent gloriam. Aptē enim 28. Psalmus
de consummatione tabernaculi inscribitur:
quia nimirum in hoc est perfectio peregrin-
antis in hoc seculo Ecclesiæ, ut per fidem, &
per opera bona ad requiem tendat seculi fu-
turi. Bene autem sequitur:

Vnius mensuræ sicut uniuersa rētoria. Et si enim ua-
riante pictura cortinæ ab inuicem differebāt,
una ramen omnes erant longitudinis mensu-
sura temperatæ. Quod et si donationes habet
electi secundum gratiam, quæ data est illis, dif-
ferentes, unus tamen Dominus, una fides, u-
num baptisma, unus Deus & pater omnium.

Quinque cortinæ sibi iungentur mutuo, & aliæ quinque
nexu simili cohererebunt. Narrat Iosephus, quod ta-
bula Testamenti ita fuerint Decalogo legis
conscriptæ, ut utraque tabula etiam quina
uerba contineret. Vnde apte etiam cortinæ
decem, quæ pulchritudinem tabernaculi itun-
ctæ complebant, ita tempore congruo disiu-
gebantur, ut quina in utraq; parte simul perma-
neret, quatenus hæc intuetes ministri sancto-
rum cum populo Dei admonerentur, semper
obseruandæ legis, quæ decem quidem uerbis
in duabus tabulis esset comprehensa, sed nu-
mero quinario per utramque tabulam distin-
ctis. Verum nos propter hanc sententiā pos-
sumus de numero cortinarum bis quinario e-
tiam ita differere, quod Dei sequaces in utroq;
Testamēto diuino signauerint. Et priores qui
dem quinque, quæ frontem ac primam taber-
naculi partem protegebant siue faciebant, an-
tiqui Dei populi typum gesserunt, qui decre-
ta legis in sacramentoto circumcisionis, & ho-
stiarum, & uariam cæremoniarum obseruan-
tiam secundum literam implebat. Sequētes ue-
rō quinque cortinæ, quæ posteriora taberna-
culi tegebant, uel etiam suo tegmine facie-
bant, nos designauerunt, qui post aduetū Do-
mini in carne nati, libros ac sacramenta legis
spiritaliter ipso reuelante ac donante serua-
mus. Et quidem omnes cortinæ unius operis,
eisdemq; erant depictæ coloribus, sed quina
sibi inet mutuo cōiunctæ: quia omnes utriusq;
Testamenti cultores in unum eundemq; Deū
EEE credabant,

credebant, unius eiusdemque pietatis & castitatis operibus seruebant, sed in celebratione sacramentorum suas uterque populus discretus partes agebat. Nam passionis Dominicae, per quod utriusque sumus redempti sacramentum, illi in carne ac sanguine uictimarum, nos in oblatione panis & uini celebramus: illi uenturam in carne natiuitatem Dominicam, predicationem, uirtutum operationem, tentationem, passionem, sepulturam, resurrectionem, ascensionem, aduentum Spiritus sancti, fidem gentium credebant & confitebantur, nos hac omnia facta, neque ulterius fienda credimus & confitemur. Attamen eo tempore, quo erigebatur tabernaculum, omnes ad inuicem cortinae neceban: quia cum uniuersa catholicae Ecclesiae pulchritudo ab initio usque ad terminum seculi protenditur, profectio quasi una decem cortinarum connectio tabernaculum Domini cōdecorat.

Ansulæ hyacinthinas in lateribus ac summitatibus facies cortinarum, ut possint inuicem copulari. Hyacinthum diximus, quoniam aeris coloris est, cœlestium bonorum significationi congruere. Ansulæ ergo hyacinthinis cortinae inuicem copulantur, cum unica spes supernae beatitudinis omnia per orbem corda electorum in una eademque deuotione coniungit. Quae uidelicet ansulæ apte dicuntur, quia non solum in lateribus cortinarum, uerum etiam in summitatibus, hoc est extremis angulorum terminis fieri deberent. Neque enim uita tantum & operatio sanctorum communi ad perfectionem itinere rectae intentionis prosperat, sed ipsum quoque initium bonae conuersationis, quod per confessionem fidei & sacramentorum cœlestium perceptionem geritur, nequaquam ab inuicem diuersum, sed pari & indissimili habent omnes ueritatis gratia connectum. Terminum quoque uitae temporalis cuncti unius eiusdemque spei habemus certitudinis commune, cum ita oculos in morte claudimus, ut percepto prius uatico mysterio cœlesti, citius nos in uera inueniendos uita, atque in hac perpetuo mansuros esse cōfidamus. Congruit huic loco, quod in libro Numerorum praecipitur filiis Israel, ut faciant sibi fimbrias per angulos palliorum, ponentes in eis uittas hyacinthinas. Filii quippe Israel in palliorum angulis fimbrias & uittas habent hyacinthinas, cum electi quisque, & qui Deum uidere desiderant, ita operibus se iustitiae induere laborant, ut horum finem non in laude mortaliū ponant, ne forte dicatur de eis, Quia receperunt mercedem suam: sed in eis potius interni arbitri oculos & praemia requirant aeterna. Vnde & ibi protinus exponendo subiungitur, Quas cum uiderint, recordentur omnium mandatorum Domini, ne sequantur cogitationes suas, & oculos per res uarias fornicantes. Quibus uerbis & nobis utendum est in ansularum hyacinthinarum expositione, ut dicamus idcirco cortinas huiusmodi ansulæ

esse coniunctas, ut & filii Israel tunc ista praeculis habentes, admonerentur mandatorum cœlestium, & nos modo ista legentes, meminerimus, quod in hac uita degentes filii promissionis aeternae, & temporibus ab inuicem dirimimur & locis: sed in cœlis est patria, quae suos ciues à quatuor uentis cœli collectos, indiuisibili in perpetuum societate coniungat.

Quinquagenas ansulas cortina habebit in utraque parte ita insertas, ut ansa contra ansam ueniat, & altera alteri possit aptari. Legimus quinquagesimum annum in lege iubileum, hoc est dimittentem siue initiatum iussum esse uocari, in quo omnis populus ab uniuerso labore terrae quiesceret, & omnium debita solui deberet. Et in nouo Testamento scimus gratiam Spiritus sancti Penitencoste, hoc est quinquagesima Dominica resurrectionis in apostolos superuenisse, atque initia nascentis Ecclesiae, suo consecrasse aduentu. Vnde constat eo numero, uel gratiam sancti Spiritus, uel futurae gaudium beatitudinis, ad quam per eiusdem spiritus donum peruenitur, & in cuius perceptione sola ueraciter requiescitur atque gaudetur, recte posse figurari. Et apte quinquagenas ansas habebant cortinae, quibus inuicem neceban: quia non nisi dono sancti Spiritus agitur, ut in societate pacis, quod est uinculum perfectionis, sibi inuicem copulentur electi: non alia quam futura spes ac memoria societatis ac pacis esse discretos in hac uita temporibus siue locis Christi famulos una facit perate concordēs. Bene etiam dicitur, quod ansas cortinae in utraque parte habent, ut uidelicet proximas sibi ex utroque latere cortinas, singulae quaeque cortinae, quasi extensis hinc & inde brachijs amplecterentur. Quia nimirum necesse est, ut omnes fideles, & eos uidelicet qui nos in Christo praecesserunt, & eos qui secuti sunt, obujs sinceræ pietatis uinis amplectamur: & illos qui nos erudiebant in Christo, & quos ipsi Christo donante erudiuimus, uno omnes in Christo ueneremur affectu. Sic enim oportet nos ad uidendam faciem nostri creatoris bene uiuendo properare, ut currentem nobiscum nequaquam deseramus proximum, sed unam cum ipso ante conspectum diuinæ gloriae peruenire studeamus: quia & cortinae singulae ita per adminiculā tabularum ad superiora tendebant, ita intus in superioribus uariato suae picturae flore refulgebant, ut nequaquam eas quae secum pariter uel in altum ferebantur, uel in alto positae fulgebant, cortinas desererent: quarum instar nos decet & proscientes nobiscum in Dei seruitio fideles monitis exemplis que iuuare, & in quacunque uirtute proficere potuimus, similiter eiusdem uirtutis consortes digna uirtutibus ueneratione tractare. Ansa ergo contra ansam uenit, ut altera alteri possit aptari, cum iusti ad inuicem concordiae ac parilli uirtutum qualitate foederantur.

Facies

Facies & quinquaginta circulos aureos, quibus cortinarum uela iungenda sunt, ut unum tabernaculum fiat. Hic locus in sequentibus plenius explicatur, cum dicitur: Et quinquaginta fudit circulos aureos, qui morderent cortinarum ansas, & fieret unum tabernaculum. Quinquagenarius ergo numerus, ueram in Spiritu sancto regimen designat: & quia circulus nec initium uideatur, nec habere terminum, aurum uero praesui claritate caeteris est preciosius metallis. Quid in quinquaginta circulis aureis, nisi perpetua claritas, & clara perpetuitas summæ ueritatis exprimitur. Morderentque cortinarum ansas circuli, ut unum ex omnibus tabernaculum fiat, cum superni gloria regni puris fidelium mentibus sese ita infundit, ut tali glutine saluiferæ inspirationis, una ex utroque populo, immo ex omnibus electis Christi Ecclesia perficiatur.

Saga undecim.

CAPVT III.

Facies & saga cilicina undecim, ad operiendum tectum tabernaculi. Hic locus in sequentibus ita repetitur, Fecit & saga undecim de pilis caprarum ad operiendum tectum tabernaculi. Saga ergo, quibus operitur tabernaculum, rectorum sunt Ecclesiae sanctae, quorum industria ac labore decus eiusdem Ecclesiae protegitur, atque incessabili cura munitur, ne uidelicet uita fidesque electorum heretica seductione corumpi, ne saliorum catholicorum improbitate foedari, ne tentantium uictorū sordē attaminari, ne temporalium subsidiarum inopia possit ad tristitiam deduci. Qui quanto se attentius ad sustinendas siue repellendas irruentium tentationum uiolentias accingunt, tanto ampliorem subditis Domino seruituti libertatem tribuunt: & quasi intus fulgēdi copiam cortinis praestant, dum instar fagorum ipsi foris tempestates afflictionum tolerant. Recte autem saga & cilicina de pilis caprarum, & undecim facta esse referuntur: quia nimirum sancti praedicatorum, quo altiores merito, eo humiliores esse debent animo, iuxta illud uiri sapientis: Quāto magnus es, humiliā te in omnibus. Undecim quippe, qui denarium transeunt, neque ad duodenarium, hoc est apostolicum numerum perueniunt, transgressionem Decalogi legis significant. Et in undecimo Psalmo propheta defecisse sanctos, & filios hominum ueritates uanitatibus ac dolis mutasse queritur, dicens: Saluum me fac Domine, quoniam defecit sanctus, &c. etiā hoc numero designās, quod huiusmodi homines duplicis linguae & cordis, neque legalia Decalogi praecpta custodiant, neque apostolicam Euangelij percipere gratiam possint. Cilicium quoque habitum poenitentium, etiam Psalmista teste, qui dicit: Ego autē dum mihi molesti essent, induēbam me cilicio: hoc est, habitum poenitentiae & humilitatis, quo furorem persequentium, aut leuius sufferrem placidus, aut etiam mitiga-

rem, assumpsi. Nam si caprae semper, aut pili, siue pelles caprarum foetorem peccantium, & non aliquoties humilitatem poenitentium significarent, nequaquam ipsum animal inter munda computaretur, neque in laude sponsae diceretur, Capilli tui sicut grex caprarum. Saga ergo, quae sanctos praedicatorum insinuāt, & cilicina sunt & undecim: quia quo studiofius fide corda purificant, eo plura in quibus seipos reprehendunt, inueniunt. Vnde humiliter fatentur, Quia in multis offendimus omnes: & Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis non est. Quorum tamen corda quantae sint perfectionis, sequentia uerba mystice declarant, quibus dicitur:

Longitudo sagi unius habebit triginta cubitos, & latitudo quatuor. Ecce hic longitudinis non undenarium, sed denarium habes numerum, & hūc tertio multiplicatum: quo patenter insinuat uirtus eorum, qui Decalogum legis in fide sanctae Trinitatis, quae per dilectionem operatur, perficiunt: qua uidelicet perfectione, in hac duntaxat uita nulla esse poterit sublimior. Habes & latitudinis quatuor cubitos, quo amplitudinem sinceræ charitatis, hoc est eius quae in Euangelio nobis per Iesum Christum & commendatur & datur, significari praediximus. Operiunt ergo tectum tabernaculi saga undecim, & haec de pilis facta caprarum, sed in longitudine cubitos triginta, in latitudine quatuor habentia: quia summi illi praedicatorum, qui uitam fidelium suis exhortationibus, intercessionibus, quotidiana sollicitudine, uigilijs, ieiunijs, sua nuditate protegunt, sese quidem humiliter ipsi cōtemplata supernae puritatis excellentia peccatores profitentur. Qui tamen quantum ad humanam modum perfectionis attinet, mundi inter homines ac sublimes apparent.

Aequa erit mensura fagorum omnium, & quibus quinque iunges seorsum, & sex sibi mutuo copulabis, ita ut sextum fagum in fronte tecti duplices. Vna erit mensura fagorum omnium, quia nimirum una est fides, in qua tota saluatur Ecclesia, una eademque uita, ad quam festinat aeterna. Vnde & hi qui in uita Domini diuerso tempore ad operandum intrauerunt, uno omnes denario remunerantur. Diuisio ergo fagorum in quinque & sex, iuxta illud intelligi potest, quod supra de cortinis in quinque diuisis exposuimus: quia uidelicet doctores utriusque Testamenti designent. Quinque etenim saga antiquis populi Dei magistris apte comparantur: uel quia Mosaisca tantum legis sacramenta praedicabant, quamuis & Euangelicae ueritatis arcana praedicabant: uel quia in quinque mundi aetatibus uitam ducebant. In sex autem sagis posita sunt non inconuenienter noui Testamenti doctores accipi: quia uidelicet omnia quae diuina scriptura in sex aetatibus seculi facta, siue dicta refert, in adiutorium atque exemplum sagae

EEE 2 praedica

Matth. 6

Eccles. 3

Psal. 34

Cant. 4

Jacob. 3

1. Ioan. 2

20

30

40

50

60

predicationis spiritualiter intellecta assumunt: quia passionem Dominicam, per quam mundus sexta sabbati redemptus est, palam suis auditoribus credendam confitentemque pronunciant, ac per huius solummodò sacramentum eos saluari posse contestantur. Vnde rectè præcipitur sextum sagum in fronte recti duplicari, propter confessionem uidelicet & imitationem eiusdem Dominicæ passionis. Neque enim sufficit, credentes solum in confessione mortis Domini, ac resurrectionis baptizari & consecrari, si non etiam baptizatus quisque studuerit, in quantum ualeat, similitudini mortis Domini continenter uiuendo, ac patiendo pro illo assimilari, ut & resurrectionis eius particeps existere mereatur. Si quidem iuxta litteram, frontem tecti ingressum tabernaculi dicit: ubi non tabulas, ut supra breuiter diximus, sed columnas & uerticem ab angulo tabularum, usque ad angulum protentum poni præceptum est: ideoque quantum ad formam operis ipsius pertinet, sibi magis opus erat geminato sagorum munimento, ubi solida parietis firmitas aberat. At uerò mysticè in fronte tecti sextum sagum duplicatur, cum omnes qui sanctam intrant Ecclesiam, ita fide & sacramentis Dominicæ passionis inittantur, ut in huius quoque imitatione sibi semper esse uiuendum intelligant. Quasi enim in ingressu sanctuarij nobis sextum sagum duplicatur, cum Dominicæ passionis sacramentis consecramur, & exemplis instruimur. Dicit namque de sacramentorum susceptione Petrus: Qui secundum magnam misericordiam suam regenerauit nos in spem uitam, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis. Dicit de imitatione passionum: Christo igitur passo in carne, & uos eadem cogitatione armamini.

Facies & quinquaginta ansulas in ora sagi unius, ut coniungatur altero queat: & quinquaginta ansas in ora sagi alterius, ut cum altero copuletur, quinquaginta fibulas aereas, quibus iungantur ansae, & unum ex omnibus operimentum fiat. Hæc, ut supra in cortinis exposuimus, etiam hic intelligi possunt: quia uidelicet recordatio supernæ requies, quæ numero quinquagenario solet exprimi, corda sanctorum uinculo pacis adunet. Aut si noui aliquid audire delectet, quoniam saga humilitatem sublimium designant uirorum: quia magis suorum meminisse delictorum, quam uirtutes prædicasse suas, cupiunt amplius de eis quas apprehendere nondum possunt uirtutibus compungi, quam de illis quas iam apprehenderunt, student gloriari. Potest numero ansarum, siue fibularum quinquagenario, ipsa compunctionis eorum humilitas designari. Quinquagesimus namque poenitentis Psalmus est. Et rectè: quia donum poenitentis non nisi Spiritu sancto largiente conceditur, donum uenitæ poenitentibus, non nisi eadem sancti Spiritus gratia ministrante tribuitur. Et bene quinquagenarum ansarum, uel fibularum

saga inuicem necesse: quia nulla magis uirtus, quam humilitas fidelis in unam charitatis copulam ligat. Nam quanto se quisque amplius infirmum esse perpedit, tanto studiosius auxilium proximi, quo confortetur, inquirat. Et bene fibulae sunt aeneae: quia multum uocale constat esse metallum, quia nimirum magnam apud Deum habet uocem humilis conscientia iustorum. Vnde & pauper ille Dauidicus, cum anxius esset, & non in auribus hominum uociferaretur, sed in conspectu Domini effunderet orationem suam: Domine exaudi orationem meam, inquit, & clamor meus ad te perueniat.

Quod autem superferit in sagis quæ parantur tecto, id est unum sagum quod amplius est, ex medietate eius operis posteriora tabernaculi, & cubitus ex una parte pendebit, & alter ex altera, qui plus est in sagorum longitudine, utrumque latus tabernaculi protegens. Hæc ut plenius intelligi queant, paulo latius de tota ipsius tabernaculi positione disputare necesse est. Diximus parietes tabernaculi, quæ ex tabulis & columnis constabant, longitudinem habuisse triginta cubitorum, latitudinem decem, altitudinem similiter decem. Si quis ergo uellet domum in latitudine cingere funiculo, uerbi gratia, à basi tabulae unius meridiani lateris, usque ad basim tabulae, quæ est & eregione in latere septentrionali: constat profectò eundem funiculum triginta cubitorum longitudinis esse debere, hoc est decem cubitos habens ascensionis in meridiano pariete, decem alios æqualitatis sursum inter parietes, decem tercio descensionis inter parietem septentrionalem. Item si per longitudinem domus extendere funiculum uelis, hoc est à basibus columnarum sursum, & per longitudinem totius domus ad occidentalem usque parietem, ac deinde usque ad bases eius deorsum, habebit funiculus ille quinquaginta cubitos longitudinis, decem uidelicet ascensionis iuxta columnas, triginta æqualitatis secundum longitudinem domus: decem rursus descensionis iuxta occidentalis parietis tabulas. His ergo consideratis, intueri mensuras cortinarum, quibus tegenda erat domus, qualiter præfatis possint conuenire mensuris. Decem erant cortinae, habentes singulae longitudinis uigintiocto cubitos, latitudinis quatuor, quæ simul iunctæ, & in unum compositæ, tabernaculum implebant de latitudine sua cubitos quadraginta. Suspende igitur cortinas, quæ habent singulae longitudinis uigintiocto cubitos, & pone in domo cuius est mensura in transversum triginta cubitos, & uidebis quia cortinae habebunt in æqualitate, quæ est inter parietes, cubitos denos: in ascensu autem, siue descensu, qui est iuxta parietes, habebunt cubitos nouenos. Sic que sit, ut summities cortinarum terram tangere non possit, sed mensura unius cubiti à terra altior absit. Item uidebis quæ cortinae habent in æqualitate per longitudinem

itudinem domus cubitos triginta: in ascensu autem, siue descensu, qui est in orientali & occidentali latere domus, cubitos quinos. Ideoque eadem literalis summities cortinarum nequaquam ad terram usque pertingit, sed quinis cubitis est terra altior. Vnde necesse sit, ut quini illi cubiti cortinarum, qui cessantibus parietibus supersunt, inducantur ad inuicem in orientali simul & occidentali latere, sibi que mutuò iungantur, ac sic fiat, ut undique domum cortinae excepto uno iuxta terram cubito contegant. Hæc de cortinis. Porro saga tricenos habebant cubitos longitudinis, quaternos latitudinis: & quia undecim erant coniunctæ ad inuicem per latera, quadragintaquatuor cubitos implebant. Pone ergo & has in domo: & quia concordat longitudo sagorum cum funiculo, quo domum metiebaris in transversum, sit ut summities eorum ad terram usque pertingat. Habebunt enim denos cubitos æqualitatis inter parietes, denos aequè ascensionis, siue descensionis in utroque latere. Et hoc est quod ait scriptura, quia cubitus ex una parte pendere, & alter ex altera, qui plus est & in sagorum longitudine, utrumque latus tabernaculi protegens. Tabernaculum namque proprie uocat ipsam cortinarum facturam siue coniunctionem, quas uno utique cubito transiebant saga ab australi latere domus, altero à septentrionali. Ideoque ad terram perueniebant, quia hæc triginta cubitos longitudinis, illæ duo minus habebant. Item mensura sagorum per longitudinem domus quadragintaquatuor cubitis tendebatur, triginta uidelicet cubitos in æqualitate habens à fronte domus usque ad summities tabularum in plaga occidentali, & septem cubitos dependentes à fronte domus, septem similiter dependentes in plaga occidentali. Sic que fuit in mensura sagorum in occidentali latere duobus cubitis, ut excederet mensuram cortinarum: quia nimirum cortinae desuper uenientes, sicut & supra commemorauimus, quinque cubitos eiusdem occidentalis parietis tegebant, & tres relinquebant intactos. Et hoc est quod nunc dicitur: Quod autem superferit in sagis quæ parantur tecto, id est unum sagum, quod amplius ex medietate eius operis posteriora tabernaculi. Medietas namque sagi, in latitudine duo sunt cubiti, ex qua uidelicet medietate cooperiebantur posteriora tabernaculi, id est cortinarum: quæ proprie tabernaculum uocabantur, quia duobus cubitis eas, ut diximus, ad inferiora tendens sagum ultimum transiebat. Item que saga desuper uenientia, septem solummodò cubitos occidentalis parietis cooperiebant: nec tamen tres reliqui, qui remanserunt usque ad terram nudè tempestatum iniurijs patebant: sed adductis ab inuicem ab utroque latere sagis septenorum cubitorum,

qui deficientibus parietibus supererant, his posteriora domus, firmissime ad terram usque contegebantur. Neque autem hæc tantum ad inuicem pertingere, & instar cortinarum sese in medio parietis contingere poterant: sed quia septenorum erant cubitorum, medium parietis in utramque partem duobus cubitis excedebant, ac sibi inuicem superpositæ iungebantur: quod eodem modo per omnia etiam orientali parte domus intelligendum esse putamus, ideoque supra præceptum, ut sextum sagum in fronte tecti duplicaretur. Hæc de re difficilissima, prout nobis intellexisse uisum sumus, strictim explicare curauimus, parati ueriores in his discere, si quinos docere uoluerit. In quibus tamen omnibus pater allegoriae sensus perlucidus. Saga namque cortinas, & desuper & infra, & ex omni latere protegebant: atque ut ille intus libera facie suæ uenustatis fulgerent, hæc ab omni eas iniuria tempestatum, pluuiarum & caumatum foris immunes reddebant: quia nimirum perfecti sanctæ Ecclesiæ propositi, ita uitam fidelium sibi commissorum solerti solent cura circumspicere, ut nec subsidia carnis, nec uitæ spiritualis eis auxilia desint. Absint & dogmata hæreticorum & prauorum exempla catholicorum. Adsit doctrina salutaris, quæ confortati, & sapienter male docentium uerba repellere, & sibi mala ingruentia patienter possint tolerare. Adsit uita ipsorum cœlestis, quæ consistat in tacente lingua, quasi uita semper letione utantur. Repellunt enim saga imbres, oblitunt procellis, arcent solis ardores, cuncta foris aduersantia fortiter abigunt, ut decus cortinarum interiorum intemeratum persistat: cum Augustinus omnia quæ fidem turbare poterant, hæreticorum uenena euacuat: cum Gregorius ea quæ morès bonos impugnant, tentamenta antiqui hostis explicat: cum Cyprianus infirmos, ne in martyrio labantur, pijs confortat exhortationibus: cum alij trenerabiles episcopi ac doctores quæque turbare Ecclesiam poterant, longius tentamenta propellunt, & quæque eisdem sint ad salutem proficua, solerti indagine prospiciunt, quatenus uirtutum conuersatio religiosa fidelium libero corde uirtutibus studere, atque in conspectu sui conditoris & opere præfulgida lucere, & ipsius quoque contemplationi possit oculum mentis intendere. Verum quia inter sanctos prædicatores illi sunt maximo digni honore, qui excepto quoque officio predicationis, & populorum regimini deseruiunt, & pro Christo sanguinem fundunt, rectè subditur:

Operimentum tertium & quartum de pellibus.

CAPVT IIII.

Facies & operimentum aliud tecto de pellibus arietum rubricatis. Arietum quippe uocabulo solent nonnunquam sancti doctores accipi, eo quod sint duces sequentium Domini gregum. Vnde de pulchre Psalmista: Afferte Domino, inquit,

filij Dei, afferte Domino filios arietum. Quod est aperte dicere, Afferte Domino, o angeli Dei, quibus huius officij cura delegata est: afferte Domino in caelos spiritus fidelium, qui per imitationem uiræ & fidei, filij beatorum apostolorum fieri meruerunt. Hinc est quod sexta mansio egressi ex Aegypto populi Dei, Elim, id est arietum cognominatur, in qua erant duodecim fontes aquarum, & septuaginta palmae: ut uidelicet & nomine & specie figuram apostolorum, apostolicorumque uirorum teneret. Rubricatur autem pelles arietum ad operendum tecum tabernaculi, cum apostoli, siue apostolici uiri, usque ad passionem martyrij uerbo doctrinae instare non desinunt: quod utius subiectos ab ingruentibus tentationum periculis protegant, dum ipsi perpeti persecutionem propter iustitiam ad mortem usque non refugiunt. Operiuntque tabernaculum Domini pelles arietum rubricatae, atque ab iniuria tempestatum defendunt, cum sancti praedicatorum exemplo passionis & patientiae suae corda infirmorum, ne in pressuris tribulationum deficiant, muniunt. Et quomodo inter praecipua Christi & Ecclesiae membra, eximium sacra uirginitas locum tenet, apte post uariarum decus cortinarum, post ciliciorum munimina sanctorum, post rubricatas arietum pelles, adhuc additur:

Et super hoc rursus aliud operimentum de hyacinthis pellibus. Hyacinthus namque coelestis est coloris: pellis uero mortui animantis, pars & indicium est. Et quod per pelles hyacinthinas, nisi uirtus exprimitur illorum, qui mortificatis ad purum cunctis concupiscentiae carnalis illecebris, coelestem quodammodo in terris uitam gerunt, atque inter homines positi, angelicam magis puritatem imitantur: & hoc quod tempore futurae immortalitatis cunctis promittitur electis, quia non nubant, neque ducant uxores, sed sint aequales angelis Dei, ipsi adhuc mortali carne retenti, praueire satagunt. Vnde merito tam magnae uirtutis permagnum restat praemium: quia attestante Propheta, Haec dicit Dominus eunuchis, qui custodierint sabbata mea, & elegerint quae ego uolui, & tenuerint foedus meum: dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius a filiis & filiabus: nomen sempiternum dabo eis, quod non auferetur. De quo uidelicet loco ac nomine, & euangelista Ioannes, qui erat unus ex ipsis, refert audisse se cantantes eos canticum nouum ante sedem Dei, quod nemo alius poterat. Statimque adiunxit, Hi sunt qui cum mulieribus non sunt conquinati, uirgines enim sunt: hi sunt qui sequuntur agnum, quocumque abierit. Merito ergo pelles hyacinthinae, supremum in domo Dei locum tenent, colorque coelestis proximam caelo sedem sortitus est, ut chori uirginales, & animi & corporis speciali uicinia agnum secuturi, & hymnorum ei laudes desi-

gnentur cantaturi. Bene autem de uelis cortinarum ac sagorum dicitur, quod & etsi in alto posita, ad terram tamen demissa penderent, quamuis cortinae nequaquam ad terram usque pertingere potuerint. Columnae quoque ac tabulae tabernaculi, etsi in altum erant erectae, bases tamen in quibus starent, habebant in terra positas. At uero de rubricatis atque hyacinthinis pellibus, quod in alto tectum operient, dicitur: quod uero ad terram essent deflectae, non additur: quia nimirum caetera uirtutum species commune aliquid cum his qui in terra adhuc detinentur, habere uidetur: certamen uero martyrij, & decus Deo dicatae uirginitatis, quasi ab infimis ac terrenis rebus suspensum, & supernis ciuibus specialiter constat esse coniunctum. Nam & martyr in tormentis positus, nil aliud toto animo intendit, quam ut omnia quae sunt in hoc mundo, & ipsum simul mundum citius relinquat, atque absolutus doloribus cunctis ad uidentium mundi conditorum, & ea quae ultra mundum sunt, gaudia possidenda perueniat. Et coelibes, dum communem generis humani legem, qua dictum est: Crescite & multiplicamini, & replete terram, intuitu maioris praemij transcendunt, iure uelut altiores ceteris fidelibus, immo ipso mundo sedem sibi eligunt, sicut socialem Ecclesiae conuersationem honore meriti sublimioris antecedant. Vnde de talibus recte scribit Ioannes: Qui empti sunt ex hominibus primitiae Deo & agno. Recte tales Latino sermone uel uirgines, quasi uirtute insignes: uel coelibes, quasi caelo beati cognominantur, id est caeli ciuium in terra uitam imitantes.

Tabulae tabernaculi.

CAPVT V.

Facies & tabulae stantes tabernaculi de lignis setim, quae singulae denos cubitos in longitudine habeat, & in latitudine singulos ac semissem. Ligna setim, de quibus tabernaculum fiebat, imputribiles sunt naturae eximij candoris ac leuitatis, & non multum ab alba spina, nisi tantum magnitudine distantia. Vnde & Hieronymus nonnquam in libro Hebraeorum nominum, sed & in alijs opusculis suis setim absolute spinas interpretatus est. Verbi gratia, Abel setim, luctus spinarum. Non autem facile hoc genus ligni, nisi in desertis Arabiae, ubi tabernaculum aedificabatur, solet inueniri. Vnde Graeci uel Latini interpretes nomen ei aliud praeter Hebraeum ponere nequiverunt, utpote cuius apud eos notitia nulla erat: quamuis quidam qualitatem naturae eius exprimere uolentes, ligna imputribilia transtulerunt. Tabulae ergo tabernaculi apostolos, eorumque successores, per quorum sermonem Ecclesia per orbem dilatata est, designant. Latitudo etenim tabularum, dilatatio est fidei & sacramentorum, quae prius in una Israelitica plebe latebat: sed horum ministerio ad totius orbis plenitudinem peruenit. Quamuis recte

recte in latitudine tabularum, ipsa quoque dilatatio cordis sanctorum ualeat intelligi, per quam mundum despiciere, atque ad appetenda caelestia solent sublimiter accendi, per quam non solum amicos in Deo, sed etiam inimicos gaudent diligere propter Deum. Denique uideamus unam de tabulis tabernaculi, uidelicet apostolum Paulum, qualiter utroque modo se dilatatum insinuet. Dicit de interna, id est cordis latitudine: Os nostrum patet ad uos o Corinthij, cor nostrum dilatatum est, non angustiamini in nobis, angustiamini autem in uisceribus uestris. Tamen filijs dico, dilatamini & uos. Dicit & de illa, qua ad profectum tabernaculi, hoc est sanctae Ecclesiae uti solebat: Ita ut ab Hierusalem per circuitum, usque ad Illyricum repleuerim Euangelium Christi. Factae sunt huiusmodi tabulae de lignis setim, id est spinarum. Spinae uero iuxta eloquium Saluatoris, curae sunt huius seculi, deliciae & uoluptates fallaces. Sed & punctiones peccatorum, non incongrue spinis assimilantur. Hinc etenim scriptum est: Quia spinae nascantur in manibus temulentum, id est in operibus stulti peccata. Quia ergo praedicatorum sancti, & a punctiombus se uitorum expurgare, & omnibus mundi curis ac delectationibus exuere studuerunt, quatenus libera mente in amore Dei & proximi dilatari, atque ad praedicandum uerbum longe lateque possint discurrere: recte dicitur, quia de lignis spinarum tabulae sunt factae tabernaculi, factae sunt namque de spinis, sed his quae omnes spinosos aculeos prorsus exuerant, ac solo candore nitentur. Nam & sancti quique, ac uirtutibus splendentes, etiam cum ipsi peccato sunt primae prauaricationis concepti ac nati, ad ipsos quoque pertinet generalis illa damnatio, qua Adae peccanti dictum est: Terra tua spinas & tribulos germinabit tibi: sed gratia Dei per Iesum Christum spiculis sunt peccatorum omnium exuti, ac digno uirtutum exercitio in structuram domus eius aptati.

Habebant autem singulae tabulae denos cubitos in longitudine, & in latitudine cubitum ac semissem. Longitudo tabularum altitudo est, quae decem cubitos habebat: quia sancti doctores per obseruationem Decalogi legis ad perfectionem tendunt: quia pro perceptione denarii diurni in uinea Christi laborant, id est, illa intentione uerbo doctrinae insistent, ut imaginem in se sui conditoris ac regis, quam Adam peccante perdididerunt, ipso donante restaurent, ut nomen eius, quod peccando amiserant, recte uiuendo recipiant. Solet namque in denario regis nomen & imago contineri. Sed & hoc quod denarius ex eo nomen accipit, quia decem numeris compleatur: statui futurae nostrae beatitudinis apte congruit, quae in uera Dei & proximi dilectione perficitur. Deus namque solet ternario saepe numero propter eam, quae ipse est, Trinitate figurari, homo septenario

quia corpus ex quatuor notissimis habet elementis. Animae uero, hoc est interioris hominis substantia, triplici solet in scripturis distantia comprehendi. Hinc est enim, quod diligere Dominum ex toto corde, tota anima, tota uirtute nostra praecipimus. Bene ergo tabulae, quibus erectis ac stantibus tabernaculum omne continetur, decem cubitos habent altitudinis: quia doctores ac rectores sanctae Ecclesiae hac intentione Deo deseruiunt, ut ipsum anima & carne immortales ac beati in aeternum uidere mereantur, ad hunc finem uitae omnes suos auditores, & uerbo semper & opere prouocare, ac ueluti suspendere contendunt. Quod uero ipsae tabulae cubitos ac semissem in latitudine habebant, plenus ille cubitus perfectionem bonae operationis: dimidium cubiti quod superest, inchoationem diuinae ostendit cognitionis: quia nimirum iusti in hac uita perfecte eleemosynis insistere, orationibus uacare, ieiunijs castigari, ceterisque huiusmodi actibus religiosi possunt operam dare. Deum uero interim fide cognoscimus, sed plenam eius cognitionem in futuro speramus, dicente ipso Deo ac Domino nostro Iesu Christo: Si manseritis in uerbo meo, uere discipuli mei eritis, & cognoscetis ueritatem. Qui rursus ad patrem: Haec est autem, inquit, uita aeterna, ut cognoscant te solum & uerum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Hinc etiam Apostolus ait: Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Nunquid ait, ex parte laboramus pro Christo, ex parte uerbo praedicationis instamus, ex parte bonis operibus seruiamus: Plenum ergo bonis operibus cubitum habent in hac uita electi: sed cubitum beatae retributionis ex parte habent, in quantum gaudia regni perennis, & praesentiam sui conditoris possunt desiderijs praegustare tunc beatificatur, cum fuerit sermo, quem omni electorum populo promissit in fine futurum, dicens: Eripiam eum, & glorificabo eum, longitudine dierum adimplebo eum, & ostendam illi salutare meum.

In lateribus tabulae duae incastratae sunt, quibus tabulae alteri tabulae connectatur, atque in hunc modum tabulae parantur incastratae. In lateribus tabularum uirtutem designat humilitatis in mentibus iustorum, per quam maxime sibi inuicem fraternam charitate iunguntur. Dum enim singuli quique eorum corde contrito & humiliato receptaculum in se proximorum dilectioni praeparant, & diligendi se fratribus merito pietatis ac deuotionis exhibent, quasi tabulae omnes tabernaculi in alterutrum, per incastraturam nexum copulantur: & quidem erecto tabernaculo, ac regulariter ante ordinatae compage tabularum, figura incastraturae non cernitur. Quanta tamen uirtute tabulas sibi met coadunauerit, ipsa parietis inconcussi firma stabilitas ostendit: quia nimirum humilitas cordis

sanctorum, qua sibi alterutrum foederantur, foris hominibus uideri non potest, sed quid intus operetur, ex ipso sanctae Ecclesiae pacatissimo, statu palam omnibus patet. Per quam mira diuinae gratiae dispensationis agitur, ut nos, in quos fines seculorum deueniunt, etiam eos qui in primordio seculi fuerunt fideles, sine ro affectu diligamus, & non minus illos quam eos qui nobiscum in praesenti uiuunt, in sinu nostri amoris suscipiamus, & nos quoque ab illis per complexum charitatis suscipiendos esse credamus. Quod autem iubetur duas in tabulis singulis incastratur fieri, hoc est in utroque latere illarum, dupliciter accipi per figuram potest, ut & in prosperis simulatque aduersis inuiolata erga fratres iura charitatis seruemus, per arma iustitiae, iuxta exemplum apostoli, incedentes a dextris & sinistris, & maiores minoresque, hoc est & eos qui nos in Christo praecesserunt, & eos qui secuti sunt, unius omnes eiusdem quae dilectionis, brachijs tenentes, ad perfectionis fastigia tendamus. Sequitur:

De tabularum tabernaculi positione.

CAPVT VI.

Quarum uiginti erunt in latere meridiano, quod uergit ad austrum, quibus quadraginta bases argenteae fundes, ut binae bases singulis tabulis per duos angulos subijciantur. Quanta fuerit longitudo tabernaculi, specialiter non exprimitur: sed ex eo innuitur, quia parietes eius ex tabulis uiginti compacti essent, & haec singulae singulos cubitos ac semissem latitudinis habuisse perhibentur. Vigin-ti namque cubiti, & uicies semis cubiti, triginta cubitorum summam compleunt, quam fuisse tabernaculi longitudinem etiam Iosephus scribit. Et bene hoc numero tabernaculi longitudo comprehenditur, quia tres sunt uirtutes, in quibus principaliter omnis sanctae Ecclesiae perfectio consistit, uidelicet fides, spes & charitas: quae per decem multiplicantur, ut tricenarius numerus impleatur, dum uirtutibus mentis opera bona funguntur, quae Decalogo legis continentur, ne quis sibi fidem, spem & dilectionem in Deum absque operum executione putet sufficere posse. Quod uero numerus tabularum uicenarius est, & hoc magna sanctorum perfectionis mysterium continet: quatuor enim quini faciunt uiginti. Et cum lex Moisaica quinque libris, gratia autem & ueritas noui Testamenti quatuor sancti Euangelij uoluminibus comprehensa est, merito sancti doctorum uicenario numero exprimitur: quia miro ueritatis consensu, & reuelata atque completa in Euangelio legis arcana manifestant, & praefigurata fuisse in lege Euangelij sacramenta declarant. Dumque & uetus Testamentum in nouo dilucidatur, ac latiori sensu prolatum esse docent, & nouum in ueteri adumbratum, ac multifaria typorum reuelatione praesignatum insinuatur, quasi in latitudine suae locutionis & quatuor per quinque, & quinque

tabularum numerum per quatuor esse multiplicatum demonstrant. Bases autem quibus tabulae sustentabantur, uerba sunt & libri legis & prophetarum, quibus apostoli & Euangelistae, ea quae scribere ac praedicare, esse uera ac diuina probabant. Vnde est illud in Euangelio sapientissime repetitum: Tunc adimpletum est, quod dictum est per prophetam, & hoc autem totum factum est, ut adimplerentur scripturae prophetarum. Et apostolus Petrus de Domino testimonium perhibens adiecit, Et habemus firmiorem propheticum sermonem, cui bene facitis attendentes. Bene autem singulis tabulis binae bases supponuntur, ut consensus propheticae attestationis in omnibus quae apostoli dixerunt, monstraretur. Vel certe binae bases singulis tabulis per duos angulos subijciuntur, ut bene suffultis angulis, tota recte & indeclinabiliter possit tabula consistere: quia omnis apostolici & Euangelici sermonis in prophetis literis & initium praesignatum inuenitur, & finis. Omnis apostolorum, successorumque illorum uita ab initio fidei usque ad terminum uitae praesentis, eiusdem mystici Testamenti ueteris constat inserta esse paginis. Bene autem eadem bases argenteae sunt factae, propter nitorem uidelicet uerbi coelestis: Eloquia enim Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, &c.

In latere quoque secundo tabernaculi, quod uergit ad aquilonem, uiginti tabulae erunt, quadraginta habentes bases argenteas. Binae bases singulis tabulis supponuntur. Latus meridianum tabernaculi, quod uergebat ad austrum, antiquam illam Dei plebem designat, quae lucem scientiae legalis iam dudum accipiens, amore sui conditoris feruere solebat. Porro latus secundum, quod uergebat ad aquilonem, eam quae tenebris ac frigore infidelitatis, usque ad tempus Dominicae incarnationis torpere non destiterat, gentium multitudinem figurat, de cuius uocatione pulchre Dominus per prophetam: Dicam, inquit, aquiloni, da: & austro, noli prohibere. Quod est aperte dicere: Dicam populo gentium diutius sine fide argenti: Da de tuis filijs, qui ad meam fidem confessionis & amoris conueniant. Dicam & plebi Israeliticae, quae iam meae luminis cognitionis fruebatur, Noli prohibere gentes in sortem electionis recipi. Dicam Cornelio & domui eius, fidem & baptismum Christi suscipite. Dicam Iudaeis: Nolite cogere credentes ex gentibus circumcidi, quibus fonte baptismi coniectis, fides & confessio ueritatis ad salutem sufficit. Vnius autem numeri mensurarum & facturarum tabulas utrumque latus habuit: quia nimirum una eademque fides, spes & charitas utriusque populo per apostolos praedicatur, ad una uterque promissa regni coelestis uocatur, de utroque generale praecipuum saluatoris accipiunt, Euntes in mundum uniuersum, praedicate Euangelium omni creaturae: id est & circumfioni & praeparatio. Vbi & absque ulla differentia subinfert: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit.

Ad

Ad occidentalem uero plagam tabernaculi facies sex tabularum, & rursum alias duas, quae in angulis erigantur post tergum tabernaculi. Iosephus scribit de tabernaculo, quod decem cubitos habuerit latitudinis, scribit etiam, quod tabulae eius mensura quatuor digitorum fuerint a terra suspensae. Ex quo uidetur uelle intelligi, quod tantae altitudinis factae fuerint ipsarum bases tabularum. Qui rursus hoc, quod proposuimus, capitulo de ueteribus tabularum ita dicit, Post prioris autem parietis nouem cubitos sex tabulae faciebant, quibus confunctae sunt aliae duae tabulae, ex medio cubito factae, quas angulares posuerunt ad instar tabularum maiorum. Singulae uero tabulae annulos habebant aureos, per exteriores frontes eminentes, uelut quibusdam radicibus confixos per ordinem, ad inuicem per circuitum respicientes, & per eos deaurati uectes immixsi, unoquoque habente magnitudinem cubitorum quinque, erantque ad confunctiones tabularum, intrabat que caput uectis unius cuiusque in alio uectis capite, uelut in modum conchae: & post tergum parietum in longitudine positum unus erat ordo, per tabulas omnes uadens, quo per uncinos utriusque parietis latera continebantur, incastrationibus factis & immixtis ad inuicem. Quod propterea sic exquisitum est, ut neque a uentis moueretur, neque alia causa tabernaculum conturbaretur, sed immobile secunda quiete seruarietur. Haec de litera textu Iosephus. Verum iuxta allegoriae sensum, occidentalis plaga, quae utrumque in se parietem recipiens, aedificium tabernaculi consummat: recte adimplentem totius sanctae uniuersalis Ecclesiae, quae cum fine huius mundi perficitur, designat, ad quam usque fides & operatio recta utriusque populi perseveratura, quasi gemini longitudinis parietis pertingit. Neque enim credibile est, uel ante tempus Dominicae incarnationis unquam defuisse, qui ex gentibus crederent, uel nunc quamuis grauiter damnato ob perfidiam populo Iudeorum, non esse aliquos ex illis, tamen paucissimos, qui inter Christianos exulantes, quotidie credendo ad salutem perueniunt. Quod si quis negare praesumpserit, dicamus quod negari nullatenus potest, quod uidelicet spirituales utriusque Testamenti doctores atque interpretes, qui iuxta sermonem Domini proferant de thesauro suo noua & uetera, usque ad finem seculi sint in sancta Ecclesia permansuri. Et apte tabernaculum in occidentali plaga consummat, in qua diem sol claudere, & cuncta solent astra occidere: propter scilicet, uel obitum uniuscuiusque electi, uel generale totius seculi terminum. Quasi enim occidit ei sol, qui ab hac temporalis luce per tenebras transitoria mortis, ad gaudia lucis & uitae transmigrat aeternae. Quasi occidit omni Ecclesiae sol in occidente, ut uerius in oriente tenebris transeuntibus oriatur, cum finita in aduentu Domini uita seculi praesentis, mox ue-

rum seculi futuri mane, iustis uera dies aeternitatis apparebit. Et quia tunc iustis cum Domino regnabit, reprobi in aeternum pereunt: recte de hac plaga tabernaculi in sequentibus dicitur, quoniam mare respiceret. Significat autem mare rubrum, in quo demersus cum suo exercitu Pharaos, & de quo saluatus Israel a Domino, ad montem Sinai, ubi tabernaculum faceret, ascendit. Respicit ergo mare plaga occidentalis tabernaculi, cum sancta Ecclesia post operum perfectionem coronata, in Christo libero aspectu intuebitur uitia uel poenas impiorum, quas ipso adiuuante cauefecit, Esaia attestante, qui ait: Quia sicut caeli noui & terra noua, quae ego stare facio coram me, dicit Dominus, sic stabit semen uestrum, & nomen uestrum. Et paulo post: Et egredientur, & uidebunt caduera uirorum, qui praeruaricati sunt in me. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Maris namque fluctus profundus, amari & turbulentus, & peccata possunt significare, quibus reprobi in hac uita male delectati intereunt, & futurae quoque barathrum perditionis, cum in ultimo examine in ignem cum diabolo mittentur aeternum. Nec praetereundum, quod tabernaculum cum aedificaretur in monte Sinai, mare rubrum habuit ad occasum: cum introductum per Iesum in terram repromissionis, & collocatum esset in Silo, eadem plaga caeli habuit mare magnum. De quo ita mystice possumus sentire, quod sancti in hac uita Domino seruietes, ei que in corde suo tabernaculum facientes, superbiam impiorum instantiam, quasi citius occasuram fixa mente despiciant: in futura etiam patria cum Domino positi, perpetuam eorum poenam absque ulla suae felicitatis intermissione respiciant: ut eo maiores ei gratias referant, quo non solum fruuntur bonis, quae donauit, uerum etiam intueantur mala, a quibus eos liberauit. Bene autem plaga tabernaculi occidentalis, uel quae mare respicere dicta est, sex tabulis constabat: uel quia senario numero solet perfectio boni operis exprimi, eo quod Dominus in illo mundi ornatu consummauerit, in illo hominem in primordio creauerit, in illo genus humanum sua passione restaurauerit: uel quia sex aetates sunt seculi huius, in quibus oportet nos bonis operibus perfici, ut ad aeternam requiem in futuro, & resurrectionis gloriae peruenire possimus. Nam quod rursum aliae duae tabulae exceptis sex primis, in angulis iurentur erigi post tergum tabernaculi, quae uenientes ab orientali plaga parietem excipiant, & occidentalis plagae parietem coniungant: ad remunerationem futuram pertinet uitae, quae post labores & tempora seculi huius secura est. Quod bifariam diuiditur, in sabbatum scilicet, hoc est requiem animarum sanctarum, post absolutionem corporum, & in gloriam resurrectionis incorruptibilium receptionem

receptionem corporum. Quæ utraque fortitio remunerationis utriusque populi communitis, nullo unquam sine terminatur. Nam & animarum requies superueniente tempore resurrectionis, nullam sui diminutionem, sed augmentum potius accipit, & ipsa immortalitatis coniunctio, carnis spiritusque nostræ in cœlis semper inuiolabilis permanet. Bene autem de eisdem tabulis subinfertur:

Eruntque coniunctæ à deorsum usque sursum, & una omnes compago retinebit. Quia nimirum omnis electorum uita, una eademque fide & charitate, ad cœlestia tendit: in unum eundemque finem diuinæ uisionis peruenit, in una eademque uoce recti dogmatis omnis sanctorum prædicatorum sermo concordat. Dehisceret namque ab inuicem compago tabularum, si quod unus propheta, aut apostolus dixisset, hoc alius negaret. Verum quod concors fabricam Ecclesiæ sermo diuinorum eloquiorum erigit, profectò una omnes tabernaculi tabulas iunctura compaginat, atque ab inuicem seiungi non desinit.

Duabus quoque tabulis quæ in angulis ponendæ sunt, similis iunctura seruabitur. Et erunt simul tabulæ octo, bases earum argenteæ sedecim, duabus basibus per unam tabulam supputatis. Angularæ tabulæ sunt tabulis parietum per omnia coniunctæ, quod futuræ requiæ & immortalitatis gloria præsentis nostræ conuersationi per fidem, spem & charitatem firmissimè connexa est: imò ideo stabilis & inconcussa præsens nostra conuersatio perdurat, quia futuræ donæ retributionis credit, sperat, diligit: quia crebro supernorum ciuium adiutorio, ne flatibus turbulentis immundorum spirituum decidere possit, continetur. Et hæc autem tabulæ, quæ uel perfectionem bonæ nostræ actionis, uel futura pro bonis præmia designant actibus, binis singulæ basibus sustentantur: quia hæc quoque omnia ad confirmationem Euangelicæ & apostolicæ prædicationis propheta sancti futura esse consona uoce prædixerunt.

Veſtes & anuli tabularum tabernaculi.

CAPVT VII.

Facies & ueſtes de lignis setim, quinque ad continendas tabulas in uno latere tabernaculi, & quinque alios in altero, & eiusdem numeri ad occidentalem plagam, qui mittentur per medias tabulas à summo usque ad summum. Veſtes quinque, qui tabulas tabernaculi continent, quinque sunt libri Moſaicæ legis, quorum munimine sancta Ecclesia mirabiliter ab omni tentantium scelerum, sceleratorumque spirituum impulsione tutatur. Et hoc in utroque latere, quia non solum priorè Dei populū littera legis erudiebat ad fidem & opera bona, sed etiam nos noui tempore Testamenti Deo seruientes, eadem littera spiritaliter intellecta, maioris gratia dulcedinis, & in præsentis ad fidem operationem, que uirtutū instituit, & in futuro ad perpetuam remunerationis accendit. Eiusdem quoque numeri ueſtes ad occidentalem sunt pla-

gam, quia ipsam quoque completionem boni operis, quādo ad præmia futura de carne egredimur, lex nobis bene intellecta prædicat. Unde interroganti diuiti, ac dicenti: Magister bone, quid faciam ut habeam uitam æternam? Respondit idem magister bonus: Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Et non illi aliqua legis mandata subdidit:

Ipsaque tabulæ de auribus, & fundes eis anulos aureos, per quos ueſtes tabulata contineant. Tabulæ tabernaculi de aurata præfulgent, cum omnis uita, omnis sermo sanctorum prædicatorum lucem præmonstrat sapientiæ cœlestis, nihilque in eis aliud quā uirtutum decus aspicitur. Anuli autem aurei, per quos ueſtes tabulata continebant, ipsam uitæ cœlestis beatitudinē designant: que propter suæ gloriæ claritatis rectè auro, propter æternitatem rectè circulo comparata. Unde Apostolus de illa: Reposita est, inquit, mihi corona iustitiæ. Quinque autem circulos singulæ habebant tabulæ: non quia quinque partita est distinctio patriæ cœlestis, sed quia eadē perpetua claritas, & clara perpetuitas regni illius in Genesi, eadem in Exodo, eadem in Leuitico, eadem in libro Numerorum, eadem in Deuteronomio scripta continetur. Et quinque anuli aurei singulis tabernaculi tabulis erant infixi: quia corda iustorum multum dilatata per amorem, in omnibus legis Moſaicæ libris non solum correctionem operum, sed & perpetuam supernæ retributionis lucem legunt.

Et fundes eis, inquit, anulos aureos, per quos ueſtes tabulata contineant. Veſtes per anulos aureos tabulata continent, cum uerba sacri eloquii per promissionem regni cœlestis, statum sanctæ Ecclesiæ confirmant: ut eo minus perturbationes mundi timeat, quo certius stabilitatē perpetuam remunerationis didicit. Bene autem de eisdem ueſtibus subditur:

Quos operies laminis aureis. Laminis quippe aureis ueſtes operiuntur, cum uerbis diuinæ legis, quæ esse iuxta litteram sensum fortia uidentur, atque ad confirmandam uitam fidelium aptissima, superior intellectus, id est Euangelica claritate præfulgidus inesse monstrabitur. Ut enim exempli gratia, unum testimonium ponam: cum legimus historiam sancti Noe, quomodo diluuium, quod impios deleuit, mirabiliter cum suis in arca seruatus euaserit: patet omnibus in eo quod Deus diligēs iustitiam, & odio habens iniquitatem, piouenerit de tentatione eripere, impios uero iusta discretionē punire. Ideo que talis lectio instar ueſtium impuribilium tabernaculum Domini continet, quia mentes fidelium uerbis infictæ ueritatis, ab incurſu tentationum præmunet. Verum quasi ueſtes lignei laminis ueſtiuntur aureis, cum hæc eadem lectio per spiritalē intelligētiā sacratoribus plena mysterijs ostenditur, cum arca Ecclesiam catholicam, aqua diluuii baptismum significare dinoscitur:

Mat. 19.

2. Tim. 4.

Mat. 22.

1. Petr. 3.

dinoscitur: munda & immunda animalia, spirituales & carnales quosque in Ecclesia, ligna arcæ leuigata & bituminata, doctores gratia fidei roboratos: coruus de arca egressus nec reuersus, eos qui post baptismum ad apostasiam decidunt: ramus oliuæ per columbam illatus in arcam, eos qui foris quidē, hoc est inter hæreticos baptizati sunt: sed quia pinguedinem castitatis habent, per gratiam sancti spiritus in unitatem catholicam merentur introduci: columba de arca agressa, neque ultra reuersa, eos qui carne soluti, ad liberam lucem patriæ cœlestis peruolant, nequaquam amplius ad labores terrenæ peregrinationis redituri. Circundantur itaque auro ueſtes lignorum setim, cū firmissima sacre scripturæ testimonia per interpretationem mysticā his & huiusmodi sensibus cœlestibus ac spiritalibus probabunt esse perlucida.

Et eriges tabernaculum iuxta exemplum, quod tibi in monte monstratum est. Exemplum tabernaculi Moysi in monte monstratum est, quia commoratus in secreto cum Domino, uidit sublimem angelicæ puritatis & immortalitatis uitā: ad cuius instar, humanam in terra conuersationem, in quantum mortalibus imitari possibile fuit, instituire iubebatur, ut cum exemplo eorum mutua in Deū dilectioni, diuinæ laudationi, unanimitati paci, sinceræ castitati, cæterisque huiusmodi uirtutibus in terra uacaremus, mereremur & in cœlis eorum esse consortes, iuxta promissum Domini, dicentis: Illi autem qui digni habebuntur seculo illo, & resurrectione ex mortuis, neque nubunt, neque ducunt uxores, neque enim ultra mori poterunt, æquales enim sunt angelis & filiis Dei, cum sint filij resurrectionis. Exemplum enim nobis Moyses angelicæ conuersationis, quam in monte conuersionis uidit, præceptis legalibus ostendit, per quorum obseruantiam, & ipsi de ter-

De uelis & columnis tabernaculi, & propitiatorio super arca.

CAPVT VIII.

Facies & uelum de hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto, & bysso retorta, opere plumario, & pulchra uari-

rietate contextum, quod appendes ante quatuor columnas de lignis setim. Uelum hoc, quo tabernaculum diuidebatur mediū, ita positum refert Iosephus: ut uiginti quidem cubi longitudinis ad priorem domum, decem uerò pertinerent ad secundā. Quod per omnia mensuris templi, quod postea factum est à Salomone, liquet esse conueniens. Quod cum esset sexaginta cubitorum longitudinis, & uiginti latitudinis, tertiā longitudinis partem, id est uiginti cubitos ad anteriorem domum, hoc est sanctum sanctorum habebat separatam: ita ut longitudo & latitudo eiusdem domus interioris una esset. Sic ergo tabernaculi pars interior longitudinem & latitudinem similem, hoc est denorum habebat cubitorum. Quid autem idem uelum figuratim exprimat, apostolus ad Hebræos manifestè declarat, ubi & hoc pariter exponit ad sensum allegoricum, quare in priore quidem tabernaculo semper introirent sacerdotes, sacrificiorum officia consummantes, in secundo autem semel in anno solus pontifex, non sine sanguine, quem offerebat pro sua & populi ignorantia. Uelum hoc, cœlum interpretatur. Quod autem in priore tabernaculo quotidie per annum introibant cum sacrificijs sacerdotes, super huius uitæ statu edisserit: ubi sancti Domino sine intermissione famulantes, quotidianos suæ fragilitatis erratus, sine quibus esse in hac uita nullatenus possunt, quotidianis honorum operum uictimis, quotidianis lacrymarum suarum libaminibus, quasi ueri sacerdotes Dei & Christi eius, expiant. Summum uerò sacerdotē, qui semel in anno sancta sanctorum cum sanguine uictimarum ingrediebatur, ipsum intelligit esse pontificem magnum, cui dictū est, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Qui semel oblatas pro peccatis nostris, ipse sacerdos & hostia per proprium sanguinem in ipsum cœlum intrauit, ut appareat nunc uultui Dei pro nobis. Quod autem idem uelum de hyacintho & purpura, & cocco bis tincto, & bysso retorta pulchra uarietate contextum est, quis non uideat etiam iuxta litteram pulchritudini cœlestis congruere uisionis? Si enim decorum flammæ que astrorum, si multifariam nobis speciem, si ipsam irim consideras, mille trahentē uarios aduerso sole colores, non ne uideris tibi multo plures ac pulchriores, quàm uelo tabernaculi intexta sunt, inditas cœlo colorum notare picturas? Quatuor autem columnæ, ante quas appesum est hoc uelum, cœlestium sunt potestates agminum, quatuor uirtutibus eximijs præclaræ, de quibus & supra diximus, hoc est fortitudine, temperantia, prudentia & iustitia. Quæ quidem uirtutes aliter in laboribus & arumnis uitæ huius à nobis, aliter in cœlis seruantur ab angelis & animabus sanctis. Ibi namque regnantia præsens uidetur esse subditum iustitiæ. Est & hoc immortalis omnino iustitiæ, nullum

Psal. 109.

nullum bonum Deo præponere, vel æquare, prudentiæ: Deo firmissimè coherere, fortitudinis: nullo defectu noxiò delectari, temperantiæ. Hic autem, quòd ait iustitia in subuenièdo miseris, quòd prudentia in præcauendis insidijs, quòd fortitudo in perferendis molestijs, quòd temperantia in coercendis delectationibus prauis, nò ibi erit, ubi nihil omnino erit mali. Bene autem hæc columna de lignis setim sunt facta, uel quia spiritus angelici incorruptibilis naturæ & immortalis sunt conditi, uel quia absq; peccato conditi, intemeratam sive conditionis puritatem semper custodiunt. De quibus aptè subditur:

Quæ ipse quidem deauratæ erunt, & habebunt capita aurea, sed & bases argenteas. Deauratæ quippe sunt columnæ: ante quas appenderetur uelut: quia positæ intra uelum cœli uirtutes angelorum, summæ claritatis sunt gratia uestitæ. Capita habent aurea, quia mentem qua reguntur, habent præsentia diuinæ cognitionis ac uisionis illustratam. Habent & bases argenteas: quia omnis eorum natura in hoc, quasi fundamento specialiter subsistit, ut laudes hymnorum suo conditori decantet, ut uoluntatem eiusdè conditoris, nobis adhuc in terra peregrinantibus, quasi extra uelum positis, suis conciuibus narret. Vnde & ipsi de terra congratulantes eorum laudibus sedulo, quasi uoce exhorratoria dicere solemus: Benedicite Dominum omnes angeli eius, potentes uirtute, qui facitis uoluntatem eius. Auro namque sæpe in scripturis sapientiæ splendor, argento uero ostendi uerborum consueuit.

Psal. 102.

testimo. 111.

Mat. 24.

Hier. 8.

2. Petr. 3.

Inseretur autem uelum per circulos, intra quod ponet arcæ Testamenti, quo sanctuarium, & sanctuarij sanctuarium diuidentur. Circuli, quòd neque initium habere, neque finem uidentur, nonnunquam in scriptura sacra pro æternitate poni solent. Et aptè uelum, quo cœlum figuratur, per circulos suspensum esse perhibetur: uel quia in æterno erat consilio diuinitatis, quãdo mundus crearetur, in quo primum atque eximium locum habet natura cœlestis: uel quia ita factum est firmamentum cœli, ut nunquam factura eius solueretur. Nam quod Dominus ait, Cœlum & terra transibunt, de cœlo est æthereo accipientia. De quo Hieremias: Miluus, inquit, in cœlo cognouit tempus suum. Illud namq; cœlum in iudicio igne perituum est, quod in diluuiuo constat esse perditum, Petro attestante, qui ait, Cœli erant prius & terra, de aqua & per aquam consistentes uerbo Dei, per quæ ille tunc mundus aqua mūdatus perijt: cœli autem qui nūc sunt, & terra, eodem uerbo repositi sunt, igni reseruati in diem iudicij. Intra hoc uelum templi posita est arca Testamenti: quia mediator Dei & hominū, homo Christus Iesus, qui solus paternorum est cōscius arcanorum, post passionem suam resurrectionemq; à mortuis, super cœlos cœlorum ascendens, sedet ad dexteram patris. Hoc uelo sanctuarium, & san-

ctuarij sanctuarium diuiditur: quoniam Ecclesia, quæ ex angelis sanctis & hominibus constat, partim adhuc peregrinatur in infimis, partim in æterna patria regnat in supernis, adhuc ciues suos dirimente uelo cœli habet ab inuicem segregatos.

Pones & propitiatorium super arcam testimonij in sancta sanctorum. Aptè propitiatorium super arcam positum esse dicitur: quia ipse mediator Dei & hominum specialiter à Deo patre donatus est, ut esset propitiatio pro peccatis nostris. Vnde etiam Paulus dicit: Iesus Christus, qui mortuus est, imò qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.

Rom. 8.

Mensa & candelabrum in latere tabernaculi meridiano. Mensa enim stabit in parte aquilonis. Mensa & candelabrum tabernaculi, temporalia Dei beneficia designant, quibus in præsentem reficimur & illuminamur, ut his interim cōfortati & adiuti crescente gratia meritorum, ad panem angelorum in cœlis manducandum, & ad uideendam ueram mundi lucem intrare ualeamus. Quæ sunt ambo extra uelum: quoniam in hac solummodo uita, uel scripturis sanctis ac doctoribus, uel cæteris redemptionis nostræ sacramentis opus habemus: in futuro autem seculo, ubi Dominus palam de patre annuntiabit nobis, id est palam patrem ostendet nobis, & ubi, sicut Ioannes ait, uide-

1. Ioan. 3.

bimus sicut est: non iam opus erit externo salutis adminiculo, cū inhabitans in electis suis Deus omnipotens intèrius, sicut lux uita illustrat, & sicut panis uite satiat, quos introducens in gaudium regni sui perpetua beatitudine sublimat. Diximus autè supra, quia latus tabernaculi meridianum antiquam Dei plebem significaret, quæ prior lucem diuinæ cognitionis, feruoremq; diuinæ dilectionis accipit: pars uerò septentrionalis eiusdem tabernaculi, congregatam de gentibus Ecclesiam, quæ diutius in tenebris & in umbra mortis remanserat, indicaret. Vnde recta distinctione etiã candelabrum, quod in parte australi collocatur, potest gratia, quæ priori populo data est, insinuare: mensa uerò quæ in parte aquilonis stabat, ea quæ nobis sunt donata, Dei beneficia designare. Rectè candelabrum contra mensam positum esse dicitur: quia nimirum scriptura legis & prophetarum per omnia ad gratiam Euãgelij respicit: huic uidelicet testimonium perhibens, & per hanc se sensu spiritali reuelandam esse significans.

Tentorium in introitu tabernaculi, & columnarum eius descriptio.

CAPVT IX.

Facies & tentorium in introitu tabernaculi de hyacinto & purpura, cocco que bis tincto, & bysso reorta, opere plumario. Expleta narratione de uelo, quod sanctuarium, & sanctuarij sanctuarium diuidebat, redit exponere de orientali latere sanctuarij, quod intermisisse ad tempus uidebatur, cum cætera eius latera, australe uidelicet, septen-

septentrionale & occidentale describeret. Tentorium ergo in introitu tabernaculi pulchra colorum uarietate contextum, primitiua est decus Ecclesiæ, diuersis uirtutū floribus glorificum: de quibus scribit Lucas, Quia multitudinis credentium erat cor & anima una, & non erat separatio in eis ulla: nec quisquam eorum quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, & cætera. Inerat namque ei hyacinthus, quia cœlestia cogitare, cœlestem in terris uitam ducere solebat. Inerat purpura: quia mori erat parata pro Christo. Inerat coccus bis tinctus: quia Dei & proximi dilectioe flagrabat. Inerat & bysso retorta: quia continentia carnis & castitate gaudebat.

Act. 4.

Ibidem.

Galat. 2.

Et quinque columnas de aurabis lignorum setim, ante quas ducetur tentorium. Columnæ quibus tentorium suspēdebatur, sancti sunt doctores, de quibus Lucas consequenter adiungit: Et uirtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi Domini nostri. Quorum mens quanto robustius ipsa ad superna erigitur, tanto firmiter docendo, & alios ad amorē supernorū sufficit attollere. Sicut enim Apostoli & apostolici uiri per tabulas possunt rectè designari, propter latitudinem uel doctrinam, qua euntes in mundum uniuersum prædicant Euangelium omni creaturæ: uel charitas, quam non solum usque ad amicos, sed usque ad diligendos etiam ipsos extendunt inimicos: & orationibus ac beneficijs prosequendos eos, qui se odio habent: ita etiam propter inexpugnabile robur cordis, & intentionem ad cœlestia semper erectam, nò inconuenienter uocabulo & factura columnarum figurantur, Apostolo attestante, qui ait: Iacobus, Cephas & Ioannes, qui uidebantur columnæ esse. Quæ nimirum columnæ bene quinque sunt factæ propter totidem libros legis, quibus necesse est, ut sancti doctores suæ uerbo prædicationis communicent, & maximè qui primitiua instituire Ecclesiam, quæ ex Hebræorum populo congregata, sola Mosatæ legis autoritate nouerit institui, cum necdum Euangelica & apostolica, per orbem scriptura effulgeret. Bene autem eadem columnæ de lignis setim quidem factæ, auro iubentur operiri, ut insinuentur prædicatores sancti, & firmitate cordis intus integri, atque in nullo deficientes, & operum claritate forinsecus esse debere cōspicui. Vel certè columnæ lignorum setim deaurantur, cum ipsæ doctores fortitudinem suæ actionis diuino semper adiutorio progendam docent, cum in omnibus quæ faciūt, gloriam patris, qui est in cœlis, requirant: cū in uniuersis quæ loquuntur, Christum sonare gaudent, dicentes: Nò enim nosmetipsos predicamus, sed Iesum Christum Dominum nostrum, De quibus aptè subditur:

2. Cor. 5.

Colos. 1.

Quarum erant capita aurea, & bases aeneæ. Aurea quippe capita illum designant, de quo dicit Apostolus: Et omnia constant in ipso, & ipse

est caput corporis Ecclesiæ, qui est principit & primogenitus ex mortuis. Neque incongruū uideatur per quinque capita columna: unum caput Ecclesiæ Christum figurari, tot enim fuere capita, quot columnæ: quia nimirum idem ipse Dominus Christus omnium sanctorum caput est, in se quidem ipso manens, semper equalis atq; indiuisibilis, sed singulis quibusq; electis gratiam sui spiritus pro accipiendum capacitare diuidens. Vnde non solū omni generaliter Ecclesiæ, uerum etiam specialiter unicuiq; membrorum eius, licet illud propheticum cum fiducia proclamare: Nunc autem exaltauit caput meum super inimicos meos. Cuius nimirum capitis significantiæ conuenit aptè, quòd eadem capita columnarum nò deaurata, ut columnæ & tabulæ, sed aurea fieri iubentur: quia sancti quidem omnes particeps sunt facti spiritus sancti & gratiæ cœlestis, ipse autem plenus erat gratiæ & ueritatis: & sicut præcursor suus de illo aiebat, Non enim ad mensuram dat Deus spiritum. Pater enim diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Bases autem aeneæ, prophetæ sunt, quorum attestatione apostolorum sermo confirmatur. Et bene aeneæ, uel propter insuperabilem mētis prophetiæ fiduciam: uel quia sermo eorū senescente, siue trāseunte mundo, nulla unquā uetustate potest cōsumi. Neq; enim uenit Dominus soluere legem aut prophetas, sed adimplere. Habent enim columnæ tabernaculi bases aeneas, habent aurea capita: quia nimirum Apostoli & apostolici uiri uerbis prophetarū in fide sunt confirmati, & ad uideendam faciem sui conditoris supernorum desiderio erecti. Item capita aurea, sed bases habent aeneas: quia quæcunq; per Dominum cœlesti sibi autoritate data perceperunt, cuncta hæc pridè prophetico eloquio prædicta esse sacramenta didicerunt. Sanè, quia de orientali plaga loquimur, uidetur opportunum commemorare aliquam de expositione uetis illius singularis, quem ab angelo tabularum, ad angulum usq; parietis alterius porrectum esse, ac totam parietum cōstantiam, ne ui & impulsu procellarum cōcuti, atque huc & illuc posset in fluctibus continere iam diximus. Scriptum est in sequentibus sacrae historie, ubi omnia quæ Dominus imperarat, Moyses expleuisse narratur.

Uetus qui ab angulo usque ad angulum perueniebat.

CAPVT X.

Fecit quoque uetem alium, qui per medias tabulas ab angulo usque ad angulum perueniret. Hic ergo uetis à prima tabularum summitate usque ad alterius lateris summitatem, per decem cubitos latitudinis tabernaculi protentus esse credendus est, capite utroque firmiter tabulis impoitus, ut per hoc & tabernaculi plaga, quæ non fixa quàm cætera, uetò licet impellente, persisteret. Cuius uetis si etiam sacramentum sci-

Isa. 26.

Ioan. 3.

Exod. 36.

re desideras, ipsum absque omni ambiguitate redemptorem nostrum figurate denunciat. Qui quasi ab angulo usque ad angulum peruenit: quia a plebe Iudaica, quam prius elegit, sese ad saluandam etiam gentium multitudinem propitius extendit. Vnde merito, sicut in prophetis lapis angularis, ita etiam in lege ueritatis angularis potest recte nuncupari. Lapis uidelicet angularis, propter templum, quod de lapidibus uiuis Deo construitur: ueritatis uero angularis, propter tabernaculum, quod ei de lignis impuribilibus, hoc est de animabus electorum corruptionis labe carentibus edificatur.

Altaris holocausti, & uasorum eius descriptio.

C A P V T X I.

Escia 28. **Exod. 27.** Facies altare de lignis setim, quod habebit quinque cubitos in longitudine, & totidem in latitudine, id est quadratum, & tres cubitos in altitudine. Hoc altare, quod proprie holocausti uocabitur, corda electorum designat, quae ad offerenda Deo sacrificia honorum operum ipsius sunt dono consecrata. Quod apte de lignis setim fieri praecipitur: quia munda & incorrupta decet esse corda & corpora, in quibus spiritus Dei habitet. Habet quinque cubitos longitudinis, & totidem latitudinis, cum fidelis quisque omnes sui corporis sensus in longitudine patientiae, & in latitudine charitatis exercere satagit: ut in omni suo uisui, auditui, gustui, olfactui & tactu semper se diuino meminerit participatum esse seruitio: iuxta illud Apostoli, Siue manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Habet & tres cubitos altitudinis, cum eadem corda electorum per fidem, spem & charitatem ad caelestia tendunt.

1. Cor. 10. Cornua autem per quatuor angulos ex ipso erunt, & operies illud aere. Quatuor angulos habet altare holocausti, quia per quatuor mundi plagas sancta dilatur Ecclesia, quae propter unum cor, & animam unam totius credentium multitudinis recte factura unius designatur altaris: ex quo uidelicet altari cornua sunt quatuor, cum quatuor uirtutibus saepe ante dictis iustorum corda muniuntur. De quibus in laude sapientiae dicitur: Sobrietatem enim & prudentiam docet, & iustitiam & uirtutem: quibus utilius nihil est in uita hominis. Haec cornua ex ipso altari producuntur, cum munimenta uirtutum fideles non specie tenus, & ad faciem hominum ostentant: sed ex intima sui cordis radice Deo teste generant. Cornua sunt quatuor per quatuor angulos altaris, cum in omnibus mundi terminis Ecclesia, uirtutum potentia spiritali cunctis hostium insidijs inuiolabilis persistit, imò ipsa cunctis se impugnantibus fortior efficitur. Quod uidelicet altare operietur aere, cum uirtus cepta fidelium perseueranter usque ad finem firma tenetur: quia enim aeris metallum longo solet tempore incorruptibile durare, recte

per hoc uirtus ualet perseuerantiae designari. Si quem uero mouet iuxta literam, quomodo ligna altaris tanto igne uicino incombusta permanere potuerint, accipiat beati Hieronymi de hac quaestione responsum. Altaris, inquit, ligna, quae de lignis paradisi sunt, non cremantur igne uicino, sed puriora redduntur. Nec mirum hoc de sanctuario & interioribus templi, & altari thymiamatis credere, cum etiam amianton, quod ligni genus est, uel ligni habens similitudinem, quanto plus arserit, tanto mundius inuenitur.

Heb. 9. Facies que in usus eius lebetas, ad suscipiendos cineres: & forcipes atque fuscinulas, & ignium receptacula: omnia uasa ex aere fabricabis. Vasa altaris diuersa, uel diuersas fidelium personas, uel certe multas ipsorum actiones, siue cogitationes in famulatum sui conditoris dispositas accipere debemus. Et quidem primo lebetas, ad suscipiendos cineres facere praecipitur. Cinis autem hostiarum, quod in magno mysterio debeat accipi, testatur cinis uitulæ rufæ aspersus: qui etiam Apostolo teste inquinatos sanctificabat ad emundationem carnis: in quo ipse praefiguratum intelligit sacramentum Dominicae passionis. Tempus autem & acceptionem passionis Christi, designat cinis cremata, quae nos in perpetuum purificans saluat. Ergo crematio uitulæ rufæ ipsa, qui ad emundationem immundorum seruabatur, mysterium iam completa eiusdem passionis, quo nos quotidie a peccatis nostris expiamur, insinuat. Quia ergo omnia sacrificia & uictimae quae incendebantur in altari, uel passionem Domini, uel deuotionem sanctorum eius flamma charitatis ardentem, figurate denunciat: merito cinis holocaustorum, uel consummationem Dominicae passionis, uel certe perfectionem exprimit uirtutis iustorum: cum toti in Dei seruitium per ignem sancti spiritus oblatis, ipsa iam bona opera finire, & ad percipiendum operum praemia in aeternam uitam rapi meruerunt. Quod ut manifestius fiat, uideamus quid de cineribus holocausti Moyses dicat: Haec est, inquit, lex holocausti: Cremabitur in altari tota nocte usque mane. Ignis ex eodem altari erit. Vestietur sacerdos tunica, & foeminalibus lineis. Tollensque cineres, quos uorax ignis exussit, & ponens iuxta altare, spoliabitur prioribus uestimentis, indutusque alijs efferet eos extra castra: & in loco mundissimo, usque ad fauillam consummabit. Ignis autem in altari semper ardebit. Holocaustum ergo cremabitur in altari, cum in corde cuiuscunque electi, qui seipsum totum, & carne uidelicet, & corde Deo uouerat, opus bonum feruente charitatis igne patatur. Quod uita sic nocte usque mane, cum quis toto uita huius tempore, usque dum raptus e corpore, futuri mane seculi uidere meruerit, bonis insistere

Heb. 9.

Leuit. 6.

re non cessat operibus. Ignis ex eodem altari erit: quia illa solum charitate, quam Ecclesiae suae Dominus per spiritum sanctum tribuit, ardere debemus. Denique filij Aaron, quia ignem alienum Domino offerre, & non eum qui semel de caelo datus est, uoluerunt, mox igne caelesti perempti sunt: quia nimirum quicumque opera caelestia non caelestis intentione mercedis, sed temporalis intuitu fauoris, aut commodi faciunt, sententia irae caelestis feriuntur. Vestietur sacerdos tunica, & foeminalibus lineis, sacerdos qui offert holocaustum, Dominus est: quia in nobis ipse ignem suae charitatis accendere, ac per huc hostias bonae nostrae actionis sibi imet acceptabiles facere consuevit. Et haec faciens uestitur lineis indumentis: quia ut nos ad opera uirtutum excitet, ex nobis suae incarnationis, passionis & mortis proponit, quae per lignum significari potest: sicut dicitur. Tollit autem idem sacerdos cineres, quos uorax ignis exussit, & ponit iuxta altare, cum Dominus finem laboriosis operibus imponit, neque iustos de hac uita raptos ultra pro uita aeterna certare, sed coronam iustitiae in uita aeterna iubet accipere. Ponens etenim cineres iuxta altare, spoliabitur prioribus uestimentis, cum ad memoriam iustis, quae fecerunt bona reducens, non eis amplius habitum suae passionis imitandum ostendit: sed induitur alijs uestimentis, illis uidelicet, de quibus in Euangelio dicit ipse: Amen dico uobis, quod praecinget se, & faciet illos discumbere: id est, ad aeternam se remunerationem praeparabit, & illos in aeterna quiete refoueri. Indutus uero alijs uestimentis efferet cineres extra castra, cum paratus ad remunerandum laborem electorum suorum Dominus, quicquid boni gesserant, iam in illa facit uita uideri hinc ablaturum. Nec ab re est loco extra castra posito uitae perpetuae ingressum figurari, cum & Dominus dicit: Per me si quis intrauerit, saluabitur, & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet. Et Psalmista: Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum: Introitum uidelicet, in hanc Ecclesiae uitam; exitum uero, in illam ubi pascua inueniuntur aeternae satietatis. Non ergo inepte locum extra castra positum, in illa intelligimus uita, praesertim cum ibi locus mundissimus esse dicatur, quod in hac uita fieri nullatenus posse perspicuum est. Locus ergo mundissimus extra castra, ipse est animus iustorum ex hac uita sublaturum, & in alia uita gaudentium. In quo uidelicet loco cinis holocausti usque ad fauillam consummatur, cum ita ibi operum honorum merces redditur, ut labor omnis ad integrum consummatur: iuxta illud Apocalypsis sancti Iohannis, qui cum de retributione praemiorum dixisset, Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipsi populus eius erunt, & ipse Dominus cum eis erit eorum Deus: continuo de abolitione laborum

Luc. 12.

Ioh. 10.

Psal. 110.

Apoc. 21.

omnium subiecit, atque ait, Et absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor: neque dolor erit, quia prima abierunt. Et quia cessante operum labore bonorum, ipsa charitas, per quam operabantur, nunquam cessabit, imò flagrantior exardescet, cum ipse quem diligimus, in aeternum uidebitur: recte subditur, Ignis autem in altari semper ardebit. Et paulo post, Ignis est iste perpetuus, qui nunquam deficiet de altari. Consummato ergo usque ad fauillam holocausto, ignis nunquam de altari deficiet: quia de absumpto perfectum omni genere laborandi, sola charitas perpetuo nunquam extinguenda flagrabit. Haec de lege holocausti latius diximus propter lebetas altaris, qui ad suscipiendos cineres hostiarum fieri iubebantur. Lebetes ergo cineres sanctos suscipiunt, cum fideles quisque, uel exempla ac sacramenta Dominicae passionis, ad custodiam sui pia mente retrahant, uel certe exitum praecedentium iustorum diligenter aspicunt, qui magnis pro Domino elaboratis agonibus, nunc cursu consummato, de percepto iam brauiio sine fine laetantur, quatenus consideratis maiorum uirtutibus, & ipsi magni fieri possint, iuxta praecipitum Apostoli, dicentis: Memento re praepositorum uestrorum, qui uobis locuti sunt uerbum Dei, quorum intuentes exitum conuersationis, imitami fidem. Post lebetas autem forcipes atque fuscinula, & ignium receptacula fieri iussit. Forcipes ad emendandam altaris ignem fieri debere credendum, Vnde per eos recte sancti praedicatores designant, qui ignem in nobis charitatis, quasi in altari Dei accendere suis exhortationibus solent. Namque hi uelut gemino dente forcipes, ad hunc ignem accendendum titiones in altari componunt: quando consonis utriusque Testamenti nos paginis instituunt, & eloquia ueritatis in nostro corde, quibus amplius ad aeternorum desideria inflammentur, colloquant. Vel certe forcipe, duplici uidelicet ferramento, sacerdotes ignem altaris emendant, cum in omnibus que docent praedicatores sancti, uirtutem nobis gemine charitatis infundere, & huius gratia nos ardere simul & lucere praecipunt. Fuscinulae, quae Graece uocantur creagrae, ad hoc in ministerio habebantur altaris, ut carnes uictimarum per eos de calcarijs coctae proferrantur, atque ad esum eorum qui his erant reficiendi, adferrentur. Quarum usus aequè sanctorum praedicatorum figura congruit, quorum ministerij est, animas fidelium uerbo fidei reficere, & iuxta regulam Apostolicae discretionis, rudibus adhuc discipulis rationabile, & sine dolo lac doctrine simplicis adhibere, perfectioribus autem solidum cibum doctrinae sublimioris ministrare. Quicumque enim sacramenta Christi summatim agnoscere, atque ad imitationem suscipere norunt, hi quasi car

Heb. 13.

1. Pet. 2.

Heb. 3.

nibus hostiæ salutaris refecti satisfatur. Et quia doctorum est spiritualium, quæ cuique personæ mysteria audienda committant, solertissimè discernere: rectè fuscinulas facere iubebetur sacerdotibus Moyses, quibus carnes hostiarum prout oportuerit, componant, & alia quidem hominibus, sed mundis edenda offerrent, alia uerò altaris ignibus consumenda relinquant: quia sunt in uerbis Dei nonnulla, quæ nostræ humilitati reuelare, ad nostræ epulas refectiois concedere dignatus est: sunt item alia tantæ profunditatis, quæ sancti spiritus solummodo scientiæ pateant, nostræ uerò capacitatis per omnia mensuram transcendant. Porro ignium receptacula, ad hoc deputata sunt, ut per hæc ignis sanctus ab altari holocausti ad altare thymiamatis uespere & mane, ad incensum ponendum deferretur: quæ & ipsa patenter figuram tenent doctorum, qui tanquam ignem de altari holocaustorum ad altare deferunt incensi, cum suos docent auditores ad uirtutem semper proficere, meritis que crescentibus paulatim ad altiora & interiora diuinæ uisionis arcana penetrare. Sed & omnes qui feruentia pietate corda proximorum uidentes imitari festinant, quasi receptacula ignium fiunt: quia flammam cœlestis sacrificij, quam in fraternis conspiciunt, in suis quoque accendere mentibus fatagunt. Quæ nimirum cuncta ex ære uasa fiunt, cum deuotio fidelium perseveranter diuinis curat obsecundare præceptis: uel certè cum hoc, quod ipsa rectè agit, proximis quoque agendum clara uoce seculæ exhortationis infonat, æternamque non inquam, ut sæpius dictum est, & propter diuturnitatem suæ incorruptibilitatis, perseverantiam mentis fidelium, & propter claritatem soni uocè solet designare doctorum.

Craticulæ altaris holocausti, anulorum ac uectium descriptio.

CAPVT XII.

Cratulam quoque in modum retis æneam, per cuius quatuor angulos erunt quatuor anuli ænei, quos pones subter arulam altaris. Eruntque craticula usque ad altaris mediū. Altare quidem totum cauum fieri præceptū est, ut in sequentibus manifestius edocetur. Sed in medio sui habens craticulam per totū, in modum retis distinctam, in qua uictimarū carnes comburenda imponerentur: & subter eam arulam, in qua compositis lignis arderet ignis, semper ad deuoranda superposita holocausta paratus. Erat enim contra arulam ostiū in pariete altaris orientalis, unde uel ligna ad alēdum ignem immittit, uel carbones & cineres possent egeri, quomodo in pictura Calsiodori senatoris, cuius ipsa in expositione psal-morum meminit, expressum uidimus: in qua etiam utriusque altari, & holocausti uidelicet & incensi, pedes quatuor fecit. Quod utrunque eum, sicut & tabernaculi & templi positionē,

à doctoribus Iudæorū didicisse putamus. Habet ergo altare Dei in medio sui craticulā, ad suscipienda holocausta paratā: quia præparat electi locum Domino in intimo sui cordis affectu, ubi deuotas ei cogitationes collocent. Habet arulam subter craticulam, in qua ligna & ignem holocaustorum suscipiat: quia eadē ipsa electorum corda receptaculum in se præparant auditui uerborum cœlestium, quibus calefacti, imò & inflammati per donum sancti spiritus, grata Deo referant uota cogitationū piarum. Ligna namque arulæ altaris sacerdos imponit, cum doctor quisque desiderantibus atque inhiantibus quærentibus fidelium mentibus sanctarum testimonia scripturarum, quibus amplius in fide ac dilectione confirmetur, ingerit. Addit & ignem lignis, cum intellectum uerbi, atque efficaciam piæ operationis à Deo quærendam edocet. Ardēt que ligna in altari, cum charitas Dei diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Atque hoc igni superpositum consumitur holocaustum, cum uniuersa quæ bene agere disposuimus, donante gratia sancti spiritus per uirtutem dilectionis Deo acceptabilia redduntur. Unde bene craticula, quæ holocausta gerat, instar retis fieri præcipitur: quod per crebras illius aperturas ignis suppositus, ad consumendas omnes hostiarum partes liberè penetret. Sic etenim & omnino necesse est, ut nequaquam obduremus corda nostra, neque obseramus more Pelagianorū aduersus gratiam Dei: sed diligenter aperiamus ea, & quasi plurimis simul patefactis ianuis seduli deprecemur, ut per omnia quæ inchoamus, uel agere desideramus bona, quasi per singula uictimarum eius frustra, sua nos misericordia illustrare, & in amorem ipse suū accendere dignetur. Namque Pelagiani, qui sine gratia Dei se aliquid boni perficere posse præsumunt, non in altari sui cordis maculosa instar retis craticulam igni sacro superponunt: sed quasi parietem potius solidum inter se & ignem sancti spiritus, ne quando in dilectione calefiant, interponunt. Quatuor autem anuli ænei, qui per totidem anulos altaris fieri iubentur: quatuor sunt Euangeliorum libri, qui aptè anulis assimilantur, quia perpetuam auditoribus suis coronam uitæ promittunt. Aptè ænei sunt: quia in omnem terram exiuit sonus eorum. Aptè per quatuor angulos altaris positi, ut Ecclesiam fidelium per omnes mundi plagas diffusam, uerbo fidei & ueritatis confirmet. Aptè subter arulam altaris infixi, ut animos humilium munimæ suæ consolationis alleuent.

Facies & uectes altaris de lignis setim duos, quos operies laminiis æneis. Vectes quibus altare portabatur, doctores sunt, qui sanctam Ecclesiam, quasi portare solent, dum fidem ac sacramenta ueritatis: uel eis, qui nesciebant, prædicantes: uel in eis, qui iam nouerant & acceperant,

perant, confirmantes roborāt. Qui quoniam non sua prædicant, sed ea quæ sunt Iesu Christi, non doctas fabulas secuti, sed cognitam cœlesti oraculo uirtutem Domini nostri mundo notam faciunt: aptè uectes, ut portare queant altare, mittuntur in circulos. Vectibus namque altare Domini per circulos portare, est sanctis doctoribus corda fidelium per uerba Euangelij, quæ nec celo & terra transiuntibus præteribunt, exhortando erigere. Duo sunt autem uectes, ut utriusque populo, & Iudæo uidelicet & gentili, uerbum prædicetur. Quod ipsum sequentibus quoque uerbis astruitur, cum subinfertur:

Eruntque ex utroque latere altaris ad portandum. Erunt enim doctores, qui Iudæam: erunt qui gentilitatem in unum eandemque fidei gratiam confono ore & opere aduocet. Vel certè ex utroque latere altaris ad portandum erunt uectes, cum mentes fidelium sancti prædicatores, & in prosperis & in aduersis inconcussam tenere uirtutum constantiam docent, ne aut hæc blandiendo extollant, aut illa terrendo conturbent.

Non solidum, sed inane & cauum intrinsecus facies illud. Idcirco altare non solidum, sed inane & cauum fieri præceptum est, ut copiosum haberet locum, ubi uel ignem sacrosanctum, & ligna ad ignem, uel holocausta que igni erant consumenda, reciperet. In cuius exemplum, & tu si uis esse altare Dei, exinani te ipsum, & euacua ab omni contagio rerum mundanarum, quatenus in teligna uerborum cœlestium, & hostiæ uirtutum locum possint habere sufficientem. Capias que flammam sancti spiritus, qua eadem hostiæ Domino consecrentur, & ad finem perfectionis firmum producantur. Vbi aptè in conclusione subiungitur:

Sicut tibi in monte monstratum est. Nam cuncta quæ nobis mysticè in altaris & tabernaculi totius constructione facienda signauit Moyses, prius in illa cœlesti conuersatione, in qua cum Domino diebus quadraginta perman-sit, facta à supernis ciuibus indefessa, & perenni obseruatione cernebat. Neque enim dubitandum est, eum potuisse ante solum Dei uidere altare illud sacrosanctum, quod uidere meruit Esaias, uiuis carbonibus internæ charitatis plenissimum uidere, & forcipes sanctos: quos idem uidit propheta, & quorum uno tulerat angelus carbonem de altari, quo eius labia purgaret, eiusdem que gratia spiritus, quo angeli inflammantur ad amandum semper Deum in cœlis, & hominibus in terra, & dimittuntur peccata, & uirtutum dona conceduntur. Itaque altare cauum & inane fieri iubetur, sicut Moysi in monte monstratum est: quia sicut angeli ac spiritus iustorum in cœlis uacui à peccatis, & pleni sunt pietatis ac iustitiæ, ita & nos in terra pro modulo nostro declinare à malo, & facere bonum debe-

mus. Quod ipsum exhortationibus apertis uerbis cœlestis, item & mysticis tabernaculi ac uasorum & carimoniarum eius figuris semper agere docemur.

Atrium & uasa tabernaculi.

CAPVT XIII.

Facies & atrium tabernaculi, in cuius plaga australi erunt tentoria de bysso retorta. Sicut & sancta sanctorum, eam quæ in cœlis est sanctæ Ecclesiæ partem designat, & prius tabernaculum perfectum fidelium uitam, in hoc duntaxat seculo commorantium typicè denunciat: ita atrium tabernaculi, quod exterius erat, prima incipientium rudimenta demonstrat. Unde bene tentoria eiusdem atrij de bysso retorta erant facta: quia prima incipientibus cura impendenda est, ut illecebras carnis simul, & spiritus refrenent, iuxta illud Apostoli, quod de filijs adoptionis loquens adiecit: Has igitur habentes promissiones, charissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus. Bysus namque, ut sæpius commemoratum est, de terra uiridis nascitur, sed eruta de terra siccatur, contunditur, coquitur, torquetur, ac magno & longo exercitio, ad candidum de uiridi producitur colorem: sic & caro nostra, ut ad uirtutem decorem que castitatis perueniat, arctis se necesse est ieiuniorum orationibus, uigiliarum & totius continentiæ laboribus subigat, quibus naturales, & uelut ingentitas eius delectationes exiccare, atque ad eam quam desideramus, dignitatem uirtutis accendere queamus. Retorquetur autem bysso, ne facile possit dissolui, cum non solum luxuria carnis restringitur, uerum etiam tota eius memoria ab intimo corde radicatus euellitur.

Centum cubitos unum latus tenebit in longitudine, & columnas uiginti, cum basibus totidem æneis, quæ capita cum cœlaturis suis habebant argentea. Constat numerum centenarium, qui in computo digitorum de laua transfertur in dexteram, nonnunquam in scripturis uitæ cœlestis habere figuram: quæ sicut dextera læuæ, ita merito præfertur uitæ præsentis. Cuius nimirum numeri frequens in diuinis literis mysterium reperitur. Aedificationem arcæ Noe centesimo anno compleuit: quia sanctam Ecclesiam, quam in hac interim uita ædificat Dominus, in futura perficit. Abrahæ centenario filius promissionis nascitur Isaac: quia nimirum benedictio hereditatis, quæ in semine eius omnibus familijs terræ promittitur, in futura & cœlesti patria reddetur. Centum annos peregrinatur ipse in terra repromissionis: quia qui filij Abrahæ per fidem efficitur, in spæ supernæ hereditatis debemus peregrinam in præsentis Ecclesiæ ducere uitam. Seuit itaque Isaac in Geraris, quod interpretatur incolatus, & inuenit in ipso anno centuplum: quia quæcunque filij promissionis in hac uita pere-

grinantes bona operamur, mox egressi de corpore in coelesti uita recipimus. In qua figura & semen Euangelici sermonis, quod in terram bonam cecidit, exortum fecit fructum centuplum, & qui temporalia bona propter Christum & propter Euangelium relinquit, centuplum accipit in praesenti, & in seculo futuro uitam aeternam: id est gaudium fraternae societatis nunc in spe uitae coelestis, & tunc in seipsum uitam regni coelestis. Centum ergo cubitos habet latus tabernaculi in longum: quia uniuersi quique ad membra Ecclesiae pertinent, necesse est pro aeterna in caelis uita, laborem in se patientiae & continentiae temporalis assumant. Columnae autem quibus haec tentoria suspenduntur in altum, doctores sunt sancti, qui suorum corda auditorum a terrestribus contagijs extracta, ad coelestia desideranda sustollunt. Et haec quasi uestem Domini diligenter extendunt, ne quid in his esse duplicitationis ualeat: sed simplici ac munda intentione coram Domino uelut tentoria byssina niteant. Quae uide licet columnae aeneae frere, sed argento uestitae, ut in sequentibus manifestus dicitur. Aeneae quidem, propter perseverantiam uirtutis, siue propter sonum ipsius praedicationis. Argento autem uestitae, quia non aliud quam uerbum Dei sonant. Cuius saepe claritas argento figuratur, non aliud uiuendo in actibus, quam obseruantiam diuinorum monstrant eloquiorum. Non solum in argentatae erant, sed & capita tota habebant argentea: quod proprie doctorum est, totos se uerbis sacrae scripturae subiacere, his, "que animum corpusque meditando, praedicando, operando mancipare. Sicut enim membra nostra sine capite subsistere ac uiuere nequeunt, sic eloquia diuina illi suam uitam aestimantes, nunquam haec obediendo portare, & semet humiliando exaltare desistunt. Quid autem in basibus columnarum aeneis aptius, quam insitum sapientiae, timorem Dei debemus intelligere? De quo & filius Sirach ait, Radix sapientiae est timere Deum. Vbi & pulchre subiunxit, Rami enim illius longaeui: quia nimirum germina uirtutum multifaria, quae timore Dei tanquam opus, & caelaturae columnarum de basibus prodeunt, nunquam fructu suae mercedis carebunt. Quare autem uiginti fuerint columnae in uno latere atrij, supra iam expositum est, ubi eiusdem numeri tabulae in uno latere tabernaculi sunt fieri praecipit.

Similiter in latere aquilonis per longum erunt tentoria centum cubitorum, columnae uiginti, & bases aeneae eiusdem numeri, & capita eorum cum caelaturis suis argentea. Eadem de latere aquilonis repetuntur, quae iam de latere australi erant praemissa: quia utriusque Testamenti praecones consono nos ore ad coelestia erigunt: tamen si caerimonias sacramentorum habuerunt pro temporum ratione

differentes, imò hoc in tempore noui Testamenti, quicumque de utroque populo ad salutem pertingunt, non solum eandem fidem, confessionem & operationem, sed & sacramenta habent eadem in emundationem peccatorum, & perceptionem uitae coelestis, in gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum.

In latitudine uero atrij, quae respicit ad occidentem, erunt tentoria per quinquaginta cubitos, & columnae decem, basesque totidem. Latitudo atrij, quae ad occasum respicit solis, ubi terminato labore diurno noctis sopor, & gratia succedit, merito tempus significat illud, quando cessante post mortem uita actuali, quies electorum, & merces aeterna sequitur. Denique illi qui in uinea summi patrisfamilias operabantur, cum sero esset factum, praemia sui percepere laboris: quia nimirum singuli quique iustorum cum ad huius finem uitae perueniunt, tum uera ingressum uitae sortiuntur. Vnde in Apocalypsi Ioannes. *Audiui uocem de caelo dicentem: Beati mortui, qui in Domino moriuntur. A modo iam dicit spiritus, ut requiescant a laboribus suis. Propter quam requiem recte occidentale latus atrij tentoria habebat per quinquaginta cubitos, & columnas decem. quinquagenarius namque numerus consuetudinem annum significat in lege quinquagesimum, qui libertati, qui & remissioni totus erat consecratus, propter quod & iubilaeus uocari praecipit est. Iobel namque dimittens, aut mutatus interpretatur. Denarium quoque numerum constat eadem superna praemia designare, ubi humana natura in utraque sua substantia immortaliter subleuata, in diuinae praesentia uisionis laetatur. Deus namque trinitas est. Corpus nostrum ex quatuor elementis subsistit. Interior homo noster ternario numero comprehenditur, cum ex toto corde, tota anima, tota uirtute Deum diligere iubemur. Et cum quatuor nostra uisioni sanctae Trinitatis in aeternum iunguntur, iuxta illud Psalmistae: *Mihi autem adhaerere Deo, bonum est. hoc est utique denarium, quod cultores Dominicae uinea, consummatis diei laboribus pro mercede accipiunt: quia ergo nobis sancti praedicatores, finita hac uita praesentiam nostri conditoris, & requiem promittunt aeternam. his quoque promissis desideria nostra ab appetitu infirmorum ad coelestia quaerenda erigunt, quasi in occidentali latere atrij tentoria quinquaginta cubitorum longitudinis, decem columnae subleuantur extollunt.**

In ea quoque atrij latitudine, quae respicit ad orientem, quinquaginta cubiti erunt. Ea latitudo atrij, quae ad orientem respicit, primordium bonae nostrae conuersationis, quae a fide incipit, significat. Quae propter primam coelestis gratiae perceptionem recte ad orientem respicere dicitur, iuxta illud beati Zachariae: *Visitationis nos oriens ex alto: illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedent. In qua nimirum pla-*

ga quinquaginta erunt cubiti: quia in ipso mox ingressu conuersionis, omnes qui catechizantur, remissionem peccatorum & requiem sperare docentur aeternam. Nam & quinquagenarius numerus ad remissionem peccatorum pertinet. Vnde & in Psalmo eiusdem numeri, poenitentia, confessio & remissio descripta est peccatorum: ita ut is qui Dominum peccauerat, & malum coram eo fecerat, cognoscendo ipse iniquitatem suam, ablutus sit ab eo cui peccauerat, & super niuem dealbatus, rursum que latitudinem salutaris Dei, hoc est Domini Iesu, quem offenderat, receperit, & spiritu illius spiritali, ne ultra labi potuisset, confortatus fuerit. Itaque orientalis atrij latitudo quinquaginta habet cubitos, cum prima fidei confessio remissione peccatorum, & spe futurae in Christo quietis gaudet ac pacis. Denique in symbolo Apostolorum consistemur, nos credere sanctam Ecclesiam, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem. Quod uniuersalis synodus patrum sequentium plenius exprimit uoluit, dicens: *Confiteor unum baptismum in remissionem peccatorum: spero resurrectionem mortuorum, & uitam futuri saeculi. Quinquaginta ergo cubitis plage orientalis generaliter initia credentium designantur, qui in remissionem peccatorum, & spem futurae beatitudinis celebrantur. Quorum tamen continuè alia specialis distinctio subinfertur, quae ad unum eundemque finem bene considerata refertur. Sequitur enim:*

In quibus quindecim cubitorum tentoria lateri uno deputabitur, columnaeque tres, & bases totidem: & in latere altero erunt tentoria cubitos obtinentia quindecim, columnas tres, & bases totidem. Quindecim namque, quae septenario numero & octogenario constant, recte gaudia designant uitae aeternae, quae a sabbatismo incipiant animarum, in resurrectione corporum perficitur. Nam Dominus septima die post septimum sabbati resurrexit a mortuis. Quod autem in latere quindecim cubitorum columnae tres cum basibus totidem, sanctos designant praedicatores, fide, spe & charitate praeminentes, mentemque suam in stabilitate timoris Dei firmissime collocantes. Ingressurus quoque atrium tabernaculi, habebit ab utroque latere tentoria cubitorum quindecim ternis suspensa columnis: quia quicumque sanctam ingressurus Ecclesiam, sacramenta fidei discere proposuerit, siue ad synagogam, seu ad Ecclesiam gentium intuerit mentis conuerterit, in utraque portione fidelium doctores inueniet fide fortes, spe sublimes, charitate feruentes, in timore Domini fundatos, auditoribus suis requiem animarum beatarum, ac resurrectionem immortalium promittere corporum. Qui uelut tentoria de bysso retorta in se suspendunt, cum eisdem auditoribus exemplo sui docent, quae sursum sunt querere, non quae super terram, integrumque spiri-

tumsum, & animam & corpus sine querela in diem Domini custodire.

In introitu uero atrij fiet tentorium cubitorum uiginti ex hyacintho & purpura, coccoque his tincto, & bysso retorta, opere plumarij. Columnas habebit quatuor, cum basibus totidem. In introitu atrij quatuor sunt columnae: quia non nisi per fidem & sacramenta Euangelij, quae quatuor libris continentur, unitatem sanctae Ecclesiae quis ingredi poterit. Vnde pulcher in ipsa Ecclesia mos antiquitatis inoleuit, ut his qui catechizandi, & Christianis sunt sacramentis initiandi, quatuor Euangeliorum principia recitentur, ac de figuris & ordine eorum in apertione aurium suarum solerter erudiantur: quo sciant exinde ac meminerint, qui & quot sint libri, quorum uerbis maxime in fide ueritatis debeant erudiri. In quo introitu tentorium quoque fieri cubitorum uiginti praecipitur, qui est numerus idem quaternarius quinquies ductus. Quinque autem sunt notissimi corporis nostri sensus, uisus uidelicet, auditus, gustus, olfactus & tactus. Bene ergo in introitu atrij tentorium uiginti cubitorum in quatuor columnis suspenditur: quia omnes qui sanctam Ecclesiam intrant, ad regulam Euangeliorum fidem suam pariter & actus componere debent: ut continentes ab illecebris carnalibus cunctos sui corporis sensus diuinis subigant imperijs. Non solum enim hoc tentorium quatuor columnis subleuatur, sed & ipsum in longitudine sua quinarium numerum per quatuor multiplicatum habet, cum quilibet humiles ac pii auditores ad fidem inuenientes, non solum Euangelij uerbis imbuti, uerum etiam Euangelicam ipsi agere uitam desiderantes, cunctos sui corporis sensus in obedientiam charitatis expendunt. Recte autem hoc in introitu atrij tentorium, non sicut in reliquo atrio, de bysso retorta, sed de quatuor sit coloribus nobilissimis, hyacintho scilicet & purpura, coccoque his tincto ab ipsa bysso retorta, opere plumarij: quia pulchra quidem in his qui catechizantur, Ecclesiae facies exterius fulget, sed multo praeclearior eius dignitas ac uirtus apparebit his qui eam per sacramentum baptismatis ingredi merentur. Nemo enim repente fit summus, sed gradatim necesse est a minoribus ad perfectiora tendamus. Diximus autem sapienter, quod hyacinthus spem coelestium bonorum, purpura tolerantiam temporalium malorum, coccus bis tinctus ardorem perfectae dilectionis, bysso retorta refrenationem carnalis delectationis significet. Qui uidelicet colores, opere plumarij sunt inuicem uariati: cum unaquaque uirtus fidelium uicinarum sibi uirtutum societate, & uelut quadam consanguinitate amplius clarescit. Quamuis etiam singuli colores praefati singulis electorum possint conuenire personis: quia enim aliquis altius coelestia speculari meretur, hyacinthus est: alter, quia propter iustitiam patitur, purpura

hic est. Qui feruentiore in Deum & proximum dilectione flammescit, coccus bis tinctus est. Ille qui specialiter integritate carnis uirginalis albet, byssus retorta est. Et cum iusti in una eadem que fide & pietate Euangelica de suis alerurum uirtutibus congaudent, quasi introitum atrij Domini tentorium decorant, pulchra uariantium colorum diuersitate contextum.

Omnes columnae atrij per circuitum uestitae erunt argenti laminae, capitibus argenteis, & basibus aeneis. Diligentius ea quae dixerat, inculcat: ut sedulo lectorem admoneat, neminem inter doctores ueritatis, columnas uidelicet atrij coelestis, posse computari: qui non instar aeris inuincibilem inter aduersa patientiam habere didicerit, non se coelestium & obseruantia & annunciatione uerborum undique, uelut argenti laminae munire atque exornare curauerit, non se omni subiectione praeruptis diuinis, quasi argenteo capite supponere studuerit: non in timore Dei, uelut aenea basi constititit.

In longitudine occupabit atrium cubitos centum, in latitudine quinquaginta, altitudo quinquaginta cubitorum erit. Centum cubitos longitudinis habet Ecclesia: quia uitas suas eleuat ad bona opera, propter uitam aeternam. Quinquaginta latitudinis: quia requiem sperat sempiternam in gratia Spiritus sancti: quae quinquagenario numero uoluit designari, cum Pentecosten, id est quinquagesimo Paschalis festiuitatis diem suo aduentu consecrare dignatus est. Altitudo quinquaginta cubitorum erit, iuxta numerum sensuum corporis nostri: quia tunc recipiet unusquisque propria corporis sui, prout gessit, siue bonum, siue malum. Sed in atrio domus Domini eorum solummodo figura exprimitur, qui bonum in corpore fecerunt, pro quo in requiem uitae perpetuis merentur introduci: qui nunc in operibus iustitiae, quae casto & corpore & corde agunt, quasi byssus retorta nitent, & tunc in eodem corpore immortalitatis gloria sublimato, perceptis in aeternum iustitiae praemijs latantur. At in Euangelica parabola utriusque simul partis mentio est, ubi quinque uirgines, quae cum operibus lucis ad sponsum uenerant, statim cum eo ad nuptias intrant: quinque aliae, quae opera castitatis non casto animo exercuerant, repulsa cum suis tenebris, procul a regni sanuis eieciuntur. Quinque enim erant & quinque, quia utraque secundum ea quae in carne gesserat, iudicata erat. Tota ergo longitudo & latitudo atrij per centenos & quinquagenos cubitos distenta est. Quinque habet cubitos altitudinis: quia necesse est, ut qui promissionem habemus quietis & patriae coelestis, munde mus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus: nec solum ab inquinamento munde mus, sed & perficiamus sanctificationem in timore Dei: quatenus apparente hora promissae retributionis, non solum spiritus, uerum e-

tiam in carne latari mereamur in amore Dei. Propter quam utriusque nostrae substantiae, hoc est & animae & carnis emundationem in timore Dei, subsequenter hoc quod & supra dictum erat, ut diligentius memoriae commendetur, repetitur: Fietque de bysso retorta, & habebit bases aeneas. Ac deinde subiungitur:

Cuncta uasa tabernaculi in omnes usus eius, & caeremonias, tam paxillos eius quam atrij, ex aere facies. Vasa tabernaculi in omnes usus eius, & caeremonias praeparata, homines sunt Ecclesiae in diuersis meritis gradibus, quae Domino seruietes: quae uasa cuncta fieri iubentur aenea, illius nimirum, ut saepe dictum est, figura mysteriorum: ut si quis pulsatur aduersis, perseveret in finem, nec promissam sibi salutem desidia perdat: si uero, ut fidem quam didicit, etiam inimicis oblutantibus palam confiteri non metuat, sed & amicis dona quae percepit, sedulus insonare meminerit. Aes namque sonorum, & naturae diu durabilis est. Paxilli autem, quos dicit, tabernaculi siue atrij, ad hoc erant facti, ut infixi columnarum summitatibus foris emerent, & impositis sibi uelorum, siue tentorium funibus, sic ea leuantes, a terra suspenderent. Quorum factura & positio non absurdè ipsa doctorum potest lingua designari, quae praedicando audientium corda tangit, ac tangendo subleuat. Funibus etenim solet aliquoties scriptura sacra designari. Vnde scriptum est: Funiculus triplex difficile rumpitur. Quia nimirum scriptura, quae historico, allegorico, morali consueuit sensu interpretari, nulla haereticorum siue paganorum ualeat peruersitate corrumpi. Ipsa autem tentoria, siue uela, ut recipere funes possent, habebant necesse est in superioribus suis ansas, siue circulos, quibus item funes immitterentur. Et cum uis tentorium Dei fieri, praeparata in corde tuo receptaculum sermonibus eius, quo possis ad superna suspendi. Imponantur uero paxillis columnarum funes tentorium, ut sic expansa, atque in altum elata, pulchritudinem tabernaculi compleant. Committant sancti praedicatores fidelium cordibus eloquia diuina, eosque per haec ad exemplum sui ab infimis erigi commoneant. Expansa funibus, ac subleuata uela, siue tentoria, decus sui operis mirificum, quod inuoluta nequiuerant, cunctis longe lateque demonstrant. Ostendant fideles amplitudinem bonae operationis, pulchritudinem mentis & internae gratiae, quam donante Domino ceperant: ut uidentes proximi bona eorum opera, glorificent patrem qui in caelis est: dicantque, Quam amabilia sunt tabernacula tua Domine uirtutum: concupiscit & deficit anima mea in atria Domini.

De tabernaculo & uasis eius, libri secundi Finis.

Bedae

Exod. 27

oppasum.

Matth. 5

Psal. 51

Raepice filijs Israel, ut offerant tibi oleum de arboribus oliuarum purissimum, piloque contusum, ut ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonij extra uelum, quod appensum est testimonio, & collocabunt eam Aaron & filij eius. Disposito omni ornamento tabernaculi, consequenter etiam lumen lucernae prauidetur, ut decor eius admirabilis, sicut interdum lumine solari, ita etiam noctu lucernalibus flammis illustretur: ne unquam in domo Dei aliquis tenebrarum locus, aliqua umbrarum possit hora subrepre. Iuxta uero mysticos sensus, quid significet lumen lucernae, Dominus in Euangelio declarat: qui cum per parabolam dixisset, Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt: mox aperte subiunxit, Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona. Lucernae ergo lucis in domo Dei, sunt opera iustorum, quae mentes intuentium suis exemplis illuminant. Verum diligentius intuentum, quod ut lucerna semper in tabernaculo Dei possit ardere: filij quidem Israel oleum offerre, Aaron autem & filij eius ipsam lucernam collocare iubentur. Quae est ergo haec distinctio, ut ad nutriendum lucem populi oleum offerat in domo Domini, & sacerdotes lucernam componat? Nisi forte hoc figuratè imperatur, ut fideles & religiosi auditores prompta ad obediendum fidei corda afferat: doctores uero eis ignem uerbi coelestis, quo illuminentur ad agnoscendum, & inflammentur ad diligendum Deum, praedicando ministrant. Per olei namque pinguedinem, quae & lasi atque infirmi artus recreantur, & gratia praestatur luminis, interna saepe dilectio mentis, & opus misericordiae designatur. Hinc etenim Psalmista: Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei, speraui in misericordia Dei mei in aeternum, & in seculum seculi. Ac si patenter dicat: Ego, quia misericordiae fructum indigentibus exhibui, mihi quoque in aeternum a Deo rependendam misericordiae gratiam speraui. Ergo filij Israel offerant oleum, Aaron autem & filij eius allato igne componant lucernam, quae ardeat in tabernaculo Dei. Offerant humiles auditores deuotionem mentis, ministerio sermonis doctores doceant eos coelestis arcana scientiae: quibus regulariter institui, & in conspectu sui conditoris igne charitatis ardeant, & hominibus foras lucem bonae actionis ostendant. Notandum autem, quod non indifferenter oleum offerre filij Israel, sed

cum distinctione oleum de arboribus oliuarum praecipuntur: & insuper additur, Purissimum, piloque contusum. Solet namque oleum nardinum, solet raphaninum, solet de nuce, uel de ligno, alijsque diuersi generis speciebus fieri, sed nullum offerri licet tabernaculo Dei, nisi quod de lignis oliuarum conficitur: sicut nec ignis alius quam de caelo descendit, uel in lucernis sanctis ardere, uel in altari Dei debet accendi. sanctus enim Spiritus disciplinae effugiet fictum. Offerat ergo filij Israel oleum ad lucernam Dei, non qualecunque, sed de lignis oliuarum, & hoc purissimum, piloque contusum. Offerant boni auditores spiritualibus doctoribus conscientiam puram, & charitatis gratia foecundam, piloque sedulae probationis ab omni nequitiae commixtione permundatam: quae sola uidelicet intentione placendi & seruiendi Domino uerbo eius audito delectetur. Offerat Aaron cum filijs suis ignem non alienum, sed desuper missum ad accendendam lucernam: sicut etiam ad consummandam holocausta, ac redolenda thymiamata praedicant uerbu doctores, non suum, sed Domini, protestantes cum fiducia: Non enim nos sumus, sicut plurimi adulterantes uerbum Dei, sed ex sinceritate, sed ex Deo, sicut coram Deo in Christo loquimur. Hoc igne utuntur ad illustranda cognitione fidei corda audientium: hoc ad perficienda, ac Deo sacrandam holocausta honorum operum suorum: hoc ad incendenda thymiamata orationum sanctarum. Bene autem dicitur, Ut ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonij: quia nunquam in sancta Ecclesia lux praedicationis, nunquam debet humilitas auditorum pura, quae hanc libenter excipiat, immo & solerter inquirat, deesse. Bene additur: Extra uelum, quod oppassum est testimonio. Non enim intra uelum coeli opus habemus lucerna scripturarum, ubi arca est Domini, & Chubin gloriae propitiatorium obumbrant: id est, agmina coelestis militiae gloriam incarnati filij Dei, quem posuit Deus propitiatione pro peccatis nostris, consona uoce praedicant. Bene sequitur, Et collocabunt eam Aaron & filij eius: quia non omnium est sacramenta fidei praedicare in populo, sed eorum solummodo, qui & castitate fidei, & executione boni operis ad filios summi sacerdotis, Domini uidelicet & saluatoris nostri, pertinere probantur. Caeterum quisque uel a puritate fidei prauo dogmate aberrat, uel integritatem cognitae & seruatae fidei, operum nequam improbitate commaculata: talis est si sacerdotis nomine, uel persona praeminere uidetur, nihilominus auditurus est a Domino, Quare tu enarras iustitias meas, & assumis Testamentum meum per os tuum? Tu uero odisti disciplinam, & caetera. Quales & Iacobus a collocaione lucernae Dei, hoc est a uerbo praedicationis benigna exhortatione retrahit, dicens: Nolite plures fieri magistri, fratres

fratres mei, sciētes quoniam maius iudicium sumitis. Illud uidelicet iudicium, quod premisimus, iam dudum Psalmistae uoce praemissum. Bene autem adhuc additur, Et usque mane luceat coram Deo. Cum enim nocte transacta seculi huius, mane futuri seculi claruerit, de quo Propheta dicit: Mane astabo tibi, & uidebo, non iam ultra lucerna librorū indigemus; apparente & illustrante nos uera luce mundi, de quo dicit & Propheta: Vobis autem timen-

Psal. 5

Milac. 4

tibus nomen meum orietur soli iustitiae. Perpetuus erit cultus per successiones eorum a filiis Israel. Et haec clausula sicut & praecedentia, quae de tabernaculo ac uasis, atque utensilibus eius dicta sunt, spiritali magis sensu quam carnali intelligenda atque exponenda est. Quomodo enim iuxta literam perpetuus esse poterit cultus officij sacerdotalis, ubi & ipsum sacerdotium & tabernaculum, in quo gerebatur, & populus cui gerebatur, iam dudum esse cessauerunt: Vnde constat hoc in sancta Ecclesia uerbum esse complendum, ubi succedentibus sibi per ordinem doctoribus, simul & auditoribus ueritatis, nunquam deerunt spirituales & filij Israel, qui in domum Domini dona pietatis offerant, & filij Aaron, id est ueri sacerdotis nostri, qui illis lucem uerbi ministrent, donec completo seculi huius statu, & ipso quoque tabernaculo Dei toto, id est uniuersa electorū multitudine ad regnum caeleste translata, non erūt ultra qui ab hominibus erudiuntur homines, cum sit Deus omnia in omnibus.

De sacerdotio Aaron & filiorum eius.

CAPVT II.

Exod. 28

Applica quoque ad te Aaron fratrem tuum cum filiis suis de medio filiorum Israel, ut sacerdotio fungantur mihi Aaron, Nadab, & Abiu, & Eleazar, & Ithamar. Descripta factura tabernaculi, consequenter sacerdotes qui in eo ministrent, ordinantur. Quorum quidem ordinatio & habitus recte Ecclesiae sacerdotibus congruit: ita ut omne quod illic in ornatu uestium clarum extrinsecus fulgebat, hoc intellectum spiritaliter in ipsis sacerdotum nostrorum mentibus altum intus emineat, hoc in eorum actibus praeteris fidelium meritis foris gloriosum clarescat. Vnde apte praecipitur Moyse, ut applicet ad se Aaron fratrem suum cum filiis de medio filiorum Israel, ad fungendum sacerdotio coram Domino. Necessē est enim, ut quicumque ad maiorem in sancta Ecclesia gradum promouendi sunt, maiore mentis industria sese ad legem Dei applicent, id est diuinorum obseruantie mandatorum, solertiore praeteris animo copuletur. Hoc est enim eos, qui sacerdotio functuri sunt, de medio filiorum Israel ad Moysem applicari, praesules ac doctores sanctae Ecclesiae, communem uitam electorum singulari mentis culmine transcendere, & familiari inspectione quid lex generaliter omnibus electis, quid uero paucis perfectioribus specialiter loquatur, attendere: ut

altiori excellentia meritorum, ad altiora possint praemia peruenire. Nam quod fratrem fuit Moses cum filiis in sacerdotium ordinare praecipitur, quid nobis aliud mystice commendat, nisi quod omnes qui officium doctoris fortuntur, tanto debent studio & amore meditationi diuinae legis adherere, ut quasi germana ei uideantur cognatione coniuncti: Neque hoc quod primi filiorum Aaron post ordinationem, cum ignem alienum offerrent coram Domino, igne caelesti perierunt, a significatione miserabilis nostri temporis aberrat: ubi nonnulli sacerdotum ac doctorum loco positi, quod dictu quoque graue ac lugubre factis est, dum ignem cupiditatis igni supernae dilectionis anteponunt, igne supernae ultionis absumuntur. Quorum perpetua damnatio temporalis est filiorum Aaron morte figurata. Quamuis excellentioris figura mysterij, quomodo tabernaculum cum ornatibus ac uasis suis sanctam designat Ecclesiam, pulcherrima uirtutum, siue personarum fidelium uarietate distinctam: ita etiam summus eiusdem tabernaculi sacerdos figuram tenet ueri pontificis Iesu Christi, qui semetipsum obtulit oblationem & hostiam Deo pro nobis in odorem suauitatis. Qui etiam iure potest frater Moyse uocari: quis enim amplius alteri fraterno est foedere connexus, quam Christus Moyse, legi gratia, nouum Testamentum ueteri: cum & ipse Moyse tale de eo testimonium reddat, dicens populo quem docebat: Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus, ipsum audies. Et paulo post ex persona Domini: Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui, & ponam uerba mea in ore eius. Cuius operibus admirandis, quae nemo alius fecit, recte habitu Aaron mira uarietate insignis comparatur, uel certe uestes Aaron multifariae, omnem electorum coetum in uaria personarum meritorum, quae distantia Christo adhaerentem designant, teste Apostolo, qui ait: Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Cum autem in persona Aaron Dominum saluatorem figuratiter insinuat accipimus, quod filios Aaron, qui & ipsi in sacerdotium uncti sunt, nisi apostolos Christi, apostolorumque successores, & cunctos fidelium magistros significare dicamus? Haec quidem ita principaliter de Domino possunt accipi: sed nos magis in eis quae ad significantiam nostram in Domino pia conuersationis pertineant, quaeque ad correctionem nostrorum respiciant morum, decet inueniri. Sequitur

De uestibus sacerdotum.

CAPVT III.

Faciesque uestem sanctam Aaron fratri tuo in gloria & decorem, & loqueris cunctis sapientibus corde, quos repleui spiritu prudentiae, ut faciant uestes Aaron, in quibus sanctificatus ministret mihi. Vestes sanctae Aaron, quas

quas illi Moyses fecit, opera sunt iustitiae & sanctitatis, quae scriptura sacrae legis doctoribus habenda commendat, quorum quae in his qui praecessere in Christo, exempla quae imitentur, ostendit. Sapientes autem corde, quos ad faciendas easdem uestes Deus spiritu prudentiae repleuit, ipsi sunt prophetae & apostoli, caeterique doctores ueritatis, qui nobis aperitissime quomodo uiuere sacerdotes, & ministri altaris qualiter docere debeant, siue exemplo suae actionis, seu uerbo exhortationis ostendunt. De quibus est illud Apostoli ad Titum: Oportet enim Episcopum sine crimine esse, ut Dei dispensatorem: non superbum, non iracundum, non uinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum, sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum, sanctum, continentem, amplectentem eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem.

Tit. 1

Haec autem uestimenta erunt, quae facient, rationale & superhumale, tunicam & lineam strictam, cidarim & balthum. Facient uestimenta sancta Aaron fratri tuo, & filiis eius, ut sacerdotio fungantur mihi, accipientque aurum, & hyacinthum, & purpuram, coccoque bis tinctum, & byssum. Quomodo haec singula facta sint, plenius in sequentibus explicatur. Rationale autem pectoris habitus, superhumale est humerorum: tunica & linea stricta, id est camisia, totum corpus operiunt, cidaris caput ornat, balthus utramque tunicam, simul & superhumale arctius ad corpus aptat. Quibus sex indumentis inferius septimum iungitur & octauum, foeminalia uidelicet linea, ad cooperiendum carnem turpitudinis, & lamina aurea super cidarim, quae titulo nominis Domini ceteris altior omnibus eminebat. Lineam autem strictam dicit, quoniam adhaerebat corpori, & ita arcta erat adstrictis manicis, ut nulla ei omnino ruga inesset. Ascendebat autem usque ad crura, unde & Graece podiris, id est talaris uocabatur. His octo generibus uestium, pontifex tempore sacrificij solebat indui. E quibus erant quatuor & minoris ordinis sacerdotibus concessa, foeminalia uidelicet, linea stricta, & balthus, & cidaris. Decebat enim, ut quo maiore quis gradu esset insignis, eo pluribus & uirtutum actibus admirandis fulgeret. Cuncta autem fiunt de auro, preciosisque coloribus: quia nihil uile ac sordidum in sacerdotis ore uel opere debet apparere: sed cuncta quae agit, uniuersa quae loquitur, omnia quae cogitat, & coram hominibus praecleara, & in conspectu interni arbitri oportet esse gloriosa.

De superhumerali.

CAPVT IIII.

Facient autem superhumale de auro & hyacintho, ac purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta, opere polymito. Quoniam in humeris onera portare solemus, quid per superhumale pontificis, nisi labores honorum operum, quae iugiter coram Domino ferre debet, ostenduntur? Et

apte primò de superhumerali faciendo praecipitur: quia quisquis ad sacerdotium magistrumque populi Dei promouendus est, primùm eius debent opera cognosci, ut dum hoc quod foras omnibus patet, irreprehensibile apparuerit, convenienter ex tempore etiam integritas cordis eius, & fidei sinceritas scrutetur. Superhumale ergo quod in humeris gestabat pontifex, illud Euangelicum onus accipiamus, de quo Dominus ait: Iugum enim meum suauē est, & onus meum leue. Quod manifestius alibi nobis commendans, aiebat: Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Fit autem idem superhumale de auro & hyacintho, ac purpura, coccoque bis tincto. De auro uidelicet, & ante omnia in habitu sacerdotis intellectus sapientiae principaliter emicet. Cui autem hyacinthus, qui aërio colore resplendet, adiungitur: ut per omne quod intelligendo penetrat, non ad fauores infimos, sed ad amorem caelestium surgat: ne dum suis incautius laudibus pascitur, ipso etiam ueritatis intellectu uacuetur. Auro quoque & hyacintho purpura permiscetur, ut uidelicet sacerdotale cor cum summa quae praedicat, sperat in semetipso etiam suggestiones uitiorum reprimat, eisque ex regia potestate contradicat, quatenus nobilitatem semper intimae regenerationis aspiciat, & caelestis regni sibi habitum moribus defendat. Quauis, ut superius saepe dictum est, in purpureo colore possit ipsa effusio sanguinis pro Christo, uel diuersarum tollerantia pressurarum intelligi. Ipsa enim est crux, quam sequentes Dominum, quotidie ferre iubemur. Vnde meritò talis species inter alios humero sacerdotis refulget, ut ipsum ad patienda aduersa semper doceat esse paratum. Auro autem, hyacintho ac purpura bis tinctus cocco adiungitur, ut ante interni iudicis oculos omnia uirtutum bona ex charitate decorentur: ut cuncta quae coram hominibus rutilant, haec in conspectu occulti arbitri flamma intimi amoris accendat. Quae scilicet charitas, qua Deum simul ac proximum diligit, quasi ex duplici tinctura fulgescit. Sed cum mens ad praecepta charitatis contenditur, restat proculdubio, ut per abstinentiam caro maceretur. Vnde & bis tincto cocco torta byssus adiungitur. De terra etenim byssus nientis specie oritur. Et quid per byssum, nisi candens decore munditia corporalis castitatis designatur? Quae uidelicet terra pulchritudini superhumerali innectitur: quia tunc castimonia ad perfectum munditiae candorem ducitur, cum per abstinentiam caro fatigatur. Potest de cocco, qui ignis specie refulget, & hoc non convenienter dici: quia fortasse ideo bis tinctus fieri praeceptum sit, quòd ignis duplicem habere uim soleat, urendi scilicet & lucendi. Cuius naturam imitari praesulem, in uerbo nimirum doctrinae salutaris oportet,

Matth. 11

ut

ut & lucem uidelicet scientiæ desiderantibus aperire, & rubiginem peccatorum in contemptoribus curet increpando comburere. Cum enim auditoribus suis dulcissima scripturarum arcana siue miracula, aut parabolas Domini Euangelicas exponit, uelut in habitu suo fulgore lucis ostendit. At cum proteruam superbientium, commemorata æterna ultione percutit, quasi terrorem flammæ uorantis in eodem aspectantibus demonstrat. Neque enim quisque uerbum faciens ad populum, uel solum increpandis prauorum reatibus, uel solum debet scripturarum referendis insistere secretis, ne uel de peccatorum tantummodo correptione disputas, forte minus libenter audiatur: uel mysteriorum tantum abdita referans, minus fortasse eis, quos emendare debuit, proffit. Sed cum ex utroque sermone temperat, & suauitatem uidelicet celestium secretorum audientibus pandendo, & correctionem morum, per quam horum participes fieri ualeant suadendo, quasi bis tinctum in habitu suo potifex cocci fulgorem demonstrat.

Duas oras iunctas habebit in utroque latere summitatum, ut in unum redeant. De hoc in sequentibus ita dicitur: Fecit igitur superhumeralia de auro, hyacintho & purpura. Et paulo post: Duasque oras inuicem copulatas in utroque latere summitatum. Ex quo uerisimile uidetur, quod multiplicata ueste constructa sibi fuerint oras utriusque partis in utroque latere a summitate usque deorsum: ita ut dimidium uestis intuentium oculis foris appareret, dimidium uero aliud interius lateret: sed oras utrorumque coniunctas, usque ad extremos angulos ad inferiora descenderent. In quo quid aliud nobis typicè intelligendum, nisi ut cum bona foris opera proximis ostendimus, eadem intus coram Domino integra seruemus: ne unquam uel castitatem pure cogitationis minor piæ actionis perfectio sequatur, uel perfectionem quæ uidetur operis imperfectioris, mentis intentio ex parte solitariam relinquat. Sed quasi duæ oras superhumeralis sibi inuicem copulantur, dum omnia quæ foris bona monstramus, intus pura & simplici intentione Deo placendi gerimus. Et hoc in utroque latere superhumeralis, ut inter aduersa & prospera concordiam semper actione & cogitatione conditori nostro seruiamus. Deserit namque ora breuior latior, ac discordante mensura in unum redire nequeunt, si cum extrinsecus bona facere pro æterna retributione cernimur, intentione placendi hominibus, in secreto mentis implicamur, humanique fauoris magis quam uite inuisibilis præmia requirimus.

Ipsaque textura & cuncta operis uarietas erit ex auro & hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta. Non in una parte superhumeralis aurum, in altera hyacinthus, in alia rursum alij atque alij colores fuerunt, sed omnes colores utique per

omnia cum auro ipso fuere contexti: quia nimirum in actione sacerdotali nunquam aliqua magnarum uirtutum, uel ad horam debet intermitteri, sed semper auro sapientiæ lucidus, semper hyacintho spei in superna erectus, semper per regni celestis purpura aduersus uitiorum bella magnanimis, semper cocco bis tincto geminæ dilectionis flammæ, semper retorta bysso castitate carnis sacerdos siue doctor fidelium debet esse nitidus.

Sumes que lapides duos onychinos, & sculpes in eis nomina filiorum Israel: sex nomina in lapide uno, & sex reliqua in altero, iuxta ordinem natiuitatis eorum. Opere sculptoris, & calatura gemmarum sculpes eos nominibus filiorum Israel, inclusos auro atque circumdatos, & pones in utroque latere superhumeralis memoriale filijs Israel. Tres ob causas Aaron nomina patriarcharum inter sacrificia semper in humeris, sicut & in pectore portabat: uidelicet ut ipse fidem uitamque patriarcharum meminisset imitari, ut duodecim tribuum, quæ de his natæ sunt, orationibus & sacrificijs memor existeret: ut idem populus scripta in ueste præfulsi sui patrum nomina uidens, curaret sedulo, ne ab illorum meritis desciscens, ad errorum contumacia declinaret. Ad hoc enim ualeat quod dictum est: Et pones in utroque latere superhumeralis memoriale filijs Israel. Nunc quoque pontifex in superhumerali nomina gesta patriarcharum, cum doctor quisque siue præful Ecclesiæ, in omnibus quæ agit, patrum præcedentium facta considerat, atque ad eorum imitationem uitam dirigere, & onus Euangelicæ perfectionis ferre satagit. Quæ uidelicet nomina patrum aptè in lapidibus preciosis sculpti iussa sunt: lapides quippe preciosi, opera sunt uirtutum spiritualium. Habetque sacerdos in humeris lapides preciosos, & in eis nomina patrum inscripta, cum & ipse claritate honorum operum cunctis admirandus extiterit, & eandem claritatem non a se nouiter inuentam, sed antiqua sibi patrum auctoritate traditam esse docuerit. Duplici autem ratione hæc in humeris portat, ut & ipse præceptis Dominicis humiliter subditus incedat, & auditoribus suis semper per celestia, siue sua, siue patrum exëpla, quæ sequantur, præponat. Aptè etiam iidem lapides includi auro atque circumdari iubentur. Auro namque uel intellectus, ut supra dictum est, uel certe charitas insinuatur: quia sicut aurum metallis, ita charitas uirtutibus præstat cæteris. Includuntur uero auro lapides, & circumdantur preciosi, cum operatio uirtutum adeo puro undique uersum intellectu circumspicitur, ut nil in eis uitiorum lateret, nil remanere sordidum permittitur: cum ipsæ uirtutes ita uinculo charitatis continentur, ut nullarum mutabilitate a suo statu decidere, nunquam de habitu sacerdotis torpente mentis custodia ualeant prælabi. Bene autem sequitur:

Portabitque Aaron nomina eorum coram Domino super utrumque humerum ob recordationem. Sacerdos namque

que ob recordationem nomina patrum super utrumque portat humerum, cum diligenter omni hora præcedentium sanctorum uitam perpendens, & in aduersis & prosperis uirtutum semper ornamento munitur: quatenus iuxta uocem Pauli, Per arma iustitiæ a dextris sinistris que gradiens, cum ad sola quæ anteriora sunt, nititur, in nullo dilectionis infimæ latere flectatur.

Facies & uncinos ex auro, & duas catenulas auro puris, sumo sibi inuicem coherentes, quas inseres uncinis. Vncinos quos dicit, in supremis erant angulis superhumeralis fabre affixi. Catenule autem, quas iungit, non ipso superhumerali, sed potius in rationali: hoc est in superioribus eius angulis, per annulos aureos uidentur fuisse annexæ, ut cum induceretur pontifex, catenule quæ de rationali pendebant, possent cum uncinis superhumeralis annexi: quatenus utraque sibi mutuo firma positione coherent. Scriptum namque est apertius in posterioribus: Fecerunt in rationali & catenulas sibi inuicem coherentes de auro purissimo, & duos uncinos, totidemque annulos aureos. Porro annulos posuerunt in utroque latere rationalis, e quibus penderent duæ catenule aureæ, quas inferuerunt uncinis, qui in superhumerali angulis eminebant. De quorum figura melius in rationalis expositione tractabitur.

CAPVT V. De rationali.

Rationale quoque iudicij facies opere polymito, iuxta texturem superhumeralis ex auro, hyacintho & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta. Quadrangulus erit & duplex, mensuram palmi habebit tam in longitudine, quam in latitudine. Opere polymito, opere multifario dicit. Sicut autem in superhumerali operum perfectio, ita in rationali iudicij, quo pectus sacerdotis tegebatur, simul & ornabatur, cordis & cogitationum eius castitas exprimitur. Et bene post superhumeralia, rationale iudicij sequitur: ut cum ante homines quis innocens manibus apparuerit, multo magis in conspectu summi iudicis mundos corde assistere contendat, omni agens industria, ut quicquid foris erga proximos agit, aut iudicat, totum ex regula internæ rationis probatum, ac suo conditori placidum fulgeat. Item rationale iudicij sacerdos in pectore ferre præcipitur, quia debet rector subtili semper examine bona malaque discernere, & quæ uel quibus, quando uel qualiter congruant, studiosè cogitare. Duplex autem factum est rationale, ut facilius lapidum pondus sustineret. Sed hæc duplicatio uestis in legalis pectore sacerdotis: typicè nos admonet, ut rationem nostri examinis & inuisibilis intus arbiter probet, & nunquam humana foris existimatio merito condemnet. Seu certe duplex in pectore ferimus rationale iudicij, quando & ea quæ de fide ueritatis, ac uita inuisibili loquimur aut cogitamus, ratione fixa subsistunt: & ea quoque quæ uisibiliter agimus, aut a

geuda disponimus, æquè iudicio iustæ discretionis probantur esse librata. Quod autem mensuram palmi habebat per quadrum, conatum indefatigabile ac perpetuum piæ intentionis ostendit. Qui enim palmo aliquid metitur, summo utique conamine dispanlis digitis manum ostendit, ut possit mensuram querere plenè, & absque scrupulo dubietatis tenere. Unde merito sicut per manum operatio, ita per palmum exprimitur ipsa inflexibilis contentio bonæ operationis, dum suam quisque dexteram in uniuersa quæ ualet insignia uirtutum dilatate fatagit. Et bene idem rationale tam in longitudine, quam in latitudine mensuram palmi habere præcipitur: quia siue in longitudinem uitæ æternæ desiderium mentis erigat, seu in latitudinem charitatis erga curam proximi suum inclinet affectum, necesse est per omnia cor sacerdotale nequaquam segne & desidiosum manere, sed ardenti semper studio extendi ad comprehendendum brauium supernæ uocationis Dei in Christo Iesu.

Pones que in eo quatuor ordines lapidum. In primo uersu erit lapis sardius, & topazius, & smaragdus. In secundo carbunculus, sapphirus & iaspis. In tertio ligurius, achates & amethystus. In quarto chrysolitus, onychinus & beryllus. Includi uero erunt per ordines suos, habebuntque nomina filiorum Israel. Duodecim nominibus calabuntur singuli lapides nominibus singulorum per duodecim tribus. Hæc gemmarum positio diuersarum in rationali, multiplicem uariarum uirtutum operationem designat, quæ concordie serie disposita in sacerdotis debet corde semper apparere. Singuli autem lapides singulis patrum nominibus inscribuntur, dum sanctorum uitam rector inspicens, qui quibus maximè uirtutum operibus floruerunt, sedula inquisitione scrutatur: & hæc cuncta in abditi sui pectoris meditando colligere, atque operando proferre satagit. Neque enim sine certi ratione sacramenti, ita ut utraque uestis lapidibus preciosis redimita, ac patrum nominibus insignita est: ut ipsa nomina in superhumerali quidem duobus lapidibus unius eiusdemque generis, in rationali uero duodecim nominibus diuersi generis inscripta sint. Sed quod patres in lapidibus preciosis unius atque dissimilis generis sculpti sunt, significat aperte, quod una fides in deum, eadem charitas, communis spes uitæ celestis omnium corda patrum replet. Quod uero diuersi generis lapidibus iidem inscripti sunt, denunciat figuratè, quia multiplex est uarietas & gratia bonorum operum, quibus præfata sanctorum fides, spes & charitas confirmata resurgit. Quod autem in rationali quatuor ordines fuerunt, & horum singuli quique tres habuere lapides, quid nobis intimarunt typicè, nisi ut in uirtutibus quæ distinguuntur in quatuor principalem fidem sanctæ Trinitatis non fictam te neamus? Quatuor namque ordines gemmarum habet in pectore sacerdos, quando omne quod cogitat, prudentia circumspectum, fortitudine firmum,

firmum, iustitia eximium, temperantia à malis omnibus fuerit secretum. Sed idem ordines ternas habent gemmas, cum eadem prudentia, fortitudo, iustitia, temperantia, sanctæ Trinitatis fuerit fide consecrata. Quia enim fides nostra in præsentia fide & operatione recta consistit, apte sacerdos, ut operatione sit præcipuus, quatuor uersus gemmarum in pectore baiulat. Ut uero cū operibus fidei sinceritate sit castus, ternas in singulis uersibus habet gemmas, quatenus omnibus sese intuentibus, & ueræ fidei confessionem & exempla semper bonæ actionis ostendat: ut & ipsa imitatione rectæ fidei & operationis summæ membra sacerdotalis actus mereantur effici. Possimus sanè in uario decore lapidum, non solum claritatem multifariam sacerdotalis actus & cogitatum, uerum etiam spiritalium accipere christi uirtutum, ac miracula sanitarum. De quibus ipse Dominus Apostolis: Infirmos, inquit, curate, mortuos suscite, leprosos munda-
 Marc. 16 date, demones eijcite. Et iterum: Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur: in nomine meo damonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent: & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Verum siue hoc, siue illud, siue utrumque designent, recte duodenarius in rationali numerus fieri præcipitur: ut eorum solummodo actus & miracula, qui apostolici fidei & charitatis unitatem se-
 1. Cor. 13 quuntur, accepta Deo esse nouerimus. Cæterum, si quis loquatur linguis, si quis facultates pauperibus omnes tribuat, si quis tradat corpus suum ut ardeat, si unitatem catholicæ charitatis non habuerit, nihil sibi prodest. Recte etiam duo lapides onychini superhumerali eodem duodenario erant patrum numero sculpti, ut doctrinam fidemque apostolorum utrique populi, Iudæorum uidelicet & gentium, profuturam esse designaret. Iuxta quod eadem intellectuali Hierusalem, hoc est Ecclesiæ suæ Dominus per Prophetam manifeste promisit, dicens: Ad dexteram enim, & ad læuam penetrabis, & semen tuum gentes hereditabit. Quod autem onyx rubri fertur esse coloris, cingulos uidelicet habens albis cingentibus zonis: quis non uideat, quod uel ardorem charitatis, uel lucem designet scientiæ, comitante zona castitatis? Cuiusmodi lapidibus inscripta patrum uocabula gestat fecer-
 Esaiæ 54 dos, cum exemplo præcedentium iustorum, charitati, castitati, humilitati, doctrinæ, cæterisque uirtutum operibus iuge studium impendit. Et hoc in utroque humero, ut siue Iudæus quis, seu de gentibus adsit, claritatem semper in doctore ueritatis & pietatis, per quam ipse ad meliora profecerit, aspectet.

Facies in rationali catenulas sibi inuicem coherentes ex auro purissimo, & duos anulos aureos, quos pones in utraque rationalis summitate. Catenasque aureas iunges anulis, qui sunt in marginibus eius, & ipsarum catenarum extrema duobus copulabuntur uncinis in utroque latere superhumerali,

quod rationale respicit. Ordo operis, quantum nobis uidetur, hic fuit. Duo erant uncini supra in duobus superhumerali angulis impositi, & duo contra anuli in duobus rationali anulis sursum. Et quibus pendebant duæ catenæ aureæ, quæ tēpore induendi inferebantur uncinis, qui in superhumerali angulis eminebant, ut in sequentibus apertius scriptum est, ut superhumerali & rationali mutuò neferentur. Quorum superior connexio hucusque descripta est. Sequitur autem de inferiori, quæ erat subtus ascillas. Scriptura ita subiicit:

Facies & duos anulos aureos, quos pones in summitatibus rationalis, & in oris quæ eregiōne sunt superhumeralis, & posteriora eius aspiciunt. Quod dicit, Et in oris, quæ eregiōne sunt superhumeralis: non significat in oris superhumeralis, sed in oris illis, quæ eregiōne sunt superhumeralis, hoc est in oris rationalis, quæ uidelicet ore eregiōne superhumeralis sunt. Anuli enim illi, qui in ultimis & infimis erant angulis rationalis, habebant contra se in utroque latere superhumeralis æque anulos alios, quibus ipsi uittis ligantibus iungerentur. De quibus subsequenter adiungitur:

Necdum & alios duos anulos aureos, qui ponendi sunt in utroque latere superhumeralis deorsum, quod respiciet contra faciem iuncturæ inferioris, ut aptare possit cum superhumerali. Contra faciem dicit iuncturæ inferioris: quia de iunctura superiore, quæ erat super scapulas, antè dixerat. Inter quas uidelicet iuncturas hoc distabat, quod superior catenulis, inferior uero erat uittis facta ligantibus. Unde apte subiungitur:

Et stringatur rationale anulis suis cum anulis superhumeralis uitta hyacintha, ut maneant iunctura fabre facta, ut à se inuicem rationale & superhumerali nequeant separari. Non autem putandum est, utrumque indumentum simul esse terminatum. Nam rationale, quod mensuram palmi in altitudine, sicut & in latitudine habuit, non multo amplius quam pectus solum tegere sufficiebat. Superhumerali autem usque ad cingulum pertingebat, sicut in posterioribus manifestissime ostenditur, ubi scriptum est: Hæc & antè, & retrò ita conueniebant sibi, ut superhumerali & rationale mutuò neferentur, stricta ad baltheum, & anulis fortius copulata, quos ungebat uitta hyacinthina, ne laxæ fluerent, & à se inuicem mouerentur. Hæc de ipsa connexionione superhumerali & rationali secundum literam dicta sunt. Quia uero, quod sæpius dictum est, superhumerali ad operum consummationem bonorum: rationale autem, ad significandam cogitationum munditiam pertinet connexio, quæ hæc in alterutrum sociat: recte illam mentis industriam figuratè denunciat, qua doctorum fidelium intellectus ac fides cum operatione coniungitur. Manet enim iunctura fabre facta, ut à se inuicem rationale ac superhumerali nequeant separari, quoniam tanta eruditione, tanto operis studio præminet re-

ctor,

ctor, ut nihil ex eis quæ faciendæ esse cognouerit, imperfectum relinquat: nil ex eis quæ recta facere cernitur, per incuriam cordis uirtute rectitudinis priuet. Desluunt namque indumenta pontificis, & à se inuicem mouentur, si uel decus operis boni minor cordis custodiæ sordidat, uel castitatem puræ cogitationis integritas non sequitur perfectæ actionis. Sed ne hæc ab inuicem ualeant dissolui, habeat sacerdos in rationali duas catenulas ex auro purissimo, id est continuationem castæ, & non fictæ dilectionis cordi suo firmiter affixam: quæ nunquam manus & linguam illius ab æquitate puri sensus dissentire permittat. Et bene duas, ut & in his quæ ad diuinæ cultum seruitutis, & in eis quæ ad fraternali subsidium necessitatis pertinent, ritè ornatus incedat. Et quidem ante opus charitatis per catenulas exprimitur aureas: quia sicut catenula ex plurimis auri uirgulis unâ contextitur, ita charitas ex multifaria uirtutum operatione perficitur. Quas perfectò uirgulas exponens Apostolus, ait: Charitas patiens est, benigna est: charitas non æmularur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non querit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitatem: congaudet autem ueritati, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Habeat autem & anulos aureos, quibus eadem catenæ pendeant, id est iugem memoriam perperæ, & nunquam finiendæ claritatis in cœlesti patria, ex qua solum memoriam fieri conueit, ut continua nobis possint uincula claritatis manere. Habebat duos uncinos superhumerali aureis anulis eminentes, quibus inferentur catenæ, hoc est in ipso exordio cuiusque bonæ actionis habeat firmam Deo placendam intentionem, quæ apta sit per omnia suscipiendæ & continendæ in se dilectioni Dei & proximi: ita ut siue prospera seu aduersa quæque occurrerint, nunquam saluberrima piæ deuotionis retinacula laxet. Hoc est namque sacerdotem in utroque humero uncinos, qui catenulas rationali excipiant, habere: & in prosperis eum, & in asperis rerum euentibus fixum Deo placendi studium tenere, & huius intentione studij in ipsius simul & proximi amore firmari. Inferunt ergo se uncini superhumerali catenulis aureis, quæ de rationali summitatibus offeruntur: cum ea quæ mens rationabiliter de interna luce claritatis degustat, mox alacritas bene operandi libenter amplexata suscipit. Fortè citius habitus rationalis pulcherrimus à pectore sacerdotis relaberetur, si non eum accelerans boni operis uncinus qui contineat, apprehendat. Subrogentur eisdem catenulis in auxilium & uitta hyacinthina, quibus uterque sacerdotis habitus ad inuicem copuletur: id est, ligaturæ desiderij cœlestis fortissimæ, quæ anulis aureis immis-

sæ, superhumerali cum rationali constringunt, cuius agnita luce patriæ perennis, in illam ineffabilem gratiam suspiramus: utique ut hanc intrare mereamur, concordia semper fide & uita, opere & professione, in tabernaculo præsentis Ecclesiæ Domino seruire studemus. Quod autem superhumerali strictum erat baltheo, ut in sequentibus, ubi pontifex induebatur, apertius indicatur: & desuper humerali, inquit, imposuit, quod stringens baltheo aptauit rationali: quis non uideat, quod custos bonorum operum fidelissima uirtus est continentia: de qua Dominus in Euangelio: Sint, inquit, lumbi uestri præcincti, & lucernæ ardentes. Lumbi uidelicet præcincti, per continentiam: lucernæ ardentes, per operationem uirtutum.

Portabit que Aaron nomina filiorum Israel in rationali iudicij super pectus suum, quando ingreditur sanctuarium, memoriale coram Domino in æternum. Semper quidem oportet sacerdotem memoriam patrum in pectore suo ferre: sed permaximè tunc, quando ministraturus coram Domino ad altare ascendit, ut quo sacratius est ministerium, eo solertius toto se permundans studio, tota industria mentis exornans & corporis, sanctorum exemplâ respiciat: horumque sedulus imitator extens, aptum se diuinis exhibere curet aspectibus. Item nomina filiorum Israel Aaron super pectus suum memoriale coram Domino portat in æternum, quædo præsul quisque fidelis nunquam eorum quibus prælatus est, curam intermittere habere: sed uitam iugiter illorum exhortando, increpando, consolando, ipse confortare, & confortandumque Domino crebris in orationibus commendare satagit.

Pones autem in rationali iudicij doctrinam & ueritatem, quæ erunt in pectore Aaron, quando ingreditur coram Domino. Ideo doctrina & ueritas in rationali iudicij siue literis est impressa, seu nominibus, ut eadem ueste indutus, meminisset se studiis doctrinæ & ueritatis inquirendis, non autem curandis rimandisque secularibus negociis in præceptum sacerdotum fuisse consecratum: ut quod exterius typicum in ueste præfulgebatur, intus in corde ueraciter expressum coruscet. Item doctrina & ueritas erant in rationali positæ, ut aperte figuraretur: quia uestis illa non solum legalem induebat pontificem, sed & Euangelicum prænunciabat, uel ipsum uidelicet Dominum, de quo scriptum est: Quia lex per Moysen data est, gratia autem & ueritas per Iesum Christum facta est. Vel certe apostolos eius omnes, immò eiusdem gratiæ & ueritatis præcones.

Et gestabat iudicium filiorum Israel in pectore suo in conspectu Domini semper. Sacerdos iudicium filiorum Israel in pectore suo in conspectu Domini gestat, cum subditorum causas pro sola interni iudicij intentione discutit, ut nihil se eis humilitatis admisceat, in eo quod diuina positus uicè dispensat.

Tunica superhumeralis.

CAPVT VI.

Facies & tunica superhumeralis totam hyacinthinam. Tunica dicitur superhumeralis, cuius pars non minima superhumerali tegebatur, ad distinctionem tunicae, quae erat interior lineae: quarum pariter meminit superius, dicens. Haec autem erunt uestimenta quae facient: rationale & superhumeralis, tunica & lineam strictam. Interior autem erat linea, siue byssina, quod lini esse genus nobilissimum constat. Exterior uero tunica tota hyacinthina, nihil omnino coloris alterius admittens. Cuius speciei uniformi uita manifeste sacerdotalis, qualis esse debeat, docetur: hoc est supernis solum desiderijs incessanter intenta, & conuersationem iuxta Apostolum habens in caelis, ac sui Saluatoris inde desideranter expectans aduentum. Quae uidelicet tunica, sicut & byssina, ad pedes usque pertingebat: unde utraque graecae poderis dicta est, ut ostenderetur nil in sacerdotali uita infimum ac sordidum remanere, sed omne quod ageret, quasi ethereo colore speciosissimum, uniuersa membra eius a capite usque ad pedes gratia uirtutum contecta esse debere. Item tunica talaris sacerdos tota hyacinthina uestitur, ut admo- neatur opus caeleste non inchoandum tantummodo, uerum etiam usque in finem in eo esse perseuerandum omnibus qui salui esse uoluerint. Tunica namque hyacinthina usque ad pedes uestiri, est bonis operibus usque ad finem uitae huius insistere, precipiente ac promittente Domino: Estote fideles usque ad mortem, & dabo tibi coronam uitae. Et quia ita solummodo ad perfectionem bonae actionis infatigabili proposito perueniemus, si hanc fixa intentione supernae remunerationis incipimus, recte de eadem tunica subiungitur:

In cuius medio supra erit capitium, & ora per gyrum eius textilis, sicut fieri solet in extremis uestium partibus, ne facile rumpantur. Capitium quippe tunicae hyacinthinae firmissimam habet oram, & ex sese textam, ne facile rumpatur, cum primordium bonae nostrae actionis forti radice timoris diuini subnixum, & contra omnes insidias hostis antiqui probatur esse munitum. Talis namque ora, collum sacerdotis per gyrum uestit & ornat, quando rectori fiduciam loquendi subdit, ac praedicandi caelestia maximam praebet, hoc quod ipse non solum in procurfu uitae suae recte uixerit, sed ipsam quoque exordium a rectitudine coeperit, iuxta exemplum beatorum Samuelis, Hieremie & Ioannis prophetarum, qui ab ipsa infantia Spiritus sancti gratia repleti, & in doctorum ordinem sunt segregati. Vox siquidem in collo est, ideoque per collum recte loquendi usus exprimitur. Aptum autem cum ora capitij per gyrum textilis fieri praecipitur, statim adiunctum est: Sicut fieri solet in extremis uestium partibus. Sicut enim uestibus opera, ita extremis uestium partibus potest non inconuenienter ipsa operum consummatio figurari. Vel certe extreme

uestium partes, ultimae sunt nostrae sollicitudines, quibus sese quique fideles, cum uita hanc finire coguntur, interius solito ab omnium labem malorum expurgare contendunt, cum metu & pauore procurantes, ne ante districtum iudicem perducti, pro sordido uitiorum habitu expellantur, atque in tenebras praecipitent aeternas, quin potius appareant induti, sicut electi Dei sancti & dilecti, uiscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam: super omnia autem haec charitatem, quod est uinculum perfectionis. Et ideo ueraciter indumentum nuptiale, quod in conuiuio suo, id est in Ecclesia sancta rex & iudex noster inuenire delectat. Tunica ergo sacerdotis hyacinthinam habet oram capitij textilem, sicut in extremis uestium partibus fieri solet: cum doctor quisque egregius a tanta perfectione opus uirtutum incipit, ad quantam quilibet alius ditissime laborans, uix aliquando peruenit: cum tanto timore famulatus omni hora, & iuxta sermonem Prophetae sollicitus ambulat cum Domino Deo suo, quantum alius quis uel moriturus, & ad iudicium Domini sui ultimum ingressurus, uix habere sufficit. Verum quia tota perfectio sacerdotis in operibus & doctrina ueritatis consistit, iuxta hoc quod beatus Lucas descripto Euangelio dicit, fecisse se sermonem de his quae coepit Iesus facere & docere: recte subiungitur,

Deorsum uero ad pedes eiusdem tunicae per circuitum, quasi mala punica facies ex hyacintho & purpura, coccoque bis tincto, mixtis in medio tintinnabulis. Deorsum namque ad pedes tunicae sunt, quasi mala punica & tintinnabula per gyrum, quando ad tantam excellentiam deuote Deo conuersationis sacerdos peruenit, ut nil in illo aliud quam splendor & gratia, flosque, ut ita dixerim, uariis bonorum operum uideatur: nil ab illo aliud cum os aperuerit, quam suauissimus horum sonus audiatur. Quia enim in malo punico multa interius grana, uno foris cortice teguntur, recte per mala punica multifaria uirtutum operatio, uno charitatis munimine undique uersum tecta designatur. Fit autem eadem malorum puniceorum effigies ex hyacintho & purpura, & cocco bis tincto, & ut in sequentibus inuenitur, etiam ex bysso retorta: quibus quatuor coloribus, quae uirtutum uarietas intuetur, sapientius inculcatum est. His uero in medio tintinnabula permiscetur, cum neque opus sacerdotis unquam a sonitu uerbi, quod loquitur, discrepat: neque a rectitudine operis territus, aduersus linguae sonitus dissentit. Unde pulchre additur:

Ita ut tintinnabulum aliud sit aureum, & malum punicum: rursumque tintinnabulum aliud aureum & malum punicum. Aurea quippe tintinnabula hyacinthinae pontificis tunicae inseruntur, & omni ex parte circumdantur, cum omnis sermo eius claritatem supernae lucis resonat, & idem sonitus, uelut hyacinthinae tunicae firmiter infixus, operum quoque

quoque ipsius sublimitate audientium mentibus commedatur. Fiantque bina mala circum singula tintinnabula, & circum singula mala bina tintinnabula, cum & omnia quae loquitur, bonis confirmantur actibus, atque in adiutorium alterius cor defigit, & uniuersa quae agit, quam sint rationabilia, discreto sermonis sonitu produntur. Bene autem sequitur:

Et uestietur ea Aaron in officium ministerij, ut audiatur sonitus, quando ingreditur & egreditur sanctuarium in conspectu Domini, & non moriatur. Sacerdos namque ingrediens uel egrediens moritur, si de eo sonitus non audiatur: quia iram contra se occulti iudicis exigit, si sine praedicationis sonitu incedit. Quod si Iosephi uerbis intendere uoluerimus, quibus dicit, mala in tunica pontificis septuaginta duo fuisse, & eiusdem numeri tintinnabula, congruit hoc figuris mysteriorum: ut sicut in humero ac pectore Apostolicum ferre numerum iussus est, ita etiam discipulorum septuaginta duorum circa pedes numerum adsignatum haberet. Constat enim, sicut duodenarius apostolorum numerus episcopalis gradum dignitatis inchoauit, sic discipuli septuaginta duo, qui & ipsi ad praedicandum uerbum sunt missi a Domino, gradum sacerdotij minoris, qui nunc presbyteratus uocatur, sua electione signauerunt. Unde & propter hoc numerus in ultima parte sacerdotalis habitus, ille in prima figuratus est. Decebat enim, ut qui maiores gradum in corpore summi sacerdotis, hoc est in Ecclesia Christi erant futuri, sublimiorem in habitu typici pontificis locum typice haberent. Verum si quis ipsos etiam numeros utriusque ordinis mystice uult interpretari, duodecim gemas Aaron in pectore praeferebat, ut significaret tempus instare futurum, quo fides sanctae Trinitatis in omnibus quadrati orbis partibus generi humano praedicaretur: uel certe, sicut & supra docuimus, duodecim gemmas, id est ter quaternas gestabat, ut omnes admo- neret doctores opera iustitiae, quae quatuor uirtutibus principaliter comprehenduntur, simul cum fide ueritatis, quae in Trinitate est, & ipso habere semper, & suis commendare discipulis. Portabat & septuaginta duo tintinnabula aurea, cum totidem malis punicis, ut ostenderet mystice, quod eadem fides & operio iustitiae uniuersum esset mundum ab errorum tenebris ad ueram lucem perductura. Tres namque dies ac noctes habent horas septuaginta duas. Et quia sol iste uisibilis, omnes mundi partes in septuaginta duabus horis supra infraque lustrando tribus uicibus circuit: apte hic numerus tintinnabulorum & malorum diuersitate coloris, tunicae pontificis inditus est, ad docendum figurate, quod sol iustitiae Christus orbem esset illuminaturus uniuersum, eiusque donum praebiturus, & uerae fidei, quae est in agnitione & confessione sanctae Trinitatis, & bonae operationis, quae in uariarum

est splendore uirtutum. Possimus sane in duodenario numero gemmarum rationalis etiam hoc intelligere figurate expressum, quod idem sol iustitiae cuncta nostra tempora, cunctas orbis plagas sua esset luce repleturus: in exemplum solis mundani, qui per menses duodecim signiferum lustrare circulum, & totum ambire consueuit. Nam & hoc quod quatuor ordines in rationali ternos habebant lapides, congruit anni uerticis ordini, qui per ternos menses in quatuor tempora distinguitur. Annum autem in scripturis uocari totum hoc salutis nostrae tempus, quo pro aeterna retributione certamus, testatur ipse Saluator, qui iuxta sermonem Esaiam, missus est praedicare annum Domini acceptum, & diem retributionis: cum de eodem anno & Psalmista canit, dicens, Benedices coronae anni benignitatis tuae. Quibus enim in praesenti dedit benignitatem re- ctae fidei & operationis, dabit in die retributionis coronam perpetuae benedictionis.

Laminae aureae.

CAPVT VII.

Facies & lamina de auro purissimo, in qua sculpsit opera caelatoris sanctam Domino. Ligabisque eam uita hyacinthina, & erit super terram imminens fronti pontificis. Lamina uero aurea in fronte pontificis, in qua sanctum Domino, siue sanctum Domini, ut in sequentibus appellatur, sculptum est, sacratius ceteris erat indumentis illius. Et merito sicut diuina potentia cunctis quae creauit supereminet, ita oportebat, ut nomen eius ceterum pontificis habitum ornatumque transcendens, altius pre- emineret, & uelut cuncta sanctificas eximiam in eius fronte sedem teneret. Significat autem ipsam professionis nostrae fiduciam, quam in fronte portamus, dicentes singuli cum Apostolo: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Et recte hoc unum in toto pontificis habitu de auro est solo factum, ut munditiam cordis siue corporis, in qua mysteria redemptionis nostrae recondere uel gestare debemus, ostenderet. Vel certe auro inscriptum in fronte sacerdos sanctum Domini gestat, ut insinuet mystice, quod ita passionem Domini & saluatoris nostri, per quam redempti sumus, uenerari & amplecti debemus, ut claritatem in illo diuinae maiestatis, per quam creati sumus, pariter confitendum esse nouerimus: ita mortem assumptam ab illo humanitatis confiteri, ut eandem mox humanitatem in aeternam de morte gloriam resurrexisse fateamur. Sanctum autem Domini, quod in lamina sculpsit, nomen eius sanctum & uenerabile significat: quod apud Hebraeos quatuor literis uocalibus scribi solet, hoc est nomen: cuius interpretatio lingua eorum ineffabile sonat, non quia dici non potest, sed quia finiri sensu & intellectu creaturae nullius potest. Et quia nihil de eo satis digne dici potest, ideo ineffabilis rectissime uocatur, iuxta illud Apostoli: Et pax Dei, quae exuperat

GGG 3 rat

rat omnem sensum, custodiat corda uestra. Et Psalmista, Magnus, inquit, Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis. Et bene quatuor literis idem nomen Domini in fronte pontificis erat scriptum: propter uidelicet significantiam totidem partium Dominicæ crucis, quam in fronte portaturi eramus, hoc est supremam, dextram, laeuam & infimam. Item sanctum Domini auro sculptum in fronte portamus, quando expurgati à sordibus uitiorum, quæ ex primo parente habuimus, imaginem & similitudinem nostri conditoris, ad quam creati sumus, in nobis recipimus: & hanc nos recepisse non in secreto celamus, sed cunctis palam factis, & uoce promulgamus, iuxta illud Apostoli: Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cælestis. Quod loquens ad Colos. 3 Colossenses aperitius explicat, dicens: Nunc autem deponite & uos omnem iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore uestro, nolite mentiri inuicem, expoliantes ueterem hominem cum actibus eius, & induite uos nouum, eum qui renouatur in agnitionem secundum imaginem eius qui creauit eum. De quo uidelicet sancto Domini & Ioannes in Apocalypsi scribit: Vidi, inquit, agnum stantem supra montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Qui rursus claritatem supernæ patriæ describens, ait: Et sedes Dei & agni in illa erunt, & serui eius seruient illi, & uidebunt faciem eius, & nomen eius in frontibus eorum. Cum ergo idem nomen sacratissimæ uenerationis omnes agnum sequentes, hoc est uniuersi fideles in ipsa suæ professionis fronte debeant habere: quanto magis necesse est eos qui accepto sacerdotio ac magisterio spiritali, ducatum gregis Domini sortiti sunt, exemplum uitæ, & uirtutis omnibus in seipso ostendere. Ligatur autem lamina, quæ sanctum Domini continet, uitta hyacinthina cum tiara pontificis: cum spe cælestium bonorum, quæ hyacinthus significat, in fide confortamur, & eo arctius uel sacramento nostræ redemptionis, uel imaginem ac similitudinem nostri conditoris ac redemptoris intemeratam seruare contendimus, quo nullum esse aliud salutis iter cognouimus. De figura tiaræ in sequentibus suo loco dicitur. Verum, quia sacerdos tantæ industriæ, talis esse debet meriti apud Deum, qui peccata populi sua exhortatione, increpatione, admonitione corrigere & castigare, suisque ualeat precibus abluere, rectè subiungitur:

Portabit que Aaron iniquitates eorum quæ obtulerint & sanctificauerint filij Israel, in cunctis muneribus & donarijs suis. Portat namque pontifex iniquitates subditorum, id est exportat & aufert, cum aut eos docendo pœnitentiam commissorum prouocat, aut pro pœnitentibus supplicando gra-

tiam eius iusti iudicis conciliat. Facit autem hoc in muneribus & donarijs, quæ ipsi obtulerunt Domino, & sanctificauerunt, cum profectibus dignis pœnitentiæ, id est elemosynis, ceteris que operibus iustitiæ, quæ fecerint, pœnitentes à reatu scelerum, quæ quondam patrauerunt, absoluit. Hæc quidem ita gerenda institutio diuina, & in habitu pontificis mysticè figurauit, & in uerbis sacri eloquij manifestè docuit. Sed longè aliter pro dolor quidam præsulum faciunt, qui & donaria siue munera accipere, immodè exigere uolunt à populo, & nil pro iniquitatibus eius, ut exportentur & castigentur, ueniam que accipiant, curant laborare, cum ob hoc solum dona temporalia sumere debeant à subditis, quod eos æterna bona prædicando ab errore correxerint, atque ad uiam ueritatis deduxerint, ad imitationem primorum sanctæ Ecclesiæ doctorum, qui illis à quibus temporalia percipiebant subsidia, confidenter aiebant: Si nos uobis spiritalia seminauimus, magnum est si uestra carnalia metamus: Verum præsul quisque siue minister uerbi, ita solum pro subditis efficaciter laborare, siue prædicando uerbum, seu Domino supplicando potest, si animus eius semper diuini nominis sit memoria præditus. Aptè subiungitur:

Erit autem lamina semper in fronte eius, ut placatus sit ei Dominus. Si enim lamina nomine Domini scripta semper fuerit in fronte Aaron, placabitur filiis Israel Dominus: quia cum doctor ipse fideliter se diuino seruitio pura mente subdiderit, mox etiam subditi exemplis illius, ac monitis accensi, & ipsi rectè uiuere, gratiamque interni aspectoris promoueri satagunt.

Tunica byssina, & tiara.
CAPVT VIII.

Stringes que bysso tunicam. Hæc est tunica interior, quam supra lineam strictam nuncupat. Quare autem linea stricta sit dicta, uel bysso stringi præcipitur, iam superius expositum est, & nunc adijciendum: quia solent milites habere lineas, quas camillas uocant, sic aptas membris, & strictas corporibus, ut expediti sint, uel aduersum, uel ad prælium dirigendo sacula, tenendo clypeo, ense librando, & quocumque necessitas traxerit: qualem & Ioab habuisse legitur, quando Amasam interfecit, stricta scilicet ad mensuram habitus sui. Ergo & sacerdotes parati in ministerium Dei utuntur hac tunica, ut habentes pulchritudinem uestimentorum, nudorum celeritate discurrant. Hæc tunica, quia sicut hyacinthina ad pedes usque pertingebat, & ipsa græcè poderis, id est talaris uocata est, cuius significatio mystica in promptu est: cum enim constet, lino uel bysso continentiam & castitatem significari corporis nostri, iuxta quod sæpius supra explicatum est, strictam habent lineam, siue tunicam de bysso sacerdotes, cum propositum continentiam nequaquam

nequaquam eneruiter & fluxa mente custodiunt. Sed tanta prorsus instantia, ut nil belli concupiscibilis caro contra spiritum, aut contra carnem gerat spiritus. Lineam habet strictam, cum concupiscentia hac deficientè omnimodè anima, in atria Domini cor illorum pariter & caro socia germanitate exultant in Deum uiuum. Hæc autem linea non solum stricta, uerum etiam poderis est, uidelicet ad pedes usque descendens, cum continentia non unicuique membro uolenter imposita, sed in toto est corpore delectabiliter consummata. Hæc etenim linea, manus ac brachia debet stringere sacerdotis, ne quid nisi utile faciat pectus, ne quid inanè cogitet: uentrem, ne delicias ultra modum appetendo, Deum se gulosus facere præsumat: subiecta etiã uentri membra, ne lasciuendo totam sacerdotalis habitus pulchritudinem corrumpant: genua, ne ab orationis instantia torpeant: tibias & pedes, ne ad malum currant. Induatur ergo sacerdos primò linea stricta, ut & corpus ab iniquis operibus, & à prauis mentem cogitationibus compefcatur. Accipiat deinde hyacinthinam, ut propter descriptionem continentie salutaris, æquè corpus & animum spiritalium uirtutum habitu uenisset. Verum quia sensus quinque sunt corporis, uisus, gustus, olfactus, auditus & tactus: quorum primus quatuor propriè capitis, ultimus toti est corpori communis: tunica hæc, quam diximus utraq; propriè, continentiam tactus, & iustitiam designat. Consequenter uerò & aliorum quatuor sensuum, quæ sit uel curanda innocentia, uel sanctificatio conquirenda, figurato pontificis habitu monstratur, cum dicitur:

Et tiam byssinam facies. Tiam namque, quæ & cidaris, & mitra uocabatur, caput tegebat & ornabat pontificis: ut hoc indumento admoneretur, omnes capitis sensus Deo consecratos habere, ne uel oculi eius uiderent uinitatem, uel aures libentius audiendo opprobriū acciperent aduersus proximum suum, uel os abundaret malitia, & lingua cocinnaret dolū: siue etiam os crapula & ebrietate grauaretur, uel olfactus aspersum myrrha, & aloë, & cynamomo lectū meretricis amplecteret. Quin potius oculi eius uideret æquitatem, aures inclinarentur ad audienda uerba prudentiæ, dulcia essent faucibus eius eloquia Domini super mel & fauum, donec superesset halitus in eo, non loqueretur iniquitatem, nec ab innocentia sua recederet. Curandum & de quinto sensu, qui toti est corpori communis, ut fiat illud Propheticum: Recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere. Et sicut admonet Apostolus: Mundemus nos ab omni iniquificationem in timore Dei. Qualiter autem fuerit facta, Iosephus docet, dicens: Super caput autem gestat pileum in modum paruuli calami aut calsidis, quod extenditur supra

summitatem capitis, & modicè uerticis mediætatem incedit: & tale est, ut uideatur ex lineæ textura confectum, habes uittas quæ conuolutæ sæpius connectuntur, nec facile dilabatur. Qui uidelicet Iosephus huic pileo superadditum esse narrat aliud maius uelamen, quod totam capitis superficiem celaret: aptatum perfectè, ne laborante sacerdote circa sacrificia corruat: quod tamen cuius esset coloris non ostendit. Et hæc quidem de minoris sacerdotis pileo. De pontificis uerò tiara hoc modo testatur: Pileum autem priori similiter operatum habet pontifex, sicut reliqui sacerdotes, & alium confutum ex hyacintho uariatum. Circundatur autem ei & aurea corona, tribus uicibus facta, supra quæ surgit in mediâ fronte, quasi calyculus quidam aureus, similis herbæ, quæ apud nos Acharo nuncupatur, quæ græci Hyoscyamon dicunt. Et paulo post descripta mirabili uarietate subintulit, dicens: Habet autem flores similes plantagini, & per circuitum tota corona his floribus est cælata, ab occipitio usque ad utrumque tempus: in fronte uerò hoc quidem non habet, sed lamina est aurea, quæ sacris literis Dei nomē habet inscriptum. Hæc quidem de secundo uelamine & coronis pontificum aureis scriptura sancta tacere uidetur. Coronarū uerò breuiter fecit in sequentibus mentionem, dicens: Fecerunt & tunicas opere textili Aaron & filij eius, & mitras cum coronulis suis ex bysso. Sed de qua materia factæ essent, non dixit. Cum enim dicat, Et mitras cum coronulis suis ex bysso: poterat intelligi utraq; ex bysso facta esse, si non Iosephus coronas esse aureas designaret, qui stante adhuc templo, & legali obseruantia celebrata, cum esset de genere sacerdotali, facillimè potuit modum omnem sacerdotalis indumentum, non tamen legendo, sed uidendo cognoscere. Verum siue byssinæ, seu fuerint aureæ coronulæ, cum cõster eas factas esse cum mitris. Dicamus breuiter de figura. Mitras cum coronulis habet sacerdotes ex bysso, qui sic uisum, auditum, gustum, olfactum & tactum suum in uenustate castimonie custodiunt, ut pro eadem custodia se coronam uitæ, quæ repromisit Deus diligentibus se, accipere sperent. Nam qui sic continentie, uel bonis operibus studet, ut pro his æterna præmia retributionis querere negligat, mitram quidè byssinam habere uidetur in capite, sed coronulas non habet: quia uidelicet imaginem uirtutis coram hominibus præferit, sed mercedem uirtutis cum Domino non inuenit. Siue ergo coronulæ fuerint aureæ, claritatem perpetuæ lucis significat: siue fuerint byssinæ, ipsam nostri corporis immortalitatem, quæ perennis futura est, figuratè denunciant. Et rectè sacerdos cum stolis byssinis coronas superadditas gestatur, & in continentia fide sua iugiter æterna præmia meditetur, & in prædicatione continentie, uel bonæ operationis simul eadem gaudia supernæ beatitudinis

dimis audientibus pronuntiat: ne si absq; spe re-
tributionis pōdus imponat laboris, iugū Chri-
sti suave, atq; onus leue asperum suis iudicio-
ribus reddat, & durum. Cum uerō Dominus
tiaram faciendam præciperet, addidit:

Et balthem opere plumarij. De cuius uidelicet fa-
cta balthei manifestus in posterioribus scri-
ptū est. Cingulū uerō fecerūt de bysso retorta,
hyacintho, purpura, ac uermiculo bis tincto,
opere plumario. Hoc cingulū, ut Hieronymus

ex Iosepho scribit, in similitudinē pellis colu-
bri, quā exiit in senectute, sic in rotūdo textū
est, ut marsupij lōgius putes. Textū autē sub
tegmīne cocci, purpuræ, hyacinthi, & stamine
bysino, ob decorem & fortitudinem, atq; ita
polymita arte distinctum, ut diuersos flores &
gemmas non artificis manu cōtextas, sed ad-
ditas arbitreris. Habebatq; latitudinem qua-
tuor digitorum, quo cingulo propriē ponti-
fex utebatur, & eo tunica hyacinthina, simul
& superhumeralē stringebatur. Nā in sequen-
tibus, apertē de cōiunctione superhumeralis
& rationalis dictum est: Hæc & antē & retrō
ita conueniebant sibi, ut superhumeralē & ra-
tionale mutuo necteretur, stricta ad balthem
& anulū fortius copulata: quos iungebat
uitta hyacinthina, ne laxē fluerent, & a se in-
uicem moueretur. Nulli autem dubium, quin
balthem siue cingulum, quo superhumeralē
adstringebatur, tunicam hyacinthinam, quæ
& superhumeralis tunica uocabatur, cinge-
bat: cuncta etenim quæ hucusq; dicta sunt, ad
pontificis habitum pertinent. Dehinc conse-
quenter filiorum eius simul balthei, & cætera
indumenta exponuntur, cum dicitur:

Porro filijs Aaron tunicas lineas parabis & balthes, ac
tiaras in gloriam & decorem. Neq; de balthes eo-
rum, utrum & ipsi opere plumarij, an unius co-
loris fieri debuerint, aliquid decernitur. Di-
cendum igitur primō de baltheo pontificis,
qui de quatuor coloribus illis nobilissimis ac
Deo dignis factus est: quia aptē talem habe-
ret pontifex, quem singulari uirtutum deco-
re semper oportebat accingi. Aptē pontifex
uariante flore colorum fulgentium accinctus
incedebat, quia sicut alius quilibet necesse est
industria continentie præcingatur, ne caro re-
pugnans, internam mentis pacem aliquando
conturbet: ita pōtifex ac doctor fidelium edo-
mito iam omni concupiscibili motu animi si-
ue corporis, ipsa uirtutum gloria debet circun-
dari, ut iuxta exemplum floris illius qui egres-
sus est de radice Iesse, id Domini saluatoris sit
iustitia, cingulum lumborum eius, & fides cin-
ctorum renum eius. Tunica autem lineæ, &
balthei actiaræ, quæ filij Aaron in gloriam &
decorem fieri præcepta sunt, quid nobis inter-
ni decoris & gloriæ commendent, facillimē ex
his quæ superius exposita sunt, intelligi ualeat.
Tunicas namque habent sacerdotes lineas,
cum totum corpus suum candori castitatis de-
dicant. Balthes tunicas cingunt, cum eandem

castimoniam uigilanti mētis custodia circun-
spiciunt, ne conscientia illius desidiofioris er-
ga bonorum operum exercitia remaneant, ne
per laxitatem castimonie, ipsius etiam casti-
monie meritum perdant. Qui enim tunica ta-
lari indutus absq; cingulo incedit, defuit tuni-
ca, ac relicto corpore uentis & frigoribus in-
trādī spacij tribuit: quin & præpeditis gres-
sibus incedendi usum retardat: uel etiā calcāti-
bus se causa efficitur ruine. Sic nimirū castimo-
nia carnis sepe nonnullis castimoniam cordis adi-
mit, cū tanto segnius bonis insistere operibus
curant, quāto minus perspiciūt, quia nil casti-
monie custodia absq; aliorū augmento bono-
rum ualeat, quæ tamē adiūctis bonis actibus,
magnam habenti gloriam conquirunt. Deniq;
uirginibus stultis nil castitas profuit carnis,
quibus ueniente sponso lumen defuit interne
puritatis. Accingantur filij Aaron tunicis li-
neis, ut castitatem habeant. Sacerdotes accin-
gantur balthes, ne ipsa castitas sit remissa &
negligens: ne uento elationis animum per-
flandi aditum præbeat, ne crescente iniquita-
te, refrigerescere faciat charitatem ipsorum, ne
honorum gressus operum iactantia suæ præ-
sumptionis impediatur, ne præpedito uirtutum
cursu, ipsa etiam terrestris concupiscentie sor-
dibus polluta uilescat, & ad ultimum autho-
rem suum ad ruinam superbiēdo impellat. Ac-
cincti autem sacerdotes, accipiant & tiaras in
capitibus, ut præter uigilantem & circumspe-
ctam corpoream castitatis custodiam, ipsius e-
tiam uisus, auditus, gustus & olfactus Deo di-
gna, & custodia teneatur & cura.

Feminalia,
CAPVT IX.

Uestiesq; his omnibus Aaron fratrem tuum, & filios e-
ius cum eo, & cunctorum consecrabis manus sanctifica-
bisq; illos, ut sacerdotio fungatur tibi. Omnibus quidē
his uestiedus erat Aaron & filij eius: sed ea di-
stinctiōe, ut ipse quidē omnibus his uteretur,
filij autē ultimis tribus, quæ illorū propriē no-
mini ascripta sunt, cum dicit: Porro filijs Aarō
tunicas lineas parabis, & balthes actiaras in
gloriam & decorem. Quod uerō sequitur:

Facies & feminalia lineæ, ut operiant carnem turpitudinis
sue à renibus usq; ad femina, & utentur eis Aaron & filij e-
ius, quando ingredientur tabernaculum testimonij, uel quan-
do appropinquant ad altare, ut ministrent in sanctuario, ne
iniquitatis rei moriantur. Ad utrumque simul, &
Aaron scilicet & filios eius, sicut etiā ipsa uer-
ba manifestē probant, pertinet: sic que fit, ut
Aaron ipse cunctis quæ commemorantur o-
cto uestibus induatur, feminalibus uidelicet
lineis, tunica lineæ, hyacinthina super-
humerali, rationali, baltheo, tiara, petalo au-
reo. Filij uerō eius quatuor tantum ex his, id
est feminalibus, lineæ stricta, cingulo & tiara
urantur. Verūm, quia de cæteris supra tracta-
tum est, feminalia hæc quæ ad operiendam
carnis turpitudinem fieri mandantur, illam ca-
stimonie portionem, quæ ab appetitu copu-

la conjugalis cohibet, propriē designat, sine
qua nemo uel sacerdotiū suscipere, uel ad al-
taris potest ministeriū consecrari, id est, si non
aut uirgo permanferit, aut cōtra uxoriæ con-
iunctionis fœdera soluerit. Quod uidelicet ge-
nūs uirtutis nulli per legē Dei necessariō im-
peratū, sed uoluntaria est deuotione Dño of-
ferendū, dicēte ipso de hoc: Nō oēs capiūt uer-
bum istud. Ad quā tamē benigna mox exhor-
tatione eos qui possint, inuitat dicēs: Qui po-
test capere, capiat. Et paulo post eisdē qui uel
uxorē, uel alios cognatos, & implicamēta mū-
di huius propter ipsum relinquerint, centuplū
promittit in hac uita premiū, & in seculo futu-
ro uitā æternam. Vnde certē gratia distinctio
nis nō Moyses hoc indumēto uestiri Aaron,
& filios eius iubetur, sicut de prioribus dicitur:
Uestiesq; his omnibus Aaron fratrem tuū,
& filios eius cū eo. Sed facies, inquit, femina-
lia lineæ, ut operiāt carnē. Ipsi, inquit, operiāt
carnem turpitudinis suæ, tu feminalia pontifi-
ci, & filijs eius facies, tu castitatis regulam do-
cebis, tu abstinentium ab uxorio cōplexu eis,
qui sacerdotio functuri sunt, intinabis. Nulli
tamen uolentium huiusmodi continentie iu-
gum impones: sed quicūq; sacerdotes fieri, ac
ministerio seruire altaris uolunt, ipsi sua spon-
te uxorum serui esse desinēt. Quod ubi perfe-
cerint, & suscepto semel continentie propo-
sito ministros se sanctuarij atq; altaris fore con-
sentiant, aderit lex diuina, quæ uelut cæterū
illius habitum sacerdotibus congruum impo-
nens, quomodo uiuere uel docere debeant,
abundatē instituat, cōgaudensq; spontaneæ
ipsum deuotioni, dignū sacerdotio decus
sapientie, patientie, mansuetudinis, misericor-
diæ, zeli spiritalis, humilitatis, timoris Domi-
ni, cæterorumq; huiusmodi ornamentorum su-
peraddat. alioquin iniquitatis rei moriuntur.
Mortem namq; certissimam incurrit animæ,
si quis luxuriose uiuens, sacerdotale sibi usur-
pare gradum præsumit. Qui sensus subsequē-
tibus quoq; Domini uerbis affirmatur, qui-
bus post pauca subiungit:

Cumq; laueris patrem cum filijs suis aqua, indues Aaron
uestimentis suis, id est linea tunica, super humerali & ratio-
nali, quod constringes baltheo, & pones tiara in capite eius,
& laminam sanctam super tiaram, & oleum unctionis fun-
des super caput eius: atq; hoc ritu consecrabitur. Filios quoq;
illius applicabis, & indues tunicis lineis, cingesq; baltheo, Aa-
ron scilicet & liberos eius, & impones eis mitras, erantq; sa-
cerdotes mei religione perpetua. Nam neq; hic de fe-
minalibus à Moysē accipiēdis præcipitur: un-
de liquidō cōstat, quod se hoc genere uestimē-
ti ipse prius Aaron ac filij eius induerāt, & sic
ad manum Moysi lauandū, induendū, ungen-
dū & consecrandū intrabant. Vbi & hoc notā-
dum, quod consecratos eos Moyses, primō
lauit aqua, & sic habitū illius sacri gradus impo-
nit: quia nimirum necesse est, ut qui ad officij
altaris promouendus est, maioribus se solito
fluētis lacrymarū, siue compunctionis tem-

pore dedicationis abluat, ut quo mundior ad
gradum accipiendum accesserit, eo perfectius
acceptum cōsummet. Possēt autem in hoc la-
uacro baptisma sacri fontis intelligi, si qua es-
set consequentia: ut qui in sacerdotiū electus,
tunc primū aqua baptismatis in remissionē
peccatorū ablueretur, & nō talium ordinatio-
ni cōtradiceret Apostolus, dicēns: Non neo-
phytum ordines, ne in superbia elatus in iusti-
cium incidat diaboli. Indutus uerō sacris uesti-
bus pontifex, mox oleo unctionis perfundi-
tur, ut per gratiam spiritus sancti consecratio
perficiatur: nō quod ea quæ præmissa sunt in-
dumēta uirtutū absq; gratia Dei possimus ha-
bere, sed quia maius necesse est auxilium gra-
tiæ tribuatur à Domino, ubi quis uel maiorē
conscenderit gradū, uel plurimorum fuerit re-
gimīni prælatus. Notandū interea, quod cum
in hoc libro Exodi, Aaron octo uestibus in-
duendus asseueratur, uidetur in Leuitico ad-
dita & nona, balthem uidelicet, quo linea fue-
rit tunica ante indutam hyacinthinam præcin-
cta. Sic etenim scriptum est: Cumq; lauisset e-
os, uestiuit pontificē subucula lineæ, accingēs
eū baltheo, & induēs tunica hyacinthina: &
desuper humerale imposuit, quod stringens
cingulo aptauit rationali. Sed quomodo cūq;
hoc factum fuerit, patet manifestē ex eis quæ
explanata sunt, figura uestitus intellectualis.

De quatuor uestium sacerdotum coloribus, & quatuor
elementis, & consecratione sacerdotum.

CAPVT X.

Verūm quia de habitu sacerdotali, sequē-
tes dicta patrum, breuiter ista perstrin-
ximus, notandū putauimus ex hoc quod qua-
tuor illi colores eximij, de quibus factus est, to-
tidem mundi elementis cōgrua comparatio-
ne aptantur. Bysus siue linum terræ, quod ex
ea nascuntur: purpura aquis, quod ex mari cō-
chylis tingatur: hyacinthinus & coccus aeris
& igni ob coloris similitudinē. Coccus q; fue-
rit bis tinctus, eo quod ignis gemina siue uirtu-
te præditus, lucendi uidelicet, & incendendi.
Aiuntq; Hebræi, quia ideo pontifex omnium
figuram elementorum in suo habitu gestaue-
rit, quia nō solū pro Israel, sed pro omnī mun-
do immolans rogare debuerit. Quibus nos
non incongruē fortē addere ualemus, quod
in unoquoque hominum figura omnium e-
lementorum continetur. Ignis in calore, aeris
in habitu, aquarum in humore, terræ in ipsa
soliditate membrorū. Vnde & à physiologis
Græcè homo microcosmos, id est minor mū-
dus uocatur. Quod & si aurum quid in eo-
dem habitu iuxta intelligentiam hanc signi-
ficet, quæris, rationabilem in eo interioris ho-
minis uirtutem intellige. Vnde & in eo pro-
priē sanctum Domini scriptum est: quia
nō nisi per hanc quisque ad cognitionem sui
conditoris ascendit. Hinc etenim Apostolus
dicit, in interiore homine habitare Christum
per fidem in cordibus nostris. Er ideo nobis

scriptura pontificem ueteris Testamēti sic ueritatem ostendit, ut sciat nostrī temporis pontifex pro toto se genere humano, maxime autē pro his qui cognouerunt ueritatem, signum, que fidei illius in fronte portant, intercedere debere, Apostolo admonente ac dicente: Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarū actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt. Quod si in pontifice, quem cōsecrat Moyses, Dominum saluatorem intelligimus, iure in habitu suo totius mundi figuram simul, & hominis habet.

1. Tim. 2. Ipse est enim, ut Apostolus ait, Splendor gloriae, & figura substantiæ Dei patris, portansq; omnia uerbo uirtutis suæ. Ipse agnus Dei, qui tollit peccata mundi: ipse sacerdos in æternū, omni sanctitatis ornatu præclarus, non quem natus in carne per exercitium laboris accipere meruit, sed quē in utero uirginis incarnatus perueniente gratia spiritus sancti, totum simul accepit. Cuius sacerdotij interpellationem pro nobis pulcherrimē cōmendans Apostolus ait, Hic autem eo quod maneat in æternū, sempiternum habet sacerdotium: unde & saluare in perpetuum potest, accedētes per semetipsum ad Deum semper uiuēs, ad interpellandum pro eis. Cuius etiā æque indumentis & ornamenta uirtutum commendans, adiunxit: Talis enim decebat, ut esset nobis pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatis, & excelsior cœlis factus. Qui uerō habuit laminam in capite suo auream, in qua esset sanctum Domini sculptum: quia uenit in nomine patris, dicēs: Ego in patre, & pater in me est. & Qui uidet me, uidet & patrem. Hactenus Aaron, & filiorū eius habitus qualis esse debeat, cœlesti designatur oraculo. Sequitur autem hinc etiam modus consecrationis, quo uel ipsos, uel tabernaculum cum omni supellectili sua dedicari oporteat.

Heb. 1. Heb. 7. Ioh. 14. 1. Cor. 5. Oblatis uidelicet Domino uirulo, & duobus arctibus, panibus quoque triticis, non solum azymis, sed & oleo conspersis siue litis, adhibito etiam oleo unctionis. Quæ nimirum cuncta, siue operum deuotionem bonorum, ac munditiā fidei, siue gratiam diuinæ illustrationis, sola consecrari per sacerdotes, figuratē demonstrat. Quis etenim nesciat, immolationem ac sanguinem illorum animalium, mortem asperisionemq; designare sanguinis Domini nostri, per quam & à peccatis absoluenti, & in bonis operibus sumus confirmandi? Panes quoque azymi quid mysterij Saluatoris contineant, docet Apostolus dicens: Ita que epulemur non in fermento ueteri, neq; in fermento malitiæ & nequitiae, sed in azymis sinceritatis & ueritatis. Consersa sunt autem, siue lita oleo crustula & lagana: ut admoneremur, opera habere non solum à fermento malitiæ & nequitiae castigata, sed & pinguedine charitatis diuinis digna cōspectibus. Vel certe crustulam oleo consersam ad consecratio-

nem nostram Domino offerimus, cū in iuersa quæ fecimus, per internam sancti spiritus gratiam in cordis nostri deuotione pinguescunt. Lagana oleo lita offerimus, cum etiam foris hominibus spiritalia esse quæ agimus, in dubitanter in exemplum uiuendū ostēdimus. Quibus nimirum oblationibus consecratio nostra perficitur, dum per opera bona & cogitationes puras meritum nobis sanctimoniam Domino donante conquirimus. Expletis autem mandatis huiusce consecrationis, Aaron & filiorum eius, redit scriptura percipere etiā de factura altaris incensū, in quo idem Aaron quotidianum adolere thymiamata deberet.

Altaris incensi descriptio.

CAPVT XI.

Facies quoque, inquit, altare ad adolendum thymiamata de lignis ferim, habens cubitum longitudinis, & alterum latitudinis, id est quadrangulum, & duos cubitos in latitudine. Si altare holocausti, de quo supra dictū est, generaliter uitam designet iustorū, qui carnem suam quotidie crucifigere cum uitijs & concupiscentijs, atq; in hostiam uiuentē Domino offerre consuerunt: quid hoc ad altare ad adolendū thymiamata factum, nisi specialē quorundā perfectorum uitam significat? Neq; enim frustra in illo carnes animalium incendebantur, in hoc adolebatur incensum: nisi quia in illo figurabantur hi qui non secundum desideria carnis ambulabāt, sed quasi hæc Dño immolantes, omnes sui corporis sensus per ignē sancti spiritus eius uoluntati dedicāt: in isto autē illorū typus exprimitur, qui maiore mētis perfectione extinctis prorsus ac sopitis illecebris omnibus carnis, sola Domino orationū uota offerunt: nil quidem de carne, quod se impugnet, nil de cōscientia peccati unde cōturbentur ac pauēāt, habentes, sed dulciū profusione lachrymarū optantes uenire, & apparere ante faciē Dei. Vnde aptē hoc altare intus in uicinia ueli & arca, illud ante tabernaculum foris positū est: quia nimirum illi in conspectu sanctæ Ecclesiæ cunctis in exemplo uirtutū præfulgent: isti altioris ardore desiderij, contemplationi futuræ beatitudinis etiā corpore detenti nunquā propinquāt. Aptē illud ære, hoc uestiri auro præcipitur, æs nāq; plus alijs metallis sonorum ac diu durabile est: aurum uerō quātum sono succumbit, tantū splendore præstat eramento. Vnde certē æneū altare, in quo carnes incendebantur, & sanguis fundebatur uictimarum, illorum gestat typum, qui edomitis, & uelut Deo immolatis uoluptatibus carnis, perseveranter uiam ueritatis, quam semel inchoauere, peragunt, & hanc quoque proximis incedēdam crebro sermone prædicationis insonant. Porro aureum altare illis cōueniēter aptatur, qui ampliōre gratia supernæ claritatis illustrantur: sed minus alijs q̄ in secreto de interna sua uitate gustēt, aperiūt: minus eruclare ploquēdo sufficiūt, quā ipsi intus dulcedine in abdito uultus Dei reficiantur.

ficiantur. Aptē etiā altare thymiamatis quanto metalli fulgore præcellerat, tanto mensura minus fuit: quia quo sanctiores quique in Ecclesia, eo sunt pauciores. Aptē de eisdem lignis setim, quæ albe spinę similia, & esse incorruptibilia diximus, utrunq; altare fieri præcipitur: quia nimirum una est fidei non fictæ firmitas, qua omnium corda electorum præmuniri, atq; ad suscipiendum ignem dilectionis, & offerenda Deo uirtutum libamina debent præparari: quia omnibus generaliter pusillis, cum maioribus loquitur Apostolus, dicens, Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficiētes sanctificationem in timore Dei, quod est alijs uerbis dicere, Præcudamus, & auferamus à nobis spineta uitiorū, & punctiorum aculeos titillatiū, quos terra corporis nostri ex peccato primæ præuariationis nobis germinare consuevit, & quasi quadam bipenni sedulæ castigationis incidētes excolamus strenuē interiorē simul, & exteriorē hominem nostrum, qui dignus fiat accepto sancti spiritus igne, hostiam uirtutum in conspectu sui conditoris offerre. Aptē unus ac non dispar erat ignis, qui in hoc altari uictimas, in illo thura incēdebat: quia nimirum unus est spiritus, qui cunctorum mentes fidelium uariante donationum gratia uiuificat. Quod autem altare incensū quadrangulū fuit, unum habens cubitum longitudinis, & alterum latitudinis, duos uerō in latitudine, longitudo ad longanimitatē patientiæ, ut in expositione altaris holocausti dictū est, latitudo ad amplitudinē dilectionis, altitudo pertinet ad sublimitatem spei, per quā in laborum tolerantia temporalium, & hilaritate dilectionis sincera mēte gaudemus. Vnius autē est cubiti & longitudo & latitudo altaris, quando summi quique, & perfecti in Ecclesia uiri, nullius alterius rei quā perpetuæ retributionis intuitu, & mala temporalia aquanimitate ferant, & quæque ualent proximis, per charitatem bona impendunt. Item, quia charitas patiens est, benigna est. Patiens uidelicet, ut illatam à proximo iniuriam toleret: benigna, ut cuius aduersa tolerat, illi etiam cum opus habuerit, officia pietatis exhibeat. Rectē altare thymiamatis in longitudine, & in latitudine sua quadrangulum fieri iubetur: ut in sinuetur, quia perfectorū animus fœderatis ad inuicē uirtutibus, quātum diligere fratrem, tantum & ferre sufficit, & quātum per patientiam sustinere potest molestiā eius, tātum præstare ei per dilectionem suæ pietatis beneuolentiam potest. Duos autem habet cubitos in altitudine, quia duplex sese præmiū in futura uita accepturos sperant electi, unum uidelicet quietis animarū, cum corruptibile hoc, & mortale corpus exuentes, cœleste regnū intrauerint: aliud, cum recepto eodem corpore incorrupto atq; immortalī, perfectius in præsentia sui conditoris exultabunt, impleta promissione

prophetica, quæ dicit: In terra sua duplicia possidebunt, lætitia sempiterna erit eis. Cornua ex ipso procedent, uesties que illud auro purissimo, & craticulā eius, quā parietes & cornua. Cornua sæpe in scripturis solēt eminentiā designare fidei & uirtutū: per quā obuiantia nobis anti-qui hostis certamina obtūdere ac superare debemus, dicentes cum Propheta Domino: In te inimicos nostros cornu uentilabimus. Qui mox de quo cornu dixisset, subdendo declarat uirtutem dicens: Et in nomine tuo spernemus insurgentes in nos. Sicut econtrā, nonnunquā bella uitiorum, quæ nos expugnare moliantur, cornuū nomine solent indicari. Quod utruq; breuiter complexus per Prophetā Dominus dicebat: Et omnia peccatorū cornua confringam, & exaltabuntur cornua iusti. Vnde bene in lege cornuti tantum generis animalia munda esse, & populo Dei comestibilia decernuntur. Quæ enim ruminant, atq; unguā fundunt animalia, ea etiam constat esse cornuta: ut ostendatur mysticē, quod illi tantum Ecclesiæ Dei spiritali cōiunctione possunt incorporari, qui fortitudine fidei ad bella uitiorum exire probantur inuicti. Procedūt autem cornua ex ipso altari thymiamatis, cū opera uirtutū electi, non ad faciem hominum specie tenus ostendunt, sed ex interna mentis radice, si xō atque immobili exercent affectu. At contra hypocritæ, quasi cornibus aliunde mutatis, habentes speciem pietatis, uirtutem eius negant. Quibus aptē congruit illa Esopi fabula, qua refert cornicem inuolutis pauis pennis exornatam, frustra de sua esse pulchritudine gloriatam, imō propemodum zelo exardescēte pauonum, omni pennarum uirtute, & ipsa uita esse spoliatam. Vestitur autem auro purissimo, cum perfecti quique uera internæ sapientiæ luce refulgent, cum in omnibus quæ agūt, splendorem charitatis uelut quotidiani gloriā habitus permōstrant, cum memoriam sibi perpetuæ claritatis semper inesse cunctis sese uidentibus, siue audientibus ostendunt, cum se ante omnia regnum Dei & iustitiam eius cogitare & querere manifestant. Et bene tam craticula altaris, quā parietes & cornua uestiri auro iubentur. Craticula quasi intus in medio erat altaris ad suscipienda nimirum thymiamata parata. Parietes uerō foris parebāt cornua, & ipse foris parentia speciali fastigio altius eminebat. Deauratur autem craticula, cum in interiore homine nostro per fidem resplendet Christi gratia. Deaurantur parietes, cum eadem gratia Dominicæ dilectionis per bona se exterius opera dilatant. Deaurantur & cornua, cum ipsa fiducia fortitudinis iustorum, qua aduersarios ueritatis, siue per patientiam fortiter ferre, seu per sapientiā prudenter repellere, uel corrigere didicerint, internæ lucis in omnibus fulgore coruscant. Et quoniam tales iure dicere possunt, Bonū certamen certauī, cursum cōsummaui, fidē seruauī,

ui, de reliquo reposita est mihi corona iustitiae: recte subditur,

Faciesq; ei coronam aureolam per gyrum.] Corona etenim aureola per gyrum fit altari thymiamatis, cum sancti pro nobis quae se egisse meminere, praemia postulant aeterna. Et bene per gyrum altaris corona fit, ut omnia quae fecere, caelesti mercede digna esse doceantur: neque aliquid in talibus remanere, quod post absolutionem carnis, purgatorio debeat igne castigari. Item altare incensi coronam habet auream per gyrum etiam in eis, qui etiam minores sunt meritis, nec palam protestari audent, certam sibi boni certaminis, ac seruatae fidei repositam esse mercedem, cuncta tamen quae agunt, intentione Deo placendi, & spe agunt percipiendae eiusdem supernae mercedis. Sequitur:

Et duos anulos aureos sub corona per singula latera, ut mitantur in eos uectes, & altare portetur. Ipsosq; uectes facies de lignis setim, & in aurabis.] Possunt quidem in his anulis, quibus altare portabatur, iuxta quod supra in altari holocausti, arca & mensa expositum est, quatuor Euangeliorum libri non inconuenienter accipi, per quorum fidem ac doctrinam sancti portantur, atque a terrenis cogitationibus subleuati, per eremum huius uitae quotidianis bonorum operum profectibus caeleste feruntur ad patriam. Verum quia ibi manifeste quatuor circuli fieri, duo uidelicet in latere uno, & duo in altero praecipuntur, hic autem tacito numero quaternario duo anuli per singula latera sunt: pro certo ibi a peritius Euangelistarum numerus claret, hic uero etiam aliud quiddam mysterij spiritualis, quod ad dilectionem Dei, & proximi summè respiciat, inest. Per singula etenim latera anulis aureis circumdatur altare: quia cor electorum hinc & inde Dei ac proximi dilectione confirmatur. Quae bene anulis comparatur, quia euacuata in sine prophetia, destructa scientia, cessantibus linguis, ipsa nunquam cessabit. Duo sunt autem anuli per singula latera: quia utrumque charitatis mandatum gemina uirtute distinguitur. Charitas quippe Dei per sinceritatem fidei ac uitae munditiam perficitur. sine fide enim impossibile est placere Deo, & fides sine operibus mortua est. Quod utrumque uno uersiculo Propheta complectitur dicens:

Heb. 11. Iacobi 2. Habac. 2. Iustus autem in fide sua uiuit. Aperte insinuans: quia ita solum quisque ad uitam uenturus est, si opera iustitiae cum fide ueritatis habuerit, sic & dilectio fraterna uirtute gemina consistit, patientiae scilicet & benignitatis, teste

1. Cor. 13. Luc. 6. Apostolo, qui ait: Quia charitas patiens est, benigna est. Vnde & Dominus, Dimittite, inquit, & dimittetur uobis: date, & dabitur uobis. uidelicet in dimittendo debita, patientiam docens: in dando necessaria, gratiam benignitatis. In uno, ut proximorum incommoda fortiter feramus: in altero, ut comoda proximis nostra gaudenter tribuamus. Duos ergo anu-

los per singula latera habet altare, cum bifor-

mi perfectione charitatis sancti, & in sui conditoris honorem, & in curam atque obsequium accinguntur proximi. Hisq; anulis immittuntur uectes inaurati, ut altare portetur, cum tales parato mentis sinu excipiunt clarissima precedentium dicta patrum, per quae magis a terrenis suspensi ad amorem rapiantur aeternorum bonorum. Nam quod tales animo, & merito caelestibus appropinquent, sequentibus quoque uerbis mystice designatur, cum dicitur:

Ponesq; altare contra uelum, quod ante arcam pendet testimonij coram propitiatorio, quo tegitur testimonium, ubi loquar tibi.] Arca uelum, quo ante arcam, quae ut suo loco expositum est, Dominum saluatorem demonstrat, pendebat: ipsum caelum designat, cuius edita Dominus uicta morte penetrauit: ut, sicut Apostolus ait, Apparet nunc uultui Dei pro nobis. Statq; altare contra uelum, quod ante arcam appensum est, cum omnis intentio iustorum, ad ingressum directa est regni caelestis. Stat coram propitiatorio, quo tegitur arca, cum uisioni sui conditoris puritate mentis appropiant, & clausi quamlibet corpore conuersionem habent in caelestibus.

De thymiamate adolendo super altari.

CAPVT XII.

Et adolebit incensum super eo Aaron, suauis fragrans: mane quando componat lucernas, incendet illud, & quando collocat eas ad uesperum.] Constat incensum siue thymiamata uim orationis exprimere, dicente Psalmista: Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo. Et in Apocalypsi Ioannis: Habere uidit sanctos phialas aureas plenas odoramentorum. Quod confestim exponendo subiunxit: Quae sunt orationes iustorum. Et quoniam Aaron, ut supra dictum est, & ipsum specialiter summum sacerdotem, uidelicet Dominum saluatorem, & nostri quoque ordinis sacerdotes designat: adolebit Aaron in hoc altari incensum suauis fragrans mane, cum uel Dominus ipse illustrata fidelium corda, nouo gratiae suae iubare ad dulcedinem orationis instigat, uel participes sacerdotij illius sedula exhortatione fideles ad deprecandam faciem sui conditoris excitat. Incendit autem thymiamata sacerdos non solum mane, sed & uespere. Mane etenim thymiamata incenditur, ut in principio omnis boni, quod in spirite Deo facere disponimus, illius auxiliu quo perficiamus, inuocemus. Ad uesperum uero, ut cum bene coepta complemus, illi a quo accepimus, pro his quae donauit gratiarum uota reddamus. Vel certe, quia mane & orto sole, clare omnia circumquaque uideamus: uespere autem superueniente, dubio uisus caligamus. Ideoq; lumine lucernae, ut uideamus quae uolumus, indigemus. Illa redemptio nostra iuxta ordinem humanae rationis pro modo nostro dignoscere sufficimus, iam quasi in die conspiciamus. In quibuscunque autem

ratio

ratio humana deficit, sed sola nobis auctoritas scripturae sequenda est, illic uelut in nocte oculus nostri intellectus caligat. Sed lucerna uerbi Dei pedes nostros, ne forte offendant, atq; a uia ueritatis exorbitent, adiuuat. Hinc etenim Petrus de sacramento Dominicae fidei loquens ait: Et habemus firmiorem prophetici sermonem, cui bene facitis intendentes, quasi lucernae luceti in caliginoso loco, donec dies luceat, & lucifer oriatur in cordibus uestris. Bene ergo dicitur: Et adolebit incensum super eo Aaron suauis fragrans, mane quando componat lucernas, incendet illud, & quando collocat eas ad uesperum. Mane etenim Aaron incensum super altari adolet, cum Dominus corda fidelium in his quae iam intelligere ualent arcanis ueritatibus, ad gratiam compunctionis inflammat. Incendit illud, & ad uesperum, quando collocat lucernas, cum etiam ex eis quae necdum capere queunt, quoniam & haec sancta diuina esse non ambigitur, ad amorem eos caelestium, ubi omnia secreta patefunt, informat. Fragrat quae suauis thymiamata, cum subita compunctione diuinitus tacti lacrymis solum ac precibus uacare dulce habent. Bene autem sequitur:

Vret thymiamata sempiternum coram Domino in generationibus uestris.] Quia nimirum necesse est, ut animus post orationem & fletus ad ociosa uerba siue facta non diuertat, sed in eodem se uigore deuotionis, quem in oratione suscipit, etiam finita oratione custodiat: iuxta exemplum Annae, de qua orante dictum est. Vuultusq; eius non sunt amplius in diuersa mutati.

Non offeretis super eo thymiamata compositionis alterius.] In sequentibus huius uoluminis, e quibus aromatibus hoc thymiamata componi debuerit, nominatim designatur: stacte uidelicet & omycha, galbano boni odoris, & thure lucidissimo, quae cuncta ad significationem aeternorum bonorum, quae principaliter a Domino quaerenda sunt, constat pertinere. Non est ergo offerendum super altari aureo thymiamata compositionis alterius, quam quod Dominus statuit: quia non aliud a Domino quaerere orantes quam quod ipse iussit, quodq; se daturum promissit: non aliud de illo credere, quam quod ipse docuit, debemus.

Non est offerenda super eo uictima, nec libatio libanda.] Haec etenim omnia ad altare exterius pertinent, quae incipientium & in profectu adhuc positiorum uitam designant. Tantae namque sublimitatis perfectorum est uita iustorum, ut nil in ea carnale, quod Domino mactare habeat, ualeat inueniri. Et quidem libamina uinum constat, nonnunquam magnam gratiam spiritualis designare uirtutem, hoc est, siue poculum doctrinae, seu calicem passionis, siue feruorem praecipuae dilectionis, siue ipsam spiritus sancti perceptionem, aut aliquid huiusmodi. Verum quotienscunque uinum libaminum cum carnibus offertur hostiarum, eorum profectio

iuxta tropologicam expositionem designat sanctimoniam, qui adhuc aliquid de carnalibus concupiscentiis, quod puritati spiritus aduersetur, & quod igne sancti spiritus in arca cordis incendi debeat, habent. Perfecti autem iusti, qui dicere possunt: Defecit cor meum, & caro mea, Deus cordis mei, & pars mea Deus in secula: quasi cessantibus uictimarum libaminibus, quod ad aeneum altare exterius positum pertinet, sola intus in aureo altari aromata Domino desiderij caelestis offerunt, quod de remissione peccatorum iam securiores effecti, pro dilato solummodo regni perennis introitu lugent, dulcibusq; lacrymarum fluentis stratum suum per singulas noctes irrigant. De quo uidelicet altari adhuc bene subditur:

Et deprecabitur Aaron super cornua eius, semel per annum in sanguine, quod oblatum est pro peccato.] Summus namque sacerdos noster semel in anno obtulit sanguinem suum pro peccato totius mundi. In illo uidelicet anno, de quo dicit ipse per Esaiam: Quia uenerit praedicare annum Domini acceptum: hoc est, in toto hoc tempore, quo Ecclesia sibi copulare dignatus est. Semel etiam unicuique credentium lacrum sacri fontis, in mysterium sui sanguinis, ad soluenda peccatorum uincula donauit, & pulchra omnimode figurarum distantia. Semel quidem per annum pontifex in sanguine oblationis super cornua altaris deprecari, quotidie autem thymiamata suauis fragrans super eo incidere praecipitur: quia Dominus & saluator noster, qui quotidie fideles suos gratia internae compunctionis accendens renouat, semel eos hostia sui sanguinis mortem superans redemit: ipsi fideles, qui quotidiana peccata, quotidianis abluere precibus ac lacrymis solent, semel in sacramentum passionis illius absolutos se a peccatis omnibus esse gaudent. Deprecabitur autem super cornua altaris, quia & ipse non solum inter homines conuersatus, pro hominibus orauit: uerum etiam nunc ad dexteram patris in caelestibus sedens, interpellat pro nobis, & in cordibus electorum per fidem inhabitans, dum eos ad deprecandum excitet, recte ipse deprecare narratur. Deprecabitur autem Aaron super cornua altaris, cum electos suos patri Dominus, per memoriam eorum quae fecere uirtutum commendat. Denique quasi cornua tangens altaris aurei, de deuotione discipulorum loquitur: Quos dedisti mihi de mundo, tui erant, & mihi eos dedisti, & sermonem tuum seruauerunt. Nunc cognouerunt, quia omnia quae dedisti mihi, abs te sunt. Pro quibus etiam deprecans adiecit: Ego pro his rogo, non pro mundo, sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt. Et quia propter merita & intercessionem sublimium uirorum, plerumque nostra infirmitati Dominus miseretur, recte subiungitur:

Et placabit super eo in generationibus uestris, sanctum sanctorum erit Domino.] Placat quippe Aaron super altare

altare incensi, quando propter iustitiam sanctorum, quos intercessores & patronos quaerimus, nobis propitiatur Dominus. Denique obfesso ab hostibus Ezechia, & auxiliū eius inuocanti ait: Et ciuitatē hanc saluabo, & protegam eam propter me, & propter Dauid seruum meum. Sic & Moyses pro populo peccatore intercedens, patrum fecit memoriā, & quasi super cornua deprecans altaris, Dominū placare curabat: Quiescat, inquit, ira tua, & esto placabilis super nequitiam populi tui. Re cordare Abraham & Isaac, & Israel seruorum tuorum, quibus iurasti per te metipsum dicēs: Multiplicabo semen uestrum, sicut stellas cœli. Possimus sanē hęc altaria etiam ita interpretari, ut æneum quidem, in quo carnes comburebantur, & sanguis fundebatur hostiarum, omnem huius temporis Ecclesiam accipiamus, in qua nullus est absq; peccato, etiam si unius diei fuerit uita eius super terram. Nullus qui non ex peccato præuaricationis Adæ carnaliter natus, necesse habeat in Christo renasci, & spiritus eius igne mūdari. Aureum uerō altare, ipsum Dominum significet: qui miro atq; ineffabili ordine, ita carnem ueram traxit ex Adam, ut à peccato carnis Adæ ueraciter esset immunis: quomodo altare quidem utrunque ex unius eiusdemq; generis lignis factū, sed non utrunque erat auro coopertum. Sed & in hoc altari nil carnale offerebatur, uerū aromata tantum adolebantur: quia Dominus precēs, siue lachrymas effundens, non pro suis errantibus, qui nulli erant, sed pro nostra hoc salute faciebat. Sicut enim arca intra uelum posita, hominem Deum sedentem ad dexteram maiestatis in excelsis significat: ita altare extra uelum quidem, sed prope introitū eius positum, eundem mediatorem Dei & hominum potest figuratim exprimeret, inter homines humanis cōuersantem, sed potentia diuinitatis cœlorum interiora penetrantem. Stabat altare incēsi in sanctuario, ubi & candelabrū & mensa: quia uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. Stabat arca intra uelum: quia idem Dominus Iesus post passionem resurrectionemq; suam assumptus est in cœlū, & sedet à dextris Dei. Super cornua altaris deprecatur Aaron in sanguine, quod oblatū est pro peccato, & placat super eo, quando rogantes pro populo Dei, uel pro sua ipsorum ignorantia sacerdotes, per unigenitum filium eius sese adiuuandos, & per sacramentum passionis illius saluandos esse confidunt, monente Apostolo ad dicente: Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo, id est fructum labiorum confitentium nomini eius. Quod de omnibus etiam electis, membris uidelicet summī sacerdotis, qui in spiritu & ueritate orant patrem, conuenienter accipi potest. Cui autem melius quam huic altari conuenit, quod dicitur: Sanctum sanctorū erit Dñs, de quo in mūdū nascituro dixit uirgini matri archangelus:

Spiritus sanctus superueniet in te, & reliqua. Descripta hucusque factura altaris incensi, superest adhuc descriptio labri aenei, in quo lauerent manus suas ac pedes, ingressuri in tabernaculum sacerdotes: sed præmittitur unū Domini mandatum, quod & nos breuiter tangere, ac pro modulo nostro exponere cōuenit.

De precio pro animabus singulorum numerato populo.

CAPVT XIII.

Locutusq; est Dominus ad Moysen dicens: Quando tu leris summam filiorum Israel iuxta numerum, dabūt singuli precium pro animabus suis Domino, & non erit plaga in eis cum fuerint recensiti. Hoc autem dabit omnis qui trāsit ad numerum, dimidium sicli iuxta mensuram templi. Sicli uiginti obolos habet: media pars sicli offeretur Domino. Huius præcepti oblitus est Dauid, quando numerauit populum, ideoq; plagam numerando eidē populo conasciuit. Spiritualis autem sensu, summa filiorum Israel summam omnium designat electorum, quorū nomina scripta sunt in cœlo. Singuliq; dant pro animabus suis precium Domino, cum ei in bonis operibus exhibent sedulæ seruitutis obsequium. Alioquin plaga erit in eis, cum fuerint recensiti: quia nimirum ultio perpetua manet eos, qui fidelium numero nomine tenus sotiarī, perfecta fidei opera Domino offerre detrectant. Diciturq; de rabibus: Non dabūt Deo placationem suā, nec precium redemptionis animæ suæ. Redemptio enim animæ uiri diuitiæ suæ, ut Salomon ait: siue temporales, scilicet cum eas distri buerit, dederitq; pauperibus, ut iustitia eius maneat in seculum seculi: seu spirituales, hoc est, ipsa iustitia quam fecit, uel miserando pauperibus, uel alia bona faciendo. Dabit autem omnis qui transit ad numerum, dimidium sicli, hoc est decem obolos: quod non aliud aptius quā obseruantia Decalogi legis à nobis ualet intelligi. Qui enim hunc intelligere nouit, omnem in eo & fidei, atque operis plenitudinem, & futuræ promissionem retributionis inesse cognouit. Denique in primis tribus dilectio Dei, in sequentibus septem dilectio est proximi comprehēsa: & Apostolo teste, Plenitudo legis est dilectio. Sed & aliud sacramentum nequaquam prætereundū, quod eodem numero denario cōtinetur. Nomen enim Iesu apud Hebræos à litera iod, apud Græcos à iota incipit. Quæ utraque in sua gente denarij est nota numeri. Decemque obolos in precium animæ suæ Domino offerunt, qui in Iesum Christum credentes, signū nominis eius, quod à denario numero incipit, in fronte & professione proferunt. Et fortasse huius gratia sacramenti Dominus in Euangelio testatur, tota unum de lege præterire non posse: quia uirtus Decalogi, quæ ibi continetur, si desq; nominis ipsius, quæ ibi mysticè signatur, nulla unquam potest infidelium perturbatione corrumpi.

Qui

Qui habetur in numero à uiginti annis & supra, dabit precium. Numerus uicenarius utriusque Testamenti cōiunctionem significat, legis uidelicet, quæ quinque libris scripta est: & Euangelij, quod quatuor, quater enim quini faciūt uiginti. A uiginti ergo annis habetur quisq; in numero populi Dei: quia ille solum est electorum consortio dignus, qui & decreta legis spiritualiter intellecta, per gratiam adiutus Euangelij, pro suo mensura & capacitate perficit, & de eiusdem gratiæ promissis æterna in cœlis præmia expectat.

Diues nō addet ad medium sicli, & pauper nihil minuet. Quia siue magnus est meritū quisque, ac perfectus, seu tener adhuc, & in profectu positus uirtutum, cunctis eadem lex Decalogi, qua Deum ac proximum diligit, imponitur.

Susceptamq; pecuniam, quæ collata est filiis Israel, trades in usum tabernaculi testimonij, ut sit monumentum eorū coram Domino, & propitiatur animabus illorum. Et suscepta filijs Israel pecunia, in monumentum eorum coram Domino inferitur, cum omne quicquid agimus boni, in æterna apud conditorem ac iudicem nostrum memoria custoditur: quatenus ex eis quæ illi obtulimus, bonorum operum fructibus propitiū nobis fieri dignetur. Seruaturq; eadem pecunia in usum, cum ex bonis iustorum actibus sequentium in Christo fidelium mores actusq; confirmantur: ac tales fieri minores quique contendunt, quales fuisse eos, quos cum Domino regnare agnoscunt. Notandum sanē, quod pecunia memorata, nō iuxta estimationem uulgi, sed iuxta mensuram templi erat danda. Mensura namq; tēplī, dispositio est diuinæ legis, quam in Ecclesia sua Dominus seruari præcipit, & cuius tantū obseruantia æterna in futuro præmia promittit. Cæterum si iuxta placitum humane uoluntatis Deo seruire nititur iste, qui mensurā iuxta pecuniam suā deuotionis non obtulit, reproba & abiecta oblatione plaga ultimæ animaduersionis ferietur.

CAPVT XIII. Labri aenei descriptio.

Locutusq; est Dominus ad Moysen, dicens: Facies labium aeneum cum basi sua ad lauandum, ponēsque illud inter tabernaculum testimonij, & altare. Et missa aqua lauantur in ea Aaron & filij eius manus suas ac pedes, quando ingressuri sunt tabernaculum testimonij, & quando accessuri ad altare. Potest quidem hoc labium siue labro, ut in sequentibus appellatur, principaliter aqua baptismatis intelligi: cuius lauacro necesse est purgentur omnes qui Ecclesiæ ianuam ingrediantur. Verū quia inter tabernaculum testimonij, & altare holocausti positum est, quia bis quotidie idē ipsi sacerdotes, hoc est mane & uespere, cum ingrederentur ad altare thymiana Domino oblaturi, in eo lauari præcepti sunt, aqua autem baptismi non nisi semel lauari ualemus: consequentius labrum hoc oblationem nobis compunctionis & lachrymarum commendat, qua semper opus habemus, maxime autem cum mysterijs cœlesti-

bus ministraturi appropiemus. Quia enim altare holocausti, in quo carnes uictimarū Domino incendebantur, extinctionem designat carnalium concupiscentiarū per ignem spiritus sancti: altare uerō thymiamatis puritatem significat eorum, qui sopitis per omnia carnis illecebris, ac certamine uitiorū pacato, pro sola expectatione ac desiderio cœlestis introitus lachrymas fundunt amoris: recte prope altare holocausti labrum ponitur, in quo abluti sacerdotes ingrediantur tabernaculū, & thymiana Domino incendant. Duobus namq; modis lachrymarū & compunctionum status distinguitur: quia primò necesse est quisque ad Dominū conuersus, pro his quæ cōmisit peccatis ueniam fufis lachrymis precetur. Quod si comitantibus dignis poenitentia fructibus longo tēpore perfecerit, restat ut securior de accepta peccatorum uenia effectus, iam desiderijs inhiātibus oportet uenire tempus, quo mereatur inter beatissimos angelorū faciē uidere sui creatoris. Quod qui ueraciter agit, nequaquā absq; lachrymis, uel huius uitæ longitudine, uel illius tolerat dilationem, dicens de ista: Heu me, quod incolatus meus prolongatus est: habitauit cum habitantibus Cedar: id est, cum his qui in tenebris errorū ac scelerum uersantur: quod uocabulū Cedar sonat, ipse iam perpetuæ lucis gaudia suspirans multum laboriosam duxi uitam: qui quantum cœlestem patriam sitio, tantum uiciniam prauorum, inter quos incolat conuersor, horreo. Dices item de illa: Sitiuit anima mea ad Deū uiuum, quādo ueniam, & apparebo ante faciē Dei. Quā profectō sitim, quia sine lachrymis ferre nequibat, sequentia uerba declarat: Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Ac si aperte diceret: Quo diutius à uiddēda faciē Dei, ad quem ardēt sitio, differor, eo dulcius pane lachrymarum, quas in eius memoriam fundo, reficior. Igitur altare holocausti lachrymas insinuat poenitentium de peccatis, quæ gesserunt. Altare incēsi fletus exprimit gaudentiū de bonis operibus, quæ Domino iuuuante perfecerunt: ac desiderantiū præmia, quæ se accepturos Domino remunerante cōfidunt. Qui nimirum fletus tantum præcellit priorē, quantum aramento aurū, quantum sancta sanctotū, ubi erat arca Domini, priori tabernaculo, in quo candelabrū & mensa Domini stabat, cōstat fuisse prælata. Post altare uerō holocausti labrū erat positū, in quo lauantur, qui ad altare incēsi intrabant: quia nemo repente fit summus, sed proficientibus meritū quisq; primò debet bella uitiorū deuincere, deinde à conditore suo compunctione lachrymarum supplex impetrare, ut pro ingressu regni dulces fundere fletus possit, qui pro timore poenarū pridem fundebat amarus. Quid autem basis, in qua idē labrum erat impositū, aptius quā ipsum desiderium regni, & uitæ cœlestis accipiatur? cuius nimirum causa tanta sit, ut perfecti

perfecti ac summi uiri quotidiano se lachrymarum fonte diluant: & quod necdum perfecti uidendo ualeant gaudium internae quietis, saltem suspirando degustent. Nam quia hoc lauacro, quod inter tabernaculum & altare positum est, perfectorum lachrymae figurentur, testantur ipsa uerba quibus dicitur: Et missa aqua lauabunt in ea Aaron, & filij eius manus suas ac pedes. Neque enim quisquam de plebe ibi lauari: sed ipse pontifex iustus est & filij eius, uidelicet sacerdotes gradus inferioris, quod magnorum uirorum, sicut perfectior uita, sic & compunctio solet esse sublimior. Non autem hoc ita dicimus, quasi soli altaris ministri huiusmodi compunctionis, uel possint habere, uel debeant uirtutem: sed memores sermonis beati Petri apostoli, qui quo cunctis fidelibus loquens, de angulari lapide, qui est Christus, ait: Et ipsi tanquam lapides uiui, superaedificamini domus spirituales, sacerdotium sanctum, offerentes spirituales hostias. Et quod Ioannes in Apocalypsi, Beatus, inquit, & sanctus, qui habet patrem in resurrectione prima: in his secunda mors non habet potestatem, sed erunt sacerdotes Dei & Christi. admonemus omnes fideles mystico sacerdotum nomine ceteri, utpote membra Christi uidelicet sacerdotis aeternae. Quibus etiam beatus apostolus Paulus, quid uictimarum offerre debeant, ostendit, dicens: Obsecro uos fratres per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam, Deo placentem. Non ergo solum ministris sacri altaris, sed & omnibus perfectis in quocumque gradu positis hoc lauacrum posuit Moyses: quia lex Dei generaliter cunctis fidelibus gratiam salutiferae compunctionis praedicauit. Quod si in persona Aaron ipsum magnum pontificem Dominum saluatorem accipere uolumus, constat etiam eum huius aqua labri, priusquam ad altare oblaturus intraret, esse lotum: quia priusquam thymiama sui sacrosancti corporis propter salutem nostram in altari crucis incenderet, pro nostro amore etiam lachrymas fudit, quod in resurrectione Lazari celeberrime innotuit. Bene autem additur:

Vt offerant in eo thymiama Domino, ne forte moriantur. Mors etenim timenda est animae spiritalis, & aeterna, si quis ad ministerium altaris electus thymiama orationum Deo reddere negligit. Mors timenda est, si quis ad sacrosancta mysteria ablutione speciali ablutione compunctionis intrare, & sancta Domini communibus manibus tra-

care praesumit. Lauet ergo manus suas ac pedes in aqua labri aenei, & sic ad altare accedat. Abluant lachrymis actus & incessus, ac deinde manus ad contingenda Christi mysteria proferant, pedumque gressus in atria Domini ponant. Quod aequum praecipuum reor his qui eorundem sacramentorum perceptione mundandi sunt, ut cautiore cura prius actus suos cogitatusque discutiant, eurentilent, purget, ac sic ad participanda fidei sacramenta procedant, ne audire mereantur illud Apostoli: Quicumque enim manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini: id est, nequaquam edulium uiui panis a communium escaum uilitate cauta & sollicita est mente secernens. Haec de labro & introitu ad altare possunt etiam hoc modo multum utiliter accipi: quamuis principaliter illud altare interna orationum spiritualium uota significet. Diligentius uero intuendum est, quod in conclusione subiungitur:

Legitimum sempiternum erit ipsi, & semini eius per successiones. Et si enim labrum, siue altare, quod fecit Moyses ablatum, si sacerdotium, quod constituit nouo Ecclesiae sacerdotium mutatum est, nihilo minus sempiternum manet legitimum lauacri, & incensi spiritalis in uita fidelium: quod per thymiama illius altaris, aquamque illius labri typice signatum est: sicut & plura alia, quae lex fieri iussit, siue perpetuo agenda uel celebranda praedixit, ad literam quidem obseruari cessarunt: sed iuxta typicam intelligentiam spiritaliter obseruari a sanctis nunquam cessabunt, testante illo, qui non uenit soluere legem, sed adimplere: Quia iota unum, aut unus apex non praeteribit a lege, donec omnia fiant. Nam & nostra humilitas ad illud semen pertinet, de quo dictum est: Quia legitimum sempiternum erit ipsi, & semini eius per successiones: non quidem de Aaron stirpe nascendo, sed credendo in eum, in quem Aaron cum sanctis eius aevi credidit, de quo promissum est Abrahae, Quia in semine tuo benedicetur omnes familiae terrae. Quarum mentionem familiarum faciens Esaias ait, Omnes qui uiderint eos, cognoscent eos: quia isti sunt semen, cui benedixit Dominus.

EXPLICITAE EST EXPLANATIO Venerabilis Bedae presbyteri, de Tabernaculo & uasis eius, & uestibus sacerdotum, libri tertij & ultimi: atque ita in uetus, quae cumque ab ipso scripta inuenimus, Testamentum.

1. Petr. 2.

Apoc. 20.

Rom. 12.

1. Cor. 11.

Mat. 5.

Gen. 23.

Esai. 61.

